mo. Non facit autem differentiam ....
... hois ſpēs ſunt hoies prop...
carnes & oſſa ex quibus hic ...
diuerſum quidem. Specie v... ter hoc, q...
a in ratione non eſt cōtrarie... hic. Sed ſi
indiuiduum. Callias vero e... ero non di-
albus itaq; homo, quia Calli... tas. Hoc aūt
o accidens homo albus. Ne... ſt ratio cum
ligneus. Nam triangulus ... as albus. Se-
... nō propter materiam ſpe... ereus itaq;
... ne ineſt contrarietas. Vt... reus, & cir-
... diuerſa ſpecie ens alio... ecie differūt,
...ter ... rum autē ma-
... aliter, aut eſt
... equus hic ... hoc homine
ſpecie: Equidem rōtiones ipſorum cum
... quia eſt in rōne ɔtrarietas: Etenim albi
... equi, diuerſitas eſt ſpecie, ſed non in-
albus, ille niger. Quoniam ſi ambo albi
... eſſent ſpecie diuerſa.

...ſitam qōnem, & circa hoc duo facit. Primo
generalem, ad quod quæſtionem reduxerat. Se
... generalem ſolutionem ad ſpeciales termi-
... primo mouerat quæſtionem, ibi. ⸢Maſcu-
... minam.⸣ Dicit ergo quod ideo contingit
... contrarietas facit differre ſpecie, & quædā
... contraria ſunt propriæ paſſiones gene
... minus propriæ. Quia enim genus à ma-
... autem per ſe habet ordinem ad for-
... ſunt differentiæ generis, quæ ſummun
... perficientibus materiam. Sed quia for
... multiplicatur in diuerſa ſm materiam
... ſubiecta indiuidualibus proprietatibus,
... identium indiuidualium minus proprie
..., quàm contrarietas differentiarum for-
... ſubiungit, quòd quia in compoſito eſt
..., hæc ⸢quidem eſt ratio,⸣ id eſt forma
... ſpeciem. Hęc autem eſt materia quæ eſt in-
... principium, quęcunq; ⸢contrarietates ſunt
... ex parte formæ, faciunt differre ſecundū
... quæ ſunt ex parte materiæ, quæ ſunt ꝑ
... quod eſt acceptum cū materia, non faciunt
... Et propter hoc albedo & nigredo nō
... differre ſecundum ſpeci... Non enim ho
... niger differ... ſpecie, etiam ſi vtriq;
... nomen, vt ſi homo albus dicatur a. &
... autem addit, quia homo albus non vi
... vnum. Sed ſi imponeretur nomen, vide-
... Et ſimiliter eſt de homin...
... albus & homo niger no...
... ſcilicet particularis cui con
... quaſi materia. Non enim di
... quia hic homo eſt albus.
... conceptus ſit cum materia,
... ſm ſpeciem, ſequitur ...
... differant ſpecie, quia plures ...
... plures ſpecies hominis, quia
... niſi propter diuerſitate...
... carnes & oſſa, ex qu...
... torum, id eſt indiuid...

quamuis ...
te formæ, e...
quia particulare aliquod vt C...ias, non ſolum eſt forma, ſed eſt forma cum materia indiuiduata. Et ita ſicut diuerſitas formæ facit differentiam ſpecierum, ita diuerſitas materiæ indiuidualis facit differentiam indiuiduorum. Albū autem non prædicatur de homine niſi ratione indiuidui. Non enim dicitur homo albus, niſi quia aliquis homo dicitur albus, vt Callias. Et ſic patet, quòd homo ꝑ accidēs dicitur albus, quia non inquantum homo, ſed inquantum hic homo, albus dicitur. Hic autem homo dicitur propter materiam. Vnde patet ꝙ album & nigrum non pertinent ad differentiam formalem hominis, ſed ſolum ad materialem. Et propter hoc non differunt ſpecie homo albus & niger, ſicut nec circulus æreus & ligneus differunt ſpecie. Et in his etiam quæ differunt ſpecie, non eſt differentia ſpeciei propter materiam, ſed propter formam, ſicut triangulus æreus & circulus ligneus non differunt ſpecie propter materiam, ſed ꝓpter diuerſitatem formæ. Vnde ſi quæratur, vtrum materia faciat diuerſa ſpecie aliquo modo, videtur ꝙ faciat, quia hic equus ab hoc homine eſt diuerſus ſpecie: & tamen manifeſtum eſt quod ratio vtriuſq; eſt cum materia indiuiduali. Et ſic videtur quod materia aliqualiter faciat differre ſpecie. Sed tamen manifeſtum eſt, quod hoc non contingit propter diuerſitatem materię, ſed quia contrarietas eſt ex parte formæ, quia homo albus, & equus niger differunt ſpecie. Sed hoc non eſt propter album & nigrum, quia ſi ambo eſſent albi, adhuc ſpecie differrent. Sic igitur apparet ꝙ contrarietas quæ eſt ex parte ipſius formæ, facit differre ſpecie, nō autem illa quæ eſt ex parte materiæ. Deinde cum dicit.

Accidentia cōia ꝑus cōpetūt īdiuiduis q̄ ſpēb͛, & vtriſq; ꝑ accñs.

O

Dr̄ia mālis vt ſic, n̄ facit differre ſpē ſed tm̄ formalis.

P

*Mas āt atq; fœmella ꝓprii quidē affectus ſunt aīalis. At nō ꝑ ſubām; ſed in mā corꝑeue. Quapꝑ idē ſemē aut mas fit aut fœmella, aliqua paſsione affectū.*

*Maſculus vero & fœmina, animalis proprie ſunt paſsiones. Sed nō ſecūdū ſubam, verū in materia & corpore. Propter quod idem ſperma fœmina, aut maſculus fit, patiens paſsionem aliquam.*

Solutionē generalem poſitam adaptat ad terminos ſpeciales, in quibus primo qōnem mouerat. ſ. ad maſculum & fœminam dicens, ꝙ maſculus & fœmina ſunt ꝓprie paſſiones animalis, quia aīal ponitur in diffinitione vtriuſq;. Sed non conueniunt animali ſm ſubſtātiam & formā, ſed ex parte materiæ & corporis. Quod patet ex hoc ꝙ idem ſperma pōt fieri maſculus & fœmina, ſm ꝙ diuerſimode patitur aliquam paſſionem, quia cum fuerit calor operans fortis, fiet maſculus: cum autem erit debilis, fiet fœmina. Hoc autem non poſſet eſſe vel contingere ſi maſculus & fœmina differrent ſpecie. Nōn enim ex vno ſemine diuerſa ſm ſpeciem ꝓducuntur. Quia in ſemine vis eſt actiua, & ... ſpeciem, quia ... & fœmina ... ſpeciem.

Gn̄alē ſolutionē adaptat ad ſpecialē dubitationē primo motā.

Q

... obrēalia
... nus.
... ē, & qua-

Tex. cō. 26

... ſimile minori tetragono, quādo. ſ. anguli vnius ſunt æquales angulis alterius, & latera æquales angulos continentia ſunt proportionalia. Sic igitur patet ꝙ hæc ſimilitudo attenditur ſm vnitatem figuræ & proportionis. Et ſimiliter multæ rectæ lineæ inæquales nō ſunt eædē ſimpliciter, licet ſint ſimiles. Poteſt aūt & hic conſiderari ꝙ quando eſt vnitas ſm rōnem perfectā ſpeciei, dicitur idētitas: quando aūt eſt vnitas nō ſm totā rōnem ſpeciei, dicitur ſimilitudo. Vt ſiquis dicat ꝙ ea quæ ſunt vnū genere, ſunt ſimilia: ea vero quæ ſunt vnū ſpē, ſunt eadem, vt videntur innuere exēpla poſita. Nā lineas rectas æquales, & tetragona ęqualia dixit habere idētitatem adinuicē, tetragona aūt inæqualia, & rectas lineas inæquales habere ſimilitudinē. Scđs modus eſt ſi aliqua conueniunt in vna forma quæ nata ſit ſuſcipere magis & minus, & tamē participēt illā formā ſine magis & minus, ſicut albedo recipit intenſionem & remiſſionē. Vnde ſi aliqua ſunt alba æqualiter ſine magis & minus, dicūtur ſimilia. Tertius modus eſt quando aliqua cōueniūt in vnā forma aut paſſione, etiā ſm magis & minus, ſicut magis albū & minus albū, dicuntur ſimilia, quia eſt ⸢vna ſpēs⸣ .i. qualitas ipſorū. Quartus modus eſt ſm ꝙ aliqua dicūtur ſimilia, non propter vnā qualitatem tantū, ſed cōſideratione multorum, vt dicātur illa eſſe ſimilia quæ in pluribus conueniunt quā differāt, vel ſimpliciter, vel quātum ad ea quæ in promptu apparent. Sicut ſtannū argento dicitur ſimile, quia in multis conueniunt. Et ſilr ignis auro, & crocu... rubeo. Deinde cum dicit.

B

C

*Quare patet diuerſum quoque atq; diſimile pluribus dici modis. Atq; ipſum quidem aliud, & ipſum idem, oppoſito modo ſe habent. Quapropter omne quoduis, aut aliud eſt aut idē. Illud autē dicitur, ſi materies & ratio nō ſit vna. Quocirca tu es & propinquus diuerſus. Tertiū vero vt ea quę in ipſis ſunt mathematicis. Diuerſum igit͛, aut idē propter hoc omne ad omne dicitur, ꝙ vnū atq; ens dicitur. Nō. n. ipſius eiuſdē eſt contradictio. Quapropter non dicitur in hiſce quæ nō ſunt, ipſum vero nō idē dicitur. De iis autē dicitur vniuerſis quæ ſunt. Aut. n. vnū eſt aut nō vnū aptū ens eſſe ac vnum. Diuerſum igitur atq; idem hoc opponūtur pacto.*

Parte. 7.

D

Quare palā ꝙ diuerſum et diſsimile multipliciter dicitur. Et hoc quidem aliud oppoſite & idem. Propter quod omne ad omne, aut idem aut aliud. Hoc autē ſi non & materia & ratio eſt vna. Quapropter & tu & propinquus diuerſus. Tertium aūt vt quæ in mathematicis. Diuerſum quidē igitur aut idē propter hoc omne ad omne dicitur, quæcunq; dicunt & vnum & ens. Non. n. contradictio eſt ipſius eiuſdē, Quapropter non dicitur in nō entibus. Non idem autē dicitur. In entibus vero omnibus dicitur. Aut. n. vnum, aut non vnum, aptū natum & ens & vnum. Diuerſum igitur & idem ita opponuntur.

Parte. ſeq. Determinat de par...

Proſequitur de illis quæ cōſequuntur ad pluralitatē, & primo de diſsimili & de diuerſo. Scđo de differēti. ibi ⸢Diffe-

... eſt aliud per oppoſitum ad idem. Sicut. n. idem dicebatur omne quod eſt ipſum, quod eſt relatiuum idētitatis, ita diuerſum dicitur eſſe quod eſt aliud, quod eſt relatiuum diuerſitatis. Et propter hoc vnūquodq; ad aliud comparatum, aut eſt idem aut diuerſum. Alius modus eſt quādo non eſt vna materia & vna ratio, ſicut tu & propinquus tibi, diuerſi eſtis. Tertius autem modus eſt, ſicut in mathematicis, vt ſi dicantur lineæ inæquales diuerſæ. Et quia dixerat ꝙ oē ad oē eſt idē aut diuerſum, ne quis crederet hoc eſſe verum, tam in entibus quam in non entibus, remouet hoc dicens. Diuerſum aut idem dicit͛ omne ad omne in his quæ dicūtur vnum & ens, non aūt in non entibus. Idem. n. & diuerſum non opponuntur vt contradictoria, quorū alterum neceſſe eſt verum eſſe de quolibet ente, aut non ente: ſed opponuntur vt contraria, quæ non verificantur niſi de ente. Et ideo diuerſum non dicitur de non entibus. Sed non idem, quod contradictorie opponitur eidem, dicitur etiam de non entibns. Sed in omnibus entibus dicitur idē aut diuerſum. Omne. n. quod eſt ens & vnum in ſe, comparatum alteri, aut eſt vnum ei, & ſic eſt idem, aut nō vnum, aptum natum eſſe vnum, & ſic eſt diuerſum. Sic igitur diuerſum & idem opponūtur. Siquis aūt obijciat ꝙ diuerſum & idem nō ſunt in omnibus entibus, cum idem ſequatur vnitatem ſubſtantiæ, diuerſitas autem ſubſtantiæ pluralitatem, dicendum eſt, ꝙ quia ſubſtantia radix eſt aliorū generum, illud quod eſt ſubſtantiæ, transfertur ad omnia alia genera, ſicut de eo quod quid eſt. Philoſophus dixit ſupra in ſeptimo. Deinde cum dicit.

Om... omn... aut i... aut d... ſum.

F

Diffe... inter ... ſum & idem

Idem & ... uerſum priꝰ ſunt ſubſtant... trāſump... ne autē omnib͛ ... neribus.

G

*Differētia vero & diuerſitas aliud eſt. Diuerſum. n. & id a quo eſt diuerſum non eſt neceſſe aliquo diuerſum. Omne. n. aut diuerſum eſt, aut idē, qcquid ſit ens. At id quod differt, ab aliquo ſane differt, quare neceſſe eſt idem quid eſſe quo differunt. Hoc aūt idē genus eſt aut ſpēs. Omne. n. quod differt, aut genere, aut ſpē differt. At genere quidē differūt ea, materia quoꝝ nō eſt cōis, neq; mutua generatio. Vt ea quorū eſt alia prædicamēti figura. Specie aut ea quorum genus eſt idem. Genus vero dicit͛, quo ambo ea quæ differunt, idem per ſubſtantiam eſſe dicuntur. Quare contraria ſunt differentia, & contrarietas eſt differentia quædam.*

Tex. c. ...

H

Differētia vero & diuerſitas aliud. Diuerſum. n. a quo eſt diuerſum nō neceſſe aliquo eſſe diuerſum. Omne nāq; diuerſum aut idē quodcūq; eſt ens. Differens vero ab aliquo, aliquo differens. Quare neceſſe ipſum, idē aliqd eſſe, quo differūt. Hoc aūt ipſum idē genus aut ſpēs. Omne nāq; differens, differt aut genere, aut ſpecie. Genere quidē, quorū non eſt cōis materia, nec generatio adinuicē, quorum cunq; alia figura categoriæ. Specie vero, quorum idem eſt genus. Dicitur autem genus, ſm quod ambo idem dicuntur, ſm ſubſtantiam differentia. Contraria vero differentia ſunt, & contrarietas differentia quædam.

Tex. c. 12. parte. 2.

Tex. c. 1...

... Generalis Ciſmontanæ Familiæ.
... P. Fr. Carolus Franciſcus de Vareſio
... meritus, Prouinciæ Romanæ Re-
... & pro eiſdem in Romana Curia
... alis, ac Sanctæ Vniuerſalis Roma-
... qualificator, ſimiliter canonicè ele-

# QVINTVS TOMVS

OPERVM DIVI HIERONYMI, COMmentarios in prophetas, q[illegible]s maiores uocant, continet.

VIRTVTE DVCE,




COMITE FORTVNA.

SEBASTIANVS GRYPHIVS GERMANVS EXCVDEBAT LVGDVNI ANNO M. D. XXX.

expurgad° conforme al expurgatorio de l'año de 1632.
D. D. P° de Marcos

expurgado por el nuevo expurgatorio de 1[illegible] [illegible] a 22 de Março de [illegible]
[illegible] D. Don P° de Marcos

De la Comunidad de S. Antonio de Padua de G[illegible]

[library stamp]

[redacted]



# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM commentariorum Eſaiæ ad Euſtochium Virginem procemium.

A EXpletis longo uix tempore in duodecim prophetas, uiginti explanationū
libris, & in Danielem commentarios: cogis me uirgo Chriſti Euſtochium
tranſire ad Eſaiam: & quod ſanctæ matri tuæ Paulæ dum uiueret pollici=
tus ſum, tibi reddere: quod quidem & eruditiſſimo uiro fratri tuo Pamma
chio promiſiſſe me memini: cumq; in affectu par ſis, uincis præſentia. Itaq;
& tibi & illi per te reddo quod debeo, obediens Chriſti præceptis, qui ait:
Scrutamini ſcripturas, & quærite, & inuenietis: ne illud audiam cum Iu= Ioan. 6. f
dæis: Erratis, neſcientes ſcripturas neq; uirtutem dei. Si enim iuxta apoſtolum Paulum Chri= Matth. 7. a Ibid. 22.
ſtus dei uirtus eſt, deiq; ſapientia: & qui neſcit ſcripturas, neſcit dei uirtutem eiusq; ſapientiam:
ignoratio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt. Vnde orationum tuarum fultus auxilio: quæ die
bus ac noctibus in dei lege meditaris, & templum es ſpiritus ſancti: imitabor patremfamilias,
qui de theſauro ſuo profert noua & uetera: & ſponſam dicentem in Canticocanticorum: Noua Cant. 7. a
& uetera fratruelis meus ſeruaui tibi: ſicq; exponam Eſaiam: ut illum non ſolum prophetam, Eſa. 52. b
ſed euangeliſtam & apoſtolū doceam. Ipſe enim de ſe & de cæteris euangeliſtis ait: Quàm ſpe= Ibid. 6. c
cioſi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem. Et ad ipſum quaſi ad apoſtolum
loquitur deus: Quem mittam, & quis ibit ad populum iſtum? Et ille reſpondit: Ecce ego, mitte
me. Nullusq; putet me uoluminis iſtius argumentum breui cupere ſermone comprehendere:
cum uniuerſa domini ſacramenta præſens ſcriptura contineat: & tam natus de uirgine Emma=
nuel quàm illuſtrium patrator operum atq; ſignorum: mortuus ac ſepultus, & reſurgēs ab in=
feris, & ſaluator uniuerſarum gentium prædicetur. Quid loquar de phyſica, ethica & logica?
quicquid ſanctarum eſt ſcripturarum: quicquid poteſt humana lingua proferre: & mortalium
ſenſus accipere, iſto uolumine continetur. De cuius myſterijs teſtatur ipſe qui ſcripſit: Et erit uo Eſa. 29. a
B bis uiſio omnium ſicut uerba libri ſignati: quem cum dederint ſcienti literas, dicent: lege iſtum:
& reſpondebit: Non poſſum, ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti literas: diceturq; ei, le=
ge: & reſpondebit, neſcio literas. Siue igitur hunc librum dederis neſcienti literas populo natio=
num, reſpondebit: non poſſum legere, quia non didici literas ſcripturarum: ſiue dederis ſcribis
& phariſæis: qui legis literas noſſe ſe iactant: reſpondebunt: non poſſumus legere, quia ſignatus
eſt liber. Qui idcirco eis ſignatus eſt: quoniam non receperunt eum quem ſignauit pater: qui ha
bet clauem Dauid: qui aperit & nemo claudit: qui claudit & nemo aperit. Neq; uero ut Mon=
tanus cum inſanis fœminis ſomniat: prophetæ in extaſi ſunt locuti, ut neſcirent quid loqueren=
tur: & cum alios erudirent, ipſi ignorarent quid dicerent, de quibus Apoſtolus ait: Neſcientes 1. Tim. 3. b
quæ loquantur, neq; de quibus affirment, ſed iuxta Salomonem qui loquitur in prouerbijs: Sa
piens intelligit quæ profert de ore ſuo: & in labijs ſuis portabit ſcientiam: etiā ipſi ſciebant quid
dicerent. Si enim ſapientes erant prophetæ, quod negare non poſſumus: Et Moyſes omni eru=
ditus ſapientia loquebatur ad dominum, & dominus reſpondebat ei: Et de Daniele ad princi=
pem Tyri dicitur: Nunquid ſapientior es Daniele? Et Dauid ſapiens erat qui gloriabatur in
Pſal. 50. b Pſalmo: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi: quomodo ſapientes prophetæ in=
ſtar brutorum animantium quid dicerent ignorabant? Legimus & in alio Apoſtoli loco: Spiri 1. Cor. 14. f
tus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt: ut in ſua habeant poteſtate, quando taceant, quando
loquantur. Quod ſi cui uidetur infirmum, illud eiuſdem Apoſtoli audiat: Prophetæ duo aut Ibidem
tres loquantur, & alij dijudicent: ſi autem alij fuerit reuelatum ſedēti, prior taceat: Qua poſſunt
ratione reticere: cum in ditione ſit ſpiritus qui loquitur per prophetas uel tacere uel dicere? Si er
go intelligebant quæ dicebant: cuncta ſapientiæ rationisq; ſunt plena: nec aër uoce pulſatus ad
aures eorum perueniebat: ſed deus loquebatur in animo prophetarum, iuxta illud quod alius
Zach. 1. c propheta dicit: Angelus qui loquebatur in me. Et: Clamantes in cordibus noſtris abba pater. Gala. 4. a

C Et: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Vnde poſt hiſtoriæ ueritatem, ſpiritualiter ac-
Pſal.84.b cipienda ſunt omnia: & ſic Iudæa & Hieruſalem, Babylon & Philiſtijm, Moab & Damaſcus,
Aegyptus & deſertum mare, Idumæa & Arabia, ac uallis Sion uel uallis uiſionis, & ad extremũ
Tyrus, & uiſio quadrupedum, intelligenda ſunt, ut cuncta quæramus in ſenſu, & in omnibus
1.Cor.3.b his, quaſi ſapiens architectus Paulus apoſtolus iaciat fundamentum, quod non eſt aliud præ-
ter Chriſtum Ieſum. Magniq; laboris & operis eſt, omnem Eſaiæ librum uelle ediſſerere, in quo
maiorum noſtrorum ingenia ſudauerunt; Græcorum dico. Cæterum apud Latinos grande ſi-
lentium eſt, præter ſanctæ memoriæ martyrem Victorinum, qui cum Apoſtolo dicere pote-
2.Cor.11.b rat: Et ſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia. Scripſit enim in hunc prophetam iuxta ædi-
tiones quatuor, uſq; ad uiſionem quadrupedum in deſerto. Origenes triginta uolumina, è qui-
bus uiceſimusſextus liber non inuenitur. Feruntur & alij ſub nomine eius de uiſione τετραπόδων,
duo ad Gratam libri, qui pſeudographi putantur, & uigintiquinq; homiliæ & σημειώσεις, quas
nos excerpta poſſumus appellare. Euſebius quoq; Pamphili iuxta hiſtoricam explanationem
quindecim ædidit uolumina: & Didymus, cuius amicitijs nuper uſi ſumus, ab eo loco ubi ſcri-
Eſa.40.a ptum eſt: Conſolamini, conſolamini populum meum ſacerdotes: loquimini ad cor Hieruſalẽ:
uſq; ad finem uoluminis, decem & octo ædidit tomos. Apollinaris autem more ſuo ſic expo-
nit omnia, ut uniuerſa tranſcurrat, & punctis quibuſdam atq; interuallis, imò compendijs, grã-
dis uiæ ſpacia præteruolet, ut non tam commentarios quàm indices capitulorum nos legere
credamus. Ex quo animaduertis quantæ difficultatis ſit, ut Latini noſtri, quorum aures faſti-
D dioſæ ſunt, & ad intelligendas ſcripturas ſanctas nauſeant, plauſuq; tantum eloquentiæ dele-
ctantur, mihi ignoſcant ſi prolixius locutus fuero, cum Eſaias duodecim prophetis iuxta
numerum uerſuum, aut æqualis, aut maior ſit. Sicubi autem prætermiſſis Lxx. de He-
braico diſputaui; illud in cauſa eſt, quod aut eadem aut ſimilia ſunt pleraq;
cum cæteris, & duplici æditione propoſita, nolui libros ex-
planationis extendere, qui etiam in ſimplici
explanatione modum breuitatis ex-
cedunt. Sed iam propoſi-
tum exæquamur.



# COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM prophetam liber primus.

Viſio Eſaiæ filij Amos, quã
uidit ſuper Iudam & Hie
ruſalẽ in diebus Oſiæ, Io-
atham, Achaz, Ezechiæ
a regũ Iuda. Audi cœlũ, &
auribus percipe terra, quia
dominus

A VISIO Eſaiæ &c.) Super Iudã & Hie
ruſalem. Pro Iuda, in quo ſignificãtur
duæ tribus: Lxx. & Theodotio poſue
re, Iudæam: quæ totam terrã duode-
cim tribuũ oſtẽdit. Et pro eo qđ nos
ex Hebræo uertimus, ſu
per Iudam & Hieruſalẽ:
illi interpretati ſunt, con
tra Iudæam & Hieruſa-
lem. Symmachus more
ſuo manifeſtius, de Iuda
& Hieruſalẽ; ut nec pro-
ſpera nec aduerſa uelit ti
tulo demonſtrari; ſed ea
quæ de Iuda & Hieruſa-
lem in utranq; partẽ propheticus ſermo prædixe-
rit. Ergo Eſaias principaliter de duabus loquit̃ tri-
bubus, Iuda & Beniamin; exceptis decẽ, quæ in Sa
maria erant, & uocabant̃ Ephraim & Iſraël; & quas
4.Reg.15. ſub Ozia rege Iuda & Hieruſalem, Phul rex Aſſy-
riorum uaſtare iam cœperat. Deniq; quinquageſi-
mo & ſecũdo imperij eius anno, regnante apud Sa
mariam Phaceæ filio Romeliæ, uenit Teglathpha-
laſar rex Aſſyriorũ, & cœpit Ahion & Abel domũ
Maacha; & Ionaha & Cedes & Aſor & Galaad &
B Galilæã, omnẽ terram Neptalim; & trãſtulit eos in
Aſſyrios. Ex quo oſtendit̃, uicina euerſione Sama
riæ, in cõmonitionem duarũ tribuũ hæc uniuerſa
narrari. Oſias aũt ipſe eſt qui & Azarias, duplici no
mine; & uno quidem atq; eodem tempore; Eſaiam,
Oſee, Iohel, & Amos ꝓphetaſſe, ex regibus qui po
nuntur in titulo cognoſcimus; ſed principium uer-
Oſee.1.a bi domini fuit in Oſee filio Beeri. Amos autem pa-
ter Eſaiæ, non ut pleriq; autumant, tertius duode-
cim prophetarum eſt, ſed alius, diuerſiſq; apud He
bræos ſcribuntur literis. Iſte primam & extremã li
teras habet א & ץ: ille ע & ס: & iſte ſecundum
quoſdam interpretatur fortitudo ſiue robuſtus, ille
populus durus uel grauis, de quo in Amos plenius
diximus. Non ſolum aũt hic propheta, ſed & alij cũ
habeant in titulo: Viſio quã uidit Eſaias ſiue Ab-
Eſa.6.a dias: nõ inferunt quid uiderint. Verbi gratia: Vidi
dñm ſabaoth ſedentẽ ſuper thronũ excelſum & ele
uatum, & ſeraphim duo in circuitu eius; ſed quæ di
cta ſint, narrant, id eſt: Audi cœlũ, & auribus perci-
pe terra. Et: Hæc dicit dñs deus ad Idumæam: Au-
Abdie.1.a ditum audiui à dño & legatũ ad gentes miſit. Pro-
1.Reg.9.b phetæ enim prius uocabantur uidentes, qui dicere
Pſal.24.c poterant: Oculi mei ſemper ad dominum. Et: Ad
Ibid.122.a te leuaui oculos meos qui habitas in cœlo. Vnde
Ioan.4.c & apoſtolis à ſaluatore præcipitur: Leuate oculos
ueſtros, & uidete regiones: quia iam albæ ſunt ad
metendum. Iſtos cordis oculos, & ſpõſa habebat in
Canti.4.c Cantico canticorum, cui ſponſus dicit: Vulneraſti
cor meum ſoror mea ſponſa, uno ex oculis tuis. Et
Matth.6.c in euangelio legimus: Lucerna corporis tui eſt ocu
lus tuus. In ueteri quoq; dicitur inſtrumẽto, quod C
populus uiderit uocem dei. Ex quo Montani dely Exo.20.c
ramenta conticeant, qui in extaſi & cordis amentia
prophetas putat uentura dixiſſe: neq; enim uidere
poterant quod ignorabant. Scio quoſdam Iudæã
& Hieruſalem, de cœle-
ſtibus interp̃tari: & Eſa-
iam ſub perſona domini
ſaluatoris; quod captiui-
tatem illius prouinciæ in
noſtra terra prænunciet,
& poſtea reditum cõſcen
ſumq; ad montem ſan-
ctum in diebus nouiſſi-
mis, quæ nos contraria
Chriſtianorum fidei iudicantes, uniuerſa deſpici-
mus, & ſequentes hiſtoriæ ueritatem: ſic interpreta
mur ſpiritualiter, ut quicquid illi de cœleſti Hieru-
ſalem ſomniant, referamus ad Chriſti eccleſiam, &
ad eos qui uel propter peccata egrediunt̃ ex ea, uel
ob pœnitentiam reuertuntur ad ſedem priſtinam.
De qua & illud in hoc eodẽ propheta dici arbitra-
mur: Illuminare illuminare Hieruſalem, uenit enim Eſa.60.a
lux tua, & gloria domini ſup te orta eſt, & in te ap-
parebit dominus, & gloria illius ſuper te oſtendet̃;
& gradientur reges in lumine tuo, & gẽtes in ſplen
dore tuo; quãdo uenient omnes filij eius de longe, D
& filiæ illius in humeris portabũtur, & operient eã
cameli Madian & Epha afferentes aurũ & thus, &
greges Cedar cõgregabuntur in Hieruſalẽ, & arie
tes Nabaioth properabunt, & erunt placabiles ho-
ſtiæ ſuper altare dñi. Quodq; in titulo ponitur pro
phetaſſe eũ ſub Oſia & Ioatham & Achaz, & Eze-
chia regibus Iuda: nõ ut in alijs prophetis confuſe
intelligendum eſt, ut neſciamus quid ſub quo ſpe-
cialiter rege dictũ ſit, ſed uſq; ad finẽ uoluminis ſcri
ptum referatur; quid ſeorſum ſub Oſia, & quid ſub
Ioatham, & quid ſub Achaz, & quid ſub Ezechia
ei à domino reuelatũ ſit. Sciamus quoq; Ezechiam
in Hieruſalẽ duodecimo anno Romuli, qui ſui no-
minis in Italia cõdidit ciuitatẽ, regnare cœpiſſe: ut
liquido appareat quãto antiquiores ſint noſtræ hi
ſtoriæ quàm gentiũ cæterarum. Interpretatur autẽ
Eſaias ſaluator domini; Iuda, cõfeſſio; Hieruſalẽ, ui ישעיהו
ſio pacis; Oſias, fortitudo domini; Ioatham, dñi per יהודה
fectio; Achaz, tenẽs ſiue robuſtus; Ezechias, impe- ירושלם
rium domini. Qui igitur dño præſidente ſaluatur, עזיהו
& eſt filius Amos, id eſt, fortis atq; robuſti, cernit יותם
ſpiritualiter uiſionẽ cõfeſſionis, dũ antiqua peccata אחז
deplangit; & pacis, dum poſt pœnitentiã tranſit ad
lucẽ, & æterna pace requieſcit; cũctaq; illius tẽpora יחזקיהו
trãſeunt ſub fortitudine dñi, & perfectione eius ac אמוץ
robore. Cũq; omnia fecerit, dicet illud euangelicũ:
Serui inutiles ſumus; quod enim facere debuimus, Luc.17.c
fecimus. a ¶ Audi cœlũ &c.) Supra, quis ꝓpheta,
cuius filius, quid cõtra Iudã & Hieruſalẽ, ſiue ſuper

a dominus loquutus eſt; Filiōs genui, & ex=
b altaui; ipſi autem ſpreuerunt me. Cogno=
uit bos poſſeſſorem ſuum, aſinus præſepe
domini ſui, Iſraël non cognouit, & populus
meus

E Iudam & Hieruſalem, & quo tempore uiderit, titu
lo demonſtratum eſt; Nunc cœlum & terrā ad au=
diendum prouocat. In cœlo ſupernas ſignificās an
gelicasq; uirtutes; in terra mortalium genus μετω=
νυμικῶς ab his quæ continent ea quæ continentur.
Siue quia per Moyſen te
ſtes uocauerat dñs cœlū
& terram, dans populo
Iſraël legem ſuā, & dixe=
Deut.32.d rat: Attēde cœlum quæ
loquar: audiat terra uer=
ba oris mei: poſt præua=
ricationem populi, eoſdem rurſum in teſtimoniū
uocat, ut cuncta elementa cognoſcant, iuſte domi=
num in ultionem mandatorū ſuorū ad iracundiam
concitatum. Pro cœlo, Hebraicū שָׁמַיִם cœlos ſo
nat, plurali numero; maxime cum audite dixerit, id
eſt, שִׁמְעוּ: quod plurali efferē numero, nō ſingu
lari. Sed quidam uolunt pluraliter quidem dici cœ
los, ſed ſingulariter intelligi, iuxta illud quod ſin=
gulas ciuitates Thebas & Athenas uocamus. Eſtq;
Hebraici characteris idioma, ut omnia quæ in ים
ſyllabam finiuntur, maſculina ſint & pluralia: ut
כְּרוּבִים & שְׂרָפִים. Et quæ in ות, fœminina &
pluralia; ut צְבָאוֹת. Et hoc notandū quod cœlis di
catur, audite; terræ, auribus percipe; ea eñ quæ ex=
celſa ſunt, maiorē habent intelligentiam; quæ humi
liora, terrenis ſenſibus inuoluuntur. Vnde & ſalua
F tor in euangelio; Qui habet, inquit, aures audiendi
Matth.11.d audiat. Si quis igitur cœlū eſt, & habet municipatū
in cœleſtibus, audiat myſtice quæ dicuntur. Si quis
terrenus, ſimplicē ſequatur hiſtoriā. Illud quoq; ani
maduertendum, quod non dixerit: Audi cœlū, &
auribus percipe terra, quid uobis locutus ſit domi
nus, ſed quid locutus ſit mihi: ut quod ego audiui
in ſpiritu, uobis referā, qui ipſum loquentē audire
non meremini. Quidam cœlū & terram quaſi ani=
mantia ad audiendū prouocari putant, iuxta illud
Pſal.103.d quod de terra in alio loco dicitur: Qui reſpicit ter=
ram & facit eā tremere, cū hoc poteſtatis dei ſit, nō
terrenæ intelligentiæ. a ¶ Filios genui & exalta=
ui &c.) Pro quo Symmachus & Theodotio ita uer
terunt; Filios enutriui & exaltaui. Ab hoc loco nar
rat propheta, quid dñs ſit loquutus, quod populū
Iſraël quos ſeruos cōmuni lege cōdiderat, in filios
uerterit, dixeritq;: Filius primogenitus meus Iſ=
Exod.4.f raël. Deniq; & dñs in euāgelio apoſtolis repromit=
Ioan.15.b tit; quod ſi fecerint uoluntatē eius, iam nō appellet
eos ſeruos, ſed amicos. Quod ſi ſuperbierit Iſraël,
audiens ſe eſſe primogenitū: intelligat primogeni=
tum idcirco ſe dici, quia ſecundi filij ſignificētur ex
gentibus. Nō eñ appellatur unigenitus qui exclu=
dat cæteros fratres; ſed primogenitus, ut monſtret
& alios ſecuturos; & tamen iuxta myſteria ſcriptu=
rarū, nō primogeniti accipiunt hæreditatē, ſed ſecū
Gene.4. di. Primogenitus fuit Cain, ſed Abel munera pla=
cuerunt deo. Primogenitus Iſmaël, ſed Iſaac accepit
Ibid.25. hæreditatē. Primogenitus Eſau, ſed benedictionē
patris Iacob ſupplātator præripuit. Primogenitus

Ruben, ſed tamē benedictio ſeminis Chriſti trāsfer G
tur ad Iudam. Itaq; illi iuxta uocationis ordinē pri=
mi fuerunt, & appellabantur caput: nos ſecūdi qui
dicebamur cauda, uerſi ſumus ī caput, & dei appel=
lamur filij. Quotquot eñ receperūt eum, dedit eis Ioan.1.a
poteſtatē filios dei fieri.
Nec accepimus ſpiritum Roma.8.c
ſeruitutis in timore, ſed
ſpiritum adoptionis: in
quo clamamus abba pa=
ter; quia pfecta dilectio 1.Ioan.4.d
foras mittit timorē. Me=
lius eſt autē iuxta Hebaicū legere: Filios enutriui,
quàm genui; ne uideatur illi dicto quod in Ioannis
epiſtola legimus eſſe cōtrarium; Omnis qui natus Ibid.3.a
eſt ex deo, non peccat; ergo iſti ſi nati ſunt ex deo
quomodo peccare potuerunt; cū omnis qui ex deo
natus eſt, peccare non poſſit? b ¶ Cognouit bos
poſſeſſorē ſuū &c.) Pro quo ſoli Lxx. tranſtulerūt;
Iſraël autē me nō cognouit, & populus me nō intel
lexit; Vt iuxta cæteros & Hebraicū, poſſeſſorē ſuū
Iſraël non cognouerit, & præſepe dñi ſui populus
non intellexerit. Et eſt ſenſus perſpicuus: Ego eos
adoptaui in filios, & feci populū peculiarē, & partē
meam ac funiculū hæreditatis meæ, appellauiq; eos
primogenitos; illi aūt ne hoc quidē fecerunt quod
bruta faciunt animalia; ut beneficijs uincerētur, &
intelligerent paſtorem ac nutriciū ſuum. Nec cōpa
rauit eos canibus, quod ſagaciſſimū genus animan H
tium eſt, & pro paruo cibo dominorū tecta defen=
dit, ſed ſtolidioris ſenſus boui & aſino; quorū alterū
carpenta trahens, duriſſimas terræ glebas uertit uo
mere; alterum portat onera & hominū in gradiēdo
laborem temperat, unde & iumenta appellantur ab
eo quod iuuēt homines. Poteſt hic locus & de deo
patre intelligi; ſed magis refertur ad filiū, quod non
cognouerit eū, neq; ſuſceperit populus Iſraël: Cu=
ius diē Abraham uidit, & lætatus eſt; & in cuius ad Ioan.8.g
uentu omnium prophetarū uota pendebāt. Qui &
in euangelio ad Hieruſalē loquitur; Quoties uolui Matth.23.d
congregare filios tuos, ſicut gallina pullos ſub alas
ſuas, & noluiſti? Quærimus ubi pariter legerimus
bouem & aſinū? In Deuteronio ſcriptum eſt; Non Deut.22.b
arabis in uitulo ſimul & aſino. Et in hoc eodē Eſa=
ia; Beatus qui ſeminat ſuper omnem aquā, ubi bos Infra.32.
calcat & aſinus. Simul arat in boue & aſino He=
bion: dignus pro humilitate ſenſus, paupertate no=
minis ſui; qui ſic recipit euangeliū, ut Iudaicarū ſu=
perſtitionum quæ in umbra & imagine præceſſe=
runt, ceremonias nō relinquat. Beatus eſt aūt qui ſe
minat in eloquijs ſcripturarum tam ueteris q̃ noui
inſtrumenti; & calcat aquas occidētis literæ, ut me=
tat fructum ſpiritus uiuificantis. Bos iuxta anago= Anagoge.
gen refertur ad Iſraël, qui legis portauit iugū, & mū
dum animal eſt. Aſinus peccatorum onere prægra
uatus, gentium populus accipitur; cui dominus lo
quebatur; Venite ad me omnes qui laboratis & Matth.11.d
onerati eſtis, & ego reficiam uos. Phariſæis ergo &
ſcribis non credentibus; qui habebant legis clauem
atq;



a meus nō intellexit. Væ genti peccatrici, po=
pulo graui iniquitate, ſemini nequā, filijs ſce
leratis; dereliquerunt dominum; blaſphema
uerunt ſanctum Iſraël; abalienati ſunt retror
b ſum. In quo percutiam uos ultra adden=
c tes præuaricationem. Omne caput lan=
d guidum & omne cor mœrens. A planta pe=
dis uſq; ad uerticem, non eſt in eo ſanitas:
e uulnus & liuor & plaga tumens, Nō eſt cir=
cumli

A atq; noticiā; & uere appellabātur Iſraël; id eſt mens
uidens deum; credidit pars populi Iudæorū; ut una
die tria milia ſimul crederent; & alia die quinq; mi=
lia. Sapientibus quoq; ſeculi non recipientibus cru
cem Chriſti; indocta nationū turba ſuſcepit. Vnde
1.Cor.1.d & Apoſtolus loquebat:
Videte uocationē ueſtrā
fratres; quia nō multi ſa=
pientes ſecundū carnem:
non multi potentes, non
multi nobiles; ſed quæ
ſtulta ſunt mundi elegit
deus, ut cōfundat ſapien
tes; & quæ infirma ſunt
mundi elegit deus, ut cō
fūdat fortia. Sed hæc co=
acta ſuperior uera inter=
pretatio eſt. a ¶ Væ gēti
peccatrici &c.) Hoc qđ
in ultimo poſui; abalienati ſunt retrorſum; Lxx. in
terpretes nō habent; & ꝓ populo graui iniquitate,
populo pleno peccatis; & ꝓ blaſphemauerunt ſcri=
bitur in eis iracundiam concitauerunt; & ꝓ ſemine
nequā, ſemen peſſimum; quod cæteri ſequētes He=
braicum מְרֵעִים interpretati ſunt, peſſimorum: ut
non tam ſeminis uitium ſit, ne boni & mali diuerſa
B putetur eſſe natura, q̃ eorum maliciæ qui uolūtate
propria dominum dereliquerunt. In principio uo=
luminis titulus eſt, perſonam, cauſam, tempusq; cō
memorans. In ſecundo intentos auditores facit. In
tertio narrat quid locutus ſit dominus. In quarto
quaſi in exceſſibus gentem increpat peccatricem et
populum plenum uel grauem iniquitate. Non quo
alia ſit gens & alius populus; ut quidam putant; ſed
ipſe Iſraël, & gens appellatur & populus, & filij ſce=
lerati ſiue iniqui; ut qui primum per beneficium fi=
lij appellati ſunt domini; poſtea uitio ſuo uocaren=
tur filij iniquitatis; ſiue ut reliqui conſona uoce di=
xerunt; filij corrumpentes; id eſt, υἱοὶ διαφθείροντες, qui
naturæ bonum ſuo uitio perdiderunt. Quodq;
iungitur; Blaſphemauerūt ſanctum Iſraël; proprie
de Iudæis dicitur conclamantibus; Non habemus
Iob.19.c regem niſi Cæſarem; Et: Nónne hic eſt filius fabri:
Mar.6.a & dæmonium habet, & Samaritanus eſt? Quia igi=
Ioan.8.f tur dereliquerunt Chriſtum & blaſphemauerunt
ſanctum Iſraël; idcirco abalienati ſunt retrorſum;
Pſal.17.g ut qui appellabantur pars & filij dei, poſtea dicere=
Luc.9.d tur; Filij alieni mētiti ſunt mihi. Præcepit ſaluator;
ne apprehenſo aratro reſpiciamus poſt tergum; ne
Philip.3.c imitemur uxorem Lot. Vnde & Apoſtolus exten
dens ſe in priora, poſteriorum obliuiſcitur. Quod
autem dixit iuxta Lxx. populo pleno peccatis; oſtē
dit nullam ſpeciem peccatorum in Iſraël populo
non fuiſſe. Sin autem legerimus ut in Hebraico
Zach.5.c eſt; Populo graui iniquitate. Illius teſtimonij recor
demur; quod iniquitas ſedeat ſuper talentum plum
bi; & ex peccatoris perſona dicatur in pſalmo trice=
ſimoſeptimo; Eleuatę ſunt iniqtates meæ ſuper ca=
put meū; Quaſi onus graue grauatę ſunt ſuper me.

Manifeſta trāſcurrimus, ut in obſcurioribus & his C
quæ explanatiōe indigēt immoremur. b ¶ In quo
pcutiā &c.) Quo teſtimonio diſcimus idcirco dñm
percutere delinquētes, ut percuſſos corrigat, & nō
tam pœna ſit q̃ emendatio. Eſtq; ſenſus: Nō inue=
nio quam plagis ueſtris
poſſim adhibere medici=
nam; oñia mēbra ueſtra
plena ſunt uulnerū; nullā
partē corporis quæ non
ſit ante percuſſa reperio.
Vel certe hoc modo; nul
las inuenio plagas qbus
ueſtrā frāgam duritiam.
Quāto eñ tormēta ma=
iora ſunt; tāto magis cre=
ſcit impietas & iniquitas;
ſiue ut Theodotio trāſtu
lit, declinatio; ut receda=
tis & declinetis à dño. Quale eſt illud Hieremiæ;
Sine cauſa percuſſi filios ueſtros; diſciplinā nō rece Hiere.2.f
piſtis. Vnde iratus loquitur per Oſee; Nō uiſitabo Oſee.4.a
ſuper filias ueſtras cum fuerint fornicatæ; & ſuper
nurus ueſtras cū adulterauerint. Et per Ezechielē;
Zelus meus recedet à te; & nō iraſcar tibi amplius. Ezech.16.e
De quibus & in pſalmis legimus; Nō eſt firmamē= Pſal.72.a
tum in plaga eoꝝ; & in laboribus hominū nō ſunt,
nec cū hominibus flagellabūtur. c ¶ Omne caput
languidū &c.) Animi lætitia interdū dolorē corpo D
ris mitigat; quod ſi ad ægrotationē corporis acce=
dat ægritudo animi, duplicat infirmitas. Inter ipſos
quoq; ſenſus & omnia membra corporis, principa
lem locum obtinet caput; in quo uiſus & odoratus,
auditus & guſtus eſt. Cum igitur caput doluerit,
omnia mēbra debilia ſunt. Et per metaphorā docet Metaphora
quod à principibus uſq; ad extremā plebem; à do=
ctoribus uſq; ad imperitū uulgus in nullo ſit ſani=
tas; ſed omnes in impietatē pari ardore cōſentiant.
d ¶ A planta pedis uſq; ad uerticē &c.) Seruat cœ
ptam tranſlationē; A pedibus uſq; ad uerticē; id eſt
ab imo uſq; ad ſummū; ab extremis uſq; ad primos,
toto confoſſi ſunt corpore. Vulnus, inquit, & liuor
& plaga tumens; aut eñ uerberibus liuēt corpora,
aut plagis tumēt, aut hiant uulneribus. Quærimus
cui hæc tēpori coaptāda ſint. Poſt Babylonicam ca
ptiuitatē ſub Zorobabel & Eſdra ac Neemia Iſraël
reuerſus eſt in Iudæā, & antiquū recepit ſtatū. Sub
diuerſis quoq; principibus ac regibus tēplū augu=
ſtius fabricatū eſt; in tantū ut etiā externarū gentiū.
Lacedæmoniorū & Athenieſiū ac Romanorū me=
rerentur amicitias. Ergo hoc quod dicit: Nō eſt in
eo ſanitas; ad extremā refert captiuitatē; qñ poſt Ti
tum & Veſpaſianū & ultimā euerſionē Hieruſalē,
ſub Aelio Hadriano uſq; ad præſens tempus nullū
remediū eſt, impleturq; quod ſcriptum eſt: Omnes Roma.3.b
declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: Nō eſt qui
faciat bonū; nō eſt uſq; ad unum. Quodq; infertur:
non eſt in eo ſanitas; uel in populo intellige; uel in
corpore; uel in capite. e ¶ Nō eſt circūligata &c.)

cumligata, nec curata medicamine; neq; fo-
a ta oleo. Terrã ueſtra deſerta; ciuitates ueſtræ
igne ſuccenſæ; regionem ueſtram in conſpe-
ctu ueſtro alieni deuorant: & deſolabitur
b ſicut in uaſtitate hoſtili. Derelinquetur filia
Sion ſicut umbraculum in uinea; ſicut tugu
rium in cucumerario; ſicut ciuitas quę uaſta
c tur. Niſi dominus exercituũ reliquiſſet no-
bis ſemẽ; quaſi Sodoma fuiſſemus; & quaſi
Gomorra

E Pro quo Lxx. tranſtulerunt: Nõ eſt malagma im-
ponere neq; oleũ, neq; alligaturas. Vſq; hodie uul-
nus & liuor & plaga tumẽs populi Iſraël, nõ eſt cir-
cumligata faſciolis; nec curata medicamine. Quod
Aquila ĩterpretatus eſt μότωσιν, lintheola uidelicet:
quæ ad exiccãdã ſaniem,
& purulentias extrahen-
das inijciuntur uulneri-
bus. Neque fota oleo: ut
corũ duritia lachrymis
pœnitẽtiæ molliret. Pro
faſciolis quibus Iſraëlis
nequaq; circũligata ſunt
uulnera: Lxx. malagma
tranſtulerunt, iacet ergo
cõfoſſus & cõtrucidatus
Iſraël; quia interfecit me-
dicum, qui ad curandam
uenerat domum Iſraël:
Hiere.51.a Vnde & in Hieremia propheta τροπικῶς ſub ꝑſona
Babylonis loquuntur angeli; Curauimus Babylo-
nem; & non eſt ſanata; urbem uidelicet confuſionis
atq; uitiorum. Et in euangelio legimus; deſcenden-
Luc.10.c tem de Hieruſalem in Hiericho à latronibus uulne
ratum; curatumq; à Samaritano; & poſt auſteritatẽ
uini infuſam uulneribus eius olei mollitudinẽ. Ab
eo ergo loco ubi ſupra dixerat: In quo percutiam
uos; Et omne caput languidum: uſq; ad hoc quod
infert: Non eſt curata medicamine, neq; fota oleo:
translationis ſimilitudo ſeruatur; & irremediabiliũ
F deſcriptio uulnerum, æternã captiuitatẽ exprimit
Iudæorum. a ¶Terra ueſtra deſerta &c.) Hæc
ſub Babylonijs ex parte completa ſunt; incẽſo tem
plo, ſubuerſa Hieruſalem; quando regionem decẽ
tribuum Samaritani poſſederunt: & in tantam re-
dacta eſt terra repromiſſiõis ſolitudinem, ut à leo-
nibus uaſtaretur. Plenius autẽ atq; perfectius quid
futurum ſit ſub Romana captiuitate deſcribitur:
quando uniuerſam Iudæã Romanus uaſtauit exer
citus; ciuitatesq; ſuccẽſæ ſunt, & regionem eorum
in præſentiarum alieni deuorant: & uſq; ad finem
mundi perſeuerabit uaſtitas Iudæorum. Poſſumus
autem hæc tropologice de peccatoribus accipere:
qui de ſanctitate priſtina corruerunt, poſtq; cõtra-
rijs fuerint traditi poteſtatibus; quod oĩa eorum
bona ueniant ad deſertum; & prioris iuſticiæ deus
non recordetur; & igne diaboli omnia ſuccendan-
tur, & ſint pabulum beſtiarum; de quibus & in alio
Pſal.73.d loco ſcriptum eſt; Ne tradas beſtijs animam cõfitẽ-
tem tibi. b ¶Derelinquetur filia Sion ſicut um-
braculum in uinea &c.) Quod uinea appellatus ſit
omnis Iſraël; idem in cõſequentibus ꝓpheta teſta-
Infra.5. tur, dicens: Vinea enim domini ſabaoth, domus eſt
Iſraël; & homo Iuda, nouella plantatio atq; directa.
Pſal.79.b Et in pſalmo: Vineam de Aegypto tranſtuliſti; eie-
ciſti gentes & plantaſti eam. Hæc uinea q̃diu uber
rimos attulit fructus, habuit cuſtodem deum. De
Ibid.120.a quo ſcribitur: Non dormitabit neq; dormiet qui
cuſtodit Iſraël. Poſtq; uero uindemiauerunt eam

omnes tranſeuntes uiã; & uaſtauit eã aper de ſylua: G
reliquit templũ ſuũ dñs; iratusq; cõſurgens ait; Sur
gite abeamus hinc; Et; Relinquetur domus ueſtra de- Matth.23.d
ſerta. Et per Hieremiã: Reliqui domũ meã; dimiſi Hiere.12.b
hæreditatẽ meã. Facta eſt hæreditas mea mihi, ſicut
leo in ſylua: dedit ſuper
me uocẽ ſuam, ꝓpterea
odiui eã. Similitudo autẽ
uaſtationis tẽpli & Hie-
ruſalem ſumpta eſt ab a-
gricolis; qui q̃diu uinea
uuarũ plena eſt; ponunt
cuſtodes in umbraculis.
In cucumerario quoq; q̃
Lxx. pomorũ cuſtodiam
uocãt paruulæ fiũt caſu-
læ, ꝓpter ardorẽ ſolis ac
radios declinãdos; & in-
de uel hoĩes uel beſtiolas
quæ inſidiari ſolẽt natis frugibus abigunt. Cũ autẽ
ablata fuerint iſtiuſmodi genimina; remanẽt aren-
tia fruticum umbracula, caſulæq; recedẽte cuſtode,
quia nõ habet ultra quod ſeruet. Ergo & omnipo-
tens deus dereliquit tẽplũ, & urbẽ fecit eſſe deſertã;
quod nõ neceſſe eſt ſermonibus approbare nobis,
præſertim q uidemus deſertã Sion & euerſam Hie
ruſalem; tẽplumq; uſq; ad ſolũ dirutũ. Quod aũt fi-
liam Sion uocat, clemẽtiſſimi parentis mõſtrat affe-
ctum. Nec mirũ ſi Sion appelletur filia, cũ etiã Ba-
bylon ſæpiſſime filia nũcupetur. Omnes eñ natura Pſal.136.
filij dei ſumus, ſed noſtro uitio alieni efficimur. Iu- H
xta anagogen; uinea dei & pomorũ paradiſus, ani-
ma noſtra appellari poteſt; Cui ſi mens, id eſt νοῦς, Anagoge.
præfuerit, habet cuſtodẽ mẽtis deum; ſin autẽ uitia
nos quaſi quædã beſtiæ fuerint deprędata relinqui
mur à cuſtode deo, & omnia noſtra redigẽtur ad ſo
litudinẽ. c ¶Niſi dñs exercituũ reliquiſſet nobis
ſemen &c.) Hũc locũ Paulus apoſtolus ad Roma-
nos plenius diſſerit ſcribens; Dico ergo; nũquid re-
pulit deus populũ ſuũ? Abſit; nam & ego Iſraëlita
ſum ex ſemine Abrahã de tribu Beniamin. Nõ re-
pulit deus plebẽ ſuã quã pręſciuit. Et poſt paululũ:
Sic ergo & in iſto tẽpore reliquiæ ſecundũ electio-
nem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Ex quo oſtenditur ſu
periora quæ cõtra Hieruſalẽ & Iudam ſermo ꝓphe
ticus cõminatus eſt; nõ ad Babylonicæ captiuitatis
referenda tẽpus, ſed ad ultimã Romanorũ; quando
in Apoſtolis ſaluæ factæ ſunt reliquiæ populi Iu-
dæorum; & una die crediderunt tria milia; & altera
quinq; milia; & in toto orbe euangeliũ ſeminatum
eſt. Pro, dño exercituũ, quod nos, ſecuti Aquilã, in
Latinũ uertimus; in Hebræo legitur, dñs ſabaoth:
quod Lxx. interpretes ꝓ locorum qualitate dupli-
citer transferunt; aut dñm uirtutum; aut dominum
omnipotentẽ. Et quærẽdum utrũ de patre dicatur
an de filio. Nec dubiũ quin illud quod in uiceſimo-
tertio pſalmo legitur; Attollite portas principes ue
ſtras; & eleuamini portæ æternales, & introibit rex
gloriæ; Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus ſabaoth;
id eſt



a Gomorra ſimiles eſſemus. Audite uerbum
dñi principes Sodomorũ; percipite auribus
b legẽ dei nři populus Gomorræ. Quõ mihi
multitudinẽ uictimarum ueſtrarũ; dicit dñs.
Plenus ſum holocauſto arietũ & adipe pin-
guiũ; & ſanguinẽ uitulorũ & agnorũ & hir-
corũ nolui. Cũ ueneritis ante cõſpectũ meũ;
c Quis eñ quæſiuit hæc de manibus ueſtris?
d Calcare atriũ meũ nõ apponetis. Ne offera-
tis ultra ſacrificiũ fruſtra; incẽſum abomina-
e tio eſt mihi. Neomenias ueſtras & ſabbata
ueſtra & feſtiuitates alias nõ ferã; iniqui ſunt
cœtus

A id eſt dñs uirtutum, ipſe eſt rex gloriæ; ad Chriſtũ
referatur; qui poſt paſſionis triumphũ ad cœlos ui
1.Cor.2.b ctor aſcendit. Et in alio loco de dño dicitur, qđ rex
gloriæ ſit: Si eñ cognouiſſent, nunq; dñm gloriæ
crucifixiſſent. Ergo nõ ſolum iuxta Apocalypſim
Ioannis, & Apoſtolum
Paulũ; ſed ĩ ueteri quoq;
teſtamẽto, dñs, ſabaoth:
hoc eſt omnipotẽs, Chri
ſtus appellatur. Si enim
omnia patris filij ſunt; &
ut ipſe loquitur in euãge
Matth.28.d lio; Data eſt mihi omnis
poteſtas in cœlo & in ter
ra; Et; Oĩa mea tua ſunt
& glorificor in eis: Cur
nõ etiã omnipotentis no
mẽ referatur ad Chriſtũ:
ut ſicut deus dei, & dñs
dñi; ſic oĩpotẽs oĩpo
tentis filius ſit? a ¶Au
dite uerbũ dñi prin. &c.)
Saluis factis reliquijs per
Luc.23.d Apoſtolos populi Iſraël; ad ſcribas & Phariſæos &
populũ ſubclamãtẽ; Crucifige, crucifige talẽ; ꝓphe-
ticus ſermo cõuertitur; & uocat eos principes So-
B domorũ & populũ Gomorræ; iuxta illud quod in
cõſequentibus legimus; Iniquitatẽ ſuã ſicut Sodo-
ma annũciauerunt & oſtẽderunt. Væ animæ eorũ
Infra.3. quia cogitauerunt cõſiliũ peſſimũ cõtra ſemetipſos,
dicentes; Alligemus iuſtum, q̃m inutilis eſt nobis.
Ergo ꝓpterea principes uocantur Sodomorum, &
populus Gomorræ; quia cogitauerunt cõſiliũ peſ-
Ioan.19.c ſimum; & alligauerunt iuſtũ atq; dixerunt; Nõ ha-
Ibid.9.f bemus regẽ niſi Cæſarem. Et rurſum; Nos ſcimus
Ibid.8.d quia Moyſi locutus eſt deus: iſtum aũt quis ſit ne-
ſcimus. Simulq; gloriãtes in euãgelio; Semẽ Abra-
hæ ſumus; & nemini unq; ſeruiuimus; audiũt à do-
mino ſaluatore; Si eſſetis filij Abrahæ, utiq; opera
Ibid.e Abrahæ faceretis. Et rurſum; Vos ex diabolo pa-
tre nati eſtis; & opera patris ueſtri uultis facere. Ta
Ezech.16.d le quid & Ezechiel ad Hieruſalem loquitur; Pater
tuus Amorræus, & mater tua Cethea. Aiunt He-
bræi ob duas cauſas interfectũ Eſaiam; quod princi
pes Sodomorum & populũ Gomorræ eos appella
Exod.33.d uerit; & quod dño dicente ad Moyſen; Nõ poteris
Infra.6. uidere faciem meam; iſte auſus ſit dicere; Vidi do-
minum ſedẽtem ſuper thronum excelſum & eleua-
tum; nõ cõſiderantes quod faciem & pedes dei ſiue
ſuos, quia in Hebræo ambigue legitur, ſeraphim
texerint; & media tãtum eius Eſaias uidiſſe ſe ſcri-
bat. Homo igitur dei faciem uidere nõ poteſt; An-
Matth.18.b geli autem etiã minimorum in eccleſia, ſemper ui-
1.Cor.13.d dent faciem dei. Et nunc in ſpeculo uidemus & in
ænigmate; tunc autẽ facie ad faciem; quando de ho
minibus in angelos profecerimus, & potuerimus
2.Cor.3.d cum Apoſtolo dicere: Nos autem omnes reuelata
facie gloriam dei ſpeculantes, in eandem imaginem
transformamur à gloria in gloriam, quaſi à dñi ſpi-

ritu; Licet faciem dei iuxta naturæ ſuæ ꝓprietatem C
nulla uideat creatura; & tunc mente cernatur, quan
do inuiſibilis creditur. b ¶Quo mihi multitudi-
nem uictimarum &c.) Pro eo quod eſt, nolui; Lxx.
tranſtulerunt, nolo; pręſens tempus pro præterito.
Porrò iuxta Hebraicũ,
nũquàm ſe deus hoſtias
Iudæorũ uoluiſſe demõ-
ſtrat; quod & in quadra-
geſimonono pſalmo le-
gimus; Non accipiam de
domo tua uitulos, neq;
de gregibus tuis hircos;
Quoniã meæ ſunt oẽs
feræ ſyluarum; iumẽta in
montibus & boues; Co-
gnoui oĩa uolatilia cœ
li; & pulchritudo agri
meũ eſt; Si eſuriero non
dicam tibi; meus eſt eñ
orbis terræ & plenitudo
eius: Nunquid mandu-
cabo carnes thaurorum;
aut ſanguinem hircorũ potabo? Cumq; ueteris le-
gis ceremonias reſpuiſſet, tranſit ad euãgelicam pu
ritatem; & quid ꝓ his cupiat oſtendit; Immola deo
ſacrificiũ laudis; & redde altiſſimo uota tua; Et in- D
uoca me in die tribulationis; & eruã te & honorifi- Pſal.49.c
cabis me. Omnis ergo capituli huius continentia,
uſq; ad eum locum ubi ait; Iudicate pupillo; defen-
dite uiduã; & uenite & diſputemus; dicit dominus;
reſpuit ſacrificia uictimarum & euangelij obedien
tiam docet eſſe ſuper ſacrificium. Quodq; intulit;
Plenus ſum; hoc ſenſu eſt accipiendum; nulla re in-
digeo; Domini eſt terra & plenitudo eius. Vnde & Ibid.23.d
nos omnes de plenitudine eius accepimus. Poteſt Ioan.1.b
hoc & de his accipi; qui cũ dei præcepta nõ faciant;
donis uarijs atq; muneribus deum redimere poſſe
ſe credunt; uel qui parta per rapinam & auariciam,
altari offerunt & pauperibus. c ¶Quis eñ quæ-
ſiuit hæc de manibus ueſtris?) Audiant Hebionei;
qui poſt paſſionem Chriſti abolitam legem putant
eſſe ſeruandam. Audiant Hebionitarum ſocij; qui
Iudæis tantum & de ſtirpe Iſraëlitici generis hæc
cuſtodienda decernunt. Hoſtiæ ergo & immolatio
uictimarum non principaliter à deo quæſita ſunt;
ſed ne idolis offerẽtur; & ut de carnalibus uictimis
quaſi per typũ & imaginẽ ad ſpirituales hoſtias trã-
ſiremus. Dicendo autẽ ſe hoſtias nõ quæſiſſe; oſten
dit quia lex ſpiritualis ſit; & omnia quæ Iudæi car-
naliter faciunt à nobis impleri ſpũaliter. d ¶Cal-
care atriũ meũ non apponetis.) Obſerua quod poſt
Babyloniã uaſtitatẽ, rurſum à Zorobabel tẽplum 1.Eſd.5.a
ædificatum ſit; & per multã annorũ ſeriem in tẽplo
ſint oblata ſacrificia. Ergo ultimã ſub Veſpaſiano
& Tito deſtructionẽ tẽpli indicat; quæ uſq; ad con-
ſummationẽ mũdi perſeueratura eſt. e ¶Neome
nias ueſtras &c.) Omnis conuentus qui non offert
hoſtias ſpiritales; nec audit illud quod in quinqua-
geſimo

E gesimo psalmo canitur sacrificiū deo spiritus cōtribulatus: cor cōtritum & humiliatū deus non despicit; abominabilis est deo. Et idcirco iungit & dicit: a ¶Kalendas uestras &c.) Vt nō suas appellet festiuitates: sed eorum qui male his abutūtur. Quodq; Lxx. interpretati sunt: ieiuniū & ociū; possumus dicere illud ieiuniū recipi à deo ꝙ ocium bonorū operū nō habet. b ¶Odiuit anima m.) ἀνθρωποπαθῶς nō ꝙ animā deus habeat; sed nostro loquit̃ affectu. c ¶Facti estis mihi in satieta. &c.) Pro quo interp̃tatus est Aquila: laboraui sustinēs. Symmachus ἐκοπώθην ἱλασκόμενος, quod est, defeci miserans: ut ostendat se nequaq; ultra misereri: qa aliud sit seruos ad se missos occidere: aliud filiū.

Osee.13.c Hunc sensum & in Osee ꝓpheta legimus: Perditio tua Israël, tantū in me auxiliū tuū: quod ita ītelligit̃: pereas Israël qa non tuo merito, sed meo tātū

F saluaris auxilio. d ¶Manus uestræ s.&c.) Causam manifestat cur deus auertat ab eis oculos suos, & multiplicatam orationē non exaudiat: quia effuderint sanguinē iusti: & pessimi coloni, hæredem ad se missum interfecerint. Vnde & saluator ad eos loquitur:

Matth.23.d Et uos implete mensurā patrū uestroꝝ. Illi eñ interfecerunt missos ad se ꝓphetas: uos iugulate patrisfamilias filiū. Vtendū hoc testimonio & contra eos, qui cū quotidianis operibus sanguine manus plenas habeāt: in oratione dies noctesq; cōiungūt. e ¶Lauamini, mūdi estote.) Pro superioribus uictimis & holocaustis & adipe pinguiū & sanguine taurorū & hircorū: & ꝓ thymiamate & neomenijs, sabbato, die festo atq; ieiunijs, kalēdis & alijs solēnitatibus: euāgelij mihi placet religio: ut baptizemini in sanguine meo per lauacrū regenerationis: quod

Ioan.3.d solū potest peccata dimittere. Nisi eñ quis renatus fuerit ex aqua & spiritu: nō intrabit in regnū cœlorum.

Matth.28.d Ipse quoq; dn̄s ascendēs ad patrē: Eūtes, inqt, docete omnes gētes: baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. f ¶Auferte mal. &c.) Quod & Ioannes baptista dicebat: Genimina uiperarum quis ostēdit uobis fugere ab ira uentura? Facite ergo uobis fructus dignos pœnitentiæ: ut qui Christi baptisma cōsecutus est: auferat malū de corde suo: & quiescat agere peruerse: ac postea discat bonum facere: secundū illud quod alibi præcipitur.

1.Pet.3.b Declina à malo & fac bonum. g ¶Quiescite agere peruerse: discite &c.) Virtus ergo discēda est: nec naturæ tātum bonū sufficit ad iusticiā: nisi quis eru

G diatur cōgruis disciplinis. Iesus quoq; filius Sirach tale quid loquitur: Desiderasti sapientiā: serua mandata, & dn̄s tribuet tibi eam. Et in sequētibus idem Esaias cōmemorat: Omnis qui nō didicerit iusticiā super terram: ueritatem nō faciet. Discēda est ergo iusticia: & magistrorum sapientiæ terenda sunt limina. h ¶Quærite iudiciū: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite uiduam: & uenite &c.) Victimis Iudæorum euangelica mandata succedunt: & ideo pupillis ac uiduis prouidetur: ut securi de tutela cōiugum ac liberoꝝ suoꝝ: martyres ad bella procedāt. Cū aūt, inquit, hęc feceritis: arguite me, si non reddidero præmia quæ pollicitus sum. Quando autē dicit: Quærite iudicium: ostendit non esse omnium recte iudicare, sed eorum qui prudētes sunt. Deniq; & Salomon in uisione per somnium, hoc à deo postulauit: ut

H accepta sapiētia, iuste populū iudicaret. i ¶Si fuerint peccata &c.) Ordo præcipuus: Nō eñ sufficit dixisse lauamini: nisi iungat, mūdi estote: ut post lauacrum aquæ, cordis habeāt puritatem: Beati enim Matth.5.a

mūdo corde: quoniā ipsi deū uidebunt. Cumq; cordis habuerint puritatē: debēt auferre malū de mētibus suis: nō ī cōspectu hominū sed in cōspectu dei: quē cælare nihil potest. Quodq; iūgitur: Quiescite agere peruerse: illud euāgelicum sonat: Ecce sanus factus es: noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Recedens ergo à uitijs discat bonū: quærat iudicium: oppresso subueniat: pupillū uiduamq; sustētet: & si hoc fecerit: tūc peccata quæ prius in modū coccini sanguinea fuerant, dimittentur: & opera cruoris ac sanguinis, ueste dn̄i mutabuntur, quæ de agni cōfecta est uellere, quē sequūtur in Apocalypsi, qui uirginitatis candore resplēdent. k ¶Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: si nolueritis et nō audieritis: siue ut in Hebræo habetur: & me ad iracūdiā ꝓuocaueritis &c.) Liberū seruat arbitriū: ut in utranq; partem non ex præiudicio dei: sed ex meritis singulorum, uel pœna uel præmium sit. Bona autem terræ illa puto dici: de quibus in psalmo legimus: Credo uidere bona domini in terra uiuē- Psal.26.d

tium. Et beati mites: quoniam ipsi possidebunt ter- Matth.5.a

ram. Vel certe quia Iudæis loquebatur: qui necdū poterant capere spiritualia: pollicetur eis bona præsentis seculi: ut saltē præsentibus inuitati faciāt quæ præcepta sunt. Et qa noluerūt audire: sed ecōtrario ꝓuocauerunt ad iracundiā sanctū Israël: propterea

eos

a cœtus uestri. Kalendas uestras & solēnitates
b c uestras. Odiuit anīa mea. Facti estis mihi in
satietatē: nequaq; dimittam peccata uestra.
Et cum extēderitis manus uestras: auertam
oculos meos à uobis. Et cum multiplicaueri
d tis orationē, non exaudiam uos. Manus ue-
e stræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi
f estote. Auferte malum cogitationū uestrarū
g ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: di-
h scite benefacere. Quærite iudicium: subueni-
te oppresso: iudicate pupillo: defēdite uiduā:
i & uenite & arguite me, dicit dn̄s. Si fuerint
peccata uestra ut coccinū: quasi nix dealba-
bunt̃. Et si fuerīt rubra, quasi uermiculus: ue
k lut lana alba erūt. Si uolueritis & audieritis
me, bona terræ comedetis: si nolueritis & nō
audieritis: (siue ut in Hebræo habet̃) & me
ad ira



ad iracūdiā prouocaueritis) gladius deuo-
a rabit uos. Quia os dn̄i locutū est. Quomo-
b dō facta est meretrix ciuitas fidelis plena iu
dicij: iusticia requieuit in ea: nūc aūt homi-
c cidæ. Argētum tuū uersum est in scoriā.
d Caupones tui miscent uino aquam. Princi
e pēs tui inobediētes, socij furū. Omnes dili-
gūt munera: sequunt̃ retributiōes. Pupillo
nō iudicāt: et causa uiduæ nō ingredit̃ ad il
los. Pro

A eos gladius deuorauit: id est Romanus deleuit exercitus. Et hæc, inquit, omnia fient. a ¶Quia os domini locutum est.) Cuius sententia, permanentibus hominum peccatis, non potest immutari. b ¶Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis: plena iudicij: iusticia requieuit in ea &c.) Verbum Hebraicū ילין pro quo Lxx. transtulerunt, ἐκοιμήθη, id est dormiuit, & requieuit & requiescet id est, & præteritū & futurū tempus significat. Vnde & Aquila & Theodotio quasi de futuro dicunt. Miratur aūt prophetico spiritu: quod ciuitas quæ quōdam fidelis fuit, uel fidelium receptaculum, subito facta sit meretrix. Quod quidem & in Esaiæ temporibus intelligi potest: sed plenius refertur ad passionem Christi, quando omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et quāquàm in Hebraico non habeatur Sion; tamen Lxx, ut sensum manifestiorem facerent, addiderunt. Sion autem mons est, in quo Hierusalem urbs condita est: quæ postquàm capta est à Dauid, appellata est

B ciuitas Dauid. Nec ambigo fuisse in ea sanctos uiros, quando tabernaculum dei habuit: & postea tēplum ædificatum est, quando Nathan & Gad prophetauerunt: Et super choros (qui in libro dierum plenius describuntur) Asaph, & Idithun, & Eman, & filij Choræ constituti sunt: ut paulatim à sacrificijs uictimarum ad laudes domini trāsiret religio. Ciuitas ergo fideliū quæ prius fuit plena iudicij, & iusticia requieuit in ea: nūc plena est homicidis, qui interfecerūt prophetas, & ipsum dominum saluatorem. Fornicationem autem Hierusalem, quomodo diuaricauerit crura sua omni transeunti sub

אהליבה nomine Oolibæ Ezechiel prosequitur: quæ interpretatur, tabernaculū meum in ea: quod nunc alijs uerbis dicitur: iusticia requieuit in ea. Pro iusticia in Hebræo scriptū est צדק: quod iustum magis sonat ꝙ iusticiam: ut intelligamus prius in ea dominum cōmoratum: de quo alibi dicitur: Iustus autē

Psal.10.a quid fecit? Dominus in templo sancto suo: dominus in cœlo sedes eius. Quæ omnia possumus secū-

Anago. dum Anagogen referre ad animam sancti quondā uiri: in qua prius dei iusticia cōmorata est, si postea peccauerit, & pro hospite deo, homicidæ dæmones in ea fuerint commorati. c ¶Argentum tuum uersum est in scoriam.) Ad ciuitatē loquitur Sion, in qua prius requieuit iusticia: quod argentum illius, doctrina uidelicet scripturarū: de qua in psal-

Psal.11.b mis legimus: Eloquia domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatū septuplum, uersum sit in scoriam: quod Hebraice dicitur סיגים: rubigo uidelicet metallorum, siue purgamenta & sordes, quæ igne excoquuntur: ut

quia argentum nominauerat, seruet metaphoram. C Potest autem & hoc dici, quod iusti & sancti uiri qui prius in urbe uersati sunt, postea in sordes uersi sunt peccatorum. d ¶Caupones tui miscent uino aquam.) Pro quo Symmachus transtulit: Vinum tuum mixtum est aqua. Et est sensus: Lex dei pura atq; syncera: & (ut ita dicam) mera ueritate subnixa: uiolata est traditionibus pharisæorum: Quod dominus in euangelio plenius docet: Omisisse eos legem dei, & sequi mandata hominum. Omnisq; doctor qui austeritatem scripturarum per quam potest audientes corripere, uertit ad gratiam: & ita loquitur ut non corrigat, sed delectet audientes: uinum sanctarum scripturarum uiolat, atque corrumpit sensu suo. Hæretici quoq; euangelicam ueritatem corrumpunt praua intelligentia: & sunt caupones pessimi, facientes de uino aquā: Cum econtrario dominus noster aquas Ioan.2.a

in uinum uerterit: & tale uinum quod miretur architriclinus: Quale & regina Sabba in Salomonis est mirata conuiuio, pincernas eius & ministros ui- 2.Par.9.a

ni, sua uoce collaudans. Sed & Ecclesiastes ministeria uini, atq; conuiuij sui, mystico sermone describit. D Vnde pro uino Aquila, συμπόσιον, id est, conuiuium interpretatus est: quod apud Græcos ἀπὸ τοῦ πότου, apud nos à conuictu rectius appellatur.

e ¶Principes tui inobedientes, socij furum.) Pro inobedientibus, Aquila recedentes: Symmachus, declinantes, interpretatus est. Principes autem scribas & Pharisæos uocat: qui à domino recedentes, immo ueritatis semitam relinquētes, peruerso ambulauerunt itinere: & socij fuerunt proditoris furisq; Iudæ. Quod quidem & nos cauere debemus: ne accipiētes ab hominibus seculi munera: qui per rapinas miserorūq; lachrymas, diuitias congregāt, ne tam ipsi fures, quàm socij furum appellemur: dicaturq; de nobis: Videbas furem & currebas cum Psal.49.c

eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas.

f ¶Omnes diligunt munera: sequuntur retributiones: Pupillo non iudicāt: & causa uiduæ nō &c.) In catalogo uitiorum numerantur etiam hi qui diligunt munera. Non dixit, qui accipiunt: hoc enim sæpe necessitate fit: sed qui non putant amicos, nisi à quibus dona perceperint: nec os considerant amicorum, sed manus, & eos sanctos iudicant, quorum exhauriunt marsupium: de quibus & Ecclesiastes Ecclesi.5.c

loquitur: Qui diligit pecuniam, non implebitur pecunia. Istiusmodi sequuntur retributiones: ut laudent eos à quibus aliquid acceperint: uel certe nulli quippiam tribuant, nisi à quo se recepturos putauerint. Pro retributionibus Symmachus, uicissitudines, uel ultiones interpretatus est:

ut hi

E ut hi quoq; in culpa ſint,qui reddunt malũ pro ma-
lo:& dentem pro dente:oculum pro oculo:& non
imitantur illud Dauidicum:Si reddidi retribuẽti-
Tren.3.d bus mihi mala.Et Hieremiæ de iuſto dicẽtis:Dabit
percutienti ſe maxillam ſuam, ſaturabitur oppro-
brijs:ut impleat euãgeli-
Matth.5.f cũ uirũ, cui dicitur:Qui
te percuſſerit in maxil-
lam,præbe ei & alteram.
a ¶ Propter hoc ait dñs
exercituũ fortis Iſraël.)
Pro forti Iſraël,quod oẽs
ſimiliter tranſtulerũt ſo-
li Lxx.neſcio quid uolẽ-
tes,poſuerũt:οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ἰσραήλ,id eſt,Væ fortes
Iſraël:quod nos ſic ediſſẽ
rere poſſumus: ut dica-
mus principes quoque
corripi, atq; robuſtos:de
Sap.6.a quibus ſcriptum eſt:Po-
tentes potenter tormẽta
patientur. Et: Cui plus
datur, plus exigetur ab
eo. Abutimurq; hoc teſtimonio,ſi quãdo opus fue-
rit aduerſum eccleſiæ principes.qui ſuam deſtruũt
operibus dignitatem. b ¶ Heu cõſolabor ſuper
hoſtibus meis &c.) Rurſum & in hoc quod in He-
braico non habetur:ponunt Lxx. οὐ παύσεται γάρ μου
F ὁ θυμός ἐν τοῖς ὑπεναντίοις μου, id eſt,Non ceſſabit enim
furor meus contra inimicos meos.Corripit autem
ſcribas & phariſæos:de quibus & in euangelio lo-
Luc.11.f quitur:Væ uobis ſcribæ & phariſæi.Et in alio loco:
Matth.12.c Generatio adultera & peruerſa ſignum quærit:&
ſignum non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ prophe-
tæ.Plangit autem clementiſſimus pater principes
delinquentes:& hoſtes ſuos uocat:& inimicos ap-
pellat,quod pereant, eo quod nolint agere pœni-
tentiam:quod ſe uenientem non ſuſceperint.Ap-
Ibid.23.d propinquans enim Hieruſalem fleuit & dixit:Hie-
ruſalem Hieruſalem,quæ occidis prophetas:& lapi
das eos qui ad te miſſi ſunt:quoties uolui cõgrega-
re filios tuos,ſicut gallina pullos ſuos, & noluiſti?
Conſolatio ergo dei ſuper hoſtibus eius & inimicis
eſt:ut qui non ſenſerunt beneficia, ſupplicijs corri-
gantur. c ¶ Et cõuertam manum meam ad te:&
excoquam ad purum ſcoriam tuam &c.) Pro ſco-
ria,quod interpretatus eſt Symmachus & Aquila
στέμφυλα,id eſt,uinacia:Theodotio τὸ γιγαρτῶδες,id eſt,
acinum uuæ interpretatus eſt:ſoli Lxx.incredulos
uel inobedientes, ſenſum magis quàm uerba uer-
tentes.Quia enim ſupra dixerat:Argentum tuum
uerſum eſt in ſcoriam:nunc ſeruat metaphoram:ut
conuertat ſuper eam, id eſt,extendat manum ſuam
ad puniendũ,atq; purgandum:& excoquat omnes
ſordes,ac uitia peccatorum:ut ſeparato ſtanno,pu-
rum argentum remaneat: quod abſq; igne fieri nõ
poteſt: per quod ſignificat eos paſſuros eſſe tor-
Malach.3.a menta. Legimus & in Malachia de domino:Ipſe

egredietur quaſi ignis cõflatorij:& quaſi herba ful G
lonum:& ſedebit cõflans & emundãs ſicut argen-
tum & aurũ:& emũdabit filios Leui:ut poſtq; mũ-
dati fuerint,dicatur de eis:Et erunt domino offerẽ-
tes uictimas in iuſticia.Ezechiel quoq; omnem do Ezec.22.d
mum Iſraël,ære, & ferro,
& plumbo , & ſtanno di-
cit eſſe commixtam, &
poſtea purgãdã:ut poſt-
q; purgata fuerit,cogno
ſcat qa ipſe ſit dominus.
Sed & in euangelio ſub
alia metaphora idem ſen
ſus oſtẽditur:Cuius uen Matth.3.a
tilabrum in manu eius:
& purgabit areã ſuam.&
mundabit triticum:& cõ
gregabit frumentum in
horrea:paleas autem cõ-
buret igni inextinguibi-
li. d ¶ Et reſtituã iudi-
ces tuos &c.) In ciuitate
fideli Sion,quæ poſtea fa
cta eſt meretrix:& pro iu
ſto ſiue iuſticia,habitauerunt in ea homicidæ:Ideo
dominus cõuertit manũ ſuam, ut excoquat eam ad
purum:& auferat omne ſtannum eius: & reſtituat
iudices illius ſicut fuerunt à principio:& conſilia-
rios ſicut antiquitus.Iudices priores fuerũt Moy-
ſes,& Ieſus filius Nauæ,& cæteri:à quibus etiam li-
ber ſcripturæ ſanctæ nomen accepit:& poſtea Da- H
uid & alij iuſti reges. Reſtituet ergo iudicum ſimi-
litudinem:uel poſt captiuitatem Babylonicam:ut
Iudæi uolunt,Zorobabel,Eſdrã, & Neemiã & cæ-
teros principes:qui uſq; ad Hircanũ populo præ-
fuerunt,cui Herodes ſucceſſit in regnũ. Vel certe
uerius & rectius,Apoſtolos, & qui per Apoſtolos
crediderũt eccleſiarumq; principes cõſtituti ſunt:
ſicut in principio huius diximus uiſionis:quod &
cõminatio & repromiſſio pertineat ad tempus do-
minicæ paſſionis:& ad fidem quæ poſt paſſionem
eius fundauit eccleſiã. e ¶ Poſt hæc uocaberis ci-
uitas iuſti,urbs fidelis.) Hæc perſpicue de eccleſia
quæ in dominũ creditura eſt, tam de Iudæis quàm
de gentibus propheticus ſermo cõplectitur. Vrbs
autem iuſti,hoc eſt,domini ſaluatoris, ſiue ipſa iu-
ſta uocabitur:de qua dictum eſt: Non poteſt ciui- Matth.5.b
tas abſcondi ſuper montem poſita. Fidelem quoq;
appellans,uel metropolim iuxta Lxx. oſtendit ab
his eſſe appellãdam,qui in domino credituri ſunt.
f ¶ Sion in iudicio redimetur &c.) Nõ omnes re-
dimẽtur,nec omnes ſalui fient,ſed reliquiæ:de qui-
bus & ſupra dictũ eſt,Reducẽtur autẽ in iuſticia,cũ
ſcelerati & peccatores contriti fuerint:& qui domi-
num reliquere conſumpti. Cumq; ſaluati fuerint
confundẽtur qui idolis prius ſacrificauerãt:& eru-
beſcent in hortis,quos elegerant. Significat autem
loca luxuriæ, lucos & nemora. g ¶ Erũt eñ qua-
ſi terebinthus defluentibus folijs:& uelut hortus,
(ſiue

a los. Propter hoc ait dñs exercituum,fortis
b Iſraël:Heu cõſolabor ſup hoſtibus meis:
c & uindicabor de inimicis meis. Et cõuertã
manum meã ad te:& excoquã ad purum
ſcoriam tuã:& auferã omne ſtannũ tuũ. Et
d reſtituã iudices tuos ut fuerũt prius:& con
e ſiliarios tuos ſicut antiquitus. Poſt hæc uo
f caberis ciuitas iuſti,urbs fidelis. Sion in iu-
dicio redimetur,& reducẽt eã in iuſticia:&
cõteret ſceleſtos & pctõres ſimul:& q dere
liquerũt dñm,cõſumentũ:cõfundentur eñ
ab idolis qbus ſacrificauerũt:et erubeſcetis
g ſup hortis quos elegeratis. Erũt eñ qua-
ſi terebin



A (ſiue paradiſus) ſine aqua.) Vſq; hodie Iudæi legẽ-
tes ſcripturas ſctãs,terebinthus ſunt:ſiue quercus,
Matth.21.a ut interpretatus eſt Symmachus.Et iuxta euãgeliũ:
Ficus quæ aruit:in qua cũ dñs poma quæſiſſet &
nõ inueniſſet, æterna ei ariditate maledixit. Sed &
ipſa folia & poma uerbo-
rũ nũc apud eos eſſe ceſ-
ſarũt:hortus quoq; irri-
guus,id eſt, ſcientia ſcri-
pturarũ, ſiue paradiſus
diuerſarũ arborũ:q abſq;
gratia ſpirituali eſt, nec
Roma.14.a holera quidẽ affert:de q-
bus Apl's loquitur:Qui
infirmus eſt, holera man
ducet:ſed ſiccatis radici-
bus,oĩs uiror in aridita-
tẽ uerſus eſt,ac ſqualorẽ.
a ¶ Et erit fortitudo ue
ſtra ut fauilla ſtupæ &c.) Pro fauilla, ἀποτίναγμα in-
terpretatus eſt Symmachus:quãdo ſtupa pectitur,
& quicquid ſordidũ habet, ꝓijcitur. Omnis igitur
fortitudo et ſuperbia peccatorũ et ſceleratorũ Iſraël,
qui dereliquerunt dominum:& idcirco conſumpti
ſunt:& ſacrificauerunt idolis,& erubeſcẽt in hortis
quos elegerunt:redigentur in purgamenta ſtupæ
quæ leui uorãtur incẽdio. Sequitur enim:Et opus
eius,id eſt, fortitudinis ueſtræ ſiue idololatriæ in
B qua errraueratis,paruula ſcintilla cõſumet. b ¶ Et
ſuccendetur utrunq; ſimul.) Et ſciẽtia uidelicet Iu-
dæorum:& omnia opera quæ faciunt:ſiue & idolũ
& Hieruſalem in qua idolum fuit:Et ſuccẽdẽte do-
mino,nullus extinguere poterit.Quæ omnia de cõ
trarijs quoq; dogmatibus accipere poſſumus:qđ
& magiſtri & diſcipuli pariter pereãt:& oẽe opus
eorum ignis pabulum ſit. Cap. II.
VErbum quod uidit Eſaias &c.)Et in priore ui
ſione quã iam expoſuimus:ubi Lxx.interpre
tati ſunt:quã uidit cõtra Iudæam & cõtra Hieruſa-
lem:in Hebraico ſcriptũ eſt: עַל יְהוּדָה וִירוּשָׁלָם
id eſt,ſuper Iudam & Hieruſalem:& in hac quæ ſe-
cũda eſt,in Hebraico ſimiliter cõtinetur. Et miror
cur Lxx.interpretes in illa dixerint; cõtra Iudæam
& Hieruſalem:& in hac περὶ τῆς ἰουδαίας καὶ περὶ ἱερουσα-
Eſa.1. λήμ, id eſt,de Iudæa & de Hieruſalẽ:niſi forte quia
ibi appellatur gens peccatrix, populus plenus pec-
catis,ſemen peſſimum,filij iniquitatis, & principes
Sodomorum,ac populus Gomorræ,& ciuitas me-
retrix,& cætera iſtiuſmodi, ſenſum magis q̃ uerbũ
interpretati ſunt: & hic quia ſtatim proſpera pro-
mittuntur: erit in nouiſſimis diebus manifeſtus
mons domini:& domus dei in ſummitate montiũ:
non contra Iudæam & Hieruſalem,ſed de Iudæa et
Ibidem. Hieruſalem prophetiam intellexerunt:Cum & in
illa legerimus poſt cõminationem proſpera:Reſti-
tuam iudices tuos ut fuerunt prius:& conſiliarios
tuos ſicut antiquitus:poſt hæc uocaberis ciuitas iu
ſti,urbs fidelis.Et in iſta poſt proſpera,truculẽta fit
cõminatio:Ecce dominator dominus exercituum

auferet ab Hieruſalem & ab Iuda ualidum & fortẽ, C
omne robur panis,& oẽe robur aquæ, & reliqua.
Ergo iuxta Hebraicum:& in illa uiſione , & in iſto
ſermone,quem uidit Eſaias filius Amos,de Iuda et
Hieruſalem intelligendum eſt:non contra Iudæam
& Hieruſalem, uel ꝑ Iu-
da & Hieruſalẽ, ut Sym-
machus trãſtulit:ſed ab-
ſolute,de Iuda & Hieru-
ſalem ; in quo poſſunt &
læta & triſtia cõtineri.Et
hoc cõſyderandum quia
ibi uiſionẽ uideat:hic uer
bum,quod erat in princi
pio apud deum;& in illa
Iudæis cõminans,ad gẽ-
tium ueniat ſalutẽ:in iſta
à gẽtium ſalute incipiẽs,
punito Iſraël ex utraque
uocatione credentes in Chriſti eccleſiam cõgreget.
d ¶ Et erit in nouiſſimis diebus præparatus &c.)
Nouiſſimos dies & in Geneſi legimus:cp uocante Gen.49.a
Iacob filios ſuos atq; dicẽte:Venite ut annunciem
uobis quid futurũ ſit in nouiſſimis diebus:poſtea
ad Iudam,de cuius ſemine ortus eſt Chriſtus,dixe-
rit:Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de fœ-
moribus eius:donec ueniat cui repoſitũ eſt:& ipſe
erit expectatio gentiũ.In his nouiſſimis diebus erit
hora nouiſſima:de qua Ioannes Apoſtolus loqui- D
tur:Filioli mei,nouiſſima hora eſt; in qua abſciſus Ioan.2.e
lapis de monte ſine manibus,creuit in montem ma Dani.2.c
gnum,& repleuit omnem terram. A quo & prin-
ceps Tyri in Ezechiele dicit̃ uulneratus.Hic mons
in domo domini eſt,quam propheta ſuſpirat,dicẽs:
Vnum petiui à dño,hoc requiram:ut inhabitem in Pſal.26.b
domo domini,oẽs dies uitæ meæ.Et de qua Pau
lus ſcribit ad Timotheum:Sin autem tardauero,ut 1.Timo.3.d
ſcias quomodo oporteat te cõuerſari in domo dei:
quæ eſt eccleſia dei uiuentis,columna & firmamen
tum ueritatis.Hæc domus ædificata eſt ſuper fun- Epheſ.2.d
damẽtum Apoſtolorum & ꝓphetarum:qui & ipſi
mõtes ſunt quaſi imitatores Chriſti. De hac domo
& Hieruſalem pſalmiſta cõclamat dicens,Qui cõfi- Pſal.124.a
dunt in domino,ſicut mons Sion non cõmouebi-
tur in æternum qui habitat in Hieruſalem. Mõtes
in circuitu eius:& dominus in circuitu populi ſui.
Vnde & ſuper unum mõtium Chriſtus fundat ec-
cleſiam,& loquitur ad eum:Tu es Petrus , & ſuper Matth.16.c
hanc petram ædificabo eccleſiam meam:& portæ
inferi non præualebunt aduerſus eam.Simile quid
ad deſyderãtem animã ſuã:& impatienter domum Pſal.14.b
dei uidere cupientẽ,ſanctus loquitur:Quare triſtis
es anima mea:& quare cõturbas me?Et iterũ:Hæc
recordatus ſum & effudi in me animã meã:qm per-
tranſibo in locũ tabernaculi admirabilis uſq; ad do-
mũ dei:in uoce exultatiõis & cõfeſſionis ſonus epu
lantiũ.Lxx.manifeſtũ montẽ dñi & domũ dei ſuper
capita montiũ,trãſtulerũt:quod teſtimoniũ eiſdem
uerbis & Micheas propheta poſuit:quæ in ſuo lo-

ſi terebinthus defluetibus folijs:& uelut hor
a tus ſine aqua.Et erit fortitudo ueſtra ut fa-
uilla ſtupæ, & opus ueſtrum quaſi ſcintilla.
b Et ſuccendetur utrunq; ſimul:& nõ erit qui
extinguat. Cap. II.
c VErbum quod uidit Eſaias filius Amos
d ſuper Iudam & Hieruſalem. Et erit in
nouiſſimis diebus præparatus mõs domus
domini in uertice montium.
Et eleua

a Et eleuabitur ſuper colles. b Et fluent ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi. c Et dicent: uenite aſcendamus ad montẽ domini, & ad domum dei Iacob: & docebit nos uias d ſuas: & ambulabimus in ſemitis eius. Quia de Sion exibit lex, & uerbũ domini de Hie- e ruſalem. Et iudicabit gentes & arguet popu- f los multos. Et conflabũt gladios ſuos in uo- g meres, & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladiũ: neq; exercebun- h tur ultra ad prælium. Domus Iacob uenite & ambu-

E co expoſui. a ¶Et eleuabitur ſuper colles.) Qui in capitibus montiũ oſtenſus eſt & paratus: iſte ſuper colles eleuabitur. De quibus mõtibus & collibus & (Cant. 2. b) in cantico canticorũ ſpõſa loquitur: Vox fratruelis mei: ecce hic uenit ſaliens ſuper mõtes trãſiliens colles: ſimilis eſt fratruelis meus capreæ uel hinnulo ceruorum in mõtibus Bethel. b ¶Et fluent ad eum omnes gentes &c.) (Pſal. 3. b) Omnes enim gẽtes ſeruiẽt (Ibid. 2. b) ei, cui dictũ eſt: Poſtula à me & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuã: & poſſeſſionem tuã terminos terræ: (Soph. 3. b) ut ſeruiãt ei iuxta Sophoniam ſub iugo uno, de quibus idem ꝓpheta (Ibidem) teſtatur: Ex finibus fluuiorũ Aethiopiæ afferẽt tibi hoſtias. Et in ſeptuageſimoprimo pſalmo legimus: In cõſpectu eius ꝓcident Aethiopes. (Philip. 2. b) In nomine enim Ieſu omne genu flectetur, cœleſtium, terreſtriũ, & infernorũ. c ¶Et dicent, uenite aſcendamus &c.) Gentes & populi nequaq; ꝓpria ſalute contenti, ſe mutuo hortabuntur & dicent: Venite aſcendamus ad mõtem domini, & ad domum dei Iacob: De quibus ſupra diximus: qui ſit mons domini præparatus & quæ do- F mus domini ſuper uerticem mõtium. Domus autẽ domini dicitur domus dei Iacob, ut recipiamus uetus inſtrumẽtum: & non ſecũdum Manicheũ aliam extra domum dei Iacob quæramus domum. Cum autẽ fuerimus in domo dei Iacob: tunc docebit nos uias ſuas, per quas gradiamur ad eum: & ambulabimus in ſemitis eius, quas triuerunt & alij. Deniq; & (Luc. 6. d) Ieſus aſcendens in montem, docebat diſcipulos ſuos octo beatitudines: & cætera quæ euangelicus ſermo complectitur. Prius ergo diſcendæ ſunt uiæ domini: & poſtea ambulandum in ſemitis eius.

d ¶Quia de Sion exibit lex &c.) Omnes gẽtes & populi multi, idcirco ſe mutuo hortabũtur & dicẽt: Venite aſcendamus ad montem domini: & cætera quæ ſequũtur: Quia de Sion egredietur lex: & uerbum domini de Hieruſalẽ: nequaq; de Sinai, & de ſolitudine, & de monte Oreb: ſed de monte Sion, in quo ædificata eſt Hieruſalem. Et de Hieruſalem, in (Mar. 12. d) qua templum eſt & religio dei: legimus quod ſæpe dominus docuerit in templo: & ꝙ non oportuerit mori prophetam extra Hieruſalẽ: & ſupra uerbũ et legem pariter nominata. Verbum principes iubentur audire: legem populus auribus percipere. Qui enim prius legẽ fecerit, poſtea uenit ad ſermonẽ dei. Sed & in Hieruſalẽ primũ fundata eccleſia, totius orbis eccleſias ſeminauit. Et hoc dicendũ qđ quicquid in ſpecula & in uiſione pacis fuerit: in hoc & lex & uerbũ dñi cõſtitutũ ſit. Et pulchre nõ dixit: in Sion & in Hieruſalẽ erit & manebit uerbũ & lex domini, ſed egredietur: ut de illo fonte oẽs nationes doctrina dei ſignificet irrigãdas. c ¶Et iudicabit gẽ- G tes &c.) Ergo & inter gentes iudicãdũ eſt: nec oẽs increduli pari ſentẽtia cõdemnãdi, ſed ꝓ diuerſitate meritorum diuerſa paſſuri ſunt. Poſtq; aũt iudicauerit gentes, tunc arguet populos multos: ſiue ut Lxx. trãſtulerũt: populũ multum, id eſt, λαὸν πολύν. Et nota ordinem: gentes iudicabũtur: q̃a creditu- (Ioan. 3. c) ræ ſunt: Qui enim nõ credit, iam iudicatus eſt. Populus autem multus qui intelligiť Iſraël, nequaq; iudicabitur, ſed arguet: quia ad ſe miſſum filium dei nõ receperit. f ¶Et cõflabũt gladios ſuos in uomeres &c.) Omne bellãdi ſtudium uertetur ad pacem: & ꝓ diſcordia erit in toto orbe concordia. Gladij mutabuntur in uomeres, & lanceæ in falces: ut omiſſo furore bellandi, agriculturæ ſeruiant: & uberrimas falcibus meſſes ſecent. Quod quidem & ſpiritualiter intelligi poteſt: quando omnis duritia cordis noſtri Chriſti uomere frangitur: & eradicantur ſpinæ uitiorum, ut ſemẽtis ſermonis dei creſcat in fruges: & poſtea labores manuum noſtrarũ mã- (Pſal. 125. d) ducemus: quando uenientes uenient in exultatione portantes manipulos ſuos. g ¶Non leuabit H gens cõtra gentem gladium &c.) Veteres reuoluamus hiſtorias: & inueniemus uſq; ad uiceſimum octauum annum Cæſaris Auguſti: cuius quadrageſimo primo anno Chriſtus natus eſt in Iudæa, in toto orbe terrarum fuiſſe diſcordiã: & ſingulas nationes cõtra uicinas gentes arſiſſe ſtudio prælıãdi: ita ut cæderent & cæderentur. Orto autẽ domino ſaluatore, quãdo ſub præſide Syriæ Cyrino prima eſt in orbe terrarum facta deſcriptio, & euangelicæ doctrinæ pax Romani imperij præparata: tunc omnia bella ceſſauerunt: & nequaq; per oppida & uicos exercebãtur ad prælia: ſed ad agrorum cultus, militibus tantum legionibuſq; Romanis cõtra barbaras nationes bellandi ſtudio delegato: quãdo impletus eſt angelorum ille cõcentus: Gloria in excel- (Luc. 2. b) ſis deo: & in terra pax hominibus bonæ uolũtatis: & in diebus eius orta eſt iuſticia & multitudo pacis. h ¶Domus Iacob uenite & ambulemus in lumine domini &c.) Poſt uocationẽ gentium & oſtẽſionem montis domini ſuper uerticem mõtium: ad populum ſuum, id eſt, populum iudæorum: qui appellatur domus Iacob, propheta cõuertitur: & hortatur eos: ut qui in tenebris uerſantur erroris, lumen ſuſpiciant ueritatis, & ambulent in lumine domini. Et quodãmodo illud Dauidicum canit: Acce- (Pſal. 33. a) dite ad eum, & illuminamini: & facies ueſtræ nõ cõfundentur. Omnis enim qui operatur malum, odit lumen: & nõ uenit ad lucẽ, ne opera eius arguãtur. Vos autẽ domus Iacob, domus populi mei, uenite mecum



& ambulemus in lumine domini: proiciſti a enim populum tuum domum Iacob. Quia repleti ſunt ut olim: & augures habuerunt b ut Philiſtijm. Et pueris alienis adhæſerunt. c Et repleta eſt terra argento & auro: & nõ eſt d finis theſaurorum eius. Et repleta eſt terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius. e Et repleta eſt terra eius idolis: opus manuũ ſuarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum: & incuruauit ſe homo & humiliatus eſt

A mecum, & pariter ambulemus in lumine dñi: recipiamus euãgelium Chriſti, illuminemur ab eo qui (Ioan. 8. b) dicit: Ego ſum lux mundi. Cũq; hoc locutus fuiſſet ad populũ Iudæorũ: cernens impœnitens cor eorũ, & animã in crudelitate duriſſimã: facit apoſtrophã ad dominũ & dicit: Ideo eos hortor ut ad te ueniant, & mecum tuo lumine perfruantur: quia pro merito peccatorũ ſuorũ reliquiſti populũ tuum, domum quõdam Iacob. a ¶Quia repleti ſunt ut olim: & augures habuerunt ut Philiſtijm.) Pro Philiſtijm ſemper Lxx. alienigenas interpretati ſunt, id eſt: τοὺς ἀλλοφύλους nomẽ cõmune ꝓ ꝓprio: quæ eſt hodie gens Palæſtinorum, quaſi Philiſtinorum: quia p literã ſermo Hebraicus non habet: ſed pro ea φ Græco utitur. Vnde & illud quod in pſalmis dicitur, cum enume- (Pſal. 59. c) ratione gentium cæterarũ: Mihi alienigenæ ſubditi ſunt: nõ omnes externas nationes, ſed ꝓprie Palæſtinos ſignificat. Redditq; cauſas quare proiecerit deus populum ſuũ domũ Iacob: quia repleti ſunt, inquit, ut fuerũt in principio, auguribus & ſomnijs cũctiſq; ſordibus idololatriæ. Nõ attẽdẽda ſomnia B nec auguria, Moyſe ſcribẽte, cognoſcimus: quæ habuerunt gentes quas eiecit dominus à facie Iſraël, Chananæorum, Amorræorum, & Cethæorum. Hunc locũ eccleſiæ tractatores aliter atq; aliter ediſſerunt. Quidam enim uolunt hoc ſignificari, quod proiecto populo Iudæorum, ingreſſus ſit terram quondam repromiſſionis Romanus exercitus: & eiectis Iudæis habitauerint in Iudæa alienigenæ: q̃ de toto orbe diuerſarum gentium accolæ ſunt, adducti à Tito & Veſpaſiano & Hadriano cæteriſq; principibus. Alij autem putant hoc non pertinere ad Romana tempora: ſed ad ſuperiora, priuſquàm à Babylonijs uaſtarentur, quibus ſub impijs regibus fuiſſe narrantur: & à domino derelicti ſunt.

b ¶Et pueris alienis adhæſerunt.) Pro quo Lxx. tranſtulerunt, καὶ τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγεννήθη αὐτοῖς, id eſt, & filij multi alienigenæ nati ſunt eis. Symmachus: & cum filijs alienis applauſerũt. Pro quo ſcriptum eſt in Hebræo ישפיקו, quod Hebræi interpretantur: ἐσφλωώθησαν, & nos uertimus, adhæſerũt: ut uitiorum in gente Iudæa turpitudo mõſtretur. Intantum autem Græci & Romani hoc quondam uitio laborauerunt, ut & clariſſimi philoſophorum Græciæ haberent publice concubinos: & Hadrianus philoſophiæ artibus eruditus, Antinoum conſecrarit in deum: tẽplumq; ei ac uictimas & ſacerdotes inſtituerit: & ex eo Aegypti ciuitas ac religio nomen acceperit. Inter ſcorta quoq; in fornicibus ſpectaculorum pueri ſteterũt publicæ libidini expoſiti: donec ſub Conſtantino imperatore, Chriſti euangelio coruſcante: & infidelitas uniuerſarũ gen- C tium & turpitudo deleta eſt. Porrò Lxx. coniuges eorum uiolatas eſſe ſignificant, dum filios alienos Iudæis generant. Symmachus quodam circuitu & honeſto ſermone, plaudentiũ eãdẽ cum pueris turpitudinem demõſtrauit. c ¶Et repleta eſt terra argẽto & auro &c.) Inter cætera uitia terræ domus Iacob, etiam auri & argẽti multitudo numeratur. Inter ſomnia & augures, equos & quadrigas, quas deus multiplicari prohibuit regibus Iſraël: inter idola quæ ſunt opera manuum hominũ, auaricia cõdemnatur. Vnde do- (Matth. 6. c) minus præcepit in euangelio: ne theſauriſemus nobis theſauros in terra: & ne faciamus theſauros quos fur poſſit eripere: ad extremum inferens: Nõ (Ibidem.) poteſtis deo ſeruire & mãmonæ. Pulchre autẽ illud coma uerſiculi: Semper auarus eget: alijs uerbis ꝓpheta ſignificauit dicens: Et nõ eſt finis theſaurorũ eius. Non quod theſauri finẽ nõ habeant, ſed quod poſſidentium animus nõ impleatur. Vtraq; autem gens & Iudæorũ & Romanorũ per hæc uerba auaritiæ ſugillatur. Quod hiſtoriæ quoq; tam Græcæ narrant q̃ Latinæ, nihil Iudæorũ & Romanorũ gẽ- D te eſſe auarius. Vnde & repetundarũ lex conſtituta eſt: & quotidie uidemus illud Apoſtolicũ cõpleri: Qui præcipis nõ furandum, furaris. Furem iudicẽ (Roma. 2. c) arguit atq; cõdemnat iudex furatior, & in alio de ſe ꝓmens ſentẽtiã. d ¶Et repleta eſt terra eius &c.) Non enim dignum eſt numero quod cõtra dei imperium poſſidetur. Vnde & in pſalmis diciť: Fallax (Pſal. 32. d) equus ad ſalutem. Et in Exodo: Equũ & aſcenſorẽ (Exod. 15. a) deiecit in mare. Et in alio pſalmo: Hi in curribus & (Pſal. 19. b) hi in equis: nos aũt in nomine domini dei noſtri inuocabimus. Poteſt aũt utrũq; intelligi: quod & populus Iudæorum cõtra præceptum dñi ſibi equos & quadrigas multiplicauerit: & terra Iudææ uictorum equis & curribus ſit repleta. e ¶Et repleta eſt terra eius idolis &c.) Vbi quõdã erat tẽplum & religio dei, ibi Hadriani ſtatua, & Iouis idolũ collocatũ eſt: quod multi ſuper illo teſtimonio interpretantur, quod in euangelio legimus: Cũ autẽ uideri- (Mar. 13. b) tis abominationẽ deſolatiõis ſtantẽ in ſancto loco. Et operi manuũ ſuarũ inclinati ſunt. Et homo rationale animal, æs adorauit & lapidẽ. Sunt autẽ qui hæc de Iudæis interpretentur: quod anteq̃ caperẽtur à Babylonijs uniuerſa hæc fecerint, & ideo dimiſſi ſunt à deo. Vnde & in fine capituli ponitur: Ne ergo dimittas eis. Poſſumus ſecũdũ anagogen (Anagog.) & hoc dicere: quod omne dogma cõtrariũ ueritati adoret opera manuũ ſuarũ: & cõſtituat idola in terra ſua, & incuruetur homo & humilietur uir: & ſe erigere nõ poſſit: quia ſit à diabolo colligatus, niſi

a b eſt uir. Nē ergo dimittas eis. Ingredere in
petram: abſcondere in foſſa humo à facie
timoris domini: & à gloria maieſtatis eius.
c Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt: &
incuruabitur altitudo uirorum: exaltabi-
d tur autem dominus ſolus in die illa. Dies
enim domini exercituum ſuper omnem ſu-
perbum & excelſum & ſuper omnem arro-
e gantem, & humiliabitur. Et ſuper omnes ce-
dros Libani ſublimes & erectas: & ſup oēs
f quercus Baſan. Et ſuper omnes montes ex-
celſos: & ſuper omnes colles eleuatos. Et ſu-
g per omnē turrim excelſam; & ſuper omnē
murum

E illum crexerit dñs: Exemplo illius mulieris quam Luc.13.d ſatanas uinxerat annis decē & octo: ut nequaꝗ cœlum, ſed terram ſemper aſpiceret. a ¶ Ne ergo dimittas eis.) Pro quo Lxx. interpretati ſunt: καὶ οὐ μὴ ἀνήσω αὐτούς, id eſt, & nō dimittam eis. Si deus loquitur, ita intelligēdum eſt: Quia tāta fecerūt, nō parcā eis: nec tam innumerabilia peccata dimittam. Si ꝓpheta, ſic ſentiēdū: ne ergo dimittas eis q tāta ſcelera perpetrarūt. Quod ſi de Romanis intelligimus, uerior interpretatio eſt: q ſubuertentes tēplū dei: nō cū adorauerunt qui uictoriā præbuit, ſed idola manuum ſuarū. Sin aūt de Iudæis, ꝓphetæ truculēta ſententia eſt; ut cōtra populum ſuum orare uideatur: cui ſupra dixerat: Domus Iacob uenite & ambulemus in lumine dñi. b ¶Ingredere in petram &c.) Ego quidē populū cohortatus ſum, dicēs: Domus Iacob uenite & ambulemus in lumine dñi. Sed quia F proiecit dñs populum ſuū Iacob, ꝓiecit autē, quia aut fecit, aut paſſus eſt, quę ſupra expoſuimus; ideo prænūcio uobis quæ uētura ſint mala: & hortor ut ingrediamini petras & abſcōdamini in ſpeluncis à facie Babylonij uel Romani exercitus, qñ omia uaſtabūtur Ibid.23.c iuxta illud quod in euāgelio legimus: Tūc dicēt mōtibus cadite ſuper nos: & petris, abſcōdite Anagoge. nos. Iuxta Anagogē uero, à facie dñicæ maieſtatis præcipitur nobis ut aſſumamus petræ fortitudinē: Pſal.60.a de qua dictū eſt: Petra refugiū leporibus. Et: In pe- Ibid.13.c tra exaltaſti me. Moyſes quoꝗ in foramine petræ ponitur ut uideat poſteriora dei. Et: Bibebat populus de ſpiritali ſequenti eos petra. Abſcōditurꝗ in petra qui ingreditur cubiculum ſuū: & clauſo oſtio adorat patrē: ut in terreno corpore cōſtitutus, trāſeuntem mūdi nō ſentiat tēpeſtatē. c ¶Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt &c.) Cū hoſtes uenerint, & omnem ꝓuinciā Babylonius aut Romanus mucro uaſtauerit: & circūſederint agmina bellatorum Hieruſalē: tūc nec diuitiæ, nec nobilitas generis, nec potētia dignitatū aliquē defendere poterūt: ſed omnium erit una captiuitas: & deus ſolus exaltabitur: cuius iram nullus poterit declinare. Multi hæc de die iudicij intelligunt: quod omnis creatura cōparatione diuinæ gloriæ humilietur, & incuruetur & nihil eſſe ſe ſentiat. d ¶Dies enim dñi exercituū &c.) Et hæc prioribus cōiungūtur. In die (inquit) illa in qua exaltabitur dñs ſolus, hoc eſt, in die ultionis dñicæ: excelſi quiꝗ & arrogantes atꝗ ſub- Metaph. limes, captiuitati & gladio ſubiacebunt. μεταφορικῶς autem ſermo de magnis eſt atꝗ principibus: quod quāto magis ſuperbierint, tanto amplius deprimātur. Dñs enim ſuperbis reſiſtit: & humilibus dat gratiam. G 1.Pe.5.b Qui de die iudicij intelligūt, ſuperbū & excelſum & ſublimem & arrogantē, diabolū dici putant. Qui ſuperbiēs loquitur; Super ſtellas cœli ponam Eſa.14.d ſedem meā: ſedebo in mōte excelſo: ſuper oēs montes excelſos ad aquilonē: aſcendā ſuper nubes, ero ſimilis altiſſimo: Quādo ex ore infantiū & lacten- Pſal.8.a tiū perficietˀ laus: ut deſtruatˀ inimicus & ultor. c ¶ Et ſuper oēs cedros Libani &c.) Et in uiceſimooctauo pſalmo canitˀ: Vox dñi conterentis cedros: cōteret dñs cedros Libani: & cōminuet eas quaſi uitulum Libani. Et ī triceſimoſexto pſalmo: Vidi impiū exaltatum et eleuatū quaſi cedros Libani: & trāſiui & ecce nō erat: & quæſiui eū, & nō eſt inuentus locus eius. Quercus quoꝗ Baſan, quas Aquila δρυάς: Symmachus & Theodotio βαλάνους, interpretati ſunt: glādiferas nouimus: quæ & ſi fecerint fructus, porcorū ſunt alimenta nō hominū. Baſan regio eſt Arabiæ: H cui imperauit Og qui appellatus eſt rex Baſan: & interpretatur αἰσχύνη, id eſt, ignominia, quā ſi cōfuſionē trāſferre uoluerimus magis σύγχυσιν, id eſt Babylonē ſignificat ꝗ Baſan. Super oēs ergo q erigūtur in ſuperbiā: et faciunt opera ignominiæ: atꝗ in cœno libidinum uolutātur, dñi uindicta cōſurget. Qꝫ ſi prudēs lector quæſierit, cur in tēplo dñi cedrina ligna ſint poſita: & in centeſimotertio pſalmo legimus iuxta Hebraicā ueritatē: Saturabūtur ligna dñi: & cedri Libani quas tu plantaſti, ibi paſſeres nidificabūt: Et inter cætera ligna etiā cedri ad laudes dñi ꝓuocentur: Et in aduētu ſaluatoris, quādo oēs arbores et ligna campi applaudēt ramis ſuis, ſcriptū ſit: Ponam in terra inaquoſa cedrū & buxū, & cy- Eſa.41.c preſſum et pinum: Et nunc diem dñi ſuper cedros Libani ſermo ꝓpheticus cōminetur? Hoc dicendū eſt quod ex eodē genere hominū, alij ſublimentur ad regnum, alij detrahātur ad pœnā: et cedri Libani quæ ꝓpter ſuperbiā cōterentur, eligātur cum boni odoris fuerint, & cū Apoſtolo dixerint: Chriſti bonus odor ſumus deo. f ¶Et ſuper oēs mōtes excelſos &c.) Sicut in bonā partem ꝓ uarietate uirtu- 2.Cor.2.d tum, mōtes appellantur & colles: ſic inter impios ꝓ diuerſitate uitiorum: & maxime ſuperbiæ, alij mōtes ſunt, alij colles: ſuper quos erit dies dñi: de quibus in Ezechiele ſcriptū eſt: Hæc dicit Adonai dñs Ezech.6.a mōtibus & collibus: ecce ego inducā ſuper uos gladiū, & diſſipabūtur excelſa ueſtra: & cōterētur aræ ueſtræ: et reliqua. g ¶ Et ſuper omnē turrim excelſam &c.) Qui ad Veſpaſiani Hadrianiꝗ hæc referunt tēpora, corporaliter dicūt impleta quæ ſcri-





a murum munitum. Et ſuper omnes naues
b tharſis: & ſuper omne quod uiſu pulchrum
c eſt. Et incuruabitur ſublimitas hominum:
& humiliabitur altitudo uirorum: & eleua-
bitur dominus ſolus in die illa, & idola pe-
d nitus conterentur. Et introibunt in ſpelūcas
petrarum & in uoragines terræ à facie for-
midinis domini, & à gloria maieſtatis eius,
cum ſurrexerit percutere terram. In die illa
proijciet homo idola argenti ſui, & ſimula-
cra auri ſui quæ fecerat ſibi, ut adoraret tal-
pas & ueſpertiliones: & ingredietur in fiſſu-
ras

A pta ſunt: quod non turris excelſa, non firmiſſimus murus, non ulla nauiū multitudo, & negociationis induſtria, aduerſum uim Romani exercitus potuerit præualere: ſed in tātā habitatores Iudææ ueniſſe formidinē, ut & ipſi cū cōiugibus & liberis, auro & argēto quæ ſibi auxilio fore exiſtimabant, in foueas terræ demerſi ſint: & ꝓfundiſſima antra ſectati. Si enim uoracium & luxurioſorum uēter eſt deus: quare nō auari aurum & argentū appellētˀ deus? Alij hæc ad Babylonia referunt tempora. Tropo. Ego iuxta Tropologiæ leges ſingula quæꝗ percurrā. Turris uel ob munitionē urbis ędificatur: uel ob ſpeculam, ut lōge Luc.14.f ueniens cernatur hoſtis. Vnuſquiſꝗ ergo noſtrū debet ædificare turrim, prius ſumptibus ſupputatis: ne iuxta euangelicam parabolā cū explere opus nequiuerit, rideatˀ: Hæc turris bene cōſtructa perſiſtit: Sin autē erecta in ſuperbiam firma nō habuerit fundamēta: cadet ſuper eum à quo ædificata eſt: ſicut illa in Siloa, quæ decē B & octo homines interfecit. Vnde & dñs loquitur ad audiētes: & uos ſi nō egeritis pœnitētiam: ſimiliter peribitis. In cōſequētibus quoꝗ lecturi ſumus Eſa.5.a quod deus in uinea ſua ædificauerit turrim, & fecerit torcular, & maceriā circūdederit: ſed hæc omnia deſtructa ſint atꝗ uaſtata: quia uano ſuperbiæ ſupercilio intumuerit. Muri quoꝗ extruūtur excelſi, ne cito ciuitas deſtruatur: ne hoſtibus pateat: quia circundātur eccleſiæ à ſapientiſſimis uiris & omni ratione firmātur: ne quod dogma peruerſum præualeat ueritati. De iſtiuſmodi muris deus loquitur ad Hieruſalē: Ecce ſuper manus meas depinxi muros tuos: & in cōſpectu meo ſunt ſemper. Sin autē hi qui prius impugnauerāt eccleſiam, cognita ueritate tranſierint ad fidem: & pugnauerint ꝓ ea quā ante impugnauerāt: tūc illud implebitur: Cito ædificaberis ab his à quibus deſtructa eras. In Leuitico Leuit.25.e quoꝗ legimus: domū quæ in urbibus muratis ſit: ſi intra annū redēpta nō fuerit, emptori æterna poſſeſſiōe firmari: quod ſi in uillis & in uiculis ſit quæ muros nō habeat, ſemper poſſe redimi, & emptoris preciū fluctuare. a ¶ Et ſuper omnes naues &c.) Pro tharſis, quod omnes ſimiliter trāſtulerunt: ſoli Lxx. mare interpretati ſunt: καὶ ἐπὶ πᾶν πλοῖον θαλάσσης. Hebræi putāt ligua ꝓpria ſua mare תַּרְשִׁישׁ appellari: quando autem dicitur יָם non Hebraico ſermone appellari, ſed Syriaco. Habuit & Ioſaphat naues quas mittebat in tharſis: ſed contritæ ſunt in Aſiongaber. Habuit & Salomon quæ ibāt in tharſis: & poſt tres annos reuertebātur: afferebantꝗ regi argētum & aurum, ebur & Simias. Sed quia rex uterꝗ peccauerat: alius deditus uoluptati & externarum gentium amans fœminas: alius ſe cum rege C Samariæ copulans: quod utrūꝗ ad ethnicos referē & hæreticos in quibus nihil eſt aliud niſi fulgor eloquentiæ: & ſenſus dialectica arte cōſtructus, & ſermo mortuus, quod intelligitur in eburneis dentibus: & ſimilitudo ratiōis humanæ, quod ſentitur in ſimijs: idcirco in pſalmis legimus: In ſpiritu uiolēto cōfringes naues tharſis. Et de his nauibus idē Eſaias loquitur: Væ alis nauiū quæ ſunt trās Aethiopiam. Sūt autem econtrario & bonæ naues: de quibus in eiſdem pſalmis dicitur: Qui de- Pſal.106.c ſcēdūt in mare nauibus: & faciunt opus in aquis multis: Ipſi uiderūt opera dñi; & mirabilia eius in ꝓfundo. Qui enim in ſeculi huius fluctibus nō ſunt ocioſi: ſed operantur: & merces portant dominicas: & ad portum quietis uenire feſtinant: ipſi uidebūt opera dñi, & mirabilia eius in ꝓfundo: quādo ad ꝓfundā ſcientiā peruenerint: & uniuerſa ſcru- D tantes: hoc eſt, etiam profunda dei & mirabilia eius aſpexerint. Ioſephus Tharſis urbē Ciliciæ Tharſum arbitratur: alij regionē putāt Indiæ: & hoc nomē etiā de duodecim gemmis lapidē appellari: qui apud nos uocatur chryſolithus, ob marini coloris ſimilitudinem. Melius aūt eſt, Tharſis, uel mare: uel pelagus, abſolute accipere: Neꝗ enim Ionas de Ioppe Ionæ.1.a nauigans, ad Indiā poterat peruenire, ad quam illo mari nō poteſt nauigari, ſed ſimpliciter ire in pelagus: & ad quaſcunꝗ inſulas ꝑgere. Quodꝗ ſequitˀ: b ¶ Et ſuper omne quod uiſu pulchrū eſt (ſiue ut Lxx. tranſtulerunt) Et ſuper omnē aſpectū pulchritudinis nauiū.) Eodē ſenſu accipiēdum, qđ deſtruatur à die dñi: quicquid pulchrū uidetur in uerbis, & humana ratione cōſtructū, ſi ſe erigat cōtra ſcientiam dei. c ¶Et incuruabitur ſublimitas hominū: & humiliabitur altitudo uiroꝝ &c.) Tamdiu uidetˀ humanus ſermo habere rationē: ꝗdiu diuinæ ſcientiæ nō fuerit cōparatus. Cū autē mendaciū ueritati quaſi ſtipula igni appropinquauerit, cito uoratˀ & deperit: & omnia dogmata falſitatis, quæ nūc idola nominantur: ab eo quod ſimulata ſint atꝗ cōficta, penitus cōterentur. d ¶ Et introibūt in ſpelūcas petrarū & in uoragines terræ à facie formidinis domini: & à gloria maieſtatis eius, cū ſurrexerit percutere terrā: In die illa ꝓijciet homo idola &c.) Sæpe diximus argentū & aurū ꝓ ſermone & ſenſu accipi: quæ cū à deo hominibus data ſint: ut uel loquātur, uel ſentiant deū, & laudent creatorē ſuū: illi abutuntur hoc munere in idolorū ſimulationē: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Dedi eis argentū & aurum: ipſi Oſee.2.b

ras petrarum, & cauernas ſaxorum à facie
formidinis domini: & à gloria maieſtatis
a eius; cum ſurrexerit percutere terrã. Quieſci-
te ergo ab homine, cuius ſpiritus in naribus
eius; quia excelſus reputatus eſt ipſe.

E uero de argento & auro meo operati ſunt Baal. Cũ
ergo quis dñi pauore perterritus primũ in ſpelũca
pectoris ſui idola cõdiderit; & in uoraginibus terræ
abſcõderit, non audens ꝓferre quod male finxerat;
ſecundus ꝓfectus eſt, ut prius cælata ꝓijciat; & in ſe
eſſe nõ patiatur. Pro tal-
pis quas nos interpretati
ſumus; Lxx, uana, id eſt,
τοῖς ματαίοις, Aquila, ὄρυ-
γας, Symmachus, infru-
ctuoſa; Theodotio ipſum
uerbũ Hebraicũ poſuit
חֲמַרְפֵּירוֹת. Eſt aũt ani-
mal abſq; oculis, qđ ſem-
per terrã fodit, & humum egerit; & radices ſubter
comedens frugibus noxium eſt; quod Græci ἀσπά-
λακα uocãt. Veſpertilio autem nocturna auis, quæ
congruum ab eis nomẽ accepit νυκτερίς, eo quod in
nocte uolitet; paruũ animal eſt; & muriũ ſimile; non
tam uoce & cantu reſonãs, quàm ſtridore; quod cũ
uideatur uolitare, lucifugũ eſt; & ſolem uidere non
patitur. Iſtiuſmodi animãtibus idola cõparata ſunt;
quæ cæca & tenebroſa coluntur à cæcis; & omnia
dogmata contraria ueritati; Quæ cum in die domi
ni fuerint derelicta, ingredientur hi qui proiecerint
ea in fiſſuras petrarum cauernasq; ſaxorum; ut nõ
in terræ puluere & uili luto, ſed in firma ratiõe uer-
ſentur; & inueniãt ſibi diuerſa uirtutum foramina,
per quæ ad ueritatem ualeãt peruenire. Hæc iuxta
F anagogen ut potui breui ſermone perſtrinxi, quæ
Hebræi ad Babylonia referũt tẽpora & ſubuerſio-
nem Hieruſalẽ, quando ſurrexerit dominus terrã
percutere Iudæorum. a ¶Quieſcite ergo ab ho-
mine &c.) Hoc prætermiſere Lxx. & in Græcis
exẽplaribus ab Origene ſub aſteriſcis de æditione
Aquilæ additum eſt; quod in Hebræo ita legitur:
חִדְלוּ לָכֶם מִן־הָאָדָם אֲשֶׁר נְשָׁמָה בְּאַפּוֹ כִּי־בַמֶּה
נֶחְשָׁב הוּא׃. Vbi nos diximus; excelſus reputatus
eſt ipſe; Aquila interpretatus eſt; in quo reputatus
eſt iſte. Verbum Hebraicum במה uel ὕψωμα dici-
tur, id eſt excelſum, quod & in regnorũ libris & in
Ezechiele legimus; uel certe in quo; & eiſdẽ literis
ſcribitur במה; ac pro locorum qualitate, ſi uo lue-
rimus legere, in quo; dicimus במה; ſin autẽ excel-
ſum uel excelſus, legimus במה. Intelligentes ergo
Iudæi ꝓphetiã eſſe de Chriſto uerbum ambiguũ in

deteriorẽ partẽ interpretati ſunt; ut uiderẽtur non G
laudare Chriſtũ, ſed nihilipendere. Quæ eſt eñ uer
boꝝ cõſequẽtia; & qui ordo ratiõis ac ſenſus, ut di-
camus; Cũ hæc ita ſe habeãt & dies uẽtura ſit dñi, in
qua uniuerſus Iudææ ſtatus ſubuertẽdus eſt, & oĩa
conterenda; moneo uos
atq; præcipio ut qeſca-
tis ab hoĩe qui ita ſpirat
ac uiuit ut nos hoĩes, qa
in nihili cõputandus eſt?
Quiſq; ne hominum ita
quẽpiam laudet ut dicat;
Cauete ne offendatis cũ
qui oĩno nihil eſt? Ergo
ecõtrario ſic intelligendũ; Cũ hæc uniuerſa uẽtura
ſint uobis; & ꝓphetali ſpiritu prædicantur; moneo
atq; ꝓcipio, ut qeſcatis ab eo qui ſecundũ carnẽ qdã
homo eſt & habet animã; & ita ſpirat, & naribus ha-
litum trahit, ut nos hoĩes ſpiramus & uiuimus; ſed
ſecundũ diuinã maieſtatẽ excelſus & eſt, & reputat̃,
& credit̃. Tacita mecũ mẽte pertractans, nõ poſſum
inuenire rationẽ; quare Lxx. tã ꝑſpicuã de Chriſto
ꝓphetiã in Græcũ noluerint uertere. Cæteri eñ q
uerterũt quidẽ, ſed ſermonẽ ambiguũ ad impietatis
traxere ſenſum; nõ mirũ cur male interpretati ſint,
nec uoluerint de Chriſto glorioſum quid dicere, in
quẽ nõ credebãt; uidelicet ut Iudæi aut ſemiiudæi,
id eſt Hebionitæ. Qꝫ autẽ Chriſtus excelſus ſit uel
altiſſimus, qui alio ſermone apud Hebræos appel-
latur עֶלְיוֹן; In octogeſimo ſexto pſalmo legimus; H
Nũquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea;
& ipſe fundauit eã altiſſimus? Et in euãgelio; Et tu Luc. 1. g
puer ꝓpheta altiſſimi uocaberis. Ac ne longũ funẽ
traham, in expoſitione eñ ſanctarũ ſcripturarũ ue-
ritatem debemus ſequi, nõ cõtentionẽ; in iſto loco
בָּמָה apud Hebræos nõ excelſus dicitur, ſed excel
ſum, id eſt ipſa altitudo atq; ſublimitas; quaſi ſi de
aliquo dicamus, nõ eſt diuinus, ſed diuinatio; nõ eſt
riuus, ſed fons; non eſt homo ſed ipſa humanitas.
Origenes hunc locum ita interpretatus eſt; Quia
ſingulariter de uno hoĩe dicitur, referri poteſt ad
dominum ſaluatorẽ; iubẽte ꝓpheta ut quieſcant ab
eo qui in magno aliquo reputatus eſt; licet in præ-
ſentiarum uideatur, ut homo; & ſpiramem habere
in naribus, ſicut & cæteri ſpirant homines.

Commentarij primi in Eſaiam Finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM Commentariorum Eſaiæ ad Euſtochium prologus.

Inito in Eſaiam primo uolumine, quod ut potui, nõ ut uolui, celeri ſermone dictaui:
ſenſum potius ſcripturarũ, q̃ cõpoſitæ orationis uerba perquirens; nunc tranſcẽdã
ad ſecũdum; & quicquid in me uirium eſt, pronæq; in dñm uoluntatis; offerã ei, qui
per prophetam locutus eſt; Ego uiſiones multiplicaui; & in manibus prophetarum
aſſimilatus ſum. Vnde obſecro te uirgo Chriſti Euſtochium; ut nobis in ſcripturarum explana-
tione certãtibus, tu cum Moyſe ad dñm eleues manus; ut qui exeũtes de Aegypto, mare traſiui-
עֲמָלֵק mus rubrum; uincamus Amalec, qui interpretatur deuorãs & elingens, & poſſimus tecum dice-
re; Benedictus dñs deus meus qui docet manus meas ad præliũ; & digitos meos ad bellum.

Commen



A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Eſaiam prophetam liber ſecundus.

ECce enim dominator dominus exerci
tuum auferet ab Hieruſalẽ, & ab Iuda
ualidum & fortem; omne robur panis
& omne ro-
bur aquæ.)

a ECce enim dominator domi-
nus exercituũ auferet ab Hie
ruſalem, & ab Iuda ualidum
& fortẽ; oĩne robur panis, &
b omne robur aquæ. Fortẽ &
uirũ bellatorẽ, iudicẽ & prophetã, & hariolũ
& ſenem.

Hucuſq; de iudicio dici
putant. Quod ſequit̃, de
captiuitate uẽtura; Quã
alij ad Babylonios; alij re
ferunt ad Romanos. Sed
melius eſt, ut ſupra dixi-
mus, cũcta referri ad do-
minicam paſſionẽ. Poſt
interfectionem quippe illius, omnes gratiæ & do-
nationes ſublatæ ſunt à Iudæis, ſecundum quod in
Matth. 11. b euãgelio ſcriptũ eſt; Lex & prophetæ uſq; ad Ioan-
nem Baptiſtã. Et eſt ordo; Quoniã noluiſtis ceſſare
ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius, qui excel
ſus reputatus eſt, ſed ecõtrario fudiſtis ſanguinẽ iu
ſti; & cogitaſtis conſiliũ peſſimũ, dicẽtes; Alligemus
iuſtum, quia inutilis eſt nobis. Ideo fructũ adinuen
tionũ ueſtrarũ comedetis. Nihil apud Iudæos poſt
paſſionem dñi forte, nihil ualidũ eſt; ſed omnia infir
ma & lãguida; Nec aliquis poteſt apud eos dicere;
omnia poſſum in eo, qui me cõfortat, Chriſto Ieſu
B dño noſtro. Et quia iuxta Lxx. legimus ualidum &
ualidã; ualido illud poſſumus coaptare; Donec oc-
2. Cor. 11. d curramus oẽs in uirũ perfectũ in mẽſurã ætatis ple
nitudinis Chriſti. Porrò ualidæ; Volo, inquit, oẽs
uos uirginẽ caſtã exhibere Chriſto. Fortitudo aũt
panis & fortitudo aquæ, pro oĩni cibo & potu acci
Exo. 34. d pitur. Legimus quod Moſes fuerit in mõte Sinai,
& quadraginta diebus panẽ nõ comederit, & aquã
Gene. 3. c non biberit. Illud quoq; quod ad Adam dicit̃; In ſu
dore uultus tui comedes panẽ tuũ, donec reuerta-
ris in terrã de qua ſumptus es; ſimiliter audiendũ.
Matth. 4. a Nec nõ quod à ſaluatore dicitur; Nõ in pane ſolo
uiuit homo, ſed in omni uerbo quod egreditur per
os dei. Fortitudo igit̃ panis auferet̃ ab eis, ille qui
Ioan. 6. e dicit; Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcẽdi. Et
Ioan. 4. b fortitudo aquæ, de qua idem dñs loquebat̃; Omnis
qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterũ; qui autẽ biberit
ex aqua quã ego dabo ei, non ſitiet in æternum; ſed
aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalien-
tis in uitam æternã. De huiuſcemodi panibus & in
Prou. 20. b Prouerbijs legimus; Aperi oculos tuos & replere
panibus. Habent Iudæi panẽ, ſed abſq; fortitudine;
quo & in Geneſi legitur; Faciamus hominē ad ima Gene.1.c
ginem & ſimilitudinē noſtrā; ut ſacramentū indicet
trinitatis. Quomodo enim in euangelio legimus di
centem dñm; Ego & pater unum ſumus; & unum, Ioan.10.f
ad naturā referimus; ſumus, ad perſonarum diuer-
ſitatem; Sic domino iubente trinitas imperat. Pro- H
pterea autem non dicit dñs quem ire præcipiat, ſed
ꝓponit audientibus optionem; ut uolūtas præmiū
conſequatur. Et propheta nō temeritate & arrogā-
tia propriæ cōſcientiæ ſe ire promittit, ſed fiducia:
quoniam purgata ſunt labia eius; & ablata iniqui-
tas; mundatumq; peccatum. Ergo & Moyſes cui di
xerat dominus; Veni mittam te ad Pharaonem re- Exod.3.c
gem Aegypti, & ille ait; Obſecro domine, non ſum &.4.c
dignus; prouide alium quem mittas; Siue ut in He-
bræo legitur; Mitte quem miſſurus es; non de con-
temptu, ſed de humilitate reſpondit; quia nihil de
purgatis labijs ſuis audierat, qui omni ſapiētia Ae-
gyptiorum fuerat eruditus. Et Eſaias nō ſuo meri-
to; ſed domini gratia qua purgatus eſt offert ſe ad
miniſterium. Alij autem putant idcirco ſe obtuliſſe
Eſaiam, quia exiſtimabat populo ꝓſpera nuncian-
da; ſed quia audiuit; Vade dic populo huic; Auri-
bus audietis, & nō intelligetis, & uidentes uidebi-
tis, & non cognoſcetis; ꝓpterea in conſequentibus
dicente ad eum uoce domini; Clama, non ſtatim cla Eſa.58.a
mat; ſed interrogat, quid clamabo? Et Hieremias Hiere.25.d
cui dictum fuerat; Accipe calicem & potionabis o-
mnes gentes ad quas ego mittam te; libenter acci-
piens ſuppliciorum calicem, ut aduerſarijs gētibus
propinaret, biberentq;, & uomerent & caderent:
poſtq̄ audiuit, uade, & primum propinabis Hieru
ſalem; Reſpondit: Decepiſti me domine, & dece- Ibid.20.b
ptus ſum. Hæc Hebræorum obſeruatio eſt. Cæte-
rum nos dicimus non temeritatis eſſe, ſed obedien-
tiæ domino ſe obtuliſſe mittendum. c ¶ Et di-
xit



A xit; uade; & dices populo huic &c.) Lxx. hunc locū
ita interpretati ſunt; ut euangeliſta Lucas in Apo-
Act.28.g. ſtolorum actibus poſuit; Cumq; inuicem nō eſſent
conſentiētes; haud dubium quin Iudæi, diſcedebāt;
dicente Paulo unum uerbum; Quia bene ſpirituſ-
ſanctus locutus eſt per
Eſaiam ꝓphetam ad pa-
tres noſtros, dicens; Va-
de ad populum iſtum &
dic; Aure audietis, & nō
intelligetis; & uidētes ui
debitis, & non perſpicie-
tis; incraſſatum eſt enim
cor populi huius, & auri
bus grauiter audierūt; &
oculos ſuos compreſſerunt; ne forte uideant oculis
ſuis & auribus audiant, & corde intelligant, & con-
uertant ſe, & ſanem illos. Quo autē hæc prophetia
impleta ſit tempore; ipſe Apoſtolus Paulus in con-
ſequentibus loquitur; Notum ergo ſit uobis, quo-
niam gētibus miſſum eſt hoc ſalutare dei; ipſi & au
dient. Vnde & in eiſdem Apoſtolorum Actis legi-
mus, quod Paulus & Barnabas Iudæis nolentibus
credere, dixerint; Vobis oportebat primum loqui
uerbū dei; ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos
uos iudicaſtis æternæ uitæ; ecce cōuertimur ad gē-
Eſa.49.b tes; Sic enim præcepit nobis dominus: Poſui te in
lucem gentibus, ut ſis in ſalutem uſq; ad extremum
B terræ. Ergo ſecūdum Lxx. facilis interpretatio eſt:
quod Eſaias propheta domino imperante prædi-
cat, quid populus ſit facturus. In Hebraico difficul-
tas eſt; quomodo ipſe deus præcipiat populo, ut au
ditu audiat, & non intelligat; & uidens uideat, & nō
agnoſcat; & poſtea propheta inducatur loquens, &
dominum precetur & dicat: Excæca cor populi
huius; & aures eius aggraua, & oculos eius claude:
ne forte uideat oculis ſuis, & auribus audiat, & cor-
de intelligat & conuertatur & ſanetur. Ac primum
ſoluenda eſt illa quæſtio, quæ nobis obijci poteſt:
quare Apoſtolus Paulus cum Hebræis diſputans,
non iuxta Hebraicum, quod rectum eſſe cogno-
uerat; ſed iuxta Lxx. ſit locutus. Euangeliſtam Lu-
Col.4.d cam tradunt ueteres eccleſiæ tractatores medicinæ
artis fuiſſe ſcientiſſimum; & magis Græcas literas
ſciſſe q̄ Hebræas. Vnde & ſermo eius tam in euan-
gelio q̄ in Actibus Apoſtolorum, id eſt, in utroq;
uolumine comptior eſt, & ſecularem redolet elo-
quentiam; magiſq; teſtimonijs Græcis utitur quā
Hebræis. Matthæus autem & Ioannes; quorum al-
ter Hebræo, alter Græco ſermone euangelia texue
runt; teſtimonia de Hebraico proferūt; ut eſt illud:
Oſee.11.a Ex Aegypto uocaui filium meum. Et; Quoniam
Matth.2.d Nazaræus uocabitur. Et; flumina de uentre eius
Ioan.7.f fluent aquæ uiuæ. Et; Videbunt in quem cōpunxe
Zacha.12.c runt: & cætera his ſimilia. Pauli quoq; idcirco ad
Ioan.19.g Hebræos epiſtolæ cōtradicitur, quod ad Hebręos
ſcribens utatur teſtimonijs quæ in Hebræis uolu-
minibus non habentur. Q; ſi aliquis dixerit, He-
bræos libros poſtea à Iudæis eſſe falſatos: audiat

pulo huic: Auditu audite, & nolite intel-
ligere: & uidete uiſu, & nolite cognoſce-
re: Excæca cor populi huius, & aures eius
aggraua, & oculos eius claude: ne forte ui-
deat oculis ſuis, & auribus audiat, & corde
intelligat; & conuertatur & ſanctur.
Et di

Origenem quid in octauo uolumine explanatio- C
num Eſaiæ huic reſpondeat quæſtiunculæ; quod
nūquam dominus, & Apoſtoli qui cætera crimina
arguūt in ſcribis & phariſæis, de hoc crimine quod
erat maximū reticuiſſent. Sin autem dixerint poſt
aduentum domini ſalua
toris & prædicationem
Apoſtolorū libros He-
bræos fuiſſe falſatos, ca-
chinnum tenere nō pote
ro; ut ſaluator, & euange
liſtæ, & Apoſtoli ita teſti
monia protulerint, ut Iu
dæi poſtea falſaturi erāt.
De præſenti autem loco
hoc dicendum eſt, fruſtra nos ad Lxx. tranſlationē
confugere; ne blaſphemū uideatur eſſe quod iuxta
Hebraicum dicitur; Auditu audite, & nolite intelli
gere; & uidete uiſionem, & nolite cognoſcere; cum
huiuſmodi teſtimonia etiam in Lxx. interpretibus
reperiamus; ut eſt illud in Exodo quod ad Pharao-
nem dicitur; Propterea ſuſcitaui te, ut oſtendam in Exod.10.a
te uirtutem meam. Si autem ipſe ſuſcitauit, & indu-
rauit cor Pharaonis ne crederet; & de alijs dicitur:
Dedit eis deus ſpiritū cōpunctionis; oculos ut non
uideant, & aures ut non audiant. Et in pſalmis; Fiat Pſal.68.c
menſa eorum in laqueum, & in captionem, & in
ſcandalum, & in retributionem; obſcurentur oculi D
eorum ne uideant; & dorſa eorum ſemper incurua:
non ſunt illi in culpa qui non uident; ſed ille qui de-
dit oculos ad non uidendum. Ergo & abſq; hoc te-
ſtimonio, quod nūc conamur exponere, manet ea-
dem quæſtio in eccleſijs; & aut cum iſta ſoluentur
& cæteræ: aut cū cæteris, & hæc indiſſolubilis erit.
Locum iſtum beatus Apoſtolus Paulus plenius
explicat ad Romanos; & quod ille penè tota epiſto
la proſecutus eſt; nos ſuperfluum facimus, ſi uolue
rimus breui ſermone comprehendere: Dicit enim
poſt multa; Concluſit deus omnia in incredulitate Roma.11.b
ut omnibus miſereatur. Admiranſq; domini ſacra
menta intulit; O profundum diuitiarum ſapientiæ
& ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia iudicia eius, &
inueſtigabiles uiæ eius. Et iterum de Iudęorum in-
credulitate diſputans ait; Nunquid ſic peccauerūt,
ut caderent; abſit; ſed illorum delicto ſalus gentium
fieret ad æmulandum eos. Et poſt modicum; Si eñ
abiectio eorum reconciliatio mūdi; quæ aſſumptio
eorum? nōnne uita ex mortuis? Et iterum; Nolo
enim uos ignorare fratres myſterium hoc; ut nō ſi-
tis uobiſmetipſis prudentes; quia cæcitas ex parte
facta eſt in Iſraël; donec plenitudo gētium introëat,
& tunc omnis Iſraël ſaluus fiat. Et poſt paululum: Roma.11.d
Iuxta euangelium quidem inimici propter uos;
iuxta electionem autem dilecti ꝓpter patres, abſq;
pœnitentia enim ſunt donationes & uocatio dei.
Sicut enim uos, inquit, aliquādo nō credidiſtis deo,
nunc autem eſtis miſericordiam conſecuti propter
eorum incredulitatē. Sic & iſti nunc nō crediderūt
in ueſtram miſericordiā, ut & ipſi miſericordiā cō-
d ſequantur.

E ſequantur. Cōcluſit enim deus omnia ſub peccato
ut omnibus miſereatur. Ergo nō eſt crudelitas dei,
ſed miſericordia unā perire gentem ut omnes ſalue
fiant; Iudæorum partem nō uidere, ut omnis mun-
dus lumē accipiat. Unde & ipſe dn̄s in euangelio ſa-
cramētum cæci à natiui-
tate q receperat oculos,
uertit ad Tropologiā; &
Ioan.9.g dicit: In iudiciū ego ueni
in hunc mundum, ut ui-
dentes nō uideant, & nō
uidentes uideant. Et in
alio loco Symeon loqui-
Luc.2.e tur: Ecce hic poſitus eſt
in ruinā & in reſurrectio
nem multorum. Illis itaq;
nō uidentibus, nos uide-
mus; illis cadentibus nos
reſurgimus: Qđ intelli-
gēs ꝓpheta quodāmodo
alijs uerbis dicit: O dn̄e
præcipis mihi loqui po-
pulo Iudæorū; ut audiāt
& nō intelligant ſaluatorē; & uideant eū, & non co-
gnoſcant: Si uis impleri iuſſionem tuam; & totum
ſaluari mundum, quod & ego fieri deſydero: tu ex-
cæca cor populi huius & aures aggraua, & oculos
F claude, ne intelligāt, ne audiant, ne uideāt. Si eī illi
uiderint, & cōuerſi fuerint, & intellexerint & ſanati
fuerint; totus mundus nō recipiet ſanitatē. Ex quo
animaduertimus, quamuis graue ſit peccatū, ſiquis
cōuertatur, eum poſſe ſanari. Simulq; & hoc intelli
gendum quod ꝓ magnitudine ſceleris, etiā pœnitē
tia indigni iudicati ſint, Ipſo dn̄o dicente ad Hieru-
Matth.23.d ſalē: Quoties uolui cōgregare filios tuos, ſicut gal-
lina pullos ſub alas ſuas, & noluiſti? a ¶Et dixi:
uſq; quò dn̄e &c.) Dicēte domino: Vade & dic po-
pulo huic, quod audiat, & nō audiat; uideat & non
uideat: Idcirco autem nec audiat, nec uideat; quia
non ſit intellecturus uerba domini, nec eius opera
cogniturus; & quoniam incraſſatus eſt & dilatatus,
Deut.32.b & oblitus creatoris ſui: Propheta reſpōdet, & quæ-
rit ſolicitus de populo ſuo: Vſq; quò domine hæc
ſentētia permanebit; ut audiens nō audiat, uidēſq;
non uideat? Cui reſpondit dominus: tamdiu non
audiet & nō uidebit, & excæcatum habebit cor; do
nec ciuitates Iudææ Veſpaſiano Titoq; pugnanti-
bus penitus ſubuertantur; intantum ut ne nomen
priſtinum quidē permaneat; & domus ſi quæ remā
ſerint, ſine habitatore ſint, & terra redigatur in ſoli-
tudinem, & uel fuga uel captiuitate in totum orbē
Iudaicus populus diſpergatur: Et nequaquā in Iu-
dæa ut prius; ſed in cunctis gētibus Iudæorum po-
pulus multiplicetur. Quod autem dico multiplice-
tur; tanta erit infelicitas reſidui populi, ut ad cōpa-
rationē prioris multitudinis, uix decima pars re-
maneat. Cumq; & in ipſa terra fuerit ſolitudo (du-
pliciter enim locus iſte intelligi poteſt, qđ decima
pars & in toto orbe uix remaneat; & in ipſa Iudæa
uix parua pars populi reſeruetur) rurſum ipſæ reli G
liquiæ erunt in deprædationem; quādo poſt annos
fermè quinquaginta Hadrianus uenerit; & terram
Iudæam fuerit penitus deprædatus; intātum ut te-
rebintho & quercui quæ glādes amiſerint cōpare-
tur. Deniq; poſt extremā
uaſtitatem, etiā leges pu-
blicæ pependerunt; & ꝓ-
hibiti ſunt Iudæi terram,
de qua eiecti fuerant, in-
gredi. Si quis aūt credide
rit in Chriſtum; & imple
tum fuerit illud quod ſu
pra legimus: Niſi domi-
nus ſabaoth reliqſſet no-
bis ſemē, quaſi Sodoma
eſſemus, & ſimiles Go-
morræ fuiſſemus; quan-
do iuxta Apoſtolum, re
liquiæ ſaluabuntur: hoc
ſemen ſanctum erit; & de
Apoſtolorum germine
cunctæ eccleſiæ pullula-
bunt. Quod diximus, ſanctum ſemē erit quod ſtete
rit in ea; Vel iuxta Aquilam, ſemen ſanctū erit ger-
men eius; in Lxx. interpretibus non habetur; ſed de
Hebraico & Theodotionis æditione ab Origene
additum, in eccleſiæ fertur exemplaribus; ut poſtq; H
intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſraël ſal
uus fiat; & impleatur etiam in hoc ſermo domini, di
centis: Ego occidam & ego uiuificabo, percutiam Deut.32.f
& ego ſanabo. Cap. VII.
ET factum eſt in diebus &c.) Ozias qui & Aza 4.Reg.15.d
rias, rex Iuda, regnauit ī Hieruſalē annis quin-
quaginta duobus. Cuius extremo iam tēpore uidit
Eſaias quæ præteritus ſermo diſſeruit. Quo mor-
tuo & regnante ꝓ eo Ioatham filio eius rege iuſtiſſi
mo; uidit ſtatim ꝓpheta dominum ſaluatorē in ſua
maieſtate regnantem, & annunciantem Iudaici po-
puli cæcitatem, & ſubuerſionem Hieruſalem & cæ
terarum urbium ſub Veſpaſiano & Hadriano; & 4.Reg.16.
quomodo in Apoſtolis reliquiæ ſint ſaluādæ. Ter 2.Para.28.d
tius rex filius Ioathā ſuccedit Achaz impijſſimus;
qui clauſit ianuas tēpli; & in ualle Gehēnon adora-
uit Baalim; & filium ſuū idolis cōſecrauit: Ita ut au-
ferret altare æneum, quod Salomon fecerat; & po-
neret in templo dei altare idolorum; cuius exēplar
de Damaſco acceperat. Iuſte igitur à domini auxi-
lio derelictus eſt; & cōſurrexerunt aduerſus eū Ra-
ſin rex Syriæ, id eſt, Aram; & Phaceæ filius Rome-
liæ, rex Iſraël in Samaria, & uenerunt in Hieruſalē,
ut expugnarent eam. Legimus in Paralipomenon
libro, Raſin regem Damaſci uicto Achaz multos
de Iudæa Damaſcum tranſtuliſſe; Et Phaceæ filium
Romeliæ regem decem tribuum quæ appellaban-
tur Iſraël, & regnabat in Samaria; una die centū ui-
ginti milia percuſſiſſe de Iuda hominum bellatorū;
& ducenta milia mulierum, puerorumq; & puella-
rum cum infinita præda in Samariam duxiſſe ca-
ptiua

a Et dixi: uſq; quò domine? & dixit, donec de-
ſolentur ciuitates abſque habitatore: & do-
mus ſine hominibus, & terra relinquatur de
ſerta. Et longe faciet dominus homines: &
multiplicabitur quæ derelicta fuerat in me-
dio terræ. Et adhuc in ea erit decimatio: &
rurſum erit in deprædationem, ſicut tere-
binthus, & ſicut quercus quæ proiecit fru-
ctus ſuos: ſanctum ſemen erit quod ſtete-
rit in ea. Cap. VII.
b ET factum eſt in diebus Achaz filij Ioa-
tham filij Oziæ regis Iuda: Aſcendit Ra-
ſin



ſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex
Iſraël, in Hieruſalem ad præliandum cōtra
eam; & non potuerunt debellare eā. Et nun-
ciauerunt domui Dauid dicentes: conſenſit
Syria cum Ephraim: & commotum eſt cor
eius; & cor populi illius, ſicut mouētur ligna
a ſyluarum à facie uenti. Et dixit dominus ad
Eſaiam: Egredere in occurſum Achaz, tu &
qui derelictus eſt Iaſub filius tuus, ad extre-
mū aquæ ductus piſcinæ ſuperioris, in uia
agri fullonis. Et dices ad eum: Vide ut ſileas:
noli timere, & cor tuum ne formidet à dua-
bus caudis ticionum fumigantium iſto-
rum: in ira furoris Raſin & Syriæ, & filij
Romeliæ; eo quod conſilium inierit contra
te Syria peſſimum: Ephraim & filius Ro-
meliæ, dicentes: Aſcendamus ad Iudam, &
ſuſcitemus eum, & euellamus eum ad nos:
& po

A ptiua. De quo certamine propheta nunc tacuit; ſed
ſecundum refert prælium; quādo experimentū ha-
bentes fortitudinis ſuæ atq; uictoriæ: & inuitati
prædæ magnitudine rurſum ueniūt ad Iudæam; &
Hieruſalem cupiunt debellare; & non potuerunt,
quia auxiliatus ei eſt do-
minus; ut ſub occaſione
miſericordiæ qua popu-
lum liberabat obſeſſum:
filiū ſuū nūciaret de uirgi
ne naſciturū. Quod cum
audiſſet domus Dauid;
hoc eſt, domus regia, Sy-
riam ſcilicet & Ephraim,
Raſin & Phacee iuncto
uenire exercitu; exterri-
ta eſt atq; pertimuit; & tā
rex ꝗ populus ita cōtre-
muerunt, ut putares ar-
borū folia uentorū flati-
bus uentilari. Iuxta Ana
Anago. gogen facilis interpreta-
tio eſt: Quod regnante
Achaz rege impio: rex
ארם Aram, qui interpretatur
excelſus atq; ſublimis; ut
indicet arrogantiā ſapiē-
B tiæ ſecularis: & Phacee
filius Romeliæ; q & ipſe
iuxta Oſee ꝓphetam ex
tribu Ephraim, de qua Hieroboā filius Nabath ui-
tulos aureos in Bethel & Dan cōſtituerat: & à do-
mo Dauid dei populum ſepararat; refertur ad hæ-
reticos, conſentientes ſibi, ut expugnent eccleſiam.
Ezech.34.f Quod cū audierit domus Dauid; quē in Ezechiel
bonū paſtorē legimus ſuſcitādum; & populus eius
ſimpliciter credēs in dominū, pertremiſcet. Et ideo
pertremiſcet; quia non arboribus frugiferis, ſed in-
fructuoſo ſaltui comparatur. Eoſdem autem Hære
ticos atq; gentiles cōtra domum Dauid argumen-
torum & dialecticæ artis gladijs dimicare; nulli du-
bium eſt; ut qui inter ſe diſcrepant, in eccleſiæ oppu
gnatione cōſentiant: Iuxta illud quod Herodes &
Luc.23.b Pilatus inter ſe diſcordātes, in dn̄i paſſione amicitia
fœderantur. a ¶Et dixit dominus ad Eſaiā: Egre
dere in occurſum Achaz, tu & qui derelictus eſt
ישוב Iaſub &c.) Iaſub filius Eſaiæ qui interpretatur reli-
ctus atq; cōuertens, in typum populi Iuda, qui erat
de duorū regū manibus liberandus; iubetur egredi
cum parente, & occurrere Achaz regi Iudæ in loco
aquæ ductus piſcinæ ſuperioris, ī uia agri fullonis;
ubi poſtea lecturi ſumus ſub Ezechia rege Iuda ſta
re Rabſacē; & ex præcepto Sennacherib regis Aſ-
ſyriorum dei populum blaſphemare. In quem locū
4.Reg.18.d egreſſi ſunt, miſſi ab Ezechia principes ciuitatis,
quos in Regum uolumine legimus. Præcipiturq;
Achaz ꝗuis impio regi ꝓpter dn̄i miſericordiā ut
agat ſilentiū; & nō terreatur neq; formidet cor eius,
putans ſe paſſurum ſimilia quæ prius ſuſtinuerat.
Duas autem caudas titionum; id eſt torrium fumi- C
gantium, uocat Raſin regem Syriæ, & Phacee filiū
Romeliæ regem Samariæ; eo quod in illis finitū ſit
regnum Syriæ, id eſt Damaſci: & regnū Samariæ,
id eſt, decem tribuū; quæ alio nomine appellabātur
Ephraim. Scriptū eſt eī
quod Theglathphalaſſar
rex Aſſyriorum, ſub re-
ge Achaz aſcenderit in
Damaſcum; & uaſtauerit Amos.1.b
eam, & trāſtulerit habita
tores eius Cyrenē, & Ra
ſin interfecerit: & quod
tetēderit inſidias Phacee
filio Romeliæ Oſee fi-
lius Ela; & percuſſerit eū
& interfecerit, & regna-
uerit ꝓ illo in Iſraël annis
nouem; & quod uenerit
Salmanaſar rex Aſſur &
obſederit Samariā, quæ
nūc Sebaſte uocatur, tri-
bus annis, & nono anno
regni Oſee cœperit eū;
uinctumq; Oſee in car-
cerem miſerit; & trāſtule 4.Reg.17.d
rit Iſraël in Aſſyrios; po-
ſueritq; eos in Hala & in D
Habor iuxta fluuiū Go-
zan in ciuitatibus: ſiue,
ut Lxx. tranſtulerunt, in mōtibus Mœdorū; Qᷓuis
enim inierint cōſilium hi duo reges peſſimi, ut aſcē-
derent ad Iudam; cuius regio in montibus ſita eſt;
& ſuſcitarent eum quieſcentem, & quodammodo
dormientem; ſuoq; imperio ſubiugarent; & ſuper-
ponerent ei regem filium Tabeel, qui interpretatur טבאל
bonus deus; ut uel hominem hoc nomine, uel idolū
demōſtrarent: Tamen hæc dicit dominus deus: Nō
ſtabit hoc cōſilium; ſed interim modo caput Syriæ
urbium erit Damaſcus; & in ipſa Metropoli Dama
ſco imperabit Raſin: Porrò in Ephraim propter
Hieroboam filium Nabath, qui primus regnauit
de Ephraim, erit caput Samaria; hoc eſt regia do-
mus in urbe Samaria; & Samariæ caput erit filius
Romeliæ, id eſt, Phacee: Regnum autē decem tri-
buū, id eſt, populi Ephraim; poſt ſexaginta & quin-
q; annos eſſe ceſſabit: Quod niſi diligentius atten-
damus, ſtare nō poterit. Quartodecimo enim anno
Achaz filij Ioatham: in tribu Iuda regnauit Oſee
ſuper Samariam; & nono anno imperij ſui captus
eſt. Regnauit autem Achaz ſuper Iudam annis ſe-
decim; poſt cuius mortē ſeptimo anno imperij ſui
captus eſt Oſee, & deſtructa Samaria; omniſq; po-
pulus eſt tranſductus in Mœdos; ita ut ſi uolueri-
mus ſedecim annos Achaz & ſeptē Oſee ponere,
efficiantur anni uigintitres, aut ut multum, uiginti-
quatuor; & ubi erūt ſexaginta & qnq; anni, in qbus
regnū Iſraël dicitur finiēdū? Igitur Hebræi hūc locū
ita ediſſerunt; ut Amos qui ſub Ozia cœpit ꝓphe-

& ponamus regē ī medio eius filiū Tabeel.
Hæc dicit dñs deus;non ſtabit, & non erit
iſtud ; ſed caput Syriæ Damaſcus , & caput
Damaſci Raſin;& adhuc ſexaginta & quin=
ꝙ anni & deſinet Ephraim eſſe populus;Et
caput Ephraim Samaria;& caput Samariæ
filius Romeliæ;Si non credideritis,non per=
a manebitis. Et adiecit dominus loqui ad A=
chaz,dicens;Pete tibi ſignum à domino deo
tuo in profundum inferni ſiue in excelſum
ſupra

E tare quando & Eſaias prophetiæ ſuæ habuit exor=
Amos.7.c dium,primus prophetauerit contra Iſraël,dicens;
Iſraël autem captiuus ducetur de terra ſua. Titulus
quoꝙ ꝓphetiæ eius cōtra Samariā ſit;& ꝓphetare
2.Par.26.d cœperit in diebus Oziæ regis Iuda ante duos ānos
terræmotus;quē uolunt
eo tēpore accidiſſe, quo
ingreſſus Ozias in tem=
plum dei, ſibi ſacerdotiū
uendicabat;& terra per=
cuſſa eſt;& cineres altaris
effuſi ſunt;& ipſe rex p=
cuſſus eſt lepra. Volunt
autem annum fuiſſe ui=
geſimumquintū Oziæ,
quando hæc acciderunt;
cuius reliqui āni ſunt ui=
gintiſeptem;Ozias enim
regnauit annos quinqua
ginta duos;poſt eum re=
gnauit Ioatham filius eius annis ſedecim;& huius
filius Achaz annis alijs ſedecim;poſt quē regnauit
Ezechias;cuius ſexto imperij anno capta Samaria
eſt;atꝙ ita effici ſimul annos ſexagintaquinꝙ. Hæc
per prophetam domino prædicente ; & Achaz &
populus futura non credidit. Vnde ſubiungitur;Si
non credideritis nō permanebitis;ut Symmachus
tranſtulit,id eſt, & uos non permanebitis in regno
F ueſtro;ſed in captiuitatem ducemini, ſuſtinētes eo=
rum pœnas,quorum imitati eſtis infidelitatē. Vel
certe iuxta Lxx. οὐδὲ μὴ συνῆτε,id eſt,non intelligetis.
Et eſt ſenſus ; Quia quæ dominus dicit futura,non
creditis ; intelligentiam non habebitis. Hæc iuxta
hiſtoriam dixerimus. Cæterum iuxta cœptā Tro=
Tropol. pologiam conſiderandum eſt, quod impio regi E=
ſaias iubeatur occurrere,exiens de loco ſuo;non in
principio aquæ ductus;ſed in extremis finibus pi=
ſcinæ ſuperioris;quæ erat in agro fullonis,ubi ſor=
des & maculæ purgabantur. Q̄uis enim Achaz re
gnaret ſuper Iudam;tamen quia impius erat,in ſu=
perioris piſcinę extremis finibus morabatur. Ergo
deus non tam regis miſeretur, quē indignum æſti=
mabat ſalute,quàm populi ſui. Duas autem caudas
torrium fumigātium;ut prius diximus,uocat ſapiē
tiam ſecularem,hæreticumꝙ ſermonē, quorū finis
exuſtio eſt. Qui fruſtra inierunt conſilium,ut aſcē=
derent contra Iudam;& quaſi negligentem & dor=
mientem caperent;& ſuis erroribus copularent;po
nerentꝙ ſuper eum regē filium Tabeel;hoc eſt,bo=
num deū. Vterꝙ enim aduerſarius apud ſe ueritatē
apud ſe exiſtimat optimam eſſe doctrinam. Deniꝙ
Marcion hæreticus , boni dei filiū, hoc eſt, alterius
putat eſſe Chriſtum;& nō iuſti,cuius ꝓphetæ ſunt;
quem ſanguinarium , crudelem & iudicem uocat.
Hæc illis dicentibus, dñs comminatur, ꝙ non ſtet
conſilium ipſoꝝ;ſed interim nūc ꝙdiu mundus iſte
ſtat;& ea quæ mundi ſunt in ſuis finibus,& in ſuis
urbibus dominentur. Cum autem cōſummationis
tempus aduenerit;hoc eſt, ſexagintaquinque anni;
& tam mundi res quæ in ſex diebus factæ ſunt;quā G
omnia quæ ad quinꝙ ſenſus pertinent finem acce=
perint;tunc uniuerſa eſſe ſoluenda quæ gentiles &
hæretici futura non credunt;& propter infidelita=
tem non intelligunt quæ dicuntur. a ¶Et adiecit
dominus loq ad Achaz,
dicens;Pete tibi ſignum
à domīo &c.) Qui prius
per prophetam locutus
fuerat ad Achaz uide ut
ſileas,noli timere, & cæ=
tera. Illo non credente;&
ideo nō intelligente,ipſe
loquitur ad Achaz ; ut
ſaltem autoritate domi=
ni territus ſuſcipiat quæ
dicunē. Quia tibi,inquit,
uidetur eſſe difficile, qđ
regna potentiſſima bre=
ui tempore finiēda ſint;
& tu cum populo tuo de magno periculo libereris;
Pete tibi ſignum,nequaꝙ ab idolis , quorum erro=
re retineris;ſed à domino deo tuo qui tibi auxilium
pollicetur;& ipſum ſignum opitionis tuæ eſt unde
poſtules , ſiue de profundo ſiue de excelſo;Quod
cum ſoli Lxx. dixerint;cæteri iuxta Hebraicum ſi=
gnificantius tranſtulerunt , de profundo inferni.
Ergo ſicut profundum,infernum ſignificat;ita ex=
celſum , ſupra cœlos intelligere debemus ; ut cum H
de inferno ſiue de excelſo ſignum acceperis,credas
futura quæ dixi ; Vis,inquit , ut ſcindatur terra &
grandi hiatu inferi pateant , qui in corde terræ eſſe
dicuntur , an ut aperiantur cœli? Quod utrunque
ad typum pertinet mortis domini & aſcenſionis;
Qui enim deſcendit ipſe eſt qui & aſcendit;Et in Epheſ.4.b
Apoſtolo legimus ; Ne dixeris in corde tuo;quis Rom.10.b
aſcēdit in cœlum? hoc eſt Chriſtum deducere;Aut,
quis deſcendit in abyſſum? hoc eſt Chriſtum de
mortuis reducere. Et in alio loco de Chriſto diſpu Epheſ.3.d
tans,ait;Quæ ſit latitudo , & longitudo , & excel=
ſum,& profundum ſupereminētis ſcientiæ & dile=
ctionis Chriſti;Hoc quātum ad myſticos pertinet
intellectus. Cæterum & Moyſes accepit ſigna de
terra;de quibus in pſalmis legimus ; Miſit ſigna & Pſal.134.
prodigia in medio tui Aegypte,ranas, locuſtas,cy=
niphes,& cynomyiam;de cœlo autem grandinem
& ignem & trium dierum tenebras. Ego reor &
Ezechiam , quando ſol decem regreſſus eſt lineis,
ſignum accepiſſe de cœlo,& Ieſum filium Naue in 4.Reg.20.b
Gabaon & Haialon ſtantibus ſole & luna. Pleriꝙ Ioſue.10.c
putant Saulem ſignum accepiſſe de terra & de pro 1.Reg.28.
fundo inferni ; quando Samuelem per incantatio=
nes & artes magicas uiſus eſt ſuſcitaſſe. Sed & Io= Ionæ.2.a
nas propheta de abyſſo, & de profundo ac mortis
faucibus liberatus,ſignum dedit & accepit inferni.
Legi in cuiuſdam commentarijs hunc locum per
allegoriam extenuatum;ut ꝓfundum & excelſum
αἰσθητὰ & νοητὰ intelligeret , quæ nos poſſumus ſen=
ſibilia dicere,& intelligibilia ; quorum alterum re=
fertur



a ſupra. Et dixit Achāz ; Non petam , & non
b tentabo dominum. Et dixit ; audite ergo do
mus Dauid ; Nūquid parum uobis eſt mo=
leſtos eſſe hominibus ; quia moleſti eſtis &
c deo meo? Propterea dabit dñs ipſe uobis
ſignū;Ecce uirgo concipiet & pariet filiū,&
uocabis

A fertur ad ſenſus, alterum ad mentem & rationem.
Virginem quoꝙ interpretatur animam,quæ nulla
peccati corrupta eſt conſcientia;& poteſt de ſe Em=
manuel nobiſcum deum,id eſt, præſentem dei ge=
nerare ſermonem. Sed nos elixas agni carnes non
comedimus , uerū aſſas;
& quæ in nobis poſſint
omnes uoluptatum ſic=
care pituitas;ne ſacramē
tum fidei noſtræ , dum
plus ſapimus quā opor=
tet ſapere,negligamus.
a ¶Et dixit Achaz;Nō
petam & nō tentabo do=
minum.) Non humilita
tis eſt,ſed ſuperbiæ,quod non uult ſignum à domi
no poſtulare;Q̄ꝙ em̄ ſcriptum ſit in Deuterono=
Deuter.6.d mio;Non tentabis dominum deum tuū;& hoc con
Matth.4.b tra diabolum ſaluator uſus ſit teſtimonio , tamen
iuſſus ut peteret,obedientia debuit explere præce=
ptum;præſertim cum & Gedeon & Manue ſignū
Iudic.6.b. petierint & acceperint ; Q̄ꝙ iuxta Hebræi ſermōis
&.13.b ambiguitatē,ī quo ſcriptū eſt;וְלֹא אֲנַסֶּה אֶת יְהוָה
& omnes ſimiliter tranſtulerunt;non tentabo do=
minum;poſſit legi ; non exaltabo dominum;Scie=
bat enim rex impius quod ſi ſignum peteret , acce=
pturus eſſet,& glorificaretur dominus. Ergo quaſi
idolorum cultor , qui in omnibus angulis platea=
rum & in montibus lociſꝙ nemoroſis aras conſti=
tuerat;& pro leuitis habebat Phanaticos;non uult
B ſignum petere quod præceptum eſt. b ¶Et dixit;
audite ergo domus Dauid ; Nūquid parum uobis
eſt moleſtos eſſe hominibus &c.) Quis eſt iſte qui
dixit;audite ergo domus Dauid? Nequaquā deus
qui ſupra ad Achaz dixerat;Pete tibi ſignum à do
mino deo tuo;ſed propheta,ut ex conſequentibus
comprobatur;Quia moleſti eſtis & deo meo. Et eſt
ſenſus;Quia non ſolum prophetas perſequimini et
eorum dicta contemnitis;ſed & præſentis & iuben
tis dei ſententiæ contradicitis ; ita ut ei exhibeatis
laborem;qui in alio loco ait;Laboraui ſuſtinens;id=
circo dominus faciet quæ ſequuntur. Pro labore &
moleſtia ; quod Aquila & Symmachus tranſtule=
runt;Lxx. & Theodotio ἀγῶνα interpretati ſunt,id
eſt luctam atꝙ certamen;quia contentioſi nō ſubij=
ciant collum domini ſeruituti;ſed illo uulnera eo=
rum uolente curare reſpuant ſanitatem;Et hoc no=
tandum;quod Achaz rege impijſſimo nolente ſi=
gnum petere,ſermo ꝓpheticus ad domum Dauid;
hoc eſt, ad tribum regiam conuertatur;de qua ſu=
pra legimus ; Et nunciauerunt hæc domui Dauid,
dicentes ; Conſenſerunt Syria & Ephraim.
c ¶Propterea dabit dñs ipſe uobis ſignum &c.)
Hebr.1.a Nequaꝙ multifarie iuxta Apoſtolum Paulum &
Oſee.12.c multis modis loquetur deus;Nec iuxta alium pro=
phetam, in manibus prophetarū aſſimilabitur;ſed
Infra.58.c qui ante loquebaē per alios,dicet ; Ecce adſum. De
Cant.1.a quo & ſpōſa rogabat in cantico canticorum;Oſcu=
Pſal.23.b letur me oſculo oris ſui;Dominus enim uirtutum
ipſe eſt rex gloriæ;ipſe deſcendet in uterum uirgi= C
nalem;& ingredietur & egredietur orientalem por Ezech.44.a
tam quæ ſemper eſt clauſa;de qua Gabriel dicit ad
uirginem;Spirituſſanctus ueniet ſuper te,& uirtus Luc.1.d
altiſſimi obumbrabit tibi;propterea quod naſcetur
ex te ſanctum,uocabitur
filius dei. Et in ꝓuerbijs; Prou.9.a
Sapientia ædificauit ſibi
domum. Quādo autem
dicit;Dabit dñs ipſe uo=
bis ſignū ; nouum debet
eſſe atꝙ mirabile. Sin au=
tem iuuēcula uel puella,
ut Iudæi uolunt , & non
uirgo pariat,quale ſignū
poterit appellari;cum hoc nomen ætatis ſit non in=
tegritatis? Et reuera, ut cum Iudæis conferamus pe
dem,& nequaquam contentioſo fune præbeamus
eis riſum noſtræ īperitiæ;uirgo Hebraice בְּתוּלָה
appellatur;quæ in præſenti loco non ſcribitur;ſed
pro hoc uerbo poſitum eſt ; עַלְמָה ; quod præter
Lxx. qui poſuerunt ἡ παρθένος, omnes adoleſcentu=
lam tranſtulerunt. Porrò עַלְמָה apud eos uerbum
ambiguum eſt;dicitur enim & adoleſcentula,& ab=
ſcondita , id eſt, ἀπόκρυφος. Vnde & in titulo pſalmi
noni,ubi in Hebræo poſitum eſt עַלְמוּת ; cæteri
interpretes tranſtulerunt , pro adoleſcentia ; quod
Lxx. interpretati ſunt,pro abſcōditis. Et in Geneſi
legimus , ubi Rebecca dicitur alma ; Aquilam non Gen.24.b
adoleſcentulam nec puellam,ſed abſcōditam tranſ=
D tuliſſe. Sunamitis quoque mulier amiſſo filio , cum
Heliſei fuiſſet pedibus prouoluta;& prohiberet eā 4.Reg.4.c
Iezi;audit à propheta;Dimitte eam,quia in dolore
eſt,& dominus abſcondit à me. Pro eo quod in La
tino dicitur;abſcondit à me ; in Hebræo ſcriptum
eſt חֶעְלִים מִמֶּנִּי. Ergo alma , non ſolum puella
uel uirgo;ſed cum ἐπιτάσει uirgo abſcondita dici=
tur & ſecreta;quæ nunquam uirorum patuerit a=
ſpectibus,ſed magna parentum diligētia cuſtodita
ſit. Lingua quoque Punica , quæ de Hebræorum
fontibus manare dicitur;proprie uirgo alma appel
latur. Et ut riſum præbeamus Iudæis;noſtro quoꝙ
ſermone alma ſancta dicitur;Omniumꝙ pene lin=
guarum uerbis utuntur Hebræi;Vt eſt illud in can Cant.3.c
ticocanticorum de Græco φορεῖον, id eſt ferculum אַפִּרְיוֹן
ſibi fecit Salomon;quod & in Hebræo ita legimus. נָגִיד
Verbum quoꝙ nugas & menſuram Hebræi eo= מְשׂוּרָה
dem modo & eiſdem appellant ſenſibus. Et quantū
cum mea pugno memoria;nunquam me arbitror
alma in muliere nupta legiſſe;ſed in ea quæ uirgo
eſt,ut non ſolum uirgo ſit;ſed uirgo iunioris æta=
tis,& in annis adoleſcentiæ. Poteſt enim fieri ut uir
go ſit uetula;iſta autem uirgo erat in annis puella=
ribus;Vel certe uirgo nō puellula,& quæ adhuc ui
rum noſſe non poſſet;ſed iam nubilis. Denique in
Deuteronomio,ſub puellæ & adoleſcentulæ nomi
ne,uirgo intelligitur ; Si inuenerit,inquit,homo in Deut.22.d
cāpo puellam deſpōſatam, & ui opprimēs dormie=
rit cum ea;interficietis uirum ſolum , qui cōcubuit

E cum ea;& puellæ nihil facietis;non eſt adoleſcentu-
læ peccatum mortis;Quia quomodo ſi quis in inſi
dijs inſurgat contra proximum ſuum,& interficiat
animam eius;ſic hoc negocium accidit. In agro in-
uenit eam;clamauit puella deſponſata;& nõ eſt in-
uentus qui auxiliaretur
3.Reg.1.d ei.Et in Regum uolumi-
ne legimus,quod quæſi-
erint puellam uirginẽ no
mine Abiſag,& introdu
xerint ad regẽ;quæ dor-
miret cum eo & foueret
eũ;& erat puella pulchra
nimis & miniſtrabat ei;
& rex nõ cognouit eam.
Quodq́; ſequitur;Et uo
cabis nomẽ eius Emma-
nuel;& Lxx. & tres reli-
qui ſimiliter tranſtulerunt; pro quo in Matthæo
ſcriptum eſt,uocabunt;quod in Hebræo non habe
tur. Ergo iſte puer qui naſcetur ex uirgine, ò do-
mus Dauid,nunc à te appelletur Emmanuel,id eſt,
nobiſcum deus,quia rebus ipſis probabis à duo-
bus inimicis regibus liberata,deum te habere præ-
ſentẽ;& qui poſtea uocabitur Ieſus, id eſt ſaluator;
eo quod uniuerſum hominũ genus ſaluaturus ſit;
nunc à te Emmanuelis appelletur uocabulo. Ver-
bum וְקָרָאת; quod omnes interpretati ſunt uoca-
F bis;poteſt intelligi & uócabit;quod ipſa ſcilicet uir-
go quæ cõcipiet & pariet,hoc Chriſtum appellatu-
Matth.1.d ra ſit nomine.In multis teſtimonijs quæ euangeli-
ſtæ uel Apoſtoli de libris ueteribus aſſumpſerunt,
curioſius attendendum eſt,non eos uerborum or-
dinem ſecutos eſſe,ſed ſenſum. Vnde & in præſenti
loco,pro cõcipiet in utero;Matthæus poſuit,in ute
ro habebit;& pro uocabis , uocabunt.Hebræi hoc
de Ezechia filio Achaz prophetari arbitrantur;
quod ipſo regnante ſit capta Samaria;quod omni-
no probari non poteſt.Siquidem Achaz filius Ioa
tham,regnauit ſuper Iudam & Hieruſalem annis
4.Reg.16. ſedecim; Cui ſucceſſit in regnum filius eius Eze-
chias,annos natus uigintiquinq;;& regnauit ſuper
Iudam & Hieruſalem annis uigintinouem. Quo-
modo ergo,ut demus primo anno Achaz hanc ad
eum factam prophetiam,de Ezechiæ conceptu di-
citur & natiuitate; cum eo tempore quo regnare
cœpit Achaz , iam nouem Ezechias eſſet anno-
rum;niſi forte ſextum Ezechiæ regni annum, quo
eſt capta Samaria, infantiam eius appellari dicant.
non ætatis,ſed imperij. Quod coactum eſſe atque
uiolentum,etiam ſtultis patet. Quidam de noſtris
Iudaizans,Eſaiam prophetam duos filios habuiſſe
contendit,Iaſub & Emmanuel;& Emmanuel de ꝓ-
phetiſſa uxore eius eſſe generatum,in typum domi
ni ſaluatoris;ut prior filius Iaſub,quod interpreta-
tur relictus ſiue cõuertens , Iudaicum populum ſi-
gnificet;qui relictus eſt,& poſtea reuerſus. Secun-
dus aũt,id eſt,Emmanuel & nobiſcũ deus,gẽtium
uocationem;poſtq́; uerbum caro factum eſt, & ha-

a uocabis nomen eius Emmanuel. Bůtyrũ &
mel comedet,ut ſciat reprobare malũ & eli-
b gere bonum. Prius enim quàm ſciat puer re-
probare malum & eligere bonum ; derelin-
quetur terra,quam tu deteſtaris,à facie duo-
c rum regum ſuorum. Adducẽt dominus ſu-
per te & ſuper populum tuum & ſuper do-
mum patris tui dies qui nõ uenerunt à die-
bus

bitauit in nobis. a ¶ Butyrum & mel comedet ut G
ſciat &c.) Pro quo Lxx.tranſtulerunt,anteq́; ſciat.
Quodq́; ſequitur;aſſumere malũ;in Hebraico non
habetur. Et eſt ſenſus ; O domus Dauid cui dei ſer-
mone præcipitur ut uoces,id eſt inuoces in pericu
lo cõſtituta nomen Em-
manuelis , id eſt,nobiſcũ
dei;nõ mireris ad rei no-
uitatẽ,ſi uirgo deum pa-
riat;qui tãtã habeat pote
ſtatem, ut multo poſt tẽ-
pore naſciturus, te nunc
liberet inuocatus;ipſe eſt
eñi qui uiſus eſt Abrahã,
& locutus eſt Moyſi. Di
cam & aliud mirabilius;
ne eũ putes in phãtaſma-
te naſciturũ;cibis utetur
infantiæ,butyrũ comedet & lac;Et licet multa poſt
ſecula de eo euangeliſta teſtetur;Puer autem profi- Luc.2.g
ciebat ſapientia & ætate & gratia apud deũ & homi
nes;& hoc dicatur,ut ueritas humani corporis ap-
probetur;tamen adhuc pannis inuolutus, & buty-
ro paſtus ac melle,habebit boni maliq́; iudicium,ut
reprobans mala,eligat bona;Nõ quod hoc fecerit,
aut reprobauerit uel elegerit;ſed quod ſcierit repro
bare & eligere;ut per hæc uerba noſcamus,infantiã
humani corporis diuinæ nõ præiudicaſſe ſapiẽtiæ. H
Deniq; iacentẽ in præſepio angeli paſtoribus nun-
ciant;magi adorãt de Oriente uenientes;quos utiq;
electos eſſe credendum eſt ; Et ecõtrario Herodes,
ſcribæ ac phariſæi reprobantur;quia,ꝓ uno infante Matth.2.c
multa paruulorum milia trucidarunt. b ¶ Prius
eñi quàm ſciat puer reprobare malum &c.) Sexto
imperij anno Ezechiæ,eſt ab Aſſyrijs capta Sama-
ria,id eſt,triceſimoprimo ãno ætatis ipſius. Si itaq;
iſte qui naſciturus;uel de uirgine, ut nos ꝓbamus;
uel de adoleſcẽtula,ut Iudæi uolunt, butyrũ & mel
comedet;& tã paruulus erit ut malũ à bono diſcer-
nere nequeat;& anteq́; ille tẽpus egrediatur infan-
tiæ,terra Syriæ & Samariæ uaſtãda ab Aſſyrijs ſit;
reſpõdeãt Hebræi,quomodo Ezechias triginta &
uno annis infantulus prædicetur;& tã rudis ætatis
ut mel & butyrũ comedẽs;iuxta Niniuiticos pue-
ros;nec ſiniſtrã,nec dextrã;id eſt, nec malũ,nec bo-
nõ nouerit. Relatũ aũt ad Emmanuel,qđ interpre-
tatur nobiſcũ deus,facilẽ habebit intelligẽtiam;Qđ
ad myſterium & inuocationem nominis eius;terra
Syriæ & Samariæ Aſſyrio ſuperãte,uaſtetur;& do
mus Dauid liberet̃ à duobus regibus quos metuit,
Raſin uidelicet & Phacee. c ¶ Adducet dominus
ſuper te & ſuper populum &c.) Locus iſte per Hi-
perbaton legẽdus eſt. Deniq; & nos ſecuti Hebrai-
cam ueritatẽ;ita eum interpretati ſumus;ò domus
Dauid,auſculta quæ dico , ut derelinquatur terra
Syriæ & Samariæ à facie regũ duorꝫ,quos tu uehe
mentiſſime reformidas;Adducet dñs dies ſuper te,
& ſuper domũ patris tui Dauid;quos nunq́; habui-
ſti ex eo tpe quo decem tribus à duabus tribubus
ſeparatæ



A ſeparatæ ſunt & regnũ in Samaria habere cœperũt.
Adducet aũt iſtos dies,id eſt,tẽpora cũ rege Aſſy-
riorũ;ut illis ſuperatis atq; ſubuerſis; tu Emmanue
lis præſentia libereris. Lxx. hunc locũ ita uerterũt.
Adducet dñs ſuper te, & ſuper populũ tuũ, & ſup
domũ patris tui dies,qui
necdũ uenerunt, ex qua
die abſtulit Ephraim à Iu
da regẽ Aſſyriorꝫ. Quod
quẽ ſenſum habeat, ſcire
non poſſumus;niſi forte
hoc dicendũ eſt; qđ pec-
catorũ ſuorꝫ magnitudi-
ne Ephraim; id eſt,Sama
ria primũ ad ſe Aſſyrio-
rum fecerit impetũ decli
nare. Aliter; Interim nũc
duo reges Raſin & Pha-
cee qui te obſident & ua
ſtare feſtinãt,breui tẽpo-
re ſubuertent̃;Tuæ autẽ
uaſtationis tempus illud
aduenict; qñ, quod nũq́;
ſperaueras,imò nũquam
metueras, Aſſyrius uene
rit. Per quæ docet, do-
mui Dauid non Syriam
& Samariã, ſed Aſſyrios
B eſſe metuendos. Præſen-
ti ergo formidĩe liberat;
& de futuro tẽpore cõmi
natur. a ¶ Et erit in die illa;ſibilabit dñs &c.) Cũ
fuerit duorum regũ terra deſerta,Damaſcus & Sa-
maria,quã tu nunc deteſtaris & metuis;tunc addu-
cet dñs ò domus Iuda ſuper te, & populũ tuũ dies,
quos nunq́; ante uidiſti,& regẽ Aſſyriorꝫ. Fruſtra
igitur præſentia metuis,ſemiuſtos torres & ignem
penitus nõ habẽtes;ſcire eñi debes,quod ſibilo ſuo
dñs muſcas Aegypti & fluminũ eius, haud dubiũ
quin ſeptẽ διωρυχάς Nili ſignificet,uocaturus ſit;&
apẽ quæ eſt in terra Aſſur. Muſcas aũt Aegyptios
uocat propter ſordes idololatriæ,& imbellẽ popu-
lum;& apẽ Aſſyrios;quorũ illo tẽpore potẽtiſſimũ
regnũ erat,& ad bella promptiſſimũ; uel ob id quia
omnis prope Aſſyriorum & Perſidis regio uſum
habebat ſagittarũ. Hi igitur omnes uenient & occu
pabunt terrã tuam in torrẽtibus ualliũ & cauernis
petrarum,& in omnibus frutetis & foraminibus li
Metapho. gniſq́; nemoroſis. Hæc aũt per Metaphorã dicun-
tur,ut qa ſemel muſcas & apes nominauerat,trãſla
tionem ſeruaret in reliquis. Legamus Regũ & Pa-
2.Par.35.d ralipomenon libros & inueniemus ab Aegyptijs
cæſum ſanctũ regẽ Ioſiam,& populũ Iſraël poteſta-
ti Aegyptiæ ſubiugatũ;ita ut regẽ illis cõſtitueret.
Et poſt nõ multũ tẽporis, uenit Nabuchodonoſor
cũ innumerabili multitudine bellatorꝫ;captaq́; Hie
ruſalem & cæteris Iudææ urbibus dirutis, incen-
dit tẽplũ, & habitatores Aſſyrios poſuit in Iudæa.
b ¶ In die illa radet dñs in nouacula &c.) Hęc qui-

bus ſeparationis Ephraim à Iuda cum rege
a Aſſyriorũ. Et erit in diẽ illa ſibilabit dñs mu
ſcæ quæ eſt in extremo fluminũ Aegypti,&
api quæ eſt in terra Aſſur; & uenient & re-
quieſcẽt omnes in torrẽtibus ualliũ, & in ca
uernis petrarũ & in omnibus frutetis & in
b uniuerſis foraminibus. In diẽ illa radet dñs
in nouacula cõducta, in his qui trans flumẽ
ſunt,in rege Aſſyriorũ,caput & pilos pedũ,
c & barbam uniuerſam. Et erit in diẽ illa nu-
trict homo uaccã boũ,& duas oues, & præ
ubertate lactis comedet butyrũ; Butyrũ eñi
& mel manducabit omnis qui relictus fue-
rit in medio terræ. Et erit in die illa ; omnis
locus ubi fuerint mille uites,mille argẽtei,&
in ſpinas & in uepres erunt. Cum ſagittis &
arcu ingredientur illuc; uepres eñi & ſpinæ
erunt in uniuerſa terra. Et oẽs montes qui
in ſarculo ſarientur; non ueniet illuc terror
ſpinarũ

dam putant de Aſſyrijs prophetari; qui mille trecẽ C
tis annis,anteq́; Hieruſalem ſubuerterent, regnum
Aſiæ Aegyptiq́; & Libyæ poſſederũt;quod à Mœ
dis Perſiſq́; uincẽdi ſint,& corꝫ imperiũ deſtruen-
dum. Alij uero arbitrant̃,ꝙ trans flumen Euphra-
ten cæſi ſint Aegyptij.
Nos autẽ nouaculã mer
cede cõductã,ipſum arbi
tramur Aſſyriũ ; quẽ in
Hieremia ob ultionẽ po
puli peccatoris; etiã colũ Hiere.25.g
bam ſuã uocat. Deniq; &
in uiſiõe Tyri;quia in ex
truendis munitionibus,
& aggere cõportãdo Na
buchodonoſor plurimũ
laborauerat; & illis claſſe
fugiẽtibus, fuerat merce
de priuatus , data eſt ei
Aegyptus ꝓ mercede &
labore ſuo. Ergo ĩ iſta no
uacula acutiſſima,& ĩ his
qui habitãt transflumen
Euphraten in rege uide-
licet Aſſyrio,oẽs capillos
& pilos totius corporis D
à capite uſq; ad pedes de
coremq́; barbæ, quod ui
rilitatis indiciũ eſt ; radet
dñs de Iudæa; ut nihil in
illa forte,nihil pulchrũ re
ſideat;ſed effœminatis hoĩbus, imò ignominioſis
mulieribus cõparent̃ c ¶ Et erit in die illa nutriet
homo uaccã boũ &c.) Poſt ſubuerſionẽ Hieruſalẽ
& captiuitatẽ populi & tẽpli incẽdiũ;Nabuzardan
princeps militiæ;quẽ Lxx. ἀρχιμάγειρον uocant, pau
cos de populo & eos pauperes dereliquit in terra,q
uineas & agros colerẽt. Deniq; Godolias q eis præ
poſitus erat de regio genere relictus,hortatur & di 4.Reg.25.f
cit;Nolite timere Chaldæos;habitate in terra & ſer
uite regi Babylonis & bene erit uobis. In die igitur
illa;hoc eſt,in illo tẽpore cũ fuerint oẽs opes Iudæo
rum tranſlatæ in Chaldæã,tanta ſolitudo erit in ter
ra Iudæ;& tã incredibilis uaſtitas,ut nequaq́; armẽ-
ta boum habeãt;nec greges ouiũ ſicut prius habere
cõſueuerant,ſed uix rarus habitator unã uaccã nu-
trire poſſit & duas oues; nõ ad arandũ, ſed ad cibũ
atq; ueſtitũ lactis ac uelleris. Propter inopiã quippe
frumenti & omnium quæ terra gignit ad comeden
dũ,lacte ac butyro & agreſti melle ueſcent̃. Quodq́;
ait;Præ ubertate lactis comedet butyrũ;hoc ſignifi
cat,quod terra cultorum raritate fertilior ſit, & ma
gis apta paſcuis. In illo tempore præ hominum pau
citate , tanta erit uini inopia deſertis uineis, quæ
metu hoſtili nequaquam putabuntur ; ut ſingulæ
uites ſiclis argenteis ſingulis uix emantur. In ue-
pres enim & in ſpinas omnis terra redigetur;tãtaq́;
erit formido ubiq; ſæuientibus gladijs; ut abſq; ar-
cu & ſagittis nullus ſuum agrũ inuiſere audeat, &

E derelictis cãpeſtribus locis,ad montana cõfugiant:
ibiq; locoꝝ difficultate muniti,uix aſperos montes
manu fodiãt:quia boues,aratra,& uomeres nõ ha=
bebũt,Sicubi ergo rarus cultor in montibus fuerit
inuentus,inde uitã miſerabilẽ ſuſtentabũt. Cætera
autẽ patebunt paſcuis &
abſq; ullo cuſtode à bru=
tis animãtibus concul ca=
buntur. Hæc poſt capti=
uitatẽ ſolere fieri,utinam
neſciremus. At nunc ma
gna pars Romanę urbis
quondam Iudææ ſimilis
eſt;quod abſq; ira dei fa=
ctũ nõ putamus, qui ne=
quaq; contemptũ ſui per
Aſſyrios ulciſcitẽ & Chal
dęos, ſed ꝑ fęras gẽtes &
quondã nobis incogni=
tas;quaꝝ & uultus & ſer
mo terribilis eſt;& fœmi
neas inciſasq; facies præ
ferentes, uirorũ & bene
barbatorum fugiẽtia ter
ga cõfodiunt. Legiſſe me noui in his locis latiſſimã
& inextricabilem Tropologiã,quod uniuerſa quæ
iuxta hiſtoriã diſſeruimus, ſpiritualiter Iudæis acci
derint;uix unã habẽtibus uaccã & duas oues,mun
F da uidelicet animalia;ut nequaq; ſolido cibo,ſed la=
cte nutrianẽ infantiæ;& comedãt mella uerborum,
quæ diſtillant de labijs mulieris meretricis; & uinũ
nõ habeãt,quod lætificat cor hominis;ſed oĩa eo=
Pſal.10.d rũ opera redigantẽ in ſpinas;ut uulnerentẽ ab aduer
ſarijs,qui percutiunt in obſcuro rectos corde.Q; ſi
qñ uoluerint altius quippiã ſapere;& nimio labore
ſudãtes de ſcripturis ſanctis myſticũ aliqd ĩuenire;
nihilominus fruges nõ afferãt doctrinæ,ſed uepri=
bus cõpleantẽ & ſpinis,quę oriuntẽ ĩ manibus ebrij.
Et nequaq; terra coꝝ atq; doctrina ab hoĩbus rõna
libus animãtibus;ſed à bobus; quoꝝ deus curã nõ
habet;& à brutis animalibus cõculcetẽ. Ca.VIII.

ET dixit dñs ad me;Sume tibi librũ grandẽ &c.)
Lxx. pro libro grandi, interpretati ſunt τόμον
καινὸν καὶ μέγαλον,id eſt,librũ nouũ & magnũ.Et pro
eo quod in Hebræo habetẽ, adhibui mihi teſtes fide
les;dixerunt,πόρεσι γάρ μάρτυρας ποίησαι πιςοὺς ἀνθρώ=
πους, id eſt,adeſt eñ, & teſtes fac mihi fideles homi=
nes. Et pro Vria ſacerdote, tantum τὸν οὐρίαν, id eſt,
Eſa.7. Vriam,cætera ſimiliter.Primũ propheta miſſus eſt
ad Achaz,ut ei prædiceret quæ ſcriptura cõmemo
rat;Quo audire nolente,ipſe dñs loquitẽ ad Achaz;
& pręcepit ei ut petat ſibi ſignũ in profundũ ſiue in
excelſum;Quo reſpondente,nõ petã & nõ tentabo
dñm;dimiſſo rege impio, ad domũ Dauid dei uer=
ba uertuntur,& promittitur ei uirgo paritura filiũ,
cuius nomen ſit Emmanuel,hoc eſt, nobiſcũ deus.
Qui ſi crebro fuerit inuocatus, Samaria ſubuertatẽ
& Syria;ſubuertatur aũt à rege Aſſyriorum,qui &
ipſum Iudam poſtea capturus ſit,ita ut omnis terra

ſpinarum & ueprĩũ, & erit in paſcua bouis
& in conculcationẽ pecoris. Cap. VIII.
a ET dixit dominus ad me: Sume tibi li=
brũ grandem,& ſcribe in eo ſtilo homi=
nis;uelociter ſpolia detrahe;cito prædare.Et
adhibui mihi teſtes fideles, Vriam ſacerdo=
tẽ,&Zachariam filiũ Barachiæ,& acceſſi ad
prophetiſſam,& concepit & peperit filium.
Et dixit dominus ad me: Voca nomen eius:
accelera;ſpolia detrahe;feſtina prædari;quia
antequàm ſciat puer uocare patrem ſuũ &
matrem ſuã, auferetur fortitudo Damaſci,
& ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum.
Et

Iudæa uertatur in ſolitudinem. Rurſum ergo ſub G
alia figura partus deſcribitur uirginalis. Et dixit
dominus ad prophetam, ut nequaquã in populos
proferat nouæ natiuitatis arcanum;ſed ſcribat eam
in iſto grandi uolumine quod nũc legimus.Et quo
ſit mirabilius, humanis
uerbis,& ſtilo,quo homi
nes ſcribere cõſueuerũt,
dei ſacramenta compre=
hẽdat. Quid eſt aũt illud
quod ſcribitur humano
ſtilo?Vt puer natus uelo
citer ſpolia detrahat & ci
to prædetur: hoc eſt, ne
ultra patiatur regnare di
abolum; nec mittat ange
los,nec prophetas;ſed ad
ſaluandas creaturas ſuas
ipſe deſcẽdat. Facit ergo
propheta quod iuſſum
eſt: & adhibet ſibi duos
teſtes fideles, Vriã ſacer=
dotem, qui legis doctor
eſt,dicente Malachia;La Malach.2.b
bia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam;& legem requi=
rent ex ore eius; quia angelus domini exercituum
eſt;Et Zachariam filium Barachiæ, quẽ prophetã
fuiſſe dubiũ nõ eſt.Legimus quod regnãte Achaz, H
Zacharias ſacerdos fuerit templi domini;cui præ= 4.Reg.16.b
cepit Achaz ut altare ſimile altaris Damaſci face=
ret.Et dierũ narrat liber,qđ Ezechias filius Achaz 2.Par.29.c
quæſierit dominum in diebus Zachariæ eruditi in
timore dei.Exhibuit autem ſe Eſaias dignum ſpiri=
tu prophetali;& prębuit prophetiſſæ,id eſt,ſpiritui
ſancto;qui ſermone Hebraico uocatur רוח gene=
re fœminino,iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Accedite
ad dominum & illuminamini. Spiritu itaq; ſancto Pſal.33.a
conceptus eſt dominus.Et licet humanus ſermo na
tiuitatis eius nequeat explicare myſteria;tamen Ga
briel ipſi uirgini loquitur quæ concepit; Spiritus Luc.1.d
ſanctus ueniet ſuper te;& uirtus altiſſimi obumbra
bit tibi;propterea quod naſcetur ex te ſanctum, uo
cabitur filius dei. Quidam prophetiſſam ſanctam
Mariam interpretantur,quã propheten fuiſſe non
dubium eſt,Ipſa enim loquitur in euangelio : Ecce
enim amodo beatam me dicent omnes generatio=
nes;quoniam fecit mihi magna qui potens eſt,& re
liqua. Præcipiturq; Eſaiæ, ut ipſum puerum qui
prius uocabatur Emmanuel,nunc appellet, accele=
ra,ſpolia detrahe,feſtina prædari;Aſcendens enim
in altum,captiuam duxit captiuitatem; dedit dona Pſal.67.d
hominibus;Et antequàm humanum corpus aſſu= Ephe.4.b
meret;& iuxta infantiam patrem uocaret deum,&
matrem Mariam; auferetur Damaſci fortitudo, &
ſpolia Samariæ per regem Aſſyriorum,ut necdum
natus populum ſuum, domum Dauid, ſola inuo=
catione ſaluaret.Vrias interpretatur lux domini; אוריה
Zacharias, memoria domini; & Barachias, bene= זכריה
dictio domini; quibus teſtibus Chriſti natiuitas ברכיה
cõproba



A comprobatur.Ipſe eñ in euangelio duobus eunti=
Luc.24.d bus in Emaus,incipiẽs à Moyſe & ꝓphetis,ediſſe=
Tropol. ruit quod de ſe omnia prophetaſſent.Iuxta tropo=
logiam,in anima uirginali,& nulla ſorde maculata,
de ſpiritu ſancto dei ſermo conceptus, uelociter de
aduerſarijs poteſtatibus
ſpolia detrahit & ſibi fa=
cit uniuerſa ſeruire.Cũq;
ex parte nũc uideat,& ex
parte prophetet priuſq;
poſſit eſſe ꝑfectus, & me
rito uocare deum patrẽ,
& matrem ſuã cœleſtem
Hieruſalẽ: adhuc in ĩfan
tia & in ꝑfectu poſitus,
uincet fortitudinem Da
maſci,doctrinã uidelicet
ſapientiæ ſecularis.Et au
feret ſpolia Samariæ,qui
bus eccleſiã hæretici ſpo
3.Reg.12.d liauerãt,dicentes;Nõ eſt
nobis portio in Dauid,
neque hæreditas in filio
Ieſſe; præſente rege ipſo
Aſſyrioꝝ diabolo, q eis
non poterit auxiliari. Ta
les autem filios non ſolũ
B Maria prophetes uirgo perpetua,ſed & ſanctæ mu
שרה lieres patriarchis generant;Sara quæ interpretatur
רבקה ἄρχουσα,id eſt,princeps;& Rebecca quæ in lingua no
ſtra patientiam ſonat. a ¶Et adiecit dñs loqui ad
me adhuc,dicens &c.)Dixerat ſupra auferendã Da
maſci fortitudinẽ,& ſpolia Samariæ in cõſpectu re
gis Aſſyriorum,& duos reges Aſſyrio pugnãte ca
piendos;Nunc deus loquitur ad prophetam chara
ctere ſolito ſcripturarũ,per tranſlationẽ Siloæ fon=
tis Hieruſalẽ;& Aſſyrij fluminis uiolẽtiſſimi;quod
omnem terrã Iſraël ſuis inundet aquis, & egrediatẽ
ripas aluei;tantoq; feratur impetu,ut poſtq; decem
tribuum occupauerit terrã,ad Iudam perueniat; &
tranſiens ad collũ uſq; pertingat,per quæ uicinã ſi=
gnificat captiuitatẽ. Nõ enim tũc captus eſt Iudas,
ſed cunctis duarum tribuũ urbibus ſubiugatis,ſola
remanſit Hieruſalem;quæ incredibili dei miſericor
dia liberata eſt. Potentiã ergo Aſſyrij & innumera
bilis eius exercitus, quã ſub fluminis inundatione
deſcripſerat, nunc per aliã oſtendit translationem,
quod alis ſuis,id eſt, ducibus & infinita multitudi=
ne operuerit terrã Emmanuelis;hoc eſt,defendẽtis
eã dei;ſed tamen nõ poſſederit; quanq; Emmanuel
à Lxx.ſequenti capitulo coaptetur, nõ proprio no
mine,ut apud Hebræos uocatur, ſed interpretato,
id eſt,nobiſcũ deus.Siloam aũt fontẽ eſſe ad radices
montis Sion,qui nõ iugibus aquis,ſed in certis ho=
ris diebusq; ebulliat,& per terrarũ cõcaua & antra
ſaxi duriſſimi cũ magno ſonitu ueniat,dubitare nõ
poſſumus;nos pręſertim qui in hac habitamus pro
uincia.Eſt autẽ ſenſus;quia populus decẽ tribuum
magis uoluit Raſin & filio Romeliæ,id eſt, Dama=

a Et adiẽcit dominus loqui ad me adhuc , di=
cẽs;Pro eo quod abiecit populus iſte aquas
Siloæ, quæ uadunt cum ſilentio; & aſſum=
pſit magis Raſin & filiũ Romeliæ ; propter
hoc ecce dominus adducet ſuper eos aquas
fluminis fortes & multas , regem Aſſyrio=
rum & omnem gloriam eius; & aſcendet ſu
per omnes riuos eius, & fluet ſuper uniuer=
ſas ripas eius.Et ibit per Iudam inundans &
trãſiens;uſq; ad collũ ueniet, & erit extenſio
alarũ eius implens latitudinem terræ tuæ ò
b Emmanuel. Cõgrẽgamini populi & uince=
mini,& audite uniuerſæ procul terræ;cõfor
tamini & uincemini. Accingite uos,&uince=
mini;inite conſiliũ,& diſſipabitur;loquimi=
ni uerbum;& non fiet,quia nobiſcum deus.
Hæc

ſci,& Samariæ regibus eſſe ſubiectus q; ſtirpi Da= C
uid, quæ meo cœpit regnare iudicio;faciam eũ ne=
quaq; his regibus quos aſſumpſit, ſed regi ſeruire
Aſſyrio;cuius potentia occupantis terrã Samariæ,
inundationi fluminis cõparatur. Et ſit apoſtropha
ad Emmanuel,hoc eſt ad
præſentẽ deũ, quod intã
tum ſe crexerit Aſſyrius,
ut etiã terrã ipſius Iudã
conatus ſit poſſidere.Iu=
xta Anagogen,oĩs hæ Anagoge.
reticus qui iunxerit auxi
lio ſuo ſapiẽtiã ſecularẽ;
& Hieruſalẽ,id eſt,eccle=
ſiam uoluerit oppugna=
re,derelinquẽs aquas Si= שילח
loæ fontis, qui interpre=
tatur miſſus, & qui ſalit
in uitã æternã , tradetur
Aſſyriorũ principi; quẽ
ſenſum magnũ in poſte=
rioribus lecturi ſumus:
cuius traditus poteſtati,
in profundũ ueniet pec=
catorũ. Tãtæ eſt eñ arro
gantiæ,ut auſus ſit oſten
dere ſaluatori uniuerſa
regna terræ & dicere. Hæc oĩa mihi tradita ſunt.
Conabitẽ quoq; Iudã,id eſt,domũ cõfeſſionis intra= D
re,& crebro per eos qui in eccleſia negligẽtes ſunt
uſq; ad collũ ueniet;credẽtes in Chriſto cupiẽs ſuf=
focare;& extẽdet alas ſuas,implens uniuerſam regi
onem Emmanuelis;ſed non poterit obtinere, quia
habet Iudas præſentẽ deũ. Legimus in euãgelio ſe=
cundum Ioannẽ,quod cæcũ à natiuitate,cuius ocu
los, luto ex ſaliua ſua facto, dñs linierat, miſerit ad Ioan.9.a
aquas Siloæ;quibus cũ cæcus lauiſſet lutũ,cæcitate
deterſa,clarum oculoꝝ lumen accepit;quod poſt ſi
gni magnitudinẽ,indicat nõ aliter cæcitatẽ Iudæo=
rum,& omnis increduli poſſe ſanari; niſi doctrina
aquarum Chriſti;quę abſq; ſtrepitu & clamore uer
borũ leniter fluit,tenebræ prioris fugẽtur erroris.
Hoc quod in Lxx.legitẽ;Et ambulabit ſuper omnẽ
murũ ueſtrũ,& auferet de Iudæa hominẽ qui poſſit
caput leuare,aut forte aliquid facere; in Hebraico
nõ habetur;& in Græcis codicibus ueru iugulante
cõfoſſum eſt. b ¶Cõgregamini populi & uince=
mini &c.)Pro cõgregamini ſiue infirmamini & cõ
fringimini,ut interpretati ſunt alij;Lxx.poſuerunt
ſcitote.Verbũ eñ Hebraicũ רעו propter ר literæ
& ד ſimilitudinẽ intellexerũt דעו.O igitur popu
li Samariæ & Syriæ,infirmos uos & debiles eſſe co
gnoſcite,& Emmanuele præſente,nihil poſſe con=
tra Hieruſalem urbem dei;& hoc non ſolũ uos qui
uicini eſtis,ſed cũcta procul terra cognoſcat. Q;uis
enim exercitum congregetis & accingatis uos ad
prælũ,& maior ſit numerus obſidentiũ q; obſeſſo=
rum;tamen non ſemel,ſed iterũ dicam; uincemini.
Et quodcunq; cõtra Hieruſalem inieritis cõſilium,
diſſipa

E dissipabitur. Et licet supra dixeritis: Ascēdamus ad Iudam, & suscitemus eū quiescentē: & ponamus regem super eum filiū Tabeel: loquimini quidē uerbum: sed nō fiet, quia nobiscū est deus, id est, Emmanuel. Possumus hoc testimonio & cōtra gētes abuti in persecutionis tēpore: ꝗ quis fortes esse uideantur & nos superare in his qui lapsi sunt, tamē uincantur in his qui pro Christo fuderunt sanguinem: & ꝗ post bella pax reddatur ecclesijs: & uniuersa corū contra Emmanuelē cōsilia dissipentur, quia nobiscum sit deus: Cōtradicentes quoqꝫ ueritati utiliter audient, ut tandē ratione superenť: & nequaꝗ uelint in mendacio uincere: qa quodcūqꝫ dixerint, nunꝗ peruersitas possit superare qđ rectū est. a ¶ Hæc dicit dn̄s &c. Et appropinquabunt & capienť.) Quodqꝫ sequitur, homines in tuitiōe obelo prænotandū est. Quia multū

F inter se Hebraicū distat, & uulgata æditio: ideo utrūqꝫ posuimus. Et primū de Hebraico disputādū est. a ¶ Hæc ad me locutus est dn̄s.) Qui ꝑpter bona, opera, & gratiā quæ per bona opera cōsecutus sum: siue forti manu sua erudiuit me & instituit, ne ambularē in uia populi huius, & pari tenerer errore, uel certe fecit me recedere à uia populi huius pessima, & dixit mihi: Noli duorū regū timere cōiurationem: sed hoc magis cōsidera quod omne quod loquiť hic populus aduersum me, cōiuratio sit, & secundū Symmachū qui interꝑtatus est, ἄνταρσις, in me extiterit perduellis. Tu autē ꝓpheta, & hi qui tecū sunt, ne timeatis insidias populi: sed dn̄m timete, & ipse sit timor uester: Principiū enim sapientiæ, timor dn̄i. Qui erit credētibus in sanctificationem: incredulis aūt in lapidē offensionis & in petram scandali: duabus scilicet domibus Iudæ & Israël. Præcipue aūt in laqueū & in ruinā habitantibus in Hierusalē in quo impingēt plurimi, & cadēt & conterentur, peccatorūqꝫ suorū uinculis irretiti, ducētur in captiuitatē. Duas domus, Nazaræi (qui ita Christū recipiūt, ut obseruationes legis ueteris nō amittant) duas familias interpretanť, Sammai & Hillel: ex quibus orti sunt scribæ & pharisæi: quorū

a HEB. Hæc enim ait dominus ad me: sicut ī forti manu erudiuit me, ne irem in uia populi huius dicens: Nō dicatis, cōiuratio: omnia enim quæ loquitur populus iste, cōiuratio est: & timorem eius ne timeatis neqꝫ paueatis: dn̄m exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor uester, & ipse terror uester. Et erit uobis ī sanctificationē: in lapidē autē offensionis, & in petrā scandali duabus domibus Israël: in laqueū & in ruinā habitantibus Hierusalē, & offendēt ex eis plurimi & cadent & conterenť, & irretientur & capientur.

SEP. Hēc dicit dn̄s: forti manu recesserūt ab itinere uiæ populi huius loquētes: ne forte dicatis, durū est. Oīa em̄ quæ loquitur populus iste, dura sunt: timorem aūt eius ne timueritis neqꝫ conturbemini: dn̄m uirtutū ipsum sanctificate: & ipse erit timor tuus, & si in ipso cōfisus fueris, erit tibi ī sāctificationē & nō ut lapidi offensiōis occurretis: neqꝫ ut petræ ruinæ. Domus aūt Iacob in laqueo & ī cōualle erit sedētibus in Hierusalē: ideo īfirmi erūt in ipsis plurimi, & ruēt & cōterenť, & appropinquabūt & capiētur— hoīes ī tuitiōe.

b Ligā testimoniū, signa legē ī discipulis meis, & ex

suscepit scholam Akibas, quē magistrum Aquilæ proselyti autumant, & post eum Meir: cui successit Iohannan filius Zachai: & post eum Eliezer, & per ordinem Delphon, & rursum Ioseph Galilæus: & usqꝫ ad captiuitatē Hierusalē Iosue. Sammai igitur & Hillel nō multo prius quàm dn̄s nasceretur, orti sunt in Iudæa, quorum prior dissipator interpretatur, sequens ꝓphanus: eo ꝙ per traditiones & δευτερώσεις suas legis præcepta dissipauerint atqꝫ maculauerint. Et has esse duas domus quę saluatorem non receperint: qui factus sit eis in ruinā & in scādalum. Iuxta Lxx. manu forti restitit populus dei uoluntati, & dicit omnia dura esse quæ dominus præcepit, secūdum illud quod in euangelio legimus: Durus est iste sermo: qs poterit audire eū? Vnde præcipiť eis ut dominum audiāt: & ipsum solum timeant. Si enim in ipso cōfisi fuerint, habebunt eū in sanctificationem, & non impingēt quasi in lapidem scandali, & quasi in petrā ruinę. De hoc loco & Apostolus sumit testimonium, quod Christus Iudæis factus sit in scandalum: gētibus autē in stulticiā. Et rursum Israël sectando legem iusticiæ, in legem iusticiæ nō peruenit. Quare? Quia nō ex fide, sed quasi ex operibus legis offenderunt in lapidē offensionis, sicut scriptū est: Ecce ponā in Sion lapidē offensionis & petram scandali: omnis qui credit in eo, nō cōfundetur. Ergo qui nō receperūt Emmanuelē sed factus est eis in lapidem offensionis & in petrā scandali, cōterentur captiuiqꝫ ducentur. Quodqꝫ ait: Domus autem Iacob in laqueo & in conualle erit sedētibus in Hierusalem: hoc significat, quod non habitent in montibus: nec in excelsis scripturarū uersentur locis, sed semper humilia intelligant, peccatis peccata sociantes, & uincti laqueis delictorum. b ¶ Liga testimonium &c.) Vox domini loquentis ad prophetam: Quia, inquit, factus est dominus in lapidem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israël: & missum ad se Emmanuel suscipere noluerūt. Liga testimonia ueteris instrumēti, & trade illa discipulis meis, qui euangeliū susceperunt: apostolis

G עקיבה מאיר יוחנן זכאי אליעזר דלפון שמאי הלל

Ioan. 6. f

H

1. Cor. 1. d



A lis uidelicet siue apostolicis uiris. Vel certe lex & prophetia usqꝫ ad Ioannē ligetur apud eos, & clausa sit atqꝫ signata; ut quod legūt, nō intelligant. Pro discipulis enim iuxta Hebraici sermonis ambiguitatē possumus & doctrinas interpretari. Vnde propheta respōdit: Quia euāgelio succedēte lex apud Iudæos clausa est atqꝫ signata: & iubes eā nequaquā Iudæis, sed gentibus assignari. Idcirco ego expectabo Emmanuelem quē promittis esse uēturū, de quo supra dixisti, quod ipse sit pauor noster, & ipse terror noster: & nobis sit in sanctificationē, & præstolabor dominū qui abscondit faciē suam à domo Iacob, hoc est à Iudæis, quia eum recipere noluerunt. Lxx. hūc locū ita interpretati sunt: τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον τοῦ μὴ μαθεῖν, id est, tunc manifesti erūt qui signantur ut non discant legem. Quod hūc sensum habet: quādo ceciderint plurimi & cōtriti fuerint, & impegerint in lapidem offensionis, & in petram scandali: tunc manifesti erunt qui signātur in populo, ut nequaꝗ discant legem Moysi, sed obe-

B diant præceptis euangelicis. a ¶ Ecce ego & pueri mei &c.) Præcepit mihi, ait, dn̄s, ut ligarem testimonium in Iudæis, & legem discipulis eius traderē atqꝫ signarem: quia abscondisset faciem suā à domo Iacob. Ideo præstolabor eum, & expectabo dominum meum: & nō solum ego, sed & pueri quos mihi dedit dominus: alij uidelicet ꝓphetæ & filij prophetarū: qui non ex uoluntate carnis & sanguinis, sed ex deo nati sunt. De quibus & Apostolus loquebatur: Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Isti autem pueri, id est, prophetæ, in signa dati sunt & in portēta Israëli, iuxta illud quod in Ezechiele legimus: Et erit Ezechiel uobis in signum. In Zacharia quoqꝫ sancti uiri prophetarumqꝫ discipuli τερατοσκόποι, id est, portētorum signorumqꝫ factores appellantur: eo quod semper prophetæ in signum præcesserint futurorum. Hoc interim iuxta literam. Cæterum beatus Apostolus in epistola quæ ad Hebræos scribiť, docet (licet eā Latina consuetudo inter canonicas scripturas nō recipiat) hoc testimoniū ex persona debere intelligi dn̄i saluatoris. Quamobrem non erubescit fratres eos uocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterū: Ego ero confidens in eum. Et rursum: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit deus. Quia ergo pueri cōmunicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter particeps factus est earundem passionum. Quomodo autem isti pueri in signum fuerint atqꝫ portentum sapientiæ seculi & superbiæ Iudæorū, idem Apostolus docet: Qui elegisse dicit dominū

Matth. 11. b

Gala. 4. c

Ezec. 24. g

Zacha. 3. d

Psal. 21. c

Hebr. 2. c

1. Cor. 1. d

& expectabo dominum qui abscondit faciem suā à domo Iacob: & præstolabor eū.

a Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi dominus in signa atqꝫ portenta Israëlis, à domino exercituum qui habitat in monte Sion.

b Et cūm dixerint ad uos, quærite à Phytonibus & à diuinis qui stridunt in incantationibus suis, nunquid non populus à deo suo requirit pro uiuis à mortuis? Ad legem magis & ad testimoniū, quod si nō dixerint iuxta uerbum

C saluatorem stulta mundi & infirma, ut cōfunderet sapientes & fortia. Vnde & ad apostolos saluator aiebat: Nisi conuersi fueritis quasi unus de pueris, non intrabitis in regnum cœlorum. Puer autē efficitur noui euangelij prædicator, qui deponit ueterem hominem, qui corrūpitur in desiderijs seductionis: & induiť nouo, qui renouatur in cognitionem iuxta imaginem creatoris. Habitare autē dn̄m exercituum in mōte Sion, idem Apostolus scribit: accessistis ad montē Sion & ciuitatē dei uiuentis, Hierusalem cœlestem. Vnde miror quendam nostrorum pueros istos duos Esaiæ filios intelligere, quos de ꝓphetissæ mulieris conceptione generarit: Iasub uidelicet & Emmanuel; quorum prior in abiectione prioris populi, sequens in assumptione gentiū præcesserit. Quod qui recipit, cōsequenter & Osee prophetam uere meretricem uxorem habuisse firmabit. b ¶ Et cum dixerint ad uos &c.) Si Esaiæ prophetæ uox est, ut Iudæi existimant: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit dominus in signum & in portentum Israëlis, & hæc quæ sequuntur, ipse ad disci-

D pulos suos credendus est dicere: Cum dixerint, inquit, ad uos gentes & populi, de quibus supra lectū est: Infirmamini populi & uincemini: quid prophetas uultis audire: quid Esaiæ uerbis decipimini, & illum putatis quæ uentura sunt nosse? Quærite magis à Phytonibus & à diuinis qui strident in incantationibus suis. Pro quibus Lxx. interpretati sunt. Qui de terra loquuntur, qui de uentre clamitant. Omnis enim qui de terra est, de terra loquiť: Et cuius deus uēter est, & gloria in cōfusiōe eius: de uētre clamare credēdus est. Vos respōdete eis & dicite: Nunquid nō populus à deo suo requirit pro uiuis à mortuis? Si uos, inquit, pro uarietate idolorū uestrorum: non enim unū, sed plures habetis deos: eos cōsulitis quos deos arbitramini: & à mortuis siue mortuorū hominum simulachris, de uiuentibus quæritis: quanto magis nos deū nostrū per prophetas audire debemus? Docet ergo discipulos, & infert ad legē magis & ad testimoniū. Si de aliquo, inquit, dubitatis, scitote scriptū: Gētes quas dominus deus tuus disperdet à facie tua, somnia audiūt & diuinos: tibi autē nō ita tradidit dominus deus tuus: Prophetam uobis suscitabit dominus deus uester de fratribus uestris, sicut me illum audietis. Vnde si uultis nosse quæ dubia sunt, magis uos legi & testimonijs tradite scripturarū. Qđ si noluerit uestra cōgregatio uerbū dn̄i quærere, nō habebit lucē ueritatis, sed uersabitur in erroris tenebris, quæ lux pertransibit eā, hoc est, congregationē uestram siue terrā: & corruetis & esurietis, & cū esurieritis, irascimini

Matth. 18. a

Hebr. 4. c

Ioan. 3. d

Phil. 3. d

Deute. 18. c

E mini, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: Et cũ non
Pſal. 58. d fuerint ſaturati, murmurabunt, & maledicetis deo
ueſtro & regi ueſtro, & in neceſſitatibus ſurſum
aſpicietis in cœlum, & in terram deorſum: & ecce
tribulatio & tenebræ: diſſolutio genuum, & men-
tis anguſtia, & caligo ocu
lorum; & non poteritis
erui de anguſtia. Hæc iu
xta Hebræos: Cæterum
ut ſupra diximus: ſi per-
ſona Chriſti eſt dicentis:
Ecce ego & pueri mei
quos mihi dedit deus:
Etiam hæc ipſe loquitur
ad apoſtolos & ad credẽ
tes ex gentibus, qui eius
euangelium ſuſceperũt.
Si dixerint, inqt, patres
ueſtri quos reliquiſtis,
quærite uentriloquos,
quos Phytonas intelligi
Act. 16. d mus. Qualem & in Acti
bus apoſtolorum ancillã
legimus: quæ quæſtui e-
rat dominis ſuis: Et qui
de terra loquũtur, quod
in euocatiõe animarum
magi ſe facere pollicẽtur:
F & cætera maleficarũ ar-
tiũ genera. Hoc ſcire de-
betis quod unaquæq; gens proprios cõſulat deos,
& de uiuorũ ſalute mortuos ſciſcitetur. Vobis au-
tem in auxilium legẽ dedit deus, ut poſſitis dicere:
Non eſt talis ethnicoꝝ diuinatio, qui cultores ſuos
ſæpe decipiunt, ſicut noſtra: quæ abſq; ullo mune-
re profertur ex lege. Vnde interpretati ſunt Lxx.
Non ſicut uerbum hoc, pro quo non eſt dare mu-
Matth. 10. a nera. Gratis enim, inquit, accepiſtis, gratis date. Ve
niet autem ſuper incredulos fames duriſſima: nõ fa
Amos, 8. d mes panis, aut ſitis aquę: ſed fames audiendi ſermo
nem dei. Et cum eſurieritis, contriſtabimini: & ma-
ledicetis principi ueſtro & paternis traditionibus,
hoc eſt diabolo & antiquis erroribus. Hoc enim ad
eos loquitur qui famem paſſi fuerint ueritatis: & ſu
ſpicient in cœlum ſurſum, & in terram deorſum, &
erunt in indigentia & in anguſtia, & in tenebris, &
in tribulatione: ut non uideant uſq; ad tempus, do-
nec & ipſi ad dominum cõuertantur. Latam expla-
nationem loca iſta deſiderant: ſed parcimus libroꝝ
magnitudini, ut tollamus faſtidium lectionis. Hæc
iuxta Lxx. translationem ex parte perſtrinximus:
quæ in pleriſq; diſſonat ab Hebræo. Cæterum Na
zareni locum iſtum ita ediſſerũt. Cum dixerint ad
uos ſcribæ & phariſæi, ut eos audiatis qui om̃ia uẽ
tris cauſa faciunt, & in morem magorum ſtridũt in
incantationibus ſuis: ut uos decipiãt, hoc eis reſpõ-
dere debetis: Nõ mirum ſi uos ueſtras traditiones
ſequamini, cum unaquæq; gens ſua conſulat ido-
la. Ergo & nos à uobis mortuis de uiuentibus con

uerbum hoc non eis erit matutina lux. Et
tranſibit per eã: corruet, & eſuriet: & cũ eſu-
rierit, iraſcetur & maledicet regi ſuo, & deo
ſuo. Et ſuſpiciet ſurſum & ad terram intuebi
tur, & ecce tribulatio & tenebræ, diſſolutio,
anguſtia, & caligo perſequens, & non pote-
rit auolare de anguſtia ſua.

Cap. IX.

a PRimõ tempore
alleuiata eſt ter-
ra Zabulon & terra
Neptalim: & nouiſſi
mo aggrauata eſt
uia maris trãs Iorda
nẽ Galilææ gẽtium.
Populus qui ambu-
labat in tenebris, ui-
dit lucẽ magnã: habi
tãtibus

Cap. IX.

HOc primum bi
be, uelociter fac
regio Zabulon, ter-
ra Neptalim: & reli
qui qui iuxta mare
eſtis trãs Iordanem
Galilææ gẽtiũ. Popu
lus ꝗ ambulabat in
tenebris uidit lucem
magnã: qui habita-
tis

G ſulcere non debemus, magis nobis deus legẽ dedit:
& teſtimonia ſcripturarum: quę ſi ſequi nolueritis,
non habebitis lucem, ſed ſemper caligo uos oppri-
met, quæ tranſibit per terram ueſtram atq; doctri-
nam, ut cum decepti à uobis ſe in errore perſpexe-
rint & ſuſtinere famẽ ue
ritatis, tunc cõtriſtentur,
ſiue iraſcantur, & maledi
cãt uobis: quos quaſi de-
os ſuos & reges putabãt.
Et fruſtra ad cœlum ter-
ramq; reſpiciãt, cũ ſemp
in tenebris ſint: & nõ poſ
ſint de ueſtris auolare in
ſidijs. Cap. IX.
PRimo tempore alle-
uiata eſt terra Zabu
lon &c.) Duplicẽ poſui-
mus æditionẽ, quia uul-
gatum eſt teſtimonium,
& uſurpatum ab euange
liſta Matthæo, ut uel di-
uerſitas interpretatiõis,
uel ſimilitudo noſcatur.
Ac primum notandum,
quod teſtimonium hoc
euãgeliſta Matthæus nõ
iuxta Lxx. ſed iuxta He-
bræos poſuerit. Dicit em̃ H
ſermo euangelicus: Au- Matth. 4. b
diens autem Ieſus quod Ioannes eſſet traditus ſe-
ceſſit in Galilæam: & derelinquẽs Nazareth, uenit
& habitauit in Capharnaum, quæ eſt iuxta mare in
finibus Zabulon & Neptalim, ut impleretur quod
dictum eſt per Eſaiam prophetam dicentem: Terra
Zabulon & terra Neptalim, uia maris trans Iorda
nem Galilææ gẽtium: populus qui ſedebat in tene-
bris, uidit lucem magnã, ſedentibus in regione um-
bræ mortis, lux orta eſt eis. Ex eo tẽpore cœpit Ie-
ſus prædicare & dicere: Appropinquabit regnum
cœlorum. Et Ioannes euangeliſta refert, quod Ieſus Ioan. 2. a
cum diſcipulis ſuis in Chana Galilææ inuitatus ad
nuptias, primum ibi ſignũ fecerit, aquas in uinũ cõ
uertendo. Hoc fecit principium ſignorum Ieſus in
Chana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuã, & cre
diderunt in eũ diſcipuli eius. Vnde & in Lxx. dicit̃.
Hoc primũ bibe, uelociter fac, quia terra Zabulon
& terra Neptalim prima Chriſti uidere miracula:
ut prima biberet fidei potionẽ, quæ prima uiderat
dñm ſigna facientẽ. Et iuxta Hebraicũ: primo tẽpo
re releuata eſſe dicitur onere peccatoꝝ: quia in re-
gionibus duarũ tribuum primũ ſaluator euangeliũ
prædicauit. Vnde & in ſexageſimoſeptimo pſalmo
dicit̃: Benedicite dñm de fontibus Iſraël. Ibi Benia-
min adoleſcentior, Paulus apoſtolus, in mentis ex- Act. 9. a
ceſſu. Qui & alibi loquebat̃: ſiue mente excedimus 2. Cor. 5. c
deo: Principes Zabulon, principes Neptalim du-
ces eorũ, quia in his tribubus fuerunt uiculi, de qui
bus duces noſtri apoſtoli crediderunt. Et credide-
runt



A runt iuxta Symmachũ uelociter, ut audientes: Ve-
nite & faciã uos piſcatores hominũ: ſtatim & patrẽ
relinquerent & nauiculã. Nouiſſimo autẽ tempore
aggrauata eſt fides eorum, plurimis Iudæorum in
erroribus permanentibus. Mare aũt hic lacũ appel-
lat Genezaret, qui
Iordane influente
efficit̃: in cuius lit-
tore Capharnaũ,
& Tiberias, & Be-
thſaida, & Choro-
zaim ſitæ ſunt. In
qua uł maxime re
gione dominus cõ
moratus eſt, ita ut
populus qui uel ſe
debat uel ambula-
bat in tenebris, lu-
cẽ uideret: nequa-
q; paruã, ut aliorũ
prophetarum, ſed
magnã, ut eius qui
in euãgelio loquit̃:
Ioan. 8. b Ego ſum lux mun
di. Et qui habita-
bãt in regione um
bræ mortis, lux or
B ta eſt eis. Inter mor
tem & umbrã mor
tis hoc eſſe puto:
ꝙ mors eorum eſt, qui cũ operibus mortis ad infe-
Ezech. 18. a ros perrexerunt: Anima enim quæ peccauerit, ipſa
morietur. Vmbra aũt mortis eorum eſt, qui cũ pec-
cent, necdum de uita iſta egreſſi ſunt. Poſſunt enim
ſi uoluerint agere pœnitentiã. Pro Galilæa gentiũ:
Aquila θινὰς gentiũ: Symmachus terminos gentiũ
interpretati ſunt: θινὰς autẽ tumulos intelligimus
arenarum: qui uel in littoribus, uel in ripis ſunt. He
bræi credentes in Chriſtũ, hunc locũ ita ediſſerunt.
Primo tempore hæ duę tribus Zabulon & Nepta
lim ab Aſſyrijs captæ ſunt, & ductæ in hoſtilem ter
ram: & Galilæa deſerta eſt, quam nunc propheta di
cit alleuiatam eſſe: eo quod peccata populi ſuſtine-
ret. Poſtea aũt nõ ſolum duæ tribus, ſed & reliquæ
quæ habitabant trans Iordanem & in Samaria, du-
ctæ ſunt in captiuitatẽ. Et hoc, inquiunt, ſcriptura
nunc dicit: quod regio cuius populus primus du-
ctus eſt in captiuitatẽ, & Babylonijs ſeruire cœpit:
& quæ prius in tenebris uerſabat̃ erroris, ipſa pri-
mum lucem prædicantis uiderit Chriſti, & ex ea in
uniuerſas gentes ſit euangelium ſeminatum. Naza
ræi, quorum opinionem ſupra poſui, hunc locũ ita
explanare conantur. Adueniente Chriſto & prædi
catione illius coruſcante: prima terra Zabulon &
terra Neptalim, ſcribarum & phariſæorũ eſt errori
bus liberata: & grauiſſimũ traditionum Iudaicarũ
iugum excuſſit de ceruicibus ſuis. Poſtea autẽ per
euangeliũ apoſtoli Pauli, qui nouiſſimus apoſtolo-
rũ omniũ fuit, ingrauata eſt, id eſt multiplicata præ

HEB. tantibus in regione
umbræ mortis, lux orta
a eſt eis. Mũltiplicaſti gen-
tem, non magnificaſti læ-
ticiam: lætabuntur coram
te, ſicut lætantur in meſſe:
ſicut exultant uictores ca-
pta præda, quando diui-
dunt ſpolia. Iugum enim
oneris eius, & uirgam hu-
meri illius: & ſceptrũ exa-
ctoris eius ſuperaſti, ſicut
in die Madian. Quia o-
mnis uiolenta prædatio
cum tumultu, & ueſtimẽ-
tum mixtum ſanguine e-
rit in combuſtionem & ci
bum ignis.
Paruu

SEP. tis in regione & um-
bra mortis, lux orietur uo
bis. Plurimam partẽ po-
puli deduxiſti in lætitia
tua, & lætabuntur in con-
ſpectu tuo: ſicut lætari ſo-
lẽt in meſſe, & ſicut hi qui
diuidunt ſpolia: quia ab-
latum eſt iugum quod ſu
pra ipſos erat poſitum, &
uirga de collo eorum. Vir
ga enim exactorum diſſi-
pata eſt, ſicut in die Ma-
diam. Quia omnem ſto-
lam congregatam dolo,
& ueſtimentum commu-
tationis reſtituent, & cu-
pient igne eſſe combuſti.
Quia

dicatio, & in terminos gentiũ & uiã uniuerſi maris C
Chriſti euangeliũ ſplẽduit. Deniq; omnis orbis qui
ante ambulabat uel ſedebat in tenebris, & idolola-
triæ ac mortis uinculis tenebatur, clarũ euãgelij lu-
men aſpexit. a ¶ Multiplicaſti gentẽ, nõ magnifi
caſti lęticiam &c.)
In obſcuris locis
utranq; æditionem
ponimus: ut quan
tum à cæteris ædi
tionibus, & ab He
braica ueritate di-
ſtet uulgata trãſla-
tio, diligens lector
agnoſcat. Ad lucẽ
ipſam quæ appa-
ruit populo in te-
nebris conſtituto,
id eſt, ad dñm ſal-
uatorem, fit Apo-
ſtropha. Et dicitur
ad eũ: Multiplica-
ſti gentem, hoc eſt,
repleſti om̃es gen-
tes noticia tui, ſed
nõ magnificaſti læ
ticiam. Iuxta quod D
Apoſtolus mœro Roma. 10. b
rem ſibi dicit eſſe
perpetuũ pro fra-
tribus ſuis qui ſint Iſraëlitæ. Et Ionas contriſtatur Ionæ. 4. b
quod ita ſaluati ſint Niniuitæ, ut cucurbita ſiue ki-
kaion aruerit. Et ipſe dñs loquitur in euãgelio: Nõ
ueni niſi ad oues perditas domus Iſraël. Et in paſſi- Matth. 15. c
one: Pater, ſi fieri, inquit, poteſt, tranſeat calix iſte à
me. Qui locus hunc ſenſum habet: Si poteſt fieri ut
ſine interitu Iudæorum credat gẽtium multitudo,
paſſionem recuſo. Sin autẽ illi excæcãdi ſunt, ut o-
mnes gentes uideant, fiat pater uoluntas tua. Cum
ergo Chriſtus aduenerit: & Chriſtianorũ gens de
uniuerſis gentibus fuerit cõgregata: tunc lætabun
tur apoſtoli, ſicut meſſores lætant̃ in meſſe, de qui-
bus dñs loquebat̃: Meſſis quidẽ multa, operarij au Matth. 9. d
tem pauci. Et ſicut exultant uictores qui captã diui
dunt prædam. Cũ enim fortis captus fuerit & liga-
tus, omnis domus eius diripitur, & diuiduntur ſpo
lia. Tu autẽ dñe atq; ſaluator iugũ oneris eius, hoc
eſt diaboli: qui prius exultabat in mundo, qui cun-
ctis gentibus imperabat, qui grauiſſimo ſeruitutis
iugo colla omniũ deprimebat: & uirgã qua percu-
tiebat uniuerſos, & peccata ſibi quaſi quoddã tribu
tum reddere cõpellebat: detraxiſti de humeris eoꝝ:
& tibi liberatos ſeruire feciſti abſq; ullo exercitu, &
& abſq; effuſione ſanguinis in abſcõdita manu, ſi- Iudic. 7.
cut quondã ſub Gedeone populo Iſraëli de Madia-
nitis uictoriã præbuiſti. Quomodo em̃ ueſtis quæ
humano ſanguine cruentata eſt lauari non poteſt,
ſed infecta ſanguine igne cõburitur, ut maculæ cũ
ueſtimento fœdi cruoris intereant. Sic diaboli uio-
e lenta

E lenta prædatio & tumultus ac turbæ, quibus humanum ſibi ſubiecerat genus, gehennæ ignibus deputatæ ſunt. Lxx. nō omnes, ſed partē quandā populi crediſſe ſignificant: licet pro eo quod illi dixerūt κατήγαγες ἐν εὐφροσύνῃ, id eſt, deduxiſti in lætitia: alij interp̄tati ſint, magnificaſti. Et cū in reliquis eundē ſenſum teneant: ſtolā cōgregatā dolo, & ueſtimentū cōmutatum, eū adijciūt redditurum, id eſt diabolū: ꝙ ſcilicet oēs animas quas dei auxilio nudauerat, cū ornamentis priſtinis redditurus ſit: nō ſolum ip̄e, ſed & ſatellites eius dęmones: quibus ſi optio detur, magis eligāt perire flāmis, q̄ prædam perdere. a ¶Paruulus eñ natus eſt nobis &c.) Ideo diabolus & omnis eius uiolenta prædatio qua humanum ſuppreſſerat genus, & ſanguinē ſanguini miſcuerat, erit in combuſtionē & cibos ignis æterni:

a HEB. Paruulus eñ natus eſt nobis: filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerū eius & uocabit̄ nomē eius admirabilis, conſiliarius, deus, fortis, pater futuri ſeculi, prīceps pacis. Multiplicabit̄ eius imperiū: & pacis nō erit finis, ſup ſoliū Dauid, & ſuper regnum eius: ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iuſticia: amodo & uſq; in ſempiternum. Zelus dñi exercituum faciet hoc.

F quia natus eſt nobis de uirgine puer, de quo ſupra dictum eſt: Anteq̃ ſciat puer reprobare malū & eligere bonum. Et poſtea in generatione prophetiſſę: Anteq̃ ſciat puer uocare patrē ſuum & matrē ſuā. Iſte igitur puer qui natus eſt de uirgine, appellatur עִמָּנוּ־אֵל Emmanuel, id eſt, nobiſcū deus: & de prophetiſſa, hoc eſt, de ſancto generatus ſpiritu, nūcupatus eſt, accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari: nūc multis nominibus appellat̄. Et licet ex eo quod ſupra dixerat, Emmanuel, id eſt, nobiſcū deus: deū illum eſſe monſtrauerit: tamē nunc dicit factū illius principatum ſuper humerū eius: uel ꝙ crucē ſuā ipſe portauerit: uel per humerū oſtendēs brachij fortitudinē: *Eſa. 52.c* eodem Eſaia dicēte: Reuelauit dñs deus brachium *Eſa. 53.d* ſanctū ſuū omnibus gētibus. Et rurſum: Dñe quis credidit auditui noſtro: & brachiū dñi cui reuelatū eſt: Vocabit̄ ergo poſt duo nomina, ſex alijs nominibus: Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis. Non eñ ut pleriq; putant, bina iungēda ſūt noīa, ut legamus: Admirabilis cōſiliarius, & rurſum: Deus fortis, ſed admirabilis legēdū eſt ſeparatim: qđ Hebraice dicit̄ פֶּלֶא: & Cōſiliarius ſeorſum, qui lingua eorū appellatur יוֹעֵץ: & deus ſeparatim, q Hebraice dicit̄ אֵל. De*Eſa. 45.c* niq; in cōſequentibus ubi legimus: Tu es eñ deus & neſciebamus. Et iterū: Ego ſum deus, & non eſt alius præter me: & multa his ſimilia. Pro eo quod in Latino dicitur deus, in Hebraico אֵל ſcriptū eſt. Quodq; ſequit̄: Fortis, Hebraice גִּבּוֹר appellatur.

G Vnde & in eo loco ubi idē propheta cōmemorat: Erūt cōfidentes ſup deo ſancto Iſraël in ueritate, & *Eſa. 8.d* quod reſiduū eſt Iacob ſup deo forti. Pro deo forti in Hebraico ſcriptū habet אֵל־גִּבּוֹר. Patrē autē futuri ſeculi & reſurrectionis, qđ in noſtra uocatione

SEP. Quia paruulus natus eſt nobis: filius datus eſt nobis: cuius principatus factus eſt ſup humerū eius, & uocabitur nomen eius magni cōſilij nūcius. Adducā eñ pacem ſuper principes & ſanitatē eius: magnus principatus illius: & pacis non erit terminus, ſuper thronū Dauid & regnū eius: ut corrigat illud & auxilietur in iudicio & iuſticia: ex hoc nūc & uſq; in ſeculum. Zelus dñi ſabaoth faciet hæc.

cōplet̄: & principē pacis, qui locutus eſt ad apl'os: Pacē *Ioan. 14.d* meā do uobis: pacem meā relinquo uobis: non dubitabit, qui pacem noſtrā iuxta Paulum apoſtolū legerit ſaluatorē: Qua nominū maieſtate perterritos, Lxx. reor non eſſe auſos de puero dicere, qđ aperte deus appellādus ſit, & cętera: ſed pro his ſex nominibus poſuiſſe, quod in Hebraico non habet̄: Magni cōſilij angelum, & adducā pacē ſuper prīcipes, & ſanitatē eius. Quod hūc mihi ſenſum habere uidet̄: Magni cōſilij angelus eſt, qui nunciauit nobis abijciendū pro tp̄e Iſraël, & gētes eſſe ſaluandas: deditq; pacē principibus ſuis, apl'is & apoſtolicis uiris: & ſanitatē dogmatū ſuoꝝ credētibus dereliquit. H Quod aūt ſequit̄: Multiplicabitur eius imperiū, & pacis nō erit finis. Pro quo Lxx. trāſtulerūt: μεγάλη ἡ ἀρχὴ, id eſt, magnus principatus eius. Scire debemus ꝙ uerbū Hebraicum מִשְׂרָה hic & ſupra Lxx. ἀρχὴν, id eſt, principatum interpretati ſunt. Pro quo nos ſupra principatū, hic imperium uertimus. Aqla aūt uerbi ambiguitate deceptus, μέτρον, id eſt, menſurā interp̄tatus eſt, quę & Hebraice & Latine eodē appellat̄ noīe מִשְׂרָה. Nec dubitare poterit de multiplici ſaluatoris impio & pace eius, quæ nō habeat finē, q in pſalmis legerit: poſtula à me, & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & poſſeſſionē tuā ter*Pſal. 2.b*minos terræ. Et rurſum: Et multitudo pacis donec *Pſal. 71.* auferat̄ luna, id eſt, uſq; ad cōſūmationē ſeculi. Principatus autē illius & imperiū erit ſup ſoliū & regnū Dauid: qđ poſt captiuitatē Babylonicā fuerat diſſipatū: ut cōfirmet illud & roboret, & doceat eſſe ꝑpetuū, ne caſſa dei ꝓmiſſio uideret̄, ab incarnatiōis tp̄e uſq; in ſempiternū. Propterea aūt zelus, id eſt, æmulatio dñi exercituū fecit hoc, qa ipſi eū ad æmulationē ꝓuocauerūt in his q nō erāt dij: & ille eos ꝓuocauit ad ęmulādū in gēte, quę nō erat gēs. Cœpta Emmanuelis & naſcētis pueri de uirgine ꝓphetia: ex eo loco ubi dicit̄ ad Achaz: Pete tibi ſignū à dño deo tuo: uerſiculo iſto finita eſt, quo infert̄: Zelus dñi exercituū faciet hoc. Nūc ad reliqua trāſeamus.

Commentarij tertij in Eſaiam finis.

Diui



A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARtum commentariorum Eſaiæ ad Euſtochium prologus. C

INæquales dictamus libros, & pro diuerſitate uiſionū ac ſenſuum, alius extenditur, alius cōtrahitur. Itaq; tertio finito uolumine, tranſimus ad quartū: qui tertia menſura uerſuum priore minor eſt: præſertim cū quintus, quem huic libro ſubiecimus, hiſtoricæ explanationis ſit: & penè duplicē numerū habeat. Dum enim nolumus cōiuncta diuidere, & olim interpretata tranſire: quaſi inter duas maris pontici συμπληγάδας naui culam noſtram direximus: quæ flante ſpiritu ſancto, & domino ſaluatore curſum dirigēte noſtrū, elabitur in pelagus, dicente te uirgo Chriſti Euſtochium: A quatuor uentis cœli ueni ſpiritus, & *Ezech. 37.d* mortua oſſa uiuifica: ut quæ iacebant in terræ puluere, ſpirante domino ſuſcitentur.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Eſaiam prophetam liber quartus.

VErbum miſit dñs in Iacob &c.) Legimus ſupra quod in diebus Achaz filij Ioathan filij Oziæ regis Iuda aſcenderit Raſin rex Syriæ, *4. Reg. 16.d* & Phacee filius Romeliæ rex Iſraël in Hieruſa*Eſa. 7.d* lem, ut expugnarēt eam. Et quod miſſus ſit Eſaias propheta in occurſum Achaz cū Iaſub filio ſuo: ut ei diceret, ne timeret: & cor illius ne formidaB ret à duabus caudis titionum fumigantium: eo ꝙ in ipſis eſſet Syriæ & Iſraël imperium finiendū. Quo non credente propter rei magnitudinem & præſens periculum, iubetur ut ſibi poſtulet ſignum. Et quia idololatra erat, hoc quoq; facere noluit: propterea dñs nequaquā ipſi regi, ſed domui Dauid dat ſignū filij ſui de uirgine naſcituri: ad cuius inuocationē ſint de imminenti periculo liberandi, & cætera quæ uſq; ad præſentem locum interpretati ſumus. Multis ergo myſterijs in medio poſitis, nunc reuertitur ad id quod cœperat, & euerſionem Raſin & Ephraim, hoc eſt, Syriæ & Samariæ uaticinatur. Verbum, inquiens, miſit dominus in Iacob, & cecidit in Iſraël. Apud Hebræos דָּבָר, quod per tres literas ſcribitur cōſonantes דבר, pro locorū qualitate, ſi legat̄ דָּבָר, uerbum ſignificat: ſi דֶּבֶר, mortē & peſtilentiam. Quā ob cauſam pleriq; ſermonis ambiguitate decepti: non uerbum dicūt miſſum eſſe, ſed mortem. Miſit ergo dñs uerbum in Iacob, & cecidit in Iſraël. Regnare uoluit Iudam, ut Iacob prophetat in Geneſi: *Gene. 49.b* Et Iſraël, hoc eſt, decem tribus ſibi imperium uindi*Oſee. 8.d* carunt, de quibus dictum eſt: Ipſi regnauerūt & nō per me. Imperij ergo dignitas, quæ in unctione Samuelis poſt abiectum Saul cœperat in Dauid: miſſa in Iacob, hoc eſt, in duodecim tribus, quæ Iacob olim uocabantur: cecidit in Iſraël: non ut Lxx. tranſtulerunt ἦλθεν, id eſt, uenit: cecidit enim in impijs, quod ſtatutum ad ſanctos directum erat. Sciet igitur populus Ephraim & habitantes Samariam: qui propter multitudinem eriguntur in ſuperbiam, & dicunt: Paruum eſt regnum Iudæ & noſtri comparatione uiliſſimum. Itaq; illis ruentibus quaſi lateribus, nos quadro lapide ædificemus nobis domum. Illorum Sycomoris: quæ ligna ſunt uilia, hoſtili incurſione ſucciſis: nos imperium noſtrum cedris extruemus, quæ imputribiles ſunt, ut regnū ſignificēt ſempiternum. Sciat ergo hoc populus oīs Ephraim, & habitantes Samariam, quod Syrus qui nunc ei auxilio eſt, in hoſtem tranſeat. Vel certe contra ipſum Syrum ſubita aduerſariorū bella cōſurgant, & omnes uer D tantur in tumultum: ita ut cōtra Iſraël Syria ab oriente: & Philiſtijm, hoc eſt, Palæſtini ab occidēte moueantur, & ſimul deuorent Iſraëlem. Cumq; hæc fecerint, nihilominus manus mea extenta ſiue excelſa eſt ſuper Iſraël, & eos ferire non ceſſat. Cæſiq; à deo non reuertentur ad percutientem ſe, nec dñm quærent exercituum: uitulos aureos adorātes pro deo. Iuxta Anagogen hunc locum noſtri ita ediſſe*Anagoge.*runt: Miſit deus filium ſuū ad Iacob, hoc eſt, ad Iudæos: & uenit ad Iſraël, hoc eſt, ad gētium populū: quos & Apoſtolus appellari dicit Iſraël. Alij uero ita: Verbum ſuum miſit dominus ad eccleſiā, quæ priorem populum ſupplantauit: & cecidit in Iſraël, hoc eſt, in hæreticos qui deū uidere ſe iactant. Sciāt itaq; principes eorum & omnes qui habitant in Samaria, hoc eſt, qui dei legem cuſtodire ſe dicunt, & in ubertate eſſe uirtutū, & fructus afferre iuſticiæ: hoc enim interpretatur Ephraim: qui in ſuperbia אֶפְרַיִם cordis ſui deſpiciunt eccleſiam: & ſimplicitatē eius arbitrantes imperitiam, dicunt: Pro lateribus illius, quadris lapidibus atq; fortiſſimis ædificabimus eccleſias noſtras, & pro infructuoſis arboribus citoq; perituris, cedros ſublimiſſimas extruemus. Quas conteret dominus, & quas iuſtus ſub perſona impij uidiſſe ſe narrat, & non inuentum locum earū. Dicit ergo dominus quod Raſin, qui interpretatur רָצִין

a VErbum miſit dominus in Iacob, & cecidit in Iſraël. Et ſciet populus omnis Ephraim & habitantes Samariam, in ſuperbia & magnitudine cordis, dicentes: Lateres ceciderunt: ſed quadris lapidibus ædificabimus: Sycomoros ſucciderūt, ſed cedros immutabimus. Et eleuabit dñs hoſtes Raſin ſuper cū, & inimicos eius in tumultū uertet: Syriam ab oriente, & Philiſtim

 ſapien

E ſapientia ſecularis: cuius Ephraim utebatur auxilio, uertatur contra eum: & omnes inimici eius aduerſum illum dimicēt, & tam ab oriente quàm ab occidente expugnetur: & deuoraturi ſint Iſraëlem toto ore. Pro quibus interpretati ſunt LXX. καὶ οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πύργον· καὶ ῥάξει ὁ θεὸς τοὺς ἐπανισταμένους ἐπὶ ὄρος σιὼν καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ διασκεδάσει. id eſt, & ædificemus nobis turrē, & allidet deus qui cōſurgunt contra montem Sion: & inimicos illius diſſipabit. Cupiunt enim & ipſi in ſimilitudinem templi dei ædificare ſibi templum in Samaria: ſed cùm ſuis mouerint pedes ab oriēte, & dixerint: Venite ædificemus turrim & faciamus nobis nomē antequàm diſpgamur, dño impugnante ſoluet, & diſſipabitur conſenſus eorū: & linguæ eorum contra ſe inuicē diuidentur, ne cōſentientes peiores fiant, ſed à ſe inuicē deſtruantur. Cumque ita percuſſi ſint & ab hoſtibus deuorati, tamen non reuertentur ad

F dominum: ſed adhuc manus illius ad percutiendū parata eſt, iuxta illud quod legimus in Hieremia: Sine cauſa percuſſi filios ueſtros, diſciplinam nō recepiſtis. a ¶Et diſperdet dñs &c.) Non ſolum dominus hoſtes Raſin eleuabit contra eū, & inimicos eius uertet in tumultum, Syriam ab oriente, & Philiſtim ab Occidente, ut deuorent Iſraël toto ore; ſed quia non eſt reuerſus ad percutientem ſe, nec requiſiuit dominum exercituum: extēdet manū ad percutiendum: ut diſperdat de Iſraël caput, & caudam incuruantem & deprauantem, eum uidelicet qui recta peruertit. Qui ſit autem caput, ipſe interpretatus eſt, longæuus & honorabilis: Et qui ſit cauda, propheta, inquit, qui docet mendacium, id eſt, pſeudopropheta. Dixit de principibus: nunc optimatibus iungit & populum, quod & magiſtri & diſcipuli, & eruditi, & uulgus indoctū pariter pereant. Qui enim beatum dicebant populum, ſeductores ſunt: & qui beati appellabantur, non propter uirtutem, ſed propter munera, præcipitabuntur in mortem. Vnde & ſupra legimus: Populus meus qui beatū te dicunt, ſeducunt te: & ſemitas pedum tuorum ſupplantant. In tali populo nullius perſonæ miſerebit deus: non pupilli, non uiduæ: quia omnis hypocrita, eſt aliud ſimulans, & aliud agens: promittens caſtitatem, & uiuens luxurioſe: præferens paupertatem, & replens marſupium. Vnde iūgit & dicit: Et uniuerſum os locutum eſt ſtulticiam. Propter hæc omnia dominus non ceſſat iraſci, ſed adhuc ad percutiendum eleuat manum. Et quia iſta fecerunt ſuccendetur quaſi ignis impietas: ut non cultum agrū,

[Gene.11.a, beside "oriēte, & dixerint: Venite"] [Hiere.2.f, beside "Sine cauſa percuſſi"]

liſtim ab occidente: & deuorabūt Iſraël toto ore. In oīmibus his nō eſt auerſus furor eius: ſed adhuc manus eius extēta, & populus nō eſt reuerſus ad percutientem ſe: & dñm exer- a cituum nō inquiſierūt. Et diſperdet dñs ab Iſraël caput & caudam incuruantem & deprauantē in die una. Longæuus & honorabilis, ipſe eſt caput: & propheta docens mendacium, ipſe eſt cauda. Et erunt qui beatum dicunt populum iſtum ſeducentes, & qui beati dicuntur præcipitati. Propter hoc ſuper adoleſcentulis eius nō lætabitur dñs, & pupillorum illius & uiduarū non miſerebitur: quia oīmis hypocrita eſt & nequā, & uniuerſum os

G ſed uepres & ſpinas deuoret: nec frugiferas arbores, ſed infructuoſum ſaltum in quo habitāt beſtiæ, rapiens flamma conſumat. Quam ob rem dicitur quod denſitas ſaltus igne ſuppoſito, fumi ſuperbia & altitudine conuoluatur. Omne enim quod excelſum eſt & in ſublime conſurgēs, ſuperbum appellari poteſt. Pro quo neſcio quid uolentes LXX. tranſtulerūt: καὶ συγκαταφάγεται τὰ κύκλῳ τῶν βουνῶν πάντα, id eſt, & deuorabit in circuitu colliū omnia. Vnde & ad iram domini terra cōtremuit: & populus ignis factus eſt pabulum: quia tanta fuit in eo crudelitas: ut ne chariſſimo quidem germanitatis nomini parceret: ſed dextrā deſerens atque contemnens, ſaturaretur in his quæ ſiniſtra erant: dū uoluptatū & malorū patitur famē, & ſemper cupit malis peiora ſociare. Ipſi quoque Manaſſes & Ephraim qui de uno nati ſunt utero, & de eodē parente generati: in tantam rabiem proruperunt, ut

H hoſtili odio inter ſe diſſiderēt. Legamus Regum & Paralipomenon uolumina, & inueniemus Samariæ inter ſe bella ciuilia: dū alij pro alijs regibus dimicant: & quomodo ſuis regibus interfectis, in Iudæ expugnationem concordent. Secundum Tropologiam: auferet dominus caput & caudam, maiorem pariter ac minorem. Caudam appellans, nō homines, ſed iumenta, hæreticos eſſe demonſtrat: quæ hoc membro utuntur ad ſtercora protegēda: & ad arcenda parua animalia. Et poſt caput & caudā, incuruantem iungit & deprauantem: quod legis præcepta ſubuertant, & rectam deprauent uiam. Longæuum quoque qui caput eſt, & pſeudoprophetam qui in cauda ponitur, diſperdet, & magiſtros pariter & diſcipulos: alios qui propter munera laudant peccatores: alios qui laudati ſua mala non ſentiunt, nec agunt pœnitentiam. Propter hoc in iuuenibus eorum non lætabitur dominus: Væ enim ciuitati cuius rex adoleſcens. Et qui deum patrem uel dñm uerum perdiderunt, non impetrabunt miſericordiam: Omnis enim hæreticus hypocrita eſt, aliud agens, & aliud ſimulans: & quicquid loquitur, licet uideatur eſſe ſapientia, tamen ſtulticia eſt. Propter hæc extendit manum ſuam ad puniendū, & omnes impietates eorum, quaſi ſpinas uorax flamma, conſumet. Et uerba abſque uirtutibus, quæ infructuoſo ſaltui cōparantur, inuoluentur fumi ſuperbia. Ad eorum pœnam cōtremiſcet omnis humus, & decepti populi, æternis tradētur ardoribus, quia turpis lucri gratia ne ſuis quidem parcunt, ſed certatim de deceptis populis prædas agunt: relinquētes bona, & in

[Tropol., beside "Secundum Tropologiam"] [Eccles.10.e, beside "Væ enim ciuitati"]



A & in peſſimis immorantes. Cumque ſemper ſiniſtra inueniant: tamē ſuis nunquam ſatiantur erroribus: uorantes carnem brachij ſui, & aduerſum eccleſiā pari ſtudio dimicantes. Propter luxuriā, & uoluptates, & lucra de populis inter ſe habent diſcordiā: ut de una hæreſi duæ fiant, & rurſum: ipſæ diuiduntur in partes, ut proprios abducant greges, & deuorent domus uiduarū, & mulierum peccatricū: ſemper diſcentium & nunquam ad ſcientiam ueritatis peruenietium. In omnibus his non auertetur furor dñi cōſumens uitia atque ſubuertēs: ſed quāto illi proficiunt ad peccandum, tāto iſte amplius manum ſuam extēdit ad pœnas.

Caput X.

VAe qui condunt leges iniquas & ſcribētes iniuſticiā, &c.) Hæc plerique adhuc contra decem tribus dici arbitrantur, quæ habitabāt in Samaria, quòd ad priora ſcele

B ra etiā iſta ſociarint. Nobis aūt uidetur contra iudices tribus Iudæ & Hieruſalem, ſcribas uidelicet & δευτερωτὰς, ſermo propheticus conclamare, quòd aduerſum legem dei iniquas ſcripſerint leges, & traditiōibus ſuis ſubuerterint iudicij ueritatem. Deo enim dicēte: Honora patrem tuū & matrē: Illi econtrario monuerunt filios parentibus dicere: Donum quodcunque eſt ex me, tibi proderit: ne honorarent patrē & matrē, & cætera his ſimilia. Propterea autem ſcripſerunt leges peſſimas, ut opprimerent pauperes & humiles populi: ut prædas agerent de uiduis, & pupillos diriperent. Qui interrogantur quid facturi ſint, cum uel captiuitatis uel iudicij dies aduenerit, & calamitatis de longe uenientis: quæ multo tēpore ante prædicta eſt. Ad cuius, inquit, fugietis auxilium, cum offenderitis deū, qui uerus auxiliator eſt: & ubi derelinquetis gloriā ueſtram? Non enim proderunt diuitiæ in die furoris, ne uinctos in hoſtilem terram ducat Aſſyrius, ne corruatis in prælio. Et ad extremum ſicut in ſuperioribus contra Samariam crebro dixerat: In omnibus his nō eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Etiā contra Iudam loquitur, quod nō ſit finis mali eorum extrema captiuitas: ſed etiā in hoſtili terra domini eos gladius perſequatur. Iuxta

[Exo.20.b, beside "Deo enim dicēte"] [Prouer.11.a, beside "ſtram? Non enim proderunt"]

ſum os locutum eſt ſtulticiam. In omnibus his nō eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Succenſa eſt eīm quaſi ignis impietas: uepre & ſpinā uorabit, & ſuccendetur in denſitate ſaltus, & cōuoluetur in ſuperbia fumi. In ira dñi exercituū contremuit terra, & erit populus quaſi eſca ignis. Vir fratri ſuo nō parcet, & declinabit ad dextrā, & eſuriet, & comedet ad ſiniſtram, & non ſaturabitur: unuſquiſque carnem brachij ſui uorabit. Manaſſes Ephraim, & Ephraim Manaſſen: ſimul ipſi cōtra Iudam. In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.

Cap. X.

a VAe qui condunt leges iniquas, & ſcribentes, iniuſticiam ſcripſerūt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent cauſæ humiliū populi mei: ut eſſent uiduæ præda eorū, & pupillos diriperēt. Quid facietis in die uiſitatiōis & calamitatis de lōge uenientis? ad cuius cōfugietis auxiliū? & ubi derelinquetis gloriam ueſtram? Ne incuruemini ſub uinculo, & cum interfectis cadatis. Super omnibus his non eſt auerſus furor eius: ſed adhuc manus eius extenta.

b HEB. Væ aſſur: uirga | SEP. Væ Aſſyrijs: uirga

C Anagogen: omnis hæreticus ſcribit iniquitatē: ut pauperes & humiles populi decipiat: uiduas & pupillos diripiat. Qui enim diues eſt, de quo legimus: Redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ, non ſuſtinet cōminationem: non cito ab eis capitur. Pauper autem & qui humilis eſt & paruus in populis, cito ab eis ſcādalizatur. Vidua quoque quæ uirū perdiderit deū, & pupillus qui patrē amiſerit creatorem, de quo ſcriptū eſt: Deū qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es dei creatoris tui: facile ſupplātantur. Quid igitur faciēt in die iudicij cū tantos deceperint, & calamitatis de longe uenietis? Sicut eīm ad iuſtum uirū dicitur: Prope eſt uerbum in ore tuo: & in corde tuo, & in alio loco: Regnū dei intra uos eſt: Sic hæreticorū calamitas de longe ueniet, multo eis tempore præparata. Ad quem cō

D fugient cum fictum habeant deum? Cui tradēt gloriam ſuam, cū ſimulata ſint omnia? Nec poterūt euadere uinculū quo plurimos ligauerūt. Vnde & in uiſione uallis Sion, quæ dei altitudine derelicta, & hæretica humilitate decepta eſt, dicitur de magiſtris falſi nominis ſcientiæ: Omnes principes tui fugierūt, & qui capti ſunt dure ligati ſunt: quodque cum ſingulis interfectis cadant, & in aliorum nece ipſi pereāt, & cū multa patiantur: dieſque uiſitationis aduenerit, non ſit finis eorum interitus: ſed ſemper ſibi impendentem manum domini pertremiſcant. Hucuſque cōtra decem & duas tribus: id eſt contra Samariā & Hieruſalem dei comminatio eſt, quæ regnante adhuc Achaz cœpit in populo, de quibus duę & ſemis tribus ſub eo captæ ſunt: & reliquæ ſub Ezechia qui Achaz ſucceſſit in regnum. Sequens prophetia cōtra Aſſyrios ſcribitur. b ¶Væ Aſſur, uirga furoris mei.) Ideo ponimus in hoc loco tranſlationem LXX. quia ab Hebraico diſcordat in plurimis. Primum ſciendum eſt quod in Hebraico non habetur chalane ſed כַּלְנֵו. Vltima enim nominis huius litera non eſt י ut illi putauerunt, ſed ו: quæ literæ ſola inter ſe diſtant magnitudine. Turris autem ædificata eſt in campo Sennaar, in quo erant Arphad & אַרְפָּד Chalanno & Babylon: quæ ex confuſione lingua-

[Anagoge., beside "pillos diripiat"] [Prouer.13.b, beside "Redemptio animæ"] [Deute.32.c, beside "Deū qui te genuit"] [Roma.10.b, beside "Prope eſt uerbum"] [Luc.17.c, beside "alio loco"] [Χαλάνω., beside "chalane ſed"] [Gene.11.a, beside "Chalanno & Babylon"]

 rum

E rum nomen accepit. Arabia autem non habetur in Hebræo, ſed Hemath: quā Syri uſq; hodie Epiphaniam uocāt. חמת Vlulate quoq; ſculptilia in Hieruſalē, de ſuo addiderūt. Quodq; ſupra ſcriptū eſt: Si dixerint ei: tu ſolus es princeps; reſpōdebit; nō tuli regionem illā & illam, ſed tuli Arabiā & Damaſcū & Samariā: hunc ſuggerit ſenſum: Cū, inqt, dixerint Aſſyrio qui capti ſunt, tu prīceps es omniū; ille adhuc infirmū ſe eſſe ſentiēs rn̄debit: Q̄uo me uocatis principē cū tantū Arabiam & Damaſcum & Samariā ceperim: & lōge poſitas natiōes trans Babylonem necdū meæ ſubdiderim poteſtati? Q̄uo aūt Arabiam cepi, Damaſcū & Samariā: ſic om̄ia mihi regna ſubſternā. Trāſeamus ad F Hebraicū: & quid nobis uideat̃ breuiter annotemus. Væ Aſſyrio, id eſt Sennacherib: quia ipſe eſt uirga & baculus furoris mei: in manu em̄ eius īdignatio mea, & ꝑ illū percutiā gentē fallaciſſimā: quę inter me ſemꝑ & idola claudicauit: quæ præcepta mea ſe facturam eſſe mētita eſt; & cōtra populū furoris mei ipſi præcipiā, ut ſpoliet eū atq; prædetur, & redigat in puluerē & cōculcet quaſi lutum platearū, id eſt, ut percutiat eū & nō interficiat: ut uulneret, & nō animā auferat. Ipſe aūt modum iracundiæ meæ egreſſus eſt; & nō ſolū contra Iſraël, ad quem directus fuerat: ſed in gentes plurimas debacchatus eſt: ut omnia per circuitū regna cōtereret, & uſq; ad internicionem gentiū plurimarum illius mucro ſæuiret. Erectus em̄ in ſuperbiā, hæc auſus eſt dicere: Duces mei aliarū gentiū reges ſunt, & mihi ſubiecti, cunctis nationibus imperabunt. Quomodo cepi Charcamis, ſic cepi & Chalanno: quomodo Arphad ſic obtinui & Hemath: quomodo Damaſcū, ſic mihi ſubieci & Samariam. Quomō cætera regna quę idoloꝝ cultui ſeruiebāt meis ſubieci pedibus; ſic & Hieruſalē & Samariā in G qua eadē idola ſunt, meæ ſubijciam poteſtati. Q̄uo cepi Samariā cū idolis ſuis; ſic & Hieruſalē capiam: quia eoſdē uenerat̃ deos. Pro Charcamis aūt Lxx. כרכמיש addētes de ſuo, regionē trans Babylonē interp̄tati ſūt, & Chalane ubi ędificata eſt turris: Arphad pœnitus relinquētes. Poſſumus aūt iuxta trāſlationē coꝝ et Tropologiæ *Tropol.* dūmodo pia ſit accōmodare, ex eo quod ait: populo meo præcipiā ut faciat ſpolia & prædā, & cōculcet ciuitates & ponat eas in puluerem: etiā hoc dicere, quod quotidie populo ſuo præcipiat dn̄s ut aduerſariorum ciuitates quæ eriguntur cōtra ſcīētiam dei, & hæreticorū nimio labore conſtructæ ſunt, in puluerē redigat & nihili eſſe demōſtret: H Qui intelligēs infirmitatē cordis humani, & qđ mortali carne circūdatus, nō poſſit ꝑfectā uirtutū habere uictoriam, nec oēs gētes capere; licet eū alij admirent̃ & dicāt: Tu ſolus es prīceps: rn̄debit eis: Mlta ſūt q̄ deſtruere debeo & adhuc deſtruere nō potui; ſcio q̄ neſcio. Et q̄q̄ multa aduerſariorū argumenta ſuperauerim; tn̄ ſunt pleraq; q̄ adhuc ſuperāda ſunt. Simulq; ſpe futuroꝝ ex his q̄ ſupauit: etiā cæteroꝝ ſibi uictoriā repromittit. Iubent̃ autē ullulare ſimulacra Hieruſalē & Samarię; nō ipſa quę ficta ſunt, ſed hi q ea finxerūt: μετωνυμικῶς hi q fecerūt ꝑ ea q̄ facta ſunt: ut nō ſolū hi q in hęreſibus idola fabricati ſunt; ſed q in eccl'ia ꝑ ignorātiā defendūt pro ueritate mēdaciū: ululatu & pn̄ia ſe erraſſe teſtētur. a ¶ Et erit cū cōpl. &c.) Lxx. ꝑ fructu, ſenſum uel mentē magnā interp̄tati ſunt, id eſt, τὸν νοῦν μέγαν. Poſt captiuitatē Samariæ, & Aſſyrioꝝ uictoriā, & cōminationē aduerſum Hierl'm: qa ſimulacra imitata Samariæ, ſimili ſit feriēda ſentētia: nūc aduerſum ipſum Aſſyriū q elatus eſt in ſupbiā; & ſuę fortitudinis pu

HEB. ga furoris mei, & baculus ipſe eſt: in manu coꝝ indignatio mea. Ad gentē fallacem mittā eū, & contra populum furoris mei mādabo illi, ut auferat ſpolia & diripiat prædam & ponat illum in cōculcationē quaſi lutum platearum. Ipſe aūt nō ſic arbitratus eſt, & cor eius nō ita exiſtimauit; ſed ad conterendum erit cor eius, & ad internicionem gentium plurimarum. Dicet enim, nūquid nō principes mei ſimul reges ſunt? Nunquid nō ut Charcamis ſic Chalāno, & ut Arphad ſic Hemath: nunquid non ut Damaſcus ſic Samaria? Quomodo inuenit manus mea regna idoli; ſic & ſimulacra eorum de Hieruſalem & de Samaria. Nūquid nō ſicut feci Samariæ & idolis eius; ſic faciam Hieruſalē & ſimulacris eius.

SEP. ga furoris mei ipſe eſt in manibus eorum: iram meam in gentem iniquam mittam; & populo meo præcipiam, ut faciat ſpolia & prædam; & conculcet ciuitates & ponat eas ī puluerem: ipſe autem non ſic cogitauit & nō ita arbitratus eſt; ſed ut cōterat mens eius, & diſperdat gētes plurimas. Qđ ſi dixerint ei: tu ſolus es princeps; rn̄debit: Nō tuli regionē q̄ eſt ſupra Babylonē; & Chalane ubi turris ædificata eſt. Tuli aūt Arabiā & Damaſcū & Samariā; ſicut has cepi, ſic om̄ia regna capiā. Vlulate ſculptilia ī Hierl'm & Samaria ſicut em̄ feci Samarię & idolis ei⁹; ſic faciā Hieruſalē & ſimulacris illius.

a Et ērit cū cōpleuerit dn̄s cūcta opa ſua in mōte Sion & in Hieruſalē; uiſitabo ſup fructū magnifici cordis regis Aſſur, & ſup gloriā altitudinis oculorū eius. Dixit em̄: in fortitu



in fortitudine manus meæ feci; & in ſapiētia mea intellexi; & abſtuli terminos populorū; & principes coꝝ deprędatus ſum; & detraxi quaſi potens in ſublime reſidētes; & inuenit quaſi nidū manus mea fortitudinē pp'lorū; & ſicut colligūtur oua quæ derelicta ſunt; ſic uniuerſam terrā ego cōgregaui; & nō fuit q moueret pēnā & apiret os atq; gāniret. Nū- a quid gloriabit̃ ſecuris cōtra eū q ſecat in ea; aut exaltabit̃ ſerra contra eū à quo trahitur? Quō ſi eleuet̃ uirga cōtra leuātē ſe; & exaltet̃ b baculus qui utiq; lignū eſt. Propter hoc mittet dn̄ator dn̄s exercituū in pinguibus eius tenuitatē; & ſubtus gloria eius ſuccēſa, ardebit quaſi cōbuſtio ignis. Et erit lumē Iſraël in igne; & ſctūs eius in flāma; & ſuccendetur & deuorabitur ſpina eius, & uepres in die una. Et gloria ſaltus eius; & Carmeli eius ab anima uſque ad carnem conſumetur; & erit terrore

A nis putauit eſſe qđ uicit, ꝓpheta loquit̃. Dixit enim Aſſyrius, cordis tumore ſe iactās, qđ in fortitudine manus ſuæ cūctas uicerit nationes, & incredibili ſapiētia omniū poſſederit termīos. Et iuxta Lxx. tātę potētiæ fuerit; ut bellatoꝝ hominū urbes funditus ſubruerit; totumq; orbē quaſi nidū apphēderit: et quaſi derelicta oua à m̄ribus ī ſuā prædā uerterit. Et qa ſemel metaphorā ab auibus, nido & ouis ſumpſerat; ſeruauit ī reliqs, ut diceret: Non fuit q moueret pennā & apiret os atq; ganniret. Tātus, inquit, terror fuit fortitudinis meæ atq; uictoriæ, ut ne fletū qdē & gemitū uicti libere ꝓderēt. Sūt q hæc gn̄aliter cōtra regnū Aſſyriorū dici arbitrentur; qđ poſtq; cōpleuerit dn̄s cūcta opa ſua in mōte Sion & in Hieruſalē; hoc eſt poſtq; ſubuerſa fuerit Hieruſalē Aſſyriorū īpieriū deſtruat̃. B Mihi aūt ex his q̄ ſequūtur ꝓprie cōtra Sēnacherib regē Aſſyrioꝝ uidet̃ cōminatio, qđ autē ait: Poſtq; cōpleuerit dn̄s cūcta opera ſua in monte Sion & in Hierl'm; non ſubuerſionē urbis ſignificat, ſed obſidionē; qn̄ uenit Rabſaces dux Sennacherib; & in ea fecit quæ in poſterioribus idē ꝓpheta cōmemorat. *Tropo.* Scđm Tropologiā; cū Samaria & Hierl'm dn̄i irā ſuſtinuerint, & in fabricatione idolorū erraſſe ſe ſenſerint; Tūc deſtruet̃ ſenſus magnus Aſſyrius; q ī tātā cōtra dn̄m inflatus eſt ſupbiā, ut ſapiētiæ ſuæ exiſtimauerit cūcta ceſſura; & quæuis excelſa dogmata, & dialectica arte munita, cōcutienda & penitus deſtruēda; intm̄ ut in ſimilitudinē pullorū auiū nō ualeāt in ſublime cōſurgere; & necdū animata inſenſibilia eſſe atq; torpētia; qđ ouoꝝ demōſtrat exēplū; & ne mutire qdē, & cōmouere linguā cōtra rationē & fortitudinē ſui ſermonis audere. a ¶ Nunquid gloriabit̃ &c.) Cōtra Sennacherib, ſiue ut multi putant Nabuchodonoſor gloriātē atq; dicētē: In fortitudine manus meæ feci; & in ſapiētia mea intellexi; & reliqua, ſctūs ꝓpheta rn̄dit: O ſtultiſſime mortaliū; dei irā, tuā putas eſſe ſapiētiā; & illius iuſſionē ad tuā refers fortitudinē? Quō ſi ſecuris gloriet̃ cōtra eū q ſecurim tenet; & ſerra cōtra illū à quo trahit̃; & dicāt cūcta opa quæ ꝑ ſecurim & ſerrā fiūt, ſua arte perfecta; Et ſi eleuet quiſpiā uirgā; & exaltet baculū ad ꝑcutiendū quē uoluerit; & ipſa uirga ac baculus glorient̃ & dicāt à ſe ꝑcuſſum eſſe q ꝑcuſſus eſt: Sic & tu cū organū dei fueris uolūtatis, erigeris in ſupbiā; & cūcta quæ gerūtur, tuę gloriaris eſſe uirtutis.

Quicquid aūt Aſſyrio dicit̃; & ad hereticoꝝ ſupbiā C & ad diabolū referri pōt; q ſecuris & ſerra & uirga in ſcripturis appellat̃; eo qđ ꝑ illū infructuoſæ arbores ſuccidātur, & diuidat̃ atq; ſerretur incredulorū duritia, & percutiant̃ uirga q nō recipiūt diſciplinā. Hęretici quoq; quorum os ī cœlū ponit̃, & lingua eorū pertrāſijt in terram: ſenſu quē à deo in bonā partē acceperūt, abutunt̃ in cōtrariū atq; ꝑuerſum ut loquāt̃ cōtra eū à quo cōditi ſunt; & linguæ miniſteriū quo laudādus eſt dn̄s uertāt ī blaſphemiā. b ¶ Propter hoc &c.) Quia iſta feciſti & locutus es q̄ ſupra narraui; ꝓpterea mittet dn̄s angelū ſuū & una nocte centum octoginta qnq; milia de tuo morient̃ exercitu; ita ut potentiſſimi qq; quos pingues appellat redigāt̃ in tenuitatē & in nihili; et ſicut Hebræi tradunt, illæſis ueſtibus Aſſyrioꝝ, corpora occulto cremēt̃ D ardore; tūc lumē Iſraël & ſctūs; hoc eſt angelus, erit in igne & in flāma; & oēs ſpinæ ac uepres Aſſyrioꝝ, i. malicia cōſumetur; nō lōgo tpe, ſed uno die atq; momēto; Et quō ſaltus & Carmelus, q eſt mōs in Galilæa nemoribus cōſitus, ſuppoſito igne uelociter cōcremat̃; ſic ab an̄ia uſq; ad carnē oīs Aſſyrij gloria cōſumet̃; Tūc ſpoliatus exercitus fugiet; qđ idē in cōſequētibus ꝓpheta teſtat̃; & de tā innumerabili multitudine q̄ carmelo & ſaluti cōparata eſt; ad tātā ueniet paucitatē; ut puer paruulus eos poſſit nūerare & deſcribere. Tradunt em̄ Hebræi decē tm̄ de eius exercitu remāſiſſe. Noſtrorū qdā uolūt hūc regē, typū eſſe aduerſariæ fortitudinis; Et quō in Daniele legimus: Principes regni Perſaꝝ; et regni Mœdoꝝ; & regni Gręcoꝝ; ſic *Dan.10.c* & principē eſſe Aſſyriorū; q ꝓpter ſuperbiā, ſenſus magnus uocet̃ & in die iudicij gehēnæ tradat̃ ardoribus, quæ p̄parata eſt diabolo & angelis eius. Et lumen Iſraël & ſctm̄; hoc eſt ipm dn̄m ſuccendere uepres ac ſpinas Aſſyrij; oēmq; illius potētiā, & innumerabiles pp'los ad nihili deducēdos. Tūc eū timore ꝑterritū, quaſi colubrū tortuoſum & fugitiuū, īminētes pœnas uelle uitare. Qui aūt de ſaltu & cōfuſione eius ligniſq; perituris potuerint euadere; eos dignos exiſtere, q numerent̃ & deſcribant̃ à puero; cuius principatus in hūeris eius eſt. Hoc ipm & ad hæreticos referri pōt; Quod poſtq; eccleſiaſtica doctrina illuxerit & oēs eoꝝ decipulæ patuerint; tunc ad tantam ueniant ſolitudinem, ut de ſaltu & infructuoſis arboribus & innumerabili eorū multitudi-

E ne quã hęretica fraude deceperãt uix pauci reſideãt
qui eorũ ſequãtur errorẽ. Pro eo q́d nos uertimus:
mittet dñs in pinguibus eius tenuitatẽ: Lxx. trãſtu-
lerunt, ἀποστελεῖ κύριος εἰς τὴν σὴν τιμὴν ἀτιμίαν, id eſt,
mittet dñs in honorẽ tuũ ignominiã. Et pro eo quod
nos diximus: Et ſanctus
eius in flãma: illi uerterũt
καὶ ἁγιάσει αὐτὸν ἐν πυρί, id
eſt, & ſanctificabit eũ in
igne: per quod quidam intel
ligi uolũt pœnas atq; tor
menta ad hoc adhiberi
peccatoribus, ut diuino
igne purgẽtur. Quodq;
nos diximus: Et gloria
ſaltus eius & Carmeli
eius: illi ĩterpretati ſunt,
ἀποσβεσθήσεται τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ
καὶ οἱ δρυμοί, id eſt, extin-
guẽtur montes & colles
& ſaltus: quo om̃is Aſſy
riorũ claritas & ſuperbia,
& multitudo humilietur
extincta. a ¶ Et erit in
die illa &c. cõuertẽtur re
liquię inq; &c.) Vbi in
Græco dicitur: Cõuertẽ
tur reliquię Iacob ad deũ
F fortem: pro deo forti, in
Hebræo ſcriptum habe-
tur, אֵל־גִּבּוֹר, duo no-
mina de ſex nominibus,
quibus paruulũ puerum
& filiũ qui datus eſt no-
bis ſupra legimus appel-
latum. Et pro eo quod ſcri
ptum eſt: Reliquiæ cõuertẽtur: pro eo dicitur in He-
bræo numero ſingulari: quod reliquũ eſt cõuerte-
tur: id eſt, τὸ ὑπόλειμμα ἐπιστρέψει. in Hebræo ſcribitur
שְׁאָר יָשׁוּב. Et ex hac occaſione ſermonis putant
Iaſub filium Eſaiæ in ſignũ ſaluãdi ex Iſraël populi
præceſſiſſe. Quando ergo lumen Iſraël, & ſanctus,
Carmeli ſaltum uepresq; cõſumpſerit: & rex Aſſy-
rius cum paucis fugerit: tunc reſidui Iſraël qui cum
Ezechia principe captis cęteris Iudææ urbibus ob
ſidebãtur in Hieruſalẽ, nequaq; cõfidẽt in Aſſyrio:
ſicut nũc faciũt ſub Achaz rege, qui miſit nuncios
4. Reg. 16. b ad regẽ Aſſyriorũ dicẽs: Seruus tuus ego ſum: aſcẽ
de & libera me de manu regis Syriæ, & de manu re
gis Iſraël, qui cõſurrexerunt aduerſum me: quando
tulit aurũ & argentũ quod inuentũ eſt de theſauris
domus dñi & in domo regia: & miſit regi Aſſyrio-
rum munera: audiuitq; eũ rex Aſſyrius: & uenit in
Damaſcum & cœpit eã & trãſtulit, & Raſin interfe
cit: ſed liberati ab ipſo Aſſyrio percuſſore qui prius
amicus & poſtea hoſtis extiterat: innitẽtur atq; cõ-
fident ſuper dñm ſanctũ Iſraël: nequaq; falſo ut ſub
prioribus fecerant regibus, ſed in ueritate. Qd' ſub
Ezechia factum legimus: ita ut idolis derelictis cõ-

uertẽtur ad cultũ dei. Et quia dixerat reliquias eſſẽ G
ſaluãdas, tranſit ad poſteriora tẽpora: & plenã ſalua
tionem futurã dicit eſſẽ ſub Chriſto: Quod & Apo
ſtolus Paulus intelligẽs ſcribit ad Romanos: Eſaias
aũt clamat pro Iſraël: Si fuerit numerus filiorũ Iſraël Roma. 9. f
tanq; arena maris, reliquiæ
ſaluæ fient. Verbum enim
conſumens & breuiãs in
æquitate: quia uerbum
breuiatũ faciet dominus
ſuper terrã: Et ſicut dixit
Eſaias: Niſi dñs ſabaoth Eſa. 1. c
reliquiſſet nobis ſemen,
ſicut Sodoma facti eſſe-
mus, & Gomorræ ſimi-
les fuiſſemus. Vbi ergo
tanti uiri præcedit auto-
ritas: ceſſet alia omnis in-
terpretatio. Et reuera ſi
legamus Ioſephũ, & quã-
ta hominum in Hieruſa- Ioſeph. lib.
lẽ & in Iudæa fuerit mul 10. cap. 2.
titudo quando paſſus eſt
dñs: ĩtelligimus uix pau-
cos in Apoſtolis & in a-
poſtolicis uiris ex Iudęis
eſſe ſaluatos. Abbreuia-
tus autem atq; perfectus
H ſermo euãgelicus eſt: qui
pro cunctis lacinioſæ le-
gis ceremonijs, dedit prę
ceptum breuiſſimum di-
lectiõis & fidei: ut quod
nobis fieri noluerimus
ne fecerimus alteri. Vn-
de & dñs in euangelio: In Matth. 22.
his, inquit, duobus mandatis pendet omnis lex &
prohetæ. Nonnulli hoc capitulum ad illa tempora
referunt, quando ſub Zorobabel filio Salatiel &
Ieſu filio Ioſedech, & Eſdra & Neemia quædã pars
populi reuerſa eſt in Iudæam. Quibus reſpondebi-
mus: non eos ſeruare ordinem hiſtoriæ, maxime cũ
ea quæ ſequuntur nõ aduerſum Babylonios: quo-
rum rex Nabuchodonoſor fuit, ſed aduerſum Sen
nacherib regem dicantur Aſſyriorum: b ¶ Pro-
pter hoc hæc dicit dominus deus exercituum &c.
iuxta plagam Madian in petra Oreb &c.) Pro pe-
tra, quod iuxta Hebraicum interpretatus eſt Aqui
la Symmachus & Theodotio ipſum uerbum po-
ſuerunt Hebraicum צוּר עוֹרֵב: Pro quo Lxx. in-
terpretati ſunt, locum tribulationis: de quo in ſuo
dicemus loco. Difficile, inquit, tibi uidetur ô habita
tor Sion: ut cunctis in circuitu ab Aſſyrio genti-
bus ſubiugatis: tu ſolus de eius manibus libereris.
Auſculta quæ dico: Noli timere populus meus qd' 4. Reg. 18. c
Aſſur uincente capiaris. Licet enim anno quarto-
decimo regis Ezechiæ aſcenſurus ſit Sennacherib
rex Aſſyrius ſuper omnes ciuitates Iudæ munitas
& capiat eas: & miſſurus Rabſacen qui obſeſſum in
Hieruſalem

terrore profugus: & reliquiæ ligni ſaltus eius
præ paucitate numerabũtur: & puer ſcribet
a eos. Et erit in die illa: non adijciet reſiduum
Iſraël: & hi qui ſaluati fuerint de domo Iacob:
inniti ſuper eo qui percutiet eos: ſed innitetur
ſuper dñm ſanctũ Iſraël in ueritate. Reliquię
cõuertẽtur, reliquiæ inquã Iacob ad dñm for
tẽ. Si enim fu erit populus tuus Iſraël quaſi are
na maris, reliquiæ cõuertẽtur ex eo. Cõſum-
matio abbreuiata inundabit in iuſticiã. Con
ſummationẽ enim & abbreuiationẽ dñs deus
b exercituũ faciet in medio oĩs terræ. Propter
hoc hæc dicit dñs deus exercituũ: Noli time
re populus meus habitator Siõ ab Aſſur: in
uirga percutiet te: & baculũ ſuũ leuabit ſup
te in uia Aegypti. Adhuc enim paululũ modi-
cumq;: & conſummabit indignatio mea, &
furor meus ſup ſcelus eorũ. Et ſuſcitabit ſup
eum dñs exercituũ flagellũ, iuxta plagã Ma
dian in petra Oreb: & uirgã ſuã ſuper mare:
& leuabit eã in uia Aegypti. Et erit in die illa:
auferet onus eius de humero tuo, & iugũ eius
de collo tuo, & cõputreſcet iugũ à facie olei.
Veniet



A Hieruſalem populũ terreat: tamen hoc ſcire debes,
quod non te gladio ſed uirga percuſſurus ſit: & pergẽs
cõtra Taracham regem Aethiopiæ, & Aegyptios
ac mare rubrum per uiam Aegypti baculũ tãtũ ſuũ
eleuet contra te, & ferire nõ poſſit. Adhuc enim pau-
lulum, & reuerſus
de Aegypto cũ ĩfi-
nita exercitus mul
titudine, atq; obſi-
dere te cupiẽs: ſta-
tim mea indigna-
tiõe ferietur: & fla-
gellum illud ſuper
eũ ſuſcitabo, quo
quondã aduerſum
Iudic. 7. c Madianitas ſub Ge
deone, qui altero no
mine uocabatur Iero
baal, ſuſcitaui: quando
Oreb & Zebeæ
principes Madia-
nitarũ occiſi ſũt ſu-
per petram duriſſi
mam: id eſt, ſilicem
quæ Hebraice ap-
pellatur צוּר, ita ut
B ex petra & ex rege qui in ea occiſus eſt, locus petræ
Oreb nomẽ acceperit. Leuabit ergo uirgã ſuã ſup
mare rubrũ pergẽs aduerſus Aethiopes, & leuabit
reuertẽs ad te per uiã Aegypti: ſed ſtatim ut de Aegy
pto uenerit, auferet onus de humeris tuis & iugũ
imperij eius, ac ſeruire deſiſtes. Quod iugũ, i. potẽ-
tia Aſſyrij: à facie olei, i. dei miſericordiæ cõputre-
ſcet. Poſſumus aũt hoc qd' dixit: in uirga percutiet
te: & baculũ ſuũ leuabit ſuper te in uia Aegypti: Et
rurſum: Et uirgã ſuã ſuper mare, & leuabit eã in uia
Aegypti: etiã ſic intelligere: qd' idcirco percuſſerit
plurimos de tribu Iuda, & in circuitu regni Hieru-
ſalẽ cæperit ciuitates: quia nõ in deo, ſed in Aegy-
ptijs habuerint fiduciã. Vnde & Rabſaces expro-
4. Reg. 18. d brat eis dicẽs: Ecce cõfidis ſuper baculũ harũdineũ
cõfractũ, ſuper Aegyptũ: Cui ſi innixus fuerit ho-
mo, intrabit in manũ eius & perforabit eã: ſic Pha-
rao rex Aegypti omnibus qui cõfidunt in eo. Hi-
Iudic. 7. ſtoria Madianitarũ in Iudicũ libro ſcripta eſt: quã
& 8. & in pſalmo legimus: Pone principes eorum ſicut
Pſal. 82. b Oreb & Zeb & Zebeæ & Salmana. Errant ergo qui
Num. 25. a putãt illud ſignificari tempus, quãdo in libro Nu
merorum Madianitæ cæſi referũtur ab Iſraël à de-
ſerto Sur uſq; ad mõtem dei Oreb: quæ alijs apud
Hebræos ſcribuntur literis: cum eo tẽpore nõ fue-
rint in monte Oreb, ſed in ſolitudine Sethim. Iuxta
Anagogẽ præcipitur populo in eccleſia cõmorãti,
ne timeat aduerſarios qui ad pugnãdũ ſemper parati
ſunt, & multa diſputatiõe ſua animas ſubuerterũt.
Ideo enim eos cõtra populũ dei pauxillũ accipere po-
teſtatem: & nõ tam gladio percutere quam uirga: id eſt,
non occidere ſed minari: quia in uia ambulauerint
Aegypti, & nõ in dño ſint cõfiſi. Cum aũt ad deum

reuerſi fuerint, & reliquerint iter Aegypti: tũc fla- C
gellum dei iudicio ſuſcitandum cõtra aduerſarios:
Madian enim interpretatur ex iudicio: ut ſpũ oris eius מִדְיָן
& oleo miſericordiæ, iugũ hoſtium computreſcat.
a ¶ Veniet in Aioth: trãſibit in Magron &c.) Mul
tũ in hoc loco Lxx.
ab Hebraico diſcre
pant: Quã obrem
utrãq; editionẽ po
ſuimus: ut quid no
bis uideatur in ſingu
lis, Chriſto ſi me-
ruimus inſpirante
dicamus. Deſcribit
ſermo propheticus
Aſſyrij iter pom-
pamq; redeũtis de
Aegypto Hieruſa
lẽ: & quãto ſtrepi-
tu quantoq; curſu
ad oppugnãdũ eã
ueniet. Et primũ,
inquit, ueniet in A-
ioth: ubi præ feſti-
natiõe nimia nolẽs
manere, trãſibit in
D Magron, tãtamq; capiẽdę urbis habebit fiduciã: ut
apud Machmas commẽdet ſarcinas ſuas, quaſi cito
ſubuerſa urbe rediturus: quibus depoſitis, trãſibit eã
curſim & in Gabee habebit diuerſoriũ: quo paululũ
ibidẽ ſubſiſtẽte, ut laſſum refoueat exercitũ Rama
urbs uicina terrebitur: Gaba Saulis quõdã ciuitas fu-
giet: tũc & filia Gallim quæ Hebraice dicitur, בַּת גַּלִּים,
ita eiulabit ut equorũ arbitreris hinnitum. Vnde ô
Laiſa, & paupercula uel obediẽs ſiue humilis Ana-
thoth: tribus enim modis interpretari põt: diligẽter attẽ
dite & declinate currẽtis impetũ ſi poteſtis: migra-
uit enim iã de ſedibus ſuis urbs Medemena. Vos aũt
qui habitatis in collibus, qd' interpretatur Gebim: tuti גְּבִים
locorũ altitudine, cõfortamini, id eſt arma corripite.
Adhuc tantũ ſuperat dici: ut ſtãs in oppidulo Nob
& procul urbẽ cõſpiciẽs Hieruſalẽ, agitaret manũ ſuã
atq; cõcuteret ſup montẽ Sion, uel deſpiciẽs eã atq;
cõtemnẽs, uel inſultãs & cõminãs: & admirãs qd' to
to ſibi oriẽte ſubiecto, tã parua ciuitas potẽtiæ ſuæ
audeat repugnare. Hæc iuxta Hebræos ut nobis
ab eis traditũ eſt breui ſermone perſtrinximus. Nũc
quid iuxta Lxx. æditionẽ eccleſiaſtici uiri de hoc lo
co ſentiãt ſubijciamus: Cũ iugũ Aſſyrij, ſiue ut quidã
male arbitrantur Babylonij, ablatũ fuerit de humeris
tuis atq; corruptũ: fugiẽs Aſſyrius Sennacherib, cũ
paucis reliquijs ueniet in Aggai, quæ in Hebraico
nõ habetur. Et tãta erit fugiẽtis trepidatio, ut ibi ma-
nere nõ audeat: ſed trãſibit in Maggedo: quã & ipſa
ſcriptura nõ cõtinet. Et quia ſarcinis ſuis præpeditus ue
locius fugere nõ poterit, deponet uaſa in Machmas,
& gradu cõcito trãſibit uallem, quam & ipſam He-
bræus ſermo nõ reſonat: & rurſum ueniet in Aggai:
quæ bis in hoc loco ponitur, & in hebraico nõ habetur.
Ad ſo

a HEB. Veniet ĩ aioth: trã-
ſibit in Magrõ: apud ma
chmas cõmendabit uaſa
ſua. Trãſierũt curſim Ga-
bee ſedes noſtra: (ſiue ut
alibi ſcriptũ reperimus:
manſione manſerunt)
obſtupuit Rama: Gaba
Saulis fugit. Hinni uoce
tua filia Gallim: attende
Laiſa: paupercula Ana-
thoth: migrauit medeme-
na: habitatores gebim cõ
fortamini: adhuc dies eſt
ut in Nob ſtetur: agitabit
manum

SEP. Veniet enim in ciuita
tẽ Aggai et trãſibit ĩ Ma-
geddo: & in Machmas
ponet uaſa ſua: & tranſi-
bit uallẽ & ueniet in Ag-
gai: Timor apprehendet
rama ciuitatem Saul: fu-
giet filia Gallim: attende
Laiſa: audietur in Ana-
thoth: obſtupuit Mede-
mena: & habitatores Ge-
bim. Conſolamini hodie
in uia ut maneat: Cõſola-
mini montem filiæ Sion
& collem Hieruſalem.

manum ſuam ſuper montem filiæ Sion,
a collem Hieruſalem. Ecce dominator domi=
nus exercituum confringet lagunculam in
terrore;& excelſi ſtatura ſuccidentur;& ſub=
limes humiliabuntur; & ſubuertentur con=
denſa ſaltus ferro;& Libanus cum excelſis
cadet. Cap. XI.
b Et egredietur uirga de radice Ieſſe, &
flos de radice eius aſcendet;Et requieſcet
ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapien=
tiæ & intellectus;ſpiritus conſilij & fortitu=
dinis;ſpiritus ſcientiæ & pietatis;& replebit
eum ſpiritus timoris domini.
Non

E Ad ſonitum fugæ eius contremiſcet Rama ciuitas
Saul;Qđ perſpicue falſum eſt. Ciuitas eñi Saul ap=
pellatur Gaba,ut in Hebraico cõtinet. Deinde ue=
niet in Gallim:audiet Laiſa,audiet Anathoth,cõtre
miſcet Medemena,Habitatores aūt Gebim & col=
les qui ſunt in Hieruſalē;
id eſt, excelſi quiq; uiri,
ꝓuocātur ad cõſolādam
Hieruſalē;nõ longo poſt
tēpore, ſed in præſentia=
rum;& cadē die dū in uia
eſt Aſſyrius;ut maneant
in locis ſuis,& perturba=
ti timore nequaq̃ fugiāt.
Hoc iuxta literā.Cæterū
quidam in iſto loco,cum
falſorum nominū iuxta
Lxx.ἐτυμολογίας inuenire
non poſſit;nec ſe in libro
Hebraicorū nominū re=
perire potuiſſe teſtetur;
mittit nos ad incertū;ut
dicat in extremo mundi
tpe & in cõſummatione
huius ſeculi imminētibus pœnis;ſenſum magnum
principē Aſſyriorū eſſe fugiturū;& per diuerſa lo=
ca uarioſq; ꝓfectus fugere cupere ab ira dei. Cūq;
ille fugerit,habitatores Gebim;id eſt excelſas quaſ=
F q; uirtutes ſermone ꝓphetico ꝓuocari, ut cõſolent
fugientē;doceantq; ne fugiat, ſed maneat in uia,&
dei præſtoletur miſericordiā;& nõ ſolū cõſolari fu=
giētem,ſed in bonis operibus filiā Sion reuocare à
luctu,& ad ſalutem pœnitētiæ ꝓuocare;& hos eſſe
colles in Hieruſalem;de quibus in poſteriore parte
huius ꝓphetæ legimus;Cõſolamini,cõſolamini po
pulum meū ſacerdotes;loquimini ad cor Hieruſa=
lem.Hæc dixit,quia rei ueritate cõſtrictus aliud qđ
diceret non habebat. a ¶Ecce dñator dñs exer=
cituum cõfringet lagunculā &c.) Putant quidam
hunc locum adhuc dici de Aſſyrio,quod illo cõtri=
to oēs in circuitu nationes,quæ ditioni illius ſubia=
cebant,ſuccidātur & humilientur;& ſaltus denſiſſi=
mus ſubuertatur;per quē μεταφορικῶς populum &
principes intelligi uolunt;Libanū quoq; cū excelſis
ſuis cadere;ut nihil omnino Aſſyriæ reſideat pote=
ſtatis.Alij uero ab hoc loco uolūt principium eſſe
de Chriſto;maxime cū & ea quæ ſequuntur,& nos
de illo,& circuncíſio ſcripta fateatur.Dixerat ſupra
nomē de uirgine pueri naſcituri quod appellaretur
Emmanuel;& poſtea ꝓphetiſſæ cõceptus utero uo
caretur;accelera,ſpolia detrahe, feſtina prædari,&
ipſe eſſet lapis offenſionis & petra ſcandali duabus
domibus Iſraël;Cuius principatus eſſet in humero
eius;& uocaretur ſex nominibus;admirabilis,& cõ
ſiliarius, & deus, & fortis, & pater futuri ſeculi,&
princeps pacis;& quod multiplicaretur eius impe=
rium,& pacis nõ eſſet terminus.Nūc in ꝓlogo ad=
uentus eius priuſq; dicatur quod de Ieſſe & Dauid
ſit genere naſciturus; per translationem fractæ

G lagunculæ paſſio illius demõſtratur;qđ uolēte deo
idcirco caro eius morti tradita ſit;ut Iudæorū ſubli=
mitas deſtruatur;& excelſi quodā in terrā corruāt;
& Libanus cū ſuis cedris ſuccidatur;de quo in Za= Zach.11.a
charia legimus; Aperi libane portas tua, & come=
dat ignis cedros tuas,ul=
ula abies,quia cecidit ce
drus, quoniā magnifici
uaſtati ſunt. Quod aūt à
patre cõtritus & ꝑcuſſus
eſſe dicatur;& illud indi=
cio eſt; Percutiā paſtorē Zach.13.c
& oues diſſipabūtur. Et
aliud teſtimonium; Qm̄ Pſal.68.f
quē tu ꝑcuſſiſti,ipſi ꝑſecu
ti ſunt.Verbū Hebraicū
פֻּאָרָה,quod Aquila κορά-
μφορ interpretatus eſt;
Theodotio Symmachus
q; uerterunt,ληνόν, id eſt,
torcular, quod & ipſum
iuxta inſcriptionē trium
pſalmorū dñicā ſignificat
paſſionem,ipſo dicēte in
Eſaia;Torcular calcaui ſolus, & de gentibus nõ eſt Eſa.63.a
uir mecū,Lxx.aūt ꝓ torculari,nouū ſenſum inferē=
tes;glorioſos interpretati ſunt. Cap. XI.
Et egredietur uirga de radice Ieſſe &c.) Vſq; ad
principiū uiſiõis uel põderis Babylonis quod
H uidit Eſaias filius Amos;omnis hæc prophetia de
Chriſto eſt;quā per partes uolumus explanare;ne
ſimul ꝓpoſita atq; diſſerta,lectoris cõfundat memo
riam.Virgā & florem de radice Ieſſe,ipſum dñm Iu
dæi interpretātur;quod ſcilicet in uirga regnantis
potētia,in flore pulchritudo monſtretur.Nos autē
uirgā de radice Ieſſe,ſanctā Mariā uirginē intelliga
mus;quæ nullū habuit ſibi fruticē cohærētē;de qua
& ſupra legimus;Ecce uirgo cõcipiet & pariet filiū;
Et florē dñm ſaluatorē;qui dicit in Canticocātico=
rum;Ego flos campi & liliū cõuallium. Pro radice, Cant.2.a
quā ſoli Lxx.trāſtulerunt;in Hebraico ſcriptū ha=
betur גֶּזַע, quod Aquila & Symmachus & Theo=
dotio κορμόν, interꝑtati ſunt,id eſt trūcū. Et ꝓ flore
qui Hebraice dicit נֵצֶר ,germē trāſtulerūt;ut oſtē=
derent qđ multo poſt tpe Babylonicæ captiuitatis,
nullo de ſtirpe Dauid antiq regni gloriā poſſidēte;
quaſi de trunco Maria,& de Maria Chriſtus exor=
tus ſit.Illud qđ in euagelio Matthæi oēs quærūt ec Matth.2.c
cleſiaſtici,& nõ inueniūt ubi ſcriptū ſit;Qm̄ Naza=
ræus uocabitur;eruditi Hebræorū de hoc loco aſ=
ſumptū putāt.Sed ſciēdū quod hic נֵצֶר per צ literā
ſcribatur;cuius ꝓprietatē & ſonū inter z & s Lati=
nus ſermo nõ exprimit.Eſt eñi ſtridulus, & ſtrictis
dētibus uix linguæ impreſſiõe ꝓfert;ex qua etiam
Sion urbs ſcribit.Porrò Nazaræi;quos Lxx.ſan=
ctificatos;Symmachus ſeparatos,tranſtulerūt;per י
ſemp ſcribūtur elemētū.Sup hūc igit florē,q de trū
co & radice Ieſſe per Mariā uirginē repente cõſur=
get,requieſcet ſpiritus dñi;quia in ipſo complacuit
omnem



a HEB. Nõ ſecd'm uiſiõnē
oculorū iudicabit; neq;
ſecundū auditū auriū ar=
guet;ſed iudicabit ī iuſti=
cia pauperes & arguet in

SEP. Nõ ſecūdū gloriam
iudicabit; neq; iuxta ſer=
monem arguet; ſed iudi=
cabit humili iudicio & ar=
guet humiles terræ.

æquitate pro māſuetis terræ;& percutiet terram uirga
oris ſui;& ſpū labiorū ſuorū interficiet impiū.Et erit iu=
ſticia cingulū lūborū eius, & fides cinctoriū renū eius.
b Habitabit lupus cū agno;& pardus cum hœdo accu=
babit

A oēm plenitudinē diuinitatis habitare corporaliter;
nequaq̃ ꝑ partes ut in cæteris ſanctis;ſed iuxta euā
gelium eorū qđ Hebræo ſermone cõſcriptū legunt
Nazaræi;Deſcēdet ſuper eū oīs fons ſpūs ſancti;
2.Cor.3.d Dñs aūt ſpiritus eſt;& ubi ſpiritus dñi, ibi libertas.
In eodem Matthæi
uolumine legimus
illud qđ in cõſequē
tibus ſcribitur;Ec=
Matth.12.b ce puer meus quē
elegi;electus meus
in quo complacuit
animæ meæ;ponā
ſpiritū meū ſuper
illū;iudiciū gētibus
ꝓferet; ad ſaluato=
ris referri intelligē
tiam, in quo reqe=
uit ſpūs dñi.i.æter
na habitatiõe permāſit;nõ ut auolaret & rurſum ad
cum deſcēderet;ſed iuxta Ioānis baptiſtæ teſtimo=
niū iugiter permaneret,qui ait;Vidi ſpiritū deſcen
Ioan.1.c dentē quaſi colūbā de cœlo & manētē in eo, & ego
neſciebā illū;ſed qui miſit me baptizare in aqua,ille
mihi dixit;ſuper quē uideris ſpiritū deſcēdentem et
manentem in eo;ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſan
cto.Porrò in euāgelio,cuius ſupra fecimus mētio=
nem,hæc ſcripta reperimus;Factū eſt aūt cum aſcē=
B diſſet dñs de aqua,deſcēdit fons omnis ſpiritus ſan=
cti;& requieuit ſuper eū;& dixit illi;Fili mi in omi=
bus ꝓphetis expectabam te ut uenires & requieſce
rem in te.Tu es enim requies mea;tu es filius meus
primogenitus qui regnas in ſempiternū.Qui ſpiri=
Ioan.1.a tus dñi appellatur & ſpūs ſapientiæ;Omnia eñi per
ipſum facta ſunt;& ſine ipſo factū eſt nihil qđ factū
Pſal.103.c eſt.Et in pſalmis canitur;Q̃ magnificata ſunt ope=
1.Cor.1.d ra tua dñe,omnia in ſapientia feciſti.Et Apl'us ſcri=
Prou.3.c bit;Chriſtus dei uirtus & dei ſapientia.Et in ꝓuer=
bijs legitur;Deus in ſapientia ſua fundauit terrā,&
parauit cœlos in prudētia.Et quomodo idē ſermo
dei uocatur lux & uita & reſurrectio;ſic ſpūs ſapiē=
tiæ & intellectus, cõſilij & fortitudinis & ſciētiæ &
pietatis & timoris dñi nūcupatur;nõ ꝙ diuerſus ſit
iuxta differentias nominū,ſed unus atq; idē cuncta
rum uirtutū fons ſit atq; principiū. Abſq; Chriſto
igitur nec ſapiēs quis eſſe põt nec intelligēs,nec cõ=
ſiliarius,nec fortis,nec eruditus, nec pius, nec ple=
nus timoris dei.Et hoc notādū quod ſpiritus dñi ſa
pientiæ & intellectus,cõſilij & fortitudinis,& ſcien
tiæ & pietatis & timoris dñi;id eſt ſeptenarius nu=
merus,qui ſeptē oculi in uno lapide dicūtur in Za=
Zach.3.d charia;requieſcat ſuper uirgā & florem qui de Ieſſe
ac ꝑ hoc Dauid ſtirpe ſurrexit;Specialiter aūt ſpiri=
tus timoris dñi impleuerit eū ꝓpter eos qui timore
dñi indigent;qa paruuli ſunt,quē foras mittit perfe
cta dilectio.Qui enim timet,pœnā habet & non eſt
Rom.8.c perfectus.Vnde & Apoſtolus loquit ad credētes;
Nõ eñi accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterū in timore;
ſed accepiſtis ſpiritū adoptionis in quo clamamus

C abba pater.Et in Malachia legimus;Si pater ego ſū;
ubi eſt gloria mea?& ſi dñs ego ſum, ubi eſt timor Malach.1.b
meus?de quo timore cantat in pſalmo;Venite filij Pſal.33.
audite me;timorē dñi docebo uos. a ¶Nõ ſecūdū
uiſionē &c.) Hæc nos ad primū aduētū referimus
ſaluatoris.Iudæi in
fine mūdi cõtēdūt
futura.Porrò Lxx
trāſtulerūt (;Nõ ſe
cundū gloriā iudi=
cabit neq; iuxta ſer
monē arguet; ſed
iudicabit hūili iudi
cio & arguet humi
les terræ.) Nullius
eñi perſonā accipit
in iudicio;ſed ſcri=
bis & phariſæis ac
principibus loqui=
tur;Væ uobis hypocritæ;Et auferet à uobis regnū Matth.23.b
dei,& dabit gēti facienti fructus eius.Nec ſecūdū ſer
monē & auditū auriū corripuit.Illis eñi dicentibus;
Magiſter ſcimus quia uerax es,& uiā dei in uerita=
te doces,& nõ ad te ꝑtinet de aliquo;neq; eñi uides
in faciē hominum;ſciēs maliciā corū,rñdebat;Quid
me tētatis hypocritę?& cætera his ſimilia.Iudicabat
aūt in iuſticia pauperes ſpū quorū eſt regnū dei. Et
arguebat in æquitate māſuetos & humiles terræ,di
cēs ad Apl'os;Adhuc & uos inſipiētes eſtis. Et ite=
D rum;Necdū ſcitis neq; intelligitis?Et ad Petrū ſpe=
cialiter;Modicæ fidei quare dubitaſti? Vel certe ꝓ
humilibus atq; māſuetis alios arguebat q eos oppri
mere conabātur.Percuſſit quoq; oīa terrena opera
uirga;ſiue ut Lxx.trāſtulerūt,uerbo oris ſui;loquēs
in euāgelio;Nolite putare qa uenerim mittere pacē
ſuper terrā;nõ eñi ueni mittere pacē, ſed gladiū. Et
ſpū labiorū ſuorū interficiet impiū;de quo in nono
pſalmo legimus;Increpaſti gentes & perijt impius;
nomē eorū deleſti in ſeculum & in ſeculū ſeculi.Et
Paulus apl's ſcribit;Quē dñs Ieſus interficiet ſpiritu 2.Theſ.2.b
oris ſui.Percuſſo aūt impio, accinctus eſt dñs iuſti= Ephes.6.c
cia & ueritate & fide.Ipſe eñi factus eſt nobis à deo 1.Cor.1.d
ſapiētia & iuſticia & ſctificatio & redēptio;qui & in
euāgelio loquit; Ego ſum lux & uita & ueritas. Et
de quo in pſalmis dicit;Veritas de terra orta eſt;& Io.8.b.14.a
iuſticia de cœlo ꝓſpexit.Vnde & Apl'us hortatur Pſal.84.b
Epheſios;State ergo ſuccincti lūbos ueſtros in ueri Ephe.6.c
tate,& induti lorica iuſticiæ. Q̃ ſi ꝓ ueritate fides
legit;Illud dicēdū,qđ cingulū dñi quo cinctus eſt & Hiere.13.a
Hieremias,fides credētiū ſit. b ¶Habitabit lupus
&c.)Hæc quoq; Iudæi & noſtri Iudaizātes iuxta li
terā futura cõtendūt;ut in claritate Chriſti quē pu=
tant in fine mūdi eſſe uēturū,oēs beſtiæ redigantur
in māſuetudinē;& priſtina feritate depoſita, lupus
& agnus paſcātur ſimul;& cætera cū cæteris, quæ
nunc uidemus ſibi eſſe contraria.Quos interroga=
re debemus,ſi omnia præſentis loci ſic accipiuntur
ut ſcripta ſunt;& nihil refertur ad intelligētiā ſpiri=
talem;iuxta illud Apoſtoli qui ait;Benedictus deus
& pater

babit; uitulus & leo & ouis ſimul morabũt: & puer paruulus minabit eos. Vitulus & urſus paſcentur; ſimul requieſcent catuli eorũ: & leo quaſi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere ſuper foramen aſpidis; & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit manum ſuam mittet. Non nocebunt & non occident in uniuerſo monte ſancto meo: quia repleta eſt terra ſcientia domini ſicut aquæ maris operientes.

a HEB. In die illa radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorũ: ipſum gentes deprecabunt, & erit ſepulchrũ eius glorioſũ.

SEP. Et erit in die illa radix Ieſſe & qui cõſurget ut princeps ſit gentium, in ipſo gentes ſperabunt: & erit requies eius honor.

E & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti qui benedixit nos in
2.Cor.1.d omni benedictione ſpiritali in cœleſtibus in Chriſto: ergo & radix & uirga & flos non referantur ad ſenſum: terraq; percuſſa uerbo dei: & interfectus impius ſpiritu labiorũ eius ſic intelligãtur, ut ſcripta ſunt: & docere cogantur quomodo rebus incorporeis iuſticia & ueritate, renes dñi circũdentur. Sed & hoc eos interrogemus, quid dignum ſit domini maieſtate: ut lupus & agnus paſcãtur ſimul, & pardus cum hœdo accubet; ; & leo paleas comedat: & puer paruulus mittat manum ſuã in foramine aſpidũ: Niſi forte iuxta fabulas poëtarũ, aureũ nobis Saturni ſeculum reſtituent: in quo lupi & agni paſcentur ſimul: & mulſo uino plena current flumina: & de folijs arborũ ſtillabũt mella dulciſſima, lacteiſq; fontibus omnia cõplebunt.
F Quod ſi reſponderint ꝑ beatitudine temporum hæc futura: ut abſq; cuiuſcũq; noxa, homines bonis omnibus perfruantur: audiant à nobis nihil eſſe bonum niſi uirtutẽ: & nihil
Pſal.33.c malum niſi uitiũ, dicente pſalmiſta: Quis eſt homo qui uult uitam: & diligit dies uidere bonos? Cõpeſce linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo & fac bonum. Diuitiæ autẽ & ſanitas corporis & rerum omnium abundantia: & his cõtraria, paupertas, infirmitas, & inopia: etiã apud philoſophos ſeculi, nec inter bona reputantur, nec inter mala: ſed appellantur indifferentia. Vnde & Stoici qui noſtro dogmati in pleriſq; concordant: nihil appellant bonum, niſi ſolam honeſtatem atq; uirtutem: nihil malũ, niſi turpitudinẽ. Hęc breuiter diximus ut Iudaizantes noſtros grauiſſimo ſomno ſtertere cõuincamus. Cæterum iuxta uiuificantem ſpiritum facilis intelligentia eſt. Lupus enim Paulus qui primum perſequebatur & lacerabat eccleſiam; de quo dictum eſt: Beniamin lupus
Act.8.d rapax: habitauit cum agno: uel Anania à quo bapti
Gen.49.d zatus eſt: uel Petro Apoſtolo cui dictum eſt: Paſce
Ioan.21.d agnos meos. Et pardus qui prius non mutabat uarietates ſuas, lotus in fonte dñi accubauit cum hœdo: non qui à ſiniſtris eſt: ſed qui immolat in paſcha domini. Et hoc notandum ꝙ non agnus & hœdus habitent & accubẽt cum lupo & pardo: ſed lupus et pardus agni & hœdi imitẽtur innocẽtiã. Leo quoq; prius ferociſſimus, & ouis & uitulus pariter morabũtur. Quod quotidie cernimus in eccleſia: diuites & pauperes, potentes & humiles, reges atq; priuatos pariter commorari; & à pueris paruulis, quos

G Apoſtolos intelligimus & apoſtolicos uiros, imperitos ſermone, ſed nõ ſciẽtia, regi in eccleſia. Qui cũ inter ſe diſciplina dñi fuerint fœderati, ita ut eorũ quoq; familiæ cõiungantur: tunc cõplebitur: Simul requieſcẽt catuli eorũ. Leo quoq; nõ carnes comedet: ſed paleas: quo ſcilicet ueſcatur cibo ſimplici. Et hic obſeruandũ, ꝙ non bos carnes, ſed leo paleas comedat. Paleas puto in ſcripturis ſanctis uerba ſimplicia intelligi. Triticũ autẽ & interiorẽ medullã, ſenſum ꝗ inueniẽ in litera: & frequẽter euenit ut homines ſeculi, myſtica neſciẽtes, ſimplici ſcripturarũ lectione paſcãtur. Infans quoq; qui malitiæ paruulus eſt, mittet manũ ĩ foramine aſpidis, & de obſeſſis hominũ corporibus fugat dæmones. Qui aũt ablactatus eſt, & nequaq; lacte nutritur infantiæ; ſed iã ſolido ueſcitur cibo; iſte in reguli cauernã mittet
H manum; hoc eſt, in ipſius ſatanę habitaculum: & in
Luc.10.c de eum extrahit. Vnde & Apoſtolis poteſtas data eſt, ut calcarent ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem fortitudinem inimici. Nocere autem & occidere nequaq; poterunt uenenata prius animalia eos qui habitauerint in monte ſancto dei: qđ interpretatur eccleſia: de quo in euangelio dicitur:
Matth.5.b Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita. Ac ne hoc putemus dici de monte Sion iuxta Hebræorum errorem: ſequenti uerſiculo euangelicæ prædicationis ſacramenta monſtrantur. Quia repleta eſt terta ſcientia domini: hoc eſt illud quod ſupra dicebatur obſcurius: Habitabit lupus cũ agno, & pardus cum hœdo accubabit: Et iuxta conſuetudinem ſuam prophetalia in fine uerba panduntur. Sicut aqua, inquit, maris operientes. Quomodo aquæ maris operiunt profunda maris: hoc eſt, terram quæ operta eſt fluctibus: ſic ſcientia domini omnis terra complebitur: Quam diuerſorum prius morum coniunctionem, etiam beatus Apoſtolus
Act.10.b Petrus in uaſe linteo, quod de cœlo dimiſſum eſt, ſe uidiſſe teſtatur, habente quatuor principia: quæ quatuor mundi plagas intelligimus: ut repletã terram dei ſcientia cognoſcamus: In quo uaſe erant quadrupedia & ſerpentes, & beſtiæ & uolatilia cœli: ut qđ arca in diluuio, hoc eccleſia præſtet in mundo. a ¶ Et erit in die illa radix Ieſſe & qui &c. in ipſo gentes ſperabunt: & erit requies eius honor.) Pro requie eius, in Hebraico poſitum eſt מְנֻחָתוֹ quod omnes ſimiliter tranſtulerunt. Pro honore quoq; in Hebræo legitur כָּבוֹת, quod ꝑſpicue glo riam



a Et erit in die illa: adijciet dominus ſecundo manum ſuam ad poſſidẽdum reſiduum populi ſui, quod derelinquetur ab Aſſyrijs, & ab Aegypto, & à Phetros, & ab Aethiopia, & ab Elam & à Sennaar; & ab Hemath, & ab inſulis maris. Et leuabit ſignum in nationes: & cõgregabit profugos Iſraël: & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ, & auferetur zelus Ephraim: & hoſtes Iuda peribunt. Ephraim non æmulabitur Iudam: & Iudas non pugnabit contra Ephraim. Et uolabunt in humero Philiſtim per mare: ſimul prædabuntur filios orientis; & Idumæa & Moab præceptum manus eorum; & filij Ammon

A riam ſonat. Et eſt ſenſus: erit mors eius glorioſa ut
Ioan.17.a impleatur illud quod ſaluator in euãgelio deprecatur: pater glorifica me gloria quam habui prius ꝙ mũdus eſſet apud te. Dictum eſt de natiuitate eius: dictum eſt de cæteris in medio ſacramẽtis, uenit ad mortẽ, quæ non cõſueto mortaliũ nomine: ſed ꝗa in Chriſto erat uita perpetua, requies appellat. Nos aũt ut manifeſtum legẽti ſenſum faceremus: ꝑ dormitione & requie, altero uerbo, ſed eodem ſenſu ſepulchrum uertimus. In tẽpore igitur illo quando Chriſti in toto mũdo euãgeliũ coruſcarit, & repleta fuerit omis terra ſciẽtia domini, ſicut aquæ maris terrã operiẽtes: erit radix Ieſſe & qui de eius ſtirpe cõſcẽdet in ſignũ omniũ populorũ: ut uideant populi ſignũ filij hominis ĩ cœlo. Qui habet cornua in manibus ſuis in quibus abſcondit
B fortitudo eius: ut exaltatus omnia trahat ad ſe. Siue ut Lxx. trãſtulerũt: reſurget à mortuis ut princeps ſit omniũ nationũ: & uniuerſæ gẽtes ſperent in eo. Quod etiã Iacob de tribu Iuda myſtico ſermone teſtatur: Non deficiet princeps ex Iuda neq; dux de fœmoribus eius: donec ueniat cui repoſitum eſt: & ipſe erit expectatio gẽtium. a ¶ Et erit in die illa: adijciet dñs ſecũdo manũ &c.) In die illa: hoc eſt, in illo tẽpore de quo & ſupra dictum eſt: cũ ſurrexerit radix Ieſſe in ſignum populorũ, ſiue ut dominetur gẽtium, apponet dñs ſecũdo manũ ſuã: ut nequaq; iuxta noſtros Iudaizantes in fine mũdi cũ intrauerit plenitudo gẽtium: tunc omnis Iſraël ſaluus fiat:
Roma.11.c ſed hęc omnia in primo intelligamus aduẽtu: Neq; enim poſſumus cũ una dies dicatur & nũc & ſupra, illam referre ad primum aduẽtum, & iſtã ad ſecũdũ: ne per hæc quæ ſequũtur & illa quæ præceſſerunt ad eum referenda ſint Chriſtũ: quẽ Iudæi nec dum ueniſſe, ſed uẽturum eſſe cõtendunt. Poſt uocationem igitur gẽtium quæ quõdam in caudam reputatæ ſunt, Iſraël in caudam reputabitur: ut apponat dñs ſecũdo manum ſuã, & poſſideat reſiduũ populi ſui: de quo & ſupra legimus: non omnem Iſraël ſed
Cap.10.e reliquias eſſe ſaluandas: quæ relictæ fuerint ab Aſſyrijs & ab Aegypto; & à diuerſis per circuitũ nationibus. Primũ enĩ duodecim Apoſtoli, & ſeptuaginta & centum uiginti animæ, & quingẽti: quibus pariter congregatis dñs apparuit: deinde tria milia
Act.2.g & quinq; milia Iudæorum in dñm crediderunt. Iacobus quoq; ad Paulum Apoſtolum loquitur: qui & ipe de reliquijs erat: Vides frater quãta milia ſint
Act.21.d Iudæorum credẽtium? hi omnes æmulatores legis
Cap.2.a ſunt. Et in eodem uolumine legimus: Erant autẽ in

C Hieruſalem habitantes Iudæi uiri timorati, de uniuerſis gẽtibus quæ ſub cœlo ſunt; qui omnes mirabantur atq; dicebant: Nónne iſti Galilæi ſunt: & quomodo nos audiuimus unuſqſq; linguã noſtrã in qua nati ſumus? Parthi & Mœdi & Elamitæ & habitãtes in Meſopotamia & Syria, Cappadocia, Ponto & Aſia, Phrygia & Pamphilia, Aegypto & Libya & Cyrenæ, & aduenæ Romani, Iudæi & proſelyti, Cretes & Arabes: audiuimus loquentes eos noſtris linguis magnalia dei. De his igitur uniuerſis gẽtibus per Apoſtolos Iſraël reliquiæ ſaluabuntur. Tradunt eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quod Apoſtoli in toto orbe diſperſi euãgeliũ prædicarint: ita ut quidã Perſas Indoſq; penetrarent: & Aethiopia daret manus ſuas deo: & trans
D flumina Aethiopiæ inde Chriſto munera deferrẽtur. Ac ne ſolũ oriẽtales populos ſignificare uideatur: iungit & reliqua: Et ab inſulis maris. Inſulas aũt maris occidentalem plagam ſignificat quæ oceani ambitu clauditur. Leuabit igitur ſignum crucis in uniuerſas natiões: & de ſynagogis Iudæorũ primũ Iſraël populum congregabit: ut Apoſtoli præceptũ ſaluatoris implerent, qui dixerat: Ite ad oues perdi- Matth.10.a
tas domus Iſraël. Deniq; & Paulus ad incredulos loquitur ex Iudæis: Vobis oportebat primũ loqui Act.13.g
uerbum dei: ſed quoniã repuliſtis illud & indignos uos iudicaſtis æternæ uitæ: ecce cõuertimur ad gẽtes, ſicut præcepit nobis dñs. Quatuor autẽ plagas, orientem & occidẽtem, meridiem & ſeptẽtrionem ſignificat: ut per hæc mundi uocatio demõſtretur. Eo tempore, inquit Eſaias, nequaq; Ephraim & Iudas, qui nunc me ꝓphetante inter ſe hoſtili odio diſſident, inimici erunt: ſed iuxta Ezechielis ꝓphetiã: Ezech.7.c
duæ uirgæ in unam uirgã copulabũtur: & iungent in Chriſti eccleſiã qui prius fuerãt ſeparati: ita ut in gentibus cõmuni labore deſudent: & uolent in humero Philiſtim per mare: hoc eſt primũ maritimis prædicẽt Palæſtinis: & per mare uolucri curſu pergant ad cæteras nationes: Siue iuxta Lxx. interpretes, πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων, θάλασσαν ἅμα προνομεύσουσιν, id eſt, uolabunt in nauibus alienigenarũ, mare ſimul prædabũtur: quod de unius Pauli apoſtoli exemplo intelligamus; qui per Pamphiliam Act.41.d
& Aſiam & Macedoniam & Achaiam: & diuerſas Rom.15.c
inſulas atq; ꝓuincias: ad Italiã quoq; & ut ipſe ſcribit, ad Hiſpanias: alienigenarum portatus eſt nauibus. Igitur Ephraim & Iudas, id eſt, ꝗ de duodecim tribubus in Chriſtum crediderũt ex Iudæis, ſimul prædabũtur orientẽ: & in Idumæa & Moab extendent

E dent manus ſuas: Iuxta illud quod ſub perſona Da-
Pſal.59.b uid Chriſtus myſtice loquitur: In Idumæam extendam calciamentū meū: mihi alienigenæ ſeruiēt. Hæ enim gētes eo tēpore quo Eſaias ꝓphetabat, aduerſariæ erant populo Iudæorū: & idcirco nūc dicit ꝙ poſtꝙ ſurrexerit radix Ieſſe ut regnet in gentibus: & uexillū crucis ob ſalutē totius orbis fuerit eleuatū: tūc etiā Idumæa & Moab & filij Ammō: omnis ſcilicet Arabiæ latitudo dēt Apoſtolis manus: & ī locis idololatriæ Chriſti eccleſiæ ſuſcitentur. a ¶ Et deſolabit dominus linguā maris Aegypti &c.) Quomodo Idumæa & Moab & filij Ammon tradent manus ſuas Apoſtolis ut obediant euāgelicæ prædicationi: ſic ipſe dn̄s qui in Apoſtolis ſuis illa perfecit, deſolabit nō mare iuxta Lxx. ſed iuxta Hebræos linguā maris Aegypti quæ prius cōtra dn̄m blaſphemabat & ſuperſtitiōi
Pſal.103.c Aegyptiæ præerat. Vnde & in pſalmis legimus: Hoc mare magnum & ſpacioſum: ibi reptilia quo-
F rum non eſt numerus. Quibus infertur: Draco iſte quem plaſmaſti ut illuderet ei. Deſolabit igitur ſiue interficiet: hoc eſt ἀναθεματίσει, & ut Theodotio, Aquila & Symmachus tranſtulerunt, linguā maris Aegypti: & leuabit manū ſuā ſuper flumina Aegypti in fortitudine ſpiritus ſui: uel ſpiritu uiolentiſſimo, quod regnū intelligimus Romanorū. Regnāte em̄ Cæſare Auguſto, quādo flos de radice Ieſſe cōſcendit: & in orbe Romano prima facta eſt deſcriptio: potentiſſimū prius regnū Aegyptiorū, quod multis durauit ætatibus: Cleopatræ morte deſtructum eſt: & percuſſus eſt amnis Aegyptius in ſeptē riuis ſiue in ſeptē uallibus. Nilus em̄ aquarū multarū qui prius uno fluebat alueo & intranſibilis erat: in ſeptem ualles humillimas & riuos diuiſus eſt atꝗ cōciſus ut calciatis pedibus tranſiretur. Hoc autem
Tropol. Tropologice ſignificat, quod gentem Aegyptiorū intantū idololatriæ & uaniſſimæ ſuperſtitiōi deditam: ut accipitres, noctuas, canes & hircos & aſinos diuino nomine cōſecrarent, de infinita regni potentia per ſingulos Romani imperij iudices diſtribuerit: ut aliū iudicē habeat Thebe, aliū Libya, aliū Pentapolis, aliū Aegyptus, alium Alexādria: & diuerſę regiones quas νόμους Aegyptij uocant. Propterea autē ſub metaphora Nilus diuiſus in partes eſt, & ſciſſus in riuos ut poſſit abſꝗ ullo impedimēto euāgelicus ſermo diſcurrere: & ad pplos Aegypti ultimos peruenire. Et quomodo tēporibus Moyſi rubrū ſiccatū eſt mare ut populus de Aegypto fugeret: Sic ecōtrario Aegypti flumina ſiccabūtur ut re-

a Ammon obedientes erunt. Et dēſolabit dn̄s linguā maris Aegypti; & leuabit manū ſuā ſuper flumē in fortitudine ſpūs ſui: & percutiet eū in riuis ſeptē: ita ut tranſeāt per eū calciati. Et erit uia reſiduo populo meo ꝗ relinquet ab Aſſyrijs ſicut fuit Iſraël in die qua aſcendit de terra Aegypti. Cap. XII.

b ET dicēs in die illa; Confitebor tibi dn̄e quoniā iratus es mihi, cōuerſus eſt furor tuus & conſolatus es me. Ecce deus ſaluator meus, fiducialiter agam & non timebo: quia fortitudo mea & laus mea dn̄s deus, & fa-
c ctus eſt mihi in ſalutem. Hauriētis aquas in
d gaudio de fontibus ſaluatoris. Et dicētis in illa

liquiæ populi dei quæ ab Aſſyrijs & diuerſis gētibus ſaluabūtur, trāſeāt in Aegyptū: nequaꝗ fugientes eā ſed capiētes & ſuo calcātes pede. Prudens & Chriſtianus lector hāc habeat repromiſſionum ꝓphetaliū regulā; ut quæ Iudæi & noſtri, imò nō noſtri Iudaizātes, carnaliter futura cōtendūt: nos ſpiritualiter iam trāſacta doceamus; ne ꝑ occaſionē iſtiuſmodi fabularū & inextricabiliū iuxta Apoſtolū quæſtionū, Iudaizare cogamur. Cap. XII.

ET dices ī die illa: Cōfitebor tibi dn̄e quoniā &c.) Qui prius in ſolitudīe dixeratis, qn̄ aſcēdiſtis de terra Aegypti, & mare ſiccatū eſt rubrū:
Exod.15.a Cantemus dn̄o, glorioſe em̄ magificatus eſt: & reliqua; Nūc ꝑcuſſa lingua maris Aegypti: & flumine illius arefacto atꝗ cōciſo & humiliato: glorificate dn̄m & dicite; Cōfitebor tibi dn̄e, quoniā ꝗ irā merui & furorē tuū, miſericordiā cōſecutus ſum: tu es em̄ ſaluator meus, id eſt, Ieſus: & nequaꝗ fiduciā habebo in idolis: nec timebo quæ nō ſunt timenda:
H ſed tu es fortitudo mea & laus mea, qui factus es mihi in ſalutem. Audiat ſceleratiſſima hæreſis, factum dn̄m his qui ſaluātur, & quorum prius dn̄s nō erat: ut creationē in ſcripturis ſanctis atꝗ facturam, non ſemper cōditionē eorū quæ nō erant: ſed interdum gratiā in eos qui meruerint ſibi deū fieri intelligamus. c ¶ Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris.) Quem ſupra Emmanuel, deinde, ſpolia detrahe, feſtina prædari: & reliquis appellarat nominibus: ne uideretur alter eſſe præter eū quē Gabriel
Matth.1.d uirgini nūciauit, dicēs: Et uocabis nomen eius Ieſū: ipſe em̄ ſaluū faciet populū ſuū. Nunc uocat ſaluatorem, & de eius fontibus aquas prædicat hauriendas: nequaꝗ de aquis fluminis Aegypti, quæ percuſſæ ſunt: neꝗ de aquis fluminis Raſin: ſed de fontibus Ieſu: hoc em̄ Hebræorū lingua ſaluator exprimitur. Vnde & ipſe clamabat in euāgelio: Qui ſitit, ueniat ad me & bibat. Qui crediderit in me, ſicut di-
Ioan.7.f cit ſcriprura: Flumina de uentre eius fluēt aquæ uiuæ. Hoc aūt, inquit euāgeliſta, dicebat de ſpirituſancto quē credētes in eum accepturi erāt. Et in alio lo-
Ibid.4.b co ipſe loquitur euāgelij; Qui biberit de aqua quā ego dedero ei, nō ſitiet in æternum: ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Fontes ſaluatoris, doctrinā intelligamus euāgelicam: de qua in ſexageſimoſeptimo Pſalmo legimus: In eccleſijs benedicite deo domino de fontibus Iſraël. d ¶ Et dicetis in illa die: confitemini dn̄o & inuocate &c.) Hæc præcipiuntur ab Apoſtolis & reliquijs Iſraël, his qui de gentibus crediderunt



A runt: ut ſoli cōfiteantur dn̄o, & idolis derelictis inuocent nomen eius: & cuncta opera eius prædicēt infidelibus: ut ſciant: quoniam ſolus excelſus eſt: cui cantandum ſit quod magnifice fecerit & in omni orbe illius miſericordia prædicetur. a ¶ Exulta & lauda habitatio Sion.) Primum dicēdum iuxta literam: O habitatio Siō, exulta & lauda deū tuū: quod qui tuus ante uidebatur deus, & modicis Iudeę terræ claudebatur anguſtijs: nunc repleuerit omnem terram ſciētia ſua: & de morte conſurgens, regnet in gētibus: & ipſum nationes deprecētur atꝗ adorēt: ita duntaxat, ut adijciat ſecundo manū ſuā ad poſſidēdum

illa die, confitemini domino & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuētiones eius: mementote, quoniam excelſum eſt nomen eius. Cantate domino quoniam magnifice fecit: annunciate hoc in uniuerſa ter-
a ra. Exūlta & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui ſanctus Iſraël.

C quod reliquū eſt populi ſui: & cōgregandos profugos Iſraël: & diſperſos Iuda colligendos à quatuor plagis terræ: quia ſeminariū euangelij per Apoſtolos qui ex Iudæis erant proceſſit à fontibus Iſraël. Melius autem eſt, ut Sion, id eſt, ſpeculam in ſublimibus collocatam, interpretemur eccleſiam: De qua & quinquageſimus pſalmus canit; Benigne fac domine in bona uolūtate tua Sion & ædificentur muri Hieruſalem: ut acceptabile fiat in ea deo ſacrificium iuſticiæ oblationes & holocauſta: & uitulus, quem filio pœnitenti pater clementiſſimus immolauit.

Cōmentarij quarti in Eſaiam prophetā finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM commentariorum Eſaiæ ad Euſtochium uirginem procemium.

PLures anni ſunt quod à ſanctæ memoriæ uiro Amabili epiſcopo rogatus, ut in decem Eſaiæ ſcriberem uiſiones. Pro anguſtia illius temporis quid mihi uideretur in ſingulis breui ſermone perſtrinxi: hiſtoriā tantū quod petebat ediſſerēs: Nunc ad te φιλοπονωτάτη Euſtochium cogor in totum prophetam commentarios ſcribere: & interim orationibus tuis ad Babylonem uſꝗ peruenimus, quæ prima decem uiſionum eſt: de quibus ante iam dixi. Super-
B fluum autem mihi uiſum eſt: aut eadem rurſus iterare: aut in uno opere diuerſas ſententias pro- D
mere. Vnde quintus in Eſaia hic liber eſt: qui quōdam ſolus æditus eſt: quo ad calcem uſꝗ perlecto, ſexti uoluminis iuxta tropologiam arripiemus exordium, & eadem te dominum deprecante, ſpiritalis intelligentiæ culmina perſequemur.

## EIVSDEM AD AMABILEM EPISCOPVM IN EXPLAnationem decem uiſionum Eſaiæ prologus.

HVcuſꝗ papa Amabilis columē charitatis & nomen: ac mihi oīm quos terra genuit amātiſſime: ꝑ literas flagitabas, ut tibi decē uiſiōes quæ in Eſaia obſcuriſſimæ ſunt, hiſtorica expoſitiōe diſſererē, & omiſſis noſtrorū cōmētarijs: qui uarias opiniōes ſecuti, multa uolumina cōdiderūt, Hebraicā panderē ueritatē: meꝗ retractantē, & moleſtiſſimū explanationis genus in tēpus aliud differentem, ſæpiſſime cōmonebas. Hoc aūt anno miſiſti filiū noſtrū Heracliū diaconū: qui me manu conſerta in ius uocaret, & ꝓmiſſum per momēta exigeret. Quid igitur faciā? ſubeā ne opus in quo uiri eruditiſſimi ſudauerūt: Origenem loquor & Euſebiū Pāphili: quorꝝ alter liberis allegoriæ ſpacijs euagat̄: & interpretatis nominibus ſingulorū, ingeniū ſuū facit eccleſiæ ſacramēta: alter hiſtoricā expoſitionē titulo repromittēs, interdū obliuiſcitur ꝓpoſiti: & Originis ſata cōcidit: an taceā & aperte huius generis expoſitionē neſcire me dicā? & quādo tibi potero perſuadere me nō potuiſſe magis ꝙ noluiſſe: quorū alterū imbecillitatis eſt, alterū ſuperbiæ. Quibus adactus cauſis, malui à te ingeniū meū ꝙ uoluntatem quæri: breuiterꝗ adnotabo quæ didici, fundamēta iaciēs ſcripturarū. Cæterū ſi aūt tu uolueris, aut ſpaciū fuerit, & uoluntati noſtræ Chriſtus annuerit, ſpirituale ſupra ſtruendū eſt ædificiū: ut impoſito culmine, perfecta eccleſiæ ornamēta mōſtremus. Propoſuiſti de Eſaia uiſionē Babylonis, & Philiſtim, Moab, & Damaſci, Aegyptiꝗ & deſerti maris, & Idumææ, & Arabiæ, & uallis uiſionis, & Tyri: quas ſi latius nitar exponere, multis libris opus erit: & exactoris mei nauigatio in annū alterū differet. Itaꝗ ut uis ſingulis teſtimonijs breues ſentētiolas coaptabo: ut nō tā exponā quid ſentiā ꝙ paucis uerbis tibi ſentiēda dimittā. Dictamus hæc, nō ſcribimus: currēte notariorū manu currit oratio. Nolumus em̄ noſtra laudari: ſed ꝓphetæ dicta ītelligi: nec iactamus eloquentiā, ſed ſciētiam quærimus ſcripturarum. Incipiamus ergo à Babylone.

E COMMENTARIORVM HIERONYMI in Eſaiam prophetam liber quintus.

a ONus Babylonis quod uidit
b Eſaias filius Amos. In mōn-
tē caliginoſum eleuate ſignū:
exaltate uocē, leuate manū.
c Et ingrēdiātur portas duces:
ego mādaui ſanctificatis meis:& uocaui for-
tes meos in ira mea,exultātes in gloria mea.
d Vox mūltitudinis in mōtibus,quaſi popu-
lorū frequentiū:uox ſonitus regū gentiū cō-
gregatarū. Dn̄s exercituū præcepit militiæ
belli:uenīētibus de terra procul à ſummitate
cœli:dn̄s & uaſa furoris eius ut diſpdat oēm
e terrā. Vlulatē quia ppe eſt dies dn̄i:quaſi ua
f ſtitas à dn̄o ueniet. Prōpter hoc oēs manus
diſſoluētur:& omne cor hominis tabeſcet &
contereť:torſiones & dolores tenebūt:quaſi
parturiēs dolebunt:unuſquiſq; ad proximū
ſuū ſtupebit: facies combuſtæ uultus eorū.
g Eccē dies dn̄i uenit crudelis & indignationis
plenus, & iræ furoriſq; ad ponēdam terrā
in ſolitudinem:& peccatores eius cōterēdos
h de ea. Quōniā ſtellæ cœli & ſplendor earum
nō expādēt lumen ſuū:obtenebratus eſt ſol
in ortu ſuo:& luna nō ſplendebit in lumine
i ſuo. Et uiſitabō ſuper orbis mala & contra
impios iniquitatē eorum:& quieſcere faciam
ſuperbiā

ONus Babylonis qd' uidit Eſaias filius Amos.) Verbū Hebraicū מַשָּׂא uel onus uel pondus intelligi pōt. Et ubicunq; præpoſitū fuerit, minarū plena ſūt quæ dicūtur. Vn̄ miror Lxx. trāſlatores in re triſti uoluiſſe ponere uiſionē, ſed de hoc aliàs. Nūc qd' cœpimus exequamur: Babylon fuit metropolis Chaldæorū: cuius rex Nabuchodonoſor cunctis uſq; ad Aethiopiā gētibus ſuperatis, inter cæteras uaſtauit & Iudæā diuq; obſeſſam Hieruſalē undecimo anno cepit regni Sedechiæ: Quē & ipſum captū duxit in Antiochiā quę tūc uocabať reblata: ibiq; corā patre filijs interfectis, oculos Sedechiæ iuſſit auferri: excæcatūq;
F miſit i caueā: & in ritū ferarū traxit in Babylonē: cūpleto uaticinio Hieremiæ qd' canebat: Intrabis in Babylonē & nō uidebis eā. Ad cōſolationē ergo populi Iudæorū Babylonis ruina prædiciť: quod quomodo Niniue metropolis Aſſyriorum: quorum reges Phul & Theglathphalaſar & Salmanaſar & Sennacherib decē tribus ceperāt, Chaldæo uaſtāte, ſubuerſa eſt: ita etiā hæc quę cōtra deū ſupbierit Mœdorū atq; Perſarū impetu ſubuertať. b ¶In mōtē calig. &c.) Mōtē caliginoſum ſiue tenebroſum, qd' Hebraice dicitur נִשְׁפֶּה Babylonē ppter ſuperbiā intellige. Iſti ſunt mōtes tenebroſi, triſticiā & caliginē præferentes: de qbus Hieremias ait: Date gloriā dn̄o deo ueſtro: anteq; offendāt pedes ueſtri ad mōtes tenebroſos: Pręcipiturq; uel angelis uel qbuſlibet miniſtris: ut iubēte deo & exaltata nūcioꝝ manu uētura Babyloni captiuitas prædiceť. c ¶Et ingrediātur portas d. &c.) Principes & gigātes iuxta Lxx. trāſlatores: Euſebius uirtutes angelicas interpretať & peſſimos dæmones: q ad euerſionē Babylonis miſſi ſunt. Nos aūt hiſtoriæ ordinē pſequentes, Mœdos eſſe dicimus. De qbus in cōſequētibus apertius ſcriptura teſtať, dicēs: Ecce ego ſuſcitabo ſup eos Mœdos qui argētū nō quærāt, nec aurū uelint. Nec mirum ſi Mœdos ad ſubuerſionē Babylonis ſanctificatos uocet, cū per Hieremiā ipm Nabuchodono-

G ſor, qa eius imperio ſeruiebat, deſtruēs præuaricatricē Hieruſalē ſeruū ſuū & colūbā dixerit. Porrò qd' ait: Fortes meos & exultātes in gloria mea: oſtēdit eos nō ſuis uiribus, ſed dei ira tā ſublimis regni potentiam ſubuertiſſe. d ¶Vox multitud. &c.) Mœdoꝝ atq; Perſarum deſcribiť impetus: quod multis ſecū auxilijs cōgregatis, dn̄o eorū exercitū pcedente ad uaſtitatē ueniāt Babylonis ut diſperdāt oēm terrā: nō qd' totū orbē uaſtauerint, ſed omnē terrā Babylonis et Chaldęorum. Idioma eſt enim ſanctę ſcripturæ ut omnē terrā illius ſignificet prouinciæ de qua ſermo eſt: quod quidam nō intelligētes, ad oīm terrarum ſubuerſionē trahūt. e ¶Vlulate &c.) Apoſtropha fit ad ppl'm chaldæoꝝ: ut uētura mala flētibus reſonēt: nec de ruina ambigant ciuitatis, cū dn̄s uaſtator adueniat.
H f ¶Propter hoc oēs &c.) Hoc expoſitiōe nō indiget: ſed breuiter indicať qd' tantū malorū pōdus incūbat: ut pugnatoꝝ Babylonis ſoluātur manus, & cor pauore lāgueſcat: & in morē parturiētium fœminarū dolor torqat uiſcera: & unuſqſq; alterius qrat auxiliū, luridā faciē pallore circūferens: naturale eſt em̄ ut imminētibus malis alios ſapere plus putemus. g ¶Ecce dies dn̄i &c.) Crudelē diē uocat non merito ſui ſed ppl'i. Non eſt em̄ crudelis q crudeles iugulat: ſed qd' crudelis patiētibus eſſe uideať. Nā & latro ſuſpēſus patibulo, crudelē iudicē putat. Simulq; ſolitudo & uaſtitas terræ Babyloniæ nūciať: & cauſa uaſtitatis exponitur quod ppter accollas eius hæc oīa fiant. h ¶Qm̄ ſtellæ &c.) Verbū Hebraicū כְּסִילֵי Lxx. ὠρίωνα trāſtulerunt. Hebræus quo ego præceptore uſus ſum: Arcturū interptatus eſt. Nos generaliter ſequētes Symmachū ſtellas diximus. Eſt aūt ſenſus: qd' cū dies dn̄i crudelis aduenerit: & furor eius uniuerſa uaſtarit, præ timoris magnitudīe mortalibus cūcta tenebreſcāt: & ſol ipſe & luna aſtraq; rutilātia ſuū uideātur negare fulgorē. Vnde & cœlū ſacco induitur, qd' ſcilicet tenebræ cūcta operiāt: & pmētibus malis nihil aliud ſentiāt hoīes niſi qd' mēs uidere cōpellit. i ¶Et uiſitabo ſup &c.) Ex hoc loco & ex ſuperiore ubi ſcriptū eſt, qd' obtenebreſcat ſol in ortu ſuo: & luna caligine cōpleať: & ſtellæ fulgorē retrahāt



ſuperbiā infideliū, & arrogātiā fortiū humi-
a liabo. Prēcioſior erit uir auro & homo mun
b do Obrizo. Sūper hoc cœlū turbabo, & mo
uebiť terra de loco ſuo: ppter indignationē
dn̄i exercituū & ppter diē iræ furoris eius.
c Et erit qūaſi damula fugiēs & quaſi ouis: &
d non erit q cōgreget. Vnuſqūiſq; ad populū
ſuū cōuertetur: & ſinguli ad terrā ſuā fugiēt.
e Oīs qūi inuētus fuerit, occideť: & oīs qui ſu-
f puenerit, cadet in gladio. Infantēs eoꝝ allidē
tur ī oculis eoꝝ: diripiēť domus eorū & uxo
g res eorū uiolabuntur. Eccē ego ſuſcitabo ſup
eos Mœdos q argētū nō quærāt, neq; aurū
h uelint. Sēd ſagittis paruulos interficiēť: & la-
ctētibus uteri nō miſerebūtur: & ſuper filios
i non parcet oculus eorū. Et ērit Babylon illa
glorioſa in regnis: inclyta in ſuperbia Chal-
dæorum: ſicut ſubuertit dn̄s Sodomā & Go
morrā: nō habitabitur uſq; in finē, & nō fun
dabitur uſq; in generatione & generationē.
k Nec pōnet ibi tentoria Arabs: nec paſtores
requieſcent ibi: ſed erunt ibi beſtiæ & reple-
buntur domus eorū draconibus: & habita-
bunt ibi ſtruthiones: & piloſi ſaltabunt ibi.
Et re

A retrahāt & totius orbis iniqtas uiſiteť: Quidā putāt nō de Babylonis ruina: ſed de mūdi cōſummatione pdici: cū utiq; ſcd'm ſupiora & orbis q Hebraice diciť תֵּבֵל & Græce οἰκουμένη, Babylon intelligēda ſit, οἰκουμένη, em̄ lingua noſtra habitatā ſonat & habitata ppter ingentē ppl'i multitudinē Babylō diciť: ut ubi prius fuerat innumerabilis turba ppl'orū, ibi ſit uaſtitas & habitatio beſtiarum. a ¶Precioſior erit &c.) Cauſa manifeſta quare deus uiſitet οἰκουμένην, i. Babylonis mala: ut habitatore deſerta redigatur in ſolitudinē. Precioſum aūt diciť oīne qd' rarū eſt: quō & ſupra iuxta hiſtoriā, p hominū raritate apprehēdere legimus ſeptē mulieres unū uirū, dicētes: Panē noſtrū comedemus & ueſtimētis nr̄is operiemur, tātūmodo inuoceť nomē tuū
1. Reg. 3. d ſup nos aufer opprobriū noſtrū. Et ī Samuelis uolumine contineť: Sermo dn̄i erat pcioſus ī diebus
B illis, i. rarus. Nota qd' in Hebraico p generali auro פָּז pro obrizo אוֹפִיר ſcriptū eſt. b ¶Sup hoc cœlū &c.) Vel eo ſenſu accipe quo ſupra de ſtellis & ſole & luna & orbe expoſuimus: uel hypbolicos, qd' ab indignatiōe dei & cœlū triſte ſit, & terra moueať, elemēta quoq; oīa irā creatoris agnoſcāt. c ¶Et erit quaſi d. &c.) Babyloniū ſignificat & Chaldæorū populū, qd' ita pauidus ad irruptionē Mœdoꝝ Perſarūq; fugiat, quaſi damula & ouis rugitū leonis & ululatū lupi: nec habeat defenſorē aut principē cuius ſequať imperiū. d ¶Vnuſqſq; ad &c.) Poſtq; capta fuerit Babylō, & p portas eius intrarit hoſtilis exercitus, cūcta auxilia & diuerſarū gētiū turmæ qbus prius ciuitas defenſabāť ad ſuas puīcias reuerteneť. e ¶Oīs q inuētus &c.) Qui nō fugerit, mucrone perieť: qui uero aut reſiſtere uoluerit aut reuerti, in tātū captæ urbi nō proderit: ut ipſe quoq; ſanguinem fundat. f ¶Infantes eorū allidētur &c.) Hoc eſt qd' Dauid
Pſal. 136. b in ſpiritu pphetat: Filia Babylonis miſera, beatus q tribuet tibi retributionē tuā quā retribuiſti nobis. Beatus q tenebit & allidet paruulos tuos ad petrā. Tāta erit urbis uaſtitas & uictoꝝ ſæuitia ut nec innoxiæ parcať ætati, ut cūctę domorū diripiāť opes: & in cōſpectu maritali uxorum uioletur pudicitia. g ¶Ecce ego ſuſcitabo ſup eos Mœdos &c.) Aptū eſt quod latebat: q nequaq; fortes & gigātes angeli

C intelligēdi ſunt & dæmones, ſed Mœdorum gens: quorū prīceps Darius primus Babylonioꝝ deſtruxit imperiū, occiſo Baltaſar nepote Nabuchodonoſor q Euilmarodach filius fuit: Tātā aūt ſcribit Mœdorū Perſarumq; ſæuitiā ut ardore ſanguinis effundēdi, aurū argētūq; cōtēnāt: & oblatas opes p luto reputēt. h ¶Sed ſagittis paruulos &c.) Interficiētur paruuli, quoꝝ uulnera erunt nō minora q corpora: & prægnātium uteri ſecabūť, elidēturq; īfantes & ad ubera pſſos filios crudelis uictor occidet. i ¶Et erit Babylon il. &c.) Audiuimus Mœdos: audiuimus Babylonē, audiuimus inclytā in ſupbia Chaldæorū: noluimus ītelligere qd' fuit: & quærimus audire q non fuit. Et hæc dicimus non qd' Tropologicā intelligētiā cōdēnemus: ſed qd' ſpūalis interptatio ſequi debeat ordinē hiſtoriæ: quod pleriq; ignorantes lymphatico in ſcripturis
D uagātur errore. Vſq; in pſentē ergo diē, pphetia Babylōis expleť: & ſicut ſubuertit deus Sodomā & Gomorram: ſic & iſta ſubuerſa nō habitabiť in æternū. Pro illa em̄ Seleuciā & Cteſiphontē urbes Perſarū inclytas fecerūt. k ¶Nec ponet ibi &c.) Intm̄ Babylon uaſtata erit atq; deſerta: ut ne ad paſcua qdē armētoꝝ & pecoꝝ utilis ſit. Nō em̄ tēdet ibi Arabs Sarracenuſq; tētoria, nec paſtores poſt ueſtigia gregū feſſi labore qeſcent: ſed inter parietinas & anguſtias ueterū ruinarū habitabūt צִיִּים: qd' ſoli Lxx. θηρία, i. beſtias trāſtulerūt. Alij ipſo nomine qd' apud Hebræos ſcriptū eſt: uolētes genera dæmonū intelligi uel phātaſmata. Et replebūtur, inqt, domus, ut nos diximus draconibus: ut Aqla trāſtulit typhonibus: ut Symmachus אֹחִים, ipm uerbū Hebraicū exprimens: Lxx. uero & Theodotio ἤχους, i. clamores uel ſonitus interptati ſunt. Quodq; ſequiť: Piloſi ſaltabūt ibi: uel incubōes uel ſatyros, ſylueſtres quoſdā hoīes, quos nōnulli Faunos * ficarios uocāt: aut dæmonū genera intelligunt. Pro ululis quoq; oēs ipm uerbū Hebraicū אִיִּים: ſoli Lxx, onocētauros trāſtulerūt. Syrenæ aūt תַּנִּים uocātur, quas nos aut dæmones aut mōſtra qdā, uel certe dracōes magnos interptati ſumus: q criſtati ſunt & uolātes. Per q oīa uaſtitatis & ſolitudinis ſigna mōſtrātur: qd' tāta ſit depopulatio urbis quōdā potētiſſimæ: ut præ multitudīe dæmo

*Videtur hæc uox eſſe ſuppoſiticia.*

E num ac beſtiarũ nullus ĩ eã audeat paſtorꝝ.i.deſerti
appetitor ĩtrare. Didicimus à quodã fratre Elamita
q de illis finibus egrediẽs, nũc Hieroſolymis uitam
exigit monachorũ, uenatiões regias eſſe ĩ Babylõe:
& oĩs generis beſtias murorũ eius tm̃ ambitu coër-
ceri. Cap. XIIII.
PRope eſt ut ueniat
tẽp.&c.) Inſtare dicit
tẽpus quo ab hoſtibus ca
piẽda ſit. Poſt captiuitatẽ
ꝗppe Hieruſalẽ nõ mul-
tũ tp̃s in medio & à Mœ
dis Perſiſq; uaſtata eſt.
b ¶Miſerebit̃ em̃ d.&c.)
Soph.3.c De hoc Sophonias ple-
nius loqt̃: lauda filia Siõ,
iubila Iſraël lætare & ex-
ulta ĩ om̃i corde filia Hie
ruſalẽ: qa abſtulit dñs iu-
diciũ tuũ; auertit inimi-
cos tuos. Significat autẽ
tp̃s quo Cyrus rex Perſa
rũ captiuũ populũ Hieru
ſalẽ redire permiſit. Lege
1.Eſd.1.b Eſdræ librũ, Aggeum &
Aggei.1.b Zachariã: qñ ſub Zoro-
Zach.1.d babel & Ieſu ſacerdote
magno & Eſdra & Nee-
F mia altare, tẽplũ muriq;
urbis extructi ſunt.
c ¶Adiũget̃ adue.&c.)
Multos de diuerſis gẽti-
bus cũ pp̃lo Iudęorꝝ Hie
roſolymã ueniſſe cõijci-
mus, credentes deo Iſraël
& errorũ idola relinquẽ-
tes. Qđ autẽ reducti ſint
ad literas regis & accepe
rint munera & ĩpẽſas tẽ-
pli: nulla dubitatio eſt. In
hoc ſolũ artari uidet̃ ĩtel-
ligentia: quõ poſſederit
Iſraël ĩ terra dñi uictores
quõdã ſuos, & ſubiecerit
exactores ſeruoſq; eos
habuerint & ancillas: niſi
forte Synecdochicos to-
tũ intelligamus ex parte:
qđ tãtæ poſtea felicitatis
fuerit: ut de diuerſis quo
q; p circuitũ gẽtibus ſibi
ſeruorũ & ancillarũ familias cõpararint. Põt & in
Heſt.9.a Aſueri tẽporibus intelligi, qñ occiſo Holoferne ho
Iudith 13.b ſtilis ab Iſraël eſt cæſus exercitus. Qđ hæreo literæ
& in morẽ ſerpẽtis terrã comedo: tuæ eſt uolũtatis:
qui hiſtoricã tantũ interpretationẽ audire uoluiſti.
d ¶Et erit ĩ die illa &c.) Sermo dirigit̃ ad Iſraëlẽ, qđ
poſtq; reuerſus fuerit Hierl'm & iugũ ſeruitutis ex-
cuſſerit recordet̃ potẽtię quõdã Nabuchodonoſor
& culminis Babylonij: miſerabiliq; eũ uoce deplo-

G ret, qa ad tãtã uenerit calamitatẽ: ut hoſtibus quoq;
ſuis dignus miſeratiõe uideat̃. e ¶Quõ ceſſa.&c.)
Vox iſta plangẽtis & miſerãtis eſt Iſraëlis; quõ dñs
quõdã uictorq; terrarũ & tributis cũcta depopulãs:
cõtritus ſit & redactus in nihili. Ille inquã q fuit ba-
culus impiorũ, q ſceptrũ
& uirga regalis oẽs furi-
bũde ꝑcutiẽs: cuius pla-
ga nõ poterat ſuſtineri: q
fugiẽtesquoq; crudeliter
perſeq̃bat̃: quõ cõgeuit
& humiliatus ẽ: & ad rui
nã eius oĩs terra cõſiluit:
uocẽ tm̃ læticiæ geſtiẽtis
emittens: f ¶Abietes
quoq; læt.&c.) Per abie-
tes & cedros Libani pri-
cipes gẽtiũ ĩtellige: q Na
buchodonoſor ꝑcutiẽte
ſucciſi ſunt: qui & ipſi in
uocẽ læticiæ ꝓrũpentes
dicũt: ex quo ad inferna
deductus es, nullus alius
potuit ĩueniri q magnos
potenteſq; ſuccideret.
g ¶Infernus ſubter &c.)
Hæc emphaticos legẽda
ſunt & ſcenæ modo, non
H quo facta ſint ſed qđ fie-
ri potuerĩt: niſi forte aĩas
regũ quos ĩterfecerat in-
ſultãtes regi Babylonio
occurriſſe credimus. So-
latiũ em̃ malorũ eſt cũ ini
micos uiderĩt eadẽ ſuſti-
nere. h ¶Et tu uul.&c.)
Sermo potẽtiũ & princi-
pũ terræ quos ſupra ce-
dros & abietes appella-
rat, ad regẽ Babyloniũ di
rigit̃ in inferis cõſtitutũ.
Iã nõ dolemus nos fuiſſe
ſucciſos cũ & tu eadẽ ſe-
curi corrueris. Oĩs potẽ-
tia tua & in cœlũ eleuãta
ſupbia, ad terrã detracta
eſt. Ergo ne & tuũ cada-
uer tineã ſuſtẽtabit, & ſca
tentiũ opiet uermiũ mul
titudo? Sẽties per mortẽ
hominis uilitatẽ: qui dei
in te potentiã præferebas. i ¶Quõ cecidiſti &c.)
Pro eo quod nos interpretati ſumus ob facilitatem
intelligẽtiæ: quomõ cecidiſti de cœlo lucifer q ma-
ne oriebaris: In Hebraico, ut uerbũ exprimamus ad
uerbũ, legitur: quomodo cecidiſti de cœlo ulula fili
diluculi. Significat̃ aũt alijs uerbis lucifer: & dicitur
ei quod flere debeat & lugere: qui quõdam ſic fue-
rit glorioſus ut fulgori luciferi cõparatus ſit. Sicut,
inquit, lucifer diſcutiẽs tenebras ardẽs & rutilus il-
luceſcit

Et reſpõdebunt ululæ in ædibus eius: & Sy-
rene in delubris uoluptatis. Cap. XIIII.
a PRõpe eſt ut ueniat tp̃s eius: & dies eius
b nõ elõgabũtur. Miſerebit̃ em̃ dñs Iacob
& eliget adhuc de Iſraël: & requieſcere eos fa
c ciet ſuper humũ ſuã. Adiungẽtur aduena ad
eos: & adhærebit domui Iacob & tenebunt
eos populi: & adducẽt eos ĩ locũ ſuũ: & poſ-
ſidebit eos domus Iſraël ſup terrã dñi in ſer-
uos & ancillas: & erũt capiẽtes eos q ſe cepe-
d rãt & ſubijciẽt exactores ſuos. Et ẽrit ĩ die illa
cũ requiẽ dederit tibi dñs à labore tuo, & à
cõcuſſiõe tua, & à ſeruitute tua dura qua ãte
ſeruiuiſti: ſumes parabolã iſtã cõtra regẽ Ba-
e bylonis, & dices: Quõmõ ceſſauit exactor: re
quieuit tributũ? Cõtriuit dñs baculũ ĩpiorũ
uirgã dñantiũ cædẽtẽ pp̃los in indignatiõe:
plaga inſanabili ſubijciẽtem in furore gẽtes:
perſequẽtẽ crudeliter: cõquieuit & ſiluit: oĩs
f terra gauiſa eſt & exultauit. Abiẽtes quoq;
lætatæ ſunt ſuper te & cedri Libani: ex quo
g dormiſti nõ aſcẽdit q ſuccidat nos. Infernũs
ſubter te cõturbatus eſt: ĩ occurſum aduẽtus
tui ſuſcitauit tibi gigãtes: oẽs principes terræ
ſurrexerũt de ſolijs ſuis: cũcti prĩcipes natio-
h nũ uniuerſi rñdebũt & dicẽt tibi: Et tũ uulne
ratus es ſicut nos: noſtri ſimilis effectus es:
detracta eſt ad inferos ſuperbia tua: cõcidit
cadauer tuũ, ſubter te ſternetur tinea: & ope-
i rimẽtũ tuũ erũt uermes. Quomodo cẽcidiſti
de cœlo lucifer q mane oriebaris: corruiſti in
terrã qui uulnerabas gẽtes: q dicebas ĩ corde
tuo: In cœlũ aſcẽdã: ſup ſydera dei exaltabo
ſoliũ meũ: ſedebo in mõte teſtamẽti in lateri
bus aqlonis: aſcẽdã ſuper altitudinẽ nubiũ,
ero



A luceſſit: ſic & tuus progreſſus in populos & publi-
cũ claro ſyderi ſimilis uidebat̃: ſed cecidiſti in terrã
gentiũ uulnerator, qui per ſuperbiã loquebaris: tan
tam potentiã cõſecutus ſum: ut cœlũ mihi reſtet &
ſydera ut ſub pedibus meis ſuperna debeãt ſubiace
re. Quanq; Iudęi cœlum
& aſtra dei ſe uelint intel
ligi: ex eo qđ ſequit̃: ſede
bo in monte teſtamenti,
id eſt, in tẽplo ubi dei iu-
ra ſunt cõdita: & in late-
ribus aquilonis, id eſt, in
Hieruſalẽ. Scriptum eſt
Pſal.47.a em̃: Montes Sion latera
aquilonis. Nec ſuffecerat
ſuperbiæ eius deſiderare
cœleſtia niſi ad tantã ꝓru
piſſet inſaniã: ut dei ſibi
ſimilitudinem uẽdicaret.
a ¶Verũtamen ad infer
nũ &c.) Qui p ſuperbiã
dixerat: In cœlũ aſcendã:
ero ſimilis altiſſimo: non
ſolũ ad infernũ: ſed ad in
ferorũ ultimũ detrahit̃.
Hoc em̃ ſignificat laci ꝓ-
funditas, pro quo in euã
Luc.13.f gelio tenebras exteriores
legimus ubi eſt fletus &
B ſtridor dentiũ. b ¶Qui
te uiderint ad te &c.) Et
hæc uox inſultãtium eſt
atq; mirantiũ, qũo uaſta-
tor omniũ & ipſe uaſta-
tus ſit. Quod aũt ait: uinctis eius nõ aperuit carce-
rẽ: magnitudo crudelitatis & impietatis exprimit̃:
ut etiam uinctos teneret in carcere: & nõ ſufficerẽt
miſeris catenæ: niſi illos & tenebrarũ horror inclu-
deret. c ¶Oẽs reges gentiũ uniuerſi &c.) Narrãt
Hebræi Huiuſcemodi fabulã: Euilmerodach q pa-
tre ſuo Nabuchodonoſor uiuẽte per ſeptẽ annos
inter beſtias ante regnauerat: poſtq; ille reſtitutus
in regno eſt: uſq; ad mortẽ patris cũ Ioachim rege
Iudæ in uinculis fuit: quo mortuo cum rurſus in re
gnũ ſuccederet: & nõ ſuſpiceret̃ à principibus qui
metuebant ne uiueret qui dicebat̃ extinctus: ut fi-
dem patris mortui faceret, aperuit ſepulchrũ & ca-
dauer eius unco & funibus traxit. Et eſt ſenſus: Se-
pultis omnibus qui à te interfecti ſunt tu ſolus inſe
pultus iacebis. Alij uero locũ iſtũ ſic interpretant̃:
Omnes animę apud inferos aliquã requiẽ accipiẽt:
tu ſolus in extremas tenebras religaberis. Omniũ
enim operieris ſanguine: & uniuerſorum te cruor
præmet uelut obuolutũ ſanie mortuorum. Symma
chus hũc locũ ſic tranſtulit: etiã cũ his qui occidunt̃
in bello nõ mereberis habere cõſortium ſepulturæ.
Pro eo aũt quod nos diximus: quaſi ſtirps inutilis,
& in Hebræo legit̃ כְּנֵצֶר נִתְעָב: Aquila interpre-
tatus eſt, quaſi ſanies polluta. נֵצֶר autẽ proprie uir-
gultũ appellatur quod ad radices arborꝝ naſcit̃, &

C quaſi inutile ab agricolis amputatur: poſſumus id
ipſum ſaniẽ tabemq; intelligere. Simulq; diſcimus
quod infernus ſub terra ſit dicente ſcriptura: Vſq;
ad fundamẽta laci. d ¶Tu em̃ terrã tuã &c.) Lxx.
interpretes qui dixerunt διότι τὴν γῆν μου ἀπώλεσας καὶ
τὸν λαόν μου ἀπέκτεινας, id eſt
quia terrã meã perdidi-
ſti, & populũ meũ occidi
ſti, quid dicat, nulla dubi
tatio eſt, terrã em̃ Iudæã
& populũ eius Iſraël Na
buchodonoſor interfecit
& perdidit. Iuxta Hebrai
cũ difficilis ĩtellectus eſt:
quomodo terrã ſuã per-
diderit & populũ ſuũ oc
ciderit: niſi forte hoc ſen
ſu accipiendum eſt: eos
quos tibi deus in corre-
ptionẽ dederat, tu peni-
tus perdidiſti. Vel aliter:
Antiquũ Aſſyriorum re
gnũ, te multũ ſuperbiẽte
& eleuãte cõtra deũ ceruĩ
cẽ tuã, omino deſtructũ
eſt. Si em̃ te egiſſes humi
liter & ſciſſes mẽſurã tuã,
Aſſyrius & Babylonius
D hucuſque regnaret. Siue
hoc modo: tã crudelis fui
ſti in externos, ut etiam
ſubiectos tibi popl'os fu-
ribundus opprimeres.
e ¶Nõ uocabit̃ in æter-
nũ &c.) Oẽs hiſtoriæ cõſentiunt, ꝙ occiſo Baltaſar
nepote Nabuchodonoſor, & ſuccedẽte Dario in re
gnũ Chaldæorꝝ, nullus de Nabuchodonoſor dein
ceps ſtirpe regnarit. Hoc ergo ſcriptura prædicit,
qđ in tãtã Babylon ueniet uaſtitatẽ: ut etiã de ſemi
ne regio nullus remaneat: ſed propter impietatẽ pa
tris omnis ſoboles deleat̃. Pro eo autẽ quod nos in
ultima parte ſentẽtiæ trãſtulimus: neq; implebũt fa
cies orbis ciuitatũ: in Hebræo ſcriptũ eſt pro ciuita
tibus עָרִים, qđ nos trãsferre poſſumus & aduerſa
rios: ut ſit ſenſus: Nullus ex ſemine tuo q cupiat re-
parare regnũ aduerſarius ſuſcitabit̃. Secundũ Lxx.
interpretes, qui dixerũt: ſemen peſſimũ: para filios
tuos interfectioni ꝓpter peccata patris tui: quẽ ſen
ſum habeat, ſcire nõ ualeo. f ¶Et conſurgã ſuper
eos &c.) Babylonẽ fuiſſe potẽtiſſimã, & in cãpeſtri-
bus p quadrũ ſitã, ab angulo uſq; ad angulũ muriſe
decim milia tenuiſſe paſſuũ. i. ſimul p circuitũ qua-
dringẽta octoginta ſtadia refert Herodotus: & mul
ti alij q Græcas hiſtorias cõſcripſerũt. Arx aũt. i. ca-
pitoliũ illius urbis: eſt turris quę ædificata poſt dilu
uiũ, in altitudine quatuor milia dicit̃ tenere paſſuũ
paulatim de lato in anguſtias coartata: ut põdus im
minẽs facilius à latioribus ſuſtentet̃. Deſcribũt ibi
templa marmorea: aureas ſtatuas: plateas lapidibus
auroq; fulgentes, & multa alia quæ penè uideantur
f 4 incre

a ero ſimilis altiſſimo. Vẽrũtamen ad infernũ
b detraheris in profundũ laci. Qũi te uiderint
ad te inclinabunt̃ teq; ꝓſpicient (ſubauditur
dicẽtes): Nũquid iſte eſt uir qui conturbauit
terrã: qui cõcuſſit regna: qui poſuit orbẽ de-
ſertũ: & urbes eius deſtruxit: uinctis eius nõ
c aperuit carcerem? Omnẽs reges gentiũ, uni-
uerſi dormierũt in gloria, uir in domo ſua:
Tu aũt proiectus es de ſepulchro tuo quaſi
ſtirps inutilis, pollutus & obuolutus cũ his
qui interfecti ſunt gladio, & deſcẽderunt ad
fundamenta laci: quaſi cadauer putridũ nõ
habebis conſortiũ, neq; cũ eis in ſepultura.
d Tũ em̃ terrã tuã diſperdidiſti: tu populũ tuũ
e occidiſti. Nõn uocabitur in æternũ ſemen
peſſimorũ: præparate filios eius occiſioni in
iniquitate patrũ ſuorũ: nõ cõſurgent nec hæ
reditabũt terrã: neq; implebunt facies orbis
f ciuitatum. Et cõnſurgam ſuper eos dicit dñs
exercituum: & perdam Babylonis nomen:
& reliquias & germen & progeniem, dicit
dñs

dñs. Et ponã eam in poſſeſſionē heritij & in paludes aquarũ, & ſcopabo eã in ſcopa te-
a rens, dicit dñs exercituũ. Iurauit dñs exercituũ, dicēs: ſi nõ ut putaui ita erit: & quomodo mēte tractaui ſic eueniet: ut conterã Aſſyriũ in terra mea, & in mõtibus meis cõculcē eum, & auferetur ab eis iugũ eius: & onus il-
b lius ab humero corꝝ tollet. Hoc cõſiliũ qđ cogitaui ſuper omnē terrã: & hæc eſt manus extenta ſuper uniuerſas gētes. Dñs enĩ exercituũ decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extēta: & quis auertet eam? An-
c nõ quo mortuus eſt rex Achaz, factum eſt
d onus iſtud. Nē læteris Philiſtæa omnis tu: qm̃ cõminuta eſt uirga percuſſoris tui: de radice enĩ colubri egredietur regulus: & ſemē
e eius abſorbens uolucrem. Et paſcētur primogeniti pauperũ, & pauperes fiducialiter requi

E incredibilia. Hoc totũ narrauimus: ut oſtēderemus quod ad irã dei omnis potentia puluis ſit, & fauillæ & cineri cõparetur. Si liceret introire barbaras nationes & uidere tãtæ urbis extrema ueſtigia, uideremus poſſeſſionē heritij & paludes aquarꝝ: & uere cõpletũ eſſe qđ nũc Eſaię uocibus canit: Scopabo eam in ſcopa terens: exceptis enĩ muris coctilibus qui ꝓpter beſtias concludendas poſt annos plurimos inſtaurant: omne in medio ſpacium ſolitudo eſt. a ¶Iurauit dñs &c.) Reuertitur ad pręſentia: hoc eſt Sēnacherib regē Aſſyriorũ qui Samariã Iudæamq; uaſtauit: & excepta Hieruſalē deleuit per circuitũ omnia: & lõge poſt futuris uicina cõſociat, ut imminēs auferatur metus: qa dicere poterãt audiētes: Nos præſentē ꝑpetimur obſidionē: iſte multis poſt ſeculis uētura ꝓmittit. Eſt igitur ordo ꝓphetiæ: quãq;
F poſt annos plurimos Babylon deſtruenda ſit: & omne penitus ſtirpis Aſſyriorum & Chaldeæ ſeminarium diſperdendũ: tamē ut nõ timeatis uicinã captiuitatem, iurat dñs: cui etiã nõ iuranti credēdum eſt, quod ſua æſtimatio nõ fallat, & quod mēte cõcepit irritũ non fiat. Hoc aũt humano loquit affectu, quod ſcilicet nõ fallat qui falli nõ poteſt: Cõterã, inquit, Aſſyriũ in terra mea, & in montibus meis con-
4.Reg.19.g culcabo eũ. Vna enĩ nocte centũ octoginta quinq; milia exercitus Aſſyriorum angelo uaſtãte deleta ſunt. Et auferet ab his qui obſidebãtur in Hieruſalem iugũ eius, & graue imperiũ quod omnibus imminebat: & pondus quo præmebant, in ipſum potius retrudet. Fugiēte enim Aſſyriorꝝ rege in terrã ſuã, liber cũ populi reliquijs egreſſus eſt Ezechias. b ¶Hoc conſiliũ &c.) Hoc loco quidã arbitrantur generalē eſſe cõtra omnē orbē prophetiã: & quod uaſtitas Babylonis & Aſſyriæ ciuitatis typus ſit cõſummationis mundi. Quibus nequaq; contradicimus dum ſciamus hic omnē terrã Aſſyriorum proprie ſignificari, & uniuerſas gētes ſocias regis Aſſyrij demonſtratas. Quicquid aũt à dño decretũ eſt, nullius uirtute ꝓhibetur. Et extētã manũ eius & ad ꝑcutiendũ paratã, nemo poterit coërcere. c ¶Anno quo mortuus eſt rex Achaz &c.) Quatuor reges Iudææ titulo ꝓphetæ legimus eſſe præpoſitos: Oziam, Ioathan, Achaz, & Ezechiã, ſingulos ſibi ordine & ſobole ſuccedētes: quorũ Oziã mortuũ ſupra legimus, referēte Eſaia: Anno quo mortuus eſt rex Ozias uidi dñm ſedentē ſuper ſolium excelſum & eleuatũ. Ex quo intelligimus & uiſionē ſedentis dñi: & ea quæ præcipiunt prophetæ uſq; ad

G eum locũ ubi ſcriptũ eſt: Sicut terebinthus & ſicut Cap.6.a
quercus quæ expãdit ramos ſuos: Semen ſanctum Ibid.7.a
erit germen eius ſub Ioathã rege prophetarũ. Tertius ſuccedit Achaz filius Ioathã filij Oziæ regis Iuda: ſub quo aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſraël in Hieruſalē ad præliandum contra eã, & reliqua quæ ſcriptura cõmemorat. Igit ſub Achaz uſq; ad pręſentē locũ quē nũc exponere nitimur, omĩa quæ in medio poſita ſũt, uaticinatã cognoſcimus: quo mortuo quartus, id eſt ultimus ſuccedit Ezechias: ſub quo omĩs uſq; ad finem texitur liber. d ¶Ne læteris Philiſtæa &c.) Naturale eſt qđ dicimus: Mortuo rege aduerſarũ gentiũ ſemꝑ lętãtur inimici: ex rebus nouis bella ciuilia & ſeditiones ac regnãdi imperitiã pręſtolãtes. Mortuo igit Achaz peccatore q ambulauerat in uijs regum
H Iſraël, & cognatione eis fuerat copulatus, intelligimus Philiſtæos è uicino fuiſſe lætatos & inſultaſſe Iſraëli quod maturo rege perdito, Ezechiæ iuueni ſubiacerent. Philiſtæos aũt, ut ſupra diximus, Palæſtinos ſignificat: quos alienigenas uulgata ſcribit æditio: cũ hoc nõ unius gētis, ſed omniũ externarũ gentiũ uocabulũ ſit. Ne, inquit, læteris ò Philiſtęa, ne inſultes populo meo, qđ percuſſoris tui Achaz uirga cõfracta ſit: quod baculus qui te ferire ſolitus erat, uideatur morte cõtritus quod coluber interfectus. Pro hoc enĩ nocentior naſcet Ezechias regulus, quē Græci uocãt baſiliſcũ, qui te ſuo aſpectu interficiat, & ſpiritu oris occidat. Quõ enĩ nulla auis reguli aſpectũ poteſt illæſa trãſire: ſed quis procul fuerit eius ore ſorbetur: ita & tu à conſpectu regis Ezechiæ totus peribis. Et pulchre ſeruauit Metaphorã, quia enĩ ſerpentē & regulũ nominarat, ore eius & ſpũ dicit uolucres deuorari. Quod aũt nullus regũ Iuda ſic percuſſerit Philiſtim, quõ eos depopulatus eſt Ezechias: audi regũ librũ: Ipē ꝑcuſſit 4.Reg.18.b
Philiſtim uſq; ad Gazã & uſq; ad terminos eius à turre cuſtodũ uſq; ad urbes munitas. Pro eo autem quod nos trãſtulimus: abſorbens uolucrē, & in Hebręo ſcriptũ eſt שָׂרָף מְעוֹפֵף: interpretari poteſt, ſerpens uolãs. Vt ſit ſenſus: De radice colubri naſcetur regulus: & fructus illius, id eſt, reguli ſerpēs uolans, ut draconē uolantē intelligas. e ¶Et paſcent primogeniti pauperum &c.) Cum te percuſſerit regulus, & draco uolans tuos terminos deuaſtauerit, nequaquam inſidiaberis Iudæ, & pauperculum populũ



a requieſcēt. Et intērire faciã in fame radicē tuã
b & reliquias tuas interficiã. Vlũla porta, clama ciuitas: proſtrata eſt Philiſtæa omnis: ab Aquilone enim fumus ueniet & nõ eſt qui
c effugiat agmē eius. Quĩd reſpõdebit nũcijs gētis? quia dñs fundauit Sion, & in ipſa ſperabunt pauperes populi eius. Cap. XV.
d ONus Moab. Quia nocte uaſtata eſt Ar, Moab conticuit: quia nocte uaſta-
e tus eſt murus, Moab cõticuit. Aſcendit dõmus & Dibon ad excelſa in plãctũ ſuꝑ Na-
f bo & ſuper Medaba. Moab ululabit. In cũctis capitibus eius caluitiũ, omnis barba ra-
g detur. In triũijs eius accincti ſunt ſacco: ſuꝑ tecta eius & in plateis eius omĩs ululatus de-
h ſcendet in fletũ. Clãmabit Eſebon & Elcale. Vſq;

A populum meũ tua fraude terrebis: ſed preſſus proprijs anguſtijs, flebis calamitatē tuã: humiles aũt & pauperes qui non in diuitijs & in potentia, ſed in meo nomine cõfidebãt, ſecura pace requieſcent, & nullius hoſtis impetum formidabunt. a ¶Et interire faciã &c.) Totum ꝑ figuras loquit. Eſt aũt ſenſus: ꝙ populo dei fiducialiter requieſcente, ſiccet radix Philiſtim & oẽs reliquiæ conſummentur. b ¶Vlula porta &c.) Portã uocat pro his q in porta ſunt, & ciuitatē pro habitatoribus ciuitatis: ſermonem quoq; dirigit ad urbes Palęſtinorꝝ qđ eiulare debeãt & lugere uenīēte Sennacherib & torrētis modo cũcta uaſtante. Sub rege enĩ Ezechia uenit Aſſyrius, & inter cæteras natiões uaſtauit Philiſtæos. Ad quos loquitur Hierem. Ecce aquæ Hiere.47.a
aſcēdēt ab aqlone: & erũt quaſi torrēs inundans: et operient terrã & plenitudinē eius, urbē & habitatores illius. Ab aqlone enĩ uenit Aſſyrius: & de eius
B ardore egrediētes, Niniuē & natiões cæteras ſubiugãtes. Eo tꝑe quo hęc canebãt, fumus aſcēdebat in excelſũ, i. rumor in ppl'os uagabat ꝑ ordinē cũctarꝝ gētiũ, Phœnices quoq; & Palæſtinos eſſe uaſtãdos. c ¶Quid reſpõdebit &c.) Quia dixerat nullus eſt qui effugiat agmē eius, uidebat in gñali ſñia etiã Iudæos eſſe cõprehēſos. Si, ingt, q̃ſierint angeli gētis Aſſyriæ: quare ſolus Iudas euaſerit: rñdete eis: quia dñs fundauerit Sion, & ipſe humilē populũ ſua uirtute ꝓtexerit. Pro angelis LXX. trãſtulerũt βασιλεῖς, מַלְאָכֵי
id eſt, reges, unius literę א errore decepti. Ca. XV. מַלְכֵי
ONus Moab. Quia &c.) De onere & pondere ſemel dixiſſe ſufficiat. Hoc tm̃ breuiter admoneo, qđ onus ſemper triſtia cõſequant: uiſionē aũt uel ſtatim læta uel in fine lęta poſt triſtia. Moab pro- Nume.22.
Ibid.25.a uincia eſt Arabũ in qua fuit Balac filius Beor: q cõduxit hariolũ Balaã de Meſopotamia, ut malediceret Iſraël: ubi & initiatus eſt ppl'us Beelphegor. Huius metropolis ciuitas עָר, quæ hodie ex Hebræo & Græco ſermone cõpoſita Areopolis nuncupat, nõ ut pleriq; exiſtimãt qđ ἄρεος. i. Martis ciuitas ſit. Interpretat aũt Ar & ἀντίδικος. i. aduerſarius. Quãtę
Hiere.48.a aũt fuerit potētiæ, Hieremias teſtat, dicens: Nõ eſt ultra exultatio in Moab. Et iterũ: Habuiſti fidutiã in munitionibus tuis, & in theſauris tuis. Et iterũ: Fertilis fuit Moab ab adoleſcētia ſua, & reqeuit in fecibus ſuis: nec trãsfuſus eſt de uaſe ĩ uas, & in trãſmigrationē nõ abijt, & idcirco ꝑmãſit guſtus eius in eo, & odor eius nõ eſt immutatus. Et ĩ alio loco: Quõ fracta eſt uirga fortis, baculus glorioſus? Et

C poſt modicũ: Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt ualde. Sublimitatē eius & arrogantiã & ſuperbiã & altitudinē cordis illius ego ſcio, ait dñs: & iactantiam eius. Sicut ergo cõtra Babylonē & Philiſtim, ꝓpheta uaticinatus eſt, qđ oppreſſerit ppl'm Iudæorꝝ: Ita nũc uaſtitas ꝑdicit Moabitarũ, i. Arabiæ, ab Aſſyrijs & Babylonijs. Ab utraq; enĩ gente uaſtati ſunt, & eo tēpore quo Sēnacherib captiuũ duxit Iſraël: & qñ Na- 4.Reg.17.d & 25.a
buchodonoſor ſubuertit Hieruſalem. Inſultauerat enim ad utrũq; hoſtē Ephraim & Iudæ, dicēte Hieremia: Allidet manũ Hiere.48.d
Moab in uomitu ſuo, & erit in deriſum etiã ipſe. Fuit enĩ in deriſum tibi Iſraël quaſi inter fures reperiſſes eũ. Propter uerba ergo tua quæ aduerſus illũ locutus es captiuus duceris. Quod autē ait nocte uaſtata eſt עָר Moab conticuit: Decorꝝ inuectionis principiũ, ut uaſtaretur in tenebris, qui de inceſtu patris nocte conceptus eſt. Niſi forte noctē pro magnitudine terroris accipimus, & credendũ quia ꝙ ſibi confidebat in muris: inſidijs eã & cu-
D niculis fuiſſe ſuperatã. Audiui quēdã Areopolitē, ſed & omnis ciuitas teſtis eſt: motu terrę magno in mea infantia, qñ totius orbis littus tranſgreſſa ſunt maria: eadem nocte muros urbis iſtius corruiſſe. e ¶Aſcēdit domus & Dibon &c.) Ne moleſtũ tibi ſit qđ per hiſtoriæ uiã gradior: ut enĩ hoc facerē ipſe uoluiſti. Subaudit aũt, domus regia & urbs Dibon ad idola quæ in æditis poſita ſunt aſcēdit: ſuꝑ Nabo & ſuper Medaba, nobiles ciuitates, ululabit uniuerſa ꝓuincia. In Nabo enĩ erat Chamos idolũ cõſecratũ, quod alio nomine appellat Beelphegor. f ¶In cũctis capitibus &c.) Apud antiquos barbæ capitiſq; raſura luctus indicium fuit. Per hæc ergo magnitudo mœroris oſtenditur. Hieremia contra Moab eadē cõclamãte: Omẽ caput caluitiũ, & omĩs Hiere.48.f
barba radet, & in cũctis manibus colligatio, & ſuꝑ omne dorſum ciliciũ. g ¶In triuijs eius acc. &c.) Nõ erunt priuatæ lachrymę: publicũ luctum, publica lamenta reſonabunt: nec matronæ, nec uirgines, nec ætas parua puerorũ, nec fracti ſenum greſſus tenebũtur domibus: pudorem & imbecillitatē extrema captiuitas neſciet. h ¶Clamabit Eſebon & Eleale.) Nomina ciuitatum Moabiticæ prouincię, quarũ Eſebon urbs fuit quondã regis Amorræorꝝ, de qua idē Hieremias: ignis egreſſus eſt de Eſebon: & flamma de medio Seon. Interpretatur autem Eſebon cogitatio, & ideo Hieremias alludens ad nomen contra Eſebon ait: Cogitauerunt mala. חֶשְׁבּוֹן
Vſq;

E a ¶Vſq; Iaza audita eſt uox eorũ.) Vrbs Iaza mortuo mari imminet: ubi eſt terminus ꝓuinciæ Moabitarum. Hoc ergo indicat, quod uſq; ad extremos fines, ululatus prouinciæ perſonabũt. Vnde & Hie-
Hiere. 48.e remias ait: De clamore Eſebon uſque Eleale & Iaſa dederũt uocẽ ſuã. b ¶Super hoc expediti Moab &c.) Verbum Hebraicũ: חֲלוּצֵי pro quo Aquila ἐξωμίας, id eſt, expeditos, & exertis humeris, Symmachus accinctos interpretatus eſt: quidã putãt nõ uiros ſed nomẽ urbis intelligi, quę hodie appellat̃ Heluza: & eſt in Moabitidis ꝑtibus ſita. Poſſumus aũt & hoc dicere, qđ uniuerſa pugnatorũ fortitudo corruerit, & mutuis fletibus omnis terra reſonarit. Sin aũt Heluze ut Aquila uoluit exertis humeris intelligãtur: ille nobis ſenſus ſuggeritur: quod ad plangẽdum cuncti nudauerint pectora. c ¶Cor meũ ad Moab &c.)
F Propheta loquit̃ dolẽtis affectu: uel quod hoſtes quoq; creatura dei ſint: in quos tot mala ſuperueniant. Vel quod tãtis calamitatibus opprimẽdi: ut etiã inimicis miſerabiles fiãt. Id ipſum Hieremias ait: Propterea cor meũ ad Moab quaſi tibia reſonabit. d ¶Vectes eius uſq; ad Segor &c.) Et Hieremias: A Segor, inquit, uſq; ad Oronaim uitulã cõternantẽ. De hac & in libris quæſtionũ Hebraicarũ diximus: & nunc breuiter annotamus, quod ipa ſit quinta urbs poſt Sodomam & Gomorrã, Adamã, & Seboim quæ ad preces Loth parua ſeruata eſt. Appellaturq; bala, id eſt
בֶּלַח abſorpta: tradẽtibus Hebræis qđ tertio terręmotu
צוֹעֲרַת proſtrata ſit. Ipſa eſt quæ hodie Syro ſermone uoca-
צוֹעַר tur Zoora, Hebræo Segor utroq; paruula. Poſſumus uitulã cõternantẽ pro perfecta ætate accipere. Sicut eñ triceſimus annus in hominibus, ita in pecudibus ac iumentis tertius robuſtiſſimus eſt. Vectes quoq; pro terminis & robore intellige: eo qđ Segor in finibus Moabitarũ ſita ſit: diuidens ab eis terram Philiſtijm. e ¶Per aſcẽſum &c.) Et Hieremias: Per aſcẽſum Luith plorans aſcẽdet in fletũ. Intelligimus aũt cliuum eſſe itineris qđ ducit ad Aſſyrios: & ꝑ hoc captiuitatẽ ſignificari. f ¶Et in uia Oronaim cla. &c.) Rurſum Hieremias: Vox clamoris Oronaim: uaſtitas & cõtritio magna. Longũ eſt, ſi uelim de ſingulis dicere: cũ perſpicuũ ſit uel urbiũ in Moab uel locorum eſſe nomina, quæ deſerunt
נִמְרִים transmigrãtes. g ¶Aquæ eñ Nimrim &c.) Hoc opidũ ſuper mare mortuũ eſt, ſalſis aquis: & ob hoc ipſum ſterilibus. Siue aũt alluſit ad nomen: ſiue qđ ante nõ fuerat poſt uaſtitatẽ accidit: ut etiã aquæ in

a Vſq; Iaſa audita eſt uox eorũ. Sup hoc expe-
b diti Moab ululabunt: anima eius ululabit ſi-
c bi. Cor meum ad Moab clamabit. Vectes
e eius uſq; ad Segor uitulã cõternãtẽ. Per aſcẽ-
f ſum eñ Luith flens aſcendet. Et in uia Oro-
g naim clamorẽ cõtritiõis leuabũt. Aquæ eñ
h Nimrim deſertę erũt. Quia aruit herba: defe-
i cit germẽ, uiror oĩs interijt. Secũdũ magnitu-
dinẽ operis & uiſitatio eorũ ad torrẽtẽ ſalicũ
k ducent eos. Qm̃ circuibit clamor terminum
Moab uſq; ad Agallim ululatus eius: & uſq;
l ad puteũ Elim clamor eius. Quia aquæ Di-
m bon replete ſunt ſanguine. Põnã eñ ſup Di-
bon additamẽta, his ꝗ fugerint de Moab le-
onem & reliquijs terræ. Ca. XVI.
n EMitte agnũ dominatorẽ terræ: de petra
deſer-

amaritudinem uerterentur. h ¶Quia aruit herba &c.) Nõ ut quidam putant uere propter ſteriles Nimrim aquas omĩs herba exaruit: ſed ꝑ Metaphoram ſcriptura loquit̃. Et eſt ſenſus: in cuncto Moab aquæ Nimrim erunt ſalſæ & amaræ: quomodo ibi nulla herba pullulat: ſic totã ꝓuinciã ſiccitas cõſequet̃, id eſt, à Segor uſq; ad Oronaim à finibus uſq; ad fines. Id ipm Hiere- G
mias: Aquę Nimrim peſſimæ erũt. Hiere. 48.f
i ¶Secundũ magnitudinẽ &c. ad torrentẽ ſalicũ &c.) Pro ſalicibus ĩ Hebræo legimus עֲרָבִים quod poteſt & Arabes intelligi: & legi עֹרְבִים, id eſt, uilla in finibus eorum ſita: cuius à pleriſq; accolæ in monte Horeb Heliæ præbuiſſe alimẽta dicunt̃: quod nomen ꝓpter ambiguitatẽ transfert̃ & in coruos atq; occidentẽ locaq; cãpeſtria. Eſt aũt ſenſus. Iuxta morbi magnitudinẽ erit uiſitatio. Viſitatio hic nõ pro remedio ſed pro plaga accipe. Viſitabo, inqt, in uirga iniquitates eorũ: H
& in uerberibus peccata eorũ. Torrentem ſalicũ, Babyloniæ accipe flumina. De quibus Dauid: In ſalici- Pſal. 88.e
bus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra: ſiue Pſal. 136.a
uallẽ Arabiæ ꝑ quã pergit̃ ad Aſſyrios. k ¶Qm̃ circuibit clamor &c.) Eadẽ prope omnia & Hieremias ſcribit. Sunt aũt urbes & loca Moabitarum, in quibus clamor & eiulatio captiui populi deſcribit̃. l ¶Quia aquæ Dibon &c.) Vbi prius erat luxuria propter irriguos agros & fontes iugiter emanãtes: ibi prę mĺtitudine interfectorũ riui ſanguinis fluẽt. m ¶Ponã eñ ſuper Dibon &c.) Ne quis ſcriptoris uitiũ putet: & errorẽ emendare dũ uult, faciat: Vna urbs & per m & per b literã ſcribit̃: E quibus Di- דִּימוֹן
mon ſilẽtiũ interpretat̃: Dibon fluẽs: Indito utroq; דִּיבוֹן
nomine ꝓpter latices qui tacite fluãt: uſq; hodie indifferenter & Dimon & Dibon hoc opidulũ dicit̃. Quod aũt ait: Ponã ſup Dibon additamẽta & quæſtionẽ facere uidebat̃: quid eſſet, ſequenti uerſiculo demonſtrauit, dicẽs: His qui fugerint de Moab leonẽ & reliquijs terræ, ut etiã ꝗ fuga elapſi ſunt à beſtijs cõſumant̃. Quanq; & per Metaphorã leonẽ regem hoſtiũ poſſumus intelligere, ut potẽtiam eius quaſi rugitũ nemo poſſit euadere. Cap. XVI.

EMitte agnum dominatorem terræ &c.) Quod interpretamur, non eſt hiſtoria ſed prophetia. Omnis autem prophetia ænigmatibus inuoluitur: & præciſis ſententijs dum de alio loquitur tranſit ad aliud, ne ſi ordinem ſcriptura conſeruet, non ſit uaticinium, ſed narratio. Et eſt ſenſus: O Moab in quã deſæuiturus eſt leo: & de qua ne reliquiæ



A quiæ quidem ſaluari poterunt: habeto ſolatiũ hoc: Egredietur de te agnus immaculatus qui tollat peccata mundi: qui dñetur in orbe terrarũ. De petra deſerti: hoc eſt de Ruth, quæ mariti morte uiduata: de Booz genuit Obed: & de Obed Ieſſe: & de Ieſſe Dauid: & de Dauid Chriſtũ. Montẽ aũt filię Sion, aut ipſam urbem Hieroſolymã interꝑtabimur, aut iuxta ſacratã intelligẽtiã, eccleſiã quę ſit ĩ uirtutũ culmine cõſtituta. a ¶Et erit ſicut auis fu. &c.) Redit ad ordinẽ quẽ cœperat: Cũ poſuero, inqt, his qui fugerint de Moab & reliquijs terræ leonẽ ſæuiſſimum: qui eorũ artus oſſaq; cõfringat: tũc paui di auolabunt & oẽs filię, id eſt, uillæ & urbes prouinciæ Moab, in trãſcenſu Arnon migrabũt: qui eſt terminus Amorreorũ & Moabitarũ. Tranſcenſum autem & hic ponẽs, captiuitatem ſignificat. b ¶Ini cõſiliũ, coge &c.
B conſũmatus eſt &c.) Pro miſero in Hebraico legitur שׁוֹר, qđ poteſt & uaſtator intelligi. Loquit̃ aũt ad Moab ut conſiliũ ſalutis ĩueniat, & ſenibus cõgregatis cogat ſalutare cõciliũ. Vis, inquit, ſaluus eſſe & dei miſericordiã ꝓmereri: In clara luce & in aperta fuga populi mei, tu quaſi nox & umbra eſto: ſuſcipe fugientes: uagosq; ne prodas. Et hoc quare dixerit ſtatim infert: Habitabũt apud te ꝓfugi mei. Vaſtata enim Hieruſalẽ & omĩ Iudæa, quæ cõfinis eſt Moabitis: ad te meus populus trãſmigrabit: Eſto igit̃ latibulũ eorũ: nec timeas impetũ uaſtatoris: quia ſicut puluis cito trãſibit: & depopulator uniuerſæ terræ, qui cõculcabat eã, & ſuis pedibus ſubijciebat: aura flãte diſperiet. Quidã locũ hũc male de antichriſto interꝑtantur: ut putẽt ſanctos eo tẽpore ꝓpter uiciniã urbis Hieroſolymæ ad Arabas trãſituros: & nunc eis præcipi ne prodãt fugiẽtes ad ſe. c ¶Et præparabitur in miſeric. &c.) Hebræi locũ iſtũ ſic interpretãtur: Fugato Aſſyrio, regnabit Iudæ Ezechias uir iuſtus, & retinebit ſoliũ Dauid, ſubiectũ ſibi populũ dei iudicãs in ueritate. Alij de Chriſto intelligũt. Finito antichriſti puluere & uaſtatore ſublato ꝗ cõculcabat uniuerſam terrã: rex Chriſtus aduenie t: ꝗ ſedebit in tabernaculo Dauid, & in die iudicij red-

a deſerti ad montẽ filiæ Sion. Et erit ſicut auis
fugiens & pulli de nido auolantes: ſic erũt fi-
b liæ Moab in trãſcenſu Arnon. Ini cõſiliũ:
coge conciliũ: pone quaſi noctẽ umbrã tuã
in meridie: abſconde fugientes & uagos ne
prodas: habitabunt apud te profugi mei:
Moab eſto latibulũ eorũ à facie uaſtatoris: fi-
nitus eſt eñ puluis: conſummatus eſt miſer:
c defecit ꝗ cõculcabat terrã. Et præparabit̃ in
miſericordia ſoliũ, & ſedebit ſuper eũ in ueri-
tate in tabernaculo Dauid, iudicãs & quæ-
rens iudiciũ & uelociter reddẽs quod iuſtũ
d eſt. Audiuimus ſuperbiã Moab: ſuꝑbus eſt
ualde: ſuperbia eius & arrogãtia eius & indi-
gnatio eius pluſq; fortitudo eius. Idcirco ulu-
labit Moab ad Moab, uniuerſus ululabit:
his qui lætãtur ſuper muros cocti lateris, lo-
e quimini plagas eius. Qm̃ ſuburbãna Eſebon
f deſerta ſunt uinea Sabama. Dñi gẽntiũ exci-
g derunt flagella eius. Vſq; ad Iazer ꝑuene-
rũt: errauerũt in deſerto: propagines eius re-
h lictæ ſunt: tranſierunt mare. Super hoc plo-
rabo in fletu Iazer: uinea Sabama: inebriabo
i te lachryma mea Eſebon & Eleale. Quoniã
ſuper uindemiã tuã & ſuper meſſem tuã uox
k calcantiũ irruit. Et auferetur lætitia & exul-
l tatio de Carmelo. Et in uineis nõ exultabit
neq;

det cũctis pro operibus ſuis. Nec eſt ulla dubitatio quin capitulũ hoc de Chriſto uaticinet̃. Sed nos & C
in primo aduẽtu id ipſum ĩtelligere poſſumus atq; in eccleſię tabernaculo demõſtrare: ꝙ in omni terra Moab, eccleſiarũ trophæa ſurgẽtia Chriſti teſtent̃ imperiũ. d ¶Audiuimus ſuꝑbiã &c.) Rurſũ ad præſentia redit: & ſuperbiæ arguit Moab, qđ multo plus elatus ſit ꝙ eius fortitudo poſcebat, & ꝓpter hãc ſuꝑbiã ululaturus ſit Moab ad Moab id eſt, populus ad urbem uel metropolis ad ꝓuinciam: & cũcta ululatibus terra reſonabit ſuꝑ muros cocti lateris, de qbus & Hieremias ait: Ideo ſu- Cap. 48.d
per Moab eiulabo & ad Moab uniuerſum clamabo: ad uiros muri fictilis lamẽtantes. Per hæc aũt & potentiã priſtinæ felicitatis: & plagas repentinæ ſubuerſionis oſtẽdit. e ¶Qm̃ ſuburbana Eſebon &c.) Inter Eſebõ & D
Sabama uix qngenti paſſus ſunt: & ꝑ Metaphorã uineæ, oĩs ꝓuinciæ ſignificat uaſtitatẽ. f ¶Dñi gentiũ &c.) Seruat trãſlationẽ quã cœperat, oſtendẽs reges gẽtiũ qui uaſtauerãt Moab oẽs uiculos caſtellaq; depopulatos. g ¶Vſq; ad Iazer &c. ꝓpagines eius &c.) Flagella & propagines, populũ fugitiuosq; eius intellige: & trãſitũ maris, captiuitatẽ in Babylonẽ, de qua poſtea lecturi ſumus onus deſerti maris. h ¶Sup hoc plorabo &c.) Vox plangẽtis prophetæ, & magnitudinẽ uaſtitatis lachrymarũ magnitudine cõteſtãtis flentisq; uineã Iazer, & Sabama, & Eſebon, & Eleale urbes quondã ualidiſſimas, Aſſyrio putante ſucciſas. i ¶Qm̃ ſuper &c. uox calcantiũ irruit.) Calcatores uuarũ & uindemiæ lætitiã cõgregãtes, hoſtium exercitus intellige, & quod in ipſo lætitiæ tempore captiuitatis tẽpus aduenerit. k ¶Et auferetur lætitia &c.) Idioma ſcripturarũ eſt, quod ſemper Carmelum mõtem opimum atq; nemoroſum qui Ptolemaidi imminet, & in quo orauit Helias: fertilitati & abundantiæ comparet: ac per hoc ſignificat omnẽ lætitiã & fertilitatẽ de uberrimis quondam urbibus auferendã. l ¶Et in uineis nõ exultabit &c.) Subauditur prior uindemiator, id eſt, colonus Moabitidis ꝓuinciæ. Deniq; ſtatim ſubiecit.

Vinum

a neq; iubilabit. Vinũ in torculari nõ calcabit qui calcare cõſueuerat: uocẽ calcantiũ abſtu-
b li. Super hoc uẽter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit,& uiſcera mea ad murũ cocti
c lateris. Et erit cũ apparuerit quod laborauit Moab ſuper excelſis ſuis; ingredietur ad ſan-
d cta ſua ut obſecret & nõ ualebit. Hoc uerbũ quod locutus eſt dñs ad Moab ex tunc. Et
e nunc locutus eſt dñs, dicẽs: In tribus annis quaſi anni mercẽnarij, auferet gloria Moab ſup omni populo multo,& relinquet paruus & modicus nequaq; multus. Ca. XVII.

f ONus Damaſci: Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas,& erit ſicut aceruus lapidũ in ruina. Derelictę ciuitates Aroer gregibus erunt;& requieſcent ibi:& non erit qui exterreat. Et ceſſabit adiutorium ab Ephraim & regnum à Damaſco, & reliquiæ Syriæ ſicut gloria filiorum Iſraël erunt, dicit dominus
g exercituũ. Et erit in die illa, attenuabitur gloria Iacob, & pingues carnes eius marceſcẽt. Et erit

E a ¶Vinũ in torculari &c.) Nequaq; in uindemia lætus uindemiator celeuma cantabit; ſed ubiq; hoſtilis uaſtitas & uictorũ orietur clamor. b ¶Super hoc uenter meus &c.) Ne quis putaret planctũ prophetæ exultationis indiciũ per quã inimicos populi Iſraël gauderet eſſe captiuos; ex affectu & ex intimo cordis dolore, potentiſſimã quondã urbẽ ſubrutam lugere ſe dicit. c ¶Et erit cum apparuerit &c.) Vltima miſeria eſt, nec in his quos ſemp uenerata eſt habere ſubſidium. Deſerta, inquit uiribus tuis & cũctis ꝓpugnatoribus interfectis, perges ad idola; delubra ueneraberis; & nec in illis reperies auxilium, quibus uaſtitas tecũ cõmunis adueniet. d ¶Hoc uerbũ locutus eſt dñs ad Moab &c.) Ex quo putas tẽpore? Videlicet ex eo quo creatus eſt Moab. Et dñs ait: Moabitæ & Ammonitæ nõ intrabunt in eccleſiã dei. Siue
F ex tunc pro antiquo tempore intelligamus, quod olim diuina ſententia iſta decreta ſint; nõ qđ præſcientia dei cauſam uaſtitatis attulerit, ſed quod uaſtitas futura dei maieſtati prænota ſit. e ¶Et nũc locutus eſt dñs, dicẽs &c.) Prophetia iſta, ut ſupra diximus: mortuo Achaz cõtra Moabitas dirigit; regnante Ezechia, ſub quo decem tribus à Sennacherib rege Aſſyriorũ in captiuitatẽ ductæ ſunt. Itaq; ſicut mercennarius ſolis expectat occubitum; & diebus ac noctibus finem operis præſtolatur, ut ſtatutã mercedẽ accipiat; ſic & poſt tres annos & Moab Aſſyrio ueniente delebitur,& uix pauci relinquentur in terra, qui ſubrutas habitent ciuitates, & deſertos agros exerceant. Poteſt & de Babylonica captiuitate prædici, quod poſt captã Hieruſalẽ & tranſitis annorũ triũ curriculis, Moab à Chaldæis uaſtãda ſit; ſiue qđ in triũ annorũ ſpacio nulla eis dãda ſit reges. Ca. XVII.

ONus Damaſci &c.) Poſt Babylonem & Philiſtæos & Moab; ad Damaſcum, id eſt, Arã ſermo conuertitur, quæ & ipſa regalis quondam ciuitas fuit & in omni Syria tenuit principatũ; nec dũ florebant Antiochia & Laodicia & Apamia; quas urbes poſt Alexandrum & Macedonum imperiũ auctas eſſe cognouimus. Quia igitur ſemper decẽ tribubus contra Iudam præbebat auxilium, ut Regum & Paralipomenon narrat hiſtoria; etiam ipſis uaſtitatẽ ab Aſſyrijs appropinquare ſignificat, dicente rege Aſſyriorum: Cepi Arabiam & Damaſcum & Samariam. Sicut enim illas cepi & uniuerſa regna, capiam & te. Et in Regum uolumine legimus: Aſcendit rex Aſſyriorũ Damaſcum & cepit eã,& tranſtulit in Cyrenem. Raſin quoq; interfecit ꝗ erat rex Damaſci; quæ omnia Ezechia Hieroſolymis regnante perpeſſa eſt. Ecce, inquit, Damaſcus deſinet eſſe ciuitas; iam uicina captiuitas eſt; iam Aſſyrius ſuũ mouit exercitum. Et erit ſicut aceruus lapidũ in ruinã; ut tantũmodo parietinæ ac priſtinæ potẽtiæ ueſtigia in ruinarũ magnitudine demonſtrent. Derelictę ciuitates Aroer gregibus erunt. Aroer myrice interpretatur, quę proprie arbor in ſolitudine & ſalſa humo naſcit; & per hoc uaſtitas demonſtratur. Requieſcent ibi: ſubauditur greges,& nõ erit qui exterreat. Tanta enim erit ſolitudo ut nec inſidiator timẽdus ſit. Et ceſſabit adiutoriũ ab Ephraim. Nequaq; decem tribus in illa cõtra Iudam habebunt auxiliũ. Et regnũ à Damaſco, ἀπὸ κοινοῦ ſubauditur ceſſabit. Quando autem dicit ceſſare regnum & quieſcere non perpetuã ſignificat uaſtitatem, ſed aufert in præſens potentiã per quã in omni Syria ante regnabat. Et reliquiæ Syriæ ſicut gloria filiorum Iſraël erunt, dicit dñs exercituũ. Quomodo, inquit, decem tribus Aſſyrio populante deletæ ſunt,& omnis gloria earũ in captiuitatẽ ducta eſt; ſic pauci qui in Damaſco reſederint immutabũtur, & habebunt gẽtis gloriã ſociæ. Gloriã per ironiam dictã accipe pro ignominia; hoc autẽ totũ fiet, quia dñs locutus eſt, cuius uerba irrita eſſe non poſſunt. Quidã hãc prophetiã eandẽ putant eſſe quã in Hieremia legimus; Diſſoluta eſt Damaſcus; uerſa eſt in fugã; tremor apprehendit eã; anguſtia & dolores tenuerũt eã quaſi parturientẽ. Et iterũ: Succẽdã ignẽ in muro Damaſci, & deuorabit mœnia Benadab. Sed ſciendũ qđ ab Hieremia Babylonia captiuitas Damaſcenæ urbis deſcribit, id eſt paucorum quos Aſſyriorũ rex reliquerat in ea. Eſaias aũt uicinã ab Aſſyrijs captiuitatem nũciat. Alij exiſtimãt de Romana captiuitate prędici; quãdo & Iudæorũ captus eſt populus; & Damaſcus cui imperabat Areta, ſimilem ſuſtinuit ſeruitutẽ, ut cũcta quæ ſuper eã ſcripta ſunt, ad Chriſti tẽpus & ad apoſtolorũ myſteria transferantur. g ¶Et erit in die illa &c.) Quando inquit

G 4.Reg.16.b עֲרֹעֵר H Hiere.29.c



a Et erit ſicut congregans in meſſe quod reſtiterit:& brachium eius ſpicas leget; & erit ſicut quærens ſpicas in ualle Raphaim. Et relinquetur in eo ſicut racemus,& ſicut excuſſio oleæ duarum aut triũ oliuarum in ſummitate rami: ſiue quatuor aut quinq; in cacuminibus eius fructus eius; dicit dominus
b deus Iſraël. In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum,& oculi eius ad ſanctum Iſraël reſpicient. Et nõ inclinabitur ad altaria quæ fecerũt manus eius:& quę operati ſunt digiti illius: & non reſpicient lucos & delu-
c bra. In die illa erũt ciuitates fortitudinis eius derelictæ ſicut aratra & ſegetes quæ derelictæ ſunt à facie filiorum Iſraël, & erit deſer-
d ta. Quia oblita es dei ſaluatoris tui: & fortis
e adiutoris tui nõ es recordata. Propterea plã tabis plantationem fidelem,& germen alie-
f num ſeminabis. In die plantationis tuæ labruſca,& mane ſemen tuum florebit. Ablata eſt meſſis in die hęreditatis,& dolebit gra-
g uiter. Væ multitudini populorum multorũ ut mul

A inquit, Damaſcus capta fuerit & ciuitas eſſe deſierit,& talis eam gloria coronauerit qualis coronauit Iſraël, id eſt decem tribus; tunc omne præſidium & pinguiſſimæ carnes & refugium emarceſcet Iacob; nequaq; enim habebit, quibus iunctis uaſtet Hieruſalem. Legimus ſupra qđ aſcenderit Raſin rex Syriæ & Phacee filius Romelię rex Iſraël in Hieruſalem ad præliandum cõtra eam: nunciatumq; ſit domui Dauid: Requieuit Syria ſup Ephraim, de quibus propheta loquitur ad Achaz: Noli timere & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium horũ, in ira furoris Raſin regis Syriæ & filij Romelię; eo quod conſiliũ inierit contra te Syria peſſimum Ephraim & filius Romeliæ. a ¶Et erit ſicut cõgregãs ĩ meſſe &c.) Qui præſentem Damaſci uaſtitatem ſub Romano intelligunt regno; hæc de
B apoſtolis ſignificata contendũt; quod quomodo paucæ ſpicæ & oliuæ remanere ſoleant in agro uel in arboribus; ſic reliquiæ Iſraël ſaluentur; maxime quia ſequat: In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum, & oculi eius ad ſanctum Iſraël reſpicient: id eſt ad Chriſtũ. Duas oliuas;& tres & quatuor & quinq;, quatuordecim apoſtolos interpretantur, id eſt, duodecim ꝗ electi ſunt;& tertium decimum Iacobum qui appellatur frater domini; Paulum quoq; apoſtolum uas electionis. Qui uero Aſſyriorum temporibus putant completa quæ dicta ſunt; hoc uolunt intelligi, quod ſub Aſſyria captiuitate Damaſcus non ſit omnino deleta; ſed tranſlatis quibuſdã in Cyrenem; alia pars cultorũ terræ dimiſſa ſit, quæ & ipſa poſtea Babylonio uaſtante deleta eſt; donec ſub Macedonibus & Ptolemæis rurſum inſtauraretur, & in aduentu Chriſti eſſet quidem ciuitas, ſed nõ tantæ potẽtiæ quãtæ antea fuerat. Et eſt ſenſus: Tam pauci remanebunt in Damaſco q; ſolent poſt meſſores paucæ remanere ſpicę quas in ualle Raphaim latiſſima & potentiſſima ſolent pauperes legere; Vel in olea paucæ oliuæ quæ diligentiã legẽtis euaſerint. b ¶In die illa inclinabitur homo &c.) Hoc Chriſti temporibus putant eſſe completum, quãdo deſtructo regno Damaſci, perpetuum ſaluatoris ſucceſſit imperium & idololatriæ error eſt imminutus. Pia quidem uoluntas interpretantiũ, ſed non ſeruãs hiſtoriæ ordinem. Nos autem dicimus quod ſubuerſa Damaſco & decem tribubus ductis in Aſſyrios, reſidui tribuum qui erant ex Iſraël, ad Ezechiæ literas conuerſi ſint ad cultum dei & ad templum Hieruſalem aduenerint, ſicut Paralipomenon narrat hiſtoria. Deleta ergo Damaſco, conuertentur homines ad factorem ſuũ, id eſt, ad deũ qui eos creauit, & oculi eorũ nequaq; idola quæ fecerant in Bethel & in Dan, ſed deũ reſpicient; contemnentes delubra & altaria quæ operati ſunt digiti eorũ. c ¶In die illa erunt ciuitates fortitud. &c.) Hoc non loquitur contra Damaſcum, ſed contra decẽ tribus quæ uocabantur Iſraël; ut quomodo ad aduentum ex Aegypto populi dei, oẽs gentes quæ incolebant terram repromiſſionis, ſubito pauore conterritæ aratra dimiſerunt, aceruoſq; frugũ & media opera, ſalutem pedibus requirentes; ſic & terra Iſraël multo tempore deſolata permaneat. Vnde miror pro aratris & aceruis frugũ uoluiſſe Aquilam interpretari, teſtam & emir; Symmachũ, ſyluã & amir; Lxx. Amorreos & Eueos. Solus Theodotio Hebraicum uerbum poſuit, hares & emir: quod apud nos emẽdatius legit חֹרֶשׁ וְהָאָמִיר, id eſt, uomeres & aceruí ſegetum. d ¶Quia oblita es dei ſaluatoris tui &c.) Iſta, inquit, perpetieris ò Iſraël; quia reliquiſti deum ſaluatorem tuum, qui te liberauit ex Aegypto, qui tibi gentes ſubiecit inimicas,& adiutoris tui nõ es recordata. e ¶Propterea plantabis plant. &c.) Hoc preſſius & per ironiã legendum. Quia, inquit, oblita es dei ſaluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata; num idcirco plantare debebis plantationẽ fidelem,& non potius alienum ſeminare germen quod hoſtis eripiat? Vel certe ſic; filios meos ꝗ de populi mei ſtirpe generati ſunt, ideo fundaſti in terra, ut eos alienos & peſſimos facias. f ¶In die plantationis tuæ labruſca &c.) Hos, inquit, operum tuorũ fructus capies; Vitis tua ſorek degenerauit in labruſcã; ſemen tuũ ſpem promittet in germine; ſed cum maturitas aduenerit ab alio demetetur. Et tunc dolebis grauiter, quando ſperata & pene iam tenta perdideris. g ¶Væ multitudini populorum multorum &c.) Qui ſuperiorem Damaſci captiuitatẽ à Romanis illatam exiſtimãt;& hoc quod ſcriptum eſt; Inclinabitur

C D Act.7.c

E bitur homo ad factorem ſuum & oculi eius ad ſanctum Iſraël reſpicient: ad Chriſti & apoſtolorū tempora referunt. Nec non illud quod ſequitur: Plantabis plantationem fidelem & germen alienum ſeminabis: in die plantationis tuæ labruſca: & cętera, de infidelitate ſentiūt Iudæorum. Et hoc capitulum quod nunc propoſuimus, ſuper ethnicis interpretantur qui perſequuntur eccleſiam. Illud quoq; quod ſequitur: Increpabit eū & fugiet procul: de diabolo accipiūt, tropologica interpretatione uaſtitatem perſecutorum & dæmonum demonſtrātes. Nos autem cœptum ſequimur ordinē, & hiſtorica fundamēta, hiſtorico culmine protegimus. Væ, inquit, uniuerſis gentibus quæ militauerunt cōtra populū meum: quarum tātus impetus fuit: ut maris fluctibus coæquandus ſit. Sed cum uenerint ſæuientes

F & inundauerint terram meam: tunc princeps earū Sennacherib ab eo fugiet increpatus. Et ſicut puluis uento raptante diſpergitur, & turbo in ſublime uoluitur in tēpeſtate: ſic ille appropinquabit quidē Hieruſalem obſidens eā: ſed percutietur ab angelo. Veniet mane & deletū potentiæ ſuæ uidebit exercitum. Et hæc erit pars eorū qui uaſtauerūt nos. Hoc propheta loquit̄ uel ex perſona populi: uel ſe ipſum iungēs genti ſuæ. Poſtea legimus: Egreſſus eſt angelus dn̄i, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum cētum (4.Reg.19.g) octogintaquinq; milia: & ſurrexerūt mane, & ecce omnia cadauera mortuorū. Et egreſſus eſt & abijt & reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum & habitauit in Niniue. Cap. XVIII.

VAe terræ cymbalo &c.) Verbum Hebraicū צְלָצַל, quod Symmachus, ſonitum: Theodotio aues, interpretati ſunt: & nos in cymbalum uertimus: Aquila, bis umbram tranſtulit. Sed ſciendū quod umbra צֵל dicitur: hic autem ſyllaba ipſa geminatur. Ex quo poſſumus dictum intelligere: Væ terræ quæ in umbra alarum ſuarum pollicetur auxilium. Et cum ſcriptura dicat: Qui habitat in adiu (Pſal.19.a) torio altiſſimi in ꝓtectione dei cœli cōmorabitur. Pro quo in Hebræo ſcriptum eſt: In umbra omnipotentis commorabitur: ipſam dei ſimilitudinē habere ſe iactans: & in periculis conſtituta, alijs ſuffragari repromittit. Significat autem ſiue No, Aegy- (נא) pti ciuitatē, quæ nunc Alexandria dicit̄: ſiue Aegyptum in qua ſemper Hieruſalē quaſi ſuper quaſſatam arundinem innixa eſt: quæ confracta manum perforat incumbētis. Et eſt hic ordo pulcherrimus:

ut multitudo maris ſonātis: & tumultus turbarum ſicut ſonitus aquarum multarū: ſonabunt populi ſicut ſonitus aquarū inundantium: & increpabit eū & fugiet procul: & rapietur ſicut puluis montiū à facie uenti: & ſicut turbo corā tempeſtate. In tempore ueſperæ: & ecce turbatio in matutino & nō ſubſiſtet. Hæc eſt pars eorū qui uaſtauerunt nos, & ſors diripientium nos. Cap. XVIII.

a VAe tèrræ cymbalo alarum quæ eſt trās
b flumina Aethiopiæ. [b]Qui mittit in mari legatos: & in uaſis papyri ſuper aquas. Ite angeli ueloces ad gentem cōuulſam & dilaceratam ad populū terribilem poſt quē non eſt alius: ad gentē expectantem & conculcatam, cuius diripuerūt flumina terram eius. Omnes

G ut quomodo in priori uiſione ſermo propheticus Damaſco minabatur quod decem tribus in illa habuerint auxilium, miſericordiam dei nō rogantes: ſic etiam nunc Aegypto uaſtitas prædicetur: ob cuius auxilium dei neglecta ſit inuocatio: Ipſa eſt enī terra quæ eſt trans flumina Aethiopiæ, id eſt, trās riuos Nili fluminis, quē de Aethiopia in Aegyptum fluere nemo dubitat. Poteſt Aegyptus alarum cymbalum dici propter uelocitatem frugū: Velox quippe & conciſus auiū uolatus, reddit cymbali ſonitum. Quidā ex eo quod ſequit̄: Qui mittit in mari legatos, & & in uaſis papyri ſuper aquas: Romanum regnū intelligunt: & omnem hiſtoriam referunt ad Veſpaſiani & Titi tempora à quibus Hieroſolyma ſubuerſa eſt. Sed hoc fidei noſtræ non cōuenit, ut minet̄ dn̄s regno Romano, quare impiam gē

H tem ſubuerterit, & rurſum in montē Sion dicat munera deferenda: niſi forte & hæc ſpiritualiter in eccleſia accipiamus. b ¶Qui mittit in mari leg. &c.) Apud Hebræos: & Aegyptus, & Aegyptius, & Aegyptij, uno uocabulo nuncupant̄ מִצְרַיִם. Hoc dictum ſit, ne quis in uerbo hæreat: cū pro genere fœminino, maſculinū inuenerit, id eſt pro terra hominem: quia & nunc dicitur: Qui mittit in mari legatos: hoc eſt, ipſa meſraim, ipſe Aegyptius: eo qđ de Alexandria quæ tunc, ut diximus, No uocabatur, legati miſſi ſint Hieroſolymā: & in uaſis papyri, id eſt, epiſtolis ſiue nauibus, ſuū illis auxiliū promittentes dixerint: Ite uelociter ad Iudæorū gentē conuulſam, & Aſſyriorū impugnatione laceratam: ad populum quondā terribilē, qui dei utebatur imperio ad cuius potentiā nullus alius comparandus eſt: ad gentē, quæ dei ſemper expectabat auxiliū, & nihilominus ab hominibus cōculcatur: cuius terrā flumina, id eſt, diuerſi reges depopulati ſunt. Alij autem putāt quod Apoſtropha dirigatur ad dn̄m, & ſit ſenſus: O deus qui mittis in mare ſeculi iſtius prophetas: & quaſi per epiſtolas nauigātes, populū cōmonens, tuis imperas nuncijs: Ite uelociter ad gētem meā laceratā atq; cōuulſam: ad populum robuſtiſſimū: qui omnibus quondā in circuitu gentibus terrori fuit: qui ſemper dei expectauit auxilium, & pro peccatorū magnitudine quod ſperat, nō meret̄ accipere: cuius diuerſarum gentiū reges uaſtauere terram, & cætera quæ ſequunt̄. Euſebius Cæſarienſis hiſtoricā interpretationē titulo repromittēs, diuerſis ſenſibus euagat̄: cuius cū libros legerē, aliud





A multo reperi q̃ indice promittebat. Vbicūq; enim eum hiſtoria defecerit, tranſit ad allegoriā: & ita ſeparata cōſociat, ut mirer eum noua ſermonis fabrica in unū corpus lapidē ferrumq; cōiungere. Hoc breuiter admonui: ne quis nos putet ex illius fontibus mutuaſſe quæ dicimus: nā & in præſenti capitulo aduerſum Iudęos & Hieroſolymā dicit ꝓphetiā dirigi: qđ in principio fidei Chriſtianę ad totas gētes epiſtolas miſerint, ne ſuſciperēt paſſionē Chriſti: & miſerint uſq; ad Aethiopiā & occidētalē plagā totūq; orbē huius blaſphemiæ diſſeminatiōe cōpleuerint. a ¶Oēs habitatores orbis &c.) Cunctæ, inquit, gētes ꝑ circuitū, qn̄ meā iuſſionē quaſi ſignum in mōtibus eleuatū, meūq; imperiū quaſi clangorē tubæ ſublimiter reſonantis audieritis: tunc uidebitis quid præceperim. b ¶Quia hæc dicit dn̄s &c.) Quid eſt quod locutus eſt dn̄s ad prophetā? B Hoc quod ſequitur: Donec ueniāt quæ præcepi, in mea ſede requieſcā: ut Iudæi putant, in tēplo: ut nos, in cœleſtibus. Et cōſiderabo, inquit, qui rerū finis adueniat. c ¶Sicut meridiana lux &c.) Sicut in toto die nihil eſt clarius meridie qn̄ ſol de medio cœlo rutilat: & omnē orbē pariter illuſtrat: & ſicut in æſtu & calore torrēte, qn̄ nudus meſſor excoquit̄, & operis magnitudinē anhelitus probat: gratiſſima eſt roris tēperies, ſi arentes ſtipulas matutinus humor ſecabiles faciat: Ita meus ſermo quē cōſiderabo in loco meo, cunctis in me credentibus gratus adueniet. d ¶Ante meſſem &c.) Quia de meridie dixerat: & nubē roris in æſtate ac meſſe præmiſerat: & ab agricultura trāslationem ſumpſerat, ſeruat eā in reliquis: deſcribens Aegypti ſuperbiā, & populi illius uaſtitatē: & cadauera ꝑ uniuerſam prouinciā, quæ à uolucribus deuorāda ſint. Quomō enī ante maturitatem ſegetes erumpentes, cito pereunt: & anteq; ꝑfectio tēporis ueniat, germinātes inutiles ſunt: Sic, inq̄t, Aegyptij populi quaſi rami inutiles falcibus præcidentur, & cūctæ ꝓpagines nudabunt̄. Ac ne putares eū de uinea dicere, & non de hominibus: uertit metaphorā in hiſtoriæ ueritatē: Et relinquent̄, inquit, ſimul auibus montiū, & beſtijs terræ: Aues enī & beſtiæ nō abſciſos arborū ramos, ſed cadauera deuorāt. Legamus plenius Ezechiel, ubi ꝓphetat cōtra Pharao-

C nē & cōtra Aegyptū: & hæc omnia apertiſſime ſcripta reperiemus. Quodq; dicit: Aeſtate ꝑpetua erūt (Ezech.29.d) ſuper eū uolucres, & oēs beſtiæ ſuꝑ illū hyemabūt: aut uere interfectoꝝ ſignificat multitudinē: aut ꝑ candē translationē demōſtrat, qđ à cūctis gētibus uaſtādus ſit. e ¶In tempore illo &c.) Poſt Aegypti uaſtitatē & deletum eius imperiū: nequaq; Iſraël in umbræ illius uanitate cōfidet: ſed reuertet̄ ad dn̄m & ſua munera deferet ad montē Sion, id eſt in tēplū eius, & illū ſolū rogans, cuius uerum æternūq; præſidium eſt. Hoc aūt ſub Zorobabel & Ieſu, Eſdra ac Neemia factū intelligimus. Lxx. pro eo qđ nos diximus, expectāte expectāte: & ī Hebraico ſcriptum eſt, קַו־קָו ſperante ſperante, econtrario interꝑtati ſūt: ἀνέλπιστοι, id eſt, nō ſperantē. Et ob hanc cauſam dederunt occaſionē Euſebio, ut hoc de gētibus magis, quæ nec ſpem habeant, D nec teſtamentum dei, nec ꝓphetas intelligendū putauerit: q; de Iudæis: qđ ab ipſis poſtea eccleſiæ, quæ in ſpecula cōſtituta eſt, dona mittenda ſint: & offerendæ uictimæ ſpirituales. Cap. XIX.

ONus Aegypti &c.) Moris eſt ſcripturarū, obſcuris manifeſta ſubnectere: & qđ prius ſub ænigmatibus dixerint, aperta uoce ꝓferre. Vnde & in pręſenti loco quia cōtra Aegyptū fuerat cōminatus: Væ terræ obumbrāti alis quæ eſt trās flumina Aethiopiæ, &c. quæ propheticus ſermo cōtexuit: Nūc manifeſtiorē facit intelligentiā: & ad ipſam cōminās Aegyptū loquitur ꝙ nequaq; ꝑ angelos, ſed ipſe dn̄s ueniat ſuꝑ nubē leuē, id eſt, uelocē, & ingrediatur Aegyptū: & idola Aegypti cōtremiſcant, tabeſcatq; cor fortiū, & Hieremiæ uaticiniū cōpleat̄: Diſperdā ſimulacra & ceſſare faciā idola de Memphis. Quidā totā hanc prophetiā ad ſaluatoris tēpora referūt: qn̄ ingreſſus eſt ſuꝑ nubē leuē, id eſt, corpus humanū qđ ex uirgine aſſumpſerat, nullo humanæ cōmixtionis ſemine prægrauatū: ſiue ꝙ à nube leui portatus ſit, id eſt, corpore uirginali: & ad ingreſſum eius oēs dæmones cōtremuerint: tūcq; prima idolorū ruina fuerit, præſentiā dn̄i ferre non ſuſtinēs. g ¶Et cōcurrere faciā Aegyp. &c.) Ingreſſo Aegyptū dn̄o, & potentiſſimā gentē ſui præſentia deſtruente: erit prima uictoria diſſidere Aegyptios cōtra Aegyptios, & aduerſum ſe rebelli odio

a Omnēs habitatores orbis qui moramini in terra: cū eleuatū fuerit ſignū in montibus ui
b debitis, & clangorē tubæ audietis. [b]Quia hęc dicit dn̄s ad me: Quieſcā & cōſiderabo in lo
c co meo. [c]Sicut meridiana lux clara eſt, & ſi
d cut nubes roris in die meſſis. [d]Antē meſſem enī totus effloruit: & immatura ꝑfectio germinauit, & præcident̄ ramuſculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint, abſcindent̄ & excutient̄. Et relinquētur ſimul auibus montiū & beſtijs terræ: & æſtate ꝑpetua erūt ſuꝑ eū uolucres, & oēs beſtiæ terræ ſuꝑ illū hye-
e mabūt. [e]In tēpore illo deferetur munus dn̄o exercituū à populo diuulſo & dilacerato: à populo terribili, poſt quē nō fuit alius à gente expectante, expectante & cōculcata: cuius diripuerūt flumina terrā eius ad locū nominis dn̄i exercituū montē Sion. Ca. XIX.
f [f]ONus Aegypti. Ecce dn̄s aſcendet ſupra nubē leuē, & ingrediet̄ Aegyptū: & mouebunt̄ ſimulacra Aegypti à facie eius: & cor
g Aegypti tabeſcet in medio eius. Et cō[g]currere faciam

E dimicare. Quod tēporibus Aſſyriorū & Nabucho
donoſor regis Babylonij factū eſſe manifeſtum eſt,
alijs ſedētibus, & alijs repugnātibus. Q; aūt hæc de
Babylonica captiuitate prædicat, Hieremias teſtis
Hiere.46.a eſt, dicēs: Vitula elegās atqꝫ formoſa Aegyptus, ſti-
mulator ab Aquilone ue
niet ei. Et rurſum: Cōfu-
ſa eſt filia Aegypti, & tra
dita in manu ppli Aqlo-
nis. Ezechiel quoqꝫ pari
ꝓphetiç autoritate cōſen
Ezech.30.c tiēs: Et ceſſare, inquit, fa-
ciā multitudinē Aegypti
in manu Nabuchodono
ſor regis Babylōis, & ite-
rū: Cōfortabo brachia re
gis Babylōis: daboqꝫ gla
diū meū in manu eius: &
cōfringā brachia Pharao
nis. Et ſcient qa ego dñs
cū dedero gladiū meū in
manu regis Babylōis: &
extēderit eū ſuꝑ terram
Aegypti: & diſꝑgā Aegy
ptū in nationes. Si aūt ad
tēpora referimus ſaluato
ris, illud de euangelio ſu-
Matth.5.b mamus exemplū: Nolite
F putare qđ ueni pacē mit
tere ſuꝑ terrā: nō ueni pa
cē mittere ſed gladiū: Ve
ni eñ diuidere uirum ad
uerſus ꝓximū ſuū: & filiā
cōtra matrē ſuā: & nurū
cōtra ſocrū ſuā: & inimi-
ci hois domeſtici eius. Et
Luc.12.f rurſum in alio loco: Erūt
diuiſi duo in tres, & tres
in duo: pater cōtra filium: & mater cōtra filiā: & nu
rus cōtra ſocrū. a ¶Et diſrumpet &c.) Cū ſeditio
fuerit orta in Aegypto, ſiue Babylonio ſeruire cu-
piētibus ſiue nolētibus iugo eius colla ſubmittere:
ſiue alijs Chriſto credētibus alijs repugnātibus: diſ
rumpetur & ſcindet ſpūs Aegypti: nō eadē cunctis
uolētibus: & omne conſiliū eorꝝ rediget ad nihilū.
Tunc ibūt ad ſimulacra ſua & diuinos, & hariolos,
ac uates: magiciſqꝫ edoctos artibus interrogabūt,
cur iſta acciderint. b ¶Et tradā Aegyptū &c.) Du
plicem intelligentiā ſequimur: uel Chaldaicorꝝ tem
porū, qñ à Nabuchodonoſor Aegyptus expugna
ta eſt: uel Romani īperij qñ Antonio Cleopatraqꝫ
ſuperatis, Auguſtus Cæſar Aegyptū ſubiugauit.
Babylonios fuiſſe crudeles, omnis ſcriptura teſtat:
qui paruulis nō pepercerint, & ſuis eos iaculis uul-
nerarint: nec prægnātibus ſint miſerti. Romanū au
tem regnū fortiſſimū, & Danielis ſcriptura teſtatur:
Dani.7.b exponēs quartā beſtiā habentē dētes & ungues fer
reos. c ¶Et areſcet aqua &c.) Naturale eſt, ut cum
per irā dei captiuitas uenerit, indignationē eius pe-

ſtilētia ſubſequat: & aduerſum eos qui offenderint G
deū, cūcta ſimul elemēta deſæuiāt. Vnde ſcriptū eſt
in alio propheta: Et uolucres in aëre deficere, & pi-
ſces in aquis, ut omnia hūano uſui ſubtrahant. Hoc
dicimus, ſi ſimpliciter ſiccitatē Nili fluminis, & ri-
uorū eius uoluerimus ac
cipere. Sin aūt per meta-
phorā, in fluuio regnū: &
in riuis, duces eius intelli
gimus: & in uirore & iū-
co & papyro, cūctā Ae-
gypti abundantiā: ut per
eas res, opes Aegypti de
ſcribant: quarum Aegy-
ptus fertiliſſima eſt. Lega
mus Ezechiel, ubi rex
Pharao draco magnus
habitare deſcribit in flu-
minibus, & dicit: Meus Ezech.29.a
eſt fluuius & ego feci me
metipm. Et audit: Ponā
frenū in maxillis tuis: &
agglutinabo piſces flumi
nū tuorꝝ in ſquamis tuis:
& extraham te de medio
fluminū tuorꝝ: & uniuer
ſi piſces tui ſquamis tuis
adhærebūt: & proijciā te
in deſerto. In aduētu aūt
Chriſti hęc omia τροπικῶς H
intelligēda ſunt, iuxta il-
lud ꝙ ſupra legimus: De
ſertū faciet dñs mare Ae-
gypti. Et rurſū: Immittet
dñs manū ſuā ſuꝑ fluuiū
Aegypti uiolentū & ꝑcu
tiet eū ī ſeptē uallibus: ita
ut ꝑtrāſeat eū qs calciato
pede ꝙ ſcilicet oīs error Aegyptiarū aquarū & ar-
tes maleficæ, ꝗbus ſubiectis pplis illudebāt, Chriſti
ſiccent aduētu. Quodqꝫ dicit: Areſcet aqua de ma-
ri, & hiſtorice poſſumus accipere: nō mare magnū
ſignificari, ſed lacū Mareotidē: eo qđ ſcriptura oēs
cōgregationes aquarum appellet maria. Poſſunt &
Hyperbolice dicta intelligi. Quodqꝫ ſequit: Nuda
bitur alueus riui à fonte ſuo: deſcribit ꝙ & riuus &
fons areſcāt ſimul. d ¶Et mœrebunt piſc. &c.) Et
hoc dupliciter accipe: qđ uaſtata Aegypto & cūcta
prouincia ariditate ſiccata, mœreāt piſcatores: & lu
geāt qui in flumē mittebāt hamū: & ꝗ operabant re
tia ac ſagenas, & texebāt iunco diuerſi generis ua-
ſcula. i. principes & regij generis atqꝫ rectores: & ꝙ
in aduētu Chriſti oēs ꝑuerſi generis piſcatores qui
cōtra aplicā diſciplinā capiebant hoīes in perditio-
nē, & ſtulta ſapiētia texebāt retia & ſagenas: quibus
perditos irretirēt, cōfuſi ſunt: & nullus aut rarus in
Aegypti terra ſit talis piſcator. Hoc opere uidemus
expletū, qđ eccleſiarū trophæa cōſurgūt, & in omni
Aegypto idola corruerunt. e ¶Stulti principes
Taneos

faciā Aegyptios aduerſus Aegyptios: & pu
gnabit uir cōtra fratrē ſuū: & uir cōtra ami-
cum ſuū: ciuitas aduerſus ciuitatē, regnū ad-
a uerſus regnū. Et diſrūmpet ſpūs Aegypti in
uiſceribus eius: & conſiliū eius præcipitabo:
& interrogabūt ſimulacra ſua & diuinos ſu
b os, & Phythones & hariolos. Et trādā Aegy
ptū in manu dominorꝝ crudeliū: & rex for-
tis dñabitur eorꝝ, ait dñs deus exercituū. Et
c arēſcet aqua de mari: & fluuius deſolabitur
atqꝫ ſiccabit: & deficiēt flumina: attenuabun
tur & ſiccabūtur riui aggerū. Calamus & iū
cus marceſcēt: nudabitur alueus riui à fonte
ſuo, & omnis ſemētis irrigua ſiccabit: areſcet
d & nō erit. Et mœrēbunt piſcatores: & luge-
būt oēs mittētes in flumen hamū: & expan-
dētes rete ſuper faciē aquæ marceſcēt. Et cō-
fundētur ꝗ operant linū, plectētes & texētes
ſubtilia: & erūt irrigua eius flaccētia: oēs qui
e faciebāt lacunas ad capiendos piſces. Stulti
principes Taneos: ſapiētes cōſiliarij Pharao
nis, dederūt conſiliū inſipiēs: quomō dicetis
Pharaoni: Filius ſapientiū ego: filius regum
antiquorū? Vbi ſunt nūc ſapiētes tui? annū-
cient tibi & indicēt: ꝗd cogitauerit dñs exer
cituum



A Taneos &c.) Tanin metropolim fuiſſe Aegypti, &
pſalmiſta declarat: ꝙ ibi Moyſes multa ſigna fece-
Pſal.77.c rit, quæ in Exodo deſcribuntur: Poſuit in Aegy-
pto ſigna ſua: & ꝓdigia ſua in cāpo Taneos. Mem-
phim quoqꝫ magicis artibus deditam, priſtini uſqꝫ
ad præſens tempus ueſti
gia erroris oſtendunt. Et
hoc breuiter indicatur,
ꝙ Babylonia uaſtitate ue
niēte, omnia Magorꝝ cō
ſilia: & eorū qui futurorꝝ
ſcientiā ꝓmittebāt ſtulti-
ciæ coarguantur, & in ad
uētu Chriſti cuncta redi
gant in nihili: nō inueniē
tibus cōſiliū Aegypti ua
tibus, quō dogma oppri
mant Chriſtianū. Idioma
aūt ſcripturarū eſt, ut an-
gulū pro regno ponant,
eo qđ populos cōtineat,
quaſi in tota domo for-
tiſſimū ſit. Vnde & Chri
Ephe.2.d ſtus duorꝝ populorū pa-
rietes cōtinēs, lapis dicit
angularis. Quodqꝫ intu-
lit: Quō dicetis Pharao-
ni, filius ſapientiū ego, fi-
lius regū antiquorum: ſi
B gnificat qđ Aegyptij, he
roas, & deos autores ſuæ
gentis ſimulēt Oron, & Iſin, & Oſirim, & Tiphonē.
a ¶Dñs miſit &c.) Primum de interꝑtatione dica
mus: & poſtea de his quæ ſcripta ſunt, diſſeremus.
Pro ſpū uertiginis interpretari poteſt & ſpūs erro-
ris. In eo quoqꝫ ꝙ nos trāſtulimus, incuruantē & re
frenantē: poſſumus dicere incuruū & laſciuientē:
ut intelligamus ſenē & puerū. Nos aūt uerbum He
braicum אגמון dū celeriter quæ ſcripta ſunt uerti
mus, ambiguitate decepti, referentē diximus: qđ ſi
gnificantius Aquila trāſtulit ςρεβλόντα, id eſt, qui ni
hil recte agit, ſed omne peruerſum: ut puerū ſignifi
caret. Eſt igit ſenſus: Stulti facti ſunt principes Ta-
neos: & ſapientes cōſiliarij Pharaoni dederūt conſi
liū inſipiēs: & emarcuerūt principes Mempheos: &
deceperūt Aegyptū angulū populorꝝ: quia dñs mi
ſcuit eis ſpiritū erroris atqꝫ uertiginis: ut ignorent
ꝗd loquant & errare faciāt Aegyptū: Et ſicut ebri-
us & uomēs egerit qđ īgeſſerat: & ubi ſit, neſcit: ſed
iacet mentis alienæ: ſic nullum habebit Aegyptus
opus ſiue cōſiliū, qđ aut caput habeat, aut finē, aut
ſenibus cōueniat, aut pueris: quorꝝ alij ꝑ nimiā æta
tē deſipiūt atqꝫ delyrāt: alij per laſciuiā & infantiam
ignorāt quid agāt. Hoc aūt ſiue in Babylonia uaſti
tate ſiue in aduētu Chriſti, & iuxta literam & iuxta
ſpiritualē intelligentiā recipere uolueris, habebit cō
ſequentiā. b ¶In die illa &c.) Melius reor etiā pro
priū errorē reprehendere, ꝙ dū erubeſco imperitiā
cōfiteri in errore perſiſtere. In eo qđ trāſtuli: Et erit
terra Iuda Aegypto in feſtiuitatē, pro feſtiuitate in
Hebraico legitur חגה, quod interpretari poteſt & C
feſtiuitas: unde & Aggeus in feſtiuū uertitur: & ti-
mor, quod ſignificātius Aquila trāſtulit γυρῶσιν, cū
aliquis pauidus & tremēs circūfert oculos, & adue-
nientem formidat inimicū. Ergo ſi uoluerimus in
bonā partē accipere, ꝙ re
cordatio Iudæ Aegypto
ſit gaudij, recte feſtiuitas
dicit: Sin aūt ut arbitror,
in timorē pro feſtiuitate
uertit, intelligamus for-
midinē uel pauorē: quod
cū Nabuchodonoſor ue
nerit, & oēs uirorꝝ fortiū
manus quaſi mulierū fu
erint diſſolutæ, etiā uoca
bulum Iudæ terrori ſit
Aegypto: quia dū ei uult
auxiliū præbere, tāta ma
la perpeſſa ſit. De noſtris
temporibus nemo dubi-
tat, qđ cōparatione Chri
ſtianorum omes Ethnici
quaſi mulieres ſint, infir-
mas habētes ſentētias: &
quicꝗd dixerint uerti in
ſtulticiā: dū ſtupeāt tantā
gētis cōuerſionē: & mirē
tur atqꝫ intelligant manū D
dñi, & quicunqꝫ gentiliū
nominis Chriſtiani fue-
rit recordatus, imbecillitatē idololatriæ timore fa-
teatur. c ¶In die illa erūt &c. ciuitas ſolis.) Pro ci-
uitate ſolis, neſcio quid uolētes Lxx. interꝑtati ſunt
ἀσεδὲκ, quā quidā noſtrorꝝ urbē iuſticię interpretat:
& ductus errore qđ iuxta Hebraicū חרס ſcriptū
ſit, terrā putat, quæ alijs literis ſcribit. Melius ergo
trāſtulit Symmachus ciuitas ſolis uocabit una: חרס
eñ uerbū ambiguū: & teſta dicit & ſol: eo ꝙ utrūqꝫ
areat & ſiccū ſit. Hunc locū nō intelligens Onias, tē
plū extruxit in Aegypto in oppido ἡλιοπόλεως. Le-
ge Ioſephi hiſtorias. Alij Ares. i. ὄστρακον, hoc eſt, te- Ioſeph. li.12
ſtam, urbē oſtracinā intelligi uolūt & cæteras iuxta cap.13.
Rhinocorurā, & Caſium ciuitates: quas uſqꝫ hodie
in Aegypto lingua Chananitide, hoc eſt, Syra loꝗ
manifeſtū eſt: & putant è uicino Syros atqꝫ Arabas
à Nabuchodonoſor in illā terram fuiſſe translatos.
Porrò qui in aduentu Chriſti & Romano imperio
prophetiā diſſerunt: quinqꝫ ciuitates, uel legem dñi
quæ in Alexandria primū interpretata eſt: uel ꝗnqꝫ
eccleſiæ ordines, epiſcopos, presbyteros, diaconos,
fideles, catechumenos ſentiūt. Aut certe ſpūalem le
gis intelligentiā, de qua & Aplus ait: Volo quinqꝫ 1.Cor.14.c
uerbis loqui in eccleſijs in ſenſu meo: ꝙ decem mili
bus uerborū in lingua, & quod una quinqꝫ ciuitatū
appellet ciuitas ſolis, uidelicet iuſticiæ, in cuius pen
nis eſt ſanitas. d ¶In die illa erit altare &c.) Ab hoc
loco uſqꝫ ad finē Aegyptiæ uiſionis ſiue ponderis,
& Iudæi & noſtri de Chriſti aduentu intelligi uo-
lunt: ſed illi uota ſua differunt in futurū, nos quaſi

cituum ſuper Aegyptū. Stulti facti ſunt prin
cipes Taneos: emarcuerūt principes Mem-
pheos: deceperūt Aegyptū angulū populo-
a rū eius. Dñs miſcuit in medio eius ſpm̄ uer-
tiginis: & errare fecerūt Aegyptū in omi ope
ſuo: ſicut errat ebrius & uomens: & non erit
Aegypto opus qđ faciat: caput & caudā in-
b curuantē & refrenantē. In diē illa erit Aegy-
ptus quaſi mulieres: & ſtupebūt & timebūt
à facie cōmotionis dñi exercituum: quā ipſe
mouebit ſuꝑ eā. Et erit terra Iuda Aegypto
in feſtiuitatē: omis ꝗ illius fuerit recordatus,
pauebit à facie cōſilij dñi exercituum qđ ipe
c cogitauit ſuper eā. In diē illa erūt quinqꝫ ciui
tates in terra Aegypti loquētes lingua Cha-
naan & iurātes per dñm exercituū: ciuitas ſo
d lis uocabitur una. In diē illa erit altare dñi in
medio terræ Aegypti, & titulus iuxta termi
nū eius dñi. Et erit in ſignū & in teſtimoniū
dño

dño exercituū in terra Aegypti,Clamabunt eñ ad dñm à facie tribulātis;& mittet eis ſaluatorē & ꝓpugnatorē qui liberet eos,Et cognoſcet dñs ab Aegypto, & cognoſcēt Aegyptij dñm in die illa;& colēt eū in hoſtijs, & muneribus;& uota uouebunt dño & ſoluēt. a Et pcūtiet dñs Aegyptū plaga & ſanabit eã,& cōuertent ad dñm & placabit eis & ſanabit eos. b In diē illa erit uia de Aegypto in Aſſyrios,& intrabit Aſſyrius in Aegyptū;& Aegyptius in Aſſyrios;& ſeruient Aegyptij Aſſur. c In diē illa erit Iſraël tertius Aegyptio & Aſſyrio;bñdictio ī medio terræ;cui bñdixit dñs exercituū,dicens;Bñdictus populus meus Aegypti,& opus manuū mearū Aſſyrio;hæreditas autē mea Iſraël. Cap. XX.

d ANno qūo ingreſſus eſt Thartã in Azotū;cū miſiſſet eū Sargon rex Aſſyriorū,& pugnaſſet contra Azotū & cepiſſet eã. In tpe illo locutus eſt dñs in manu Eſaiæ filij Amos, dicēs: Vade & ſolue ſaccū tuū de lumbis tuis,& calciamenta tua tolle de pedibus tuis;& fecit ſic,uadēs nudus & diſcalciatus,Dixitq; dñs;Sicut ambulauit ſeruus meus Eſaias nudus & diſcalciatus;trium annorū ſignū & portentū erit ſuper Aegyptū & Aethiopiã.Sic minabit rex Aſſyriorꝝ captiuitatē Aegypti & trãſmigrationē Aethiopię iuuenum & ſenū nudã & diſcalciatã,diſcoopertis natibus,ignominiã Aegypti.Et timebunt

E iam tranſacta retinemus. Diem aūt pro tpe accipe: quanq; ſub Onia Ioſephus hæc facta cōtendat; qui profugus in Aegyptū,cū turba plurima Iudæorū ædificauit templū & altare;& ꝓphetiã Chriſti caſſa implere temeritate conatus eſt. Ita aūt unū altare dicit,qūo una fides,& unū baptiſma,& una eccleſia. Et titulus iuxta terminū eius dño; haud dubium quin euangeliū & apl'orꝝ ſcripta ſignificet.Qūo enim ſupra iuxta Tropologicã intelligentiã terra Iuda Aegypto formidabilis ſiue ſolēnis uetus intelligit teſtamentū; ſic & titulus in terminis Aegypti, euangeliorꝝ hiſtoria demonſtrat.Deniq; iungit; Et erit in ſignū & in teſtimoniū, dñicæ uidelicet paſſionis. Tūc hi qui crediderint concurrentibus Aegyptijs cōtra Aegyptios;& pugnāte uiro cōtra fratrē ſuū; & ciuitate cōtra ciuitatē dimicante; cū perſecutiōis tēpus F irruerit implorabūt dñi miſericordiã;ſtatimq; ſaluator adueniet, id eſt,Ieſus hoc eñ in lingua noſtra ſonat; Et cognoſcet dñs ab Aegyptijs;& cognoſcēt eū,ſiue pſecutores qui fuerint ſuperati; ſiue credētes pręſenti auxilio liberati. Et colēt eū in hoſtijs & muneribus: uotaq; uouebunt dño & ſoluent. Rñdeant Iudæi; Deute.26 d Lege præceptū eſt,ut altare non fiat niſi in loco uno quē elegerit dñs deus;& hoſtię tm̄ à ſacerdotibus Leuitici generis immolent;Ecce Eſaias aperte docet qđ Aegyptij cognoſcãt dñm & colãt eū;& hoſtias & munera offerãt,& uota uoueãt atq; pſoluant,Si Aegyptij ſacerdotiū habēt;implet & in illis Hebr.7.b Pauli teſtimoniū dicentis;Translato ſacerdotio,neceſſe eſt ut legis translatio fiat. a ¶Et pcutiet dñs Aegyp.&c.) Quē eñ diligit dñs, corripit; caſtigat autem omnē filiū quē recipit,Perſecutio nō ad negationē credentiū,ſed ad probationē pertinet & coronã. b ¶In die illa erit uia &c.) Ante aduentum Chriſti unaquæq; gens ſuum habebat regem,& de alia ad aliã nullus ire poterat nationē; in Romano aūt imperio unum facta ſunt omnia.Doctus lector ueteres reuoluat hiſtorias, & ab Euphrate uſq; ad Tygrim,omnē in medio regionē Aſſyriorū fuiſſe

G cognoſcat.Ergo quos ueteres Aſſyrios, nunc nos uocamus Syrios,à parte totū appellãtes.Qꝫ aūt dicitur;Aegyptij ſeruiēt Syris; uel ſic accipiendū, qđ Romanæ legiones Syro inſtructo milite Aegyptū cuſtodiant;aut quod utriuſq; gētis inter ſe cōmercia ſint; & abundantiam Aegypti Syriæ ſuſcipiãt ciuitates; ſicut ecōtrario Palæſtinæ & Phœnicis bonis Aegyptus irriget. Quidã noſtrorum male hæc ad mille annos referūt,& more Iudaico ī cōſummatiōe mūdi futura pronūciant; qm̄ antichriſtus de Aſſyrijs ueniens, Aegyptū Aethiopiamq; poſſederit. c ¶In die illa erit Iſraël tertius &c.) Nequaq; Iſraël īter Aegyptum & Aſſyriū medius elidet;nunc Antiochijs & Demetrijs ad ſe Iudæ trahentibus regnū, nunc Ptolemæis poſſeſſionē eius ſibi uendicãtibus; ſed & ipſa ſub Romano imperio, ac p hoc Chriſti imperio conſtituta,erit eius cōditionis cuius & Aegyptus & Aſſyrij,& bñdicet in omī terra; H Quia ex Sion exibit Eſa.2.a lex,& uerbū dñi de Hieruſalē; Tūc dicet à dño: Bñdictus ppl's meus Aegypti;qm̄ nequaq; Moyſe,ſed Chriſto dño pēunte,infinita hominū milia ſolitudines repleuerint; & Pharaone ſubmerſo, dixerint in deſerto; Cãte Exod.15.a mus dño,glorioſe eñ magnificatus eſt equum & aſcēſorē deiecit in mare. Tūc & opus manuū dñi erit in Aſſyrijs; hæ eñ uel maxime gētes mōachorꝝ florēt examinibus, Aegyptus & Meſopotamia;& pari inter ſe pietate cōtendunt.Hæreditas aūt Chriſti Iſraël eſt;hoc eſt,natiuitatis,& crucis,& reſurrectionis,aſcēſioniſq; eius loca;ad quæ de toto orbe cōcurritur. Cap. XX.

ANno quo ingreſſus &c.) Totã poſuimus capituli huius cōtinentiã,ut p partes ſingula diſſeramus;Azotus quę Hebraice dicit אשדוד,urbs fuit potētiſſima Palæſtinæ de quinq; urbibus; hãc Sargon rex Aſſyriorū,qui ſeptē nominibus appellatur;miſſo duce exercitus ſui,cui nomē erat Thartam,cepit & tenuit.Eo igit tēpore quo uicina ciuitas capta eſt,præcipitur Eſaiæ;ut depoſita ſaccea tunica,hic enim erat habitus prophetalis populi delicta



bũt & cōfundentur ab Aethiopia ſpe ſua;& ab Aegypto gloria ſua.Et dicet habitator inſulæ huius in die illa:Ecce hæc erat ſpes noſtra,ad quos cōfugimus in auxiliū ut liberaret nos à facie regis Aſſyriorū;& quomodo effugere poterimus nos? Cap. XXI.

a b ONus dēſerti maris. Sicūt turbines ab Aphrico ueniunt, de deſerto uenit de terra horribili;uiſio dura nunciata eſt mihi. c Qūi incredulus eſt, īfideliter agit;& qui depopulator eſt,uaſtat. d Aſcēnde Elam, obſide Mede; omnem gemitum eius ceſſare feci

A licta plangētis,& calciamētis è pedibus,quæ Lxx. σανδάλια,id eſt caligas uocant;nudus & diſcalciatus incederet,typum præbēs captiuitatis Aegyptiæ & Aethiopū;q Aegyptijs ī adiutoriū fuerãt;qđ quō Eſaias nudus ambularet,& fœditatē cernētibus nudis natibus demōſtraret: Ita om̄is Aegyptus atq; Aethiopia populãte Aſſyrio,nudæ fierēt; & nihil omnino in terra remaneret.Nec hoc aliqs putet ſupiori felicitati quæ Aegyptijs repromittit eſſe cōtrariū;qa ibi poſt mala de futura beatitudine prædicat;hic aūt præſens narratur captiuitas: per quam deleto Iſraël & Damaſco & Philiſtim, recta uia prexit Aegyptū; & ipſos pariter Aethiopeſq; ſuperauit. Qđ ne cui uideatur ambiguum, ipſius Eſaiæ ponamus teſtimoniū; 4.Reg.19.b Reuerſus autē Rabſaces,inuenit regē Aſſyriorū præliantē aduerſus Lobnam;audierat eñ quia ꝓfectus eſſet de Lachis;& audiuit de Tharaca rege Aethiopiæ dicētes: Egreſſus eſt ut pugnet contra te. Simulq; diſcimus obediētiã ꝓphetarū,quod uir nobilis; B tradūt enim Hebræi Eſaiam ſocerū fuiſſe Manaſſe filij Ezechię regis Iuda;nō erubuerit nudus incedere;ſed dei pceptis nihil honeſtius iudicans,depoſuerit ſaccum; quo abiecto,nudus fuerit, unã prius habēs tunicã, & ipſam cilicinam. Quod aūt dicitur;Triū annorū ſignum & portentum erit ſuper Aegyptū & ſuper Aethiopiã;hoc ſignificat,qđ tribus annis ab Aſſyrijs Aegyptus uaſtanda ſit & Aethiopia. Tunc,inquit,dicet habitator inſulę huius;hoc eſt,Hieruſalē quæ uicinarū gētium fluctibus tunditur;Hæccine erat ſpes noſtra?& ad hos cōfugimus,ut nobis præberēt auxiliū;qui ſe de captiuitatis malo eruere nō quiuerunt?Eſt igitur hic ordo prouidētiæ dei,om̄e hominum genus ineffabili iudicio diſpēſantis;Cōtra dei irã Iſraël ſperauit in Damaſco;diruatur ciuitas quæ aduerſum illius uolūtatem impijs præſtat auxiliū.Iudas ſperauit in Aegyptijs, & Aegyptus deſtruatur. Aegyptij confiſi ſunt in Aethiopibus, Aethiopes quoq; uincãtur ab Aſſyrijs.Aſſyrij ſuperbierūt;nō dei,ſed ſuarū uiriū arbitrantes eſſe uictoriã;& ipſi uincãtur à Babylonijs,Babylon eleuauit cōtra deum caput; & ipſa à Medis Perſiſq; ſuperetur.Perſæ & Medi ex parte perſecuti ſunt populū dei;& aries ſæuiſſimus ad oriētem & occidentem omnes populos uētilauit;ueniat hircus Alexãder,& cōterat eū pedibus ſuis.Et iſte q ultra modū erectus eſt;ueneno pereat, regnumq; eius diuidat in partes;& cū multo tēpore īter ſe colliſum fuerit, Romano uincēte populetur. Romanus ipſe ferra= Dan.2.g tis dētibus unguibuſq; ſanctorū carnes & cruento

ore lacerauit;excidat lapis de monte ſine manibus; C & potētiſſimū primū regnū ac ferreū;deinde fragile & infirmū,in teſtarū modū cōterat. Cap. XXI.

ONus deſerti maris &c.) Niſi in cōſequētibus huius capituli legerem;Babylon dilecta facta eſt mihi in miraculū. Et iterū;Cecidit,cecidit Babylon;& omnia ſculptilia deorꝝ eius cōtrita ſunt in terra. Et ſupra;Aſcende Elã;& obſide Mede; dubitarē quod eſſet hoc pōdus,quod deſerto mari imponitur. Perſpicuū ergo eſt qđ deſertū mare Babylon appellat, Hieremia dicēte ex perſona Hier.51.d dei;Et deſertū faciã mare eius;& ſiccabo terrã illius;& erit Babylon in tumulos arenarū. Mare autē ꝓpter multitudinē habitãtiū dicit. Vnde & ſupra Aegypti multitudo mari cōparata eſt. Deſertū faciet dñs mare Aegypti. Quod aūt Medi & Perſæ pugnauerint cōtra Babylonē & ſubuerterint eã, in ſupradicto Hieremia legimus;Acuite ſagittas;implete pharetras. Suſcitabit dñs ſpm̄ regū Medorū; D & cōtra Babylonē mens eius ut perdat eã;qm̄ ultio dñi eſt,ultio tēpli ſui. Sup muros Babylonis leuate ſignū;augete cuſtodiã;eleuate cuſtodes;pparate inſidias;qa cogitauit dñs & fecit q̄cūq; locutus eſt cōtra Babylonis habitatores.Et rurſum;Leuate ſignū in terra;clãgite buccina in gētibus;ſanctificate ſup eã gētes;annūciate cōtra illã regibus Ararat,Mēni, & Aſcenez;nūerate cōtra eã Tapſar;adducite equū quaſi bruchū aculeatū.Sanctificate cōtra eã gentes; reges Mediæ,duces eius & uniuerſos magiſtratus eius;cūctãq; terrã poteſtatis eius;& cōmouebit terra & turbabit;qa uigilauit cōtra Babylonē cogitatio dñi;ut ponat terrã Babylonis deſertã & inhabitabilē. b ¶Sicut turb.&c.) Vox Babylonij populi timētis inducit,ſiue ipſius Babylōis,q audiat Medos & Elamitas cōtra ſe exercitū pparare & uenire de ſolitudine;ponitq; cōparatiōis exēplū;Sicut,inqt,ab Aphrico uēto uehemēs tēpeſtas uenire conſueuit;ita mihi de ſolitudine uaſtitas uenit;de terra horribili;cuius ne nomen qdē audire poſſum abſq; formidine. Viſio dura nunciata eſt mihi;qd eñ durius q̄ præſens captiuitas? c ¶Qui incredulus eſt &c.) Poteſt in Hebræo ita legi;Qui cædis,cæde,& qui uaſtas,uaſta;ut ad ipm Elamitē & Medū ꝓphetiæ uaticiniū dirigat,hortantis eū implere qđ cœpit;intrepidū aſcēdere,obſidere potētiſſimã ciuitatē.Sin aūt ſic legit ut trãſtulimus, quaſi de pſona tertia dicat,q icredulus eſt,infidelr agit;& q depopulator eſt,uaſtat;cū ſupioribus copulãdū eſt in qbus ſibi Babylon uiſionē durã prædicat nunciatã. d ¶Aſcēde Elam &c.) Ne timeas,inquit, ò Perſa

E & Mede Babylonis multitudinē, ne illius præteritā potentiā reformides: Omnē gemitū eius ac pōdus quo te ante premere cōſueuerat, ceſſare feci; ſeu qd' nullus iam gemat & doleat preſſus potētia Babylonis; ſeu quod tātis malis oppreſſa ſit ipſa Babylon, ut ne gemitū quidē liberum habeat. a ¶ Propterea repleti ſunt &c.) Prophetæ ideo obſcuri ſunt; quia perſonæ in his plurimæ cōmutātur. Ergo & nūc uox Eſaiæ inducitur plangētis Babylonē ſpū pphetali, qd' tāta mala ſuper eā uentura ſint; ut ipſe q narrat timore ſuperatus nequeat in uerba prorūpere; uidens tātæ multitudinis ſanguinē fundi; & miſericordię motus affectu, homo enī de hominibus loquitur: nō minus doleat, q̄ mulier ululare in partu ſolet; ſed cōturbatus & trepidus & in terrā corruens, caligātibus oculis neſciat quid loquat. Pro eo aūt
F qd' nos uertimus: Babylon dilecta mea: in Hebræo legit: נֶשֶׁף חִשְׁקִי; & eſt ipſum uerbū quod in principio Babylonij oneris poſuimus: ſuper mōtē caligoſum; Pro caligoſo enī tenebroſo ſcriptū eſt נִשְׁפֶּה. Proprieq; hæc urbs ſic uocat ppter altitudinē, & erectū uſq; ad cœlū ſuperbiæ uerticem. b ¶Pone mēſam &c.) Locus iſte dupl'r accipit: O Medi & Elamitæ, qbus ſupra dixi: aſcēde Elā, obſide Mede; ſumite cibū; futuro uos prelio pparate; ne poſtq; dimicatiōis tp̄s aduenerit, laſſitudo uos retrahat. Cūq; comederitis & biberitis, ſurgite; arma corripite; Babyloniū debellate. Quodq; ait cōtēplare ī ſpecula; hoc ſenſu legit: diligēter q̄ uētura ſūt, pſpice. Pōt & ſic intelligi: O Babylon para Baltaſar filio Euilmerodach nepoti Nabuchodonoſor regi tuo mēſam atq; cōuiuiū; & uide qd poſt cibū eueniat; in quo ſcortis & cōcubinis in uaſis dn̄i propinabit. O principes q cū rege accūbitis, Medos autē Perſaſq; ſignificat; ſurgite & ad interficiēdū regē arma corripite. Hoc plenius in Danielis uolumine diſcimus. (Dan.5.a)
c ¶Hæc enī &c.) Cauſas reddit ſupioris formidis, quare anguſtia poſſederit eū ſicut parturiētē; & corruerit audiēs & pterritus ſit; ac tenebroſo horrore circūdatus. Hęc, ingt, dixit dn̄s mihi; Vade & cōſtitue ſpeculatorē, ut ſpū pphetali tibi futura pnūciet; quē cū poſuiſſem in ſpeculā, uidit uenientē bigā, & aurigam deſup, aſinūq;, & camelū currū trahere. Si-

a feci. Proptērea repleti ſunt lumbi mei dolore; anguſtia poſſēdit me, ſicut anguſtia pariētis; corrui cū audirē; conturbatus ſum cū uiderē; Emarcuit cor meū; tenebræ obſtupefecerūt me. Babylon dilecta mea, poſita eſt mihi in miraculum. b Pōne mēſam, cōtēplare in ſpecula comedētes & bibentes; Surgite principes; arripite clypeū. c Hæc ēnim mihi dixit dn̄s: Vade & pone ſpeculatorē; & quodcūq; uiderit, annūciet. Et uidit currū duorū equitum, aſcenſorē aſini, & aſcēſorē cameli. Et cōtemplatus eſt diligēter multo intuitu; clamauitq; leo: ſuper ſpeculā dn̄i ego ſum ſtās iugiter per diem; & ſuper cuſtodiā meā ego ſum ſtās totis noctibus. Ecce iſte uenit aſcēſor uir bigæ equitū, & reſpōdit & dixit; Cecidit cecidit Babylon: & omnia ſculptilia deorum eius cōtrita ſunt in terra. Tritura mea & fili areæ meæ, quæ audiui à dn̄o exercituū deo d Iſraël, annūciaui uobis. Onus duma; ad me clamat ex Seir; cuſtos quid de nocte, cuſtos quid de nocte? Et dixit cuſtos; uenit mane et nox; ſi quęritis, quærite; cōuertimini, uenite.
Onus

G gnificat autē Cyrū Perſarū regē atq; Medorū, cum paruo & magno imperio uenietem. Perſæ enī ante Cyrū ignobiles erāt, & nullius inter gētes loci habebantur; Medi ſemp potētiſſimi. Iſte ergo unus aſcēſor, duarū gētiū fultus exercitu, uenit cōtra Babylonē & ſpeculator ille q poſitus erat ut uētura pſpiceret, clamauit quaſi leo, ſiue ipſe ppheta appellat leo. Et qa dubiū erat de perſona ſpeculatoris; qui Cyrū uiderat aſcendētē, ipſe exponit manifeſtius & ait: Super ſpeculā dn̄i ego ſum ſtās iugiter per diē: ſpeculatorē dn̄i ſe eē pnūciās; q ſemp poſitus in officio pphetali, & diebus ac noctibus dn̄i parens imperio: quodcūq; iuſſerit, loquit. Quid igit clamauit leo? Ecce iſte uenit aſcēſor uir bigæ equitum; haud dubiū qn Cyrus indicetur. Et rn̄dit & dixit ipſe leo q ſupra clamauerat; Cecidit, cecidit Babylon; & oīa ſculptilia deorū eius contrita ſunt
H in terra. Vaſtāte enī aſcēſore bigæ, Babylon uſq; in ęternū deleta eſt, & Belis tēplū oīaq; idola uſq; ad ſolū ſtrata. Quod aūt ſequit: Tritura mea & fili areæ meæ: ad Hieruſalē apoſtrophā facit, & ad tēplū qd' in area Ornæ ſitū eſt; dicitq; ad eā: ò Hier'lm & pp'le fili tēpli mei; non tibi uideat incredulū eſſe qd' dixi; nō mea enī uerba ſunt, ſed dn̄i & p os meū illius uerba reſonarūt. Quidā putāt, ſed male, hoc nō ad Hier'lm, ſed ad Babylonē dici; de qua & ſupra Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculū; & eſſe ſenſum; Quæ cōtriuiſti me, eris & ipſa cōtrita; nō meo ſermone, ſed dn̄i poteſtate, q tibi hæc uētura pnūciat. Quid ſibi aūt uoluerint in hoc loco Lxx. interp̄tes; ut p leone q Hebraice dicit אַרְיֵה οὐρίαν, id eſt, urian trāſtulerit, nō ſatis intelligo; p̄ſertim cū ſupradictus ſacerdos urias q uocat in teſtimoniū, alijs l'ris ſcriptus ſit: אוּרִיָּה. d ¶Onus duma &c.) Pro duma Lxx. ἰδουμαίαν, i. Idumæā ponūt; Eſt aūt Duma nō tota Idumæa puīcia, ſed quædā eius regio quæ ad auſtrum uergit; & ab urbe Palæſtinæ quæ hodie dicit Eleuteropolis, uigīti diſtat milibus; Iuxta quā ſunt mōtes Seir, ſūpto ab autore noīe; Seir qppe interpretat hiſpidus & piloſus; qui Eſau fuit. In Abdia ppheta plenius (Abdiæ.c.) ſuper hac gente à nobis diſputatū eſt; in quo neceſſe fuit ueterē hiſtoriā reuoluere; & Ezechielis Hie- (Ezec.25.35) remiæq;, eaſdē in teſtimonium trahere uiſiones; & (Hiere.49.d)
maxime



A maxime pphetiā cōtra montē Seir. Et illud de pſalmis; In Idumæam extendā calciamētū meū. Et alibi; (Pſal.59.b) Tabernacula Idumæorum & Iſmaëlitæ, Moab & Agareni, Gebal & Ammon, & Amalech. Amos quoq; inquit; Super tribus ſceleribus Edom, & ſup (Amos.1.d) quatuor non auerſabor eū; eo qd' perſecutus ſit ī gladio fratrē ſuū; & uiolauerit miſericordiā ſuā; ſiue ut Symmachus trāſtulit uiſcera ſua; qd' aduerſus cognatos populos auſus ſit dimicare, & hoſtili odio diſſidere. Fuit aūt regio Eſau in regione Duma, hoc eſt, in montibus Seir. Hanc ut metropolim iuxta ordinē ſuperiorū uiſionū ab Aſſyrijs, ſiue à Nabuchodonoſor expugnatā eſſe credimus; memorēq; priſtini generis qd' de Abraham & Iſaac ſit ſtirpe generata, imploraſſe auxiliū dei; & neceſſitate cogēte, illius clementiā flagitaſſe. Narrat ergo nunc dn̄s; Qui obſidetur in Seir, & ab hoſtibus cingitur; meū implorat auxiliū, & dicit; O cuſtos Iſraël qui populū tuū tueris cuſtodia ſempiterna; & quaſi in nocte illis dormiētibus uigilas, ne
B hoſtis irrumpat; quare & nos qui de eius ſemine ſumus, nō ſimili clemētia ptegis? Quibus ego cuſtos (Pſal.120.a) uigilq; reſpōdeo; de quo ſcriptū eſt; Nō dormitabit neq; obdormiet qui cuſtodit Iſraël. Venit mane populo meo; & nox genti Idumæorū; illis præbebo lucem; uos in tenebris derelinquā. Vel certe ita; Venit lux nocte trāſacta; ſi meū inuocatis auxilium; & eſtis de ſtirpe ſerui mei Abrahā. Nolite me tantū in neceſſitatibus quærere, ſed toto ad me animo conuertimini. Venite & ſuſcipiā pœnitētes. Hoc iuxta hiſtoriā dictū ſit; Cæterū ppter ſimilitudinē literæ, ex eo quod ר & ד nō multū inter ſe diſcrepēt; quidam Hebræorū pro דּוּמָה רוּמָה legunt; uolentes pphetiam cōtra regnū Romanū dirigi, friuola perſuaſione, qua ſemper in Idumææ nomīe Romanos exiſtimāt demōſtrari; Duma aūt interpretatur ſilentium. a ¶Onus in Arabia &c.) Quærēti mihi & diu cū deliberatione tractanti quæ eſſet Arabia ad quā ppheticus ſermo dirigitur; utrū Moabitæ, an Ammonitæ, & Idumæi, cūctæq; aliæ regiones quę nūc Arabia nūcupātur; occaſionē tribuit in hac eadē uiſione quod ſequit; Auferet oīs gloria Cedar; & reliqæ numeri ſagittariorū fortiū de filijs Cedar imminuent, Iſmaëlitas debere intelligi. Liber Gene- (Gene.23.b) ſeos docet ex Iſmaële Cedar & Agarenos, qui perurſo noīe Sarraceni uocantur eſſe genitos. Hi per totā habitāt ſolitudinē; de quibus puto & poëtā dicere; Lateq; uagātes barcæi; & ſupradictū uolumen contra faciē omniū fratrū ſuorū habitabit; eo quod latiſſima eremus ab India ad Mauritaniā uſq; tēdatur, & Athlanticum oceanū, quod puto Hieremiæ titulū ſonare; Ad Cedar & ad regna Aſor quę per- (Hiere.49.f)

a Onus in Arabia. In ſaltu ad ueſperā dormietis, in ſemitis dodanim. Occurrentes ſitienti ferte aquā; qui habitatis terrā auſtri, cū panibus occurrite fugiēti; A facie enī gladiorum fugerunt à facie gladij imminētis, à facie arcus extenti, à facie grauis p̄lij. Qm̄ hæc dicit dn̄s ad me: Adhuc in uno āno q̄ſi in āno mercenarij: & auferet oīs gl'ia Cedar; & reliqę nūe ri ſagittariorum fortiū de filijs Cedar īminuēt:
dn̄s

C cuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis; ſtatimq; ſequit: Hæc dicit dn̄s; ſurgite & aſcēdite ad Cedar & uaſtate filios oriētis. Tabernacula eorum & greges eorū capient; pelles eorū & omnia uaſa, & camelos tollent ſibi. Et iterū; Iniuit enī cōtra uos Nabuchodonoſor rex Babylonis cōſiliū, cogitauit aduerſus uos cogitatiōes; Surgite & aſcēdite ad gētem quietā & cōfidēter habitantē, ait dn̄s; nō oſtia; nō uectes eis, ſoli habitāt; & erūt cameli eorū in direptionē; & multitudo iumētorū in prædā. Et diſpergā eos in omnē uentū, q ſunt attonſi ī comā: & ex omni cōfinio eorū adducā interitū ſup eos, ait dn̄s; eritq; Aſor habitaculū draconū deſerta in ſempiternū; nō manebit ibi uir; nec incolet eā filius hoīs. Totū pphetiæ teſtimoniū de Hieremia poſuit; ut quæ ſit Cedar indubitāter intelligas. Et cōſidera quō Iſmaëlitarū, hoc eſt, Sarracenorum pprie gētē deſcripſerit; q habitāt in tētorijs; qui quas nox cōpulerit, ſedes tenēt; quibus armēta ſunt & pecora camelorumq; greges; qui nō habēt hoſtia nec uectes; nō enī uerſantur in urbibus, ſed in ſolitudine habitāt.
D Et hi ergo à Babylonijs deleti ſunt; eo quod Aſor ciuitatē quæ metropolis gentis illius in eremo fuit, uſq; ad ſolū ſubuerterint; & tamē cū camelorum & ouium greges capti ſunt; pelleſq; eorū atq; tentoria ſorte diuiſa; nō omis gētis illius ſignificat interitus; eo quod dromedarijs camelis centū & amplius milia uno die per uaſtā ſolitudinē fugere ſoleant. Auferetur, inquit, oīs gloria Cedar; & imminuto ſagittariorū numero, quia maxime pollent arte pugnandi, cæteri q fugerint, remanebūt. Quia intelleximus quæ ſit Cedar, & quæ Arabia, quæq; Aſor; uideamus Eſaias ppheta qd dicat; In ſaltu ad ueſperā dormietis; in ſemitis Dodonim. uerbū עֲרָב, ut ſæpe iā diximus, & ueſp, & Arabia, & coruus, & planicies, & occidēs appellatur. Et p eo quod nos iuxta Lxx. trāſtulimus, dormietis, pōt īterpretari morabimini ſiue habitabitis, hoc eſt αὐλισθήσεσθε, qd' Hebraice dicitur תָּלִינוּ דְּדָנִים, qd' in ppinquos uertitur & cognatos. Itaq; prædicitur nūc Iudæis qui obſidionē Babyloniā effugere potuerint; & de totius puinciæ uaſtitate ad eremū trāſire uicinā; qd' habitaturi ſint in ſolitudine Arabiæ in itinere qd' ducit ad fratres. Rurſumq; ad Iſmaëlitas ſermo conuertit; & eos ad miſericordiā cohortatur; Currite, & laſſis fratribus ac periclitātibus ardore ſitis obuij, ferte aquas; Tantus enī feruor eſt ſolis; ut niſi ſubueneritis, in ſolitudine pereāt; & nō ſolū aquas, ſed etiam panem ferte fugiētibus, ut quos cōfecit obſidio, ueſtra clemētia releuet. Simulq; reddit cauſam quare hæc īperet fieri, dicēs; Fugerūt Babyloniū gladiū; fugerunt arcus Elamitarum; fugerunt imminens prælium. Nec (Hiere.49.g)
deſpiciatis

E despiciatis miseros;cito ueniet & ueſtra captiuitas. Quomō eñ uelox mercennarij annus eſt;& omnē laborē breuē putat,dum ad desideratā mercedē ꝑ=ueniat:Sic uniuerſa gloria filioꝝ Cedar auferetur à uobis;& ſagittæ ueſtræ cōterētur;& paruus rema=nebit numerus pugnatorū.Quidā uolūt ex eo qđ dicit:adhuc in uno anno & auferet oīs gloria Ce=dar;nō Babyloniā capti=uitatē ꝑdicari: de qua & Hieremias loquitur: ſed Aſſyriorū q poſt unum annū uaſtatiōis Iudaicæ, Sarracenos latiſſime pſe=cuti ſunt.Illū ꝑterea locū in quo nos trāſtulimus: Qui habitatis terrā au=ſtri,cū panibus occurrite fugiēti;& quaſi ex pſona dñi impatiuo modo legi mus: in Hebræo ſic legi poſſe affirmāt: q habitāt terram auſtri cū panibus occurrerūt fugiēti;ut cū deus eis dixerit;occurrē tes ſitiēti ferte aquā,illi inimica mēte panes tulerint abſq; aquis ut cibo augerēt ſitim.

dñs eñ deus Iſraël locutus eſt. Ca. XXII.

a b ONūs uallis uiſiōis.Quidnā tibi quoq; eſt,quia aſcendiſti & tu omnis in tecta, clamoris plena,urbs frequens, ciuitas exul=
c tans.Interfecti tui non interfecti gladio, nec mortui in bello. Cūcti principes tui fugerūt ſimul;dureq; ligati ſūt.Oēs q inuēti ſūt uin=
d cti ſūt pariter,ꝑcul fugerūt.Propterea dixi; recedite à me,amare flebo:nolite incumbere ut conſolemini me ſuꝑ uaſtitatē filiæ populi
e mei. Diēs eñ interfectiōis & cōculcationis, & fletuū dño deo exercituū in ualle uiſiōis.
f Scrutans murū;& magnificus ſuper montē: & Elam ſumpſit pharetrā;currum hominis equitis,& parietem nudauit clypeus.

Et erunt

Cap. XXII.

F ONnus uallis uiſionis.)Lxx.licet nō habeāt in Hebræo,manifeſtius trāſtulerūt,τὸ ῥῆμα τῆς φάραγγος σιών. id eſt,uerbū uallis Sion.Hæc eñ ciuitas ſeminariū ꝓphetarū eſt;in qua extructū tēplū;& uiſiones dñi multiplicatę ſunt.Quia ergo inter cæte=ras gētes ponitur;& reputatur una de plurimis,ne
Pſal. 86.d quaq; mons appellatur;iuxta illud propheticū;Fū=damenta eius in mōtibus ſanctis;diligit dñs portas Siō ſuper oīa tabernacula Iacob;ſed uallis,ex eo qđ
Hiere. 25.d humiliata ſit.Alijs uerbis hoc ipſum Hieremias lo=quitur;qñ accepit calicē plenū uini,& dat uniuerſis gētibus ac nouiſſime porrigit Hieruſalē,ut bibat et uomat,& ruat,& inſaniet;ſignificans à Babylonijs & hanc eſſe uaſtandā. Quod plenius Regū & Hie=remiæ narrat hiſtoria. Ex quo intelligimus omniū creatorē æqualiter eſſe deū;& eodē cuncta diſpēſa=re iudicio;iuxta illud quod ipſe loquit̄ per Amos:
Amos. 2.d & 9.c Nunquid nō ut filij Aethiopum uos eſtis mihi filij Iſraël,ait dñs?Nūquid nō Iſraël aſcēdere feci de ter=ra Aegypti;& Palęſtinos de Cappadocia,& Syros de Cyrene?Ecce oculi dñi ſuper regnū peccās.Ne putarent Iudæi idcirco ſe meritorū habere priuile=giū;quia educti eſſent de Aegypto;dicit etiā cæte=ras gētes ad alias terras ſuo imperio fuiſſe trāslatas. b ¶Quidnā tibi &c.) Referebat mihi Hebræus, præſentē uiſionē non pertinere ad illud tēpus quo Nabuchodonoſor Hieruſalē cepit;& Sedechiā uinctum,oculiſq; priuatum duxit in Babylonē;ſed ad Sēnacherib tēpora;qñ Sobna pōtifex magnā partē ꝑdidit ciuitatis;& tātum Sion,id eſt arx & templū, ac nobiles remāſerunt,in exemplū Romanæ urbis;

G quæ irruētibus Gallis,patricios & florē iuuentutis in arce ſeruauit.Nos autē poſſumus & de Babylo=nia captiuitate dicere;quāq; Euſebius omnia ad Chriſti aduētum referat;& putet Veſpaſiani Titiq; temporibus fuiſſe cōpleta.Carpamus ergo ſingula,tri=plicem expoſitionē breuiter attingētes.Quidnā tibi quoq; eſt?qđ habes, inquit,Sion,quid etiā tu aſcēdiſti omnis in tecta? Quādo dicit, etiā tu oſtē dit qđ cæteri prius aſcenderint;Num & tu repu=tata es inter gentes quæ ab hoſtibus obſideris;& tecta cōſcēdis plena ulu=latus,& planctus miſera=bilium fœminarū, urbs quōdā regia? c ¶Inter=fecti tui &c.) Si ad Sen=nacherib tēpora referas, qñ ex parte capta eſt ciuitas;recte dicūtur nō fuiſ=ſe uicti gladio,nec occiſi in bello;ſed ꝑditiōe;alijs ex urbe fugiētibus; alijs quos hoſtis oppreſſit uinculis alligatis. Sin autē ad Babyloniā captiuitatē, quod & uerius eſt;dicemus quod nō pugna,ſed obſidione ſuperati ſint. Quod
H ſi in aduētu Chriſti iuxta Euſebium Tropologice intelligere uolueris;dices eos interfectos nō gladio, ſed infidelitate;omneſq; principes eorū receſſiſſe à deo;& peccatorum funibus alligatos: nec quēquā fuiſſe de Phariſæis,qui nō diaboli retibus alligatus ſit. d ¶Propterea dixi: recedite à me &c.) Si in uaſtitate Babylonis lachrymatur propheta lugētis affectu,& dicit;Anguſtia poſſedit me, ſicut angu=ſtia parientis;corrui cum audirem;cōturbatus ſum cum uiderem,emarcuit cor meum;tenebræ ſtupe=fecerunt me;Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum;quanto magis nunc in urbis ſuæ ruina nullam accipere conſolationem poteſt,totū ſe plan=ctibus tradens? e ¶Dies enim interfectionis & conculcationis &c.) Reddit cauſas iuxta triplicem intelligentiam;quare dixerit;Recedite à me,amare flebo;quia conculcata ſit Sion;mons quondam ui=ſionum,& nunc uallis fletuum. f ¶Scrutans murum;& magnificus ſuper montem &c.) Deſcribi=tur Babylonis exercitus intrans urbem, templum occupans;& quadrigis per plateas ſuperbus ince=dēs.Quodq; auratos poſtes & marmorum cruſtis ueſtitos parietes,clypeus qui alia ſolet tegere nudauerit;eleganter in Hebraico reſonat: ſenſuſq; pulcherrimus eſt,quod ſcutum nō protexerit in præ=lio quempiā,ſed nudauerit;eo quod per robur mi=litum omnes opes erutæ ſint. Sin autem Elamitæ ponuntur in prælio,quæ urbs Aſſyriorum eſt;nō poteſt referri ad tempora Romanæ ſubuerſionis; niſi forte cuncta allegorice interpretemur.

Et erunt



a Et erūnt electæ ualles tuæ plenæ quadriga=rum;& equites ponent ſedes ſuas in porta. Et reuelabitur operimentū Iudæ;& uidebis in illa die armamētariū domus ſaltus;& ſciſ=ſuras ciuitatis Dauid uidebitis;qa multipli=
b catæ ſunt.Et cōgregaſtis aquas piſcinæ infe=rioris;& domos Hieruſalē numeraſtis;et deſtruxiſtis domos ad muniēdū murū.Et lacū feciſtis inter duos muros & aquā piſcinæ ueteris;& nō ſuſpexiſtis ad eū qui fecerat eā;&
c operatorē illius de lōge nō uidiſtis. Et uoca=bit dñs deus exercituū in die illa ad fletū & ad plāctū & ad caluiciū & ad cingulū ſacci. Et ecce gaudiū & lætitia occidere uitulos & iugulare arietes;comedere carnes, & bibere uinū;comedamus & bibamus;cras eñ mo=riemur;& reuelata eſt ī auribus meis dñi ex=ercituū.Si dimittetur iniquitas hæc uobis donec moriamini, dicit dñs deus exercituum.
d Hæc dicit dominus deus exercituū;Vade ingredere ad eū qui habitat in tabernaculo ad Sobnā præpoſitū tēpli, & dices ei;Quid tu hic;aut quaſi quis hic, quia excidiſti tibi hic ſepulchrum?Excidiſti in excelſo memoriā; diligenter in petra tabernaculum tibi. Ecce dñs aſportari te faciet; ſicut aſportat̄ gallus gallinacius;et quaſi amictū ſic ſubleuabit te.

Coronans

A a ¶Et erunt electæ ualles.) Manifeſte captiuitatē deſcribit;quæ undecimo āno regis Sedechiæ facta
Hiere. 1.e eſt;de qua & Hieremias loquitur;Ecce ego cōuocabo oēs cognationes regnorū Aquilonis, ait dñs;& uenīet & ponet unuſquiſq; ſoliū ſuū in introitu por=tarū Hieruſalē; & ſuper oēs muros eius in circuitu.Qđ ne putemus uoce prædictum, & opere nō expletum;idē Hieremias
Hiere. 39.a ait;Vndecimo anno Se=dechiæ,mēſe quarto,qn=ta menſis aperta eſt ciui=tas;& ingreſſi ſunt oēs principes regis Babylo=nis, & ſederunt in porta media.Tunc ergo in cir=cuitu ciuitatis Hieruſalē, innumerabilis eſt fuſus exercitus: & aperta ſunt ſanctaſanctorū;& arma=mentariū qđ nemore cōſitum erat,hoſtili populatione reſeratū;& per cunctas urbis partes diuiſis muris hoſtis īgreſſus eſt. b ¶Et cōgregaſtis aquas
B piſcinæ &c.)Narrat quo modo obſidioni parauerint ciuitatē;& aquas in=ferioris piſcinę quæ capi poterant ad ſuperiorem munitionē tranſtulerint: deſtructiſq; domibus, muros ædificauerint; & per ſingulas cognatiōes quæ domus quātū aquæ deberet accipere, dinu=merarint;fecerītq; ciſter=nam inter duos muros; & piſcinā ueterē inſtau=rarint ad ſeruādas aquas;& nō magis dei inuocauerint auxiliū;q cōditor urbis ſit,piſcinæq; dñs;quaſi alijs uerbis dixerit;Fiduciā habuiſtis in homine;&
Myſtice. nō in deo q factor eſt homīs.Quidā iuxta myſticos intellectus piſcinam ueterē, legis umbrā intelligūt; & inter duos muros,nouū uidelicet & uetus teſta=mētū,ædificatū lacū phariſæorū traditionibus atq; mādatis,q aquas cōtinere nō poſſit;& nō reſpexiſſe eos ad filiū dei;nec illius ꝑſentiā crediſiſſe quē olim non uiderint;qa ſemꝑ dei ꝑceptis increduli fuerint. c ¶Et uocabit dñs &c.) Captiuitate ꝑſente & ob=ſeſſa Hieruſalē;cū ferrū,fames,ſitis urgeret urbem,
Hiere. 34.a Hieremias ad pœnitentiā populū ꝓuocabat;& ecōtrario reges ac prīcipes & uulgus miſerabile,deſpe=ratione pereūtiū ſe tradebat epulis.Nihil aūt ſic of=fendit deū q; poſt peccata erecta ceruix;& ex deſpe=
Amos. 1.a ratione contēptus.Qđ & per Amos loquit̄;Super tres & quatuor impietates non auerſabor eū;quod

C & cogitauerit & fecerit,& nō egerit pœnitentiā;in=ſuper & docuerit malū.Vñ & nūc dicit̄;Si dimittet̄ iniqtas hæc uobis,donec moriamini.Putāt allego=
rici interpretes de paſſione Chriſti eſſe prædictum; Allegoria.
quod uocauerit deus etiā poſt crucē dñi ſaluatoris infelicē populū ad pœni=tentiā,& nihilominus ille ſe deſperatiōi tradiderit & uoluptati.Principium quippe iſtius uiſionis,in quo ait;Clamoris plena, urbs frequēs, ciuitas ex=ultās,ad illud tēpus refe=runt, quādo à phariſæis populus īcitatus,pari cōtra Ieſum uoce reſona=
bat;Crucifige, crucifige Io. 19
talem;nō habemus regē niſi cæſarem.Huius teſtimonij exēplo etiā Apo=ſtolus abuſus eſt;ſcribēs ad Corinthios de reſur=
rectione;Si mortui nō re 1. Cor. 15.c
ſurgūt, manducemus & bibamus,cras eñ morie=mur. d ¶Hæc dicit dñs deus exercituum; Vade
D ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnā &c.) Supra dixi=mus Sobnā fuiſſe pōtifi=cem, qui Aſſyrijs ꝑdidit ciuitatē.Sed quia hoc traditionis eſt Hebraicæ,& ſcriptura nō loquit̄;intelligamus eum ſuperbum, tumidum, & uoluptuo=ſum, ſuiſq; pedibus po=pulos conculcantem. Et quia fecerit cūcta quæ ꝓpheta deſcribit: ſacerdo=tium eius ad Eliakim filium Helkiæ fuiſſe trāslatū; ut illo eiecto,nouus pōtifex fieret.Ex quo intelligimus omni ſtudio ſuperbiā declinandam quæ offendit deum;& ne pōtificatus quidem priuilegio tuta eſſe poteſt.Iſte eſt Sobna (ſicut quidam putānt) & Eliakim;de quibus idem propheta ſubtexuit;Miſit rex Aſſyriorū Rabſacen de Lachis in Hieruſalem
ad regē Ezechiam in manu graui;& ſtetit in aquæ Eſa. 36.a
ductu piſcinæ ſuperioris in uia agri fullonis;egreſ=ſuſq; eſt ad eum Eliakim filius Helkiæ, qui erat ſu=per domum;& Sobna ſcriba & Ioæ filius Aſaph à cōmentarijs.Iubetur ergo ingredi ꝓpheta ad pōtificem,qui habitabat,iuxta Lxx. ἐν παστοφορίῳ, id eſt in paſtophorio;iuxta Aquilam, in tabernaculo;pro
quo ſequēs Hebraicā ueritatē Theodotio ait;Ingre סכן
dere ad Socen iſtū,quod interpretari poteſt, æquū & rectum;ut ſcilicet κατ᾽ ἀντίφρασιν, iniquus intelli=gatur & prauus;ad pontificem templi, & dices ei;

Qui

E Qui habitas in domo dei, cuius ſcelera in tota ciuitate bacchant̃; cur ſecurus es in operibus tuis; quaſi non uerearis captiuitatem, excidiſti tibi in petra ſepulchrum; & tam ſuperbe ædificaſti, ut ambitio te & in morte ſequeretur? Audi quæ ſit in te domini ſentẽtia; Quomodo gallus gallinaceus humero portantis aufertur; & ſinguli hominum leuant in ſcapula palliũ ſuũ; ſic tua facilis erit in captiuitatẽ translatio. Habebis coronam non laminæ aureæ & ſanctificationis domini, ſed tribulationis & anguſtiæ. Sicut enim pila ſi mittatur in procliue ſtare non poteſt, ſed ueloci curſu uoluitur; ita & tu ad terram latiſſimã deduceris; quã aut Aegyptũ aut Babyloniæ cãpos intelligamus; ibiq́ morieris, & ibi erũt currus gloriæ tuæ; omnes potentię & opes, q̃bus nũc fultus incedis; ibi ſenties igno- F miniam domus domini tui; quia propter opera mala & uiolatum templũ dei tui iſta patieris. Detraham te de gradu tuo; & de pontificatus officio proijciam; & pro te Eliakim ſeruum meum filiũ Helkiæ induam ueſtimẽtis tuis; & cingulo tuo decorabo; ſicut Eleazar ueſtimentis Aaron patris indutus eſt; Ipſi dabo poteſtatem templi qui habeat populum non ſubiectũ ſibi quaſi ſeruum, ſed amatorem ſui quaſi filiũ; Ipſe accipiet clauem domus meæ & in ſuo portabit humero; ipſe habebit ceremoniarum omnium poteſtatem. Et quomodo paxillus ſi figatur in pariete templi, & in loco firmiſſimo collocetur, omnia uaſa ſacerdotum & Leuitarum, tam quæ in ſacrificijs neceſſaria ſunt, quàm omnis generis muſicorum ſuſpendũtur in eo; ſic omnis populus ex Eliakim ſerui mei poteſtate pendebit. Quod autẽ ait; In die illa auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli; & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo; quia dñs locutus eſt; Multi ad Sobnam referũt, quod Eliakim infixo paxillo, prior paxillus qui infixus fuerat, corruat. Sed quia ſequitur; Et peribit quod pepẽderat in eo; quod deiecto Sobna, nequaq́ factum eſt; intelligimus hoc dici, quod depoſito Sobna, pontificatum acceperit Eliakim; cuius ſacerdotij dignitatem ſubuertit extrema captiuitas. Qui

G iuxta ἀναγωγὴν cuncta accipiunt; uolunt in Sobnæ põtificatu Iudæorum ſacerdotium cadere; & in ſucceſſione Eliakim, qui interpretatur deus reſurgens euangelici cultus ſacramenta monſtrari; ita ut hoc quod ſequitur; In die illo, dicit dñs exercituũ, auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli, & frãgetur & cadet, ad prioris populi ruinã pertineat. Nemo aũt dubitat & iuxta hiſtoriam, & iuxta allegoriam; quia paxillum dixerat, ſeruari metaphoram in ſuſpẽſione uaſorũ diuerſi generis; & quod prioribus fractis, alia ſuſpẽdãtur.

Anago. אֶלְיָקִים

Cap. XXIII.

ONus Tyri, ululate naues maris &c.) Manifeſtius & plenius Ezechiel ꝓpheta & ſubuerſionẽ Tyri, & cauſas ſubuerſionis exponit, dicens; Fili hominis, ꝓ eo qđ dixit Tyrus de Hieruſalem; Euge cõfractæ ſunt portæ populorum, cõuerſa eſt ad me, implebor; deſerta eſt; Propter- (Ezech.26.a) H ea hæc dicit dñs deus; Ecce ego ſuper te Tyre, & aſcendere faciã ad te gentes multas; ſicut aſcendit mare fluctuans; & diſſipabo muros Tyri, & deſtruam turres eius; & radam puluerẽ eius de ea. Quæ autẽ iſtæ ſint gẽtes multæ quæ inundabunt Tyrũ ſicut mare fluctuans, nominatim in cõſequentibus docet; Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem Babylonis ab Aquilone, regẽ regũ; cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu populoq́ magno. Filias tuas quæ ſunt in agro, gladio interficiet; & circũdabit te munitionibus; & cõportabit aggerẽ in gyro; & eleuabit contra te clypeum & uineas atq́ arietes temperabit in muros tuos; & turres tuas deſtruet in armatura ſua; & cætera quæ uſq́ ad finem uiſionis ſequuntur. Nam & in alia ꝓphetia quæ aduerſum Aegyptios cernitur, eadem ſcriptura cõtexit; Fili hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitũ ſuũ ſeruitute magna aduerſum Tyrum; (Ezech.29.d) omne caput decaluatũ, & omnis humerus depilatus; & merces nõ eſt reddita ei, neq́ exercitui eius de Tyro; Per quæ ſignificat multo tempore ab exercitu Babylonis aggerem cõportatum; ut quod poſtea fecit Alexãder inſulã cõtinẽti terræ ſocians, ille ante facere ſit conatus. Quomõ ergo aduerſus Babylo

Coronans coronabit te tribulatione; quaſi pilam mittet te in terrã latam & ſpacioſam; ibi morieris; & ibi erunt currus gloriæ tuæ, ignominia domus domini tui. Et expellam te de ſtatione tua; & de miniſterio tuo deponam te. Et erit in die illa; uocabo ſeruũ meũ Eliakim filium Helkiæ. Et induam illum tunica tua; & cingulo tuo confortabo eum; & poteſtatem tuam dabo in manu eius; & erit quaſi pater habitantibus Hieruſalem & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius; & aperiet, & nemo erit qui claudat; & claudet, & nõ erit qui aperiat. Et figam illum paxillũ in loco fideli; & erit in ſolium gloriæ domui patris ſui. Et ſuſpendent ſuper eum omnem gloriam domus patris eius, uaſorum diuerſa genera; omne uas paruulum; à uaſis craterarum uſq́ ad omne uas muſicorũ. In die illo dicit dominus exercituum; auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur & cadet; & peribit quod pependerat in eo; quia dominus locutus eſt.

Cap. XXIII.

a ONũs Tyri, ululate naues maris; quia uaſtata eſt domus unde uenire conſueuerant; de terra Cethim reuelata eſt eis. Tacete



cete qui habitatis in inſula negociatio Sidonis. a Trãnsfretantes mare repleuerunt te, in aquis multis ſemen Nili, meſſis fluminis fruges eius, & facta eſt negociatio gentis. b Erubeſce Sidon; ait enim mare fortitudo maris, dicens; Non parturiui, & non peperi; & nõ enutriui iuuenes nec ad incrementum perduxi uirgines. c Cum auditum fuerit in Aegypto, dolebunt cũ audierint de Tyro. d Trãnſite maria, ululate q̃ habitatis in inſula. e Nũquid non hæc ueſtra eſt, quæ gloriabatur à diebus priſtinis in antiquitate ſua? f Ducent eã pedes ſui longe ad peregrinandum. g Quis cogitauit hoc ſuper Tyrum quondam coronatam

A Babylonem & Philiſtim, & Moab & Aegyptũ; & Idumæos & Iſmaëlitas, ſupra dei cõminationẽ legimus, quod inſultauerint captiuitati populi eius; Ita etiã nunc aduerſum Tyrũ inimicã & inſultatricem ſubuerſiõis Hieruſalem ꝓphetia texitur, quod etiã ipſa ab eodẽ hoſte ſit deſtruẽda. Legamus Græcorũ hiſtorias; & maxime eorũ qui Aſſyriæ gentis bella deſcribũt; ibiq́ reperimus poſt captiuitatem Hieruſalẽ, Palæſtinos & Arabas & Damaſcenos, ac deinceps Aegyptios fuiſſe ſubuerſos. Qđ aũt ſemper hæ gẽtes & præcipue Tyrus impugnauerit Iſraël; & ĩ illius ſubuerſiõe lætata ſit, Amos (Amos.1.c) ꝓpheta ĩ exordio ſui uoluminis explicat; & breuiter laudes deo canens pſalmiſta declarat; Deus (Pſal.82.a) quis ſimilis erit tibi? ne taceas neq́ compeſcaris deus; Quoniam ecce inimici tui ſonuerũt; & qui te oderunt extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt conſilium, & cogitauerunt aduer- B ſus ſanctos tuos. Dixerunt, uenite & diſperdamus eos de gente; & nõ memoretur nomen Iſraël ultra; Quoniam cogitauerunt unanimiter, ſimul aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt; tabernacula Idumæorum & Iſmaëlitæ, Moab, & Agareni, Gebal & Ammon, & Amalech, alienigenæ cum habitãtibus Tyrum. Ex quibus omnibus diſcimus pondus iræ dei ſuper Tyrum ueniſſe meretricem; quæ hic ſub ſpecie ſcorti, in Ezechiel ſub nauis translatione de- (Ezech.26.a) ſcribitur. Vlulate, inquit, naues maris. Pro quo in Lxx. legimus καρχηδόνος, id eſt Carthaginis; & habetur in Hebræo, תַּרְשִׁישׁ; de quo & in Iona propheta & in quadam epiſtola diſputaui. Poſſumus autem quia Carthago Tyriorũ colonia eſt, in præſenti loco Tharſis, non mare generaliter, ſed & Carthaginem accipere; quod nequaq́ de Aphrica naues Tyrum ueniãt; nec de terra Cethim, quam Cy- (כִּתִּים) prum quidam interpretantur; Vſq́ hodie enim eſt (κίτιον) apud eos urbs Citium; de qua & Zeno Stoicæ ſectæ hæreſiarches fuit; quanq́ pleriq́ noſtrorum & maxime Machabæorũ principium, Cethim Italiæ Macedoniæq́ inſulas arbitrentur. Hoc enim ſcriptura cõmemorat, quod Alexander rex Macedonum egreſſus ſit de terra Cethim. Inſulam quoque nominans, non mentitur. Poſtea enim à Nabuchodonoſor uel Alexandro terræ continens facta eſt, propter expugnationẽ multis in breui freto aggeribus cõportatis; Negociationẽ quoq́ Sidonis appellat, iuxta ſequentem uerſiculum, in quo ait; Erubeſce Sidon; Tradunt enim hiſtoriæ, quod Tyrus Colonia Sidonis ſit. a ¶ Transfretantes mare re-

C pleuerunt te, in aquis multis ſemẽ Nili, meſſis fruges eius.) Tyrũ negociatione gaudere & totius orbis eſſe emporion; & præſentia tẽpora ꝓbãt; & Ezechiel lato ſermone deſcribit. Quod aũt negociatores in ſubuehẽdis mercibus trãsfretẽt maria, nemo eſt qui dubitet, nec tãtas habet opes ipſa urbs de terra regionis ſuæ, quæ ualde anguſta eſt & Galilææ Damaſciq́ finibus premit̃; quãtas de ſubuectiõe nauium; Nilus oĩs & Aegypti fertilitas è uicino infundit̃ Tyro. Pro Nilo qđ apud Hebræos legimus שִׁחֹר; Lxx. & Theodotio negociatores interpretati ſunt; qđ uerbum turbidũ; & per hoc Nili aquas ſignificat Hieremia teſtãte; qđ tibi (Hiere.2.d) & Aegypto ut bibas aquas Geon; ꝓ quo in Hebraico habetur שִׁחוֹר, i. turbidas. b ¶ Erubeſce Sidon; ait enim mare fortitudo maris, dicens &c.) Dixi ſupra coloniã Sidoniorũ eſſe Tyrũ. Audi igitur mater, cuncta ſimul cõtra filiã tuã maria clamãtia; & quodãmodo uocem emittẽtia, quæ per natu- D ram loqui nõ ualent; fruſtra diuitias cõportaui, ſine cauſa de toto orbe, in Tyrum opes cõtuli; Illa diues, illa luxurioſa; & populorum quondã gaudens multitudine; in qua naſcebatur turba mortaliũ, caterua puerorũ, iuuentutis examina, cuius plateæ uirginũ, & infantiũ, ac iuuenũ, & puellarũ luſibus perſtrepebant, nunc ad ſolitudinẽ redacta eſt. Fieri autẽ προσωποποιίαν ex rebus multis ſolenne eſt. c ¶ Cũ auditum fuerit in Aegypto dolebunt cum audierint de Tyro.) Hoc perſpicuũ eſt, quod Aegyptij poſtq́ audierint potẽtiſſimã & uicinã gentẽ, lõga obſidione deletam, ſciant etiam ſibi interitum ꝓpinquare. d ¶ Trãſite maria, ululate qui habitatis in inſula.) Rurſum ꝓ mari & tharſis Lxx. Carthaginẽ trãſtulerunt. Legimus in hiſtorijs Aſſyriorum, obſeſſos Tyrios poſtq́ nullã ſpem euadẽdi uidebãt, cõſcẽſis nauibus fugiſſe Carthaginẽ, ſeu ad alias Ionij Aegeiq́ maris inſulas. Vnde & in Ezechiel dicit̃; Mer- (Ezech.29.d) ces nõ eſt reddita ei, neq́ exercitui eius de Tyro; eo quod oẽs urbis opes trãslatę ſunt; & nobiles quoq́ eã uacuã dereliquerint. e ¶ Nunquid nõ hæc ueſtra eſt quæ gloriabatur à diebus priſt. &c.) Arguit ſuperbiæ Tyrũ, quod in cõditionis ſuæ antiquitate ſit gloriata; & non reſpexit ad eũ; ſed nomina patrũ recolens ſe æternũ putauerit. f ¶ Ducent eam pedes ſui lõge ad peregrinãdũ.) Eos dicit qui in urbe remanſerant, & captiui ducti ſunt in Babylonem. g ¶ Quis cogitauit hoc ſuper Tyrũ quõdã coronatam;) Rurſum lege Ezechiel, & quãtæ gloriæ Ty- (Ezech.27.) rus fuerit, ex principis eius lamẽtatione cognoſces;

h Corona

E Coronatam uocat eam: quod ſicut rex inter plurimam hominum multitudinem ornatum diademate erigit caput: ita Tyrus fulgens & excelſa opibus, auroq; & gemmis & ſerico ac purpura nitens, regina ſit in cunctis gentibus exiſtimata. a ¶Cuius negociatores principes: inſtitores eius inclyti terræ.) Miramur legatum Pyrrhi quondam dixiſſe de urbe Romana, uidi ciuitatem regũ. Ecce multo ante illa tẽpora negociatores & inſtitores Tyri, principes & inclyti deſcribuntur: ut per hæc oſtendatur opulentiæ magnitudo, cum negociator Tyri alterius urbis eſſe rex poſſit. b ¶Dominus exercituũ cogitauit &c.) Quia ſupra interrogantis more dixerat: Quis cogitauit hoc ſup Tyrum quondam coronatã? Nunc ipſe reſpondit: non fatorum ut ſtulti putant, ſic fila deducta ſunt: nõ fortunæ cucurrit rota,

F

ſed dei iudicio & ipſius uolũtate perfectũ eſt: qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam, & cõmonet arrogantes cõditionis ſuæ, ut diſcãt potentiam eius per miſeriam: cuius clementiã per beneficia ſentire noluerãt. c ¶Tranſi terrã tuã &c.) Sicut, inquit, fluuius, ſiue ut in Hebraico ſignificantius habet riuulus: hoc enim dicitur יאר: facile trãſitur pede: ita & tu terram tuam, in captiuitatem ducta tranſibis ò filia maris, uel quia inſula es, uel quia ſupra de te ſcriptum eſt: Dixit mare fortitudo maris, non parturiui, & non peperi. Quodq; infert, nõ eſt cingulum ultra tibi: quem ſenſum habeat, apertius Symmachus docet, non poteris ultra reſiſtere, id eſt, non habebis uires nec accinctos ad pugnandum lumbos tuos, ut poſſis aduerſarijs contraire. d ¶Manum ſuam extendit ſuper mare: cõturbauit regna.) Quis extẽdit manum? haud dubium ex ipſa ſermonis continentia quin deus, de quo ſupra dixit: Dominus exercituũ cogitauit hoc, ut detraheret ſuperbiam omnis gloriæ. Extẽdit ergo manum ſuam ſuper omnia maria, ſeculum orbemq; ſignificans: & conturbauit uniuerſas gentes: inter quas & tu Tyre turbata es, ſiue ſuper mare in quo proprie ſita es. e ¶Dominus mãdauit aduerſus Chanaan, ut cõtereret fortes eius.) Oſtẽdit quod ſit mare, ſup quod extenderit dominus manum ſuam, dicens: Mandauit aduerſus Chanaan. Tyrus enim in terra Chanaan condita eſt. Lege ſcripturas, maximeq; euangelium: ubi Syrophœniſſa interpellans pro filia, egreditur de terra Chanaan, quæ dicitur mulier

G Chananæa. Simulq; quia dixerat: Extẽdit manum ſuam, ne operantẽ membris & officio corporali crederes dominũ, adiecit, mandauit: ut dei feciſſe iuſſiſſe ſit. f ¶Et dixit: Non adijcies ultra ut glorieris: calumniam ſuſtinens uirgo filia Sidonis, in Cethim conſurgens trãsfreta, ibi quoq; nõ erit requies tibi.) Deus, qui cogitauit detrahere ſuperbiam omnis gloriæ, qui mandauit aduerſus Chanaan, ut cõtereret fortes eius, ipſe dicit: nequaq; ultra gloriaberis, & in tua confides potẽtia. O uirgo filia Sidonis, id eſt, colonia Sidoniorum, fugies quidem nauibus ad inſulas Occidẽtis, ſeu in Cyprũ: & cæteras Macedoniæ Græciæq; terras: ſed & ibi aduerſante deo, requiem inuenire nõ poteris. Alioquin, omnis uagus atq; in orbe peregrinus & incertarum ſediũ, ſemper in anguſtia iugiter & in mœrore eſt.

H

g ¶Ecce terra Chaldæorũ talis &c.) Quia ſupra dixerat, ducent eam pedes ſui longe ad peregrinandum: & iterum: Tranſi terram tuam quaſi flumen: Duplexq; fuit populus Tyri eorum qui fugerãt & transfretauerant in Cethim: & eorum qui in urbe remanſerant: ad utrunq; loquitur. De his qui fugerant, ſupra ait: In Cethim conſurgens transfreta: ibi quoq; non erit requies tibi. De his qui remanſerant & ducti ſunt in captiuitatem. Ecce, inquit, accolæ terræ Chaldæorum, cuius potentiam nulli populi ante habuerunt: & quæ ab Aſſyrio fundata eſt, trãſduxerunt robuſtos Tyri. Soffoderunt non ſolum muros, ſed & cũcta habitacula ciuitatis: poſuerũtq; eam in ruinam. Quia igitur alij fugerunt, alij capti ſunt: ululate naues, uel maris, uel Carthaginis: negociatio enim & colonia ueſtra deleta eſt. Simulq; conſidera, quomodo laudauerit Chaldæos. Nõ dixit, talis populus ultra non erit: potentius quippe & durius regnum eſt Romanorum: ſed ante non fuit. Qui priora negauit, conceſſit ſequentia. h ¶Et erit in die illa &c.) Ab hoc loco uſq; in finẽ huius prophetiæ, Tyro proſpera nunciãtur, quod debeat agere pœnitentiam: quod iterum extruenda ſit: quod ſeptuaginta tantum annis, quibus & templum dei deſolatũ fuit, Tyri ſubuerſio maneat: ut cuius ruinis inſultabat, & ruinarum eius tempus imitetur. Septuaginta autẽ annos unius regis, multi putant Nabuchodonoſor dici, quibus regnum gentis Aſſyriæ in Hieruſalem permanſerit. Alij generaliter pronunciatum: quod qui longum regnãdi tem

a natam. Cuius negociatores principes, inſti-
b tores eius inclyti terræ. Dominus exercituũ
cogitauit hoc: ut detraheret ſuperbiã omnis
gloriæ: & ad ignominiam deduceret uniuer-
c ſos inclytos terræ. Tranſi terram tuam quaſi
flumen filia maris: nõ eſt cingulum ultra ti-
d bi. Manum ſuam extẽdit ſuper mare: cõtur-
e bauit regna. Dominus mandauit aduerſus
Chanaan, ut contereret fortes eius. Et dixit:
f Non adijcies ultra ut glorieris: calumniam
ſuſtinens uirgo filia Sidonis, in Cethim con-
ſurgens transfreta: ibi quoq; non erit requi-
g es tibi. Ecce terra Chaldæorũ talis populus
non fuit: Aſſur fundabit eam in captiuita-
tem: traduxerunt robuſtos eius: ſuffoderunt
domos illius: poſuerunt eam in ruinã. Vlu-
late naues maris: quia deuaſtata eſt fortitu-
h do ueſtra. Et erit in die illa: in obliuione eris
ò Tyre



A di tempus habuerit, ſeptuaginta annos tranſire nõ poſſit. a ¶Poſt ſeptuaginta autem annos &c.) Quia cum plurimis gentibus fornicata es, & deſolatam te nudamq; & captiuitatis ſqualentem ſordibus, amatores priſtini cõtempſerunt: aſſume nunc citharam, cõgemina carmina: circumi ciuitatem: plange lupanar priſtinũ: & antiq erroris ueſtigia lachrymis laua: ut poſſis dei in te miſericordiã ꝓuocare. b ¶Et erit poſt ſeptuaginta annos uiſitabit dominus Tyrũ &c.) Hæc omnia iuxta hiſtoriam expleta eſſe, conſonis Græcorum & Phœnicum literis indicatur: quod poſt LXX. annos inſtaurata, ad potentiam priſtinam ſit reuerſa, & negociatio uniuerſarum gẽtium fuerit: quas ego puto fornicatiões appellari: ut quomodo qui fornicatur, ad lupanar ingreditur, & mercedem ſtupri tribuit: ſic & inſtitor, de toto orbe concurrens pulchritudinem urbis quaſi meretricis impleuerit.

B

c ¶Et erit negociatio eius &c.) Hæc ſecundum hiſtoriam, necdum facta comperimus, niſi forte putandum eſt, quod poſt ædificationem Hieruſalem, & inſtaurationem Tyri, amicæ inter ſe fuerint ciuitates: & ad templum dei crebro Tyrij dona tranſmiſerint: ſicut & in Eſdra legimus: quod Tyrios qui piſces uendebant, in ſabbato abegerit, & introire urbem non permiſerit: atq; ex uno mercimonio, etiam de cæteris exiſtimandum ſit. Iudæi caſſa in futurum uota differunt: poſt antichriſtum in mille annis hæc explenda memorãtes. Nec mirum ſi iſta confingant, qui ſpreta ueritate Chriſti, organum diaboli antichriſtum recepturi ſunt: cum etiam Chriſtiani Iudaizantes, de mille annorum beatitudine hæc dicta contendant. Ego autem quomodo in uiſione Babylonis ſub typo euerſionis eius, conſummationis tempus intelligo: & in Aegypto

C deſtructis idolis altare domini collocatum ad Chriſti tempus refero: & in uiſione Moab thronum ſaluatoris in terra eius poſitum recognoſco: & in Damaſci cæteriſq; uiſionibus omnibus noſtrorũ eſſe temporum ſacramenta non dubito: ita & in uiſione Tyri, quæ extrema eſt, Chriſtianæ felicitatis tẽpus interpretor: quod poſtquàm ædificata eſt, & recepit priſtinum ſtatum: & omnis negociator in antiquam conſuetudinem, portũ eius ingreſſus eſt: & mercimonia & labor eorũ domino dedicẽtur. Cernamus in Tyro extructas Chriſti eccleſias: cõſideremus opes omnium, quod nõ reponãtur, nec theſaurizentur: ſed dẽtur his qui habitãt coram domino: qui ſeruientes altari, participant cum altari. *1. Cor. 9. b* Miniſtrant autem Tyrij nõ ad diuitias, nec ad cumulandas ſacerdotum opes, ſed ad uictus neceſſaria ſuppetenda: ut (iuxta Apoſtolum) habentes uictum atq; ueſtitum, his contenti ſimus. *1. Tim. 6. b*

D

Et nota quod non dixerit negociationes & merces Tyri ſanctificatas domino his dandas qui habitauerint Hieruſalem, ſicut Iudæi arbitrantur: ſed qui fuerint coram domino, qui ſeruiunt ei. Sic enim & dñs conſtituit: ut qui euãgelium prædicãt, uiuant de euangelio. *1. Cor. 9. c* Seruire autem domino & habitare coram eo, non eſt loci, ſed meriti. Hucuſq; uiſiones Eſaiæ ſiue onera quæ certis gentibus impoſuit: ut iuſſiſti, & ut nos quiuimus hiſtorica interpretatione diſſeruimus, Hebraicæ tantum ueritatis prementes ueſtigia. Quæ ſequuntur, ad omnes pertinent nationes, & generaliter ad totius mundi conſummationem. De quibus nec tu petiſti ut ſcriberem: nec mihi ocioſum fuit, ut ex ſuperfluo non quæſita dictarem, qui quæſita uix ſcripſi.

ò Tyre ſeptuaginta annis ſicut dies regis
a unius. Poſt ſeptuaginta autem annos, erit
Tyro quaſi canticũ meretricis. Sume citha-
ram, circumi ciuitatẽ meretrix obliuioni tra-
dita: bene cane: frequẽta canticum, ut memo-
b ria tui ſit. Et erit poſt ſeptuaginta annos uiſi-
tabit dñs Tyrum, & reducet eam ad merces
ſuas: & rurſum fornicabitur cũ uniuerſis re-
c gnis terræ ſuper faciem terræ. Et erit nego-
ciatio eius & merces eius ſanctificatæ domi-
no: non condentur neq; reponentur. Quia
his qui habitauerint coram domino, merces
erit negociatio eius: ut manducent in ſaturi-
tate, & ueſtiantur uſq; ad uetuſtatem.

Cõmentarij quinti in Eſaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVM commentariorum Eſaiæ ad Euſtochium prooemium.

QVod in præcedenti uolumine pollicitus ſum, ut ſuper fundamenta hiſtoriæ, ſi uoluntati noſtræ Chriſtus annueret, ſpirituale extruerem ædificium, & impoſito culmine perfectæ eccleſiæ ornamenta monſtrarem: hoc in ſequentibus duobus libris ò uirgo Chriſti Euſtochium orationibus tuis, & domini miſericordia facere conabor: ut eodem labore quo quintus liber hiſtoriam comprehendit: ſextus & ſeptimus perſtringat anagogen: non omnia diſſerentes, ne multa fiant uolumina: ſed quid eccleſiaſtici uiri ante nos ſenſerint, breuiter indicantes.

E COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Eſaiam prophetam liber ſextus.

a ONus ſeũ uiſio cõtra Babylonem, quam
b uidit Eſaias filius Amos. Sup mõtẽ ca-
ligoſum ſiue campeſtrẽ leuate ſignum.

HEB. Exaltate
c uocem, leuate
d manũ. Et ingrediãt portas du
e ces. Ego mãdaui ſanctificatis
f meis. Et uocaui fortes meos in
ira mea: exultãtes in glĩa mea.
g Vox multitudinis ĩ mõtibus
quaſi ꝓplorꝫ frequẽtiũ: uox ſo
nitus regũ gẽtiũ cõgregatarꝫ.

SEP. Exaltate uocem:
cõſolamini manu. A-
perite principes. Ego
præcipiam: & ego ad-
ducam eos. Gigantes
ueniunt implere furo-
rem meum: gauden-
tes ſimul & contume-
liam facientes.
Dominus

ONus ſeu uiſio cõtra Babylonẽ, quam
uidit Eſaias, filius Amos.) Vidit non
carnis, ſed mẽtis oculis q̃ grande ma-
gnũ-
q̃ põ
dus Babyloni ſit ĩ-
ponẽdum. Et quia
Babylon, quæ He-
braice dicitur, בָּבֶל
interpretatur con-
fuſio: eo quod ibi
ædificantiũ turrim
ſermo cõfuſus ſit:
ſpũaliter mundus
iſte ĩtelligitur, q in
maligno poſitus ẽ:
& nõ ſolũ linguas,
ſed opera ſingulo-
rũ mẽtesq̃ cõfun-
dit. Huius Babylo
nis rex eſt uerus Nabuchodonoſor cõtra dñm ſu-
perbiẽs, q dicit in corde ſuo: In cœlũ aſcẽdã, ſup ſy-
dera cœli ponã ſolium meũ: ſedebo in monte teſta-
mẽti in lateribus Aquilonis: aſcẽdam ſuper altitudi
nem nubiũ, ero ſimilis altiſſimo. Iſte eſt qui oſtẽdit
Matth. 4. b dño uniuerſa regna mũdi, & dixit ei: Hæc oĩa mihi
F tradita ſunt: & tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.
Deniq; in cõſequẽtibus nequaq̃ contra Babylonẽ,
ſed contra orbẽ terrarũ cõminatio eſt. Dñs ſabaoth
præcepit gẽti bellicoſiſſimæ, ut ueniat de terra lon-
ginqua à ſummitate cœli, ut diſperdat orbẽ terra-
rum. Et iterũ: Ecce dies uenit inſanabilis furoris &
iræ: ut ponat orbẽ terrarum deſertũ, & peccatores
diſperdat ex eo. Ac deinde: Præcipiam orbi terra-
rum uniuerſo mala, & impijs peccata ſua. Ex qbus
ꝓbatur, omnia quæ dicũtur cõtra Babylonẽ ad mũ
di huius cõfuſionem & interitũ pertinere. b ¶Su-
per montẽ caligoſum ſiue campeſtrẽ leuate ſignũ.)
Apoſtolis præcipitur & apoſtolicis uiris ac magi-
ſtris eccleſiarũ, ut dimicaturi cõtra Babylonẽ, ſignũ
eleuent dñicæ crucis: nõ in humili loco, & in demer
ſis uallibus, ſed in mõte caligoſo ſiue cãpeſtri. Quo-
rum alterũ ſignificat abſcõdita eccleſiæ ſacramenta:
quæ ut uideret Moyſes & audiret uocẽ dei, intrauit
Pſal. 17. b tenebras & caligine. Poſuit enĩ deus tenebras lati-
bulum ſuũ: & nubes & caligo in circuitu eius. Alte
rum docet, ſic nos ad excelſa eccleſiaſticorꝫ dogma-
tum debere cõſcendere: ut (iuxta Apoſtolũ Paulũ)
humiliemur atq; dicamus: Qui nõ ſum dignus uo-
1. Cor. 15. b cari Apoſtolus, quia ſum perſequutus eccleſiã dei.
Qui & ipſe eleuauit ſignũ in mõte cãpeſtri, quando
inſita ſibi humilitate dicebat: Ego autem iudicaui
nihil ſcire me in uobis, niſi Ieſum Chriſtum, & hũc
crucifixũ. Hoc aũt ſignũ & in ſuperioribus leuauit
ipſe, qui ortus eſt de radice Ieſſe in natiõibus, ut cõ-
gregaret perditos Iſraël. c ¶Exaltate uocẽ, leuate
manum.) Qui de ſublimibus loquitur, & præſentia
quaſi breuia & trãſitoria cõtẽnit. Qui audit ab eo- G
dem Eſaia: Super mõtẽ excelſum aſcẽde qui euan-
gelizas Sion. Eleua in fortitudine uocẽ tuã qui euã
gelizas Hieruſalẽ. Eleuat manũ ſuã qui poteſt cum
Dauid dicere: Eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ ue- Pſal. 140. a
ſpertinũ: & qui in
omĩ loco leuat ſan-
ctas manus: ut nõ
ſolũ leuet manus,
ſed etiã cõſolet ma
nu, ne dicat paupi,
cras ueni et accipe:
ſed ut paupiẽ eius
& neceſſitatẽ præ-
ſenti miſericordia
cõſoletur. d ¶Et
ingrediãtur portas
duces.) Duces ec-
cleſiæ ingrediũtur
portas myſteriorũ
dei & ſcripturarũ
ſacramẽta cogno-
ſcunt: habẽtes clauẽ ſciẽtiæ, ut aperiant eas creditis
ſibi populis. Vnde præcipitur, ut magiſtri aperiãt,
& diſcipuli ingrediãtur. e ¶Ego mãdaui ſanctifi-
catis meis.) Ipſe enĩ ſanctificat miniſtros ſuos, ut &
qui ſanctificat & qui ſanctificãtur, ex uno oẽs ſint.
Qui & in alio loco credẽtibus loquit: Sãcti eſtote: Leui. 19. a
quoniã & ego ſanctus ſum: ipſe præcipit & adducet H
principes ſuos, ut faciãt quæ præcepta ſunt. f ¶Et
uocaui fortes meos &c.) Iuxta Hebraicũ hærent ſu
perioribus quæ dicũtur: quod ipſe uocauerit fortes
ſuos, exultãtes in gloria ſua, qui mãdauerat ſanctifi
catis ſuis. Porrò iuxta LXX, gigãtes ueniẽtes ut im-
pleant furorẽ dñi, gaudẽtes in aliena iniuria atq; læ
tantes: ſiniſtræ accipiẽdæ ſunt cõtrariæq̃ uirtutes:
de quibus & in pſalmis legimus: Miſit in eos furo- Pſal. 77. c
rem iræ ſuæ, furorẽ & irã & tribulationẽ, immiſſio
nem per angelos peſſimos. Ex his eſt & extermina-
tor in Aegypto: qui poſtes agni litos ſanguine non Exod. 12. d
audet intrare: & ille ſpiritus q egreſſus ſtetit in con-
ſpectu dñi, & ait: Ego decipiam Achab. Dixitq; ei 1. Reg. 22. d
dñs: Decipies & præualebis: egredere & fac ſic. Vñ
in eodẽ Regũ uolumine Micheas dixit: Vidi dñm
Iſraël ſedentẽ ſuper thronũ ſuũ & oĩs exercitus cœ-
li ſtabat circa eũ à dextris & à ſiniſtris. Dexteræ, uir
tutes ſunt eorũ angelorũ qui ad bona mittũtur: ſini
ſtræ aũt eorũ quibus ad puniendũ tradimur. Vnde
& Apoſtolus: Quos tradidi, inqt, ſatanæ, ut diſcant 1. Tim. 1. d
nõ blaſphemare. Nomẽ aũt gigantiũ, ꝓ quo in He-
bræo אַבִּירִים, id eſt fortiũ poſitũ eſt, LXX. & Theo-
dotio in ſimilitudinẽ fabularũ uertere gẽtiliũ: ſicut
& Syrenas, & Titanas, & Arcturũ, Hyadas, et Orio
nẽ nominãt, quæ apud Hebræos alijs appellant uo
cabulis. Si aũt gigantes rebelles dei ſunt: & oẽs hæ-
reſes cõtrariæ ueritati rebellãt deo: oẽs hæretici gi-
gantes ſunt, qui gaudent in errore ſuo: & tũc maxi-
me gloriantur, quando eccleſiæ cõtumeliã fecerint.
g ¶Vox multitudinis &c.) Tripliciter iſte locus
accipitur



HEB. Dominus exerci-
tuũ præcepit militiæ bel-
li: uenientibus de terra
procul à ſummitate cœ-
li: dominus & uaſa fu-
roris eius ut diſperdat o-
b mnem terram. Vlulate,

a SEP. Dominus ſabaoth
præcepit genti bellicoſiſſi-
mæ, ut ueniat de terra lon-
ginqua à ſummo ÷ fun-
damento: cœli dominus,
& bellatores eius ut diſ-
perdãt uniuerſum orbem.

quia propè eſt dies domini: quaſi uaſtitas à domino ue-
niet. Propterea omnes manus diſſoluentur: & omne
c cor hominis tabeſcet, & conteretur. Torſiones & dolo-
res tenebunt: quaſi parturiens dolebunt: unuſquiſque
ad proximum ſuum ſtupebit: facies combuſtæ uultus
d eorum. Et ecce dies domini uenit crudelis, & indignatio-
nis

A accipitur. Primũ, ut eleuato ſigno in mõte campe-
ſtri, ueniat gentiũ multitudo, & ipſa in mõtibus cõ-
ſtituta: quæ diuiditur in duo: in populos ſcilicet &
in reges, in diſcipulos & magiſtros: de quibus & ſal
Matth. 8. b uator in euãgelio loquebat: Multi ab Oriẽte & ab
Occidẽte ueniẽt,
& accumbent cũ
Abrahã & Iſaac,
& Iacob in regno
cœlorũ. Propter-
ea aũt una uox &
cõſona dicitur, ut
illud apoſtolicum
1. Cor. 1. b ꝓbetur: Idipſum
dicatis oẽs, & non
ſint in uobis ſchi-
ſmata: ſed ſitis pfe
cti in eodẽ ſenſu,
& in eadem ſentẽ-
tia. Secundo hære
ticorũ deſcribitur
ſuperbia: q in mõ
tibus ſe eſſe credẽ
tes erigũtur cõtra
ſcientiam dei: & iniquitatẽ in excelſum loquũtur: &
ponũt in cœlũ os ſuũ, qui & ipſi habẽt populos, ha-
bent reges, qui deceptũ populũ deuorãt. Tertia in-
B terpretatio eſt: Quia ſupra dixerat: gigãtes ueniũt,
ut impleant furorẽ meũ gaudentes ſimul & contu-
meliam faciẽtes: ipſorũ gigantiũ deſcribit arrogan-
tiam: & ad puniẽdos qui ſibi traditi fuerint in mala
parte conſenſum. a ¶Dñs ſabaoth &c. à ſummo
fundamẽto &c.) Fundamentũ, obelo prænotandũ
2. Reg. 24. a eſt. In Regũ & Paralipomenon uolumine legimus:
1. Para. 21. a quod ira dei accenſa ſit ſuper Iſraël, quando Dauid
numerauit populũ & offendit dñm. In pſalmis quo
Pſal. 6. q; ſcribitur: Domine, ne in furore tuo arguas me,
& 37. neq; in ira tua corripias me: & cętera his ſimilia: per
quæ legi in cuiuſdam cõmẽtarijs, iram dei poſſe in-
telligi cõtrariam fortitudinem cui tradimur ad pu-
niendum: de quo & in octauo pſalmo cantatur: Vt
deſtruas inimicum & ultorem. Poſſunt bellatores
dici qui de terra procul ueniunt: & à ſummo cœli,
etiam miniſtri angeli: qui in mundi cõſummatione
Matth. 13. d mittendi ſunt, ut zizaniorum manipulos faciãt, &
ſeparatos à frumẽto incẽdio præparẽt ſempiterno.
Omnis quoq; terra diſperditur, quando terrena o-
pera ſubuertũtur. Sunt & alij domini bellatores in-
ſtructi armatura Apoſtoli: qui quotidie in eccleſia
quæ οἰκουμένη, id eſt, orbis & habitata intelligitur: di-
ſperdant eos & interficiãt qui eriguntur cõtra ſciẽ-
tiam dei. b ¶Vlulate, quia propè eſt dies dñi &c.)
Quoniam bellatores domini uẽturi ſunt ut diſper-
dant omnem terram: ululate & agite pœnitentiam,
quibus pœna uentura eſt. Propè eſt enĩ dies domi-
ni, uel cõſummationis totius mundi atq; iudicij, uel
exitus uniuſcuiuſq; de uita. Venit enĩ à dño depræ
datio, quam nos diximus uaſtitatẽ, ut ſeruaremus
metaphoram, quia præmiſerat bellatores. Cũ dies
iudicij uel dormitiõis aduenerit, omnes manus diſ- C
ſoluentur: quibus dicitur in alio loco: Cõfortamini
manus diſſolutæ. Diſſoluentur autem manus, quia
nullum opus dignum dei iuſticia reperietur: & nõ Pſal. 142. a
iuſtificabitur in conſpectu eius omnis uiuẽs. Vnde
propheta dicit in
pſalmo: Si iniqui- Pſal. 129. a
tates attẽdas dñe,
quis ſuſtinebit?
Omne quoq; cor
ſiue anima homi-
nis tabeſcet: & pa-
uebit conſcientia
peccati ſui. Hæc
eſt dies formido-
loſa atq; terribilis:
de qua & Sopho-
nias loquit: Me- Sopho. 1. b
tuite à facie dñi,
quia ꝓpè eſt dies
dñi. Et rurſum: Iu
xta eſt dies domi-
ni magna, ꝓpè &
uelox nimis. Et
Amos. Væ, inquit, qui deſiderãt diem dñi: ut quid Amos. 5. c
uobis dies domini, quæ tenebræ ſunt & non lux?
Quodq; iuxta Septuaginta additum eſt: turbabun
tur legati, & dolores apprehẽdent eos. Illos legatos
interpretari poſſumus, quos ciues miſerant aduer- D
ſum eum, qui profectus erat in terram longinquã,
ut ſibi regnũ peteret. Vnde ipſe loqtur in euãgelio:
Inimicos autem qui noluerũt me regnare ſuper ſe, Luc. 19. b
adducite huc & interficite coram me. c ¶Torſio-
nes & dolores tenebunt: quaſi parturiens dolebũt:
unuſquiſq; ad ꝓximum ſuũ ſtupebit &c.) Cum ue-
uerint dñi bellatores de terra longinqua, & omnes
manus fuerint diſſolutæ, & cor pauidum atq; cõtri
tum: tunc ſtrophomata quæ nos torſiones uentris
interpretati ſumus: & dolores tenebunt eos, ſimiles
doloribus parturiẽtium. Per quæ oſtẽditur torque
ri eos ꝓpria cõſcientia, & facies habere cõbuſtas eo
igne quẽ ſibi ſuccenderant: quia nõ poſſunt dicere: Pſal. 4. b
Signatũ eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Et: 2. Cor. 3. d
Nos omnes reuelata facie gloriam domini cõtem-
plantes, in eãdem imaginẽ transformamur. Vnuſ-
quiſq; ſtupebit ad ꝓximum ſuũ, uidens eum in eiſ-
dem eſſe tormẽtis, quibus ipſe cruciatur. d ¶Ecce
dies dñi uenit crudelis, & indignationis plenus &
iræ furoriſq;, ad ponẽdam terram in ſolitudinem,
peccatores eius cõterẽdos de ea.) Pro terra Septua
ginta τὴν οἰκουμένην, id eſt, orbem interpretati ſunt:
pro crudeli inſanabilem. Cum enim dies uel iudicij
uel mortis aduenerit, implebitur illud quod ĩ ſexto
pſalmo legitur: In inferno aũt quis cõfitebitur tibi?
Non eſt enim illud tempus pœnitentiæ, ſed pœna-
rum. Et in alio loco dicitur: Quàm magna multitu- Pſal. 30. e
do dulcedinis tuæ domine, quã abſcõdiſti timenti-
bus te. Ergo abſcõditur multa dei miſericordia ab
his q adhuc in timore ſunt poſiti, & perfectã dei nõ
 habent

E habent charitatem;ut dum crudelem audiunt diem domini & inſanabilem, & indignationis furoriſq́; plenum, peccare deſiſtant. Ponetur quoq; orbis uel terra in ſolitudinem, & peccatores conterentur de ea quæ prius peccatorũ onere grauabatur;ut deletis perditiſq́; ſceleribus habitet & regnet in terra ſola iuſticia. a ¶Quoniam ſtellæ cœli et ſplendor &c.)Pro eo quod nos interpretati ſumus, ſplẽdor earũ; haud dubiũ quin ſtellarũ, Aquila & Theodotio ipſum uerbum poſuerũt Hebraicum כְּסִלֵי: ꝓ quo Lxx. Orionẽ tranſtulerunt; addentes de ſuo, & om̃is ornatus cœli; quod obelo prænotandum eſt. Orionem autem gentilium fabulæ dicũt uiginti duas habere ſtellas; ẽ quibus quatuor tertiæ magnitudinis ſunt, nouem quartæ; rurſum aliæ nouem quintæ, qui ab alijs appellatur Bootes.
Iob.9.a Legimus quoq; in Iob: Hyadas, & Veſperũ, & Arcturum, & theſauros ſiue interiora Auſtri: de qui-
F bus in ſuo loco dicẽdum eſt. Nec putare debemus apud Hebræos has ſtellas his appellari nominibus, quæ Græcus ſermo reſonat & Latinus: ſed propria
Gene.1.a habere uocabula: Sicut enim deus uocauit lucem, diem: & firmamẽtum, cœlum: & aridam, terram: & cõgregationes aquarum, maria: ſic & ſingulas ſtellas ſuis appellauit nominibus: quarum ꝓprietatem noſtra lingua non exprimit. Scriptum eſt de deo in
Pſal.146.a alio loco: Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina uocans. Quando igitur dies domini uenerit ad ponendum orbem terrarum in ſolitudinẽ; & peccatores de ea penitus auferendos: tunc ad comparationem diuinæ maieſtatis ſtellæ cœli, & omnis ſplendor eorum retrahent lumẽ ſuũ. Nec mirum eſt hoc de minoribus ſtellis dicere, cũ etiam ſol obtenebreſcat in ortu ſuo, & luna ſplendorem ſolitum non habeat. Illud autem quod Lxx. tranſtulerunt, quod ſtellæ & Orion, & omnis ornatus cœli obtenebrentur ſole oriente; nõ habet quid ſigni, ſiue miraculi: hoc enim omni fit tempore, ut orto ſole, ſtellæ quæ in cœlo ſunt non appareant. Nec mirum hoc dixiſſe de ſole, cum etiã plena luna & tota nocte fulgente, pleraq; aſtra non luceãt. Eſſe autem etiam per diem ſtellas in cœlo, probat ſolis deliquium: quod quando umbra terræ (ut philoſophi diſputant) & obiecto orbe lunæ fuerit obſcuratus clariora in cœlo aſtra uideãtur. b ¶Et uiſitabo ſuper orbis mala, & cõtra impios iniquitates eorꝫ.) Quando uiſitat & percutit deus, ad hoc percutit,

nis plenus & iræ furoriſq́; ad ponendam terram in ſolitudinem, peccatores eius conterendos de ea.

a HEB. Quoniã ſtellæ cœli & ſplendor earum non expandent lumen ſuũ; obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo; & luna nõ ſplẽdebit in lumine ſuo. b Et uiſitabo ſuper orbis mala, & contra impios iniquitates eorum. c Et quieſcere faciã ſuperbiam infidelium; & arrogantiam fortium humiliabo. d Precioſior erit uir auro; &

SEP. Stellæ enim cœli & Orion ÷ & omnis ornatus cœli, lumen ſuum non dabunt; & obtenebrabuntur ſole oriente, & luna non dabit lumen ſuum. Et perdam iniuriam iniquorum: & iniuriam ſuperborum humiliabo. Et erunt qui derelicti fuerint

ut emendet; Deniq; quando uehementer iraſcitur G
ſuper eos qui non agunt pœnitentiam. Non uiſitabo, inquit, ſuper filias ueſtras, cum fuerint fornicatæ; & ſuper nurus ueſtras, cum adulterauerint? Ecõtrario de his qui in Chriſto credituri ſunt dicitur: Viſitabo in uirga Oſee.4.c
iniquitates eorũ, & in flagellis peccata eorũ. Miſeri- Pſal.88.
cordiam autẽ meã non auferã ab eis. c ¶Et qeſcere faciam ſuperbiã infidelium &c.) Verbum Hebraicum גְּאוֹן quod perſpicue arrogãtiam & ſuperbiam ſonat, Theodotio & Septuaginta ſemper iniuriam trãſtulerũt; ſenſum magis q̃ uerbũ exprimẽtes; quia omnis ſuperbus promptus eſt ad iniuriã. Ergo ꝓpterea dominus uiſitat ſuper orbis mala, & cõtra impios iniquitates eorum; ut cõprimat arrogãtiam ſuperborum, & ſuperbiam fortium humiliet. Deus enim ſu- 1.Pet.5.b
perbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et in Prouerbijs legimus: Ante contritionem eleuatur Prou.16.c
cor uiri, & ante gloriam humiliatur. Semper ſuper- H
biam ruina ſequitur, & humilitatem gloria. Qui em̃ ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat exaltabi- Luc.14.c
tur. Legimus in alio loco: Perdam ſapientiã ſapien- 1.Cor.1.c
tium, & intelligentiam prudentiũ reprobabo. Non quod uera ſapientia & uera prudentia perdantur à domino, ſed falſi nominis ſcientia: qui ſibi theſaurizant linguam mendacij: & deficiunt ſcrutãtes ſcrutinio, & inueniunt nihil: loquentes iniquitatem in excelſum, & ponentes in cœlum os ſuum. Vnde ꝓprie hæreticorũ ſuperbia ueritatis iniuria nominatur. d ¶Precioſior erit uir auro &c.) In cõſummatione mundi, quãdo orbis redactus fuerit in ſolitudinem; & obtenebratus ſol in ortu ſuo, & luna ſplendorem ſuũ nõ dederit; tãta fient ab antichriſto ſigna atq; portẽta; ut iniquitate creſcẽte, refrigeſcat charitas multorũ, ad decipiendos etiã ſi fieri poteſt electos dei. Tunc precioſior erit uir auro, quod Hebraice dicitur פָּז & Aquila interpretatus eſt πυῤῥόμ, qđ coloris optimi atq; ſanguinei eſt: & homo mundiſſimo obrizo: quod Hebraice dicitur אוֹפִיר & Aquila tranſtulit ὠπήλωμα ὀφείς, quod neſcio quid uolentes Lxx. interpretati ſunt, lapidẽ de σουφείς. Eſt autem Indiæ locus, in quo aurum optimum naſcitur: ſicut ĩ Geneſi legimus de fluuio Phiſon: iſte eſt Gene.2.b
qui circũit omnẽ terrã Euilath, ubi eſt aurũ: & aurũ terræ illius optimum: & ibi eſt carbunculus & lapis praſinus. Precioſior autem intelligitur, ꝓ eo quod eſt rarior. Omne enim quod rarũ eſt, precioſum eſt:





A ſicut & in Samuelis uolumine legimus: Et ſermo
1.Reg.3.a dñi precioſus erat in Iſraël. a ¶Super hoc cœlũ cõcutiã &c.) Cũ p̃cioſior fuerit uir auro, & homo mũdo obrizo, & impletũ quod ſcriptũ eſt: Putas cũ ue-
Luc.18.b nerit filius hominis, inueniet fidẽ ſup terrã? tunc & cœli mouebunt & terra. Cœlũ em̃ & terra pertranſibũt: nõ ſua uolũtate & ꝓprio arbitrio, ut pleriq; exiſtimant, animantia ea eſſe credentes; ſed propter indignationẽ dñi exercituũ, & ꝓpter diem furoris eius, q reſpicit terrã, & facit eam tremere. Vnde hoc q in Lxx. dicit, cœlũ enim furiet, μετωνυμικῶς accipiẽdum pro his, qui uerſantur ĩ cœlo; quomodo ſi dicamus, omnis ciuitas cõclamauit; & obuiã iudici urbs uniuerſa proceſſit. Funda-
B menta uero terræ; & in Prouerbijs legimus:
Prouer.3.c Deus ſapiẽtia fundauit terrã.
Iob.38.a Et ad Iob loquitur dñs: Vbi eras quando fundabã terram? Nõ quod terra habeat fundamẽta profunda mole deiecta: ſed uoluntas & poteſtas dei, qua omnia continentur, fundamenta illius appellanda
Pſal.23.a ſunt. Ipſe enim ſuper maria fundauit eã, & ſuper flu-
Iob.26.b mina collocauit eã, & ipſe appendit eã ſuper nihili. b ¶Et erit quaſi damula fu.&c.) Cœlo terraq́; cõmotis, fugiet diabolus coluber tortuoſus, uel om̃e dogma contrariũ ueritati; quod in magiſtros ac diſcipulos ſcinditur; quorũ priores propter ὀξυδέρκειαμ Græco ſermone Dorcades, id eſt, capreæ nũcupantur; ſequentes quaſi bruta animalia; & huc atq; illuc errantia nõ habent qui eos dirigant; perdiderũt em̃ eum, de quo ſcriptum eſt: A dño greſſus hominis
Prou.20.a diriguntur; qui liberati à magiſtris peſſimis, cõuertentur ad populũ ſuũ; & ſinguli ad terrã ſuã fugiẽt, de qua orti ſunt; qui uero inuentus fuerit, occidet ſiue iugulabitur. Hoc aũt nõ ſolũ in cõſummatione mundi, ſed uſq; hodie fit in eccleſia; quãdo magiſtris ſuperatis, grex deceptus reuertit ad populũ, & ad terram ſuã: & in eo quod inuenit, occiditur: ut hæreticus eſſe deſiſtat. Et quicũq; ſuperuenerit, cadet in gladio ſpirituali. Tunc infantes eorꝫ & paruulos, qui nondũ ad perfectã uenerunt erroris ætatem, allident in oculis magiſtrorũ, diripientq́; eorũ domos; & uxores eorꝫ uiolabunt, prauã ſapientiã

HEB. ro, & homo mũdo obrizo. a Sũper hoc cœlũ cõcutiã, & mouebit terra de loco ſuo; propter indignationẽ domini exercituum; & propter diem iræ indignationis eius.

SEP. rint, honorati magis quàm aurũ excoctum; & homo honorabilior erit lapide de Suphir. Cœlum enim furiet; & terra mouebitur à fundamentis ſuis; propter furorem iræ domini ſabaoth in die qua uenerit furor eius.

b Et erit quaſi damula fugiens, & quaſi grex ouiũ; & nõ erit qui congreget; unuſquiſq; ad populũ ſuum cõuertetur; & ſinguli ad terrã ſuam fugient. Omnis qui inuẽtus fuerit, occidetur; & omnis qui ſuperuenerit, cadet in gladio. Infantes eorũ allidentur in oculis eorũ; diripien-
c tur domus eorum, & uxores eorum uiolabuntur. Eccẽ ego ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argẽtum nõ quærant, nec aurum uelint; ſed ſagittis paruulos interficiãt, & lactentibus uteri non miſereantur; & ſuper filios nõ parcet oculus eorum.

Cap. XIIII.

b ET erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta

ET erit Babylon, quæ uocatur inclyta glorioſa re

& doctrinam peruerſam. Vnde pro huiuſmodi pa- C
tribus; quorũ interficiendi ſunt paruuli, debemus orare & dicere: Da eis dñe. Quid dabis eis? Vuluã Oſee.9.c
ſterilẽ, & ubera arentia: Parturierũt enim iniquita- Pſal.7.d
tem, cõceperunt dolorẽ, & genuerunt iniuſticiam. c ¶Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos &c.) Inuenimus in Geneſi, qđ Gene.10.d
Madai autor gẽtis מָדַי
Medorũ fuerit, q interpretatur menſura, ſiue à potente uel forti. Igitur cõtra Babylonios, q mente cõfuſi ſunt, ſuſcitantur à potẽte & forti deo miniſtri ad puniendum fortitudinis; ut reddãt unicuiq; ſecundũ opa ſua. In qua Matth.16.d
enim mẽſura mẽſi ſunt, remetietur eis. Menſurã agitatam Luc.6.c
atq; concuſſam & plenã & ſupeffundentẽ reſtituent in D
ſinus eorum. Qui nec argentum nec aurũ, id eſt, nec eloquij plchritudinẽ, nec acumen ingenij; in quibus ſibi ante plaudebãt, recipient; ſed pœnis afficient traditos; & paruulis ac lactẽtibus uteri non miſerebunt, ut magis miſerent. Atq; utinã & nos ſuſcitemur à dño; & hæc nobis detur poteſtas, ut nec argentũ nec aurũ uelimus eloquentiæ & ſapientiæ ſecularis; ſed filios hæreticorũ, & omnium qui decepti ſunt, ĩterficiamus ſagittis ſpiritualibus, id eſt, teſtimonijs ſcripturarũ; & qui lacte nutriunt erroris, abſq; ulla miſericordia trucident, ut clemẽti crudelitate pereãt; nulliuſq; miſereamur infantię; & illa beatitudine digni ſimus. Beatus q tenebit & Pſal.136.b
allidet paruulos ſuos ad petram.

Cap. XIIII.

ET erit &c. cito ueniet & nõ tardabit. (Quodq́; ſequit) Et dies eius nõ ꝓtrahẽtur) aſtericis notãdũ eſt, qđ de Theodotiõe addita ſũt. Medis aduerſus cõfuſiõis urbẽ ſuſcitatis; q nec aurũ in bonis reputãt, nec argẽtũ; q ſagittis interficiunt paruulos; & lactẽtibus uteri nõ miſerent, & ſup filios nõ parcit oculus eorũ; urbs quondã inclyta q̃ erat in ſupbia Chaldæorũ; q interp̃tantur, quaſi dęmonia: ſic ſub- כַּשְׂדִּים
uertetur, quomõ ſubuerſa eſt Sodoma & Gomorra; ut nullũ in ea maneat priſtinæ mãſiõis ueſtigiũ; ſed poſtq́; fuerit cœlũ nouũ, & terra noua, & p̃terierit figura huius mũdi; nõ habitabit urbs cõfuſiõis 1.Cor.7.f
in perpetuũ: & nequaq́; eundẽ ſtatũ recipiet. Non enim ponet ibi poſtq́; in priſtina gloria eſſe deſierit

E Arabs tentoria ſua: qui interpretatur occidentalis עֲרָב & ueſpertinus: ut in ea cupiat habitare quā uiderit eſſe deſertā. Arabs autē in præſenti loco in bonam partē accipitur: quod ſemper tendat ad finē, & oblitus præteritorū, extēdat ſe in priora. Nec paſtores requieſcēt ibi, qui manſuetiſſimū dñi gregē in Hieruſalem ſolent paſcere: ſed econtrario requieſcēt ibi beſtię: quas deteſtaē pſalmiſta, dicēs: ne tradas beſtijs animā cōfitentē tibi. Pro quibus Aquila & Symmachus & Theodotio, ipſum uerbū Hebraicum poſuerūt צִיִּים. Et implebuntur domus eorꝫ, hoc eſt, Babyloniorꝫ, iuxta Lxx & Theodotionem ἤχω, id eſt, ſonitu & clamoribus, iuxta Aquilam, typhonibus: quos nos in dracōes uertimus: F iuxta Symmachū אֹחִים, quod uerbū in Hebraico continet. Et habitabunt ibi ſtruthiones: animal ſemper ſolitudines appetens, de quo in Iob plenius ſcribitur: qui cum pennas habere uideatur, tamen de terra altius non eleuaē: pro quo Lxx, σειρῆνας, id eſt, Sirenas interpretati ſunt. Piloſos aūt qui dicūtur Hebraice שְׂעִירִים: Theodotio, erectis & ſtantibus pilis interpretatus eſt. Symmachus & Lxx, dæmonas tranſtulerunt. Pro onocētauris quoq;, quos ſoli Lxx. interpretati ſunt, imitantes gentiliū fabulas, qui dicūt fuiſſe hippocētauros, tres reliqui interpretes ipſum poſuere uerbum Hebraicū אִיִּים: quod nos in ululas uertimus. Vbi aūt Lxx. dixerūt, cubilia facient hericij in domibus eorum, & in Hebraico poſitū eſt תַּנִּים: Aquila & Symmachus & Theodotio, Sirenas interꝑtati ſunt: ſignificantes uel beſtias aliquas eſſe, uel dæmonas, iuxta errorē gentiliū dulce cātantes, & decipientes homines, qui huius ſeculi naufragium clauſis auribus trāſire nō poſſunt. Porrò onocentauri nomē, ex aſinis cētauriſq; cōpoſitū: uideē mihi ſignificare eos, qui ex parte aliquid humanū ſapiūt, & rurſum uoluptatibus & cœno turpitudinis abducūtur ad

Tropol. uitia. Diciē ergo ſecūdū tropologiā: qđ in fine mūdi, uel mortis uniuſcuiuſq;, omnis gloria & ſuꝑbia Chaldæorꝫ, & cōfuſio mūdi, recedat à nobis: & ita

HEB. clyta ī ſuꝑbia Chaldæorū: ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomorram. Nō habitabitur uſq; in finem: & non fundabitur uſq; ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs: nec paſtores requieſcent ibi: ſed requieſcent ibi beſtiæ: & replebuntur domus eorū draconibus: & habitabūt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabūt ibi: & reſpondebunt ibi ululæ in ædibus eius: & Sirenæ in delubris uoluptatis. Propè eſt ut ueniat tēpus eius.

SEP. ſa regis Chaldæorū ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomorram: non habitabitur in æternum: nec ingredietur in eā per multas generationes: nec tranſibunt per illam Arabes, neq; paſtores requieſcēt in ea, ſed requieſcēt ibi beſtiæ: & replebuntur domus ſonitu: & accubabūt ibi Sirenæ: & dæmonia ſaltabunt ibi: & onocētauri ibi habitabunt: & cubicula facient hericij in domibus eorū. Cito ueniet & non tardabit, * & dies eius non protrahentur.

a & dies eius non elongabuntur. Miſerebitur enim dominus Iacob, & eliget adhuc de Iſraël: & requieſcere eos faciet ſuper humum ſuam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Et tenebunt eos populi:

G omnia ſubuertanē, ſicut ſubuertit deus Sodomā & Gomorrā: nec ultra mundi iſtius futurus ſit ſtatus, ſed pereat in æternū. Nec ponat ibi Arabs tentoria ſua, de quo in ſexageſimoſeptimo pſal. diciē: Iter facite ei qui aſcēdit ſuꝑ occaſum, dñs nomē eius. Nec paſtores ibi requieſcant: angeli uidelicet ꝗ humano præſunt generi: & quotidie uidēt faciē patris: ſed requieſcāt ibi beſtiæ, & dracones, & ſtruthiōes, & piloſi, & ululæ, & ſirenæ: quas oēs beſtias ī figura ītelligimus āgelorꝫ, uel dæmonū, & eorū ꝗbus tradimur ad puniendū. Et ī domibus quondā uoluptatis, ubi erit lætitia & gaudiū: ſit plāctus ulularū, & lamētabilis uox Sirenarū: quę auditores ſuos ducit ad mortē. Tēpus aūt imminere iudicij, H & diē cōſummationis Babyloniæ nō elongari, nequaq; mirabiē, qui quotidie ꝑ ſanctos uiros in his qui credūt in dño, ſubuerti uiderit Babylonē, & æternitati cōparatā, omnē longitudinem eſſe uicinā. De generibus beſtiarū imò monſtrorū breuiter diximus: quia in priori libro iuxta hiſtoriā ex parte ꝑſtricta ſunt. Hoc quoq; cōſiderādū, ꝙ poſtq; eccleſiaſticus ſermo & doctrina ſaluatoris urbē confuſionis euerterit, ita ut Sodomæ & Gomorrę cōpareē, nō habiteē à ſanctis uiris: nec paſtores requieſcāt in ea, ꝗ Chriſti gregē paſcere conſueuerāt: ſed ecōtrario requieſcāt ibi beſtiæ, & dracones, & ſtruthiones, & piloſi ſaltēt in ea. Quicquid em̄ hęretici loquunē in ſynagogis Satanę, nō eſt doctrina dñi, ſed ululatus dæmonū & piloſorū: quos imitabaē Eſau. Et Sirenæ requieſcēt in delubris uoluptatis: ꝗ dulci & mortifero carmine animas ꝓtrahūt in ꝓfundū: ut ſæuiēte naufragio, à lupis & canibus deuorenē. Propè eſt ergo & inſtat quotidie tēpus ruinæ hæreticorꝫ, & nō differē eorū ſubuerſio. a ¶ Miſerebitur em̄ dñs Iacob &c.) Pro aduena, id eſt, προσηλύτω, Lxx, γιώρας interpretati ſunt: qui Hebraice גֵּר diciē. Vnde puto & Moyſi filiū, qui aduena erat in terra, nominatū à patre Gerſan. Ergo Exo.2.d gioras non eſt Græcū uerbū, ſed Hebraicū, Græca cōſuetudine declinatū: licet quidā Hebręi ſermonis ignarus



A ignarus, Græcam in eo etymologiā exprimere conetur: ab eo quod terrenæ rei curam habeat: γῆ em̄, inquit, terra appellatur, & ὤρα φροντίς, id eſt, ſolicitudo. Rurſum pro מָשָׁל, quam Aquila & Symmachus & Theodotio parabolam tranſtulerunt; quos & nos ſequuti ſumus, Lxx. τὸν θρῆνον, id eſt, planctū interpretati ſunt. Eſt autem ordo: Poſtq; Babylon deſerta fuerit, in æternum, ita ut habitatio beſtiarū ſit: miſerebitur dñs Iacob, eius uidelicet qui uitia ſupplātauit, & eliget Iſraël, cū qui mēte cōſpicit deum. Et nota uerborū proprietatē: Iacob ꝗ adhuc in lucta poſitus eſt miſerebitur: Iſraëli uero, qui poſt uictoriam nomen accepit, nō miſericordia, ſed electio coaptatur. Requieſcere quoq; eos faciet ſuꝑ terram ſuā, de qua ſaluator Matth.5.d loquiē: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebūt terrā. Et: Credo uidere bona domini in terra uiuen Pſal.26.d tium. Adiūgetur quoq; B domui Iacob, qui electi ſunt per apoſtolos, gentium multitudo: & tenebunt reliquias domus Iſraël, & adducēt eos in locum ſuum, ut habitent in tabernaculis eorū, & poſſidebit eos domus Iſraël ſuper terram domini in ſeruos & ancillas. Prodeſt quippe malis, ut bonis ſeruiant. Vnde & Eſau dicitur: Seruies fratri tuo. Et Gene.27.f ad Iacob: Seruiet tibi frater tuus. Et accipient eos qui ſe ſophiſmatibus ante deceperant, & exactores ſuos qui omnia lucri cauſa faciunt, redigent in ſeruitutem. Poſtq; autem requieuerit Iacob & Iſraël à labore ſuo, quo multum contra ſeculum & hæreticos pugnando laborauerat: & à concuſſione & ſeruitute ſua qua malignæ interpretationi & falſis dogmatibus ante ſeruierat: tunc ſumet planctum atq; parabolam contra regem Babylonis: ſermonem uidelicet hæretici erroris & confuſionis, & dicet quæ ſequuntur. Locum iſtum Iudæi interpretantur carnaliter: quod poſtq; reuerſi ſunt de Babylone, factū eſſe docere non poterunt. Neq; enim Babylonij ſeruierunt eis qui eos prius ceperant: nec uictis Babylonijs domus eorum poſſederunt: neq; habuerunt eos in ſeruos & ancillas. Reſtat igitur ut iuxta fabulas ſuas de imperio hoc putent futurum eſſe Romano: quibus ſuperatis in ultimo tempore: ſeruituræ ſint eis gētes, quibus ante ſeruierint: quod ſi ſequētes literam: ſpe ſe falſa decipiunt, quis eis cōcedet ut

populi, & adducent eos ad locum ſuum: & poſſidebit eos domus Iſraël ſuper terram domini in ſeruos & in ancillas, & erunt capientes eos qui ſe ceperant: & ſubijcient exactores ſuos. Et erit in die illa cum requiem derit tibi deus à labore tuo, & à concuſſione tua, & à ſeruitute dura qua ante ſeruiſti: ſumes parabolam iſtam contra regem Ba-a bylonis, & dices: Quômodo ceſſauit exactor, quieuit tributum. Contriuit dominus baculum impiorum: uirgam dominantiū, cædentem populos in indignatione, plaga inſanabili, ſubijcientem in furore gētes: perb ſequentem crudeliter. Cōnquieuit & ſiluit omnis terra: gauiſa eſt & exultauit: abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te & cedri Libani: ex quo dormiſti, non aſcendet qui ſuccidat nos: infernus ſubter conturbatus eſt: in occurſum aduentus tui ſuſcitauit tibi gigantes. Omnes principes terræ ſurrexerunt de ſolijs ſuis: omnes principes nationum: uniuerſi reſpondebunt, & dicent tibi: Et tu uulne

C Roma uocetur Babylon, & Nabuchodonoſor rex Romani imperij? a ¶ Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum, cōtriuit dominus baculum impiorum: uirgam dominantium, cædentem populos in indignatione &c.) In Petri epiſtola legimus: Tēpus eſt, ut incipiat iu- 1.Pet.4.d dicium à domo dei. Et in Ezechiele tortoribus dicitur: A ſanctis meis incipite. Ezech.9.c Pro diuerſitate ꝗppe peccati, iudicij ordo diſponitur: ut qui minus deliquerint, ante purgentur. Nouiſſimus aūt ini- 1.Cor.15.d micus, deſtruatur mors. Ergo cum Iſraël de ſeruitute dura fuerit liberatus, ſumet parabolam cōtra regē Babylonis: quā debemus ītelligere ut parabolam. Si enim contra Nabuchodonoſor ſermo eſt, & ſimplex hiſtoriæ expoſitio: quomodo parabola dicitur, quę nulli alteri παραβάλλεται, id eſt, comparatur? Miratur ergo Iſraël quomodo ceſſauerit exactor, qui exigere conſueuerat uſque ad D nouiſſimum quadrantē. Exigere autem cōſuetus Matth.5.d non alios niſi debitores qui dicūt in oratione dominica: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Huic exactori debitores traduntur à iudice, qui eos mittit in carcerem, & exigit uſq; ad peccatū minimum. Deniq; & Paulus apoſtolus in Corin- 1.Cor.5.d tho fornicantem, qui uxorem patris acceperat: nec 2.Timo.1.d non Phygellum & Hermogenem tradidit exactori. Et de his exactoribus etiam ſupra dicitur: Populus meus exactores ueſtri deprædantur uos: & qui repetunt, dominantur ueſtri. Pro tributo, Aquila famem interpretatus eſt. Sublato enim à nobis ſpōſo: famē patimur uerbi dei, & iugiter à corpore domini ieiunamus. Idcircoq; uirga & baculus impiorum: pro quo Septuaginta τὸν ζυγόν, id eſt, iugum interpretati ſunt, percutit nos ſiue opprimit: quia noluimus ſuſtinere iugum leuiſſimum, iugum ſaluatoris. Hoc autem baculo & hac uirga, inſanabili gentes furore cædebat, & fugientes perſequebatur crudeliter: non emendare uolens traditos, ſed occidere. b ¶ Conquieuit & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt & exultauit: abietes quoq; lætatæ ſunt ſuper te & cedri Libani &c.) Ad interitū regis impij qui percutiebat plaga inſanabili nationes: & perſequebatur eas crudeliter: omnis terra conquieuit, & ſiluit, quæ prius turbarum & ſeditionis plena erat: intantū

E intantum ut abietes & cedri Libani lætarentur, de
Pſal. 79.b quibus in pſalmis ſcriptum eſt: Vineam de Aegy-
pto tranſtuliſti, eieciſti gentes & plantaſti eã. Ope-
ruit montes umbra eius;& arbuſta eius cedros dei.
Has cedros dei, quia aliquando peccauerunt, tradi
dit dñs ſupplicijs conte-
rendas, Vnde in alio pſal
Ibid. 28.d mo dicit: Cõteret domi-
nus cedros Libani. Abie
tes autem excelſi quiq;,
& in dñi ſeruitute ſubli-
mes debẽt accipi, quæ cõ
ſona uoce dixerunt: Ex
quo tu dormiſti: Nota
quod & mortis mors ap
pelletur dormitio. Non
aſcẽdet qui ſuccidat nos.
Victo enim forti & dire
ptis uaſis eius, etiam cæ-
teri ſatellites corruerunt.
Vnde & dominus loqui
Matth. 25.d tur in euãgelio: Ite i ignẽ
æternum, qui prepara-
tus eſt diabolo & angelis
eius. Quantos iſti ligno-
rum arborumq; cæſores
ſuis ſecuribus ſucciderunt & fecere corruere? Infer
nus quoq; cõturbatus ſiue uerſus in amaritudinẽ,
F in occurſum aduentus ueri Nabuchodonoſor: lo-
cus ſuppliciorum atq; cruciatuum eſt: in quo uide-
Luc. 16.f tur diues purpuratus; ad quem deſcendit & domi-
nus, ut uinctos de carcere dimitteret. Poſſumus in-
fernum occurrẽtem dicere, & eum angelũ qui infe-
ris pœnis præpoſitus eſt; qui ſuſcitauit omnes gigã
tes; pro quo alij Raphaim, alij Titanas trãſtulerũt.
Gigantes aũt uocantur iuxta ethnicorum cõſuetu-
dinem, qui eos terrigenas exiſtimant, quos terra ge
nuerit. Nos autẽ gigantes (iuxta Græci ſermonis
etymologiam) eos appellare poſſumus, qui terrenis
operibus ſeruierunt. Deniq; ſequitur: Omnes prin
cipes terræ ſurrexerũt de ſolijs ſuis, in aduẽtu quon
dam principis ſui: ut quem prius honorabant pro
potentia, poſtea mirarentur in pœnis & dicerẽt: Et
tu uulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus
es. Quæ uerba hũc ſenſum habent: Putabamus nos
pro imbecillitate noſtra nõ potuiſſe reſiſtere poten
tiæ dei, & te eſſe ſolum, qui in tua altitudine perma-
neres; ſed ut rebus oſtẽditur, & tu uulneratus & ca-
ptus es, noſtriq; ſimilis effectus: ut quos in terra di
gnitas ſeparauit, apud inferos pœna conſociet. De-
tracta eſt ad inferos ſuperbia uel gloria tua, & cõci-
dit cadauer tuum: ſiue ut Lxx. tranſtulerunt, ἡ πολλὴ
εὐφροσύνη σου, id eſt, multa lætitia tua, qua prius ſubie
ctis tibi gentibus lætabaris. Subter te ſternetur pu
tredo, & operimentum tuum erũt uermes. Hæc re-
quies diaboli: iſte lectus tentatoris; qui in tantã ere-
ctus eſt ſuperbiam: ut etiam dominum auderet ten
Matth. 4.b tare, dicens: Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens
adoraueris me. Putredo & tinea & operimentum
uermium, uel pœnæ intelligũtur æternæ, quas pro G
pria gignit conſcientia: uel ſuppliciorum materia,
quæ ex proprijs peccatis naſcitur. Sicut enim q̃diu
cadaueris materia eſt, & aliquis humor in cadauere
uermes naſcuntur ex putredine: ſic ex ipſa materia
peccatorum ſupplicia gi
gnũtur. Vnde & apoſto-
lus Paulus ĩterfecta mor
te, ad quam per Oſee ſer-
mo ꝓpheticus loquebat̃: 1. Cor. 15.b
Ero mors tua ô mors:
ero morſus tuus inferne:
loquitur ad eam: Vbi eſt
mors cõtentio tua? Vbi
eſt mors ſtimulus tuus?
Illa enim mortua non eſt
qui ſuccidat nos: nequa-
q̃ em̃ erit peccatũ quod
ſuccidẽdum ſit; Quia ſti-
mulus mortis peccatum
ſit. a ¶Quomodo ceci
diſti de cœlo Lucifer, q
mane oriebaris &c.) Pro
Lucifero, qui Hebraice
dicitur הֵילֵל: Aquila trã
ſtulit ululantem auroræ
filium. Vere enim ululare debuit & eiulare, qui pro
pter ſuperbiam ſuam de cœlo in terram præcipita- H
tus eſt, atq; contritus eſt. Vnde & ſaluator ad diſci-
Luc. 10.c pulos loquitur: Videbam ſatanam quaſi fulgur de
cœlo cadentem. Non modo uideo, ſed prius uide-
bam quando corruit. Et ſi ille propter ſuperbiam
de tanta magnitudine cecidit: uos quoque non de-
betis gloriari, quia uobis dæmonia ſubiecta ſunt:
ſed quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlo, ut un-
de ille cecidit per ſuperbiam, uos aſcendatis per hu
militatem. Iſte eſt princeps ſeculi, qui inter ſtellas cæ
teras mane oriebatur, & ſuo uitio de Lucifero ue-
ſper effectus eſt: & nõ oriens, ſed occidens: qui uul-
nerabat gentes, ſiue qui mittebat ad gẽtes ſatellites
ſuos, ut oẽs ſua fraude deciperet. Iſti ſunt falſi apo-
ſtoli, operarij mendaces, qui transfigurãtur in apo
ſtolos Chriſti: qui bono ſemini loliũ ſuperſeminãt,
dormientibus eccleſiarum magiſtris, & nolentibus
aut nequeuntibus eorũ maliciæ reſiſtere. Iacob aũt
& Iſraël cuius miſertus eſt, & quem elegit dñs, hæc
adhuc loquitur ad diabolum: ſiue ut Lxx. uolũt de
diabolo, id eſt, nõ ad ſecundã perſonã, ſed ad tertiã.
b ¶Qui dicebas in corde &c.) Vel anteq̃ de cœlo
corrueret, iſta dicebat: uel poſteaquàm de cœlo cor
ruit. Si adhuc in cœlo poſitus, quomodo dicit, aſcẽ
Pſal. 113.d dam in cœlum? Sed quia legimus: Cœlum cœli do
mino: cum eſſet in cœlo, id eſt, in firmamẽto, in cœ-
lum ubi ſolium domini eſt cupiebat aſcendere: non
humilitate, ſed ſuperbia. Sin autem poſtq̃ de cœlo
corruit, loquitur iſta uerba, arrogantiam debemus
intelligere, qđ nec præcipitatus quieſcat: ſed adhuc
ſibi grandia repromittat: non ut inter aſtra, ſed ſu-
per aſtra dei ſit. Cumq; dñs loquatur ad apoſtolos:
Sufficit

uulneratus es ſicut nos: noſtri ſimilis effe-
ctus es. Detracta eſt ad inferos ſupbia tua:
concidit cadauer tuũ: ſubter te ſternet̃ tinea,
putredo & operimentũ tuum erũt uermes.

a HEB. Quômodo ce-
cidiſti de cœlo Luci-
fer, qui mane orie-
baris? corruiſti in ter
ram, qui uulnera-
bas gentes?

SEP. Quomodo ce-
cidit de cœlo Luci-
fer, qui mane orieba
tur? contritus eſt in
terram qui mittebat
ad omnes gentes.

b Qui dicebas in corde tuo: in cœlum aſcen-
dam, ſuper ſydera dei exaltabo ſolium me-
um: ſedebo in monte teſtamenti in lateribus
Aquilonis: aſcendam ſuper altitudinem nu
bium: ero ſimilis altiſſimo.

Verũ



A Sufficit diſcipulo ut ſit quaſi magiſter: & ſeruo ſi-
Matth. 10.c cut dominus ſuus, & dicat ad patrem: Pater ſancte,
Ioan. 17.b da ut ſicut ego & tu unum ſumus, ita & iſti in no-
bis unum ſint. Iſte intantũ ſibi arrogat, ut ſuper ſtel
las cœli, quæ non corruerunt, ſolium ſuũ poſiturũ
eſſe ſe iactet. Quodq; in-
fert: Sedebo in monte te-
ſtamẽti in lateribus aqui
lonis: pro quo Lxx. tran
ſtulerũt: ἐν ὄρει ὑψηλῷ, ἐπὶ τὰ
ὄρη τὰ ὑψηλὰ τὰ πρὸς βορρᾶν.
id eſt, in monte ſublimi:
ſuper montes excelſos, q
ſunt ad aquilonem: ad il-
lud referamus qđ in Hie
Hiere. 1.c remia dicitur: Ab aqui-
lone exardeſcent mala ſu
per omnes habitatores terræ. Et quod olla ſuccẽſa
à facie aquilonis accenditur. Iſte eſt Aquilo uentus
duriſſimus: à quo ſuos uult dominus liberare capti
uos, & reducere in ciuitatem ſanctam, dicens: Dicã
Aquiloni adduc, & Aphrico noli prohibere, adduc
filios meos de terra longinqua. Illud autem quod
Pſal. 47.d huic poteſt eſſe contrariũ, mõtes Sion, latera Aqui
lonis, ciuitas regis magni, facile ſoluitur. Hi em̃ qui
quondam erant in lateribus Aquilonis duriſſimi:
poſtea per pœnitentiam in ciuitate dei eſſe cœpe-
runt. Semper iſtiuſmodi Lucifer quærit aſcendere
B ſuper eos qui habent imaginem cœleſtis: & qui ful
gent in eccleſia ſicut aſtra dei: & ſedere in monte pa
cti ſiue teſtamenti, id eſt, in eccleſia quæ in ſublimi-
bus collocata eſt, & de lateribus quondam Aquilo
nis habitatores poſſidet. Qui intantum oblitus ſui
eſt, ut uelit ſuper nubes aſcendere: quibus manda-
uit dominus ne pluant ſuper Iſraël imbrem: & ad
quas peruenit ueritas domini, cui loquitur & Ab-
Abdie. b dias: Si exaltatus fueris ut aquila: & inter ſydera cœ
li poſueris nidum tuum: inde te detraham, dicit do-
minus. Infelix Iudas, qui quaſi nubes cum alijs apo
ſtolis mittebatur ut plueret ſuper Iſraël imbrem: &
quaſi ſtella inter cæteras ſtellas erat, quibus domi-
Matth. 5.b nus loquebatur: Luceat lumen ueſtrum coram ho-
minibus: uitio ſuo ſuſcepit aſcenſorem diabolum:
qui ut ſuperbiæ uerba compleret, etiam hoc auſus
eſt dicere: Ero ſimilis altiſſimo: ut quomodo Chri-
ſtus habet ꝓphetas & apoſtolos ſuos, ſic & ego ha-
beam pſeudoprophetas & pſeudoapoſtolos. Hæc
autem omnia referẽda ſunt ad hæreticos, qui cum
deorſum ſint, cum principe ſuo excelſos ſe eſſe ia-
ctant. a ¶Veruntamen ad infernum &c.) Nõ
ad infernum ſponte deſcendes: hoc enim domini
ſaluatoris eſt, ut uinctos de inferis liberet: ſed ad in-
fernum detraheris inuitus, ut qui per uirtutes pote
ras ad excelſa conſcendere, per uitia detraharis ad
pœnas. Sancti pennas habent aquilæ & pennas co-
Pſal. 54.b lumbæ, & poſſunt dicere: Volabo & requieſcã. Im-
pij autẽ & Aegyptiorũ ſimiles, demerſi ſunt quaſi
Exo. 15.b plumbum in aquis uehemẽtiſſimis, & demerſi ſunt
in profundum ſicut lapis. Vnde & iniquitas, ſiue
ut melius habetur in Hebræo, impietas ſuper talen C
tum plumbi ſedere conſpicitur. Ergo illud quod ali Zach. 5.c
bi legimus: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: etiã Luc. 18.c
rex confuſionis paſſus eſt, ut detraheretur in fun-
damenta terræ: ſiue ut uerius in Hebraico habe-
tur, in profundum laci.
De fundamẽtis terræ in
Deuteronomio ſcribit̃:
Ignis ſuccenſus eſt in fu- Deute. 32.c
rore meo: ardebit uſque
ad infernum nouiſſimũ.
Deuorabit terram & fun
damenta eius: eos uideli-
cet qui terreni ſunt. De
lacu quoque quod per
eum profunda ſignificẽ-
tur inferni, illa ſunt teſti-
monia. Aſſimilatus ſum cum deſcendentibus in la- Pſal. 87.
cum. Et: Poſuerunt me in lacum nouiſſimum. Si-
cut enim lacus aquas ad ſe deſcendentes, ita infer-
nus animas ſuſcipit: ad quem lacum deſcendit Ba- 2. Reg. 23.c
naias tempore niuis & frigoris, & interfecit in eo 1. Para. 11.
leonem. Vnde & hæretici relinquunt fontem aquæ
uiuentis, dominum: & fodiunt ſibi lacos contritos
qui aquam non ualeant continere. De his lacis, qui
feruorem nõ habent ſpiritus ſancti: nec Hieremiæ
prophetæ ſimiles ſunt, qui iuxta Septuaginta inter
pretes loquebatur: Inueni aquam calidam in deſer-
to: ſed refrigeſcente charitate, calorem ſancti ſpiri- D
tus perdiderunt. Ille eſt lacus, de quo idem Hiere-
mias loquitur: Sicut refrigerat lacus aquam, ſic re- Hiere. 6.b
frigerat malicia habẽtes ſe. Qui utinam (iuxta Apo
calypſim Ioannis) aut calidi eſſent, aut frigidi: id eſt, Apoc. 3.c
aut crederent, aut omnino non crederent, nec per
teporem & ſimulationem fidei à domino reijceren
tur. b ¶Qui te uiderint, ad te inclinabuntur, &c.
& uinctis eius non aperuit carcerem.) Siue ut Se-
ptuaginta tranſtulerunt: eos qui ducebantur non
ſoluit. Qui uiderint Nabuchodonoſor regem Ba-
bylonium non oculorum, ſed cordis intuitu de cœ
lo ad inferos corruiſſe: inclinabuntur humilitate,
quæ cõtraria eſt ſuperbiæ, & illum proſpicient iſta
dicentes: Nónne iſte eſt uir ſiue homo qui contur-
bauit uel concitauit terram? Et ſenſus: Qui dixerat:
ero ſimilis altiſſimo, & ſe iactabat deum: homo eſſe
cõuincitur, de quo in nono pſalmo, qui proprie cõ
tra diabolum eſt, dicitur: Exurge domine, non con
fortetur homo. Et in euangelio: Inimicus homo ſu- Matth. 13.d
perſeminauit zizania. Vnde ad eum & ſocios eius
dictum legimus: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi o- Pſal. 81.b
mnes. Vos autẽ ſicut homines moriemini: & ſicut
unus de principibus cadetis. Et ad eundẽ ſub figu-
ra principis Tyri dicitur: Pro eo quod exaltatũ eſt Ezech. 28.d
cor tuum, & dixiſti: Deus ego ſum, habitatione dei
habitaui in corde maris: tu autem es homo, & non
deus, & dediſti cor tuum ſicut cor dei. Iſte uir & iſte
homo cõturbauit uniuerſam terram: eos uidelicet
qui audiunt cũ Adam: Terra es, & in terrã ibis: & Gene. 3.d
concuſſit regna ſiue reges: quorum cor in manu Prouer. 21.a
domini

a HEB. Verũtâmẽ ad
infernum detraheris
in profundum laci.

SEP. Nunc aũt in in
fernum deſcẽdes: &
ad fundamẽta terræ.

b Qui te uiderint, ad te inclinabuntur, téque
proſpicient. Nunquid iſte eſt uir qui contur
bauit terram? qui concuſſit regna? qui po-
ſuit orbem deſertum, & urbes eius deſtru-
xit: & uinctis eius non aperuit carcerem?

Omnes

E domini eſt. Concuſſit, inquit, non ſubuertit. Vnde & unus de his qui concuſſi fuerant: & tamen non
*Pſal.72.a* ruerat, loquebatur: Mei autem penè moti ſunt pedes.
*Ephe.6.b* Et Apoſtolus loquitur ad credētes; ut arripiāt
*Matth.7.d* armaturam dei, & ſtent contra inſidias diaboli. Domus autē quæ ſupra petram fundata eſt, nulla tempeſtate cōcutitur. Sequit̃: Qui poſuit orbem terrarū deſertum; Siue ut iuxta Hebraicū, præter Lxx. oṁes alij tranſtulerūt, quaſi deſertū. Vitijs eñ ſuis atq; peccatis: orbē qui Hebraice dicitur תֵּבֵל fecit eſſe deſertū ut nullā haberet uirtutem, uel eiſdem ſubiaceret uitijs, q̄bus gentium plena eſt ſolitudo. Vrbes quoq; eiuſdem deſtruxit orbis, ut de eccleſijs Chriſti faceret ſynagogas diaboli: & mundiciā ueræ fidei hæretica ſorde pollueret. Sed & uinctis
F eius, id eſt orbis, nō aperuit carcerem. Nos omnes uincti eramus: & clauſi tenebamur in carcere: quibus uinctis dixit ſaluator; exite, & his qui erāt in tenebris, reuelamini. Dñs enim ſoluit cōpeditos. Qui
*Pſal.145.b* liberati ab eo gratias referunt, dicētes: Tu diſſoluiſti uincula mea. Funibus enim peccatorum ſuorū
*Prouer.5.d* unuſquiſq; conſtringitur: Quos funes atq; uincula ſoluere poſſunt & apoſtoli imitantes magiſtrū ſuū
*Matth.18.e* qui eis dixerat: Quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Soluūt autem eos apoſtoli ſermone dei, & teſtimonijs ſcripturarum, & exhortatione uirtutum. a ¶ Omnes reges gentiū uniuerſi dor. &c.) Reges gentium quibus deus ſecun-
*Deute.32.* dum canticum Deuteronomij gētes crediderat gubernandas; qui concuſſi ſunt à Nabuchodonoſor: & tamen non ſubuerſi; quorū nequaq; regnat peccatum; ſed quia cor eorū in manu dei erat minime corruerunt. Etenim ſaluator; quomodo deus deorum appellatur: ſic dominus dominantium, & rex regū. Iſti igitur reges uniuerſi requieuerunt in gloria ſua; unuſquiſque in domo ſua. Diuerſæ quippe
*Ioan.14.a* apud patrem ſunt manſiones: & pro uarietate uirtutum, habitationum differentiæ. Porrò Nabuchodonoſor proiectus eſt de ſepulchro ſuo; nec in morte à cruciatibus conquieuit. Proiectus eſt aūt quaſi ſanies, quæ Hebraice dicitur נֵצֶר: quam Aquila ἰχῶρα interp̄tatus eſt, tabē uidelicet & pedorē: quē Symmachus ἔκτρωμα, id eſt, abortiuum, Lxx. νεκρὸς, mortuum: Theodotio, germen: quanq; hoc ipſum uerbum ſupra, ubi de Chriſto legimus: Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet,

a HEB. Omnes reges gentium uniuerſi dormierūt in gloria: unuſquiſque in domo ſua. Tu autē proiectus es de ſepulchro tuo ſicut ſanies: pollutus inuolutus cum interfectis & cōfoſſis gladio qui deſcendūt ad lapides laci. b Quaſi cadauer putridum nō habebis conſortium neque cum eis in ſepultura. Tu enim terrā tuā diſperdidiſti: populum tuū interfeciſti

SEP. Omnes reges gentium dormierūt in honore: homo ĩ domo ſua. Tu autem proijceris in montibus ſicut abortiuū abominabilis, & inuolutus cū interfectis gladio deſcendentibus ad fundamenta terræ. Quomō ueſtimentum commixtum ſanguine non erit mundum: ſic nec tu eris mundus: quia terram meam perdidiſti, & populum meū interfeciſti

Lxx. ἄνθος, id eſt florem: Theodotio βλαστὸς, id eſt, G germen: Aquila ἀκρέμονα, id eſt uirgultum, interpretati ſunt. Proprie autem Nezer dicitur uirgultum: quod ad radices arborum naſcitur: & ab agricolis auulſum quaſi inutile proijcitur; unde & nos ſtirpē inutilem tranſtulimus. Igitur Nabuchodonoſor quaſi ſtirps inutilis incēdio p̄paratus: uel ſicut ſanies pollutus & inuolutus his q̄ ab eo ĩterfecti ſunt gladio: & deſcēderunt uſq; ad fundamenta laci, detrahetur in profundū: & ne cum his quidem habebit cōſortiū ſepulturę quos interfecit: Alterius enim pœnæ eſt autor delicti: & alterius qui ab autore compulſus eſt. Iſte eſt gladius quo uulnerati ſunt plurimi & interfecti, de quo in ſeptimo pſal. legimus: Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum uibrabit, arcum ſuum tetendit, & parauit eum: Et in ipſo parauit uaſa mortis: ſagit- H tas ſuas ardentibus effecit: his uidelicet, qui in ſuū cor ignita diaboli iacula ſuſceperunt. Porrò iuxta Lxx. cadauer Nabuchodonoſor cum plurimis interfectis pollutum atq; confoſſum iacebit in ſuperbiæ montibus, & deducetur ad inferos. Fundamenta aūt laci: pro lapidibus laci, interpretatus eſt Symmachus: ut alijs uerbis, profundum & tartarū ſignificaret inferni. b ¶ Quaſi cadauer putridum &c.) Quia multum inter ſe Hebraicum diſtat, & Lxx. æditio; ſeparatim de ſingulis diſſeramus. Sicut cadauer putridum; ſiue ut Aquila tranſtulit, conculcatum; non habebis conſortium ſepulturæ: nec cum his quidem quos interfeciſti. Tu enim magiſter es, illi fuere diſcipuli: & cui plus creditum eſt, plus exigitur ab eo. Tu enim terram tuam diſperdidiſti: populum tuum occidiſti; eos uidelicet qui tibi crediti ſunt gubernandi. Vnde ad ſaluatorem audet dicere; Hæc omnia mihi tradita ſunt, & dabo tibi ea: ſi *Matth.4.b*
procidens adoraueris me. Cadauer autem diaboli putridum, ob magnitudinem peccatorum dubitare non poterit; qui legerit peccatum eſſe fœtidiſſimum, ipſo peccatore dicente: Cōputruerunt & cor *Pſal.37.a*
ruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Econtrario uirtus boni odoris eſt: Vnde & ſpiritualium fratrum dilectio comparatur unguento: *Pſal.132.a*
quod deſcendit ſuper barbā, barbam Aaron: & ſuper orā ueſtimēti eius. Et ad ſpōſam ſponſus loquitur: Odor tuus ſuauis, & facies tua ſpecioſa. Quo- *Canti.2.d*
modo autem cadauer diaboli ſpiritualiter cōculcetur, illud Apoſtoli docet nos: Deus conteret ſatanā *Roma.16.c*
ſub



A ſub pedibus ueſtris uelociter. Et dñi uerba dicētis.
*Pſal.17.f* Quaſi lutum platearū delebo eos. Iſte quia terrā ſibi creditā perdidit: & cōmiſſum ſibi populum trucidauit; nequaq; eos uiuos reſeruans deo, ſed ſocios ſuæ præparās ſepulturæ; p̄pterea nō erit, nec uocabitur in æternum ſemen peſſimorū. Porrò iuxta Lxx. hūc habet ſenſum: O lucifer q̄ mane oriebaris; q̄ quādo habebas opera uirtutis & luminis, ueſtimentū eras dei: & de te dici pote-
*Pſal.103.a* rat: Amictus lumine ſicut ueſtimento; quia multos interfeciſti gladio, q̄ deſcenderūt ad infernum, & eorum pollutus es ſanguine; nequaq; uocaberis ueſtimētum dei: ſed ueſtimētū cruore p̄mixtū nō maculatum atq; pollutum, ut aliquid mūdi habere uidearis; ſed totum ſanguine cruētatum. Et hoc notandum quod ad diabolum dicatur; Sicut ueſtimētum cōmixtum ſanguine non erit mundum, ſic &
B tu non eris mundus: Vbi ſunt ergo qui dant diabolo pœnitentiam, & dicunt illum poſſe mūdari? Nec ſtatim fatemur hæreſim quæ diuerſas aſſerit eſſe naturas: & aliam eſſe quæ nunq; recipiat ſanitatē. Nō enim hoc ueſtimētum per ſe immundum eſt: & ita à deo cōditum quo olim deus ueſtiebatur; ſed quia cōmixtum eſt ſanguine, & totum ſe polluit ſuo uitio & malis accedentibus, nō erit mundum. Et propterea nō erit mundum, quia terrā dñi perdidit; populum eius interfecit: terram Iudææ & terrā cōfeſſionis: & ſanctos quoſq; perdens atq; interficiēs: &
*Matth.25.d* ideo nō manebit in perpetuum. Vnde & in euangelio dicitur: Ite in ignē æternum qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Quomodo autē ſanctus ueſtimentum dei eſt, & ueſtimētum nouū, & ueſtitur
*Eſa.61.d* tunica ſalutis atq; læticiæ, dicēs: Exultet anima mea in dño: Induit eñ me ueſtimēto ſalutis: & tunica læticiæ circūdedit me: Sic ecōtrario peccator qui portat imaginem ueteris hominis atq; terreni, meretur
*Eſa.50.d* audire: Ecce omnes uos quaſi ueſtimentum uetera ſcemini: & tinea deuorabit uos. Qui aūt profecerit in ſcelere & uetuſtatem noluerit emundare nouitate; nequaq; ueteri ueſtimēto; ſed panno mēſtruatæ mulieris cōparabitur, dicens: Errauimus & facti ſumus immundi omnes nos, ſicut pannus menſtruatæ uniuerſa iuſticia noſtra. a ¶ Semen peſſimorū &c.) Pro ſemine peſſimo, quod Lxx. tranſtulerūt, in Hebraico ſcriptum eſt זֶרַע מְרֵעִים: quod cæteri ſemen peſſimorum interpretati ſunt: Non quod

a HEB. ciſti. Sēmē peſſimorum, præparate filios ueſtros occiſiōi iniquitatum patrū ſuorū: nō cōſurgent nec hæreditabunt terram: neq; implebūt faciē orbis ciuitatū. Et cōſurgā ſuper eos: dicit dñs exercituū: & perdam Babylonis nomē & reliquias: & germē & p̄geniē, ait dñs exercituū. Et b ponam eā in poſſeſſionem hericij: & in paludes aquarū: ſcopabo eam in ſcopa terēs, dicit dñs exercituū.
Iurauit

SEP. ciſti ſemen peſſimū, præpara filios tuos occiſioni peccatis patris tui: ut non conſurgant & poſſideant terram & impleant terram ciuitatum. Et inſurgam eis, dicit dominus ſabaoth: & diſperdam nomen eorum & reliquias et ſemen. Et ponam Babyloniam deſertam, dicit dominus: ita ut habitent in ea hericij: & erit in nihili. Et ponam eam luti uoraginem, in perditionem.

ipſum ſemen per ſeipſum malū ſit: Deus eñ omnia C
fecit bona: ſed ab his qui ſua uolūtate ſunt peſſimi, *Gene.1.d*
ſemen ortū ſit malū: quod uoluntate ſit, nō natura.
Vnde & in Daniele legimus: Semen Chanaā & nō *Dan.13.f*
Iuda. Et de bonis filijs dicitur ab Aplō: In Chriſto *1.Cor.4.d*
Ieſu per euangeliū ego uos genui. Et in euāgelio: Quot *Ioan.1.a*
quot eū receperūt, dedit eis poteſtatē ut filij dei fierent. Omnis eñ qui facit peccatū de diabolo eſt. Huic igit̃ præcipit̃ ſemini ut filios ſuos, oēs ſcilicet cogitatiōes peſſimas, & op̄a mala p̄paret occiſioni: q̄ ex impijs nata ſūt patribus: haud dubiū quin cōtrarias ſignificet fortitudines: Qui peſſimi filij ideo trucidant̃ in iniq̄tatibus patrum ſuorū; ne ultra cōſurgant & poſſideant terrā, quæ à ſanctis poſſidēda eſt & implēda; ut ciuitates in ea dñi cōſtruātur. Et quia non eſt hominū perfe- *Pſal.126.a*
cta uictoria: Niſi eñ dñs cuſtodierit ciuitatē, in uanum uigilabūt qui cuſtodiunt eā: Ideo dñs ipſe con- D
ſurget aduerſus filios peſſimorū: & diſperdet de cōfuſione nomē eorū & reliquias, & omne germen & p̄geniē; ne ultra pullulent in urbibus dñi. Legimus *Ioan.8.f*
in euangelio: quod diabolus ab initio mēdax ſit & pater eius, id eſt mēdacij: quod multi nō intelligentes, patrē diaboli uolūt eſſe draconem qui regnet in mari: quē Hebræi appellant, לִוְיָתָן. Et hoc putant loco conuenire præſenti iuxta Lxx. interpretes qui dixerūt, p̄ peccatis patris tui: cū perſpicue ĩ Hebræo אֲבוֹתָם nō patris tui: ſed patrū ſuorū ſignificet. b ¶ Et ponā eam &c.) Cū perdiderit dñs exercituū nomē Babylonis: & reliquias & germen & uniuerſam p̄geniem, nō erit eius perditione cōtentus: niſi dederit eam poſſeſſionē hericij: & paludes aquarū, & ſcopauerit eam nō leuiter & fortuito; ſed terēs ut nihil in ea antiquarum ſordium reſideat. In actibus *Act.10.b*
Apoſtolorū ſcribitur: ĩ uaſe illo linteo: qđ quatuor *&.11.a*
demiſſum principijs pendebat è cœlo, omnia genera quadrupedū, & reptilium, & uolatiliū contineri: quod poſtea Apl'us diſſerens: Deus, inquit, oſtēdit mihi nullū hominē immūdum dicere. Mores ergo hominū in diuerſis animātibus mōſtrabantur: ſicut Phariſæi & Sadducæi p̄pter nequitiam appellātur *Lu.3.b.13.g*
genimina uiperarum: & p̄pter dolos, Herodes uul- *Hiere.5.c*
pes dicitur: & luxurioſi proniq; ad uoluptatē, equi *Pſal.31.c*
appellantur, inſanientes in fœminas: Et nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intelligentia: Econtrario innocentes columbæ uocantur &
i oues

E oues. Igitur iuxta doctrinā dn̄i ſaluatoris qui curas
iſtius ſeculi & ſeductionem diuitiarū ſpinas appella
uit: hericius mihi uidetur, qui iuxta Apoſtolū, gau-
det in incerto diuitiarū; & armatum ſe nō armatura
1.Tim.6.d dei; ſed ſpinis atq; peccatis huius mundi eſſe confi-
dit; cui rectiſſime dicitur
Luc.12.c illud euāgelicum: Stulte
hac nocte auferetur ani-
ma tua à te; quæ aūt para
ſti cuius erunt? Tales ha-
bitatores habet Babylon
deſerta uirtutibus: ubi
nō eſt ager irriguus, qui
afferat fructus diuerſorū
ſeminū; ſed paludes infer
tiles & limoſæ ac lutoſæ:
in quibus cœno gauden
tia reptant animalia. Quā-
obrem clemētiſſimus do
minus ſcopauit eam ue-
hementiſſime terens: &
quaſi quodam uerriculo
ad purū uſq; mūdauit, ut
Babylonia ſemina ꝑeant,
& à ſolis habitentur heri
cijs. Quando uiderimus
aliquem diuitiarum immerſum luto; & ut Lxx. in-
terpretati ſunt βάϑρῳ, hoc eſt profunda uoragine, et
F quaſi cœnoſa palude circūdari: nō dubitemus eum
appellare hericium, habitatorē deſertæ Babylonis.
a ¶ Iurauit dn̄s &c.) Poſtq̄ hericius habitauerit in
deſerta Babylone, & pro agris irriguis ac fertilibus
paludes cuncta operuerint; ita ut nihil priſtini ſemi
nis & abundantiæ in Babylone reſideat, iuramen-
tum dn̄i complebitur; & eueniet quod mēte tracta-
uit: ut conteratur Aſſyrius in terra eius; & in mōti
bus illius conculcetur. Hoſtis quippe temerarius,
non ſolum terram dei & humiliora quæq; occupa-
re feſtinat, ſed etiam eos qui in dei ſeruitute uirtuti
bus profecerunt: ita ut montibus comparentur, &
Pſal.86.a dicatur de eis: Fundamenta eius in montibus ſan-
ctis. Et nota proprietatem. In terra cōteritur: in mō
tibus dei ab ipſo domino conculcatur. Cum enim
omnes inimici poſiti fuerint ſub pedibus Chriſti:
ita ut nouiſſima deſtruatur mors: tunc auferetur à
ſanctis grauiſſimum iugū Aſſyrij, quo eos ante de-
preſſerat; & onus, ſiue ut Lxx. tranſtulerūt τὸ κῦδος,
id eſt, gloria, ab humero eorum tolletur: ut ſublato
iugo Aſſyriorum uideant requiem, quia bona eſt:
& terram, quia uberrima eſt: & ſupponant ceruices
ſuas iugo Chriſti ad laborandum, & fiant uiri agri-
colæ. Vnde & Iſachar qui interpretatus eſt merces,
ex uirtutibus nomē accepit. Et in ꝓpheta legimus:
Eſt merces his qui ſeruiūt dn̄o. Et in alio loco: Ecce
dn̄s, & merces eius cum eo, qui reddet unicuiq; ſe-
cundum opus ſuum. Quod aūt cōterantur & cōculcē-
tur Aſſyrij, id eſt cōtrariæ fortitudines: & illud euā
Luc.10.c gelicum docet: Ecce dedi uobis poteſtatem calcādi
ſuper ſerpētes & ſcorpiones, & ſuper omnē uirtutē

a Iurauit dn̄s exercituū dicēs: ſi non ut putaui
ita erit: & quomodo mente tractaui ſic eue-
niet: ut conteram Aſſyrium in terra mea: &
in montibus meis conculcem eum: & aufere
tur ab eis iugū eius, & onus illius ab hume-
b ro eorum tolletur. Hoc cōſilium quod cogi-
tauit ſuper omnē terram: & hæc manus ex-
tenta ſuper uniuerſas gētes: Dominus enim
exercituū decreuit: & quis poterit infirmare?
& manus eius extenta: & quis auertet eam?

c HEB. In anno quo
mortuus eſt rex A-
chaz: factū eſt onus
iſtud. Ne læteris Phi
liſtæa omnis tu; q̄m

SEP. Anno quomor
tuus eſt rex Achaz:
factum eſt uerbum
iſtud: Ne lætemini
alienigenæ oēs: con-
tritum

inimici. Et Apl̄i uerba teſtātur: Deus cōteret ſatanā G
ſub pedibus ueſtris uelociter. b ¶ Hoc cōſiliū qđ Rom.16.c
cogitauit ſuper omnem terrā &c.) Pro omni terra:
Lxx. uniuerſum orbē interpretati ſunt. In fine one-
ris uel uiſiōis cōtra Babylonē, quod latebat aperit,
deū cogitaſſe cōſiliū ſuꝑ
omnē terrā, i. orbē terra-
rum: & nō cōtra terrā tā-
tum Chaldæorū & regē
Aſſyrium atq; Chaldęū:
Et extentā ſiue eleuatam
manū eius ſuper omnes
gētes: & nō ſuper unā gē
tem Babyloniā. Ex quo
oſtēditur cūcta quæ di-
cta ſunt nō ad unā ꝓuin-
ciā ſpecialiter: ſed contra
orbē terrarū generaliter
pertinere. Quodq; dicit:
Quis poterit infirmare,
& quis auertet eā? Nō ꝓ
difficili debemus accipe-
re: ſicut illud legit: Quis Pſal.106.d
ſapiens & intelliget hæc? Luc.12.c
Et: Quis putas eſt fidelis
& prudēs diſpēſator? &
cætera his ſimilia: ſed pro impoſſibili. Nullus enim
poterit dn̄i infirmare cōſilium, & manum eius extē
tam ſiue ſublimē ne ꝑcutiat auertere. c ¶ In anno H
quo mortuus eſt rex Achaz &c.) Mortuo Achaz אחז
qui interpretatur κατάσχεσις, id eſt, obtentio ſiue poſ
ſeſſio, quē regē impijſſimū legimus: fit pōdus iſtud
ſuper Philiſtim ſiue uerbū. Viuente enim illo & re-
gnante in peccatoribus: nec pondus cōtra alienige
nas, nec ſermo dei fieri poterat ad ꝓphetam. Quod
quidem & ſupra dixiſſe me memini: quando Ozia
mortuo, uidit Eſaias dn̄m ſedētem ſuper thronum Exod.22.d
excelſum & eleuatum. Et in Exodo legimus: quod
poſtq̄ mortuus eſt rex Aegypti, ingemuerint filij
Iſraël ab operibus ſuis, & exclamauerint, & aſcende
rit clamor eorū ab operibus, & exaudierit dn̄s ge-
mitus eorū. Niſi em̄ eſſet myſticū quod dicebat: illo
magis regnante clamare debuerāt: quādo luto & la
teribus deſeruiebāt. Præcipit ergo Philiſtim, quos
nūc Palæſtinos uocāt, & ſemper à Lxx. ἀλλόφυλοι, id
eſt, alienigenæ traſferūtur: & dicitur eis ne gaudeāt
neq; lætētur, q̄m cōtriuerint uirgā uel iugum per-
cuſſoris ſui. Quē enim diligit dn̄s corripit, & caſti- Heb.12.b
gat oēm filiū quē recepit. Et quaſi filios nos erudit Pſal.88.c
deus, q̄n uiſitat in uirga iniquitates noſtras: & in fla
gellis peccata noſtra, ut miſericordiam nō auferat à
nobis. Hæc eſt uirga de qua in alio pſalmo ſcribit: Pſal.22.b
Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt:
Hæc eſt uirga, & hoc iugū qđ ceruicibus omnium
uult ſaluator īponere: ut depoſito iugo Nabucho-
donoſor, portēt iugū Chriſti. Quod ſi qs abiecerit
atq; cōtriuerit: ſtatim de ſemine ſiue radice ſerpētis
qui eſt coluber tortuoſus, egredietur regulus & a-
ſpides: & de aſpidibus exibūt ſerpētes uolātes: ſiue
qui ab



A qui abſorbeant uolucres. Abiecto autē iugo dei &
cōtrita dn̄i diſciplina: primū in cognitionibus no-
ſtris ſemen colubri radicatur: ſecūdo de ſemine peſ-
ſimo naſcitur regulus, qui rex ſerpentiū eſt: & affla
tu ſuo atq; cōſpectu hoīes occidere dicitur: Siue ge
nimina aſpidū: de
quibus in pſalmo
dicit: Venenū aſpi
dū ſub labijs eorū,
quæ peccata ſunt
uaria: & de cogita
tionū peſſimo the
ſauro in mala ꝓa
ꝓrumpūt. Cumq;
regnauerint in ho
minibus alienige-
nis: qui à deo alie-
ni ſūt: ſtatim egre-
diuntur ſerpentes
pennati: ut nō ſuf-
ficiat eis cogitaſſe
& feciſſe quę mala
ſunt: niſi patroci-
niū quoq; malorū
operū quæſierint:
& diuerſas finxerint hæreſes. Ego puto ſerpentes
eſſe pēnatos qui ſe exaltant & eleuāt cōtra ſciētiam
dei; & ponūt in cœlū os ſuū: uel qui abſorbēt uolu-
cres: hoc eſt qui uenenato ore ſingulos quoſq; uola
B re cupiētes, & ad excelſa conſurgere, ſuis faucibus
deuorant. Et hoc interim de malis. Cæterū qui non
cōtriuerūt uirgā & iugū percuſſoris ſui: ſed ceruicē
Pſal.22.d. ſuā dn̄o ſubiecerūt: & ſunt pauperes ſpiritu, paſcen
Ezech.34.d tur & dicēt. Dn̄s paſcit me, & nihil mihi deerit: Et à
Ioan.10.b dn̄o audiēt: In paſcuis uberrimis paſcam eos. Et in-
gredietur & egredietur, & paſcua inuenient. Et pa-
ſcentur pauperes per eū qui eos ꝑcutit ut emendet:
in pace requieſcent: ſiue paſtore ſolicito ipſi agēt fi-
Luc.16.f ducialiter, & cū Lazaro requieſcēt in ſinu Abrahę,
Qui aūt cōtriuerūt iugum & uirgā percuſſoris ſui:
famē perpetuam ſuſtinebūt: ut nō alantur ſermone
dei; ſed omnes eorum reliquiæ intereāt, ne quid de
malo ſemine germinetur. a ¶ Vlula porta, clama
ciuitas, proſtrata eſt Philiſtæa omnis. Ab aquilone
enim fumus uenit: & non eſt qui &c. & quid reſpō-
debitur nuncijs gētis &c.) Pro nuncijs, id eſt, ange-
lis, quos ſolus Symmachus tranſtulit: omnes reges
interpretati ſunt, uerbi ambiguitate decepti: quia
præter unā literam א quæ in angelorum uocabu-
lo addita eſt: eodem reges & angeli apud Hebræos
appellantur nomine, id eſt מלאכי. In libro Hebrai-
פלשת corum nominū reperi Philiſtim interpretari caden
tes poculo. Qui ergo inebriati ſunt calice Babylo-
Ephe.5.d nis: & biberint uinū in quo eſt luxuria: & inter cæ-
Malach.5.d tera uitia ꝓpter ebrietatē regnū dei iuxta Apoſto-
lum nō fuerint cōſecuti: his præcipit, ut porta eorū
ululet, & clamet ciuitas. Portā hæreticorū, os arbi-
tror quo blaſphemāt: Ciuitatē, animā quæ malarū
cogitationū theſaurus eſt. Hæc ululare debet & plā

HEB. cōminuta eſt uirga
percuſſoris tui: De radice
em̄ colubri egrediet regu-
lus: & ſemē eius abſorbēs
uolucrem. Et paſcētur pri-
mogeniti pauperū: & pau
peres fiducialiter, requie-
ſcent: & interire faciam fa-
me radicem tuam: & reli-
quias tuas interficiam.

SEP. tritū eſt enim iugum
eius q̄ ꝑcutiebat uos. Siqui
dē ex ſemine ſerpētis egre-
dient genimīa aſpidū: & ex
genimībus eorū egredient
ſerpētes pēnati & paſcent
pauperes ꝑ eū, & pauperes
homīes in pace req̄eſcent:
interficiet aūt in fame ſemē
tuū: et reliq̄as tuas occidet.

a Vlūla porta, clama ciuitas, proſtrata eſt Philiſtæa oīs.
Ab aquilone em̄ fumus uenit: & nō eſt q̄ effugiat agmē
eius. Et q̄d rn̄debit nūcijs gētis, quia dn̄s fundauit Sion:
& in ipſa ſperabūt pauperes populi eius. Cap. XV.
Onus

gere: quia omnis proſtrata eſt in terramq; deiecta, C
& nihil in ea ſanæ intelligentiæ eſt deiq; ſapientiæ.
Quare ululat porta? quā ob cauſam clamat ciuitas?
quia proſtrata eſt omnis Philiſtæa. Curq; proſtra-
ta ſit, ſequens uerſus oſtendit: Ab aquilone fumus
uenit: & nō eſt qui
effugiat agmē ei9.
Fumus iſte ardēti
bus diaboli iaculis
ſuſcitatur: qui no-
xius eſt oculis: &
cōtrarius lumini,
& ab aquilone ori
tur: à quo in Hie-
remia olla ſuccēdi Hiere.1.e
tur: & à quo exar-
deſcūt mala ſuper
oīnes habitatores
terræ, qui nō poſ-
ſunt dicere: Acco-
la ſum & peregri-
nus, ſicut oīnes pa
tres mei: ſed in ter-
ra habitant. Vnde
& in Prouerbijs le
gitur: Aquilo uentus durus. Nomine autem alio Prouer.25.
dexter uocatur: qui cum per ſe durus ſit & ſiniſter: Eccli.43.c
& ceruice duriſſima iugum dei nolit recipere: uoca
tur dexter ab his qui ponunt dulce amarū, & ama-
rum dulce: qui ponunt tenebras lucem, & lucem te
nebras: & nullus eſt qui fumi huius agmē effugiat. D
Nemo enim abſq; peccato: nec ſi unius quidē diei Iob.25.b
fuerit uita eius. Cumq; Philiſtæa corruerit, & fu-
mus eius uniuerſa penetrarit: ita ut cū nullus poſſit
effugere, quid dicetur angelis qui ſingulis præſunt
gentibus, admirantibus & ſcire cupientibus, cur ſo
la Sion in ſpecula & in ſublimibus collocata amari-
tudinem fumi huius euaſerit? Quid igitur dicetur
eis? Nempe hoc quod ſequitur: Quia dominus fun
dauerit eam, & ipſe ſit fundamentum eius. Funda-
uerit autem eam ſuper fundamentum prudentiæ,
iuſticiæ, fortitudinis, temperantiæ, ſub quibus no-
minibus Chriſtus intelligitur: de quo & Apoſto-
lus ait: Fundamentum enim aliud nemo poteſt ia- 1.Cor.3.c
cere, præter eum qui poſitus eſt Ieſum Chriſtum.
Qui autem fatuus eſt, & ſtulta loquitur, & cor eius
uana intelligit: ædificat domum ſuam ſuper arenā:
quæ non habet fundamentum. In hac ergo Sion,
quæ fundata eſt à domino, ſperabunt pauperes ſi-
ue manſueti, & humiles populi eius: de quibus di-
citur: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebūt terram: Matth.5.a
Et qui audierunt dominum loquentem: Diſcite à
me, quia māſuetus ſum & humilis corde: Qui ante
gloriam humiliati ſunt: & audierunt dicentem apo
ſtolum Petrum: Humiliamini ſub potenti manu 1.Pet.5.b
dei: ut uos exaltet in tempore uiſitatiōis. Pauperes
autem ipſi ſunt: de quibus ſupra legimus: Paſcen-
tur primogeniti pauperum, & pauperes fiduciali-
ter requieſcent. Cap. XV.

a ONũs Moab. b Quia nocte uaſtata eſt Ar, Moab conticuit: quia nocte uaſtatus eſt murus, Moab cõticuit. c Aſcẽdit dõmus & Dimõ ad excelſa in planctum.

d Super Nabo & ſuper Medaba Moab ululabit: in cunctis capitibus eius caluitiũ: om̃is barba radet̃. In triuijs eius accincti ſunt ſacco: & ſuper tecta eius & in plateis eius om̃is ululat: deſcẽdet in fletũ. Et clamauit Eſebon & Eleale: uſq; ad Iaſa audita eſt uox eorum: ſup hoc expediti Moab ululabũt: anĩa eius ululabit ſibi. Cor meũ ad Moab clamabit: uectes eius uſq; ad Segor uitulã cõternantẽ: per aſcenſum enim Luith, flens aſcẽdet, & in uia Oronaim clamorẽ cõtritionis leuabunt: aquæ ẽm Nemrim deſertæ erunt: quia aruit herba, defecit germen, uiror omnis interijt. Secundum

VErbũ cõtra Moabitidẽ. Nocte perijt Moabitis: nocte ẽm perijt murus Moabitidis. Contriſtamini in uobis, peribit ẽm Dimõ: ubi ara eſt, illuc aſcendetis ad plorandum.

contra ſe gladio ſeparati,omne cōſilium ſuū præci-
pitatum eſſe cognoſcerēt:& nihilominus in errore
priſtino permanentes,hi qui fidei ueritatem ſuſci-
pere noluerant,interrogarēt ſimulacra, & diuinos
ſuos,& phythones & hariolos.Cumq; illi hoc fece-
rint,dn̄s tradidit eos in manu dominoꝝ crudeliū,
1.Tim.1.d iuxta illud Apoſtolicum: Quos tradidi ſatanæ ut
diſcāt nō blaſphemare:quò ſeruitute duriſſima op
preſſi,ad clemētiſſimum dn̄m reuertant̄.Pulchreq;
dæmones,crudeles dn̄os uocat:quibus nihil crude
lius eſt.Rex quoq; fortis qui dn̄s eſt eorum,perſpi-
cue diabolus intelligitur:quem & in euangelio dn̄s
Matth.12.c fortem uocat:quo uincto,& oppreſſo,uaſa domus
eius & præda diripit̄. a ¶ Et areſcet aqua de ma-
ri &c.) Quando rex fortis & durus dn̄atus fuerit in
Aegypto, areſcet omnis doctrina & pulchritudo
eloquentiæ ſecularis:& ipſe fons fluuiorū omnium
diabolus à quo oriuntur uniuerſa mendacia, deſo-
labitur:ita ut deficiāt cætera flumina & riui qui de
turbidis Nili aquis implebantur. Calamus quoq;

à facie eius:& cor Aegypti tabeſcet in medio
eius.Et cōcurrere faciam Aegyptios aduer-
ſus Aegyptios,& pugnabit uir contra fratrē
ſuum:& uir cōtra amicum ſuum:ciuitas ad-
uerſum ciuitatē,regnum aduerſus regnum.
Et diſrumpetur ſpiritus Aegypti in uiſceri-
bus eius:& cōſilium eius præcipitabo:& in-
terrogabūt ſimulacra ſua & diuinos ſuos:&
phythones & hariolos.Et tradam Aegyptū
in manus dominoꝝ crudelium:& rex fortis
dominabitur eorū,ait dn̄s exercituū. Et are-
a ſcēt aqua de mari:& fluuius deſolabit̄ atque
ſiccabitur:& deficient flumina:attenuabun-
tur & ſiccabuntur riui aggerū. Calamus &
iuncus marceſcet:nudabit̄ alueus riui à fon-
te ſuo:& omnis ſementis irrigua ſiccabitur:
areſcet & nō erit. Et mœrebūt piſcatores, &
lugebunt omnes mittētes in flumen hamū,
& expandentes rete ſuper faciē aquæ & are-
ſcent,Et cōfundentur qui operātur linū: ple
ctentes & texentes ſubtilia, & erunt irrigua
eius flaccentia oēs qui faciebant lacunas ad
capiendos piſces. Stulti principes Taneos,
ſapientes conſiliarij Pharao, dederunt con-
ſilium

& iuncus nimia ſiccitate areſcent. Pro iunco,papy C
rum Lxx.tranſtulerunt, de quo charta fit, addētes
de ſuo * ἄχυρον τὸ χλωρόν, quod in Hebraico nō habe al's ἄχει
tur.Cumq; ab eruditis quærerem, quid hic ſermo χλωρόν.
ſignificaret:audiui ab Aegyptijs hoc nomine lin-
gua eorū omne quod in
palude uirēs naſcitur ap
pellari.Calamus autē iu-
Tropol. xta Tropologiam,eſt ſer
mo uacuus: & nihil in ſe
ſolidum habens: & papy
rus qui uidetur quidē ha
bere medullā, & non eſſe
uacuus:& tamen fragilis
eſt,citoq; marceſcit. Oēs
quoq; riui areſacto riuo
rum capite ſiccabuntur:
& quicquid prius aquis
irrigabat̄ Aegyptijs are
factū non erit: ita ut mœ
reāt Aegyptij piſcatores
qui ualde cōtrarij ſunt pi
ſcatoribus dn̄i: & lugeāt
qui mittebāt hamū in flu
men & expandebant re-
te ſuper faciē aquæ. Qui
ſingulos quoſq; decipi-
unt, hamum mittunt in
aquas turbidas. Qui aūt
D plures ſimul, ita ut in ſy-
nagogis ſatanæ loquant̄
publice,& populoꝝ ab-
ducāt greges:iſti rete ſu-
per aquas mittunt Aegy
ptias. Cōfundentur etiā
hi qui operabantur linū,
ut ueſtes facerēt ſacerdo
tum:plectētes illud & te-
xentes ſubtilia:quod proprie ad dialecticorum ar-
tem pertinet.Pro ſubtilibus τὴν βύσσον,id eſt,byſſum
Lxx.tranſtulerunt:quod & ipſum in ſacerdotū ue-
ſtibus texitur. Quodq; ſequitur: Et erunt irrigua
eius flaccentia omnes qui faciebant lacunas ad ca-
piendos piſces:hoc ſignificat, quod omnes inſidiæ
Aegypti piſcatorum deſtruantur & pereāt.Pro la-
cunis quæ fiebāt ad capiendos piſces:quod nos iu-
xta ſenſum interpretati ſumus,& in Hebraico & in
cunctis interpretibus,in loco piſcium ponūtur ani
Tropol. mæ:ut ab hiſtoria trahamur ad Tropologiā: quod
uidelicet iſti piſcatores qui faciebant lacunas & fo-
ueas,ad hoc fecerint ut animas in eis deciperēt.No
tandum quod pro lacunis Lxx. ζῦθον tranſtulerūt:
quod genus eſt potionis ex frugibus aquaq; confe
ctum,& uulgo in Dalmaciæ Pannoniæq; prouin-
cijs gentili barbaroq; ſermone appellatur ſabaium.
Hoc maxime utunt̄ Aegyptij:ut non puras aquas
bibētibus tribuant,ſed turbidas, & commixtarum
fecium ſimiles:ut per huiuſcemodi potionem hære
ticæ prauitatis doctrina monſtretur.Tūc ſtulti erūt
k princi

E principes Taneos,quæ interpretatur mandatū hu-
mile.Omnes enim hæretici cōtrariam altitudini hu
militatem docēt,& detrahūt ad inferos:& ſunt prin
cipes humilis deiectiq; mandati. Conſiliarij quoq;
פַּרְעֹה Pharao,qui rex Aegypti eſt: & recte diſſipator : &
diuiſus,& ī partes uarias
ſeparatus exprimitur: in
ſipiens arguētur dediſſe
1.Cor.1. conſiliū, quando diſper-
derit dn̄s ſapientiā ſapiē-
tium:& intelligentiā pru
dentium reprobauerit.
a ¶ Quomodo dicitis
Pharaoni &c.) Solēt hæ
retici regi ſuo uel Phara
oni dicere: filij ſumus ſa-
pientiū,qui ab initio do-
ctrinā nobis apoſtolicam
tradiderūt:Filij ſumus re
gum antiquorū, qui ap-
pellantur reges philoſo-
phorū:& habemus ſcien
tiam ſcripturarū iūctam
ſapientiæ ſeculari: Quos
nūc interrogat ſiue ipm
regem hæreticorum:ubi
ſint ſapientes eius qui cō
temnebāt eccleſiaſticam
F ſimplicitatē:& reſpōdere
compellit,quid cogitaue
rit dominus ſabaoth ſup Aegyptum iſtius mundi:
& quid in cōſummatiōe facturus ſit.Stulti ſunt ap-
probati principes Taneos, qui humile hæreticorū
habuere mandatum. Emarcuerunt omnes princi-
pes Mempheos,qui eloquentiæ & oris polluere ia
נוֹף ctātia:Memphis enim os uel ex ore, interpretaē, &
μεταφορικῶς ſermonē ſonat.Quodq; ſequitur:Dece
perunt Aegyptum angulum populorum eius:ſiue
iuxta Lxx.πλανήσουσι αἴγυπτον κατὰ φυλάς,id eſt,decipiēt
Aegyptum per tribus, hoc ſignificat, quod regnū
ſapientiæ ſecularis ſtultū eſſe monſtretur, & ſingu-
lorum dogmatum principes,qui interpretātur tri-
bus,arguantur ſtultos habuiſſe doctores. Dn̄s em̄
miſcuit eis ſpiritum uertiginis ſiue errorum, iuxta
Roma.1.c illud quod ſcriptum eſt: Et ſicut non probauerunt
deum habere in noticia:tradidit illos deus in repro
bum ſenſum.Et quomodo qui ſanctus eſt,cū Eſaia
dicere poteſt:Spiritū ſalutis tuæ faciemus ſuper ter
ram:ſic qui peccator eſt,faciet ſpiritum erroris,hoc
eſt,maliciæ ſpiritū:ſecundum quod & in Hieremia
Hiere.2.d legimus:Arguet te præuaricatio tua,& malicia tua
corripiet te.Sin aūt ſcandalizatur hæreticus qui ue
tus non recipit teſtamentū,quod dn̄s miſcere dicaē
erroris uel uertiginis ſpiritum: Audiat ſcriptum in
Roma.1.c Apoſtolo,hoc eſt,in nouo teſtamēto: Tradidit eos
deus in deſiderijs cordis ſui in immundiciā. Et ite-
rum:Propterea tradidit eos deus in paſſiones igno
miniæ.Et rurſum:Tradidit eos deus in reprobum
ſenſum,ut faciant quæ nō cōueniunt. Tradunē aūt

in deſiderijs cordis:quia mutauerunt gloriā incor- G
ruptibilis dei in ſimilitudinē imaginis corruptibi-
lis hominis,& uolucrū, & quadrupedū, & reptiliū.
Quod quidem nō ſolū in epiſtola ad Romanos,ſed
& ad Theſſalonic.de antichriſto legimus:Pro eo q 2.Theſſ.2.
charitatem ueritatis non
ſuſceperūt ut ſaluarenē,
mittet eis deus operatio-
nem erroris ut credāt mē
dacio,& iudicenē omnes
qui non crediderūt ueri-
tati,ſed complacuerūt ſi-
bi in mendacio:quod pu
to apoſtolum Paulū de
præſenti Eſaiæ lectione
ſumpſiſſe,ī qua dicit:Do Roma.1.c
minus miſcuit eis ſpiritū
erroris: & errare fecerūt
Aegyptum in omnibus
operibus ſuis:ſicut errat,
inquit, ebrius & uomēs,
qui inebriatus eſt uitijs.
De quibus ebrijs Ioēl lo-
quitur:Vę qui ebrij ſunt Ioelis.1.a
abſq; uino. Et nō ſolum
ebrij,ſed & uomentes fu
rorem draconū: & furo-
rem aſpidū inſanabilē:ut
poſtq; huiuſcemodi ui- H
num euomuerint, intelli
gant ebrietatē ſuā atq; cognoſcāt, quod q̄diu ebrij
fuerint,nec principium habuerint nec finem,id eſt,
nec caput nec caudam:ſed truncum ex utraq; parte
animal.Pro principio & fine,qđ & Symmachus &
Lxx.tranſtulerūt: ἀρχὴν ϗ τέλος, Theodotio more
ſuo ipſa uerba Hebraica poſuit כִּפָּה וְאַגְמוֹן :quod
Aquila interpretatus eſt, incuruū atq; peruerſum.
In incuruo,ſenes intelligi uolens:in peruerſo, laſci-
uientes pueros,qui omnia peruerſa faciant: ac per
hoc eſſe ſenſum,quod in Aegypto nō ſolum caput
deſit & cauda,ſed & ſenes & pueri,id eſt, & princi-
pium & finis. b ¶ In die illa erit Aegyptus &c.)
In illo tempore,hoc enim ut crebro diximus ſignifi
cat dies,quando miſcuerit dn̄s ſpiritū erroris atque
uertiginis,ut euomat Aegyptus uinum draconum
& furorem aſpidū inſanabilem:intelligens errorem
ſuum & ebrietatē priſtinā:Aegyptus timebit quaſi
mulier,non timore fortuito,qui uiris accidere con
ſueuit:quos nō amat Aegyptus, ſed ſuffocat & in-
terficit:ſed timore fœmineo quas ſolas uult Pharao
uiuere.Timebit autem cōmotionem ſiue elationē
manus domini,per quam ſupplicia demonſtrātur:
quam mouebit & eleuabit ut percutiat Aegyptū.
Tunc terra Iuda,id eſt ſcientia ſcripturarum: lex &
prophetæ,euangelia, & apoſtolorū epiſtolæ, erunt
Aegypto in feſtiuitatem ſi eas cognouerit: uel in ti
morem,ſi cōparatione doctrinæ & ueritatis earū ſe
intellexit habuiſſe mendaciū.Omnis qui huius ter-
ræ fuerit recordatus, pauebit eo pauore qui ducit
ad uitā:

a filiū inſipiens. Quōmodo dicitis Pharaoni:
filius ſapientiū ego,filius regum antiquorū?
Vbi ſunt nunc ſapientes tui? Annūcient tibi
& indicēt quid cogitauerit dn̄s exercituum
ſuper Aegyptum.Stulti facti ſunt principes
Taneos:emarcuerūt principes Mempheos:
deceperunt Aegyptum angulum populorū
eius.Dominus miſcuit in medio eius ſpiritū
uertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in
omni opere ſuo:ſicut errat ebrius & uomēs
& non erit Aegypto opus quod faciat, ca-
put & caudam incuruantem & refrenantē.
b In die illa erit Aegyptus quaſi mulieres &
ſtupebit & timebit à facie commotionis ma
nus dn̄i exercituū,quā ipſe mouebit ſup eā.
Et erit terra Iuda Aegypto in feſtiuitatem:o-
mnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à
facie cōſilij dn̄i exercituū quod ipſe cogita-
uit ſuper



A ad uitam:Principium enim ſapiētiæ, timor dn̄i. Et
Eccli.1.b hoc non ſolum in cōſummatione mūdi,ſed in præ-
ſenti quoq; tempore accipere poſſumus: quod ec-
cleſiaſticum uirū & doctrinis cœleſtibus eruditū,
omnis hæreticus timeat,& ad recordationem illius
terreatur.Timebit aūt &
pauebit cōſiliū dn̄i,quod
ſuper Aegyptum mūdi
iſtius cogitauit. Singula
breuiter tranſcurrimus,
ut ad reliqua trāſeamus.
a ¶ In die illa erūt quin-
q; ciuitates &c.) Multū
prodeſt manus dn̄i eleua
ta ſiue cōmota ſup Aegy
ptū,ut terra Iudæ ſit ei in
timorem: & omnis qui il
lius recordatus fuerit, p-
tremiſcat. In illo tēpore
quinque ciuitates Aegy
pti loquenē lingua Cha-
nan:quas plerīq; noſtro-
rū q̄nq; ſenſus intelligūt:
uiſum, auditū, odoratū,
guſtū,& tactū.Quādo ui
demus mulierē ad cōcupiſcendum,uiſus noſter lo-
quitur lingua Aegyptia.Quando audimus iudiciū
ſanguinis,dicente dn̄o:Nō ſuſcipies auditionē ua-
B nam,auditus noſter loquiē lingua Aegyptia.Quā-
do ſecundū prophetam uiuimus in delicijs,& iace-
mus ſuper lectos eburneos: & primis ungimur un
guentis,odoratus noſter loquiē lingua Aegyptia.
Philip.3.d Quando uēter noſter deus eſt,guſtus noſter loqui
tur lingua Aegyptia.Si nō audierimus illud quod
1.Cor.7.a Apoſtolus loquiē:Bonū eſt homini mulierem non
tangere,ſed ecōtrario iungamur meretrici : tactus
noſter loquitur lingua Aegyptia.Sin aūt ecōtrario
Luc.13.b eleuauerimus oculos noſtros, & uiderimus quod
regiones iā albæ ſint ad metendū, & nequaq; curui
fuerimus in terram:ſed iuxta euangelicā mulierem
quæ decem & octo annis cœlum aſpicere nō pote-
Pſal.122.a rat:eleuauerimus oculos noſtros & dixerimus: Ad
te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis: oculus
noſter & uiſus loquitur lingua Chananitide.Si cir-
cūciderimus aures noſtras, & audierimus dn̄m lo-
quentem:Qui habet aures audiēdi audiat: auditus
Luc.8.a noſter loquitur lingua Chananitide. Qui potuerit
ſponſo dicere:Poſt te in odorem unguentorū tuo-
Canti.1.a rum currimus.Et:Chriſti bonus odor ſumus in o-
mni loco:huius odoratus loquiē lingua Chanani-
tide.Guſtus quoq; in bonam partē accipiē eius qui
comedit panē de cœlo deſcendentē,panem uiuū &
Pſal.33.b nō mortuū,& audit illud: Guſtate & uidete q̄ ſua-
uis eſt dn̄s: ſtatim loquiē lingua Chananitide. Sed
& tactus ſpiritualis eſt, de quo Ioannes apoſtolus
1.Ioan.1.a ait:Manus noſtræ palpauerunt de uerbo uitæ,& q
fide tangit Ieſum:ita ut de eo ſaluator poſſit dicere:
Mar.5.c Tetigit me aliq̄s: ego em̄ ſcio uirtutē exiſſe de me.
Didicimus quāta bona tribuat eleuata manus dn̄i:

quæramus quare non lingua Hebræa, ſed lingua C
Chananitide loquantur quinq; Aegypti ciuitates.
Ad quod ita rn̄dere conabimur: עִבְרִי, id eſt, He-
bræus,περάτης,id eſt,tranſitorem ſonat: qui de loco
trāſit ad locū.Ergo & nos licet ſancti q̄diu in Aegy
pto ſumus, & ī iſtius mū
di uerſamur tenebris: nō
poſſumus loq lingua He
bræa, ſed lingua Chana-
nitide,quæ inter Aegy-
ptiā & Hebrę̄ā media eſt,
& Hebrææ magna ex
parte cōfinis. כְּנַעַן inter
pretaē, quaſi cōmotio ſi-
ue quaſi rn̄dens. Quādo
igitur ab Aegypto rece-
dimus,& exire uolumus
de poteſtate Pharaonis:
ita ut terra noſtra & con
feſſio formidoloſa ſit Ae
gypto : tūc mouemur &
quaſi reſpondemus dn̄i
uoluntati, & tamen quia
adhuc in præſenti ſeculo
ſumus , lingua Hebræa
necdum loqui poſſumus.Quodq; ſequitur: Iurare
quinq; ciuitates per dn̄m exercituū: hoc ſignificat:
quod etiā hic poſiti nequaq; dæmonum,ſed dei re- D
cordemur omnipotētis. De his quinq; ciuitatibus,
cum aliarū quatuor tacita ſint nomina:una diciē ſo
lis ciuitas:quæ mihi uidetur referri ad uiſum.Sicut
enim ut uideatur ciuitas,ſole & luna indiget: ita ut
oculi noſtri illuminentur,indigemus ſole iuſticiæ.
b ¶ In die illa erit altare dn̄i &c.)Conſequenter ad
id quod ſupra dixerat: In die illa erunt quinq; ciui-
tates in terra Aegypti loquētes lingua Chananiti-
de:& iurantes per dn̄m exercituū,nunc inferē:Erit
altare dn̄i in medio terræ Aegypti,quod Onias ſe-
cundum Ioſephum male intelligens, implere cona-
tus eſt:Et titulus dn̄i cōtinens paſſionē,in quo ſcri-
ptum eſt Hebraicis literis,Græcis,& Latinis: Ieſus Ioan.19.d
Nazarenus rex Iudæorū:in ſignū crucis,& in teſti-
monium uniuerſarū gentiū, quæ nunc Aegyptus
appellantur.Cumq; perſecutio creuerit à facie tri-
bulantium nominis Chriſtiani,tunc clamabunt in
cordibus ſuis:Abba pater. Et mittet dn̄s exercituū Roma.8.c
ſaluatorē,id eſt,Ieſum,& iudicē, uel propugnatorē
qui liberet eos:ut liberati cognoſcāt dn̄m,& ipſi co
gnoſcantur à dn̄o:& ubi abundauit peccatū,ſuper-
abundet gratia.Vnū aūt altare Aegypti,id eſt mun
di iſtius diciē:ut cuncta altaria quæ contra eccleſiæ
eriguntur altare,ſciamus eſſe nō dn̄i.Vſq; ad finem
uiſionis Aegyptiæ:in libro explanationis hiſtori-
cæ,quia manifeſta pphetia erat,diximus qđ cuncta
referanē ad Chriſtū. c ¶ Et cognoſcent Aegyptij
dn̄m &c.)Poſtq; cognouerint Aegyptij dn̄m,colēt
eū in hoſtijs ſpūalibus & muneribus:& uota uoue-
būt dn̄o & ſoluēt, & dicēt cū Dauid : Sacrificiū deo Pſal.50.d
ſpūs cōtribulatus.Et:Eleuatio manuū mearū ſacri- Pſal.140.a
k 2 ficium

a uit ſuper eā.In die illa erunt quinq; ciuitates
in terra Aegypti loquētes lingua Chanani-
tide:& iurātes per dn̄m exercituū:ciuitas ſo-
b lis uocabitur una.In die illa erit altare dn̄i in
medio terræ Aegypti:& titulus iuxta termi
nū eius dn̄i.Et erit in ſignū & in teſtimoniū
dn̄o exercituū in terra Aegypti.Clamabunt
em̄ ad dn̄m à facie tribulātis:& mittet eis ſal
uatorē & propugnatorem qui liberet eos,&
c cognoſcetur dn̄s ab Aegypto. Et cognoſcēt
Aegyptij dn̄m in die illa:& colent eū in ho-
ſtijs & muneribus: & uota uouebūt dn̄o &
ſoluent.Et percutiet dn̄s Aegyptū plaga, &
ſanabit eā: & reuertenē ad dn̄m: & placabiē
eis,&

E ficium ueſpertinum: quãdo credẽtes in Nazaræū,
& ipſi fuerint Nazaręi: uinū & ſiceram nō bibẽtes:
Ioan.19.f & acetum quod dño propinatū eſt: & quæcūq; fiūt
ex una Sodomitica. Cumq; uota perſoluerint cum
Genc.4.a Abel: & reſpexerit ea deus, inuidebit frater maior
Cain, id eſt circūciſionis
populus: & effundet ſan=
guinē Chriſtianū, qui cla
mabit ad dñm, & idcirco
egredietur à facie dei dicēs
Luc.23.c de ſaluatore: Crucifige,
Ioan.19.c crucifige eū. Et: Nos nō
habemus regē niſi Cæſa
rē. Votū offert & ſoluit
dño, qui eſt ſanctus cor=
Luc.19.a pore & ſpū. Votū obtu=
lit & Zacheus, q mediā
partē ſubſtãtiæ ſuæ pau=
peribus repromiſit. Quę
ritur, ſi Aegyptijs ſalua=
tor & ꝓpugnator eſt miſ
ſus qui liberet eos de an=
guſtijs, quō nūc dicatur:
Percutiet dñs Aegyptū
plaga? Sed cōſideremus
Hebr.12.b qđ ſequitur: Et ſanabit eā.
Quē eñ diligit dñs, cor=
ripit. Et ipſe ſaluator in ſe
F xageſimooctauo pſalmo
loquitur ad patrē: Quoniā
quem tu percuſſiſti, ipſi
perſecuti ſunt, & ſup do=
lorē uulnerū eorū addi=
Roma.8.f derunt. Si ergo ꝓprio fi=
lio nō pepercit, ſed tradi=
dit eū pro nobis: ut illius
liuore & uulneribus ſa=
naremur: tradidit dñs &
martyres paſſiōi, ſed rur
ſum eos in reſurrectione
ſanabit, ut illorū uulneri=
bus fides credentium cō
firmetur. Vnde & ad Iob dicitur: Putas me tibi ali=
ter locutum, niſi ut appareres iuſtus? Ipſe eñ dolo=
rem facit & reddit priſtinæ ſanitati, & uiſitat ſeruos
ſuos in uirga ut miſericordiā ſuā nō auferat ab eis.
Vnde & filiæ & nurus quæ multū peccauerūt: & di
uaricauerunt pedes ſuos omni tranſeunti, nō uiſi=
Oſee.4.c tantur neq; corripiuntur, dicente dño: Nō uiſitabo
ſuper filias ueſtras cū fuerint fornicatæ, & ſuper nu
rus ueſtras cū adulterauerint. Percutit ergo Aegy=
ptios dñs: nō igne, nō gladio, ſed uirga. Quis enim
filius eſt, quē nō erudiat pater? ut poſtq; ſanati fue=
rint, reuertantur ad dñm & placetur eis, & rurſum
ſanet eos: Semper eñ indigemus miſericordia dei,
& nullus eſt finis eius clemētię. a ¶ In die illa &c.)
Quomodo cætera quæ præcedūt in bonā partem
accidiſſe Aegyptijs demonſtrauimus: quinq; uide=
licet ciuitates in terra eorū loquētes lingua Chana=

a cis, & ſanabit eos. In diē illa erit uia de Aegy
pto in Aſſyrios: & intrabit Aſſyrius in Aegy
ptum, & Aegyptius in Aſſyrios: & ſeruient
b Aegyptij Aſſyrijs. In diē illa erit Iſraël ter=
tius Aegyptio & Aſſyrio, benedictio in me=
dio terræ: cui benedixit dñs exercituum, di=
cens: Benedictus populus meus Aegypti, &
opus manuum mearum Aſſyrius; hæredi=
tas autem mea Iſraël. Cap. XX.

c ANnō quo igreſſus eſt Thartan in Azo
tum: cū miſiſſet eum Sargon rex Aſſy=
riorū, & pugnaſſet cōtra Azotū, & cepiſſet
eam: in tēpore illo locutus eſt dñs in manu
Eſaiæ filij Amos dicens: Vade & ſolue ſaccū
de lumbis tuis: & calciamēta tua tolle de pe=
dibus tuis: & fecit ſic, uadēs nudus & diſcal=
ciatus. Et dixit dñs; ſicut ambulauit ſeruus
meus Eſaias nudus & diſcalciatus: trium an
norum ſignum & portentū erit ſuper Aegy
ptum & ſuper Aethiopiā. Sic minabit rex
Aſſyriorum captiuitatē Aegypti & tranſmi
grationē Aethiopię, iuuenū, & ſenum, nudā
& diſcalciatā, diſcoopertis natibus ignomi=
niā Aegypti. Et timebūt & cōfundentur ab
Aethiopia ſpe ſua: & ab Aegypto gloria ſua.
Et dicet habitator inſulæ huius in die illa:
Hæc erat ſpes noſtra? Ad quos cōfugimus
in auxiliū, ut liberarēt nos à facie regis Aſſy=
riorū?

nitide: & iurātes per dñm, & altare dñi in medio ter G
ræ Aegypti collocatum: & titulum, & teſtimoniū,
& ſignum, & ſaluatorem, qui liberaret eos, & quod
dñs cognoſceretur ab Aegyptijs, & ipſi cognoſce=
rent eum: & ꝙ offerrent hoſtias & munera, & uota
perſoluerent: & percuſſi
ſanarentur, & reuerteren
tur ad dñm, & placaretur
eis, & iterū ſanarētur: ſic
& hoc quod ſequitur: Ser=
uire Aegyptios Aſſyrijs,
in bonam partē accipien
dum eſt. Seruit enim &
Apl'us credētibus, ut lu= 1.Cor.9.c
cri eos faciat. Et Eſau ſu= Gene.33.b
bijcitur fratri ſuo Iacob;
ut particeps fiat benedi=
ctionum eius. Igitur qui
priores de gētibus ſalua=
ti fuerint & habuerint in
ſe altare dñi: eos q in du=
ricia perſeuerant, ſua ſer=
uitute ſaluabunt: & com
mixtione ac ſocietate eo
rū, ipſi pergent ad Aſſy=
rios: ut Aſſyrios ducant
ad Aegyptum: & poſtea
poſſint ad Iſraëliticū po=
pulū peruenire: Ob hanc H
cauſam reor, & fidelē mu
lierem ſeruire uiro infi=
deli: ut paulatim eum de
Aegypto & Aſſyrijs ꝑ=
trahat ad Iudæā. b ¶ In
die illa erit &c.) Tertius
erit Iſraël ī Aegypto & ī
Aſſyrijs, ut oēm maſſam
ſuæ bñdictionis fermēto
miſceat, & q prius cōtra
ſe hoſtiliter diſſidebant,
hac benedictionis fibula
copulentur: & ſit popu=
lus dei Aegyptus: & opus manuum eius Aſſyrius:
hæreditas autem eius Iſraël. Benedictus eſt Aegy=
ptius domino: quia Iſraëlis ſocietate benedicitur. Et
opus manuum eius Aſſyrius: quia in ipſo ſuam cle
mentiam demonſtrauit. Iſraël autem ſolus poteſt di Tren.3.c
cere: Pars mea dominus: qui mente cōſpicit deum,
& eius hæreditas appellatur. Cap. XX.

ANno quo ingreſſus eſt Thartan &c.) Pro Ταρθὰμ
Thartan LXX. Tanathan tranſtulerūt: & pro
Sargon, Arna: quod quid interpretetur, ſcire non Ἀρνᾶ
poſſumus: Neq; enim falſorū nominum, falſas poſ=
ſumus etymologias fingere. Sunt autē nomina nō
Hebræa, ſed Aſſyria: e quibus ſonare cognouimus
Thartan, turrē dedit, uel ſuperfluus, ſiue elongans. תַּרְתָּן
Sargon autē princeps horti. Hic rex Aſſyrius quē סַרְגוֹן
ſupra legimus ſenſum magnum: habet duces pluri
mos, quorū unus eſt Thartan, elatus in ſuperbiam,
& longe



A & longe procedens in ſcelere, & amplior cæteris: &
mittitur ad impugnandā Azotū, quæ Hebraice di
citur אַשְׁדּוֹד, & interpretatur, ignis generationis: ex
pugnatq; dux regis Aſſyrij eos qui generationi &
libidini ſeruiunt. Et pulchre rex Aſſyriorū Sargon
princeps hortorū
dicitur uoluptati &
luxuriæ deditus.
3.Reg.21.a Deniq; & Achab
rex Iſraël uineam
Naboth uertere in
hortū cupiebat, qđ
Tropol. ille iuxta leges Tro
pologię intelligēs,
mori maluit q̃ fa=
cere: ne hæreditas
paterna & antiqua
poſſeſſio, in impij
regis delicias uer=
teret. Præcipit aūt
prophetæ, ut ſacco
calciamentisq; de=
poſitis, nudus & di
ſcalciatus īcedat: &
in ſignum ſit atq;
portentum Aegyptijs & Aethiopibus qui dei po=
מִצְרַיִם pulum perſecuti ſunt, & propter ſuperbiā fuere hu
כּוּשׁ miles. Aegyptus enim interpretatur perſequens ſiue
tribulans. Aethiopes, humiles atq; deiecti: Omnis
Luc.14.c enim qui ſe exaltat, humiliabitur. Qui ducēdi ſunt in
captiuitatem, & trium annorū tormenta paſſuri: de
B quibus annis, in pſalmis legimus: Cogitaui dies an
Pſal.76.b tiquos: & annos æternos in mente habui. Quæ nō
putemus parua eſſe ſupplicia, ſed magnis elongata
temporibus. In ipſa aūt captiuitate & trāſmigratio=
ne Aegypti, ibūt iuuenes & ſenes qui in malicia ro
borati ſunt: & ad perfectæ ætatis uitia peruenerūt
Luc.8.c nudi, ut omnia eorū ſcelera pateant. Nihil enim oc=
cultum quod nō reuelabitur. Et diſcalciati: qa paſcha
Exod.12.b dñi comedere nō poterūt: quod qui comedit, accin
ctos habet lumbos, & tenet manu baculū: & calcia=
tis ſtat pedibus: ne per ſeculi huius ſolitudinē tran=
ſiens, à ſerpētibus mordeatur. Tūc diſcoopertæ erūt
nates eorū, per quas ſtercus egeritur: & omnis igno=
minia Aegypti demonſtrabitur, ita ut cōfundantur qui
habuerūt ſpem in Aegypto & in Aethiopia: & glo
riam ſuā in confuſionē uiderint eſſe mutatā: intan=
tum ut habitator inſulæ huius, id eſt ſeculi: qui non
eſt aduena & peregrinus, ſed perpetuā mundi poſ=
ſeſſionem habere cupiebat, confuſus dicat: Hæc eſt
Aegyptus, & hæc eſt Aethiopia: quarum ſperaba=
mus auxiliū, ut à principe mundi iſtius nos libera=
rent. Quomō ergo effugere poterimus cum capti
ſint hi in qbus ſpem habebamus? Et hoc notandū
quod anteq; capiatur Azotus, ꝓpheta ſacco ueſti=
tus ſit, & calciatis pedibus: ut plangat quidē eos qui
ardentibus diaboli iaculis uulnerati ſunt, & libidini
ſeruiunt: ſed nihilominus ipſe calciatus incedat: ut
calcare poſſit ſuper ſerpentes & ſcorpiones: & ſecu

riorum? Et quō effugere poterimus nos? Ca. XXI.

a ONūs deſerti maris:
Sicut turbines ab
Aphrico ueniūt, de deſer=
to uenit: de terra hoſtili.
Viſio dura nūciata eſt mi
hi: qui incredulus eſt, infi=
deliter agit, & qui depo=
pulator eſt, uaſtat. Aſcēde
Aelā, obſide Mede: omnē
gemitum eius ceſſare feci.
Propterea repleti ſunt lū=
bi mei dolore: anguſtia
poſſedit me, ſicut anguſtia
parien

VIſio deſerti maris: Si=
cut tēpeſtas de deſer
to trāſeat de deſerto ueni=
ens: de terra horribili. Vi=
ſio dura annūciata eſt mi=
hi: præuaricator præuari=
catur: & iniquus inique agit.
Cōtra me Elamitę & lega
ti Perſarū ueniunt: nūc in
gemiſcā & cōſolabor me:
idcirco repleti ſunt lumbi
mei anguſtia: dolores ap=
prehenderunt me ſicut
parturiē

rus incedere per huius ſeculi eremū: in qua ſunt ſer C
pentes & ſcorpiones, & bonarum rerū ſitis. Poſtq;
autem Azotus capta fuerit in typum captiuitatis
Aegypti, & trāſmigrationis Aethiopiæ, ipſe diſcal
ciatus & nudus incedat. Neq; enim in terra ſancta
ad quā ire feſtinat
ſacco ueſtitus, &
opertis pelle pedi=
bus, uel ſtare pote=
rat, uel ambulare,
dicente dño: Solue Exod.3.b
calciamentū de pe=
dibus tuis: locus e=
nim ī quo ſtas, ter=
ra ſancta eſt.
Cap. XXI.
ONus deſerti
maris &c.)
Quid nobis uidea
tur iuxta hiſtoriā
breuiter diximus:
nunc Tropologiæ Tropol.
ſumma carpamus.
Viſio uel pondus
cōtra ſeculi huius
cernitur mare: & cernitur à ꝓpheta, quantis tētatio
nibus mundus hic plenus ſit. Quod aūt mare appel
letur ſeculū (ut multa prætercam) uno teſtimonio
pſalmi cōtentus ſum: Qui deſcendunt mare in naui Pſal.106.c
bus, facientes operationes in aquis multis: Ipſi uide
runt opera dñi, & mirabilia eius in profundo. Qui
enim operantur in hoc ſeculo opus dei, & cū ꝓphe= D
ta dicunt: Veni in profundū maris: ipſi uident mira
bilia eius in profundo. Et liberati de tentationibus
& anguſtijs, horribilē & duram uiſionē audiſſe ſe
dicunt. Hæc autē ipſa tempeſtas à deſerto uenit: in
quo tētatus eſt & dñs: & Iſraël colubri morſibus, &
ſcorpionū ictibus patuit. Cumq; uenerit, pertrāſit,
& præterit: & tunc intelligit ille qui ſuſtinet ꝙ non
præuaricatur niſi qui præuaricator eſt: & nō agit ini=
que niſi iniquus. Vt igitur maris fluctibus obrua=
mur: & opprimat nos ſæua tēpeſtas, noſtri uitij eſt:
qui ante tempeſtatē præuaricatores fuimus & ini=
qui. Quodq; dicit: Cōtra me Elamitæ & legati Per=
ſarum ueniunt: hic ſenſus eſt: Elamitæ interpretantur עֵילָם
deſpicientes: Perſæ, tētantes. Veniant igitur hi qui
deſpicere ſolēt, cōtemnere, atq; tētare: ſed ego inge=
miſcam: & gemitus meus erit mea cōſolatio. Sed &
lumbi mei repleti ſunt anguſtia, & obtinuerunt me
dolores quaſi parturientē, ut à timore dñi concipiā
& pariā, & ſpiritū ſalutis eius faciā ſuper terram. Re
cte aūt iuxta Hebraicū turbines atq; tēpeſtates de
deſerto ueniunt: & de terra horribili, ubi nō eſt ha=
bitator deus, & ubi uniuerſa terrena ſunt: Et qui=
cūq; eſt incredulus agit rē congruā infidelitati ſuæ:
& qui depopulator eſt, uaſtat. Vnde audacter con=
tra aduerſarios loquitur: Aſcēde Aelam, obſide Me=
de: omnē gemitū deſerti maris, & terræ horribilis,
& uiſionis duriſſimæ, quæ nunciata eſt, ceſſare feci:

E Quia lumbi mei agentes pœnitentiam, nequaq; ut prius uoluptate, ſed dolore ſunt pleni: nec ultra; di-
Pſal. 37. b cam: Lūbi mei impleti ſunt illuſionibus. Anguſtia eñi poſſedit me & tribulatio: ſicut ſolet tenere parturientem. Multū inter ſe uulgata æditio & Hebraicum in hoc loco diſcrepāt. Ideo breuiter utrūq; perſtringimus, ne φιλεπιτιμῶσιν carpēdi nos occaſiunculā relinquamus. a ¶Corrui cū audirē &c.) Præ auditu & uiſione duriſſima quā cernebat de deſerto mari pꝑheta uēturam; corruiſſe & turbatum eſſe ſe dicit, & propemodū caligātibus oculis, & ſtupefacta mente, neſciſſe qd cerneret. Illa eñi Babylon, pro qua Aquila & Theodotio, tenebras īterpretati ſūt; ut ſignificarēt mūdū iſtū q in ma-
F ligno poſitus eſt; & cuius principes ſunt iuxta apoſto-
Ephe. 6. b lū Paulū, rectores tenebrarū iſtarū; q̄ quondā uel pꝑhetæ, uel deo amabilis fuit: facta eſt in ſua ſubuerſiōe mirabilis. Vnde prophetæ præcipit, ut ueſcēs in mēſa dñi: & illius ſaturatus cibo, diligētius cōtemplet quæ uētura ſint mundo: diciturq; per eum ad omnes credentes: ut comedentes & bibentes corpus & ſanguinē dñi, uertant in principes eccleſiæ, & cum apoſtolis audiāt: Surgite, arripiantq; clypeū fidei de armatura apl'i Pauli, in quo poſſint ignita diaboli iacula extinguere. Hoc iuxta Hebraicū, & cœptā ſuper mundo interpretationē. Tranſeamus ad æditionē Lxx. quæ multū à ſuperioribus diſcrepat: Corripit ſe pꝑheta: imò ſub pſona ſua alioꝝ cōfitetur errorē: qui ſequētes occidentem literā, cōtemnunt ſpiritū uiuificantē; & inique feciſſe ſe dicit: ut nō audiret legē ſpūaliter, ſed econtrario feſtinaret dei ſacramēta nō cernere: nec dice-
Pſal. 118. c ret cū Dauid: Reuela oculos meos & cōſiderabo mirabilia de lege tua. Idcirco errat cor eius & Iudaica ſuperſtitione cōpletum: nō in charitate dei, ſed in ti- G
morc cōſiſtit: ut habeat ſpiritū ſeruitutis in timore: & nequaq; ſpiritū adoptionis, in quo clamamus, ab- Roma. 8. c
ba pater. Vnde præcipit ei, ut accedat ad mēſam ciborū ſpiritualiū; comedantq; oēs in ea qui illius ſequūtur exēplū, & bibant: & ueteri errore cōtempto, cōſurgant in ſpū qui iacebāt in litera, & fiant principes: dicantq; cū pꝑheta:
Pſal. 5. c Dñe ut ſcuto bonę uoluntatis tuæ coronaſti nos.
b ¶Hæc enim dixit mihi dñs Vade & pone &c.) Iubet propheta ponere ī corde ſuo ſpeculatorē: & diligentius intueri quæ uentura ſunt mundo: uiditq; duos equites aſcēſorem aſini & aſcēſorem cameli: Quos quidā ſic interpretatus eſt: ut
Matth. 21. a aſcenſorē aſini iuxta euangelicam le- H
ctionē & pꝑphetiā
Zach. 9. b Zacharię, Chriſtū diceret: & econtrario aſcenſorē cameli, cōtrariā fortitudinē pꝑpter fœditatē tortuoſi animantis. Alij uero duos aſcēſores literæ & ſpūs, ad duo referunt teſtamēta. Illudq; qd' in Hebraico dicit אֲרִיֵה, pro quo Aq̄la & Symmachus leonem & leænam interpretati ſunt: neſcio quid uolētes Lxx. οὐρίαμ poſuerūt: qd' quidā lumē dñi interp̄tari putat, cū alijs literis lumē dñi, qd' hic nō habet: & alijs ſcribatur leo, q hic legit. Vultq; ſpeculatorē iſtū quē iubetur pꝑpheta ponere ī corde ſuo, appellari Vriā: & per interpretationē nominis refert ad Chriſti ītelligentiā: ut ipo habitāte in nobis, poſſimus cernere q̄
Gene. 49. b uētura ſunt. Qd' quidē & leoni poterit coaptari, q
Nu. 23. & 24. à Iacob & à Balaam ſub Chriſti myſterio nominat.
c ¶Sup ſpeculā &c.) Stat pꝑpheta in ſpecula dñi: & in illius lumine cōſtitutus quæ uētura ſint pſpicit. Hancq; habet cuſtodiā: & hoc ſibi officiū delegatū: ut in ſeculi iſtius tenebris q̄ ſint uētura cōſpiciat. Ecce iſte, inqt, uenit, hoc qd' ſequit ſe uidiſſe ſignificās: uenire

a HEB. parientis. Cōrrui cū audirē: cōturbatus ſum cū uiderē: emarcuit cor meū, tenebræ obſtupefecerunt me: Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculū. Pone mēſam, contemplare in ſpecula comedentes & bibētes; ſurgite principes, arripite clypeū. Hęc b enim dixit mihi dñs: Vade & pone ſpeculatorē: & quodcūq; uiderit annunciet. Et uidit currū duorū equitū, aſcenſorē aſini, & aſcenſorē cameli, & contēplatus eſt diligēter multo intuitu, & clamauit leo. c Sūp ſpeculā dñi ego ſum ſtans iugiter p diē; & ſup cuſtodiā meam ego ſum ſtans totis noctibus. Ecce iſte uenit aſcēſor uir bigæ eqtū, & rñdit & dixit: Cecidit, cecidit Babylō & oīa ſculptilia deorū eius cōtrita ſūt ī terra. Tritura mea & fili areæ meę, quæ audiui à dño exercituum deo Iſraël annunciaui uobis. Onus

SEP. parturientē. Inique egi ut nō audirē; feſtinaui ut non uiderem: errat cor meum; iniquitas inundauit ſuper me; anima mea inſiſtit timori. Para menſam, ſpeculare ſpeculam; comedite, bibite; ſurgite principes parate clypeos. Quia ſic dixit ad me dñs: Vade & pone tibi ſpeculatorem: & quodcunq; uideris, annūcia. Et uidi aſcēſores equites duos; aſcenſorem aſini, & aſcenſorem cameli: Audiui auditum multum, & uocaui Vriā ad ſpeculā. Dominus dixit: Steti per totam diem: & ſuper caſtra ego ſteti tota nocte: & ecce ipſe uenit aſcenſor bigæ, & reſpondēs ait: Cecidit, cecidit Babylon: & oīa ſimulacra eius & manufacta contrita ſūt in terra. Audite qui derelicti eſtis & doletis: audite quæ audiui à domino ſabaoth, deus Iſraël annunciauit nobis. Viſio Idumææ



A uenire dñm ſaluatorē ſedētē ſuper bigā: & duobus equis, imò animantibus aſino & camelo unū currū iungētē: Qui aſcēſor bigæ deſiderāti pꝑphetæ & uerba eius audire cupiēti: Rñdit & dixit: Cecidit, cecidit Babylon: totius orbis cōfuſio: & in aduētu meo cecidit quo hūanū corpus aſſūpſi: & penitus in cōſūmatiōe mūdi ruitura eſt. Et oīa ſculptilia eius cōtrita ſunt in terra. Pro quo Lxx, ſimulachra et manu facta interp̄tati ſunt; ſignificātes ſcripturā hæreticoꝝ uarioſq; errores hæreſeon; q fabricatores ſunt idoloꝝ: & adorant quæ de ſuo corde finxerūt. Quodq; ſequit ex pſona pꝑphetæ dicētis: Tritura mea & fili areæ meę, q̄ audiui à dño exercituū deo Iſraël ānūciaui uobis: iuxta Hebraicū hūc habet ſenſum: O ppl'e q cōdendus es ī horrea mea; quē idcirco triui in uarijs anguſtijs, ut paleas ab eo excuterē & puriſſimū triticū in meis horreis cōderet: q̄ audiui à dño exercituū deo Iſraël eſſe uētura uniuerſo mūdo: hæc uobis qui in mūdo eſtis oībus nūciaui. Alij uero dicūt adhuc ſuperiorē eſſe pſonā, uidelicet dñi ſaluatoris, qd' ipe loquat ad Apl'os: Quæ audiui à patre annūciaui uo-
B bis. Et qa p hoc in Lxx. legit ἀκούσατε οἱ καταλελειμμένοι, καὶ οἱ ὀδυνώμενοι. i. audite q relicti eſtis & doletis: hic mihi iuxta interp̄tationē eorū ſenſus uidet: O apl'i, de qbus ſcribit Eſaias: Niſi dñs reliqſſet nobis
Rom. 9. f ſemē quaſi Sodoma eſſemus, & ſil'es Gomorræ fuiſſemus: quorū reliqas & Apl'us ad Romanos docet eſſe ſaluatas; q relicti eſtis de ppl'o Iudæorū, ut ſaluaremini: & doletis ſup pditiōe gētis uřæ; de qua & alibi legimus: Triſticia ē cordi meo & dolor cōtinuus p fratribus meis, q ſunt Iſraëlitæ ſcd'm carnē: hæc q̄ audiui à deo patre, uobis annūcio: q̄ deus Iſraël uobis uētura p̄dicit. a ¶Onus Duma &c.) Verbū Hebraicū אֵלַי qd' oēs interp̄tati ſunt, ad me: ſi uolueris legere אֵלִי interpretat deus meus, uel fortis meus. Quodq; nos diximus: clamat, uel uocat, id eſt, καλεῖ, ſcd'm Hebræi & Græci ſermonis ambiguitatē dici
קוֹרֵא pōt clama, uel uoca: & eſt ſenſus: Deus q eſt cuſtos
שֵׂעִיר meus, die ac nocte me ad pœnitētiā uocat: ut relin-
דּוּמָה quēs Seir: qd' interpretat, hiſpidus ac piloſus, reuertar & habitē apud eū. Duma, uel ſil'itudinē ul' ſilētiū
אֱדוֹם ſonat: Idumæa aūt in terrenā uertit. Dñs ergo loqt ad Apl'oꝝ chorū: & p̄cipit ei; ad me uoca eos q ſunt de Seir: ut mihi ſeruiat gētiū multitudo, q̄ in ſil'itudinē Eſau nihil in ſe habet molle & leue, ac nitidū: ſed eſt hiſpida, fera, ītractabilis. Et ò uos apl'i poſtq; uocaueritis ad me natiōes de Seir, cuſtodite eccl'iæ pꝑpugnacula, ne facile hoſtis irrūpat: ne leo rugiēs atq; circuiens, q q̄rit aditū p quē poſſit intrare, clauſum in eccl'ia gregē laceret atq; diſpdat. Rñditq; eccleſię multitudo: nō ſolū in pſperis, ſed ī aduerſis: hoc eſt, & in die & in nocte, tua deus pręcepta ſeruabo. Ad C
quā loquit deus: Si uere me q̄ris, opere oſtende qd' me q̄ras: nec ſemel tibi q̄ſiſſe ſufficiat: ſed quē inueneris, ſemp inqre: & ut pfectius teneas, obliuiſcere ppl'i tui & domus pr̄is tui: & deſerto errore gētiliū, apud me in eccl'ia cōmorare. Hoc iuxta Lxx, dixerim9: q uiſionē Idumęę, hoc eſt, terrenę ponūt ī titulo: ut eos oſtēdāt uocari, qui prius terrenis opibus ſeruiebāt. Porrò iuxta Aq̄lā qui duma, hoc eſt, ſilētiū poſuit uel ſil'itudinē: ſic poſſumus ītelligere, ut ad ſil'itudinē populi Iſrl', pꝑuocet gētiū ml'titudo: & ubi prius ſilētiū fuerat legis dei, ibi cōfeſſiōis clamor ſit: & oleaſter inſe-
Matth. 22. a rat in bonā oliuā. Legimus & in parabola euāgelij miſſos ſeruos q uocarēt bonos & malos, ac pr̄is ſamilias de qbuslibet īplerēt cōuiuiū: qa priores uenire noluerūt. Pōt & eccl'ia narrare qd' dñs de Seir, hoc eſt, de terrenis locis ad ſe uociferet: ſeq; pꝑuocet ad ſalutem, & dicat ad ipm dñm: O cuſtos, qd de nocte cōſurgēs uerſaris ī tenebris? qd abſq; pctō in carne es peccatrice? qua cauſa uoluiſti hūanū corpus aſſumere? Rñdit cuſtos: hoc eſt Samaritanus: q ī euāge- D
Luc. 9. f lio uulneratū ſuis hūeris ad ſtabulū reportauit: Venit mane & nox. Et eſt ſēſus: Gētiū multitudini ortus eſt ſol iuſticiæ: & Iudæis uenerūt tenebrę: iuxta
Ioan. 9. g qd' dicit à dño: In iudiciū mundi iſtius ego ueni: ut nō uidētes uideāt: & uidētes cæci fiāt. Et ipe cuſtos q dixerat: Venit mane & nox, loquit ad gētiū ml'titudinē: Si me q̄ritis, ſtudioſius q̄rite. Conuertimini ad me filij cōuertētes: & ego ſanabo cōtritiōes uřas: & uenite ad me. Loca difficilia ſūt: & cū ſcd'm hiſtoriā minime pateāt, cogimur iuxta ἀναγωγὴν diuerſas opiniones ſeq. b ¶Onus in &c.) Hoc in æditione Lxx. īterp̄tū nō habet: ſed qd' ſeqt: In ſaltu ad ueſperā dormietis in ſemitis Dedanim, cū priori uiſione cōiūctū eſt: ut legat: ſi q̄ris, q̄re: & ad me habita ī ſal-
עֶרֶב tu. Arabia in lingua nr̄a, ueſperā ſonat: q̄ noctis & tenebrarū principiū eſt: oīſq; q habet initiū pctōrū, uerſat in ueſpera. Qui aūt uenit ad ſummū ī media
Exod. 12. c nocte cōſiſtit. Vnde & in Aegypto primogenita in
Matth. 26. c media nocte cædunt. Et apl'us Petrus: anteq; gallus cātaret, ter dñm negauit: qd' media nox intelligitur. Poſtq; aūt nox p̄ceſſit, & cœpit dies appropīquare: ſuperatis mediæ noctis tenebris, & gallo lucis nunciо reſonante, fleuit amare: & intellexit pctm̄ ſuū: &
Pſal. 29. b eo tpe dicere potuit: Ad ueſperā demorabit fletus, & ad matutinū lęticia. Hoc interim de p̄ſenti loco: Cæterum nomē Arabiæ, id eſt ueſperæ & occidentis: in alijs ſcripturarū locis, diuerſas intelligētias recipit. c ¶In ſaltu &c.) Qui in malicia eſſe cœperunt & peccatorū ingrediunt uiā: nō dormiunt nec morātur in agris cōſitis & noualibus: nec in pratis

a HEB. Onūs Duma: ad me clamat ex Seir: Cuſtos qd de nocte, cuſtos qd de nocte. Dixit cuſtos: uenit mane & nox. Si quæritis, quęrite: cōuertimini, & uenite. b Onūs in Arabia. In ſaltū c ad ueſpā dormietis, ī ſemitis

SEP. Idumææ, ad me clamat de Seir: Cuſtodite pꝑpugnacula: cuſtodio mane & nocte: ſi quæris, quære: & apud me habita. In ſaltu ad ueſperam dormietis in uia Dedan. In occurſum ſitienti ferte aquā

E & ſegetibus, quas ad metēdū eſſe candētes, ſaluator docet: nec inter arbores pomiferas, ſed in īfructuoſis ſaltibus: ubi uepres & ſpinæ ſūt, & beſtiæ cōmorantur. De huiuſcemodi ſaltu & in Regū uolumine legimus: quod plures deuorauerit ſylua uel ſaltus quam interfecti ſint gladio:

HEB. tis, mitis Dodanim.
a Occūrrentes ſitienti, ferte aquam: qui habitatis terram auſtri, cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladiorū fugierunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie grauis prælij.

SEP. aquam qui habitatis in regiōe Themā, cū panibus occurrite fugientibus: ꝓpter multitudinē occiſorum: ꝓpter turbā errātiū: ꝓpter multitudinē gladij & ꝓpter multitudinē arcuū: ītētorū: & ꝓpter multitudinē cadentiū in bello.

b Q^b^uoniā hæc dicit dñs ad me: Adhuc in uno anno quaſi in anno mercenarij: & auferetur omnis gloria Cedar: & reliquiæ numeri ſagittarioꝝ fortiū de filijs Cedar immi nuentur. Dñs enim deus Iſraël locutus eſt. Ca. XXII.

c ONus uallis uiſionis.
d Quidnā tibi quoque eſt: quia aſcēdiſti & tu oīs
e in tecta? Clāmoris plena, urbs frequens, ciuitas exul

VErbum uallis Sion. Quid factum eſt tibi nūc: quia aſcēdiſti oīs in tecta uana? Repleta eſt* ciuitas clamantiū, urbs exul- tans

2.Reg.18.b qñ Abſalō aduerſus patrē extitit ꝑduellis: Recteque qa ueſpera principiū malorū eſt, ī uia & in ſemitis habitare dicuntur: & in uia Dedanim, quod īterpretatur iudicia. Quot enim habēt peccatorū genera, tot iudicioꝝ merētur ſententias. Poteſt autē Dedan & grāde iudiciū īterpretari. a ¶Occurrētes ſitienti &c.)

תֵּימָן Vos qui eſtis ī Theman, qđ interpretaī, auſter atque ꝑfectio: & in eo uerſamini loco de quo

Abac.3.d ſcriptum eſt: Deus ab auſtro ueniet:

F & qui cōſummati eſtis atque perfecti: & habetis in uobis lumē ſciētiæ ſcripturarū: fugiētibus de Arabia et de ſaltu, occurrite cū aqua & panibus: et nolite expectare donec ipſi ad uos ueniāt: ſed imitamini illū euāgelicæ parabolæ patrē, qui occurrit filio reuertēti.

Luc.15.d Et ille qdē dedit ſtolā, obtulit annulū: uos aūt aquas & panes offerte fugiētibus: ut qui laſſi erāt atque cōfecti, ueſtra miſericordia ſuſtētent: & ad ſedes ueſtras citius trāſeant. Fugerūt em̄ gladios hæreticorū, doctrinā gētiliū, blaſphemias Iudæoꝝ. Et quia multos uiderūt eorū iaculis interfectos: & cecidiſſe in prælio plurimos, ipſi cupiūt ueſtro auxilio liberari. Locus hic ꝓprie aduerſus eos intelligi pōt: qui tradentes ſe ocio atque deſidiæ, ꝓpria ſalute cōtēti ſunt: nec pœnitētibus atque cōuerſis porrigūt manū. b ¶Qm̄ hæc dicit dñs &c.) Ideo uobis dico ut occurratis cū aqua & panibus fugiētibus de ſaltu & Arabia: quia dñs hæc futura pollicitus eſt. Sicut annus mercenarij cito præterit, qui quotidie nihil aliud niſi mercedē ſui laboris expectat: uel certe ſemper in opere eſt ac labore, ut mercedē laboris accipiat: ſic omnis gloria

קֵדָר Cedar, qđ interpretaī tenebræ: de quo & ī pſalmis

Pſal.119.d legimus: Habitaui cū habitātibus Cedar, ueloci ter auferet: & oīs ſagittarioꝝ: id eſt, diuerſorū dogmatum numerus qui cōſtitutos in ſaltu Arabiæ uulnerabat, redigeī in nihili: poſtque fugiētes de ſaltu fuerint liberati: & aquā baptiſmi ſalutaris acceperint, comederintque cœleſtē panē. Hæc enim futura dñs omniū & proprie deus Iſraël, id eſt mente cernētiū

deum, locutus eſt. Cap. XXII. G

צִיּוֹן ONus uallis uiſiōis.) In libro Hebraicorū nominū poſuimus, Sion interꝑtari ſpeculā: quæ in ſublimibus ſita, de lōge uenictia cōtemplaī. Cū igiī Siō iuxta leges tropologiæ referaī ad eccleſiā: ut eſt illud ī ſcđo pſalmo ex ꝑſona dñi ſaluatoris. Ego aūt cōſtitutus ſū rex ab eo ſup Siō mōtē ſctm̄ eius. Et: Qui cōfidunt in dño ſicut mōs Sion. Et: Diligit dñs portas Siō ſup oīa tabernacl'a Iacob. Et manifeſtius Apl's: Acceſſiſtis, inqt, ad Sion mōtem & ciuitatē dei uiuētis Hierl'm cœleſtē. Quærim⁹ quare in ꝑſenti uiſione, uallis Siō dicaī. Ipſaque uerboꝝ cōſequentia trahimur ad intelligētiā ſpūalē: ut oēs puerſorū dogmatū pricipes qui corruerūt de ſublimitate ſenſus ſctārū ſcripturarū: & ad hūilia deuoluti ſunt, ſciamus ī Siō ualle uerſari. Tale qd puto & Salomonē ī ꝓuerbijs dicere: Oculū qui irridet patrē & deſpicit ſenectutē matris, effodiāt eū corui de cōuallibus & comedāt illū pulli aqlarū: Statī em̄ ut ſēſus hæreticorū irriſerit creatorē patrē, & ſenectutē eccl'iæ mr̄is deſpexerit, effodiī à tetris & īmūdis uolucribus: quæ referunī ad cōtrarias fortitudīes: nec pñt iſtiuſmodi dicere: Leuaui ocl'os meos ī mōtes unde ueniat auxiliū mihi: ſed ī modū brutorū animātiū ad terrena deꝑſſi ſunt. d ¶Quidnā t. &c.) Hoc qđ iuxta Lxx. interꝑtes in Regū uolumīe q̄riī, quid ſibi uelit dicēte Heliſeo: Vbi eſt deus Heliæ? אֵפוֹא in ꝑſenti loco manifeſtius poniī ꝓ eo qđ Lxx. trāſtulerūt ὅτι νῦν, id eſt nūc, ī Hebręo habet אֵפוֹא qđ nos interꝑtati ſumus, nūc quoque: & Aqla uolēs Hebraicū ſeruare idioma, poſuit καίπερτοι, quā cōiūctionē latinus ſermo nō explicat. Qñ aūt dicit: qdnā tibi quoque eſt? interrogat cur īter alios & ipſa cōſcēdat: atque opiniōe ſublimiū in hūilibus cōmoreī. Et eſt ſenſus: cū philoſophi tumeāt: & oīs ſapīa ſecularis, de ſublimibus diſputās, ſimplicitatē cōtēnat eccl'iæ: cur tu quoque excelſa ſectaris? quæ Lxx. σημαωλικότερομ, δώματα μάταια, id eſt tecta uana interꝑtati ſunt: ut oſtēderet eſſe & aliud tectū, de quo ſaluator deſcēdere ꝓhibet, qđ tñ nō ſit tectū uanū. Denique & Apl'us Petrus: hora oratiōis ſexta aſcēdit in tectū. Nūc autē ut oſtēderet multā hæreſeon uarietatē: non unū tectū, ſed tecta plurima nominauit. e ¶Clamoris &c.) Doctrina hæreticorū non

Pſal.86.a Heb.12.f

*Græce ſic: πόλις νεκρῶν βοώντων.

H

Prouer.30.c Pſal.12.a 4.Reg.2.c Matt.24.b



A nō in ſenſu, ſed in multiloquio & clamore uerſatur. Vnde ob multitudinem deceptorū, frequēs ciuitas appellaī: & exultās, ꝓpter ſupbiā. Inflati em̄ tumēt: & ſacratiora ſe inueniſſe gloriātur. a ¶Interfecti &c.) Maxima pars abſque ullo certamine & diſceptatiōe, hæreticorum deceptiōibus ſupplantaī: & hæc eſt turba quæ plurima. Interfecti igiī ſiue ut Lxx. tranſtulerūt uulnerati uallis Sion: nō ſunt interfecti & uulnerati gladio, ſed uolūtate ꝓpria ad hæreticos trāſierunt: & cōparatiōe eorū qui poſt prælīū uicti ſunt, infelicius ille uulneratus & īterfectus eſt, qui ſponte ſe tradidit: Quomodo & in martyrio qui poſt pœnas

a HEB. tans. Intērfecti tui non interfecti gladio; nec mortui in bello.

SEP. Vulnerati tui nō uulnerati gladio: nec mortui tui mortui in bello.

b C^b^ūncti principes tui fugerunt ſimul: dureque ligati ſunt.

c HEB. Oēs q^c^ui inuēti ſunt in te, uincti ſunt pariter, ꝓcul fu
d gerūt. Proptērea dixi: Receedite à me, amare flebo: nolite incumbere ut cōſolemini me ſuper uaſtitate filiæ ppl'i mei. Dies enim interfectiōis & cōculcationis: & fletuum à domino deo exercituū in ualle uiſionis, ſcrutans murum

SEP. Et fortes in te lōge fugerunt. Proterea dixi: Dimittite me, amare flebo: nolite contendere, ut cōſolemini me ſuper cōtritiōe filiæ generis mei: quia dies tumultus & ꝑditiōis & cōculcatiōis & error à dño deo ſabaoth in ualle Sion: errāt à minimo

uictus manus dedit: leuioris pœnæ eſt eo qui abſque ulla neceſſitate & dolore cruciatuū Chriſtū negauit. b ¶Cūcti princip. &c.) In hoc loco Lxx. īterpretationē ſecuti ſumus: quia nō multū ab Hebraico diſtat in ſenſu. Cæterū ut uerbū ex uerbo de He-

B bræo transferā: ita apud eos legiī: Oēs primates tui migrauerūt ſimul, ab arcu ligati ſunt: quā æditionē & alij interpretes ſecuti ſunt. Migrauerunt em̄ oēs hæreticorū principes ad ſynagogā ſatanæ à Chriſti eccleſia: & trāſierunt ſimul diſcordes in perfidia, in trāſitu cōcordes: & ligati ſūt ab arcu: de quo in pſalmo ſcriptū eſt: Ecce peccatores intēderūt arcū: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra: ut ſagittēt in obſcu-

Pſal.10.a ro rectos corde & mittāt ignita diaboli iacula quæ uulnerēt pariter & ligent. Ideoque dure ligati ſunt qa obturauerūt aures ſuas ſicut aſpides ſurdæ: & obturantes aures, quæ nō exaudient uoces incantantiū: nec uenefici incantātis ſapiēter. Ob quā cauſam & Apl'us Paulus hæreticū poſt unā cōmonitionem,

Tim.3.c peruerſitati ſuæ præcipit relinquēdū: quia peruer-

1.Ioan.2.e ſus eſt, & ꝓprio iudicio cōdemnatus. Ex nobis em̄ exierūt, ſed nō erāt ex nobis: ſi em̄ ex nobis fuiſſēt, māſiſſent utique nobiſcū. Horū principū fugitiuorū ille princeps eſt: quē idē Eſaias uocat draconē fugiētem, colubrū tortuoſum: qui cū uerba mortifera in aures miſerit deceptorū, dure eos ligat: & de uinculis ſuis exire nō patiī: de qbus ſanctus erutus gratu-

Pſal.123.a latur in pſalmo: Anima mea ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenātiū. Et in alio loco gaudēs qđ euaſe-

Ibid.90.a rit loquitur: Suſceptor meus es tu & refugiū meū: deus meus ſperabo in eū. Qm̄ ipſe eruit me de laq̄o uenātiū: & à uerbo aſpero, ſiue turbulēto: quod ꝓprie hæreticorū doctrinā ſignificat. c ¶Oēs qui inuenti ſunt &c.) Adhuc ſermo ꝓphetæ contra uallē

Sion: cuius habitatores aſcēderunt in tecta uana: & clamauerūt clamore cōfuſo: & uulnerati ſunt abſque prælio cuius principes oēs fugerunt, & dure ligati ſunt: & qui fortes inter eos erāt, longius aufugerunt. Quāto em̄ qs in hæretica ꝑuerſitate prudētior eſt, tāto lōgius recedit à dño. Quod autē dicit iuxta Hebraicū: Oēs qui inuēti ſunt ī te, hoc notare debemus: qđ & hæretici eos quos deceperint īueniſſe ſe dicāt: ſed inuētio eorū ꝑditio eſt. Denique pariter colligūtur, & ꝓcul fugiūt. Nec mihi placet illa expoſitio ſecundū diuerſitatē hæreſeon diuerſa eſſe & ſpacia fugiētiū: cū ſcriptura ſāncta dicat: Oēs qui ab hæreticis ſūt repti, pariter colligatos & fugiſſe lōgiſſime, dicente dño: Qui nō eſt mecū, cōtra me eſt: & qui mecū nō colligit,

Exod.24.d ſpargit. Vnde de Moyſe dicitur: Appropinquabat Moyſes ſolus ad deū: cæteri uero nō appropinqua-

D bāt. Deus em̄ ſctīs ſuis, deus approp̄iquās eſt: & nō

1.Reg.15.g de lōge dicit dñs. d ¶Propterea dixi: Reced. &c.)

Luc.19.f Et Samuel plāgebat Saul & dñs atque ſaluator flebat

2.Cor.12.g Hieruſalē: & Apl'us ſcribit ad Corīn. Ne cū rurſus uenero ad uos humiliet me deus & lugeā multos qui ante peccauerūt, & nō egerūt pœnitētiā. Vnde cō-

Ibid.11.g patiētis affectu & ad alios loquiī: Quis infirmaī, & ego nō infirmor? Quis ſcādalizaī, & ego nō uror? Igiī & ꝓpheta uidēs populū quondā uiſionis uana tecta conſcendere, & in clamore uerſari: cunctoſque principes eius fugiſſe, & ligatos eſſe uinculis peccatoꝝ: erūpit in lachrymas, & abigit cōſolātes: & fletu amariſſimo ſe flere teſtaī: nō ſup filios, ſed ſup filias populi ſui: quæ uirilitatis perdidit dignitatē. Dies em̄ iudicij & interfectionis & cōculcatiōis: nequaquam erit Hierl'm, quæ interpretaī uiſio pacis: ſed antiq

יְרוּשָׁלַם noīs Iebus, quæ īterpretaī cōculcatio: fletuū quoque

יְבוּס ſiue erroris, ut Lxx. trāſtulerunt à dño ſabaoth, nō quo fletus & error à dño ſit: ſed per occaſionē ſanctarum ſcripturarū quas dñs legēdas dedit, illis na-

Eſa.63.d ſcitur erroris occaſio, qui poſſunt dicere: Quare nos

Ibid.29.c errare feciſti à uia tua? Et ī alio loco: Dñs eis miſcuit ſpm̄ erroris: ut nō in uiſiōis mōte: ſed in Sion ualle cōſiſterēt. Hæc aūt ipa dies quæ à dño exercituū in ualle oriī uiſiōis: ut ſingl'oꝝ opa demōſtret: ſcrutaī murū hæreticorū quē aduerſū eccleſiā quaſi firmiſſimū ꝓpugnaculū cōſtruxerūt: & magnificū glorioſumque, i. doctores eorū: qui ſe ſup Chriſto mōte cōſiſtere glorianī. De quo alibi legimus: Venite aſcēdamus in mōtē dñi: & in domū dei Iacob: & annūciabit no

C

A menſem efficiat; & לְבָנָה, id eſt, alba uel candida. In præſenti igit loco ꝓ לְבָנָה, id eſt, luna; Septuaginta interpretati ſunt laterem, qui Hebraice appellatur לְבֵנָה, uerbi ambiguitate decepti. Rurſum ꝓ חַמָּה, id eſt, calore, per quē intelligit ſol: poſuerunt murū, qui Hebraice dicitur חוֹמָה. Eſt aūt hic ſenſus totius capituli: Feneſtræ cœli apertæ ſūt, ut proſpiciente domino terrena peccata, oīs figura terrenorum operum præteriret & corrueret; & nequaq; ultra in priſtinum ſtatum reſurgeret. In die illa, hoc eſt, in die iudicij, uiſitabit dñs ſuper militiam, ſiue ſuꝑ ornatum cœli in excelſis; ut nō ſolum terrena, ſed & cœleſtia iudicet. Quis ſit aūt ornatus cœli, ſiue militia, Moyſe ſcribente diſca- B Deut.4.c mus. Caue ne ſuſpiciens cœlū & uidēs ſolem & lunā, ſtellas & omnē ornatum cœli, decipiaris, & adores ea. Viſitabit aūt dominus ſecundū idioma ſcripturarum quaſi ægrotātem militiam & exercitum cœli; & ferro & cauterijs indigentem: ſe- Pſal.88.c cundum illud: Viſitabo in uirga peccata eorū; & in flagellis iniquitates eorum. Nam & in ſequentibus Infra.34.d legimus: Inebriatus eſt gladius meus in cœlo. Et in Iob.25.b Ibid.4.d Iob: Aſtra non ſunt munda in conſpectu eius. Et: Aduerſum angelos ſuos peruerſum quid reperit. Viſitabit quoq; ſuper reges & principes terræ, rectores tenebrarū iſtarum, & ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. De quibus principibus diuerſis prouin- Daniel.8. cijs præſidentibus & in Daniele ſcriptū eſt: Exijt in occurſum mihi princeps regni Perſarū, & princeps regni Medorū, & princeps regni Græcorum. Hos igitur principes qui ſuū nō ſeruauerūt gradū, congregabit dñs in die iudicij, quaſi in uno faſce pariter colligatos, & mittet in lacum inferni; ut in illis Pſal.7.d quoq; impleat quod de impijs ſcriptū eſt: Lacū aperuit & effodit eū; & incidit in foueā quā fecit. Et in- Matt.25.d cludentur in carcere. Iuxta illud quod ait dñs: Ite in ignem æternū, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Quod aūt ſequitur: Et poſt multos dies uiſitabūtur. Videtur applaudere amicis meis, qui diabolo & dæmonibus dant pœnitētiam; quod multa poſt tempora à domino uiſitentur. Sed cōſiderent quod nō dixerit aperte ſcriptura diuina: Viſitabun- C tur à dño, uel uiſitabuntur ab angelis; ſed abſolute, uiſitabūtur. Ex qua ambiguitate uerbi & remediū poteſt intelligi & correptio; quod poſtq; iuſti præmia receperint, illi in pœnis perpetuis uiſitētur. Eſt tamē ſciēdū, quod iudiciū dei humana non poſſit ſcire fragilitas; nec de pœnarū magnitudine atq; menſura ferre ſentētiā, quæ dñi arbitrio derelicta eſt. Tūc erubeſcet luna, & cōfundet ſol; iuxta illud qđ Apoſtolus ait: Etem̄ creatura ipa Rom.8.d cōgemiſcit & parturit, cernēs homines qui ſuo fruebā tur lumine, nihil dignum dei bonitate feciſſe; qui ſolem ſuū oriri facit ſuꝑ iuſtos & iniuſtos. Quomō ſi diſpen- Matth.5.g ſator & uillicus ue- D niēte dño cernat familiā uarijs ſubijci cruciatibus; & nequaq; ſua impleſſe præcepta. De hoc eodē loco plenius ſaluator in euangelio docet: Sol obſcurabitur, & lu- Ibid.24.c na non dabit lumen ſuum; & ſtellæ cadent de cœlo; & uirtutes cœlorum mouebuntur, quando apparuerit ſignum filij hominis in cœlo; & planxerint ſe omnes tribus terræ; & uiderint filium hominis uenietem cum nubibus cœli, in uirtute & gloria multa. Didicimus ſubuerſionem terræ, uiſitationem militiæ cœli, congregationem regum & principum in unum faſcem; & detruſionem in lacum; & cuſtodiā carceris & clauſorum poſt longum tempus uiſitationem, ruborem lunæ & confuſionem ſolis. Poſt hæc omnia regnabit dominus exercituum in mōte Sion & in Hieruſalem cœleſti; de qua & in epiſtola Heb.12.e ſcribitur ad Hebræos: Et in conſpectu ſenum ſuorum gloriabitur. Qualis ſenex fuit Abraham, qui Gene.25.d mortuus eſt in ſenectute bona & appoſitus eſt ad patres ſuos. Quales iubetur & Moyſes presbyteros eligere, quos ſcit eſſe presbyteros; qui imitātur uetuſtum dierum; cuius cæſaries deſcribitur candida, ut ætatis longitudo monſtretur. Cani enim hominis ſapientia eius. Poteſt hoc & de eccleſiaſtico gradu intelligi; ſi tamen non deſtruant operibus dignitatem. Cap. XXV.

Domine deus meus es tu, exaltabo te &c.) Duplex huius loci expoſitio eſt. Iudæi putāt uo-

E cem ſanctorum eſſe populiq́ꝫ credentis: cū deus ad-
uerſum omnē orbē quæ ſupra dicta ſunt fecerit: &
omnium ꝓphetarū fuerint cōpleta uaticinia: ciuita
temq́ꝫ ſubuerſam Romā interpretātur, quæ delēda
ſit penitus: populumq́ꝫ fortē qui laudet dn̄m, & cui
factus ſit dn̄s forti
tudo in tribulatio-
ne ſua & anguſtia,
referunt ad Iſraël:
qui de perſecutiōe
gētiū quaſi in æſtu
ardētiſſimo & in ſi
ti liberatus ſit. Alij
uero & melius &
rectius ex perſona
ꝓphetæ dici intelli
gunt: pro paſſione
dn̄i ſaluatoris gra-
tias patri referētis:
quod fecerit mira-
bilia, & cogitatiōes
antiquas ueritate
cōpleuerit, quādo
ſtātes ad dexteram
audiēt: Venite be-
Matt. 25. c nedicti patris mei,
F poſſidete præpara
tum uobis regnū
à cōſtitutione mū-
di. Quod & Pau-
lus intelligens lo-
Ephe. 1. a quebat̄: Sicut ele-
git nos in ipſo an-
te cōſtitutionē mū
di eſſe nos ſanctos
& īmaculatos: deſi
derāſq́ꝫ fieri quod
ꝓphetat, adiungit
uerbū Hebraicum
אָמֵן: pro quo Lxx. tranſtulerunt γένοιτο, id eſt fiat.
Ioan. 6. f Et dn̄s in euangelio ſæpe hoc uerbo utitur: Amen,
amen: id eſt, uere uere dico uobis. Quare aūt laudet
& cōfiteatur nomini dn̄i: & quæ ſint iſta mirabilia:
& cogitationes antiquæ quas ueras opere demon-
ſtrauit: ſequitur: quia poſuiſti ciuitatē in tumulum:
urbem fortē in ruinā: domū alienorū ut nō ſit ciui-
tas: & in æternū nō ædificet̄. Ciuitas quondā fortis
Hieruſalē intelligit̄: quæ facta eſt domus alienorū:
Pſal. 17. g de quibus ſaluator dicit in pſalmo: Filij alieni mētiti
ſunt mihi: filij alieni inueterauerūt & claudicauerūt
in ſemitis ſuis. Hæc ciuitas cum deſtructa fuerit, in
æternū nō ædificabitur: ut mille annorum regnum
& aureæ Hieruſalē atq́ꝫ gēmatę ſomnia cōquieſcāt.
Deſtructa autē Hieruſalē ꝓ impietate ſua: laudabit
dn̄m populus fortis. Quis ſit aūt populus fortis, ſe-
quens uerſus oſtēdit: Ciuitas gentiū robuſtarū ti-
mebit te. Illis blaſphemātibus, gentiū populus te ti-
Prouer. 9. c mebit. Principium eñ ſapientiæ timor dn̄i. Lauda-
bitq́ꝫ te populus fortis, & ciuitas gentium robuſta-

HEB. ne ſua: ſpes à turbi-
ne umbraculū ab æſtu, ſpi
ritus eñ robuſtorū quaſi
turbo impellēs parietem.
Sicut æſtus in ſiti, tumul-
tum alienorū humiliabis:
& quaſi calore ſub nube
torrente: propaginem for-
tium marceſcere facies. Et
a faciēt dn̄s exercituū omni
bus populis in mōte hoc
cōuiuium pinguiū, conui-
uium uindemiæ; pinguiū
medullatorum, uindemiæ
defecatæ. Et præcipitabit
in monte iſto faciē uinculi
colligati ſuper oēs popu
los: & telā quā orditus eſt
ſuper oēs natiōes. Et p̄cipi
tabit mortē ī ſempiternū:
& auferet dn̄s deus lachry
mam ab omni facie: & op
propriū populi ſui aufe-
ret de uniuerſa terra: quia
dominus loquutus eſt.

SEP. humili auxiliator: &
triſtibus ꝓpter inopiā ꝓte
ctio: ab hominibus peſſi-
mis liberabis eos: umbra-
culum ſitientiū, & ſpiritus
hominum iniquitatē ſuſti
nētiū quaſi homines puſil
lanimes ſitiētes in Sion ab
hominibus impijs quibus
nos tradidiſti. Et faciet do-
minus ſabaoth omnibus
gentibus ſuper montem
iſtum: bibent læticiam, bi-
bent uinum. Vngētur un-
guento in monte iſto. Tra
de omnia hæc gentibus:
conſilium enim hoc ſuper
omnes gentes: deuorauit
mors præualens. Et rur-
ſum: Abſtulit dominus
deus omnem lachrymam
ab omni facie: & oppro-
brium populi ſui abſtulit
ab omni terra. Os enim
domini locutum eſt.
Et di

rum timebit te: hoc eſt, eccleſia de gētibus cōgrega- G
ta: Quia factus es fortitudo pauperi Chriſto tuo:
de quo & in pſalmis legimus: Beatus qui intelligit Pſal. 40. a
ſuper egenū & pauperē. Et in Zacharia ſecundum Zach. 9. c
Hebraicam ueritatem: Pauper hoc eſt אֶבְיוֹן ſuper
pullū aſinæ ſedere
deſcribitur. Forti-
tudo egeno, in tri-
bulatione paſſiōis
ſuæ ſpes à turbine
patibuli, & umbra
culū ab æſtu, quā-
do locutus eſt: Pa- Pſal. 30. b
ter, in manus tuas
cōmēdo ſpiritum
meū. Quomō eñ
ſi uentus impinga
tur parieti atq́ꝫ per
tranſeat; ſic turbo
blaſphemantiū Iu-
dæorū illi nocere
non potuit. Et ut
alia utar ſimilitudi
ne: Sicut propago
grauiſſimo torre-
tur æſtu atq́ꝫ flacce
ſcit: ita tumultū & H
clamorē alienorū:
hoc eſt, q̄ à te alieni
facti ſunt marceſce
re facies & perire.
Iuxta Lxx. interp̄-
tes nō dico ſenſum
ſed uerborū ordi-
nem & cōſequen-
tiam ī hoc loco re-
perire non potui.
Et ꝓ eo loco, ubi
nos interpretati ſu
mus, ſicut æſtum in ſiti: pro quo in Hebręo ſcriptū
eſt בְּצִיּוֹן, quod apud eos inuiū uel ſitis dicit̄: quare
illi pro inuio & in ſiti uerterint, in Sion: error per-
ſpicuus eſt, ob ſimilitudinē uerbi צָיוֹן צִיּוֹן, quod
eiſdem ſignatur elementis. a ¶ Et faciet dominus
exercituū &c. Et præcipitabit in monte iſto faciem
uinculi colligati ſuper oēs populos &c.) Pro eo qđ
nos uertimus, faciem uinculi colligati ſuper omnes
populos, Aquila interpretatus eſt, faciem tenebra-
rum ſuper omnes populos. Cumq́ꝫ Aquila bis te-
nebras dixerit, Theodotio ſemel tenebras nomina-
uit. Cætera ſimiliter. Pro quo Symmachus tranſtu
lit, faciē dominatoris qui dominatur ſuper omnes
populos. Quid autē uoluerint pro hoc loco Septu-
aginta dicere: Trade omnia hæc gentibus: legenti
perſpicuum eſt, quod non ſcripturæ uerba, ſed ſuū
ſenſum poſuerint: eo quod omnia myſteria legis &
templi transferenda ſint ad eccleſias nationum.
Poſt paſſionem ergo domini quando eum à ſiti &
æſtu ac turbine liberauerit: faciet dn̄s nequaq́ꝫ po-
pulo



A pulo Iudæorū, ſed omnibus gentibus in mōte Sion
pingue cōuiuium: holocauſta medullata, & uinum
uindemiæ defecatæ: ut p̄cipitet & abſorberi faciat
faciē mortis & uinculi: quo omnes populi ligaban-
tur, diſrūpetq́ꝫ rete mortis: & telā quæ oēs ceperat
nationes. Et iuxta
1. Cor. 15. g Apoſtolū abſorbe
bitur mors in per-
petuū. Et auferet
dn̄s lachrymam ab
omni facie, quādo
morte ſupata Chri
ſti aduenerit re-
gnū: & opprobriū
generis hūani qđ
ad imaginē cōditū
fuerat creatoris,
diaboli & mortis
effugerit ſeruitu-
tē. Nec mirū ſi iu-
xta Symmachum
domīa appelletur
mors, cum beatus
Aplus dixerit: Re
Roma. 5. c gnauit mors ab Adam uſq́ꝫ ad Moyſen; etiā ſuper
eos qui nō peccauerunt, in ſimilitudinē præuarica-
tionis Adam. Dominatorē omniū populorꝫ: ſiue fa
ciem tenebrarū ſuper oēs populos: & telā quæ ordi
ta ſit ſuper omnes gētes. Quidā antichriſtū intelligi
B uolunt, qui in mōte oliueti cōſumēdus ſit: quod &
in Danielis ultima diximus uiſiōe. Iuxta Lxx. omi-
bus gentibus in mōte Sion cōuiuium læticiæ præ-
paratur: in quo bibēt uinū, quod ſe dn̄s cum ſanctis
ſuis in regno patris ſui bibiturū eſſe ꝓmiſit: & un-
gentur unguēto, ut renati in Chriſto efficiātur po-
pulus nouus: unde dicitur: Trade omnia hæc gen-
tibus quæ quondam Iſraël in typo & imagine cele-
brabat. Hoc eñ cōſilium dn̄i eſt: ut cuncta transfe-
1. Cor. 15. g rātur ad gētes; quia mors abſorpta eſt, & lachryma
omnis abſterſa: & opprobriū uniuerſæ terræ, Chri
ſti imperio ſuccedēte deletum eſt. a ¶ Et dicent in
die illa: Ecce deus &c.) Abſorpta morte in perpe-
tuum, populus dei qui de manu mortis fuerit libe-
ratus, dicet ad dn̄m: Ecce deus noſter iſte, quē incre
duli hominem tātum putabāt: & expectauimus eū,
hoc eſt, uerbis eius credidimus, quia ſua ꝓmiſſa cō-
pleuit & ſaluabit nos. Propterea eius auxilio de fau
cibus mortis erepti; exultabimus & lætabimur in
eo: & manus atq́ꝫ eius potētia requieſcet in monte
iſto. De quo ſupra legimus: Cū regnauerit dn̄s ex-
ercituū in mōte Sion & in Hieruſalē: & in cōſpectu
מוֹאָב ſenū ſuorū fuerit glorificatus. Moab autē, quod in-
trepretatur de patre, ita cōteretur, ut ſolēt plauſtro
paleæ cōteri. Hoc iuxta ritū loquitur Palæſtinæ, &
multarū Orientis ꝓuinciarū: quæ ob pratorū & fœ
ni penuriā, paleas præparāt eſui animantiū. Sūt aūt
carpenta ferrata, rotis per mediū in ſerrarū modum
ſe uoluētibus: quæ ſtipulā cōterūt, & cōminuunt in
paleas. Quomodo igitur plauſtris ferratis paleæ cō

a Et dicēnt in die illa: Ecce deus noſter iſte: expectauimus
eum, & ſaluabit nos: iſte dn̄s, ſuſtinuimus eum: exultabi
mus & lætabimur in ſalutari eius. Quia requieſcet ma-
nus dn̄i in mōte iſto: & triturabitur Moab ſub eo: ſicut
teruntur paleæ in plauſtro. Et extendet manus ſuas ſub
eo, ſicut extendit natans ad natandum: & humiliabitur
gloria eius cum alliſione manuum eius. Et munimenta
ſublimiū murorum tuorū concident: & humiliabūtur
& detrahentur in terrā uſq́ꝫ ad puluerē. Cap. XXVI.

b IN die illa cantabitur cā-
ticum iſtud in terra Iu-
da. Vrbs fortitudinis no-
ſtræ; ſaluator ponetur in
murum

IN die illa cantabūt cāti-
cū iſtud ſuper terram Iu
dæā: Ecce ciuitas fortis: &
ſalutare noſtrum ponet

terūtur, ſic cōteretur Moab ſub eo: ſiue ſub dei po- C
tentia, ſiue in ſemetipſo, ut nihil in eo integri rema-
neat. Et ſicut ſolet qui natat totū corpus extēdere,
ita ille de ſua potētia allidetur in terrā, & ruēs ſoni-
tum faciet. Omnia quoq́ꝫ munimēta ſublimiū uiro-
rum illius ſiue mu
rorum, ut in He-
braico cōtinet̄, cō-
cident & humilia-
būtur: & detrahen
tur in terrā uſq́ꝫ ad
puluerē cōminu-
ta. Igitur ſermo ꝓ-
pheticus licet de
cōſummatiōe mū-
di generalr̄ texat
uaticiniū; tamē ne
pręſentia omnino
uideatur neglige-
re, nomīat Moab,
qui fuit inimicus
Iſraël: intantum ut
faceret eos fornica
ri cū Madianitis: בַּעַל
& cōſecrari idolo Beelphegor, qui interpretat̄ Pria פְּעוֹר
pus: cōtra quē & Hieremias loquit̄; Egredicē cha- Hiere. 48. b
mos in captiuitatem, ſacerdotes illius & principes
eius ſimul. Et iterū: Cōfundetur Moab in chamos,
ſicut cōfuſa eſt domus Iſraël in Bethel: et reliqua his
ſimilia: atq́ꝫ ex uno idolo & dæmone, qui huic ido- D
lo præſidebat, omnes indicat contrarias fortitudi-
nes humiliandas, & deducendas in tartarū, & inſtar
pulueris conterendas. Si aūt hoc ita erit, ubi eſt dia-
boli pœnitentia? Cap. XXVI.

IN die illa cātabitur &c.) Cum humiliatus fuerit
Moab, & detractus ad terrā uſq́ꝫ ad puluerem: &
oēs inimici ſubſtrati Chriſti pedibus: tūc cātabitur
cāticū iſtud in terra Iuda ſiue Iudæa, qđ interpretat̄
utrūq́ꝫ confeſſio: ut quomō Sion & Hieruſalē urbē
cœleſtē ītelleximus, ita & regionē huius urbis intel
ligamus. Deniq́ꝫ ſancti in terra aliena carmē Iudææ
cātare nolētes, dicūt: Quō cantabimus canticū dn̄o Pſal. 136. b
in terra aliena? Ego puto hoc eſſe canticū, de quo & Ibid. 95. a
in alio loco ſanctis p̄cipit̄: Cātate dn̄o cāticū nouū.
Erit autē canticū hoc qđ ſequit̄: Vrbs fortitudinis
noſtræ ſaluator. Quæ eſt iſta urbs? Quæ in monte Matth. 5. b
ſita latere nō poteſt. De qua & in alio loco ſcriptum Pſal. 45. a
eſt: Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei. Et rur- Ibid. 86. a
ſum: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Huius ur
bis ille cōditor eſt, de quo loquit̄ pater: Iſte ædifica-
uit ciuitatē meā, imò urbs fortitudinis noſtræ ſalua
tor eſt, id eſt, Ieſus. Et ponet̄ in ea murus & antemu
rale. Murus bonorū operū, & antemurale rectæ fi-
dei: ut duplici ſepta ſit munimēto. Nō enim ſufficit
murum habere fidei, niſi ipſa fides bonis operibus
cōfirmetur. Hic murus & hoc antemurale ſiue cir-
cūmurale, de uiuis lapidibus extruitur: qui iuxta ꝓ-
phetā uoluūtur ſuper terrā. Pro eo quod nos uerti-
mus, antemurale, Symmachus, firmamētum inter-
pretatus

HEB. ea murus & antemurale. a Apĕrite portas & ingrediatur gens iuſta: cuſtodiens ueritatem. Vetus error abijt: ſeruabis pacē pacem: quia in te ſperauimus. Sperastis in domino in ſeculis æternis. b In dŏmino deo forti in ꝑpetuum: quia incuruabit habitantes in excelſo: ciuitatem ſublimem humiliabit: humiliabit eam uſque ad terram: detrahet eam uſq; ad puluerem. Cōculcabit eam pes: pedes pauperis, greſſus egenorum.

SEP. murū & circummurale. Aperite portas, ingrediatur populus cuſtodiens iuſticiam, & cuſtodiens ueritatem: apprehendens ueritatem, & cuſtodiens pacem pacem: quoniam in te ſperauerunt domine uſq; in ſempiternū. Deus magne æterne, qui humiliaſti & deſtruxiſti eos qui habitant in excelſis: ciuitates robuſtas destrues: & deduces uſq; ad pauimentum: & conculcabunt eas pedes manſuetorum & humilium. Via

E pretatus eſt: ut ipſi muri munitionibus cincti ſint: & uallo foſſāq; & alijs muris, quos in ædificatione caſtrorū ſolēt loriculas dicere. a ¶ Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta &c.) Omne hoc canticum qd' in terra cōfeſſionis & laudis ſcti cantaturi ſunt: mutat repēte perſonas: & quaſi per interrogationē & reſponſionē texit. Dixerat ppl's dei: urbs fortitudinis nr̄æ ſaluator, ponetur in ea murus & antemurale. Reſpōdit dn̄s, imò ꝓcepit nō eis q hoc dixerāt: ſed angelis q portis urbis dn̄icæ præſidebāt: ut aperiant portas & ingrediatur per eas gens iuſta: cuſtodiēs ueritatem: ſiue ut in Hebraico dicit אֱמוּנִים qd' noſtra lingua uertitur, fides, plurali numero, non ſingulari. Quæ ſūt

F portæ quæ aperiūtur ab angelis: ut ingrediatur nō populus Iudæorū, qui abiectus eſt: ſed gens iuſta, q̃ ex fide fidelium nomē accepit: utiq; illæ de quibus
Pſal. 117. ſanctus loquit: Aperite mihi portas iuſticiæ: ingreſſus in eas cōfitebor dn̄o. Has aūt portas nullus poterit ingredi: niſi qui de portis mortis fuerit libera-
Ibid. 9. c tus: & cū pſalmiſta dixerit: Qui exaltas me de portis mortis: ut annūciem oēs laudatiōes tuas in portis filiæ Sion. Cū eñ de portis mortis fuerimus erepti: tunc in portis filiæ Sion oēs laudatiōes dn̄i cantare poterimus. Et quomō portas mortis reor eſſe
Matth. 16. c peccata: de qbus ad Petrū dicitur: Portæ inferni nō præualebūt aduerſum te: Sic portas iuſticiæ, omnia opera uirtutū: quas qui fuerit ingreſſus, unā inueniet portā: de qua dicitur: Hæc porta dn̄i, iuſti intrabunt in eā. Et quomodo per plures margaritas ad unū pergitur margaritū: ſic per multas uias & portas peruenimus ad eū qui dicit eſſe ſe uiā & portā, ꝑ quā ingredimur ad patrē. Poſt ſermonē dei: reſpōdit populus Hebraice יֵצֶר סָמוּךְ, quod Aqla & Symmachus ſimiliter tranſtulerunt, τὸ πλάσμα ἡμῶν ἐπηρεισμένον, hoc eſt, error noſter ablatus eſt: ſiue cogitatio noſtra firmata eſt, quæ prius inter te & idola fluctuabat: ut nequaq; circūferamur omni uento doctrinæ: ſed in te dn̄m ſaluatorē tota mēte credamus: Pro quo nos ut ſenſus manifeſtior fieret tranſtulimus, uetus error abijt. Et quia cogitatio noſtra firmata eſt, ꝓpterea ſeruabis nobis pacē, quā Apo-
Ioan. 14. d ſtolis pollicitus es, dicēs: Pacē meā do uobis: pacem meā relinquo uobis: & nō ſolū ſemel, ſed ſecūdo: ut

G ſecura ſit retributio quæ duplici ſermone ꝓmittit.
Philip. 4. d Iuxta qd' & Apoſtolus loquebat: Gaudete: iterū dico gaudete. Hoc aūt ille cōſequit, de quo in Leuitico dicitur: Homo, homo, filiorū Iſraël. Et in numerorū libro: Vir, uir, cuius uox cubile macularit: ut duplex homo & duplex uir, pacem duplicē cōſequāt, meremur autē inquiunt pacē: qa in te tota mēte cōfidimus. Poſt populi uerba & reſpōſionē dn̄i, & rurſum uocē ppl'i, ꝓpheta loquitur ad credētes: Speraſtis uel ſperate in dn̄o, in ſeculis ſēpiternis: & cætera quæ ſequunt. Iuxta Lxx. ille ingreditur portas dn̄i qui cuſtodit iuſticiā ī bonis operibus, & ſeruat ſiue amplectit ueritatē in fidei ueri-
Ibid. b. tate: ut per bona opera & fidē per-
H ueniat ad pacē: quæ omnē ſenſum exuperat: & ipſā pacē mereatur accipere, quia credidit in deū q æternus bonorū operū retributor eſt. Vnde & in alio loco ſcribitur: Deſideraſti ſapientiā: ſerua mādata, & dn̄s tribuet tibi eā. b ¶ In dn̄o deo forti in perpetuū &c.) Et hæc ꝓpheta loquit: qui ab eo reſpōdit loco in quo ſupra dixerat: Sperate in dn̄o in ſeculis æternis: & iungit ei quod nunc ꝓpoſuimus: In dn̄o deo forti in perpetuū, & reliqua. Pro domino deo forti: ī Hebraico tria habet noīa, צוּר & יְהוָה & יָהּ: quod aliud inuiſibilem, aliud ineffabilem, aliud robuſtum ſonat: quorum primum in הַלְלוּ־יָהּ extrema ſyllaba ponitur. Et hoc diligēs lector obſeruet, quod interdum textum in propoſitione teſtimonij diuidamus: quoniā alium Lxx. æditio, & alium ex Hebræo ad uerbum expreſſa translatio efficit ſenſum. Dicit ergo ꝓpheta: Sperate in domino in ſeculis æternis: in domino deo forti in perpetuū: cuius auxilium ſempiternū eſt. Ipſe enim incuruabit habitantes in excelſo: Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: Qui patrē Abrahā ſe habere iactabāt: & in ſugillatione domini loquebantur: Nos de fornicatione nati nō ſumus. Ipſe ciuitatem ſublimem humiliabit: ut Iudæi putāt Romanam: ut nos rectius eſſe conuincimus, Hieruſalem: quæ occidit ꝓphetas, & lapidauit eos qui ad ſe miſſi erant: & ad extremū patrisfamilias interfecit filium: ut hærede iugulato periret hæreditas. Nec uocatur ciuitas, quę Hebraice dicitur עִיר, ſed קִרְיָה, quam Aquila πολίχνην interpretatus eſt: & quam nos, uel ciuitatulam, uel uiculum



a HEB. Sĕmita iuſti recta eſt: rectus callis iuſti ad ambulandum: & in ſemita iudiciorum tuorum domine ſuſtinuimus te: nomen tuum & memoriale tuum in deſiderio animæ: anima mea deſiderauit b te in nocte. Sĕd & ſpiritu meo in præcordijs meis, de mane uigilabo ad te. c Cŭm feceris iudicia tua in terra: iuſticiā diſcent habitatores orbis. Miſereamur impio, & non diſcet iuſticiam: in terra ſanctorum inique egit, & non ui-

SEP. Via iuſtorū recta: recta facta eſt uia iuſtorum, & præparata. Via eñ domini iudiciū: ſperauimus in nomine tuo: & in memoria qua deſiderat anima noſtra. De nocte conſurgit ſpiritus meus ad te deus: quia lux iudicia tua ſuper terram. Iuſticiam diſcite: qui habitatis ſuꝑ terrā. Ceſſauit enim impius, & non diſcet iuſticiam ſuper terram: ueritatem non faciet: auferatur impius ut non uideat gloriam domini. Domine excelſum eſt brachium

A culum, uel opidulū poſſumus dicere: & frequenter in ſcripturis hoc nomine appellatur Hieruſalem. Pulchreq; duplicem humilitatem poſuit: Humiliabit, humiliabit eam: primū ſub Babylonijs, quando templum deſtructū eſt: ſecundo ſub Tito & Veſpaſiano, cuius ruina uſq; in finē permanet. Cōculcabit eā pes: repetitq; & copulat pedes pauperis: haud dubium quin Chriſti. De quo & ſupra diximus: Factus eſt fortitudo paupi: fortitudo egeno in tribulatiōe ſua. Greſſus egenorū, Apoſtolorum ſcilicet, q imitantes domini paupertatem, etiā uirtutis eius priuilegium cōſequuti ſunt: qui nō recepti, excuſſerunt ſuper eam puluerem pedum ſuorū. Et quia ſaluatoris di-
B citur uerbis: Oīs qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur: nō ſolū hoc ad homines, ſed & ad cōtrarias quoq; fortitudines referre poſſumus. Iuxta Lxx. laudes deo ꝓpheta decantat: quod oēs ſuperbos humiliet, & uniuerſarū urbium munimenta uſq; ad ſolum diruat, & ſanctorū ea mitiumq; & humilium calcent pedes. a ¶ Semita iuſti recta &c.) Adhuc ꝓpheta de Chriſto loquitur, de quo ſupra dixerat: Conculcabit eam pes, pedes pauperis. Huius ergo iuſti ſemita recta eſt, ſiue ut uerbum nouū fingā rectitudines: quas Græci uocāt εὐθύτητας, & nos æquitates Latinius poſſumus appellare: dicūturq; Hebraice מֵישָׁרִים. In una igitur Chriſti ſemita oēs iuſticiæ reperiūtur: & ꝓpterea eam ſuo calcauit & triuit pede: ut quicunq; per eam uoluerit ambulare, curſu ambulet inoffenſo. In hac ſemita iudiciorum dn̄i, ſuſtinuerunt eum ſancti & ſperauerunt in eo: quia ſpes nō confundit. Et nomen illius & memo-
Pſal. 118. riale habuerunt in deſiderio animæ, dicentes: Concupiuit anima mea deſiderare iudicia tua in omni tempore. Et iterum: Deſiderat anima mea, & defecit in ſalutari tuo. Qui aūt nomen domini habet in deſiderio, aliud nō deſiderat. Et hoc notandum, qd' deſiderium domini nō in carne ſit, ſed in anima: iu-
Pſal. 41. xta illud quod in alio pſalmo legimus: Sitiuit ani-
Gal. 5. c ma mea ad deum, fortem, uiuum. Caro enim cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnē. Hæc enim ſibijnuicem aduerſantur: ne quæ uolumus, illa faciamus. Quodq; ſequit: In nocte: Iuxta Lxx. ſequenti capitulo iungitur, iuxta Hebraicum

C priori. Ille autem poteſt dicere: Anima mea deſiderauit te in nocte: qui cum Pſalmiſta loquitur cōfi-
Pſal. 6. b denter: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum: in lachrymis ſtratū meū rigabo. Poteſt nox & tenebræ, ꝑ tribulatione & anguſtijs accipi. Vnde & in alio pſalmo ſuper iuſti ſecuritate ꝓ-
Pſal. 120. pheta decātat: Per diē ſol non uret te, neq; luna ꝑ noctē: id eſt, nec in ꝓſperis nec in aduerſis unquā de tuo moueberis gradu. b ¶ Sed & ſpiritu meo in prę cordijs meis &c.) Volumus & Hebraicū ſequi, & uulgatam æditionem nō penitus præterire: & hac rerum neceſſitate cōpellimur, diuerſo ordine atq; ſermone diuerſas intelligētias quærere. Igitur qd' dicitur, de nocte: iu-
D xta Lxx. huius capituli (ut diximus) principium eſt: iuxta Hebraicū, finis ſuperioris: licet poſſit etiam iuxta Septuaginta in fine accipi ſuperioris teſtimonij: ut ſit ſenſus: Deſiderat anima mea ad te nocte: & poſtea incipiat: mane conſurgit ſpiritus meus ad te deus. Ideo autē mane conſurgit, quia lux præcepta tua ſuper terrā. Seruans enim mandata tua & illuminatus eorum
Pſal. 18. c lumine, de quibus dicitur: Præceptum domini lucidum illuminans oculos: dormire nequeo: ſed omni tempore te deſiderans, meo ad te conſurgo ſpiritu. Et hoc obſeruandum, quod in nocte adhuc poſiti, animo deſideremus dominum. Poſtquàm autem ſpiritus noſter in præcordijs noſtris tota ſe ad deū mente commouerit, mane uigilemus ad eum: atq; (ut manifeſtius dicam) animæ, nox & deſiderium: ſpiritui autem, mane iungitur & uigiliæ. Porrò ſpiritu in præcordijs ſuis euigilat ad deum qui poteſt dicere: De profundis clamaui ad te domine.
Pſal. 129. a c ¶ Cum feceris iudicia tua in terra, iuſticiā diſcēt habitatores orbis. Miſereamur impio, & nō diſcet iuſticiam: in terra ſanctorum &c.) Dicamus primū iuxta Hebraicum: & ſi ſenſum prophetæ ualuerimus exprimere, tunc ad Septuaginta interpretes tranſeamus. Quādiu nō exerces iudicia tua ſuper terram: & nec bonis bona, nec malis retribuis mala: iuſticia tua ò dn̄e deus ignoratur in terra. Cum autē iudicij die ꝓ qualitate operū unicuiq; reddideris qd' meretur, tūc iuſticia tua cognoſcetur in orbe terrarum, quę prius apud incredulos uidebatur iniuſta: ita ut unus ſanctorum quoq; diceret: Mei aūt penè moti

E moti ſunt pedes:penè effuſi ſunt greſſus mei;quo-
niam zelatus ſum ſuper iniquis pacem peccatorum
uidens. Ad quod reſpondit dominus:Miſereamur
impio:quod exceptis Lxx. omnes ſimiliter tranſtu
lerunt. Et eſt ſenſus:Magis impius miſericordiā cō
ſequatur: & diſcat
clemētiam meam,
ſum enim ipſe ſal-
uator. Rurſumq;
loquēti dño, ex pſ-
ſona humanæ im-
patientiæ ꝓpheta
reſpōdit:Et nō di-
ſcet iuſticiā. Eſtq;
ſenſus: Et quomō
poterit tuā noſſe
iuſticiam:ſi tātum
clemētiā fuerit ex-
pertus? Redditq;
cauſas quare eum
uelit dei iuſticiam
diſcere;quia in terra ſanctorum inique geſſit:& cō-
tra ſanctos tuos iugiter dimicauit; debet ſentire tor
menta. Rurſumq; dñs ſententiā temperans. Et non
uideat, inquit, ſiue nō uidebit gloriā domini. Eſtq;
ſenſus;ſufficit ei pro uniuerſa pœna, quod me cum
ſanctis meis non uidebit in mea maieſtate regnan-
tem. Quidam impium, hoc eſt, רָשָׁע diabolum in-
telligi uolunt;de quo in nono pſalmo ſcribitur:In-
F crepaſti gentes & perijt impius;nomen eorum de-
leſti in æternum & in ſeculum ſeculi. Inimici defece
runt frameæ in finem, & ciuitates eorū deſtruxiſti.
Nos autem generaliter impium, uel pro peccatore,
uel pro eo qui dei cultū nō habet accipiamus. Iuxta
Lxx. iubentur habitatores terræ iuſticiam diſcere.
Prouer. 21, d Omnis enim uir uidetur ſibi iuſtus. Deus autē cor-
da omniū nouit:qui reddet unicuiq; ſecundū ope-
ra ſua. Et in alio loco eiuſdem uoluminis dicit:Sūt
uiæ uiri, quæ uidētur rectæ;nouiſſima autē earum
reſpiciunt in profundum inferni. Vnde debemus
Eccl's. 7. c iuſticiam diſcere;nec cōfidere in ꝓprio iudicio. Eſt
enim iuſtus qui pereat in iuſticia ſua;nō quo iuſtus
1. Cor. 1. d ſit, ſed quo ſibi iuſtus eſſe uideatur. Sin autem Chri
ſtus factus eſt nobis à deo ſapientia, & iuſticia:ſan-
ctificatio, & redēptio, quibus præcipitur ut cogno-
ſcant iuſticiam;hoc iubetur ut Chriſtum diſcāt atq;
cognoſcāt. Propterea autem præcipio, ait, uobis ut
diſcatis iuſticiā;quia ablatus eſt impius, & regnum
illius deſtructum eſt;qui q̃diu regnabat in terra, iu
ſticiam ſcire non poterat, nec facere ueritatem. De
Ioan. 1. b qua alibi ſcribitur:quod gratia & ueritas per Ieſum
Chriſtum facta ſit. Et quia in terra ueritatem nō fa-
cit impius, auferetur. Nō enim meretur dominum
uidere regnantem. a ¶Domine, exaltetur manus
tua, & nō uideant &c.) Hoc quod ſupra dixerat:&
nō uidebit gloriam dñi, poteſt ſic intelligi:Poſtulas
ò ꝓpheta ut nō miſerear impio:ne ſi miſertus eius
fuero, incipiat neſcire iuſticiam, qui in terra ſancto-
rum inique geſſit;ego tibi reſpondeo;Ergo ne glo-

HEB. debit gloriā domi-
a ni. Domine, exaltetur ma
nus tua & nō uideant:ui-
deant & confundatur ze-
lus populi:& ignis hoſtes
b tuos deuoret. Domine,
dabis pacem nobis:oīa
enim opera noſtra opera-
c tus es nobis. Domine de-
us noſter, poſſederunt
nos domini abſq; te: tan-

SEP. brachium tuum, &
neſciebant;ſcientes autem
cōfundentur;zelus appre
hendet populum inerudi-
tum:& nunc ignis aduer-
ſarios comedet. Domine,
deus noſter pacem da no-
bis: omnia enim reddidi-
ſti nobis. Domine deus
noſter poſſide nos;domi-
ne extra te aliū neſcimus:
nomen

riā dñi non uidebit?ergo nō cernet triūphos meos, G
qui magis me debet uidere regnantē;ut ſciat quāto
bono careat?& hoc preſſius uoce interrogantis le-
gendum eſt. Ad quod propheta reſpōdit:Domine,
exaltetur manus tua, & extēdatur ad percutiendū,
ut te nō uideāt im
pij:& tuæ gloriæ,
ne ad pœnitēdum
quidē lumine per-
fruātur. Cui reſpō
dit dñs: Videant
magis & cōfundā-
tur:uel zelus ppl'i,
uel zelātes populi;
& ignis aduerſari-
os tuos, id eſt, ſan-
ctorū populi deuo
ret atq; conſumat.
Ignis aūt pœniten
tiæ qui eorū corda
excruciet, q talem
dñm perdiderūt. Poteſt hoc & ſuper Iudæis intelli-
gi qui Chriſtū brachiū dñi neſcierūt. Cumq; uide-
rint eū atq; cognouerint, quē patibulo affixerāt, cō-
fundētur. Tunc ineruditus populus & neſciēs legē
dei, zeli ſtimulis incitabitur;quando uiderit natio-
nes in ſuū ſucceſſiſſe locū, & igne pœnitudinis arſe-
rit, ſiue dolore ſupplicij:quādo audierit illud quod
ſcriptum eſt:Ite in ignem ęternum, qui præparatus Matt. 25. d
eſt diabolo & angelis eius. b ¶Domine dabis no H
bis pacem &c.) Notādum, quod poſtq; nobis ope-
ra noſtra reddiderit, pacem daturus ſit;& quomo-
do exponat cauſas, cur poſtulet pacem. Pro cūctis
enim operibus quæ operati ſunt ſuper terram, di-
cunt ſe ſuſtinuiſſe tormenta: & iuſtum eſſe ut poſt
ſupplicia atq; cruciatus, miſericordiam conſequan-
tur. Siue aliter:Quia uenit mundi conſummatio, &
omnia quæ per prophetas loquutus es rebus exple
ta ſunt;& reddidiſti uniuerſa quæ pollicitus es:tri-
bue nobis pacem, quæ exuperat omnem ſenſum.
c ¶Domine deus noſter, poſſederunt nos domini
abſq; te &c.) Idcirco miſericordiā quæſumus & pa
cem, quæ poſt cuncta tribuenda eſt;quia nos abſq;
te dñi poſſederūt;idola uidelicet uel dæmones ido-
lis aſſidentes;nihilq; aliud poſtulamus, niſi ut digni
ſimus, poſt errores plurimos, q tui nominis recor-
demur. Iuxta Lxx. qui dixerunt:Dñe deus, poſſide
nos;hoc precātur, ut poſt pacem ſibi redditam, dei
poſſeſſio fiant. Quod quidem & de ſapientia legi-
mus;quæ iuxta Hebraicū loquitur in Prouerbijs:
Deus poſſedit me initio uiarū ſuarum;licet quædā Prouer. 8. c
exemplaria male pro poſſeſſione habeant creaturā.
Deniq; ſequitur:Ante omnes aūt colles generauit
me. Quomodo enim creaturæ generatio poterit co
aptari, quæ magis poſſeſſioni congruit? Scriptū eſt
in Deuteronomio:Nōnne iſte pater tuus poſſedit Deut. 32.
te, & fecit te & creauit te?Et hoc cōſiderandū, quod
non dixerit, dominus ſiue deus poſſedit te, & fecit
te, & creauit te;ſed pater:ut clementia nominis au-
ſteritatem



A ſteritatē potentiæ mitigaret. Quodq; ſequitur:Do
mine abſq; te alium non nouimus;non excludit fi-
lium, ſed iungit patri;neq; enim dixit, alium nō no-
uimus;ſed extra te alium nō nouimus. Cum autem
Ioan. 14. b dicat filius:Ego in patre & pater in me;extra patrē
nō nouimus filiū;
qa in patre cogno
ſcimus eū. Deniq;
& nomen illius no
minamus dicentes
in oratione domi-
Matth. 6. b nica: Pater noſter
qui es in cœlis.
a ¶Mortui enim
uitā nō uidebunt
&c.) Symmachus
more ſuo manife-
ſtius:Mortui non
uiuificabūt; gigan
tes nō ſuſcitabunt.
Propterea uiſitaſti
& cōtriuiſti eos & diſperdidiſti omnē memoriā eo-
rum. Dicamus primū iuxta Lxx. Quæſtio uidetur
eſſe difficilis, quomodo mortui uitam nō uideant?
Quæ ſic ſoluitur, tandiu eos uitam nō uidere q̃diu
mortui ſunt. Quomodo ſi dicamus, cæcus nō uidet
lumen q̃diu cæcus eſt;ſin autē receperit ſanitatem,
lumē aſpiciet, ſic & qui iniquitate mortuus eſt atq;
B peccatis, anteq; uiuificetur iuſticia atq; uirtutibus
Ioan. 14. d per eum qui dicit:Ego ſum uita;uiuere nō poterit.
Matt. 22. d Vnde & deus uiuorū dicitur, non mortuorū. Ani-
Ezech. 18. a ma eñ quæ peccauerit, ipſa morietur. Legimus in
Hebr. 6. a epiſtola quæ ad Hebręos ſcribitur:Ne rurſum fun
damentum iaciamus pœnitētiæ ab operibus mor-
tuis. Sin aūt peccata appellātur opera mortua;qua-
re non ecōtrario uirtutes appellentur opera uiua?
Quodq; ſequitur: Nec medici ſuſcitabunt;ſenſus
perſpicuus eſt, condemnari fabulas poëtarū, qui ab
Aeſculapio iactant Virbium ſuſcitatum. Non ſolū
autem hoc de mortuis, ſed de omni infirmitate di-
cendum eſt, quod abſq; dei miſericordia nihil me-
Pſal. 126. a dendi ars ualeat. Sed quomodo? Niſi dñs ædifica-
uerit domum;inuanum laborauerunt qui ædificāt
eam:Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra ui
gilauit qui cuſtodit eam. Sic niſi dominus languo-
rem curauerit, inuanū laborant medici qui cupiunt
ſanare languentes. Niſi dominus cuſtodierit ſanita
tem, inuanum cuſtodiunt, qui etiam præcepta cu-
ſtodiēdæ ſalutis proprijs ædunt libris, ſemperq; di-
cendum eſt nō ſolum in corporis, ſed etiā in animæ
Pſal. 102. a ſanitate:Benedic anima mea domino, qui ſanat oēs
languores tuos. Porrò qui peccato mortui perſeue
rāt, & nulla arte medicinæ poſſunt recipere animæ
ſanitatē, iſti diſperdētur & tollentur à dño, & quic-
quid robuſtū eſt in eis, quod maſculinū uocatur pe
Exod. 1. c nitus auferetur. Vnde & Pharao nō uult interfice-
re ſexū fœmineū, qui per ſe fragilis eſt & facile in-
terire poteſt, ſed omne maſculinū, quod ſi adultum
fuerit & in uirilē ætatē peruenerit, difficulter occi-

HEB. tū in te recordemur
nominis tui. Moriētes nō
uiuant;gigantes nō reſur-
gant. Propterea uiſitaſti
& contriuiſti eos, & perdi
diſti omnem memoriā eo-
b rum. Indulſiſti gēti domi-
ne;indulſiſti genti. Nun-
quid glorificatus es? elon-
gaſti omnes terminos ter-
c ræ. Domine in anguſtia

SEP. nomen tuum inuo-
a camus. Mortui enim ui-
tam non uidebunt; neq;
medici ſuſcitabunt. Idcir-
co induxiſti & perdidiſti
& tuliſti omne maſculum
eorum. Adde eis mala
domine: adde mala glo-
rioſis terræ;longe feciſti o-
mnes terminos terræ. Do-
mine in tribulatione re-
cordatus

ditur. Iuxta Symmachū:mortui nō uiuificabunt qa C
peccato mortui, alios uiuificare nō poſſunt, nec pul
chra laudatio eſt in ore peccatoris. Et gigātes, id eſt
רְפָאִים, nō ſuſcitabūt alios:qui ipſi iuxta Geneſeos
librum appellātur cadentes:Viſitatq; eos dñs, ut &
mortuorum & gi-
gātium omnis de-
leat memoria. So-
lus enim eſt qui ſu
ſcitat mortuos, de
quo dicitur: Sicut Ioan. 5. d
pater ſuſcitat mor
tuos & uiuificat:
ſic & filius uiuifi-
cat quos uult. Poſ
ſumus mortuos ſi-
mulacra appellare
hominū mortuo-
rū & gigantes dæ-
mones, qui ſimula
cris eorū aſſident.
Nec terrere nos debet quare Lxx. maſculū, & cæte
ri interpretes, memoriā tranſtulerūt, cū eiſdē tribus
literis ז & כ & ר utrūq; ſcribatur apud Hebræos.
Sed quādo memoriale dicimus legitur זֵכֶר, quādo
maſculū זָכָר. Et hac uerbi ambiguitate deceptū ar-
bitrātur Saul;quando pugnauit cōtra Amalech & 1. Reg. 15. a
interfecit omne maſculinū eorū. Deo eñ præcipiē-
te ut deleret omnē memoriā Amalech ſub cœlo:ille D
pro memoria, nō tam errore q; prædæ ſeductus cu
pidine maſculos īterpretatus eſt, neſciēs illud Apo-
ſtoli:Nolite errare, deus nō irridetur. b ¶Indulſi Gal. 6. b
ſti genti dñe, indulſiſti genti &c.) Mala quæ Lxx.
ſecundo poſuerunt, in Hebraico nō habentur, ſed
quia ſupra dixerat:Ideo induxiſti & perdidiſti & tu
liſti omne maſculū eorū, eundē ſenſum ſecuti addi-
derunt de ſuo, mala, ut qui glorioſi in terra ſunt, ma
lis duplicibus opprimātur. Porrò iuxta Hebræos
multo alter eſt ſenſus, & priori diſputatiōi cōgruēs.
Dixerat dñs:miſereamur impio. Propheta reſpōde
rat:Et ubi eſt iuſticia tua? præſertim cū tanta mala
in ſanctos tuos operatus ſit. Ad quod dñs: Et non
uidebit, inquit, gloriā dñi. Rurſum ꝓpheta:Exalte-
tur manus tua ad percutiēdum, & nō uideant glo-
riam tuā, quā nō merentur aſpicere. Ad quod dñs:
Videant magis & cōfundātur. Rurſum propheta:
Dñe pacē da nobis, & poſſide nos qui tui nominis
recordamur. Impij aūt & ſuperbi nō uiuant;nec re-
ſurgant in gloria, ſed contere omnē memoriā eorū.
Cauſasq; reddit cur eos cupiat interire: Indulſiſti
genti dñe, indulſiſti genti;nunquid glorificatus es?
Et eſt ſenſus. Sæpe miſertus es gentibus, id eſt, hu-
mano generi & exercuiſti in eas incredibilē clemen
tiam;nunquid te cognouerunt?nunquid glorifica-
uerunt nomen tuum? Nōnne econtrario à te lōge
receſſerunt?Securitas enim negligentiam, negligen
tia contemptum parit. c ¶Domine in anguſtia
requiſierunt te &c.)Quia indulgens ſæpe contem-
ptus es nec glorificatus, ſed contrario omnes à tua
m ſcientia

E ſcientia receſſerunt, propterea domine percute eos, ut in anguſtia te requirant, & in tribulatione murmuris doctrina tua ſit eis; quando tantũ eis malorũ pondus incumbet, ut ne clamare quidem audeant cõfidenter, ſed dolorem ſuũ ſilentio deuorẽt. Iuxta Lxx, in tribulatione propheta dñi recordatur, iuxta illud quod ĩ pſalmo
*Pſal.17.d* dicitur: De tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine. Et in alio loco:
*Pſal.119.d* Ad dominum cũ tribularer clamaui & exaudiuit me. Vnde & Apoſto-
*1.Cor.4.c* lus loquit̃: Tribulamur, ſed nõ anguſtiamur, perſecutionem patimur, ſed nõ derelĩquimur. Et in alio loco: Nõ
*Rom.8.d* ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis ad uenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Si autem parua tribulatio docet & emendat &
F corripit; quãto magis magna, cum admonemur cõditionis noſtræ & dei potẽtiæ recordamur? a ¶ Sicut quæ concepit cum appropinquauerit ad partum &c.) Sicut ad partum mulier appropinquans, dolore cogitur exclamare, ſic nos in anguſtia requirimus te, & à facie formidinis tuæ concepimus & parturiuimus & peperimus, non carnis liberos ſed ſpiritus, ut tota in te mente credamus, ut quem per beneficia nõ ſenſimus, per tormẽta diſcamus. Hoc quod Lxx, addiderunt οὕτως ἐγενήθημεν τῷ ἀγαπητῷ σου, id eſt, ſic facti ſumus dilecto tuo; pro quo cæteri tranſtulerunt, ſic facti ſumus à facie tua dñe obelo prænotandum eſt. Poſſumus autem dilectum domini Chriſtum accipere, propter cuius timorẽ concipimus & parturimus & parimus, & ſpiritum ſalutis facimus ſuper terram. Poteſt hoc & apoſtolicus uir dicere; quando populos erudit, & imitatur apo
*Gal.4.c* ſtolum Paulum: Filioli mei quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in uobis. An dubitãdum
*Rom.15.e* eſt quod Paulus apoſtolus ſpiritum ſalutis fecerit ſuper terram, qui de Hieruſalem uſq; ad Illyricum
*1.Cor.3.b* euangelium prædicauit, & quaſi ſapiẽs architectus fundamentum poſuit, extra quod nullus alius poteſt ponere, qui eſt Chriſtus Ieſus? Siue igitur legerimus, propter timorem tuum domine in utero accepimus, ſiue iuxta Hebraicum, à facie tua domine concepimus, & in utero accepimus: Vtrunq; ad id pertinet, ut ex timore & recordatione domini ſermonem concipiamus dei, & illuminetur cor noſtrũ dicentium: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Et: Oſtende faciem tuã & ſalui erimus.

HEB. requiſierunt te: in tribulatione murmuris do-
a ctrina tua eis. Sicut quæ concepit cũ appropinquauerit ad partum: dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus à facie tua domine. Concepimus & quaſi parturiuimus & pe-
b perimus ſpiritum. Salutes non fecimus in terra: ideo non ceciderunt habitato-
c res orbis. Viuant mortui tui: interfecti mei reſurgãt; expergiſcimini & laudate qui habitatis in puluere: quia ros luminũ ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.
a Vãde populus meus, intra in cubicula tua; claude oſtia tua ſup te; abſcondere modicũ ad momẽtum: donec pertrãſeat indignatio. Ecce enim dñs egredietur de loco ſuo, ut uiſitet iniq̃tatẽ habitatoris terræ cõtra eũ, & reuelabit terra ſanguinẽ ſuũ, & non operiet ultra interfectos ſuos.

SEP. cordatus ſum tui: in tribulatione parua doctrina tua nobis. Et ſicut parturiẽs cum appropinquat ad partũ in dolore ſuo clamat: ÷ ſic facti ſumus dilecto tuo, propter timorem tuum domine in utero accepimus & parturiuimus & peperimus ſpiritũ ſalutis tuæ, quem fecimus ſuper terrã. Nõ cademus, ſed cadẽt habitatores terræ. Reſurgẽt mortui & reſurgẽt de ſepulchris; & lætabuntur qui ſunt in terra. Ros enim tuus ſanitas eorum: terra autem impiorum cadet. Vade populus meus; ingredere cubicula tua; claude oſtium tuum; abſcondere paululum quantuluncunq; donec pertranſeat ira domini. Ecce enim dominus de ſancto inducet iram ſuper habitatores terræ, & reuelabit terra ſanguinem ſuum, & non abſcondet ultra interfectos.

b ¶ Salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores orbis.) Diuerſa interpretatio, neceſſe eſt ut diuerſum habeat & ſenſum. Iuxta Hebraicum hoc dicitur: Quia nihil dignum tua fecimus miſericordia, propterea impij non corruerũt, ſed uſq; hodie præualent & poſſidẽt terram. Lxx. autẽ hoc aſſerũt, quod facientibus ſanctis ſpiritum ſalutis ſuper terram, hi qui terræ habitatores ſunt corruãt: licet inter orbẽ qui Hebraice תֵּבֵל, & Græce dicitur οἰκουμένη, ac terrã, multa diuerſitas ſit. Cadẽt ergo quicunq; habitationi terræ ſe dederunt, & in terrenis operibus fixa radice fundati ſunt, & nõ cadent qui ſedent in orbe terrarum & requieſcunt in eccleſia, quæ habitaculũ patris & filij & ſpiritus ſancti eſt. c ¶ Viuãt mortui tui & interfecti mei reſurgant &c.) Sanctis par-
H turientibus & parientibus ſpiritum, & habitatoribus terræ corruentibus: quia ſalutes non fecerunt in terra hi quos in Chriſto mortuos Apoſtolus uo *1.Teſſ.4.d*
cat, & propter nomen domini interfecti ſunt, reſurgent in gloria. Et quia mors eorum ſomnus eſt, nequaquam iuxta Lxx, reſurgere, ſed expergiſci & euigilare dicuntur. Vnde & Lazarus qui euigilatu- *Ioan.11.b*
rus erat, à domino dorminens appellatur. Omnes igitur martyres & ſancti uiri qui pro Chriſto fuderũt ſanguinem, & quorum fuit tota uita martyriũ: reſurgent & euigilabunt, atq; laudabunt deum creatorem ſuum, qui nunc habitãt in puluere, de quibus in Daniele ſcriptum eſt: Multi dormientium in *Dan.12.d*
terræ puluere reſurgent, hi in uitam æternam, & hi in opprobrium & cõfuſionem ſempiternam. Et in Ioanne euangeliſta legimus: Veniet hora & nũc eſt: *Ioan.5.d*
quando qui in ſepulchris ſunt audient uocem filij dei, & qui audierint uiuent, & egredientur qui bona fecerunt in reſurrectionem uitæ, & qui mala in reſurrectionem iudicij. Ros enim domini iuxta fabulas poëtarum: uincens omnes herbas Pœonias uiuificabit corpora mortuorum. Et quomodo iactis in terram ſeminibus ros paulatim creſcere facit herbas, & ad fruges ſui generis peruenire: Sic domini ros qui pro miſericordia ponitur, ros erit luminum plurimorum, quod Hebraice dicitur אורות. Terram autem, id eſt corpora Raphaim, gigantium uidelicet & impiorum: dominus in pœnas detrahet ſempiternas. Deniq; pro רְפָאִים ſoli Lxx. τοὺς ἀσεβεῖς, id eſt, impios tranſtulerunt. Et quia ſupra legimus:



A gimus: Mortui uitam nõ uidebũt; nec medici ſuſcitabunt, ꝓ quo Aquila & Symmachus, raphaim & gigantes interpretati ſunt, quærimus quæ erroris cauſa ſit, ut pro רְפָאִים Hebraico; alij gigantes, alij medicos poſuerint. Verbũ Hebraicũ רְפָאִים ſi poſt ר primã literã ſequentẽ habeat ו, legitur רוֹפְאִים, & ſignificat medicos: ſin aũt abſq; ו litera ſcribatur, legit̃ רְפָאִים & transfertur in gigantes. Simulq; q̃a ſupra dixerat: Mortui uitã non uidebunt, ut manifeſtius demõſtraret non dici ibi de mortuis lege naturæ, & ſeparatiõe animæ ac corporis, ſed de his qui pctõ mortui ſunt. Nũc ecõtrario dicit ad deũ: Viuent mortui tui qui interfecti ſunt propter te; qui nõ abſolute mortui, ut Lxx. tranſtulerunt οἱ νεκροὶ, ſed iuxta Hebraicum
B ubi dicitur יִחְיוּ מֵתֶיךָ: mortui tui appellantur.
a ¶ Vade populus meus &c.) Supra de ſanctis dixerat. Reſurgent mortui, & reſurgent qui in ſepulchris ſunt. Ros enim à te ſanitas eorum eſt, & econtrario de impijs; terra autẽ impiorum cadet. Nunc ad ſanctos loquitur, quia uobis reſurrectio repromiſſa eſt donec in peccatores & impios dei ira deſæuiat; ingredimini in ſepulchra ueſtra, & abſcondite uos, breue enim tempus eſt donec dei pertranſeat indignatio. Siquidem egreditur dominus de loco ſuo, quia miſericors & miſerator dominus & clemẽtiſſimus pater, filios negligentes ferire cõpellitur, & quodammodo de ſua ſententia commutari, ut uiſitet & inducat iram ſuam ſuper habitatores terræ,
*Oſee.4.a* de quibus dicitur in Oſee: Maledictio & mendaciũ, & adulterium & furtum, effuſa ſunt ſuper habita-
*Apoc.8.d* tores terræ. Et in Apocalypſi tertio legimus: Væ, ſuper habitatores terræ. Porrò iuſti licet uideantur in terra; tamen conuerſatio eorum in cœlis eſt, qui
*Pſal.38.c* poſſunt dicere: Aduena ego ſum in terra, & peregrinus ſicut omnes patres mei, & fruuntur habita-
*Ibid.90.a* tione altiſſimi, de quibus ſanctus loquitur: Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione dei cœli cõmorabitur. Tunc reuelabit terra ſanguinem ſuũ, de quo deus loquitur ad Cain: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, quæ aperuit os ſuum ut ſuſciperet ſanguinẽ fratris tui de manu tua. Poteſt hoc & de martyribus intelligi: qui pro Chriſto
*Apoc.6.c.* fuderunt ſanguinem, & ſub altari dei clamitãt: Vſq; quò domine nõ ulciſceris ſanguinẽ noſtrum de his qui habitant ſuper terrã? De quibus & Moyſes dicit in cantico: Sanguis filiorũ eius uindicabitur & C
ulciſcetur, & retribuet uindictam inimicis. Hũc ſan *Deut.32.f*
guinẽ terra quæ ſuſceperat reuelabit, & interfectos domini nequaq; operiet, ſed producet in publicum ad cõdemnationem eoꝝ, qui martyres occiderunt. Hoc de ſimplici reſurrectione intellectum ſit. Præcipit̃ autẽ iuxta Anagogen populo dei, ut *Anagoge.*
ingrediatur cubicula ſua ſiue cellaria: חֲדָרֶיךָ q̃ppe utrunq; ſignificat, ut claudat iuxta euãgelicum præceptum oſtiũ cubiculi ſui, & dicat cũ ꝓpheta: Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtiũ munitum labijs meis. Et abſcõdatur paululum quãtulũcunq; donec pertranſeat ira domini, ut nihil gloriæ cauſa faciat, ſed fruatur bono conſciẽtiæ, & ſolum iudicem expectet deum. Sunt autẽ cellaria *Matth.6.a* *Pſal.140.a*
quæ claudenda ſunt & abſcondenda ab his qui di- D
uites facti ſunt in operibus atq; ſermonibus, prudẽtia, temperãtia, fortitudo, iuſticia, ut neſciat ſiniſtra quid faciat dextera, ut legis & prophetarum & euãgelij opibus perfruamur. Quod autem omnes dies uitæ noſtræ breues ſint & paruuli: Iacob excedens annos centum loquitur: Parui ſunt & peſſimi dies *Gene.47.b*
mei. Ira autem domini tranſitura illa eſt; quam theſaurizant ſibi qui nolunt agere pœnitentiam, quæ poſtquàm tranſierit; nequaquam cellaria ultra claudentur, ſed implebitur quod ſcriptum eſt: Nihil oc- *Luc.8.c*
cultum quod non reuelabitur, & abſcõditum quod non manifeſtetur. Quodq; ſequitur: Ecce enim dominus de ſancto inducet iram ſuam: illud ſignificat, quod à ſanctis dei ira incipiat, uel omnis illius ultio iuſta ſanctaq; ſit, non de mentis perturbatiõe deſcendens, ut in hominibus ſolet; ſed ſtudio corrigendi. Terram autem habitatorum illam reor, de qua ſcriptum eſt: Audiat terra ſermones oris mei. *Deut.32.a*
Et: Auribus percipe terra. Et iterum: Terra, terra *Eſa.1.a*
audi ſermonẽ domini. Quomodo enim qui in ter- *Hiere 22.g*
ra habitant; ſic qui in carne ſunt deo placere nõ poſ- *Rom.8.b*
ſunt. Terra autem in hoc loco ſignificat animã quæ uiuit carnaliter. Et reuelabit ſanguinem ſuum, ſi quempiam ſcandalizauerit, & cum Cain meretur audire: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de *Gene.4.b*
terra, quę aperuit os ſuum ut ſuſciperet ſanguinem fratris tui. Omnis igitur ſanguis in die iudicij requiretur: nec abſcondet terra ſanguinẽ ſuum; & interfectos quos occidit, uel uolens, uel per negligentiam, producet in medium.

Cap. XXVII.

E IN die illo uiſitabit dominus in glad. &c.) Tradūt Hebræi diabolum, id eſt, criminatorē, quod Græcum nomen eſt, Hebraice appellari שָׂטָן, hoc eſt aduerſarium. Vnde & in Zacharia dicitur: *Zach. 3. a* Stabat ſatan, id eſt, aduerſarius à dextris eius ut aduerſaretē ei. Appellaturque et בְּלִיַּעַל, id eſt, apoſtata præuaricator & abſque iugo. Vñ & Apl'us: *2. Cor. 6. c* Quæ, inquit, cōmunicatio Chriſti ad Belial? & ubicunque Lxx. ponunt filios peſtilētiæ, in Hebraico ſcriptū eſt filij Belial. Vnde & illud quod in pſalmo canitur de myſterio ſaluatoris: *Pſal. 88. d* Filius iniquitatis nō apponet nocere ei, in Hebraico dicitur filius Belial. Appellaturque & alijs nominibus, ut in alio pſalmo ſcriptum eſt: *Ibid. 90. c* Super aſpidē & baſilicum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Qui draco ꝓprie in Hebraico ſermone appellatur לִוְיָתָן. Ipſe eſt & magnus cetus, de quo quod à Chriſto capiendus ſit, myſtico in Iob ſermone narratur: *Iob. 40. c* Qui magnum cetum capturus eſt, F nam & ibi pro ceto leuiathan ponitur. Et iterum: *Ibid. d* Adduces autem draconem in hamo: circundabis capiſtrum naribus eius. Statimque: Hoc eſt principium plaſmatis domini, qđ factum eſt ut illudatur ab angelis eius. Et ī pſalmo: *Pſal. 103. c* Hoc mare magnum & ſpacioſum: ibi reptilia quorum non eſt numerus: Animalia parua cū magnis. Draco iſte quem formaſti ad illudēdum ei. De hoc & in Apocalypſi ſcribit Ioannes: *Apoc. 12. b* Facta eſt pugna in cœlo: Michaël & angeli eius bellabant cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & non præualuerunt: nec locus inuentus eſt eis in cœlo. Et miſſus eſt draco magnus coluber antiquus qui uocatur diabolus & ſatanas: qui errare facit orbem terrarum uniuerſum: miſſusque eſt in terram, & angeli eius cum eo, ibique dicitur: *Ibid. c* Miſſus eſt accuſator fratrum noſtrorū, qui accuſabat eos corā deo noſtro. Illudque notandum quod & in pſalmo & in Iob propterea factus dicatur draco, hoc eſt leuiathan, ut illuderetur ei ab angelis. Vnde & Apoſtoli accipiūt poteſtatem, ut calcēt ſuper ſerpentes & ſcorpiones *Luc. 10. c* & ſuper omnem uirtutem inimici. Quia igitur ab eo loco ubi ſcriptum eſt: *Supra. 24. a* Ecce dominus diſſipabit terram & nudabit eam. Siue iuxta Lxx. Ecce dominus diſperdet orbem terrarum & deſolabit eū: uſque ad præſens capitulum, contra orbem in cōſummatione mundi iudicium prædicatū eſt, & nouiſſimus inimicus deſtruetur mors. *1. Cor. 15. d* Propterea aduerſum diabolum extrema ſententia eſt, ut inducatur ſuper eum gladius ſanctus & magnus & fortis, ſiue iuxta Hebraicum & reliquos interpretes, gladius durus.

a IN diē il- Ca. XXVII. lo uiſitabit dominus in gladio ſuo duro & grandi & forti ſuper leuiathā ſerpentem uectem, & ſuper leuiathan ſerpentem tortuoſum, & occidet cetum b qui eſt in mari. In diē illa uinea meri cantabit ei. Ego dominus qui ſeruo eam, repente propinabo illi: ne

IN die il- Ca. XXVII. la inducet deus gladiū ſanctum & magnū, & fortem, ſuper draconem colubrum fugientē: ſuper draconem colubrum tortuoſum, & occidet draconem qui eſt in mari. In die illo uinea bona deſideriū eius ut princeps illius ſit. Ego ciuitas fortis, ciuitas q̄ oppugna

Non enim ut Lxx. arbitrati ſunt קָרֵשָׁה dicitur: qđ ſi eſſet, ſanctū ſonaret, ſed קָשָׁה quod proprie tranſfertur in durum. G Vnde & Cis pater Saul durus appellatur. Gladium aūt ſanctum ſiue durum ob eius ſenſum qui patitur, quidam noſtrorum intelligunt uerbū dei, de quo dicit Apoſtolus: *Heb. 4. c* Viuens autem dei ſermo & efficax, et acutus ſuper oēm gladium ex utraque parte acutū. Vnde & in alio loco de *Apoc. 19. c* ore ſaluatoris gladium bicipitē exire legimus: Cū aūt in fine mūdi aduerſum Leuiathā, qui in principio Geneſeos *Gene. 3. a* appellatur ſerpens prudentiſſimus ſuper omnes beſtias quæ erāt in terra: gladius ſanctus ſiue durus & magnus & fortis fuerit inductus, fugiet qui nunquam fugere conſueuerat neſciens illud ſcriptum: Quò uadam à ſpiritu tuo, aut à facie tua quò fugiam? *Pſal. 138. b* Pulchre quidam poëta in gigantomachia de Encelado luſit. Quò fugis Encelade? quaſcunque acceſſeris oras, Sub Ioue ſemper eris. Iſte autē leuiathan coluber fugiens, in Hebraico dicitur בָּרִיחַ quod Aquila interpretatus eſt uectem: H Symmachus, concludētem: Theodotio, robuſtum. Vectem autem ſiue claudentem puto appellari, quod multos ſuo carcere clauſerit, & ꝓprię ſubiecerit poteſtati: nihilque in ſe rectum habet, & idcirco dicitur tortuoſus: nec imitari poteſt uirgam domini, de qua ſcriptum eſt: Virga directionis uirga regni tui: *Ibid. 44. b* Quem dominus interficiet ſpiritu oris ſui: *2. Theſſ. 2.* habitatorem quondam maris, ſalſorum & amarorū fluctuum. Qui dicunt diabolum acturum pœnitentiam & ueniam conſecuturum, interpretentur nobis quomodo hoc accipiant, quod ſcriptum eſt: Et interficiet draconem qui eſt in mari ſiue cetum. Secundo enim loco in præſenti capitulo, in Hebraico non appellatur Leuiathan, ſed תַּנִּין quod proprie cetum ſonat. Vnde Hebræi autumant Leuiathan habitare ſub terra & in æthere: Thānin uero in mari, quæ Iudaica fabula eſt. Quodque dicitur in extremo huius capituli, in die illa: Euſebius priori iungit capiti: ne ſequens prophetia huic tempori coaptetᷓ. Hebræi autem & cæteri explanatores ſequenti, qđ nunc propoſituri ſumus. b ¶ In die illa uinea meri cantabit &c.) Multum Hebraicum in hoc loco à Lxx. æditione diſcordat, idcirco ſingula ut propoſuimus diſſeramus. Vinea de qua ſupra loquitur Eſaias: Vinea facta eſt dilecto ī cornu, in loco uberi, *Supra. 5. a* quæ debeat intelligi ipſo docente diſcamus: Vinea enim domini ſabaoth domus eſt Iſraël, de qua *Ibid. b* in pſalmo canitur: Vineam de Aegypto tranſtuliſti &c. *Pſal. 79. b* Huic & per Hieremiam propinat calicē meraciſſimum *Hiere. 25. d*



A raciſſimū. Cū eñ miſiſſet eū ut potionaret oēs gentes, & huic ſe ꝓpheta libēter obtuliſſet officio: primū inebriare iubetur Hieruſalē. Vnde dicit: Decepiſti me dñe, & deceptus ſum. Bibet igitᷓ Hieruſalē, & ꝓpinatur ei meracapotio, ut plāctū diſcat & fletū. Dicitque ſe dñs multo eā tp̄e cuſtodiſſe, & locū dediſſe pœnitētiæ; & qa conuerti noluerit, ſubito inebriādā. Hoc enim dicit diebus egiſſe ul' noctibus, ut ipſius ſemp̄ auxilio ſeruaretᷓ. Lxx aūt eandē pulchrā appellant uineā: in qua fuit lex & prophetæ, ſacerdotiū & pōtificiū, & dei notitia, dicēte ſcriptura: *Pſal. 75. a* Notus ī Iudæa deus: in Iſraël magnum nomen eius. Qđ alij putāt iuxta æditionē eorū ad eccleſiā pertinere: qua nihil eſt B pulchrius. Et de qua dictū eſt: *Pſal. 86. b* Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei: q̄ princeps eſt genetricis ſuæ: & dicit in Cāticocanticorū: *Cant. 1. b* Filij matris meæ pugnauerūt aduerſus me. Et loquitᷓ: Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur. Pulchreque oppugnatᷓ dixit, nō expugnatᷓ. Statimque iūgit de ſynagoga, quæ de capite uerſa eſt in caudā: Fruſtra ei potū mearū tribuo doctrinarū: capietᷓ eñ in tenebris erroris ſui. Et quia apertā lucē nō recepit, per diē corruit murus eius, id eſt, omne qđ ſibi putabat auxiliū: nullusque erit aduerſariorū qui non capiat eā: quod de cōtrarijs debemus intelligere poteſtatibus. a ¶ Indignatio nō eſt mi. qs da. me ſpi. & uep. &c.) Iuxta Hebraicū hic ſenſus eſt: Ego qui diebus & noctibus ſemp̄ meā uineam cōſeruaui, ne exterminaret eā aper de ſylua, ne beſtiæ deuorarētᷓ. Nūqd indignationē nō habeo, & neſcio ferire peccantē, & reddere unicuique qđ meretur? Vbi Aqla poſuit ſpinā, & ueprē: in Hebraico ſcriptū eſt שַׁיִת, & שָׁמִיר, quod adamātē & loca ſentiū plena ſignificat. Vnde dicit: Quis me docebit ut durus ſim, & meā uineā clemētiā, & in prælio atque certamine truculētus incedā: ut gradiar ſuper uineā quā antè ſeruaui, & ſuccēdā eam quā meo ſepſeram muro? An potius id aget fortitudo mea, ut iram differā, & ſaluē eos euāgelij clemētia, qui nequaque ſunt legis autoritate ſeruati? ἐμφατικῶς aūt iuxta Hebraicū legēdum eſt: Quis me faciet durū atque crudelē ut uincā naturā meā? Hoc quippe in deſerto ſignificatᷓ & in ſpinis, ut eā quaſi in prælio conterā atque ſuccēdam, quā ſemp̄ mea diligētia cuſtodiui. An potius tenebo fortitudinē meā, quā Chriſtū eſſe nō dubiū eſt, C & de qua legimus: Chriſtus dei uirtus & dei ſapientia, *1. Cor. 1. d* ut ipa mihi pacē faciat, & mūdū recōciliet? Iuxta Lxx. hic eſt ſenſus: ut ex pſona accipiamus eccleſię: Ego ciuitas firma, ciuitas multis uallata hoſtibus, q̄ fruſtrà dedi pocula inimicæ meæ ſynagogæ. Capietur eñ nocte, & corruet murus eius, nullaque erit de aduerſarijs poteſtatibus, quę nō apprehēdat eā. Rurſum loquar: Quid mihi ꝓdeſt cuſtodire eā, quæ ſtipulā ī ſe habeat nō frumenta, quę ita inculta eſt, ut ueprıū plena ſit & ſpinarū: quā ſaluare uolui? Sed qa hoſtiliter mecum agit, receſſi ab ea. Dixeruntque in me & ex me nati Apoſtoli: *Act. 13. g* Vobis quidē oportebat primū loqui uerbum dei: D ſed qm̄ repuliſtis illud, & indignos uos iudicaſtis æternæ uitæ, ecce cōuertimur ad gentes. Idcirco faciet dñs qđ minatus eſt, ut oēs in ea ardeāt Romano igne circūdati: Vel certe ardeāt uitijs atque peccatis, ne poſſint ardētia diaboli iacula reſtīguere. Oēs eñ adulterantes quaſi clibanus corda eorū. Et illi q̄ prius habitabāt in ea, poſtque clamauerint: capta eſt ciuitas atque ſuccēſa, dimittēt eā: & recōciliātes mūdū deo, dicēt: Faciamus pacē illi, pacē faciamus ei: hoc eſt, Chriſto, ſemper ſcribētes in epiſtolis ſuis: Gratia uobiſcū & pax à deo patre & Chriſto Ieſu dño noſtro. *1. Cor. 1. a* De quibus in hoc eodem ꝓpheta legimus: Quã ſpecioſi pedes euāgelizantiū pacē. *Infra. 52. b* Quidā hunc locū ad eccleſias referūt, qđ cuſtodiantᷓ quidē à deo, *Nau. 1. d* ſed multi in eis fructus nō faciant: & ꝓpterea boni doctoris ſuccēdantur ardoribus, ut clamitēt & cōfiteantur errorē ſuū, & poſtea pacē faciāt deo: q̄ uere appellentur filij Iacob. b ¶ Qui egred. de rad. Iac. &c.) Poſtque apoſtoli in toto orbe euāgeliū prædicātes, dixerint: Faciemus pacē Chriſto, pacē faciemus ei: qui in excelſis fuerint de ſemine Iacob & in apoſtolicā ꝓuenerint dignitatē, appellabūtur filij Iacob. Tunc germinabit & florebit Iſraël: uidēs doctrina filiorū ſuorū uniuerſum orbē eſſe cōpletū, & attuliſſe fructus uberrimos, quos in Iudæa manens non attulerat. c ¶ Nūquid iuxta plag. percut. ſe perc. eum &c.) Locus iſte dupliciter intelligitur. Aut cōtra Hieruſalem, ut dicat eā nō ita à deo eſſe percuſſam, ut ipſa ꝑcuſſit Chriſtū & Aplos eius: Aut cōtra gētiū multitudinē, qđ illis pſequētibus & effundentibus

HEB. forte uiſitetur contra eam, nocte & die ſera uo eam. Indignatio non eſt mihi: quis dabit me ſpinam & ueprem in prælio? Gradiar ſuper eam: ſuccendam eam pariter. An potius tenebo fortitudinem meam? faciet pacem mihi: pacem faciet b et mihi. Qui egrediuntur de radice Iacob, florebit & germinabit Iſraël: & implebunt faciem orbis ſemine.

SEP. pugnatur: fruſtrà potum dabo illi. Capietᷓ enim nocte, die aūt cadet murus. Non eſt quæ nō apprehenderit eam. Quis ponet me cuſtodem ſtipulæ in agro? ꝓpter aduerſariā hāc repuli eā: Idcirco fecit dominus omnia quæ diſpoſuit: combuſta ſum: dicēt habitatores eius: faciemus pacem illi: faciemus pacē ei. Qui ueniūt filij Iacob: germinabit & florebit Iſraël: & īplebit orbē terrarū fructus eius.

c Nūquid iuxta plagam percutientis ſe percūſſit eum: aut ſicut occidit interfectos eius, ſic occiſus eſt?

In men

E dētibus ſanguinē Chriſtianū, Apl'i & apoſtolici ui
ri nihilominus ſalutis eorū curā habuerint, & recō=
ciliauerint eos deo. a ¶ In mēſura cōtra men.&c.)
Iuxta Hebraicū hic ſenſus eſt, Sicut fecit Hieruſalē,
ſic recipiet, & iuxta mēſurā qua menſa eſt, remetieť
ei. Tūcq; cumula=
tā mēſurā recipiet;
qn̄ iudicij tempus
aduenerit & abie=
cerit eā deus. Iuxta
Lxx. pēdet ex ſu=
perioribus qd' di=
citur, Nō em̄ Iſraël
ſicut percuſſit pcu
tietur; nec ſicut in=
terfecit interficieť.
Qui iurgabat con
tra apoſtolos & ex
probrabat docto=
ribus ſuis, & præci
piebat ne in nomi
ne Chriſti loquerē
tur, Propterea dn̄s
abijciet eos, & de
ſuo expellet grege.
b ¶ Meditatus eſt
in ſpiri.&c.) Iuxta
Hebraicū hoc dici
tur; In mēſura qua
F mēſa eſt Hieruſalē
recipiet; propterea
deus in ſpū ſuo du
ro atq; uehementi
meditatus eſt, ſiue
locutus cōtra eā in die æſtus, hoc eſt, in pſecutionis
tpe, qn̄ ardētior indignationis dies eſt atq; pœnarū.
Iuxta Lxx, ad ipſam diciť Hieruſalē ſiue ad Iſraël;
Nōne tu eras, quæ in ſpū tuo duriſſimo atq; crude
li & in furore blaſphemiarū tuarū, Apl'os dn̄i atq;
doctores interficere cupiebas? c ¶ Idcirco ſup his
di.&c.) Cauſas reddit cur poſtq; Iudæi in dn̄m miſe
rint manus, ueniā cōſequātur, ſi uoluerīt agere pœ=
nitentiā, ut impleať ſaluatoris oratio; Pater ignoſce
Luc.23.e eis, quod em̄ faciūt neſciūt. Propterea, inquit, dimit
tetur iniq̄tas domui Iacob, & auferet peccatū eius,
ut mereatur benedictionē dei, q ſibi maledictionē
Matt.27.c fuerat imprecatus, dicēs; Sanguis eius ſuper nos, &
ſuper filios noſtros, quia per Apl'os de ſtirpe Iſraël
in toto orbe euāgeliū ſeminabiť, & deſtruetur ido=
lolatria, & cōminuētur aræ uſq; ad puluerē; ſuccidē
tur luci, delubra corruēt, & dei unius ſub myſterio
trinitatis noticia prædicabiť. d ¶ Ciuitas em̄ mu.
deſ.&c.) Hieruſalē ciuitas quōdā firma atq; muni=
Matth.21.d ta, quia nō ſuſcepit patrisfamilias filiū, ſed dixit; Ve
nite occidamus eū, qa iſte hæres eſt, & noſtra erit hę
reditas; deſolata erit. Et quæ quōdā fuit ſpecioſa, de
Ezech.16.b qua & in Ezechiele diciť; Similā & mel, & oleū co=
medisti, & ſpecioſa facta es uehementer nimis, & in
Pſal.44.a qua habitabat ille de quo ſcriptū eſt; Specioſus for=
ma præ filijs hominū, relinqueť & dimittetur quaſi G
deſertū, dicēte dn̄o ad Apl'os; Surgite abeamus hīc. Ioan.14.d
Ibi paſceť uitulus, Romanus exercitus, de quo & in
alio loco ſub nomīe apri dictū eſt; Vaſtabit eā aper Pſal.79.b
de ſylua; & ſingularis ferus depaſtus eſt eā. Et ibi ac
cubabit & cōſumet
ſūmitates eius ſub
metaphora uineæ
& propaginū eius,
ut nihil ī ea uiride,
nihil remaneat fla=
gellorū, ſed oīa cō=
ſumat inimicus. Iu
xta Lxx, qa nō re=
ceperūt paſtorē bo
num; ꝓpterea erūt
quaſi grex dereli=
ctus, & patebunt
morſibus beſtiarū;
& nihil ī eis uiride
remanebit, qa ſicci
tas oīa poſſidebit.
e ¶ In ſiccitate meſ
ſis ill.&c.) Hoc qd'
dicitur, in ſiccitate
meſſis illius cōterē
tur, pro quo Lxx.
interp̄tati ſunt, οὐκ
ἔσαι ἐν αὐτῇ πᾶμ χλω=
ρὸμ διὰ τὸ ἐξηρανθῆναι,
H id eſt, nō erit in ea
quicq; uiride quia
exaruit, iuxta He=
braicū ſequētibus
non eſt
copulať, iuxta Lxx. priori ſenſui. Dicamus ergo pri
mū iuxta Hebraicū. Cū ſiccitatis & meſſiōis Hieru
ſalē, & ut apertius loquar, uaſtitatis tēpus aduene=
rit; de toto orbe ſynagogarū turba cōcurret ut plan
gat Hieruſalē & mala illius conſoleť. Siue aperte de
mulieribus loquiť; quæ nudatis pectoribus, ſangui
nātes feriunt lacertos, & impleť dn̄i uaticiniū; Filiæ
Hieruſalē nolite me flere, ſed plāgite ſup uos & ſup Luc.23.d
filios ueſtros. Magnaq; infelicitas ppl'i, à mulieribus
lamētationis carmina diſcere, ſicut reprehenſio fuit
populi Iſraël, qn̄ in Iudicum libro in manu mulieris Iudic.4.d
Debboræ fecit ſalutē dn̄s, & tpe uicinę captiuitatis 4.Reg.22.c
tacētibus uiris Holda mulier ꝓphetauit. Propterea
aūt mulieres lōgo cōterentur itinere, imbecillitate,
fame, & ſqualore cōfectæ, & docebunt populū mi=
ſerabilem, quia nō eſt populus ſapiēs, nec intellexit
creatorē ſuū, qui neglectus ab eis atq; cōtēptus non
miſerebiť facturæ, & nō parcet creaturæ ſuæ. Iuxta
Lxx. de Maria dicitur Magdalene & alia Maria; & Matt.28.b
cæteris mulieribus, quæ primū uiderūt dominū re=
ſurgentem, & tenuerunt pedes eius, & ab eo audire
meruerūt. Nolite timere; Ite nūciate fratribus meis
ut uadant in Galilæam & ibi me uidebunt. De iſtis
mulieribus multo priuſq; naſcerentur propheticus
ſermo prænunciat, & uocat eas à ſpectaculo dn̄icæ
paſſionis

a HEB. In mēnſura contra
menſuram cum abiecta
fuerit iudicabis eam. Me=
b ditatus eſt in ſpiritu ſuo
duro per diem æſtus. Id=
c circō ſuper his dimittetur
iniquitas domui Iacob, et
iſte omnis fructus, ut aufe
ratur peccatum eius; quia
poſuit omnes lapides alta
ris ſicut lapides cineris al=
liſos; non ſtabunt luci &
d delubra. Ciuitās enim mu
nita deſolata erit; ſpecioſa
relinquetur, & dimittetur
quaſi deſerta. Ibi paſcetur
uitulus, & ibi accubabit,
& conſumet ſummitates
e eius. In ſiccitāte meſſis il=
lius conterentur mulieres
uenientes & docentes eā.

SEP. Rixās & exprobrans
emittet eos. Nónne tu eras
qui meditabaris ſpū duro
interficere eos ſpū furoris?
Propterea auferetur iniqui
tas Iacob, & hæc erit bene=
dictio eius cū abſtulero pec
catū eius; qn̄ poſuerit om̄es
lapides ararū cōtritos qua=
ſi cinerē cōminutum; & nō
perſeuerabūt arbores eorū.
Et idola eorum ſuccidētur
quaſi lucus & longe habi=
tans grex, dimittetur ſicut
grex derelictus; & erit mul
to tempore in paſcua, & ibi
requieſcent greges, & poſt
multum tempus nō erit in
ea omne uiride, quia exicca
tus eſt. Mulieres uenien=
tes à ſpectaculo uenite:



A paſſionis & reſurrectionis, ut euangeliū prædicent,
& iuxta Hebraicū, doceāt Hieruſalē ſiue terrā Iſraël
q̄ iſte ſit dn̄s & deus. Populo em̄ Iſraël nō habēte ſa
pientiā illo tpe qn̄ paſſus eſt dn̄s, & impletū eſt uati=
Pſal.11.a ciniū prophetale; Saluū me fac dn̄e qm̄ defecit ſan=
Ibid.13.a ctus. Et; Oēs decli=
nauerūt ſimul inu=
tiles facti ſunt; non
eſt qui faciat bonū
nō eſt uſq; ad unū;
uocantur mulieres
de ſpectaculo, ut
quod ipſę uiderūt,
apoſtolis nūcient.
Supra.1.a Iſraël autē de quo
dictū eſt; Iſraël non
cognouit me, & po
pulus meus nō in=
tellexit; clementiſſi
mū creatorē & fa=
ctorē ſuū prouoca
uit ī amaritudinē,
ut nequaq; eius mi
ſereať. Hęc pie qui
dē dicunť, ſed qūo
cū cęteris cōgruāt,
& cōſummationis
mundi tēporibus coaptenť, difficilis interpretatio
eſt. a ¶ Et erit in die illa perc. dn̄s &c.) Niſi iun=
xiſſet in die illa; per quod docemur ea quę dicturus
B eſt ſuperioribus copulanda; poteramus quaſi pro=
priū capituli huius ſenſum exponere; nūc aūt ad ſu=
periora referēda ſunt om̄ia. Qm̄ ciuitas munita de=
ſolata erit, & ſpecioſa quondā relinqueť quaſi deſer
tum, & ibi uitulus accubabit & cōſumet ꝓpagines
uineæ, & omnia ſiccabunť; qm̄ non eſt populus ha
bens intellectū, & ꝓpter ſtulticiā eius, nullā à creato
re ſuo miſericordiā cōſecutus eſt. Idcirco percutiet
ſiue cōcludet dn̄s ab alueo uel riuo fluminis uſq; ad
torrentē Aegypti, ut in uniuerſa Iudæa, quæ quon
dā repromiſſionis terra fuit, nullus reperiať ſermo
doctrinæ; nihil ſciētiæ ſcripturarū, de q̄bus & Apo
Titum.1.d ſtolus loquiť; Vt nō attēdamus Iudaicis fabulis &
mādatis hominū, qui auertūtur à ueritate. Et iterū;
Ibidem. Sūt em̄ multi & nō ſubditi, ac uaniloqui, & ſeducto
res, quos oportet redarguere, præcipue ex circūci=
ſione. Alueū aūt ſiue riuū fluminis, iuxta hiſtoriam
Euphraten poſſumus dicere, ſicut & in ſeptuageſi=
moprimo pſal. ſcriptū eſt; Dominabitur à mari uſq;
ad mare, & à flumine uſq; ad finē orbis terræ. Alij
Iordanē putāt. Et hoc notandū quod in Iudææ ter=
minis, fluuius appelleť; in Aegypti finibus, torrēs;
qui turbidas aquas habet, & nō perpetuas. Pro tor
rente Aegypti, Lxx. Rhinocorurā tranſtulerūt, qd'
eſt oppidū in Aegypti Palæſtinæq; cōfinio; nō tam
uerba ſcripturarū, q̄ ſenſum uerborū exprimētes.
Quod autē nos diximus, percutiet, pro quo Lxx.
συμφράξει, id eſt, cōcludet trāſtulerunt; Aquila & The
odotio, ῥαβδιεῖ interpretati ſunt, q̄ ſiue uirga percu
tiet, ſiue ad uirgā recēſebit numerū gregis ſui, intel= C
ligi poteſt; ut nō in malā, ſed in bonā partē accipiať.
b ¶ Et uos cōgreg. unus &c.) O filij Iſraël, pro quo
interpretatus eſt Symmachus, domus Iſraël; pcuſſis
aduerſarijs ueſtris à riuo fluminis, uſq; ad torrentē
Aegypti, id eſt, ab
Euphrate uſq; ad
Nilū, uos uel ipſi
cōgregabimini ad
fidem dn̄i unus &
unus, qa Iudæorū
turba nō credidit;
p quod ſignificat
paucos ex Iudæis
in ſaluatorē dn̄m
credituros. Vl' cer
te ò apl'i & apoſto
lici uiri, Iudęorum
mltitudine nō cre=
dente; uos de toto
orbe quos potueri
tis, quaſi oues mor
bidas referte ad
caulas dn̄i, & con=
gregate eas cū gen
tiū populo, ut im=
pleatur illud quod
Paulus apoſtolus & Barnabas loquuntur ad Iu= Act.13.g
dæos; Vobis quidē primum oportebat annūciare
uerbū dei, ſed quia indignos uos iudicaſtis ſalute,
ecce conuertimur ad gentes. c ¶ Et erit in die illa D
clang. in t.&c.) In hoc loco Iudæi caſſa ſibi uota pro
mittūt, quod in cōſummatione mūdi qn̄ ἠλειμμένος
ſuus uenerit, de Aſſyrijs & de terra Aegypti diſper
ſus populus cōgregetur, & ueniat in Hieruſalē, &
ædificato tēplo, adoret dn̄m deum ſuū. Quod ſecū=
dū literā omnino ſtare nō poteſt. Neq; em̄ de Aſſy
rijs tantū & de Aegypto, ſed de toto orbe terrarū,
qui in Chriſtū credituri ſunt, uocabunť. Ergo hoc
ſignificat, quod in nouiſſima tuba, iuxta apoſtolū
Paulū; oēs qui perierant in Aſſyrijs & in Aegypto 1.Cor.15.g
ad dn̄m ueniāt. Nec dixit; oēs filios Iſraël, ſed oēs q
perierant; per qd' ſignificat gentiū multitudinē, qd'
& idololatriæ, & magicis, ac philoſophiæ artibus
obligati ueniāt ad fidē Chriſti, & adorēt eū in eccle
ſia. Tuba aūt magna poteſt intelligi ſermo euāgeli=
cus, de quo & in hoc eodē ꝓpheta legimus; Super Infra.40.b
montē excelſum aſcēde qui euāgelizas Sion; exalta
uocē tuā qui euāgelizas Hieruſalē. Mons ergo ſan
ctus & Hieruſalē illa eſt, de qua ſæpe diximus; Ac= Hebr.12.f
ceſſiſtis ad Sion montē & ciuitatē dei uiuentis Hie
ruſalē cœleſtē, & multorū angelorū milia; & eccleſiā
primitiuorū, q ſcripti ſunt in cœlis. Hucuſq; de cō=
ſummatione mūdi dictū eſt ab eo loco in quo expo
nere cœpimus; Ecce dn̄s diſſipabit terrā & nudabit Supra.24.a
eam, quod præſenti uolumine cōtineť; Nunc adiu
uāte imò inſpirāte nobis Chriſto, trāſeamus ad no
num, quod alterius prophetiæ habebit exordium.

Commentarij octaui in Eſaiam finis.

HEB. Nō eſt em̄ populus
ſapiens; ꝓpterea nō miſe=
rebitur eius qui fecit eū; &
qui formauit eū non par=
a cet ei. Et ērit in die illa per
cutiet dn̄s ab alueo flumi=
nis uſq; ad torrentē Aegy
b pti. Et uōs cōgregabimini
unus & unus filij Iſraël. Et
c erit in diē illa; clangetur in
tuba magna, & ueniēt qui
perditi fuerāt de terra Aſ=
ſyriorum, & qui eiecti erāt
in terram Aegypti; & ado
rabunt dn̄m in mōte ſan=
cto in Hieruſalem.

SEP. nō eſt em̄ ppl'us ha=
bēs intelligentiā; ꝓpterea
non miſerebitur eorū qui
fecit eos, & qui formauit
eos, nō parcet. Et erit ī die
illa; concludet dn̄s à foſſa
fluminis uſq; ad Rhino=
corurā. Vos autē cōgrega
te unū & unū filios Iſraël.
Et erit in die illa; canent tu
ba magna; & uenient qui
perierant in regione Aſſy
riorum; & qui perierāt in
Aegypto, & adorabūt do
minum ſuper montē ſan=
ctum in Hieruſalem.

E DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NONVM commentariorum Eſaiæ ad Euſtochium procemium. G

VArijs moleſtijs occupati, explanationes in Eſaiam prophetam per interualla dictamus. Vnde expleto octauo uolumine, nũc poſt aliquantũ temporis ſpacium tranſimus ad nonum: nõ abſq; morſu & obtrectationibus inuidorũ, qui ignorãtes quid audiant, quid loquãtur, de eo audẽt iudicare quod neſciunt, & ante deſpiciunt quàm probent: eruditosq́; ſe exiſtimant & diſertos, ſi de cũctis ſcriptoribus detrahant. Quorum liuorem & muſſitationẽ garrulam cõtemnentes, dei poſcamus auxilium, & pſalmiſtæ imprecatione dicamus: Diſſipa gẽtes quæ bella uolunt. Domini enim locus in pace eſt, quæ exuperat omnẽ ſenſum. Quam & propheta deſiderat clamitans: Dñe deus noſter: pacẽ da nobis: omnia enim reddidiſti nobis. Sed iam proponamus Eſaiæ capitulũ, & cum Moyſe ingrediamur nubẽ & caliginem, ut clarificetur uultus noſter, & iuxta Hebraicũ, cornuta ſit facies: audianturq́; & rutilent tonitrua & fulgura, quæ plebs uilior uidere non potuit.

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Eſaiam prophetam liber nonus.

a HEB. VAe corõnæ ſuperbiæ ebrijs Ephraim, & flori decidenti gloriæ exultationis eius: qui erant in uertice uallis pinguiſſimæ errantes à uino. Ecce ualidus & fortis dñi, ſicut impetus grandinis turbo confringens: ſicut impetus aquarũ multarũ inundantiũ & emiſſarum ſuper terram ſpacioſam. Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorũ Ephraim. Et erit flos decidẽs gloriæ exultatiõis eius, q eſt ſup uerticẽ uallis pinguiũ: quaſi tẽporaneũ ante maturitatẽ autumni, qđ cũ aſpexerit, uidẽs ſtatim ut manu tenuerit, deuorabit illud. a In diẽ illa erit dñs exercituũ corona gloriæ, & ſertũ exultatiõis reſiduo populi ſui, & ſpũs iudicij ſedẽti ſuper iudiciũ, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque præ uino neſcierũt, & præ ebrietate errauerunt, ſacerdos & ꝓpheta neſcierunt:

SEP. VAe coronæ iniuriæ mercenarij Ephraim: flos cadẽs de gloria ſuꝑ uerticẽ montis pinguis: qui ebrij eſtis abſq; uino. Ecce fortis & durus furor dñi: ſicut grãdo quæ fert in pronũ, nõ habẽs umbraculũ, & quæ uiolẽter decidit ſicut aquarum multitudo trahẽs humum, & faciẽs ſibi ſpaciũ: manibus & pedibus cõculcabit corona iniuriæ mercenarij Ephraim. Et erit flos qui decidit de ſpe gloriæ in ſummitate montis excelſi, ſicut præmatura ficus, quam qui uiderit antequàm ſumat manu, cupiet eam deuorare. In die illa erit dominus ſabaoth corona ſpei quæ compacta eſt gloriæ reliquijs populi: relinquetur in ſpiritu iudicij ſuper iudiciũ, & fortitudinem uetãs interficere. Iſti eñ uino decepti ſunt: errant ꝓpter ſiceram: ſacerdos & propheta exciderunt mente propter ſicerã: abſorpti ſunt propter

VAe coronæ ſuperbiæ &c.) Dicamus primum iuxta hiſtoriam, deinde iuxta Tropologiam, & ad extremum iuxta uaticiniũ prophetale. Loquitur ſermo diuinus aduerſum decem tribus quæ regnabãt in Samaria, & propter Hieroboam, q de tribu Ephraim fuit, appellabantur Ephraim. Et uocat eos coronã ſuperbiæ, quia cõparati duabus tribubus, quæ appellabantur Iuda: ſublimiores erãt & numero & robore. Ebriosq́; eos dicit Ephraim, qui ſuũ nõ intelligant creatorem, ſed pro F domino adorent uitulos aureos in Dan & Bethel. Iſti quondam in flore fuerũt domini & in gloria, quando regebantur à Dauid & Salomone, & in duodecim tribubus erant adorantes deum in templo Hieruſalem: qui fuerunt in uertice uallis pinguiſſimæ, quod Hebraice dicitur גֵּיא שְׁמָנִים. Significat autem locũ ubi traditus dominus eſt: ſuper cuius uallis uerticem, templum domini ſitum eſt. Iſti inebriati ſunt uino erroris & amentiæ, quod eis miſcuit Hieroboam: Quapropter pœnam illis dominus comminatur, quod ſicut grandinis turbo uniuerſa confringit, & impetus aquarum inundantium quicquid obuium inuenerit, rapit: ſic ab Aſſyriorum deleantur exercitu, & quod reliquum fuerit, in montes ſiue urbes Mediæ trãſferatur. Comparat autem gloriam decẽ tribuum coronæ uariorũ florũ, quæ tãtam habuerit pulchritudinem, ut quomodo ſi quis antequàm æſtas ueniat & autumnus, πρόδρομον ficum uidens in arbore: ſtatim ut manu tenuerit, deuorat: ſic & decem tribus cũ Aſſyrius uiderit uaſtet & deuoret, & nihil omnino priſtini populi relinquat ĩ Samaria. Hoc breuiter iuxta hiſtoriam dictum ſit: Trãſeamus ad Allegoriã. H *Allegor.* Secundum expoſitionem Oſee prophetæ, in quo Ephraim & Ioſeph & Samaria, & decẽ tribus quæ ſciſſæ ſunt à corpore duodecim tribuũ, & templum domini reliquerunt: retulimus ad hæreticos, qui uere iuxta Septuaginta editionem, corona iniuriæ ſunt, dominum blaſphemantes, & omnia mercedis cauſa faciunt, & de gloria domini conciderunt: nec ſequuntur tenuitatem mannæ, & humilitatem eccleſiaſticam, ſed in monte pinguiſſimo uerſantur ebrij abſq; uino: propterea fortis & durus furor domini, qui eos puniturus eſt, grandini præcipiti, quæ non in tecta, ſed in capita mortalium ruit, & multis aquarum inundationibus comparatur, quæ quicquid obuiũ inuenerint, trahunt. Hæc corona iniuriæ, mercenarij appellantur Ephraim, qui iuxta Apoſtolum turpis lucri *1. Pet. 5. a* gratia, de flore & ſpe ac gloria priſtinæ fidei corruerunt, & uerſantur in ſuperbia, & dulciſſimus cibus diaboli ſunt, qui eos quotidie deuorat. Secundum prophetiam illud poſſumus dicere, quod coronã



A coronam iniuriæ uocet ſcribas & phariſęos, qui dominum blaſphemabant. Et appellantur mercenarij Ephraim, propter Iudam qui de tribu Ephraim, & de uico eiuſdem tribus Iſcarioth dominum precio uendidit: qui uere flos apoſtolicæ gloriæ cecidit ſuper montem pinguiſſimũ, de quo dictum putamus: Manducauit & bibit Iacob & ſaturatus eſt, & impĩguatus, & recalcitrauit dilectus. Siue iuxta Hebraicum, ſuper uallẽ pinguiũ, id eſt, Geſſemanim in qua etiã nomen loci ſignificatur, in quo Iudas dominũ tradidit. Vallis autẽ pinguis ſiue pinguiũ dicitur ꝓpter ubertatem, & ſcribas & phariſæos, qui ibi dñm cõprehenderunt. De quibus in pſalmo *Pſal. 21. c* ſcriptum eſt: Tauri pingues obſederũt me. B Hæc uallis pinguium, id eſt, Geſſemanim, in hoc capitulo ſecũdo appellatur, & miror quomodo Lxx. primum eã dixerint montẽ pinguẽ, & poſtea montẽ excelſum. Ebrius autẽ fuit proditor non uino, ſed auaricia & *Ioan. 13. c* furore aſpidũ inſanabili: & diaboli cibo, qui poſt buccellam intrauit in eũ, & penitus deuoratus eſt: quia oratio eius uerſa eſt in peccatũ, & ne pœnitẽtia quidem eius fructum ſalutis habuit. Verbum Hebraicum שִׁכּוֹרֵי, ambiguum eſt: & uel ebrios, uel mercenarios ſonat. Vnde & יִשָּׂשכָר interpretatur, eſt merces: & שֵׁכָר μέθυσμα, id eſt, ebrietas: cæteriq́; ebrios. Soli Lxx. μισθωτούς, id eſt, mercenarios tranſtulerũt. a ¶ In die illa erit dñs exercit. &c.) Poſtquàm omnis terra Samariæ, id eſt, decem tribuum Aſſyrio fuerit inundante deleta, & cõculcata pedibus corona ſuperbiæ ebriorũ Ephraim, & in modũ ficus tẽporaneæ deuorata, tũc reſidui populi Iſraël, hoc eſt, duarũ tribuum, Iudæ & Beniamin, ipſe dñs erit corona uictoriæ, & ſpiritus iudicij ſedẽti ſuper iudicium, haud dubiũ quin Ezechiæ regi Iudæ, & fortitudo eorũ qui cũcta regione populata, de prælio reuertẽtes ſe urbe clauſerunt. Quod in hoc eodẽ *Infra. 37. g* propheta lecturi ſumus, quando centũ octoginta quinq; milia armatorũ de Aſſyrij exercitu angelo percutiente, deleta ſunt. Verũ hi quoq;, id eſt Iudas & Beniamin inebriati ſunt uino idololatriæ: & contempta religione tẽpli, dæmonũ ſimulacra uenerati, & neſcierunt uidentẽ dñm qui cuncta cõſiderat. Omnes eñ menſæ eorꝫ & uniuerſa religio repletæ C ſunt uomitu ſordiumq́;: ut nõ ſolum in templo, ſed in uertice montium & nemoroſis locis, idololatriæ ſordibus cuncta cõplerent, & dñs in eis nõ haberet habitationis locum. Hoc iuxta literam dictum ſit. Porrò iuxta Tropologiam, priorẽ ſequamur intel *Tropol.* ligentiam: nec intactos Lxx. interpretes relinquamus. Hæreticis eñ ore diaboli deuoratis: qui montem ſuperbiæ pinguiſſimum cõſcenderunt: dñs erit corona gloriæ his qui ĩ eccleſia cõmoranť, & ad multitudinẽ plurimorum errantiũ comparati, parui ſunt numero. Erit autẽ in ſpiritu iudicij ſuper iudicium, quia lauabit dñs ſordes filiorum & filiarũ Sion ſpiritu iudicij. Si quis autẽ ſanguinem habuerit, nequaq́; ſpiritu iudicij, ſed cõbuſtionis igne purgabiť: D eritq́; populo fortitudo: & prohibebit eũ interfici ab his qui uino draconũ inebriati ſunt, & errauerũt propter ſiceram. Sæpe diximus eſſe uinũ quod de uineis fit: Sicerã autẽ omnẽ potionẽ, quæ inebriare poteſt, & ſtatum mẽtis euertere: quã proprie Aquila ebrietatem tranſtulit: ſiue illa frumento, ſiue hordeo, ſiue milio, pomorumq́; ſucco, & palmarũ fructu, & alio quolibet genere conficiatur. Igitur ſacerdotes & prophetæ hæreticorum exciderunt mente propter ſicerã, & abſorpti ſunt ꝓpter uinum: quales fuerunt Priſca & Maximilla: earumq́; princeps Montanus: & quid dicerent, neſciebant. Vino inebriantur, quãdo ſcripturas ſanctas male intelligũt, atque peruertunt: Sicera, quando ſeculari abutuntur ſapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam uincula ſunt appellãda quàm phaſmata, id eſt, umbræ quædam & imagines, quæ cito pereunt atque ſoluuntur. Iſtiuſmodi cõſilium maledictio poſſidebit: qui quæſtum putant eſſe pietatem, & cuncta faciunt propter auariciam. De hoc phaſmate & Apoſtolus loquebatur: Attendentes ſpiritibus er *1. Timo. 4. a* roris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium. Tertia explanatio eſt, quod *Ioan. 12. a* poſtquàm dominus ſcribas phariſæosq́; ſubuer *& 13. c* terit, & ſocium eorum Iudam proditorẽ, qui ab initio fur fuerat: loculos enim pecuniæ pauperũ ipſe portabat: tunc ſit in ſpem & in gloriæ coronam his qui de Iudæis in dñm crediderint, haud dubiũ quin apoſtolos ſignificet, quos ad prædicationem euangelij

HEB. præ ebrietate abſorpti ſunt à uino, errauerunt in ebrietate: neſcierũt uidẽtem, ignorauerũt iudiciũ, ſiue mirabiliter. Oẽs eñi menſæ repletæ ſunt uomitu ſordiũq;, ita ut nõ eſſet
a ultra locus. Quẽm docebit ſcientiã, & quẽ intelliger e faciet auditũ? Ablactatos à lacte: auulſos ab uberibus: quia manda, remanda: mãda, remãda: expecta, reexpecta: expecta, reexpecta: modicum ibi, modicum ibi. In loquela eñi labij & ĩ lingua altera loquetur ad populũ iſtũ, cui dixit: Hæc eſt requies mea: reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigeriũ: & noluerunt audire. Et erit eis uerbũ dñi: mãda, reman-

SEP. propter uinum: uacillauerunt: propter ebrietatem ſiceræ errauerunt, hoc eſt, φάσμα: maledictio comedet hoc conſilium: ſi quidem iſtud conſilium propter auariciã eſt. Cui annunciabimus mala, & cui annunciabimus nuncium? qui ablactati ſunt à lacte: qui abſtracti ab ubere. Tribulationem ſuper tribulationẽ expecta: præſtolare ſpem ſuper ſpem: adhuc parum, adhuc parum propter irriſionẽ labiorum: propter linguam alteram qua loquẽtur populo huic dicẽtes eis: Hæc eſt requies eſuriẽti, & hæc contritio, & noluerunt audire. Et erit eis ſermo domini: Tribulatio ſuper tri
bulationẽ

E gelij reſeruarit, & non ſtatim permiſerit pro Chriſto ſanguinẽ fundere. Omnes enim ſcribæ & phariſæi uino & ſicera, de quibus ſupra diximus, inebriati ſunt: tam ſacerdotes quàm pſeudoprophetæ. Sed tẽdiculæ eorum atq; inſidiæ fuere pro nihilo, quia & Iudas ipſe qui ꝓdidit, fecit propter pecuniam: & ſacerdotes qui ꝓditorẽ pecunia corruperunt propter metũ
Ioan. 2. c abiectiõis ſuæ: Ipſe enim flagellũ de funiculis faciens, eiecit de templo eos qui uendebant boues & oues, & cathedras uendentiũ columbas, & nummulariorũ menſas ſua autoritate ſubuertit, dicẽs ad eos.
Infra. 56. c Scriptum eſt: Domus patris mei, domus orationis uocabit̃, uos aũt feciſtis eam domũ negociatiõis, ſiue ſpe
F luncã latronum. Iu
Anagog. xta Anagogen illud Hebraicum, in quo diximus: Oẽs enim mẽſæ eorum repletæ ſunt uomitu ſordiũq;, ita ut non ſit ultra locus: ad hæreticos, & ad ſcribas, ac phariſæos ſic referri poteſt, ut uniuerſam doctrinam eorũ & cuncta myſteria dicamus uomitu plena & ſordium, dũ ſcripturarum ſanctarum non digerunt cibos: nec uniuerſo corpori faciunt eſſe uitales, ſed immaturos & fœtentes egerunt, ita ut nullum in eis deus reperiat locum. Miror autẽ quid uoluerit Theodotio, ut pro uerbo Hebraico quod dicitur, קִיא צֹאָה pro quo Aquila interpretatus eſt, uomitũ ſordiũ, & Symmachus tantum uomitum, ille diceret: ἐμετὸν δυσαλίας, id eſt, uomitum dyſaliæ, quod uerbũ ubi apud Græcos lectum ſit, inuenire non potui: niſi forte nouæ rei nouũ finxerit nomẽ. Siquidẽ & apud Hebræos cõpoſitum eſt, quia uomitus dicitur קִיא & צֹאָה ſordidus. Quicquid igitur nauſeam facit & uomitum, δυσαλία appellari poteſt. a ¶Quem docebit ſcientiam &c.) Quis, inquit, dignus eſt doctrina domini, quis uerbis ſaluatoris dicentis: Qui habet aures audiendi audiat, ut quod auribus hauſerit, corde intelligat? Qui nam illi ſint, ſequens uerſus oſtendit: Ablactati à lacte, auulſi ab ubere: qui nequaq; lacte nutriuntur infantiæ, ſed ſolido ueſcũtur cibo: qui auulſi ſunt ab ubere cum Iſaac: propter quã læ-

G ticiam fecit Abraham grande conuiuium: hi merẽ-
Gene. 21. d tur domini audire myſteria, & intelligere quæ ſacerdos & propheta neſciunt, inebriati & abſorpti à uino; qui errauerunt & neſcierunt uidentem, quia omnes menſæ eorũ repletæ ſunt uomitu ſordiumq;: qui prophetis uentura annunciantibus, & niſi feciſſẽt quæ præcepta erãt tormenta minitantibus, ſolebãt dicere ſubſannantes: Manda, remanda: manda, remãda, id eſt, præcipe, præcipe, impera q̃ facere debeamus. Cũq; abuterẽtur dei patientia, qui differt irã ut præbeat miſericordiã: ſolebãt etiam hoc ex perſona prophetarũ ludẽtes dicere: Expecta pauliſper, expecta modicũ: ueniẽt quæ futura prædiximus. Hæc autẽ uniuerſa loquebãtur in poplo, quia dei ſermõibus nõ credebãt: ſtatimq;
H infert ꝓpheta: Nequaq; uobis deus his uerbis loquet̃, ut præcipiat quid facere debeatis, & præſtolemini quæ uentura ſunt, ſed loquetur uobis in furore præſenti, qui prius dixerat ad populũ: Hæc eſt reqes mea, reficite laſſum: multo tempore laboraui, in nullo inueni requiem. Vulpes foueas habẽt, & uolucres cœli nidos: filius autem hominis nõ habet ubi caput ſuũ reclinet. Et hoc eſt meum refrigerium, ut in uobis aliquãdo requieſcam. Qui noluerunt audire, & mea monita cõtempſerunt, quamobrem hoc quod ſolebant ludentes dicere prophetis: Manda, remanda: manda, re-
Supra eo. manda: expecta, reexpecta: expecta, reexpecta: modicum ibi, modicum ibi: & irridere patientiã meã, dum me arbitrantur minitari, quæ nunq; facturus ſim: ſentient rebus expleri, ut uadant in interitũ, & cadant retrorſum ὀπισθοτόνῳ inſanabili, nũquamq; ad priora proficiant: nec poſſint cum Apoſtolo di-
Philip. 3. c cere: Præteritorũ obliti ad ea quæ priora ſunt extẽdimur, ſed conterantur & illaqueentur, & uel à Babylonio, uel à Romano capiantur exercitu. Pro eo quod nos diximus: manda, remanda: manda, remanda: expecta, reexpecta: expecta, reexpecta: modicum ibi, modicum ibi: in Hebræo ſcriptum eſt:
צַו לָצָו צַו לָצָו קַו לָקָו קַו לָקָו זְעֵיר שָׁם זְעֵיר שָׁם
hisq;



HEB. da: mãda, remanda: expecta, reexpecta: expecta, reexpecta: modicum ibi, modicũ ibi: ut uadant & cadãt retrorſum: & conterãtur, & illaqueentur &
a capiãtur. Propter hoc audite uerbũ dñi uiri illuſores ꝗ dominamini ſuper populũ meũ ꝗ eſt in Hieruſalem. Dixiſtis eñi: Percuſſimus fœdus cum morte: & cum inferno fecimus pactũ: flagellũ inundans cũ tranſierit, nõ ueniet ſuper nos: ꝗa poſuimus mẽdaciũ ſpem noſtrã: & mẽdacio protecti ſumus. Id-
b circo haec dicit dñs deus: Ecce ego mittã in funda-

SEP. bulationẽ: expecta, expecta: ſpes ſuper ſpem: adhuc parũ, adhuc parũ: ut uadant & cadãt retrorſum: & cõterantur & periclitẽtur & capiantur. Propterea audite uerbum domini uiri tribulati & principes populi huius qui eſt in Hieruſalem. Quia dixiſtis: Fecimus teſtamẽtum cum inferno, & cum morte pactum: tempeſtas tranſiens ſi irruerit, non ueniet ſuper nos: quoniam poſuimus mẽdacium ſpem noſtram: & mẽdacio protegemur. Propterea ſic dicit dominus: Ecce ego immittam in fundamenta Sion
lapidẽ

A hisq; uerbis abuti ſolet immũdiſſima hæreſis apud ſimplices quoſq; atq; deceptos, ut errorẽ faciat nouitate ſermonũ, quod ſcilicet qui hæc uerba cognouerit, & in coitu eorũ meminerit, abſq; ulla dubitatione tranſeat ad regna cœlorum. Legimus in Apo-
1. Cor. 14. d ſtolo: In alijs linguis, & in labijs alijs loquar populo huic, & nec ſic exaudiẽt me, dicit dominus. Quod mihi uidet̃ iuxta Hebraicũ de præſenti ſumptũ caplo: Et hoc in ueteri obſeruauimus teſtamento, abſq; paucis teſtimonijs ꝗbus Lucas ſolus abutitur, qui magis Græcæ linguæ habuit ſciẽtiã: ubicũq; de ueteri inſtrumẽto quid dicit̃: nõ eos iuxta Lxx. ſed iuxta Hebraicũ ponere, nullius ſequentium interpretationẽ, ſed
B ſenſum Hebraicũ ſuo ſermone uertẽtium. Symmachus Theodot. & Lxx. de hoc loco diuerſa ſenſerunt, & quia longũ eſt de omnibus dicere, Lxx. interpretes qui legunt̃ in eccleſijs, breuiter tranſcurramus. Reiecto populo Iudæorũ, ſacerdotibus & prophetis qui inebriati ſunt ſicera & errauerunt, & maledictio comedit conſiliũ eorum quod inierunt propter auariciã: Cui annunciabimus futuras pro Chriſto tribulationes? Cui mala pro quibus paratur corona uirtutũ? Vtiq; his qui ablactati ſunt à lacte, qui auulſi ſunt ab ubere, haud dubium quin apoſtolos ſignificet. Tribulationem ſuper tribulationẽ expecta. Loquitur autẽ ad chorum apoſtolorũ, omniumq; credentium: ut nõ ad unam, ſed ad multas ſe paret tribulationes: ut cũ tribulatus fuerit atque depreſſus, rurſum ſperet, & ſpem ſuper ſpem habeat. Quod ſi paululum tardauerint quæ promiſſa ſunt, nõ ſit incredulus: Modicũ enim paruulumq; & ueniẽt quæ promiſſa ſunt.
Roma. 5. a Etenim tribulatio patientiã operatur: patiẽtia, probationem: probatio, ſpem: ſpes aũt nõ cõfundit. Et hæc ipſa tribulatio geminabit̃ detractione labiorũ, & blaſphemijs perſequentiũ, quibus aduerſus dei populum rabido ore deſæuiunt. Porrò apoſtoli & apoſtolici uiri loquentur ad populũ Iudæorũ, dicẽtes: Hæc eſt requies eſurienti iuſticiã, & hæc contritio & anguſtia quæ ducit ad uitã. Illis hæc prædicãtibus, audire impij noluerunt. Vnde hoc quod ad dei populum dicebatur: Tribulationem ſuſtine, tri-

bulationem ſuſtine: expecta ſpem, expecta ſpem: C
adhuc modicũ, adhuc modicũ: illis uertetur in pœnam: qui audire ſermonẽ domini noluerũt: ut corruant & uadãt retrorſum, & in periculum obſidionis ac mortis incurrant: & abſq; ullo miſeriarũ fine capiant̃. Quod autẽ uerbũ Hebraicũ דֵּעָה quod omnes uerterunt ſcientiã, ſoli Lxx. κακά, id eſt, mala interpretati ſunt: error perſpicuus eſt. Prima enim litera ד uel ר paruo apice diſtinguũtur. Si ergo legat̃ דֵּעָה, ſciẽtiam ſonat: ſi רָעָה, maliciã: non à malo qđ contrarium bono eſt, ſed ab ãguſtia.
a ¶Propter hoc audite uerbũ &c.) Quod ſupra diximus cũ irriſione ſolitos principes Iudæorum prophetis dicere: Manda,
D remanda: expecta, reexpecta, & cætera his ſimilia: per quæ oſtẽditur nequaq; eos prophetarum crediiſſe ſermonibus, ſed prophetiã eorꝫ habuiſſe deſpectui: præſens oſtẽdit capitulum: per quod appellant̃ uiri illuſores. Sunt autẽ ſcribæ & phariſæi qui dominant̃ ſuper populum dei in Hieruſalẽ, quos Lxx. uocant uiros tribulatos & principes populi Hieruſalẽ. Dixerũt enim nõ ſermone, ſed opere: Sumus ſicut & cæteræ nationes: habemus pactũ & fœdus cum inferno & cum morte: ſemel ſalutẽ deſperauimus. Certe captiuitas longo poſt tẽpore uẽtura eſt, dicẽtibus uobis: Adhuc modicum, adhuc modicũ: expecta, rurſus expecta. Ergo cũ mortui fuerimus, hoc flagellũ captiuitatis, & hãc tempeſtatẽ nõ ſentiemus. Semel eñ mẽdacio credidimus, hoc eſt, fruſtra ſpem habuimus in deo & in lege eius. Et ideo mendacio protecti ſumus, quia mortui imminentẽ captiuitatẽ declinauimus. Verbum Hebraicũ שׁוֹט Aquila & Symmachus, flagellũ, Lxx. καταιγίδα, id eſt, tempeſtatẽ interpretati ſunt, כָּזָב quoq; oẽs mendaciũ trãſtulerunt, in quo ſperauerũt Iudæi, cuius iuxta euangeliſtã Io-
Ioan. 8. f annem, pater eſt diabolus. b ¶Idcirco hæc dicit do. &c.) Dixerã, inquit, uobis: Audite uerbũ dñi uiri illuſores ſiue tribulati principes populi mei, & nolite fœdus habere cum morte nec pactum cũ inferno, qui cõtemnentes præcepta mea: poſuiſtis mendacium ſpem ueſtrã, & gloriantes imò deſperantes dicitis: mendacio protegemur. Idcirco miſericors
& miſe

E & miſerator dn̄s: patiens & multū miſericors nolētibus uobis, in fundamēta Sion, lapidē electū & ꝓbatum, & precioſum, & angularē, miſſurū eſſe ſe dicit. 1.Cor.3.b De quo & Apl's loquit̄: Quaſi ſapiēs architectus Ibid.c fundamētū poſui. Et iterū: Fundamētū em̄ aliud nemo pōt pōere præter id quod poſitū eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Iſte lapis uere & ſecūdo appellatur lapis, ſicut & in Leuitico, homo, homo bis dicitur, & angularis lapis, quia circūciſionis & gentiū populos copulauit, de quo & ī pſalmo dicit̄: Pſal.117.c Lapidē quē reprobauerūt ædificātes, hic factus eſt in caput anguli. Iſti ſunt aūt ædificātes & cemētarij, q nūc appellant̄ uiri illuſores & principes ppl'i qui eſt in Hieruſalē. De hoc lapide & in Daniele legimus, Dani.2.g quod exciſus ſit de monte ſine manibus & impleuerit uniuerſū orbē, eo ꝙ diuini F germinis diſpenſatio, humanum corpus aſſumpſerit, & habitauerit in eo plenitudo diuinitatis corporaliter. Super hūc lapidē qui alio nomine appellat̄ petra, Chriſtus ædificauit eccleſiam, & firmo iuxta Hebraicū, fundauit fundamine: in quo qui crediderit, nō cōfundet̄, ſiue iuxta Hebraicum, nō feſtinet: ne uidelicet tardus ei Chriſti uideat̄ aduētus. Si em̄ tardauerit iuxta Habacuc, Abac.2.d nemo deſperet: qa ueniēs ueniet, & ſua promiſſa cōplebit. Promittit quoq; deus ponere ſe in Ioan.5.d eo iudiciū ponderis: Neq; em̄ iudicat pater quēq̄, ſed omne iudiciū tradidit filio. Et iuſticiā ſiue miſericordiā in menſura, ut reddat unicuiq; ſecundum opera ſua, & iuſticiā ac miſericordiā alterutro tēperet, iuxta illud quod & in pſalmis legimus: Pſal.84.b Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi: iuſticia & pax deoſculatæ ſunt ſe. Spem quoq; ait ueſtrā atq; mendacium, id eſt, diabolū patrē omnis mēdacij, ſupplíciorum meorū grando ſubuertet. Et protectionem ſub qua uos tutos fore arbitrabamini, tēpeſtas ualida & aquarū multitudo delebit, ita ut amicitia & fœdus quod habebatis cū morte & cū inferno: hoc eſt, cū diabolo, pereat in æternū. Et flagellū ſiue tempeſtas, de quo dixeratis: Flagellū inundans cū trāſierit non ueniet ſuper nos: ueniet, & eritis ei in cōculcationem: hoc eſt, omnia tormēta patiemini, quæ uos G putabatis deſperationis animo nequaq; eſſe paſſuros. Semper enim irruet uobis, & tam in proſperis q̄ in aduerſis irā dn̄i ſentietis, & mors uos ſæua populabitur. Quid dicā de pœnis? Pœnarū ſola formido & tormentorū mœtus uos corriget ad ſalutē, & mala ueſtra ītelligere faciet. Cūq; uexati fueritis, tūc ſcietis ꝓphetas meos uera dixiſſe. Quodq; ſequit̄: Coanguſtatū eſt em̄ ſtratū, ita ut alter decidat: & palliū breue utrunq; operire nō pōt: illū habet ſenſum, quē in Apoſtolo legimus: 1.Cor.10 Non poteſtis calicē dn̄i bibere, & calicē dæmoniorū. Nō poteſtis menſæ dn̄i eſſe participes & mēſę idolorū. 2.Cor.6 Et alibi: Quæ participatio iuſticiæ cū iniquitate? Quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ H conuentio Chriſti ad Belial? Quæ pars fideli cū infidele? Qui cōſenſus templo dei cum idolis? Loquitur aūt ſub metaphora mariti pudiciſſimi, q adulteræ dicit uxori: Vnus lectulus me & adulterum tecum capere nō poteſt, & pallium breue maritū & mœchum cooperire nō præualet. O igitur Hieruſalē ad quā & in Ezechiel Ezech.16 & 23. ſub perſona uxoris loquit̄ fornicantis, & quam in Oſee principio ſcortū uocat & adulterā: Oſee.3. ſi uis meis complexibus copulari, abijce idola: ſi ſeruieris idolis, me habere nō poteris. Hoc iuxta Hebraicū. Porrò quod in LXX. legit̄: Diſcite audire qui tribulati eſtis, nō poſſumus pugnare: ipſi aūt infirmi ſumus ut congregemur: quem ſenſum habeat, & quomodo ſuperioribus copulet̄, penitus ignoro. Niſi forte ad principes populi loquatur ſermo diuinus, & hortetur eos ut ſpem habeant in deo, & nō in morte atq; inferno, & diſcant audire uaticinia prophetarum: illiq; reſpōdeant, ſe pro infirmitate uiriū aduerſus cōtrarias poteſtates pugnare non poſſe: nec inter dei populū cōgregari. a ¶ Sicut em̄ in monte di. &c.) Lapidē precioſum in fundamentis Sion poſiturum ſe dn̄s repromiſit, ut ſubuerteret grādo mendacium & impiorū ſpem: fœduſq; cum morte & pactum cum inferno tempeſtas ualida deleret. Quem quia ſuſcipere illuſores principes noluerūt, ſicut

HEB. mentis Sion lapidē probatū angularē, precioſum fundatū fundamine: qui crediderit, nō feſtinet. Et ponā iudiciū in pōdere, & iuſticiā in mēſura, & ſubuertet grādo ſpem mēdacij: & protectionē aquę inundabūt. Et delebit̄ fœdus ueſtrū cum morte, & pactum ueſtrū cū inferno nō ſtabit: flagellum inundans cū trāſierit, eritis ei in cōculcationē. Cū ptranſierit, tollet uos: qm̄ mane diluculo trāſibit in die & in nocte: & tm̄mō ſola uexatio intellectū dabit auditui. Coanguſtatū eſt enim ſtratū, ita ut alter decidat & pallium breue utrunq; a operire nō pōt. Sicūt em̄

SEP. lapidem precioſum, electū, angularē, honorabilē in fundamēta eius, & qui crediderit, non cōfundetur. Et ponā iudiciū in ſpem: miſericordiam autē meā in pōdera: & qui credūt fruſtra mendacio: qm̄ nō trāſibit per nos tempeſtas, & non auferet nobis teſtamentū mortis, & ſpes ueſtra ad infernū non permanebit. Tēpeſtas ueniens ſi trāſierit, eritis ei incōculcationē. Cum trāſierit, tollet uos mane, mane ptranſiet: die & nocte erit ſpes peſſima. Diſcite audire qui eſtis in tribulatiōe: Non poſſumus pugnare: ipſi autē infirmi ſumus ut cōgregemur. Sicut mons impiorū



A ſicut quondam contra allophylos regnante Dauid in monte diuiſionum, qui Hebraice appellabatur פְּרָצִים, dn̄s cōcidit aduerſarios ſuos, unde & locus nomen accepit. Et ſicut in ualle Gabaon, ſub Ieſu principe quando fiducia habitātis in ſe dei locutus Ioſue.10.c eſt: ſtet ſol in Gabaon, & luna contra uallē Aialon: & ſtetit ſol ſpacio unius diei: multiq; de alienigenis perierunt: Sic contra impios & illuſores iraſcet̄ dn̄s ut faciat opus ſuum. Non eſt em̄ opus domini perdere quos creauit, ſed facere opus alienū: quod ad crudelitatem magis q̄ ad clementiā pertinet. Rurſumq; idipſum alijs uerbis repetit ut operet̄ opus ſuū. Non eſt opus eius punire peccātes, ſed peregrinum & alienū ab eo ut puniat qui ſaluator eſt. Quoniam igitur de patientia ſua reſurrecturus eſt B dn̄s, & nequaquā parciturus: ſicut non pepercit in monte Pharaſim, & in ualle Gabaon: Moneo uos ò uiri illuſores, ut nequaquā rideatis de prophetis meis: & nō putetis uētura quæ nunciant: ne ſi permanſeritis in illudendo, cōſtringantur uincula pec Prouer.5.d catorum ueſtrorū: Funibus enim peccatorū ſuorū unuſquiſq; cōſtringitur: ſiue captiuitatis uobis tempus adueniat. Si quidem quod dn̄s tanto tempore differebat uincula, captiuitatem atq; ſupplicia, ſiue ultimum iudicij diē, iam rebus expleturus eſt & cōſummaturus, & abbreuiaturus. Itaq; ego propheta quæ à domino deo omnipotēte futura cognoui ſuper uniuerſam terrā, hæc uobis nuncio: ut imminētem irā pœnitentia præueniatis. Iuxta LXX. ipſe dominus quaſi mons impiorū dicitur ſurrecturus & futurus in ualle Gabaon: ut faciat opera ſua, quæ omnia unum opus eſt amaritudinis, quod nequaq; uideatur eſſe blaſphemū: Non enim dixit futurum dn̄m montem impiorū, ſed quaſi montem, qui impijs & ſuſtinentibus uideat̄ eſſe grauiſſimus. Quomodo ſi filius negligens & alter ægrotus, patrē & medicum putēt eſſe crudeles, ſi eos uerberibus atq; cauterio diſciplinæ reſtituant ſanitati. Cōſurget em̄ dominus & erit in ualle Gabaon: propter eos qui cum ob peccata in humili cōſiſtant loco, propter tu גִּבְעוֹן morem animi eriguntur in ſuperbiā. Gabaon enim collis interpretat̄: ut faciat opera ſua quæ ſunt opera amaritudinis: quādo cogitur mutare clementiā: & pro dulci, amarus efficit̄. Igitur uos qui hæc eſtis aliquādo paſſuri, nunc nolite lætari illa læticia qua gaudebat & diues in cōuiuio purpuratus, & Lazarum pauperem negligens: C ne forte fiant ueſtra uincula fortiora. Luc.16.c Quæ enim facturus eſt dn̄s, & rebus ſuam ſententiā completurus, hæc ego audiui & uobis omnia nunciaui. Ioan.15.b Quodq; intulit: Supra omnē terram: iuxta hiſtoriam: Iudææ terminos intellige, iuxta Anagogen, totius mūdi. a ¶ Auribus percipite &c.) Ad eoſdē nūc etiā loquit̄, quibus ſupra dixerat: Audite uerbum dei uiri illuſores qui dominamini ſup populum meū qui eſt in Hieruſalē: & pręcipit eis ut uocē eius audiāt, & eloquiū illius diligenter attēdant. Nunquid ait, agricola ſemp arabit ut ſemētem iaciat? Nōnne prius proſcindet humum: & uomere ſulcos reuoluet: iacentesq; glebas raſtro franget & ſarculo: ut cum adæquauerit ſuperficiem terræ, & dura prius arua mollierit, tunc D ſpargat gith ſiue cyminum: ſeratq; triticum, & hordeum, & milium, & far in finibus ſuis iuxta uarietatem terræ & temporum? neq; enim ſimul omnia ſeminantur. Pro farre quod Græci ζέαν uocant: quidam uitiam intelligunt: Ipſumq; agricolā: id eſt, ſatorem erudit deus naturaliter iudicio ſuo, & docet illum ut ſciat quam cui ſementi culturam adhibeat. Deniq; cū metendi tempus aduenerit, gith & cyminum quæ infirmiora ſunt ſemina, nō rotis plauſtrorum teruntur: quæ in ſerrarum ſimilitudinē ferreæ circumagūtur & trahuntur ſuper demeſſas ſegetes: ſed uirga excutiūtur & baculo, quæ uulgo flagella dicuntur. Panis aūt: id eſt, triticū de quo efficitur panis, rotis ferreis teritur: & omnis eius ſtipula cōminuitur in paleas. Veruntamen nō ſemper uexatur & teritur: nec omni tempore rotarū ungulis cōminuitur: pro quibus in Hebraico dicitur equis earū: ut quia ungulas rotarū dixerat, metaphoram ſeruaret in reliquis. Quidā uolūt ex eo quod ungulas & equos nominauit, oſtendi equarum greges: qui ad terenda frumenta areis immitti ſoleant: ſed nō poterat ſcriptura dicere, quod Iudæa prouincia non habebat. Hoc aūt: id eſt, ut gith & cyminū uirga excutiantur & baculo, frumentū hordeumq;, & far, fortaſſe & milium, rotis ferreis contērantur: & non in perpetuum dei iudicium eſt, qui in omnibus oſtendit mirabile conſilium ſuum, & iuſticiæ magnitudinem monſtrat in cūctis. Hæc παραφραστικῶς diximus: ut facilius ſenſum pro quo iſta dicuntur, poſſimus

n intelli

HEB. in monte diuiſionū ſtabit dn̄s: ſicut ī ualle Gabaon iraſcetur: ut faciat opus ſuum, alienum opus eius: ut operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus ab eo. Et nunc nolite illudere: ne forte cōſtringant̄ uincula ueſtra. Cōſummationē enim & abbreuiationē audiui à domino deo exercituum ſuper uniuera ſam terram. Auribus percipite & audite uocē meā: attēdite, & audite eloquium meum. Nūquid tota

SEP. impiorum cōſurget dn̄s, & erit in ualle Gabaon: cū furore faciet opera ſua: amaritudinis opus & furor eius quaſi alienis abutetur: & aliena amaritudo eius. Et uos nolite lætari: ne cōfortentur uincula ueſtra: quia conſummatas & abbreuiatas res audiui à dn̄o deo ſabaoth, quas facturus eſt ſuper omnem terram. Auribus percipite & audite uocem meam: attendite & audite ſermones meos: Nunquid tota die

E intelligere. Deus uarie genus diſpenſat humanum: nunc punit, nunc miſeretur, nunc corripit, nūc defendit, id eſt, nunc arat, nunc ſerit, nūc maturas fruges metit, & demeſſas in areis terit: orbemq́ ſuū gubernat ut uoluerit: Gith & Cyminum, id eſt, omnes gentes quæ non receperunt eius notitiam: nec legis habuere pcepta: uirga emēdat & baculo: frumentū autē, id eſt, populum Iudæorū magnis torquebit ſupplicijs. Cui eñ plus creditur, plus exiget ab Luc.12.f eo: Et ſeruus q ſcit uolūtatē dñi ſui & nō fecerit eã, uapulabit multis. Et in alio loco ſcriptum Sapi.6.a eſt: Potētes potenter tormēta patientur. Veruntñ non eos torqbit in perpetuum. Aliud eñ eſt eē impiū, aliud peccatorē. Q nos de gentibus & Iu-F dæis ĩterpretati ſumus: alij exponūt ſuper populo & ſacerdotibus, q uulgus indoctū in die iudicij quaſi gith & cyminum corripiatur uirga & baculo: ſacerdotes autem qui habuerūt clauem ſcientiæ magnis ſupplicijs torqueantur, & hoc dñi fiat iudicio: qui oſtēdit in cunctis mirabile conſilium ſuū & iuſticiæ ueritatē, ut qui plus acceperunt, plus exigatur ab eis. Pro eo quod nos interpretati ſumus: In uirga excutiet gith & cyminū in baculo, neſcio quid uolētes Lxx. trāſtulerunt: cyminum aūt cū pane comeditur. Deniq & ueteres Grę ciæ interpretes Hebraicū diſſerētes, de hoc ſermone tacuerunt, quia forſitan quid dicerent, nō habebant. Illud aūt in quo nos iuxta Hebraicum poſuimus: Verum nō in perpetuū triturās triturabit illū, neq uexabit illum rota plauſtri: nec ungulis ſuis cōminuet eū: Lxx. non iuxta uerbū, ſed iuxta ſenſum interpretati ſunt. Neq enim ego in ſempiternum iraſcar uobis: nec uox amaritudinis meæ conculcabit uos, oſtēdentes futura peccatoribus poſt tormēta refrigeria, & hæc quaſi portenta atque mirabilia egreſſa eſſe à dño. Vnde pręcipit peccatoribus qui poſtea puniendi ſunt, ut ineant conſiliū: & exaltent conſolationem ſuã, nequaq uanã, ut à Lxx. additū eſt, ſed abſolute conſolationem. Nunq enim deus præciperet, ut exaltarent uanã conſolationē ſuam, quæ eis non erat profutura. Cap. XXIX. G

VAe Ariel, Ariel ciuit. &c.) Pro eo quod nos interpretati ſumus, uæ, in Hebræo ſcriptū eſt הוי, qđ apud eos interdum uocatiuo caſu dicit, ut nō plangat Ariel, ſed uocet: licet in præſenti loco pro planctu accipiendū ſit. אריאל Ariel quoq interpretatur leo dei: & pro ciuitate quam Aquila interpretatus eſt, πολίχνιν, hoc eſt, oppidulum ſiue uiculum, in Hebræo legūt קִרְיַת, quod proprie uillã ſignificat, et lingua Syra dicit Cartha, unde & uilla Syluarum appellatur קִרְיַת יְעָרִים. Deniq & in ſuperioribus ubi legimus: Quomō facta eſt Supra.1.f meretrix ciuitas fi H delis Sion? Pro ciuitate Cariath ſcribit, id eſt, uilla: quã nos ut trāſlationē Aquilæ exprimamus aduerbū, ciuitatulã poſſumus dicere. Igit Ariel, id eſt leo dei quondã fortiſſima uocatur Hieruſalē: ſiue ut alij arbitrātur tēplū & altare dei quod erat in Hieruſalē. Quodq́ ſequitur: Quam expugnauit Dauid: pro quo interpretatus eſt Symmachus, caſtrū Dauid: & Theodotio, circūuallatio Dauid, in Hebręo legit חָנָה, quod eruditiſſimus Hebræor, habitaculū ſignificare uoluit. Si igitur legerimus: quã expugnauit Dauid, ad illud tēpus referamus: qñ cæpit Dauid arcē Sion: 1.Para.11. repugnantibus cæcis & claudis, & primus Ioab domatum excelſa cōſcendit. Si aūt iuxta Symmachum & Theodotionem, hoc ſentiendū, quod Dauid eã inſtaurauerit atq munierit. Additus eſt annus ad annū: ſiue ſubtractus, ut interpretatus eſt Aquila: & ſolēnitates euolutę ſunt. Subuerſo eñ templo, & Iudaica religione ſublata, omnis eor feſtiuitas perijt. Dicitq́ ſe dñs circūuallare Ariel Babylonio exercitu, & fore eam triſtē atq mœrentē, qñ ab eis diruta fuerit. Rurſumq́ ſub Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno, & Zorobabel filio Salathiel Eſdraq́ & Neemia, qñ prophetauerūt Aggæus & Zacharias

HEB. die arabit arās ut ſerat, pſcindet & ſarriet humū ſuã? Nōne cum adæquauerit faciem eius, ſeret gith, & cyminū ſparget: & ponet triticū per ordinē, & hordeū, & miliū, & uitiã in finibus ſuis? Et erudiet illū in iudicio: deus ſuus docebit illū. Nō eñ in ſerris triturabit gith: nec rota plauſtri ſup cyminū circuibit: ſed uirga excutietur gith, & cyminū baculo: panis aūt cōminuetur: uerū nō in perpetuū triturās triturabit illū, neq uexabit eū rota plauſtri: neq ungulis ſuis cōminuet eū. Et hoc à deo exercituū exiuit, ut mirabile faceret cōſilium: & magnificaret iuſticiam. Cap. XXIX.

a VAe Ariel, Ariel ciuitas quã expugnauit

SEP. die arabit qui arat: aut ſemētem præparabit anteq præparet terram? Nunquid nō cū adæquauerit faciē eius, tunc ſeminabit gith & cyminum, & rurſum ſeminabit triticū, & hordeū, & miliū, & far in finibus ſuis: & erudieris iudicio dei & lætaberis? Non enim cū duricia mūdatur gith, neq rota plauſtri circuit ſuper cyminū, ſed uirga excutitur gith: & cyminum cum pane comeditur. Neque enim in ſempiternum ego iraſcar uobis: nec uox amaritudinis meę cōculcabit uos: & hæc à domino ſunt egreſſa portenta. Inite conſiliū, exaltate uanam conſolationem. Cap. XXIX.

VAe Ariel, Ariel ciuitas quã expugnauit Dauid



A rias fore eam quaſi Ariel, quod habeat antiqui templi ſimilitudinem, ſed magnificentiã ornamētumq́ nō habeat. Secundo quoq dñs cōminat, q circūdet Arielem ſphæra, & iaciat cōtra eã aggerē, & munimenta ponat in obſidionē eius, & compleatur illud quod ipſe plāgens Hieruſalem loquit Luc.19.f in euangelio: Si ſcires ea quæ ad pacē ſūt tibi: qm uenient dies ſuper te, & circūdabūt te inimici tui uallo: & obſidebunt te, & in terrã hūiliaberis & Hieruſalē erit cōculcata à natiōibus uſq ad cōſummationē temporis gētium. Alijs eñ uerbis eadem propheta nūc dicit, q humiliata de terra loquat, & de humo audiatur eloquiū eius: & ſit quaſi phythōis de terra uox illius, & de humo ĩſtar paſſerum muſſitet, ut B per hæc uerba ſignificet magorum νεκρομαντείαν p quã animas euocare dicuntur: & tenues umbrarū, imò dæmonum audire uoces. Deniq p phythone, Aquila magū interptatus eſt, qui Hebraice dicitur בָּאוֹב: pro quo Lxx. ἐκ γῆς φωνοῦντες, id eſt, de terra loquētes, trāſtulerūt. Quibus uerbis indicatur ruinã tēpli uſq ad conſummationem permanſuram mundi, quod collapſum in cineres, nequaq ultra ſuſcitetur. Tantus autem ò Ariel, te Romanæ potentiæ uallabit exercitus, ut innumerabili pulueri cōparetur, & fauillæ per aërē uolitanti. Vnde nō imbecillitatē eorū pulueri comparat & fauillæ, qui cōtra eos militauerunt: ſed multitudinem quæ arenis innumerabilibus exequat. Et hoc erit repente, cōfeſtim: ut in media pace, ſubita ſub Nerone bella cōſurgant: & dñs exercituū uiſitet Hieruſalem in tonitru, & in cōmotione terræ: & in turbine tempeſtatis, & in flamma ignis deuorātis, per quod templū ſignificat comburendū. Romani autem qui ſuperatis Iudæis, & ſubuerſa Hieruſalē ſub Tito & ueſpaſiano, de uaſis quondã dei manubias obtulerunt Capitolio: ſuæq́ uirtutis & potētiæ numinum, nō iræ dei putauerunt eſſe quod fecerant: C quaſi in ſomnio & in nocturna uiſione omnes diuitias poſſidebunt. Et quomodo qui eſurit, dormiēs in ſomnis ſe ueſci putat: & qui ſitit, arctibus ſiti faucibus flumina bibit, cumq́ euigilauerit ardētior ſitis fit quæ caſſã potione deluſa eſt: ſic multitudo uniuerſarū gentium, quæ Romanæ ſubditæ poteſtati dimicauerūt cōtra montem Siō: habebūt quaſi in umbra, & nube, & ſomnio noctis diuitias, quas maturo interitu derelinquent. In eo loco ubi nos poſuimus omes qui militauerunt & obſederunt & præualuerunt aduerſus eã: Lxx. tranſtulerunt, & omnes qui militauerunt cōtra Hieruſalē, quod in Hebraico nō habetur. In principio quoq huius capi- D tuli ubi nos diximus: additus eſt annus ad annū, ſiue ſubtractus: illi ĩterpretati ſunt: cōgregate fructus uel genimina, annū ſup annū: manducate: comedetis enim cū Moab. Et eſt ſenſus: antequã annus domini acceptabilis prædicatiōis eius adueniat, imò duo anni, de quibus in cãtico Habacuc iuxta Hebraicū legimus: In Abac.3.a medio duorum tempor cognoſceris: ſeminate uo- Pſal.125.a bis in lachrymis ut metatis in gaudio. Scriptū eſt in euangelio ſecundū Ioannem, per tria paſcha dominum ueniſſe in Hieruſalem, quæ duos annos efficiunt. Quod autem ſequitur: Comedetis enim cū Moab, in Hebraico nō habetur. De quo poſſumus dicere, quod niſi fructus ſibi pœnitentiæ congregauerint, incipiant cum his comedere qui non ingrediuntur eccleſiã domini uſq in æternum. Cætera in quibus uidentur diſcrepare, manifeſta ſunt: & ex his quæ expoſuimus, facilis eorū interpretatio eſt. Scio me legiſſe אֲרִיאֵל interpretari, lux mea dei, quod longe aliter eſt. Hic enim prima ſillaba per א & ר ſcribitur: lux autē quæ Hebraice dicitur אוֹר, inter א & ר mediã habet literã ו, quæ in præſenti

HEB. Dauid. Additus eſt annus ad annum: ſolennitates euolutæ ſunt. Circūuallabo Ariel: & erit triſtis & mœrens: & erit mihi quaſi Ariel. Et circūdabo quaſi ſphærã ĩ circuitu tuo: & iaciã cōtra te aggerē, & munimenta ponã in obſidionē tuã. Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audiet eloquiū tuū, & erit quaſi phythonis de terra uox tua: & de humo eloquium tuum muſſitabit. Et erit ſicut puluis tenuis multitudo uētilantiū te: & ſicut fauilla pertranſiens multitudo eorū qui contra te præualuerunt: eritq́ repente confeſtim. A dño exercituū uiſitabit in tonitruo & cōmotione terræ: & uoce magna turbinis & tempeſtatis: & flammę ignis deuorãtis. Et erit ſicut ſomniū uiſionis nocturnæ multitudo omniū

SEP. Dauid. Congregate genimina, annū ſuper annū: comedite: comedetis eñ cū Moab: coanguſtabo eñ Ariel: & erit fortitudo illius & diuitiæ mihi: & circūdabo ſicut Dauid ſup te: & mittã uallū in circuitu tuo: & ponã p gyrū tui turres: & humiliabuntur in terrã ſermones tui: & in terrã occidēt uerba tua. Et erit ſicut loquētium de terra uox tua, & uſq ad pauimentum uox tua infirmabit. Et erunt ſicut puluis de rota diuitiæ impiorum: & ſicut fauilla quæ rapitur multitudo eorum qui te oppreſſerunt: eritq́ in puncto repente à domino Sabaoth. Viſitatio enim erit cū tonitru: & commotione & uoce magna tempeſtas ualida: & flamma ignis deuorans. Et erunt qūo uidētis ſomniū nocte diuitiæ omniū gentiū,

E nomine non habetur. Omniaq; quæ nunc dicūtur contra Ariel, referunt ad hæreticos qui doctrinam ſuam dei exiſtimant lucem, & expugnādi ſunt à uero Dauid: omneſq; ſolennitates eorum auferendæ, & gaudiū præſens, futura triſticia cōmutandū, quibus pręcipiat deus ut agant pœnitentiā, ne incipiant comedere cum Moabitis: & ſimiles eſſe gentilium. Ipſe eñ expugnabit Ariel: & oēm uirtutē eorū atq; diuitias ſuo circundabit exercitu. Turribúſque, hoc eſt, magiſtris eccleſię humiliabit in terra ſermones eorum, ut nequaq̄ ponant in cœlū os ſuum, ſed ſcribanť in terra, loquanťq; de terra: & fiāt quaſi puluis excuſſus rota: omneſq; diuitiæ impiorum pūcto & momento tēporis F cōparentur, quādo uiſitauerit eos in ſua maieſtate, deſcēdens in turbine & tempeſtate & igne ſupplicij: & intellexerint oēs diuitias ſuas pompamq; ſermonum, & argumentorum ſtrophas: fruſtra comedentis & bibentis ſomnio cōparari: qui militauerunt contra Hieruſalem, uiſionē pacis: ſiue aduerſum Ariel leonem fortiſſimum: & ad extremum contra montem Sion, ſuper quē eccleſię ciuitas ſita latere nō poteſt.

HEB. gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel: & omnes qui militauerunt & obſederunt & præualuerunt aduerſus eam. Sicut ſomniat eſuriens & comedit: cum fuerit experrectus, uacua eſt anima eius, & ſicut ſomniat ſitiēs & bibit poſtq̄ euigilauerit, laſſus adhuc ſitit, & anima eius uacua eſt: ſic erit multitudo omnium gentiū quæ dimicauerunt cōtra montem Sion.

SEP. gentiū quæ militauerūt cōtra Ariel: & oēs qui pugnauerūt contra Hieruſalē, & uniuerſi qui cōgregati ſunt ſup eā, & afflixerūt eā. Erūtq; ſicut qui in ſomnis eſuriunt & comedunt: cūq; ſurrexerint, uanū eſt ſomniū eorum, & ſicut qui per ſomniū ſitit & bibit, cū ſurrexerit adhuc ſitiet, & anima eius fruſtra ſperauit: ſic erunt diuitiæ omniū gentiū quæ militauerūt cōtra montē Sion.

a Obſtūpeſcite, & admiramini: fluctuate, & uacillate: inebriamini, & non à uino: mouemini, & nō ebrietate. Quoniam miſcuit uobis dominus ſpiritum ſoporis: claudet oculos ueſtros: prophetas & principes ueſtros qui uident uiſiones operiet. Et erit uobis uiſio omnium ſicut uerba libri ſignati: quem cum dederint ſcienti literas, dicent: lege iſtum: & reſpondebit, non poſſum: ſignatus enim eſt. Et dabitur liber neſcienti literas: diceturq; ei, lege: & reſpondebit, neſcio literas.

Et ait

a ¶ Obſtupeſcite &c. ſpir. ſoporis &c.) Pro ſoporis ſpiritu, Lxx. κατάνυξιν, id eſt, compunctionē: Theodotio, ἔκστασιν, id eſt, mētis exceſſum: Aquila, καταφορὰν, id eſt, grauem ſomnum interpretatus eſt, qui Gene. 2. d Hebraice dicitur תַּרְדֵּמָה quē in Adam miſſum à deo ſcriptura commemorat: quādo de coſta lateris Ionæ. 1. b eius mulier effecta eſt. Et Ionas hoc eodem ſomno ſtertebat in naui: Omnis aūt prophetia poſt ſubuerſionem Hieruſalē & tēpli, id eſt Ariel, cōtra ſcribas & phariſæos eſt, qui habētes clauē ſcientiæ, nec ipſi introeunt: nec uolētes alios introire, permittunt. Et præcipitur eis, ut ſtupore atq; miraculo, imò iuxta Lxx. diſſolutione totius corporis & mētis exceſſu inebrientur, atq; moueantur & fluctuent: uacillātes nō uino nec ſicera, ſed ſpiritu ſoporis, ſiue compunctionis dñi, ut intelligētes malū ſuū agant aliqn̄ pœnitentiā; dicātq; cū propheta: Pſal. 31. a Verſatus ſum in infirmitate dum cōfigitur mihi ſpina. G Scitote ergo ò ſcribæ & phariſæi qui eſtis principes Iudæoꝝ, ꝙ reddat uobis dñs uiciſſitudinē ueſtram. Vos enim audientes dñm ſaluatorē, intelligere noluiſtis, & clauſiſtis oculos ueſtros, ne cū uideretis: & aures aggrauaſtis, ne audiretis. Ideo & ille claudet oculos ueſtros, q ſunt prophetę: per quos dei ſcientiam uidebatis. Siue ueſtros oculos claudet & prophetarū, qui ſunt principes ueſtri. Lex enim & Luc. 16. d prophetæ uſq; ad Ioannem baptiſtā, ut uobis nō uidētibus, illi uideant, de quibus īferior ſermo teſtatur: Et audient in die illo ſurdi uerba libri ſignati: & oculi cæcorū uidebunt & exultabūt. In iudiciū eñ Ioan. 9. g uenit dñs, ut uidentes Iudæi nō uideant: & q cæci erāt, H populus ſcilicet nationū uideāt & dominū cōtemplenť. Vnde ſignificāter non dixit, quod uiſio omniū prophetarū ſignata ſit cunctis legentibus, ſed uobis, inquit, erit ſignata, qbus nūc loquor, quibus hæc futura prænūcio: ſiue oculos principū ueſtrorum, qui ſe iuxta Lxx. abſcōdita & arcana uidere iactabant, claudet in perpetuū: Eritq;, ait, uobis om̄is ſcriptura ſancta clauſa atq; ſignata, ut uos qui legitis literas, & prophetarū uaticinia noſſe uos exiſtimatis, & diebus ac noctibus uolumina ſcripturarū indefeſſo ore meditamini, nō intelligatis quod legitis, ſicut in Apocalypſi Ioannis ſcribitur: Quis eſt Apoc. 5. a dignus aperire librū & ſoluere ſignacula eius? Cūq; nullus fuiſſet inuentus qui aperiret ſignacula, fleſſe ſe dicit, & dei tandem ad ſe meruiſſe ſermonē: Noli flere: ecce uicit leo de tribu Iuda radix Dauid, ut aperiat librū: & ſoluat ſignacula eius. Leo autem de tribu Iuda, dñs Ieſus Chriſtus eſt, qui ſoluit ſignacula libri: non proprie unius, ut multi putāt, pſalmoꝝ Dauid: ſed omniū ſcripturarū, quę uno ſcriptę ſunt ſpiritu ſancto: & propterea unus liber appellatur. De quo Ezechiel myſtico ſermone teſtatur, ꝙ ſcri- Ezech. 2. d ptus fuerit intus & foris, in ſenſu & in litera. De quo & ſaluator loquiť in pſalmis. In capitulo libri Pſal. 39. b ſcriptum eſt de me: nō Hieremiæ, non Eſaiæ, ſed in omni



A omni ſcriptura ſancta, quæ unus liber appellať. Magiſtris igitur Iudæorū uſq; in pręſentē diē nequeūtibus legere & aperire ſignacula, & myſteria pādere ſcripturarū: ſi dederis eū librū indocto populo, qui à ſuis præceptoribus deuorať: fatebūtur neſcire ſe literas: & idcirco legere nō poſſe. Atq; è duobus malis multo leuius eſt legis imperitiā confiteri, q̄ iactare prudentiā: & nō poſſe ſcire quod dicitur.

a HEB. Et dixit dominus: Pro eo ꝙ appropinquat populus iſte ore ſuo: & labijs ſuis glorificat me: cor aūt eius lōge eſt à me: & timuerūt me mādato hominū & doctrinis. Ideo ecce ego addā ut admirationē faciā pplo huic miraculo grandi & ſtupēdo: peribit eñ ſapientia à ſapiētibus eius: & intellectus prudentiū illius abſcōdetur. Væ b qui ꝓfundi eſtis corde ut à dño abſcōdatis conſiliū: quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis uidet nos; & quis nouit nos?

SEP. Et ait dominus: Appropinquat mihi populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis honorat me: cor autem eius longe eſt à me: fruſtra colunt me, docentes hominum præcepta atq; doctrinas. Propterea ecce adijciam ut trāſferam populum iſtum: transferam enim illos, & perdam ſapientiā ſapientium: & intellectum prudētium abſcondam. Væ qui profundum conſilium faciunt: & erunt in tenebris opera eorum: & dicunt: Quis uidet nos? quis ſciet nos:

& quæ

a ¶ Et dixit dñs &c. cor autem eius lon. &c.) Hoc teſtimonio abuſus eſt dñs contra phariſæos in euangelio Matthæi dicens: Matth. 15. a Quare & uos præteritis mandatum dei ꝓpter traditiones ueſtras? Et iterū: Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Eſaias dicēs: Populus iſte labijs B me honorat cor autem lōge eſt à me. Fruſtra aūt colunt me docentes doctrinas & præcepta hominum. In quo notare debemus illud quod plerunq; admonuimus: euāgeliſtas & apoſtolos, nō uerbum interpretatos eſſe de uerbo: nec Lxx. interpretum autoritatē ſecutos: quorū æditio illo iam tēpore legebať, ſed quaſi Hebræos & inſtructos in lege, abſq; damno ſenſuū ſuis uſos eſſe ſermonibus. Appropinquat aūt populus Iudæorū ore & labijs ſuis deo, quia unius dei cultū habere ſe gloriať & reſpuere idola, ſed cor eius longe eſt ab eo, quia nō recipit dñm Ieſum Chriſtum. Qui enim nō recipit filium, nō recipit patrē. Simulq; diſcamus quomodo aliquis appropinquet deo, uel longe fiat ab eo. Qui Hiere. 23. e & per Hieremiā loquiť: Deus appropinquās ego: & non de longe dicit dñs. Appropinquamus autē deo mente, nō corpore, ſicut & de Moyſe legimus: Appropinquauit Moyſes ſolus ad deū: cæteri aūt nō appropinquabāt. Orabat enim deū in ſpiritu & ueritate, & accedebat ad eū ſenſu & ſpiritu. Hi autē de quibus ſcribitur quod tollantur ab utero, & erudiantur à puero uſq; ad ſenectutē: & in lege dei die ac nocte meditentur: nō appropinquant deo, quia traditiones phariſæorum ſcribarumq; ſuſcipiunt, quæ eos longe faciūt à deo, & ſunt ſepulchra deal- Matth. 23. c bata, quæ foris uidenť eſſe pulchra: intus aūt plena ſunt oſſibus mortuoꝝ, qui elegerunt Barrabam, & Ibid. 27. c dñm reſpuerunt. Propterea additurū ſe eſſe cōminatur, iuxta Lxx. ut nequaq; in Aſſyrios & Babylonios eos trāſferat, ſed in toto orbe diſpergat. Iuxta C Hebraicum, admirationem magnā populo Iudæorum ſtupendumq; miraculum facturū eſſe ſe dicit: ut perdat eorū ſapientiā qui nō receperunt dei uirtutem, deiq; ſapientiā, & intellectū prudentiū abſcōdat & cælet: ne ſcilicet eū reperiant qui in litera continetur. De hoc loco apoſtolus Pau- 1. Cor. 1. c lus ſcribens ad Corinthios, poſuit teſtimoniū: Perdam ſapientiam ſapientiū, & intellectum prudētium reprobabo: alijs uerbis eundē ſenſum ediſſerens: Non quod deus ſit inimicus ſapientiæ cuius pater eſt, & per quem omnis eſt in hominibus ſapiētia: ſed cum additamento poſuit, ut ī Hebraico eſt, ſapientiū populi, & prudentiū illius, id eſt, populi Iudæorū. Et reuera grande miraculū deus fecit in po- D pulo poſt aduentū domini ſaluatoris, ut uno atq; eodē tēpore arderet Hieruſalem templumq; corrueret: & omnis magiſtrorum ſcientia tolleretur: impleto illo quod ſupra dictum eſt: Ecce dominator dñs ſabaoth auferet ab Supra. 3. a Hieruſalem & à Iuda ualidū & ualidā; omnē fortitudinem panis, & omne robur aquę: gigantē & hominem bellatorē, & iudicē, & prophetā, & cōiectorem & ſenem, & quinquagenariū, & admirabilem conſiliarium, & ſapientē architectum, & prudentē auditorem, & cætera quæ propheticus ſermo cōtexuit.

b ¶ Væ qui prof. eſtis cor. &c.) Aduerſus eoſdem de quibus ſupra dixerat: Perdā ſapientiā ſapientiū: & intelligentiam prudentiū reprobabo: ſiue ut propheta ſcribit, abſcondā: nunc etiā dei ſermo dirigiť: qui ſapientes ſunt in ſemetipſis, & in conſpectu ſuo prudētes. De qbus rectiſſime illud intelligi poteſt: Defecerūt ſcrutātes ſcrutinio, cū ſcriptum ſit de dei Pſal. 63. b ſapiētia: Si eñ quis perfectus fuerit in filijs hominū Sapi. 3. d abſq; tua ſapientia, in nihili reputabiť. Qui idcirco arbitrantur deū ſua neſcire cōſilia, quia in tenebris ſunt opera eorum, & dicūt: Quis uidet nos? & quis nouit nos? Hæc autem dicunt & ſapientes huius ſeculi & hæreticorum magiſtri: & Iudæorum phariſæi, quod nullus eos intelligat: nō recordantes eius quod ad deum dicitur: Tenebræ non obſcurabun- Pſal. 136. b tur à te: & nox ſicut dies illuminabitur, & ſicut tenebræ eius: ita & lux eius. Hoc errore decepti Adam & Eua: audientes ſonitum pedum deambulantis in Gene. 3. b paradiſo dei: abſcōderunt ſe ſub arbore, in qua erat

HEB. Peruerſa eſt hæc ueſtra cogitatio: quaſi ſi lutū cōtra figulū cogitet: & dicat opus factori ſuo: nō feciſti me, & figmentū dicat fictori ſuo: non intelligis.

SEP. & quę nos facimus? nōne ut lutū figuli reputabimini? Nūqd dicet factura factori ſuo, nō ſapiēter me feciſti: aut figmentū fictori ſuo: nō tu me feciſti?

a Nōnē adhuc in modico & in breui cōuertet Libanus in Charmel: & Charmel in ſaltum reputabitur? Et audient in die illa ſurdi uerba libri: & de tenebris & caligine oculi cæcorū uidebunt. Et addent mites in domino læticiā: & pauperes homines in ſancto Iſraël exultabunt: qm̄ defecit qui præualebat. Cōſummatus eſt illuſor: & ſucciſi ſunt om̄es qui uigilabāt ſuper iniquitatē. Qui peccare faciebant homines in uerbo: & arguentem in porta ſupplantabant: & declinauerūt fruſtra à iuſto.

Propter

E ſcientia boni & mali. Cain quoq; dicēs: Si eijcis me
Ibid. 4.b hodie à facie tua, abſcondar: ſimili ſtulticia deum ar-
bitratus eſt ignorare. Et per Amos de impijs & pec-
Amos. 9.a catoribus dicitur: Si abſconderint ſe ab oculis meis
in profundo maris: ibi mādabo draconi & morde-
bit eos. Vnde quā-
uis aliquis ſapiens
ſit & feruētioris in-
genij: ſi nō habue-
rit dei ſapientiā at-
q; doctrinam dica-
Pſal. 126.a mus de eo: Niſi do-
minus ędificauerit
domum: inuanū la-
borauerūt qui ædi-
ficāt eam: Niſi dñs
cuſtodierit ciuita-
tem: inuanū uigila-
uit qui cuſtodit eā.
Cui nos faciamus
ſimile: Niſi domi-
nus adiuuerit ſciē-
tiam, inuanum la-
borat qui ſe putat
eſſe ſapientem: Ni-
ſi dñs omni cuſto-
dia ſeruauerit cor noſtrum: inuanū uigilat qui pu-
tat illud ſua diligentia poſſe ſeruari. Peruerſa eſt, in-
quit, hæc ueſtra cogitatio, ut factorē putetis neſcire
F quod fecit, & creatorem ignorare creaturam ſuam:
quaſi ſi lutū & opus dicat figulo & factori ſuo: non
me feciſti, uel, nō me bene feciſti: nec intelligis factu-
ram tuam. Hoc teſtimonio alijs uerbis Apoſtolus
utitur ad Romanos: ubi de dei profunda ſciētia di-
Roma. 9.d ſputat: & hominū uult calumniā cōfutare: O homo
tu quis es qui reſpondeas deo? Nūquid dicit figmē-
tum fictori ſuo, quare me feciſti ſic? An non habet
poteſtatem figulus de eodem luto aliud uas facere
in honorem, aliud in contumeliā? In quibus cūctis
illa ſemper obſeruāda eſt regula: euāgeliſtas & apo-
ſtolos abſq; damno ſenſuū interpretatos in Græcū
ex Hebræo ut ſibi uiſum fuerit. a ¶ Nónne ad-
huc in mod. & in bre. &c.) Reſpondeant Iudæi &
amici ſimplicis tantū hiſtoriæ: qui fructus nō quæ-
runt in arbore, ſed folia tantum umbramq; uerbo-
rum, quæ cito areſcit & deperit: quomodo in aduē-
tu domini ſaluatoris: quia à temporibus Eſaiæ uſq;
ad diſpenſationem carnis aſſumptæ, pro cōparatio-
ne æternitatis breue & modicū temporis ſpaciū eſt:
Libanus mons Phœnicis uerſus ſit atque trāslatus
in montem Carmelum, qui Hebraice כַּרְמֶל dicit.
Et eſt in confinio Palæſtinæ, atq; Phœnicis Ptole-
maidi īminēs, licet & alius in ſcripturis ſanctis mōs
1. Reg. 25.a Carmelus appellet, in quo fuit Nabal Carmelius,
homo ſtultus & iniquus: qui uxorem habuit Abi-
gail, quæ mortuo uiro, nupſit Dauid: Illo enim ui-
uente, uirum Dauid accipere non poterat: ne uoca-
retur adultera ſi foret alteri uiro ſociata, & quomo-
do charmel in ſaltum, & in infructuoſa ligna repu-
tetur. Quod cum dicere non potuerint: audiant Li- G
banū qui interpretatur dealbatio: referri ad popu- לְבָנוֹן
lum gentium: qui lotus in domino & purgatis ſor-
dibus priſtinis: totus mundus aſcendens, ſub eccle-
ſiæ perſona innititur ſaluatori, & de eo in cantico
canticorū dicitur:
Quæ eſt iſta quæ Cant. 3.c
aſcēdit dealbata, in-
nitēs ſuper fratrue-
lem ſuū: & iſtū po-
pulum trāsferri in
charmel, hoc eſt in
circuncīſionis ſciē-
tiam, ut ſpiritualis
& ueræ circūciſio-
nis myſteria reco-
gnoſcat: & in loco
ſit quondā populi
Iudęorū: Illos autē
qui Chriſtū ſuſci-
pere noluerunt: re-
putari in ſaltum, &
in arbores ſteriles
quę nō poſſūt cū li-
gnis fructiferis lau-
dare dñm. Cum au-
tem Libanus in Charmel, & Charmel in ſaltum fue-
rit cōmutatus: tunc qui prius ſurdi erant, & uerba
libri prophetici audire non poterant, de quo ſupra
diximus: quod omnis ſcriptura ſancta unus liber H
appelletur: dicente Eccleſiaſte: Sermones ſapientiū Eccles. 12.d
tanquàm ſtimuli & quaſi claui in altum confixi: qui
à concilijs dati ſunt à paſtore uno audient & loquē-
tur, quibus ſaluator dicet: Epheta, quod interpreta- הִפָּתַח
tur adaperire. Quódq; nos uertimus, de tenebris et Mar. 7.d
caligine oculi cæcorum uidebūt: quorum facilis in-
terpretatio eſt: Aquila & Theodotio & Symma-
chus tranſtulerunt: tenebras & caliginem oculi cæ-
corum uidebunt, ut oſtenderent gentium populo
qui prius cæcus erat, Chriſti ſacramenta pandēda,
iuxta illud quod dicitur: Tenebroſa aqua in nubi- Pſal. 17.b
bus aëris. Et in eodem pſalmo de deo ſcriptum eſt:
Poſuit tenebras latibulum ſuum. Et in Prouerbijs Ibidem.
legimus: Hæc audiens ſapiens ſapiētior erit: & pru-
dens gubernationem poſſidebit: & intelliget para- Prouer. 1.a
bolam & tenebroſum ſermonem, dicta ſapientium
& ænigmata. Deniq; & Moyſes ut intelligeret & ui- Exod. 20.d
deret deum: in nubem ingreſſus eſt & in caliginem,
de qua in pſalmo dicitur: Caligo ſub pedibus eius. Pſal. 17.b
Cum autem prius cæci uel myſtica quæq; conſpe-
xerint, uel de cæcitate & tenebris oculos leuauerint
ad uidendum, ut ſedentibus in tenebris & umbra
mortis oriatur lumen uerum: tunc mites de quibus
ſcriptum eſt: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebūt Matth. 5.a
terram: Siue pauperes quorum princeps in pſal-
mis ait: Hic pauper clamauit, & dominus exaudi- Pſal. 33.b
uit illum, & qui iudicabit pauperes populi & ſal-
uos faciet filios pauperum, de quo dicitur ad Iudę-
os: Conſilium pauperis ſpreuiſtis: addent in domi- 2. Cor. 10.d
no læti



HEB. Propter hoc hæc dicit dominus ad domū Iacob, qui redemit Abrahā: Non modo confundetur Iacob: nec modo uultus eius erubeſcet: ſed cum uiderit filios ſuos, opera manuum mearū in medio ſui ſanctificantes nomē meū: & ſanctificabunt ſanctum Iacob: & deū Iſraël prædicabunt: & ſcient errantes ſpiritu intellectum, & muſſitatores diſcent legem.

Cap. XXX.

b VAe filij deſertores, dicit dñs: ut faceretis cōſilium & nō ex me: & ordiremini telā, & nō per ſpiritū meū: ut adderetis peccata

a SEP. Prôpterea hæc dicit dñs ſuper domum Iacob, quā ſeparauit ex Abrahā: Nō modo cōſūdet Iacob: neq; nūc faciem mutabit: ſed cum uiderit filios ſuos opera mea: ꝓpter me ſanctificabunt nomē meū, & ſanctificabūt ſctm̄ Iacob: & deum Iſraël timebūt: & ſcient q errāt ſpū intelligētiā: & muſſitatores diſcent obedientiam ÷ & linguę balbutientes diſcent loqui pacem.

Cap. XXX.

VAe filij præuaricatores dicit dñs. Feciſtis conſilium, & non per me: & pactum, non per ſpiritū meū: ut adderetis peccata

A no læticiam, ut qui gloriatur in domino glorietur:
& pauperes homines ſiue deſperati ab hominibus
Leuit. 11.g atq; contempti: qui legis prius noticiam non habe-
bant, in ſancto Iſraël exultabūt, qui ait: Sancti eſto-
te, quoniā ego ſanctus ſum: Omniſq; eſt exultatio,
quoniā defecit qui
præualebat. Cōſū-
matus eſt illuſor, ſi-
ue arrogans & ſu-
perbus q dixerat:
Fortitudine faciā
& ſapientia: auferā
fines gentiū & for-
titudinem earū ua-
ſtabo: qui om̄ibus
illudebat: intātum
ut ſanctus quoq;
Pſal. 37.b diceret: Lūbi mei
repleti ſunt illuſiōi-
bus. Et ſucciſi ſunt
ſiue deleti omnes
qui uigilabant ſup
iniquitatē: quorū
propter malas ui-
gilias nō dormitat
interitus: q pecca-
re faciebāt uniuer-
ſum hominum ge-
B nus in uerbo blaſ-
phemiæ ut nega-
rent uerbū dei, &
in cœlo ponerent
os ſuum. Significat aūt dæmones, qui nequam ipſi,
omnes faciebāt homines in ſermone peccare, uarijs
dogmatibus blaſphemantes: & arguētem in porta
atq; iudicio, quātum in ſe erat ſupplantabāt, & à iu-
ſticia declinare faciebāt: qui erat in portis filię Sion,
exaltatus de portis mortis: corripiebat eos qui ode-
rant in portis arguentem. Quæ nos ſuper diabolo
& angelis eius intelleximus, Nazaræi cōtra ſcribas
& phariſæos dicta arbitrātur, quod defecerint δευτε-
ρωταί, qui prius illudebāt populo traditionibus peſ-
ſimis: & ad decipiendos ſimplices die noctuq; uigi-
labant: qui peccare faciebant homines in uerbo dei,
ut Chriſtum dei filium negarent. a ¶ Propterea
hæc dicit dominus ſup. do. &c. & muſſitatores &c.)
Quodq; ſequitur: Et linguæ balbutientes diſcent
loqui pacem: obelo prænotandum eſt. Cum audie-
rint, inquit, ſurdi uerba libri: & oculi cæcorū uide-
rint: Libanuſq; conuerſus fuerit in Charmel, &
Charmel reputatus in ſaltum, ita ut mites & paupe-
res lætentur in domino, & ſuperbus illuſorq; defi-
ciat: tunc confundetur Iacob qui modo interim nō
confunditur: Significat autem Eſaiæ tempora. Et
uultus illius erubeſcet, ut rubor atq; confuſio occa-
ſio ſit ſalutis: præcipue cum uiderit filios ſuos, id eſt
Apoſtolos & apoſtolicos uiros, qui fuerunt de ge-
nere Iudæorum, in medio nationum domini per-
petrare uirtutes: & Chriſti nomen gentibus prædi-
care & dicere: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctifi- C
cetur nomē tuum. Illi enim ſanctificabūt ſanctū qui Matth. 6.b
ortus eſt de Iacob, & deum Iſraël docebunt in gen-
tibus, ut idolis derelictis, dicant: quàm falſa poſſede-
runt patres noſtri idola, & non eſt in illis qui pluat,
& tunc ſciēt q nūc
errāt ſpiritu, intel-
ligētiam dei, & qui
quōdam in ſolitu-
dine murmurabāt
contra dominum,
diſcēt legem, cuius
prius noticiam nō
habebant. Si enim
recepiſſent Moy-
ſen, recepiſſent &
dñm Ieſum Chri-
ſtum, quia Moy-
ſes de illo loqueba-
tur. Quod in prīci-
pio capituli iuxta
Hebraicum tran-
ſtulimus: Hæc di-
cit dominus ad do-
mum Iacob: qui re-
demit quondā A- Gene. 11.g
braham & eduxit
de Chaldæis, & in
terram repromiſ- D
ſiōis induxit: per-
ſpicue patet. Illud
autē quod Septua-
ginta trāſtulerunt: hæc dicit dominus ſuper domū
Iacob quam ſeparauit ex Abraham: ſic intelligi po-
teſt: quod ſcribas & phariſæos qui dominum blaſ- Ioan. 7.g
phemabant, ſeparauerit ab Abraham: qui uidit diē
domini, & lætatus eſt. Si enim fuiſſent filij Abrahā,
feciſſent opera Abraham. Et Apoſtolus diſputat Hebr. 11.b
eos appellandos filios Abraham, qui habuerint ſi-
militudinem fidei Abraham: hoc eſt populum gen-
tium: qui non ex operibus, ſed ex fide Abraham fi-
lius appellatus eſt. Cap. XXX.
VAe filij deſertores, dicit dominus, ut faceretis
cōſilium &c.) Poſt prophetiam cōtra Ariel:
& cætera quæ uſq; ad hunc locum præteritus ſer-
mo diſſeruit: nūc alterius uaticinationis exordium
eſt, quæ poſt centum quinquaginta annos, qui fue-
runt inter Eſaiam & Hieremiam probatur eſſe cō-
pleta. Prædicit enim illam hiſtoriam quam in Hie-
remiæ uolumine legimus: quando ſubuerſa Hie-
ruſalem & omnibus in Babylone opibus principi-
buſq; translatis: præpoſitus eſt regij generis his
qui in Iudæa remanſerant, Godolias filius Ahi- Hiere. 41.a
cam: quo per dolum cum Chaldæis ſocijs interfe-
cto: omnes principes bellatorum, & Iohannam fi-
lius Chareæ: & Iechonias filius Oſiæ: & reliquum
uulgus à paruo uſque ad magnum: acceſſerunt
ad Hieremiam prophetam & dixerunt ei: Cadat Ibid. 42.a
oratio noſtra in conſpectu tuo: & ora pro nobis

E ad dominū deum tuū pro uniuerſis reliquijs iſtis:
Quia relicti ſumus pauci de pluribus, ſicut oculi
tui nos intuentur,& annūciet nobis dñs deus tuus
uiam per quā pergamus & uerbū quod faciamus.
Ibid.b Cumq́; Hieremias poſt decē dies ex ſermone dñi
reſpondiſſet: Hæc
dicit dñs deus Iſra⸗
ël; Si quieſcentes
manſeritis in terra
hac,ædificabo uos
& nō deſtruā, plā⸗
tabo & nō euellā,
qm̄ placatus ſum
ſuper malo quod
feci uobis: Nolite
timere à facie re⸗
gis Babylonis,quē
uos pauidi formi⸗
datis.Et poſt mo⸗
Hiere.42.c dicū:Si aūt dixeri⸗
tis, non habitabi⸗
mus in terra iſta,
& poſueritis faciē
ueſtrā, ut ingredia
mini Aegyptū, &
intraueritis ut ibi
habitetis, gladius
quē uos formida⸗
F tis, ibi cōprehēdet
uos, & fames pro
qua eſtis ſolliciti, adhærebit uobis in Aegypto, &
ibi moriemini.Reſponderunt uiri ſuperbi, dicētes
Ibid.43.a ad Hieremiā:Mendaciū tu loqueris,nō miſit te dñs
deus noſter,dicens: Ne ingrediamini in Aegyptū
ut habitetis illic, ſed Baruch filius Nerie incitat te
aduerſum nos,ut tradat nos in manibus Chaldæo⸗
rum,ut interficiat nos & trāſduci faciat in Babylo⸗
nē.Deniq; omnes principes populi reliquijs con⸗
gregatis cum mulieribus & paruulis & filiabus re⸗
gis,non audientes uocem dñi, ingreſſi ſunt Aegy⸗
ptum,aſſumptis ſecū Hieremia & Baruch,& uene⸗
runt in Taphnas:ita ut Hieremias in ſignum capti⸗
uitatis futuræ ꝓphetaret contra inobedientē popu
lū ea quæ in libro illius cōtinētur.Quod igiť poſtea
futurū erat,ante annos multos prædiciť,& deſerto
res & præuaricatores filij appellātur,qui deſerto cō
ſilio dei quod acceperāt ꝑ Hieremiā,ſuā ſecuti ſunt
uoluntatē,& orditi telā,nō per ſpiritū dei q eis Hie
remiæ ore ſonabat.Orditā aūt telā μεταφορικῶς po⸗
ſuit,ut prauū cōſiliū demōſtraret:& hoc fecerūt,ut
peccata priſtina augerēt peccato cōtēptionis & ſu⸗
perbiæ.Qui deſcēditis,inqt,in Aegyptū,& os meū
nō interrogaſtis.Nō quod nō interrogauerint, ſed
quod cōſiliū ꝓphetæ audire noluerint,ſperātes au⸗
xiliū in fortitudine Pharaonis,& habētes fiduciā in
protectione ſiue umbra Aegypti. Pro fortitudine
Pharaonis,quæ in hoc loco bis ponitur, in Hebrai
co ſcriptum habet מָעוֹז, hoc annotauimus, ut qđ
Dan.11. in Danielis extrema legimus uiſione deum מָעֻזִּים,

HEB. catum ſuper peccatū.
Qui ambulatis ut deſcenda
tis in Aegyptū:& os meum
nō interrogaſtis: ſperantes
auxiliū in fortitudine Pha⸗
raonis:& habētes fiduciam
in umbra Aegypti. Et erit
uobis fortitudo Pharaonis
in confuſionem: & fiducia
umbræ Aegypti in ignomi
niā.Erūt enim ī Tanis prin
cipes tui: & nuncij tui uſq;
Hanes peruenerūt.Omnes
confuſi ſunt ſuper populo
qui eis prodeſſe nō poterit:
nō fuerūt in auxilium,& in
aliquā utilitatem:ſed in con
fuſionem & in opprobriū.

SEP. cata peccatis: qui
itis ut deſcendatis in Ae⸗
gyptum: & me non in⸗
terrogaſtis, ut accipiatis
auxilium à Pharaone:&
protegamini ab Aegy⸗
ptijs.Erit uobis protectio
Pharaonis in confuſio⸗
nem: & his qui confi⸗
dunt in Aegypto,oppro
brium. Sunt enim in
Tani principes, nuncij
peſſimi. Fruſtrà labora⸗
būt ad populum, qui eis
non proderit ad auxili⸗
andum: Neque in utili⸗
tatem:ſed in cōfuſionem
& opprobrium.

Viſio

nō ut Porphyrius ſomniat deū uiculi Modim, ſed G
robuſtū deum & fortē intelligamus.Pharao autem
apud Aegyptios nomen eſt regiæ poteſtatis, &
unuſquiſq; ſpeciali appellať uocabulo, ut Pharao,
Nechao: & Pharao, Vafre:quomodo ſi nos Cæſa⸗
res & Auguſtos ꝓ
prijs regū uocabu
lis præponamus.
Et erit, inqt, uobis
fortitudo Pharao⸗
nis in confuſionē,
& fiducia umbræ
Aegypti ī ignomi
niam.Scribit idem
Hieremias, quod Hiere.43.c
in Taphnis urbe
Aegypti infoderit
lapides ī porta do⸗
mus Pharao, & di
xerit uiris Iudæis:
Hæc dicit dñs ex⸗
ercituū deus Iſraël:
Ecce ego mittā &
aſſumā Nabucho
donoſor regē Ba⸗
bylōis ſeruū meū,
& ponā thronum
eius ſuper lapides
iſtos quos abſcon H
di, & ſtatuet ſoliū
ſuū ſuper eos.Veniēsq; percutiet terram Aegypti,
quos in mortē, in mortē:& quos in captiuitatē, in
captiuitatē:& quos in gladio, in gladio:& ſuccēdet
ignē in delubris deorū Aegypti,& cōburet ea,& ca
ptiuos ducet illos,Et amicietur terra Aegypti,ſicut
amicitur paſtor pallio ſuo,& egredietur inde in pa⸗
ce.Superatis em̄ Aegyptijs,capti ſunt & Iudæi qui
ad Aegyptios fugerāt.Quodq́; ſequiť: Erūt em̄ in
Tanis principes tui,& nūcij tui uſq; ad Hanes pue⸗
nerunt,cū irriſione & ἐμφατικῶς legendū,qđ ſpreto
dei conſilio,principes ſuos ad Tanis urbē Aegypti
miſerint,in qua domus Pharaonis regia fuit, & ſub
Moyſe ſigna atq; portēta plurima ꝑpetrata ſunt,di
cēte pſalmographo:Qui fecit mirabilia in terra Ae Pſal.77.b
gypti,in cāpos Taneos.Et idē Eſaias cōtra Aegy⸗
ptū loquitur:Vbi ſunt nūc ſapientes tui?annūcient
tibi,& dicant,quid cogitauerit dñs ſabaoth contra
Aegyptū.Defecerūt principes Taneos, quos eo tē
pore defeciſſe cōmemorat,quādo dñs ingreſſus eſt
Aegyptū ſuper nubē leuē. Hanes aūt urbē Aegy⸗
pti in alio loco nō legimus,ſed ex eo qđ ait:Nuncij
tui uſq; ad Hanes peruenerunt,intelligimus ultimā
iuxta Aethiopas & Blēmyas eſſe Aegypti ciuitatē,
ꝓ quo Lxx.interpretati ſunt:Nūcij peſſimi fruſtrà
laborabunt, qui cōfiſi ſunt ſuꝑ populo Aegypti,q
eis ꝓdeſſe nō potuit:& fuerūt in opprobriū ſempi⸗
ternū.Quidā hūc locū cōtra decē tribus in Samaria
ſcriptum putāt, quod ab Aegyptijs auxilia poſtu⸗
lantes, capti ſint ab Aſſyrijs. Iuxta tropologiam:
Omnes



A Omnes qui dei religione cōtempta reuertuntur ad
uomitum ſuū,& perdito nomine filiorū,impuden⸗
tiſſimi canes appellātur:ineunt cōſiliū,nō per dñm,
& feriunt fœdus,nō per ſpiritū dñi, addūtq́; pecca⸗
ta peccatis,ut ſuperati blandiētibus uitijs, etiā do⸗
gmatū recipiāt pra
uitatē, & deſcēdāt
in Aegypti tene⸗
bras,quærētes au⸗
xilium Pharaonis,
q regnat in Aegy
pto, cuius ꝓtectio
ducit in ignomi⸗
niam,& in oppro⸗
briū ſempiternū.
Sunt em̄ in Tanis,
in mandato uideli
cet humili atq; de⸗
iecto, principes e⸗
ius, peſſimi nūcij,
qui fruſtra laborant ſuper populo qui eis prodeſſe
non poterit.Sicut enim ſanctos magiſtros iuuat di
ſcipulorum ſalus,ſic perditio ſeductorū perdit pa⸗
triarchas eoꝝ qui ad Aegypti auxiliū cōfugerunt.
a ¶Onus iumēt.auſt.) Pro quo Hebraice dicitur
מַשָּׂא בַּהֲמוֹת נֶגֶב: quod Lxx. tranſtulerūt, ὅρασις
τῶν τετραπόδων τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, id eſt,uiſio quadrupedū
in deſerto.Superior expoſitio, quā latiſſime hiſto⸗
riæ replicatione texuimus,huius loci eſt interpreta
B tio,quod iuxta cōſuetudinem prophetalem,Onus,
id eſt,pōdus & ſarcina cruciatuum atq; pœnarum,
nō ſolum ſuper Babylonē & Philiſtim,& Moab,&
Damaſcum,& Aegyptum, & deſertum mare,Idu⸗
mæam quoq; & Arabiā,& uallē Siō,& ad extremū
Tyrum,ſed ſuper iumēta quoq; auſtri peruenerit,
quæ Lxx.tranſtulerūt,quadrupedes in deſerto.Si⸗
gnificat autē tribuū Iuda quæ in auſtrali parte ſita,
eremo cōfinis eſt:& eos qui Hieremiæ uaticinium
reſpuentes,capta Hieroſolyma,noluerunt habitare
in Iudæa,ſed per deſertum ad Aegyptios cōfuge⸗
runt.Et recte appellātur iumēta auſtri,ſiue quadru
pedes in deſerto, quia reſpuerunt noticiam dei,&
contempto eius imperio,ad Aegypti ſimulacra fu⸗
gerūt,ſpem habentes in Pharaone:cui qui innixus
fuerit,quaſi ſi incūbat harūdini,quæ fracta manum
uulneret innitentis. De iſtiuſmodi iumentis & filij
Pſal.48.d Chore loquebātur in pſalmo:Homo cum in hono
re eſſet,nō intellexit,cōparatus eſt iumētis inſipien
tibus,& ſimilis factus eſt illis.Quodq́; ſequiť: Hæc
uia eorum ſcādalum ipſis,recte ſuper præſenti capi
tulo intelligi poteſt, quod uia deſerti illis fuerit in
ruinam.Legiſſe me noui, iumēta auſtri & quadru⸗
pedes in deſerto,qui Iudææ terminos relinquētes,
ad Aegypti tenebras confugerunt:referri ad ſpiri⸗
tualia nequitiæ in cœleſtibus, & rectores tenebra⸗
rum iſtarū,qui uniuerſas diuitias & priſtinas opes
Tropol. Aegypti deſiderio ꝑdiderūt.Hoc ille dixerit. Nos
iuxta tropologiā,ut quæ necdū propoſuimus diſſe
ramus,dicimus omnes qui creatore deſerto, ſeculi

a HBE. Onus iumētorum
b auſtri.In terra tribulatiōis
& anguſtiæ leæna & leo:
ex eis uipera & regulus uo
lans:portātes ſuper hume
ros iumentorum diuitias
ſuas:& ſuper gibbū came⸗
lorum theſauros ſuos, ad
populū q eis ꝓdeſſe nō po
terit: Aegyptus fruſtrà &

SEP. Viſio quadrupe⸗
dum in deſerto. In tribu⸗
latione & anguſtia leo &
catulus leonis: inde aſpi⸗
des & genimina aſpidum
uolantium: qui ferebant
ſuper aſinos & camelos
diuitias ſuas ad gentem
quæ eis non proderit:
Aegyptij inania &

uacua

erroribus ſe dederunt eſſe quadrupedes in deſerto C
iſtius ſeculi,à quo fruſtra ſperent auxilium,cū uerū
dei auxiliū dereliquerint. b ¶In ter.tribulationis
&c.) Pro leone,in Hebraico ſcriptum habet לַיִשׁ:
& pro regulo uolante,quē Lxx.genimina aſpidum
uolantium trāſtu⸗
lerūt in Hebraico
מְעוֹפֵף dicit euo⸗
lās,quē nos appel⸗
lare poſſumus cō⸗
burētē,& Hebrai⸗
ce uocatur שָׂרָף.
Rurſum in eo lo⸗
co ubi nos interp̄⸗
tati ſumus,portan
tes ſuper humeros
iumentorū, pro iu
mentis, omnes ſi⸗
militer trāſtulerūt
πώλους, id eſt, pul⸗
los aſinorum.Terra autē tribulatiōis & anguſtiæ,
latiſſimam eremi ſignificat uaſtitatē,per quam reli⸗
quiæ Hieruſalem cum Iohānam filio Careæ & filia
bus regis Sedechiæ, ſublatis omnibus quæ habere
poterant,ad Aegyptū tranſfugerūt.Leænam quo⸗
que & catulum leonis, Hieruſalem & populū eius
μεταφορικῶς intellige,dicēte Balaam in Numeris: Ec
ce populus ut leæna cōſurget, & quaſi leo erigetur: Num.23.d
Non accubabit donec deuoret prædam, & occiſo⸗
rum ſanguinem bibat.In Ezechiele quoq; ſcriptum Ezech.19.a
eſt:Aſſume planctum ſuper principem Iſraël,& di⸗ D
ces:Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in
medio leunculorum enutriuit catulos ſuos? Ac ne
putaremus uere ſcripturā ſanctam de leæna & leo⸗
ne dicere,contra naturam rerum loquitur,quod de
leæna & leone nata ſit uipera & regulus uolās, ſiue
genimina aſpidum uolantia,quod uidelicet de ma⸗
lis parentibus peiores generati ſint liberi, de qui⸗
bus & euangelium loquebatur:Generatio uipera⸗ Matth.3.b
rum, quis oſtendit uobis fugere ab ira uentura? Et Supra.5.b
ad terram dicitur Iſraël: Tu es terra in qua nō pluit
nec imber uenit ſuper te in die iræ, cuius principes
in medio eius, quaſi leones rugientes, rapientes
prædam,animas deuorantes per potentiam.Iſta ge
nimina uiperarum,ſiue aſpidum uolantium, id eſt, Soph.3.a
principes populi & omnis impiorum turba, ierunt
ad populū,qui eis prodeſſe nō potuit, dicente Hie⸗ Hiere.46.f
remia,quod traderet dominus Pharaonem Vafre
regem Aegypti in manum inimicorum eius, & in
manus quærentium animam illius, & conſumeren
tur omnes uiri Iuda,qui erant in terra Aegypti, gla
dio & fame uſque ad internicionem: in tantum ut
tradant Hebræi, prius quàm Nabuchodonoſor
Aegyptum caperet, Hieremiam & Baruch immi⸗
nentem captiuitatem morte uitaſſe. Leænam &
catulum leonis: quidam cœleſtem Hieruſalem
& * receptum ex ea populum expoſuit; regulum⸗ Al's deceptū.
que uolantem & uiperas & genimina aſpidum: Supra.14.g
illum de quo ſupra legimus, colubrum tortuoſum: 27.
& de

HEB. uane auxiliabitur. a Idẽo clamaui ſuper hoc: ſuꝑbia tãtum eſt, quieſce.

SEP. uacua ꝓderũt uobis. Annuncia eis: quia uana conſolatio ueſtra hæc.

b Nunc ingreſſus ſcribe eis ſuper buxũ: in libro diligẽter exara illud: & erit in die nouiſſimo in teſtimonium uſqꝫ c in æternum. Põpulus enim ad iracundiã prouocãs eſt: & filij mẽdaces, filij nolentes audire legẽ dei. Qui dicũt uidentibus: nolite uidere: & aſpicientibus: nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt: loquimini nobis placẽtia: uidete nobis errores. Auferte à me uiam: declinate à me ſe- d mitam: ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſraël: Propterea hæc dicit dominus ſanctus Iſraël: Pro eo quod reprobaſtis uerbũ hoc, & ſperaſtis in calumnia & tumultu: & innixi eſtis ſuper eo: Propterea erit uobis iniquitas hæc ſicut interruptio cadens, & requiſita in muro excelſo: quoniã ſubito dum non ſperatur ueniet contritio eius. Et cõminuetur ſicut cõteritur lagena figuli cõtritione perualida: & nõ inuenietur de fragmẽtis eius teſta in qua portetur igniculus

E & de quo ſaluator in euangelio loquebatur: Videbam ſatanan, quaſi fulgur de cœlo cadentẽ: qui draco appellatus in Apocalypſi, tertiam partem ſtellarum ſecum detraxit in terrã, quæ peruerſitate* ſententię priores diuitias perdiderunt, deferẽtes eas in Aegyptũ huius ſeculi. a ¶ Ideo clamaui ſup. hoc ſup. tan. eſt quieſ.) Pro quo neſcio qđ uolentes Lxx. trãſtulerũt: annũcia iſta, quoniam uana eſt conſolatio ueſtra hæc. Porrò Symmachus ταραχαὶ εἰσὶν κατοικεῖν, id eſt, tumultus ſunt ut habitẽt. Verbum Hebraicum רַהַב: Aquila ὅρμημα, id eſt, impetum & ſuperbiam: Symmachus turbationẽ: Lxx. μάταια, id eſt, uanitatẽ: Theodotio, latitudinem interpretati ſunt: qđ tribus literis ſcribitur, בהר, & ipſum

F eſt quod in pſalmis legitur: Memor ero Raab & Babylonis ſcientiũ me. Et eſt ſenſus: Quoniã in Aegyptijs uanum auxilium eſt, præcepi ei, id eſt, Hieruſalem, ſiue clamaui: quod Aegyptij regni tãtum haberent uocabulum, & abſqꝫ uiribus ſuperbiam, & Iſraël in terra ſua ſedere uel habitare deberet, nec fruſtrà ab infirmis auxilium petere. b ¶ Nũc ingreſſ. ſcribe eis ſup. bux.) Aiunt Hebræi quoniam in prophetis unus ſit ſpiritus, & omnia apud dñm iuncta ſint tempora, Hieremiæ præcipi, & dei eſſe mandatum, ut ingreſſus Aegyptum ſcribat eis ſup buxum, quod lignum eſt imputribile, ſiue, ut Symmachus tranſtulit ἐπὶ πύξῳ, id eſt, ſuper latiſſimã tabulam. Eis aũt, haud dubiũ quin Iudæis, & in libro diligẽter ediſſerat, ita ut nulla difficultas ſit lectiõis, ut quando uaticinium fuerit rebus expletum, tunc intelligant uerum prophetarũ eſſe ſermonẽ. Manifeſta trãſcurrimus, ut ĩ obſcurioribus immoremur. c ¶ Populus eñ ad iracund. &c.) Perſpicuũ eſt qđ ad iracundiam prouocauerint dñm, Hieremiæ uerba audire nolentes. Qui dixerunt ei: Noli nobis uidere quod nolumus, noli nobis interdicere uiam Aegypti, nec quæ recta ſunt prædices: ſed loquere quod nobis placet, ut pergamus in Aegyptum, qđ cumulent peccata peccatis. Quid nobis ingeris qđ nõ libenter audimus? quid mõſtras uiã per quã ingredi nolumus? Quid frequenter ingeminas auribus noſtris: Hæc dicit dominus ſanctus Iſraël? Ceſſet à nobis iſta prædicatio. Secũdum tropologiam,

Luc. 10. c — Apoc. 12. a — Al's ſciẽtiæ. — Hiere. 43. b — Tropol.

G omnes hæretici mẽdaces filij appellãtur. Ex nobis enim exierũt, ſed nõ fuerũt ex nobis, qui nõ audiũt interioris hominis auribus legẽ dei, & eccleſiarum loquũtur magiſtris: Nolite nobis uidere quæ recta ſunt, nec gehennæ flãmas cõminemini, ſed ꝓmittite nobis regna cœlorũ, ut poſt luxuriã & delicias, pandatur nobis paradiſus. Quid mihi oſtẽdis uiã dñi per quã nõ libẽter ingredior? Quid replicas nomẽ ſancti Iſraël, ſiue uerbum Iſraëlis, qđ mei pectoris arcana non penetrat? Qđ qdẽ & ad populũ eccleſiæ dicitur negligẽtem, ſi auerſet auſteritatẽ magiſtrorum, & adulatoribus faueat. d ¶ Propterea hęc dicit d. ſan. Iſ. &c.) Quia, ĩquit, ſuprà dixiſtis: Ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſraël: ſiue, ut Lxx.

H tranſtulerunt, ἀφέλετε ἀφ᾽ ἡμῶν τὸ λόγιον τοῦ ἰσραήλ, id eſt, auferte à nobis uerbum Iſraël: idcirco hæc dicit dominus ſanctus Iſraël, & nolentibus uobis ſe ingerit, ut quem neglexiſtis cõmonentem, ſentiatis punientem. Habuiſtis fiduciã in Aegyptiorum calumnia atqꝫ mẽdacio, & innixi eſtis ſuper tumultu eorum, ſiue contradictione & ſuperbia, ut Symmachus & Theodotio interpretati ſunt: Propterea uertet uobis hæc iniquitas ſiue peccatũ, ut ſitis quaſi murus cadẽs ſubito ciuitatis firmiſſimæ & captæ, cuius repentina aduenerit ruina: ita eñ Lxx. tranſtulerunt. Et eſt ſenſus iuxta Hebraicũ: Quomõ interruptio muri altiſſimi qui lõgam traxit ruinam, difficile inſtaurari poteſt, & priſtinum decorem recipere: ſic uobis ueniet repentina cõtritio. Et ut alia utar ſimilitudine: Sicut uas figuli ſi confringatur cõtritione perualida, ita cõminuitur in fruſta, ut uix paruula teſta remaneat de fragmentis, in qua portetur igniculus, aut paululũ aquæ de lacuna hauriat & foueat: ſic uos cũ ieritis in Aegyptũ, perſequente uos illuc Nabuchodonoſor, uſqꝫ ad internicionẽ peribitis. Hæretici quoqꝫ & oñe dogma cõtrariũ ueritati cõfidunt in calumnia atqꝫ mẽdacio, & muſſitant iuxta Lxx. cõtra creatorẽ ſuũ: Propterea impietatis eorũ ciuitas deſtruet, quã ædificauit Cain, cui ueniet repẽtina ꝑditio, cũ capta fuerit ab eccleſiaſticis uiris, & ita deſtructa & cõminuta, ut nihil in ea remaneat qđ poſſit ignẽ emortuũ reaccẽdere, & ſaltẽ cœnoſam, & paruulam aquã populis præbere ſitiẽtibus.

1. Ioan. 2. c — Supra eo.

Quia



igniculus de incendio: aut hauriat parũ aquæ de fouea.

a HEB. Quia hęc dicit dñs deus ſanctus Iſraël: Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis: in ſilentio & in ſpe erit fortitudo ueſtra: & noluiſtis, & dixiſtis: Nequaquàm, ſed ad equos fugiemus: ideo fugietis, & ſuper ueloces aſcendemus: ideo ueloces erunt q perſequentur uos. Mille homines à facie terroris unius: & à facie terroris quinqꝫ fugietis.

SEP. Hæc dicit dñs deus ſctũs Iſraël. Cũ reuerſus ingemueris: tũc ſaluus eris, & ſcies ubi fueris: quia cõfidebas ſuper uanis: uana facta eſt fortitudo ueſtra: & noluiſtis audire: ſed dixiſtis, ſuper equos fugiemus. Propterea fugietis: & ſuper leuibus aſcẽſoribus erimus, ideo leues erunt qui perſequuntur uos. Mille ad uocem unius fugiẽt: & ad uocem quinqꝫ fugient multi.

b Dõnec relinquamini quaſi malus nauis in uertice mon- c tis, & quaſi ſignũ ſuper collẽ. Prõpterea expectat dñs ut miſereatur ueſtri, & ideo exaltabitur parcẽs uobis: quia d deus iudicij dñs: beati omnes qui expectãt eum. Popu- e lus enim Sion habitabit in Hieruſalem. Plõrans nequaquàm plorabis: miſerans miſerebitur tui: ad uocem clamoris tui, ſtatim ut audierit reſpondebit tibi.

Et dabit

A a ¶ Quia hæc dicit do. de. &c.) Sanctus ait: cuius ſupra nomẽ tacuerã, ipſe eſt dñs deus: qui uobis & per me & per Hieremiã loquitur: Si agatis pœnitẽtiam, & uel uitia relinquatis, uel errorẽ praui conſilij, & maneatis in Iudæa: nõ Babyloniorum impetum, ſed mea præcepta metuẽtes, ſalui eritis. Quieſcite & ſperate in dño: & fidei in ꝓmiſſis meis robur arripite, qui cõtemnẽtes præcepta uitalia, deſperatione dixiſtis: nequaquã ita erit ut loqris: ſed ad equos cõfugiemus Aegyptios: & cõcito ad eos atqꝫ ueloci ꝓgemus gradu. Quia igiẽ iſta dixiſtis, fugietis quidẽ & pernici curſu intrabitis Aegyptũ: ſed uelociores erũt Babylonij qui uos uſqꝫ ad Aegyptũ ꝑſequẽtur: tãtuſqꝫ terror

B atqꝫ formido obtinebit Aegyptũ, ut uni Chaldęo mille Aegyptij reſiſtere nequeãt, & quinqꝫ hoſtibus fugientiũ plurima multitudo, iuxta illud, quod ĩ Deuteronomio legimus: Dabit te dñs ut corruas in conſpectu inimicorum tuorum. Via una egredieris ad eos, & per ſeptem uias fugies à facie eorũ, & eris in diſperſione in cunctis regnis terræ. Iuxta Anagogen & Lxx. æditionem: omnes ad pœnitentiam peccatores, & præcipue hæreticos cohortatur ſermo diuinus, quod cum reuerſi à uitijs ingemuerint: & egerint pœnitentiam ſalui fiant, & tunc intelligant ubi prius fuerint, & quod fruſtra in uanis ſperauerint. Cumqꝫ eos ad pœnitentiam cohortetur: illi ecõtrario confidunt in falſis magiſtris & in incerto ſeculi: deiqꝫ uerba audire nolentes, equos Aegyptios deſiderant, & eorum uelocitate lætantur: quos multiplicari dñs prohibuit. Idcirco eccleſiaſtici uiri eos uelociter perſequẽtur, & unius bellatoris uocem ſiue quinqꝫ pugnantium, quod ad mẽtem & ad quinqꝫ ſenſus referre debemus, mille homines & incondita turba fugientiũ ſuſtinere non poterũt. b ¶ Donec relinquamini &c.) Scribit & Hieremias quod interfectis gladio & fame his qui in Aegyptum cõfugerant: pauci remanſerint qui reuerſi ſint in Iudæam. Et quomodo ſi fracta naui & cõpage illius diſſoluta, ſola arbor quæ malus dicitur remaneat &

Hiere. 18. b — Deut. 28. d & 32. c — Anagoge. — Deut. 17. d — Hiere. 46. b

C ponatur pro ſigno in ſummitate montis, ſiue in excelſo colle: Sic pro ſigno atqꝫ ueſtigio, uix unus & alter reſideant, ad dei potentiam demonſtrandam. Et tunc, inquit, ſcient omnes reliquiæ Iuda qui nũc ingrediuntur terram Aegypti ut habitent ibi: cum reuerſi fuerint in terrã Iudæã: cuius ſermo cõpleatur, meus an illorum. c ¶ Propterea expe. do. &c.) Grãdis clemẽtia dei ut expectet noſtrã pœnitẽtiam: & donec nos à uitijs cõuertamur, ille potentẽ cõtrahat manũ ne ferire cogaẽ. Ideo autẽ miſeretur & parcit, ut exaltetur illius miſericordia: & bonitas creatoris nota cũctis fiat. Vel certe iuxta illud qđ in euãgelio loquiẽ: Cũ exaltatus fuero, oñia traham ad me, idcirco exaltatur in cru-

D ce, ut parcat omnibus. Ipſe eſt enim deus iudicij, & beati ſunt oẽs qui expectant dñm expectantẽ cõuerſionẽ ſuam. Quorum ſit aũt, & quæ iſta conuerſio: ſequẽtia uerba monſtrabunt. d ¶ Populus enim Sion hab. &c.) Iudæi hæc ad Cyri tẽpora referũt: quãdo de Babylone in Iudæam reuerſus eſt populus ſub Zorobabel & Ieſu pontifice. Nos aũt ut ſæpe iam diximus: omnes repromiſſiones quæ excedũt mediocritatem illius tẽporis, ad Chriſti referamus aduentum: in quo captiuus quondã populus paſſiõe domini liberatus, habitauit in Sion & Hieruſalem: in ſpecula uidelicet & in uiſione pacis, hoc eſt in eccleſia. Porrò quod in Lxx. uerbum additur ſanctitatis, qui dixerunt: populus enim ſanctus in Sion habitabit: ſic interpretari poſſumus, ut dicamus nullum habitare in Sion, niſi eum qui ſanctus ſit, & audiat dicentem dominum: Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum. e ¶ Plorans nequaquàm plorabis &c.) Cum reuerſus fueris in Sion, & habitaueris in Hieruſalẽ, nequaqꝫ plorabis ut ante ploraueras, ſed fletus tuus uertetur in gaudium: Beati enim flẽtes, quia ipſi ridebunt. Et poſtqꝫ clamaueris & dixeris ad dominũ: Clamaui in toto corde meo, exaudi me domine. Et iterum: Clamaui, miſerere mei, & cuſtodiam mandata tua. Et alibi: Expectaui in matutino & clamaui, & tam clara fuerit uox tua, ut

Ioan. 12. e — Leuit. 20. b — Luc. 6. d — Pſal. 118. t

cœlos

E cœlos penetret:ſtatim tibi dñs reſpõdebit:& ſimilis Exod.19.d eris Moyſi, de quo ſcriptũ eſt:Loquebaẽ Moyſes, & dñs reſpõdebat ei. a ¶Et dabit uob.do.panem ar.& aq.) Si ad Zorobabel hæc referimus tẽpora, facilis interpretatio eſt,quod nõ fuerit ſub eo perfecta lætitia, dicente Pſal.125.a Dauid:Cũ cõuerterit dñs captiuitatẽ Siõ,facti ſumus ſicut conſolati; ut nõ cõſolationẽ plenã atq; pfectã, ſed ſimilitudinẽ cõſolationis acciperẽt. Sin aũt ad ſaluatoris aduentũ, panis artus & aqua breuis,iuxta apoſtolũ Paulũ,& hũc eũdẽ Eſaiã,pphetã,euãgelicus ſermo prædicit,q.p lacinioſis legis obſeruationibus atq; mãdatis, in uno uerbo recapitulauit oĩa: Gal.5.c Diliges pximum tuũ ſicut teipſum. F Cõſummatũ eñ & abbreuiatũ ſermonẽ fecit dñs ſup terrã. b ¶Et nõ fac.auo.&c.) Multũ in hoc loco Lxx. æditio Hebraicũq; diſcordãt. Primũ ergo de uulgata æditione tractabimus, & poſtea ſequemur ordinẽ ueritatis. Cũ intellexerint atq; perſpexerint cordis oculi ueritatẽ,& eos qui ſe prius deceperãt, tota mentis ratione cognouerint,et auribus eruditis poſt tergũ decipientiũ uerba perſpexerint,ſemper eñ cæcam corporis partẽ decipere feſtinãt:iuxta illud quod in pſalmo legimus; Vt ſagittẽt in obſcuro rectos corde,qui tãtam ſibi aſſumũt autoritatẽ,ut ſeu dextera doceãt ſeu ſiniſtra,id eſt,ſiue bona, ſiue mala:nolint diſcipulos ratione diſcutere,ſed ſe præceſſores ſeq: Tunc hi qui prius decipiebãt, nequaq; ultrà ad eos ualebunt accedere poſtquã ſe ſenſerint intellectos. Porrò iuxta Hebraicũ,& facilis & uera explanatio eſt. Cum enim dñs credẽtibus dederit panẽ artũ & aquã breuẽ,nequaq; ultrà faciet auolare ab eis illũ qui docet hominem ſcĩẽtiam:ſed ſemper uidebunt oculi eius præceptorem ſuũ,& aures illius uerbum poſt tergũ monẽtis exaudient atq; dicẽtis:Hæc uia recta eſt,ambulate in ea, neq; ad dexteram, neq; ad Num.20.c ſiniſtram:ſecundũ illud quod alibi legitur:Nec ad dexteram,nec ad ſiniſtram declinabimus:uia regia gradiemur. In utraq; eñ parte quicquid ſupra modum eſt,in uitio eſt. Et de dextris partibus dicitur: Eccles.7.c Ne ſis iuſtus multũ. De ſiniſtris aũt quod in hœdo-

a Et dabit uobis dñs panem artum,& aquam breuem.

b HBE. Et nõ faciet auolare à te ultra doctorẽ tuum: & erunt oculi tui uidentes præceptorem tuum:& aures tuæ audiẽt uerbũ poſt tergum monẽtis:hæc uia, ambulate in ea, neque ad dexterã, neq; ad ſiniſtrã. c Et cõtaminabis laminas ſculptilium argenti tui:& ueſtimẽtum cõflatilis auri tui:& diſperges ea ſicut immunditiam menſtruatæ: egredere dices ei. d Et dabitur pluuia ſemini tuo ubicũq; ſeminaueris in terra: & panis frugum terræ erit e uberrimus & pinguis. Paſcetur in poſſeſſione tua in die illa agnus ſpatioſe.

SEP. Et nequaq; ultrà appropinquabũt tibi qui decipiant te:quia oculi tui uidebunt eos qui te ſeduxerunt:& aures tuæ audient uerba poſt te decipiẽtium qui dixerunt: Hæc uia, ambulemus in ea, ſiue ad dextram, ſiue ad ſiniſtrã. Et cõtaminabis idola deargentata & deaurata:cõminues ea & diſperges ſicut aquam menſtruatæ:et ſicut ſtercus abijcies ea. Tunc erit pluuia ſemini terræ tuæ: & panis frugũ terræ tuæ erit abũdans & pinguis. Et paſcẽtur iumẽta tua in die illa locũ pinguem & ſpatioſum.

Tauri

rum,& in pereuntium parte ponãtur,nulla dubitatio eſt. c ¶Et cõtaminabis &c.) Cum intellexeris ueritatẽ,& decipiẽtes ad te nõ acceſſerint, ſed oculi tui uiderint præceptorẽ tuũ,& aures tuæ ſemp audierint:Hæc uia,ambulate in ea, neq; ad dextram, neq; ſiniſtrã. Tunc oẽs errores & idola, ac ſimilitudines ueritatis,quæ artifex lingua compoſuerat,in ſplẽdore eloquentiæ, quod interpretatur argẽtũ & in ratione ſapiẽtiæ, quod aurũ ſonat,comminues atq; diſpges:& ita iudicabis immunda,ut menſtruatæ mulieris ſordidiſſimo ſanguini cõpares,qđ uerbis alijs aquam mẽſtruatæ Lxx. tranſtulerũt. d ¶Et dabiẽ plu. ſemini t.&c.) Scriptũ eſt in Reg.uolumine, q poſtq; 3.Reg.18.g H interfecti ſunt ab Elia pſeudo pphetæ, data ſit pluuia terræ Iſraël, & qđ panis Heliſæi & 4.Reg.4.g Ioan.6.b poſtea ſaluatoris uberrimus fuerit atq; pinguiſſimus;& tantã habuẽ plenitudinẽ,ut multa hominũ milia ex eo ſaturata ſint. Ita & in præſenti loco,nõ prius dabitur pluuia ſemini ſpirituali,& panis terræ uberrimus atq; pinguiſſimus,niſi idola deargẽtata & deaurata fuerint cõminuta,& reputata in ſterquiliniũ. Niſi eñ enim uitia receſſerint,uirtutes nõ ſubeũt. e ¶Paſcetur in poſſ.tua &c.) In rerum omniũ abundãtia,cœleſti pluuia deſcẽdẽte, & illo pane qui de cœlo deſcẽdit, quẽ qui comederit,nunq; eſuriet,paſcentur agni in loco ſpacioſiſſimo,qui ſequũtur agnũ quocũq; uadit,& qui ſemper ad dextrã ſunt. Tauri aũt principes gregis,de quibus legimus:Cõgregatio taurorũ Pſal.17.g in uaccis populorũ,& pulli aſinorum,quibus ſedẽs Matth.21.a dñs ingreſſus eſt Hieruſalẽ,qui operãtur terram,ſic de area comedent,ut fuerit uentilatũ,ne quid uidelicet in cibo eorũ mixtum ſit palearũ:de quibus in Hieremia ſcriptũ eſt: Quid paleis ad triticum,dicit Hiere.23.f Luc.3.d. dñs? & quæ in euangelio cõburuntur igni inextinguibili. Porrò iuxta Lxx. iumẽta quæ necdũ rationis ſapientiæq; ſunt plena,& de quibus unũ loquitur ad deũ:Sicut iumentũ factus ſum apud te,paſcẽ Pſal.72.d tur in loco pinguiſſimo & ſpacioſo, qui non affert ſpinas et tribulos,ſed quaſi terra Iſraël lacte et melle decurrit,& plenam paſcentibus tribuit libertatem.

Tauri



A Tauri aũt & boues qui operãtur terrã,id eſt,Apoſtoli & uiri apoſtolici:de quibus & Apoſtolus Pau 1.Cor.9.b lus ſcriptum interpretaẽ:Nõ alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt deo? Sed utiq; de his dicit,qui operãtur terrã ſuã:& de quibus idẽ lo 1.Cor.3.b quiẽ: Dei agricultura,dei ędificatio Ioan.15.a ſumus. Pater eñ agricola eſt:& Chriſtus uinea: comedẽt paleas mixtas cũ hordeo uentilato. Gene.26.c Legimus quod Iſaac hordeũ ſeuerit:& qa apud Allophylos erat,cẽtenariã hordei frugem receperit. Et Oſee.3.a Oſee:Coro & dimidio coro hordei conduxit mulierẽ Ioan.6.a adulterã. Saluator quoq; quĩq; milia uirorũ q adhuc ſenſibus corporis ſer Matth.15.d uiebant,& legẽ ſequebãtur Moyſi hordeacijs panibus ſaturauerat: Qui in alio loco frangẽs quinq; legis panes & in fruſta cõminuens;quatuor milia uiros repleuit triticeis panibus q euangelicũ numerũ B ſequebãtur. Iſtiuſmodi populi comedũt & partẽ palearum,dum in quibuſdã ſequũtur literã:& tamẽ p paleas & hordeũ paulatim pficiunt,ut tranſeant ad frumẽtum. a ¶Et erunt ſuper omnẽ montẽ &c.) In hoc loco Iudæi multos interfectos & ruẽtes turres,ad Romani imperij referũt potentiã:de quibus 2.Theſ.2.b & Apoſtolus loquiẽ:Tantum qui tenet nũc, teneat donec de medio fiat. Quod ſcilicet in illo tẽpore tãta beatitudo ſit populi Iſraël:ut non ſolũ ualles atq; campeſtria:ſed oẽs mõtes & colles aquis fluentibus irrigẽtur. Nos aũt mõtes & colles,eos intelligamus, Matth.5.a Ioan.4.b. qui in excelſum uirtutibus eleuati ſunt:qui eſuriũt & ſitiũt iuſticiã:quos dñs puocat ad bibendũ. Qui eñ biberit de aquis eius, nõ ſitiet in æternũ. Vnde Pſal.67.f & in pſalmo legimus: Benedicite dñm de fontibus Ioan.7.f Iſraël. Et in Euangelio dicitur:quod omnis qui biberit de aquis Ieſu,flumina aquæ uiuæ fluent de uẽ Pſal.35.c tre eius. Et ad deũ ſanctus loqtur: Quoniã apud te eſt fons uitæ:de quo puriſſimũ flumẽ egreditur:ſu Ibid.45.a per quo rurſum ſcriptura cõmemorat:Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. Et in alio loco: Fluuius dei repletus eſt aquis:ille uidelicet,qui loquitur per Hiere.2.c Hieremiã:Me dereliquerũt fontẽ aquæ uiuæ. Hoc aũt tunc fiet,cũ interfecti fuerint ſiue perierint plu Matt.20.b rimi. Multi eñ uocati,pauci uero electi. Et cũ ceciderint turres,ſiue dæmonũ poteſtates,ſiue ſuperbi quiq; & arrogantes & magni in iſto ſeculo:de qbus Pſal.36.g & in pſalmis dicitur: Vidi impiũ eleuatũ,& exaltatũ ſicut cedros Libani:& tranſiui,& ecce nõ erat:qſiui eũ,& nõ eſt inuẽtus locus eius. Has turres ædifica-

HBE. Et tauri tui & pulli aſinorũ qui operanẽ terrã: cõmixtũ migma comedẽt ſicut in area uẽtilatum eſt.

SEP. Tauri ueſtri & boues ueſtri qui operantur terrã, comedẽt paleas cõmixtas in hordeo uentilato.

a Et erũt ſuper omnẽ montem excelſum:& ſuper omnẽ collem eleuatum riui currentium aquarum in die interfectionis multorum cum ceciderint turres.

b HEB. Et erit lux lunæ, ſicut lux ſolis:& lumen ſolis erit ſeptuplũ ſicut lux ſeptẽ dierum:in die qua alligauerit dominus uulnus populi ſui: & percuſſuram plagæ eius ſanauerit.

SEP. Et erit lumen lunæ, ſicut lumen ſolis: & lumen ſolis ſeptuplum, in die quando ſanauerit dominus contritionẽ populi ſui: & dolorem plagæ tuæ curauerit.

re cupiebãt:q mouerũt pedes ſuos de Oriẽte,quorũ C lingua in Babylone cõfuſæ ſunt:& illi ſuper quos Luc.13.a cecidit turris Siloæ. b ¶Et erit lux lunæ &c.) Miror quomõ in præſenti loco uerba Hebraica לְבָנָה & חַמָּה quæ Aquila interpretaẽ albã & calorẽ per quæ lunã ſolẽq; ſignificat:ſupra idẽ Lxx. laterẽ & murũ tranſtulerint,in eo loco ubi ſcriptũ eſt:Et erubeſcet luna, & ſol cõfũdeẽ. Pro quo illi interpretati ſunt:liquefiẽt lateres, & ruet murus: & nũc idẽ ſequentes Hebraicũ,lunã ſolẽq; trãſtulerint. Vnde mihi daẽ ſuſpicio nõ eos erraſſe à principio,ſed paulatim ſcriptorũ uitio deprauatos. Neq; eñ fieri põt, ut qui in hoc loco eadem uerba bene interpretati ſunt,in ſuperioribus errauerint. In die ergo interfectiõis multorũ,cũ arrogãtes ſuperbiq; corruerint:& qui poſuerunt in cœlũ os ſuũ didicerint eſſe ſe terrã:erit lumen lunæ,ſicut lumẽ ſolis:qñ dederit dñs cœlũ no D uum,& terrã nouã,& trãſierit habitus mũdi huius, ut luna & ſol:laboris & curſus ſui præmia cõſequãtur. Etenim expectatio creaturæ reuelationẽ filiorũ dei præſtolaẽ:qa & ipſa creatura liberabiẽ à ſeruitute corruptiõis,in libertatẽ gloriæ filiorũ dei:licet ea quidã organa lucis intelligẽtes,inſenſibilia eſſe cõtẽdant. Luna ergo ſolis fulgorẽ accipiet. Nec mirum hoc de clariſſimo ſentire elemento, cui principatus noctis eſt traditus:cũ de ſanctis quoq; ſcriptum ſit: Fulgebũt iuſti quaſi ſol. Et ſol ſeptuplũ lumen acci Matth.13.f piet,ſicut fuit lux ſeptẽ dierum,qñ ab initio creatus eſt mũdus:quanq; ſeptẽ dies,Lxx. nõ tranſtulerint: quãdo dñs alligauerit uulnus populi ſui:ſiue ſanauerit cõtritionẽ ppli ſui:quãdo implebitur illud qđ ſcriptũ eſt: Fugiet dolor, & mœror,& gemitus:qñ Eſa.35.d ſubintrãte plenitudine gẽtiũ,ſaluus fiet oĩs Iſraël: aut certe qñ ultio eorũ uenerit:quorũ ſub altari clamãt animæ: Vſq;quo nõ ulciſceris ſanguinẽ noſtrũ Apoc.6.c de his qui habitãt in terra? Et hoc cõſidera q nõ dixerit,qñ ſanauerit cõtritionẽ populi ſui Iſraël ſiue Iacob,ſed abſolute populi ſui:ut oẽs deo ſignificet ſeruientes. Quidã locũ iſtũ & omnia quæ in hoc repromiſſionũ capitulo cõtinẽtur:ad cœleſtẽ referũt Hieruſalẽ,& ad reuerſionẽ populi eius:quãdo implebitur illud quod ſcriptũ eſt:Cœlũ & terra pertrã Matt.24.c ſibunt. Alij ad Heliæ tẽpora:& ipſum dicũt eſſe,de Supra eo.c quo ſupra ſcriptum eſt. Erũt oculi tui uidẽtes præceptorem tuũ:& aures tuæ audiẽt uerbũ poſt tergũ monentis:tunc de mõtibus & collibus iuxta fabu-

o las

E las poëtarum,& Saturni aureũ ſeculum lacti riuos fluere;& de arborum folijs ſtillare mella puriſſima. Quæ qui recipiũt,mille quoq; annorum fabulam, & terrenum ſaluatoris imperium Iudaico errore ſuſcipient;non intelligentes Apocalypſim Ioannis in ſuperficie literæ, medullata eccleſiæ ſacramenta contexere. G

Cõmentarij noni in Eſaiam Finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVM commentariorum Eſaiæ ad Euſtochium procemium.

DEcimus liber,quẽ nũc habemus in manibus,nono & undecimo minor erit numero uerſuũ,nõ ſenſuũ magnitudine.Sequitur eñ cũ Sennacherib atq; Rabſacis,& Ezechiæ regis hiſtoria;quæ nec iũgi cũ pcedẽtibus poterit ꝓpter enormẽ uoluminis magnitudinẽ;nec diuidi ꝓpter geſtorũ cõtinẽtiã. Itaq; ut uoluiſti uirgo Chriſti Euſtochiũ;& ut in cõmune placuit;ſicut & ſupiores ante dictaui;& hũc & reliquos,ſi Chriſtus annuerit dictabo libros;ut ꝓphetias ſibi copulẽ;nec eas ĩter ſe lacerẽ atq; diſcerpã in alterius finẽ,& alterius principiũ.Audio præterea ſcorpiũ mutũ anĩal & uenenatũ;ſup ſpõſione quõdam cõmẽtarioli mei in Danielẽ ꝓphetã,neſcio qd muſſitare,imò ferire conari in ſuo pure moriturũ.Cuius næniæ & lugubres cantilenæ necdũ mihi ꝓditæ ſunt;& idcirco dilata reſpõſio,magiſq; obediẽdũ tibi eſt;& ſancto atq; eruditiſſimo uiro fratri tuo Pammachio qui inſatiabili ſtudio me p literas cogit, expleto Eſaia tranſire ad Ezechiel;cũ ego & ætatis & corporis imbecillitate cõfectus;notariorũq; penuria,q me poſſẽt ſuis miniſterijs adiuuare,in eodẽ adhuc luto hæſitẽ, & uix partẽ Eſaiæ mediã in hoc uolumine finiturũ eſſe me credã. Qđ ſi te orãte cõpleuero,arripiẽda erunt & reliqua;quæ à quartodecimo Ezechiæ regis anno habebunt initium.

F
## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Eſaiam prophetam liber decimus.

ECce nomen dñi &c.) Dicamus primum iuxta Hebraicũ. Pẽdẽt ex ſuperioribus, quæ dicũtur;Corripuerat ſermo ꝓpheticus eos qui contẽpto auxilio dei,ꝓpter Babyloniorũ mœtũ ad Aegyptios cõfugiebãt;& eſt cõminatus deſcẽdentibus ibi eos eſſe morituros . Rurſũq; poſt pœnas eos q illũ audire uoluiſſent;nõ ſolum ſub Zorobabel Ezra & Neemia in Hieruſalẽ habitaturos eſſe ꝓmittit;ſed maiorem cunctis credẽtibus uerbo dei,in cõſummatiõe mũdi beatitudinẽ pollicet, qñ per oẽs mõtes & colles currẽt aquarũ flumina;& in terfectis multis cadẽt turres. Luna quoq; & ſol clarius lumẽ accipiẽt,quãdo uulnus populi ſui dñs alligauerit atq; ſanauerit.Licet hæc quidam ὑπερβολικῶς Cyri tẽporibus,qui captiuitatẽ populi relaxauit,in terra Iudæa expleta cõtendãt.Quia igitur bonis & obediẽtibus premia repromiſſa ſunt, nũc ecõtrario malis & cõtemptoribus ſupplicia nunciãtur,ꝙ dñs impleat cogitatiõnẽ ſuã;& ad puniẽdos longo poſt tẽpore ueniat peccatores,& in cũctos ſentẽtiã ꝓferat;ſpirituq; oris ſui interficiat impiũ,quẽ frenũ appellat fuiſſe populoꝝ;nõ quo ſubiectos regeret,ſed quo ſubditos ſibi traheret ad ruinã.Ponit quoq; ſimilitudinẽ torrẽtis uſq; ad collũ inundãtis,ut finem H omniũ ueniſſe teſteẽ.Sicut eñ torrẽs ſuffocat eũ,ad cuius collũ uſq; puenerit;ſic iudiciũ dei neminẽ impunitũ abire patieẽ.Cũ autẽ frenũ quod in maxillis erat omniũ gẽtiũ, cũ ſubditis ei gẽtibus pdiderit,& ad nihili deduxerit; tunc uobis inquit ſctis q meis iuſſiõi bus obeditis ; erit canticũ , ſicut uox ſanctificatæ ſolẽnitatis;quãdo egreſſi eſtis,de Aegypto, & in ſolẽnitate paſchæ iugũ ſeruitutis Aegyptiæ ꝓpiecistis,dicẽtes ĩ mari rubro Pharaone ſubmerſo;Cãtemus dño,glorioſe eñ magnificatus eſt;& cordis tãta leticia,ut imitemini eos q ad tẽplũ primitiua portãtes;& in dei torcularia deferentes munera,pergunt cũ tibijs cordis gaudia carmine demõſtrãtes. Hæc iuxta Hebraicũ breui ſermone pſtrinxi.In utraq; aũt æditiõe annotandũ eſt,ꝙ nõ dñs,ſed nomẽ dñi poſt multũ tẽpus adueniat;de quo ĩ pſalmis diciẽ;Benedictus q uenit in noĩe dñi,deus dñs,& illuxit nobis.Et ipſe loquiẽ in Euãgelio;Ego ueni in noĩe patris mei, & nõ ſuſcepiſtis me.Pulchreq; poſt multũ tẽpus uenire diciẽ,loquẽte humana impatiẽtia;Vſq; quo dñe obliuiſceris me in finẽ? ꝗdiu auertis faciẽ tuã à me?Ardens quoq; furor eius uenit cũ gloria;ut quẽ in humilitate

Exod.15.d — Pſal.117.d — Ioan.5.g — Pſal.12.d

a ECcẽ nomẽ domini uenit de longe; ardens furor eius ; & grauis ad portãdum. Labia eius repleta ſunt indignatione ; & lingua eius quaſi ignis deuorans.Spiritus eius uelut torrens inundans uſq; ad medium

ECce nomen domini uenit poſt tempus multum ; ardens furor cum gloria;eloquium labiorum eius,eloquium iræ plenum ; & ira furoris ſicut ignis deuorabit;& ſpũs eius ſicut aqua in ualle;trahẽs ueniet uſq; ad collũ



A militate cõtempſimus in maieſtate timeamus. Hoc
Pſal.49.d ipſum & in pſalmis ſcriptum eſt;Deus manifeſte ueniet;deus noſter & nõ ſilebit.Ignis in cõſpectu eius ardebit;& in circuitu eius tẽpeſtas ualida.Ipſe enim
Luc.12.f loquitur in Euangelio;Ignẽ ueni mittere ſup terrã; & quẽ uolo ut ardeat?Rurſus ĩ alio
Pſal.25.b pſalmo legiẽ;Vox dñi intercidẽtis flãmã ignis;ut quicquid in mundo eſt fœni,lignorum,& ſtipulæ rapiẽs flãma
Deut.4.d conſumat.Vñ & deus ignis diciẽtur eſſe cõſumens.
Ibi.32.c Quodq; inferẽ;Ira furoris eius quaſi ignis deuorabit. Pleriq; noſtrorum irã furoris dñi diabolũ interpretanẽ; cui tradimur ad puniendũ;q iuxta librũ Samuelis cõ
H 2.Reg.24.d mouit Dauid ut numeraret pplm dei. Et Apoſtolus
1.Cor.5.d loqtur;tradere hu
B iuſcemodi ſatanæ in interitũ carnis; ut ſpũs ſaluus fiat. Hic aũt ipſe furor, & ira furoris dñi nihil ſuo faciet arbitrio ; ſed qđ ſibi fuerit imperatum. Vnde ſequiẽ;Eloquiũ labiorũ eius eloquiũ iræ plenũ. Spiritus quoque eius quaſi aqua in ualle,trahẽs ueniet uſq; ad collum ; ut ſupplicia ſup peccatores faciat redũdare. Qui diuideẽ ꝓ qualitate meritorũ;ut perdat atq; cõturbet gẽtes,quas uanus error ſeduxerat;& ſe intelligãt ſupplãtatas.Vnde ad huiuſcemodi homines diciẽ,qui in mũdi huius potẽtia præualebãt, & ſuo delectabantur errore,nõ eos ſemper hoc eſſe facturos.Præcipueq; locũ iſtũ & totã cõtinentiã capituli aduerſus hæreticos, & omnia dogmata,quæ ſunt cõtraria ueritati,dicta qdã noſtroꝝ putant;qđ cũ iudicij tẽpus aduenerit,nequaq; ingrediãtur ſancta eius & montẽ,id eſt, eccleſiã dñi;ne ſub religionis nomine diuitias cõgregent;abutãturq; luxuria, quaſi dñi feſta celebrãtes,Iudæi de Gog & Magog, gẽtibus quas putãt ab Aquilone uẽturas,id eſt,de

C Scythiæ partibus hæc intelligũt;ſuper quibus Eze
chiel plenius loquiẽ. a ¶ Et auditã faciet dñs &c.) Ezech.39.d
Poterã iuxta Hebraicũ quid mihi uideretur currẽs legẽtibus indicare;ſed quid faciã quorundã ſtudijs, qui niſi Lxx.interpretũ æditionẽ diſſeruero,imperfectũ opus me habiturũ eſſe denunciãt?Sequar igitur cœptũ ordinẽ diſſerẽdi.Vox dñi atq; præceptũ omnibus nota fiẽt et fortitudo brachij illius cũctis patebit; quãdo retributionis tẽpus aduenerit,flãmæ & turbinis, grãdiniſq; magnitudine,& põdere lapidũ defereẽ. Super quo Eze
chiel in ꝓphetia,ut Ezec.38.39.
diximus, Gog & Magog,pleno ſermone ſcribit. Ad uocis eius imperiũ pauebit Aſſur uirga pcuſſus;Omnis impius,omnis imitator gentis inimi
cæ;non quo in die D
iudicij ſolus ſit feriendus Aſſyrius; ſed quo per Aſſyrium diabolũ intelligamus.Deniq; ſequiẽ;Et erit tranſitus uirgæ fũdatus, quã requieſcere faciet dñs ſup eũ. Et eſt ſenſus.Nequaq; eũ uirga percutiet,& eã rurſus leuabit,ac more cæ dẽtium finẽ faciet uerberãdi;ſed quaſi fundatã & alta radice defixã, in pœnis eius faciet permanere.Quod ſi ita intelligitur,ubi erit pœnitẽ
tia diaboli?præſertim cum dicatur peccatoribus.Ite Matth.25.d
in ignẽ æternum , quẽ præparauit deus diabolo & angelis eius.In tympanis & in citharis, & bellis præcipuis expugnabit eos. Dæmones uidelicet & oẽs impios cum gaudio omnium dñs expugnabit. Ab heri quippe & à præterito tempore præparata eſt
à rege domino Thophet, id eſt, lata & ſpacioſa ge הַתֹּפֶת
henna;quæ eos æternis urat ardoribus.Nutrimentum eius & fomes ignis eſt,& ligna multa,id eſt,flãma perpetua & ſupplicia peccatorum.Et quoniam ſicut de camino & fornace ignis ardẽtis,ꝓpheticus ſermo

HEB. colli,ad perdendas gentes pro nihili;& frenũ erroris quod erat in maxillis populorum. Canticum erit uobis , ſicut uox ſanctificatæ ſolẽnitatis ; & læticia cordis , ſicut qui pergit cum tibia , ut intret in mõtem domini ad for
a tem Iſraël. Et aũditam faciet dominus gloriam uocis eius ; & terrorem brachij ſui oſtendet in comminatione furoris & flamma ignis deuorantis;allidet in turbine & in lapide grãdinis. A uoce enim domini pauebit Aſſur uirga percuſſus;& erit tranſitus uirgæ fundatus;quam requieſcere faciet dominus ſuper eum in typanis & in citharis ; & in bellis præcipuis expugnabit eos. Præparata eſt eñ ab heri thophet;à rege præparata profunda & dilata ta ; nutrimenta eius ignis, & ligna multa ; flatus domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.

SEP.ad collũ & diuidetur ut conturbet gentes ſuper errore uano ; & abijcietur error;& aſſumet eos in cõſpectu eoꝝ.Nunqd ſemp oportet uos lętari & ingredi in ſancta mea iugiter; quaſi feſta celebrãtes atq; gaudẽtes;ut ingrediamini cũ tibia ad mõtem dñi ad deũ Iſraël? Et auditã faciet dñs gloriã uocis ſuæ;& furorem brachij ſui oſtendet cũ furore & ira;et flamma ignis deuorãte fulminabit uehementer;& ſicut aqua & grãdo deſcẽdens cũ ui. Ad uocẽ eñ dñi ſupabuntur Aſſyrij,plaga qua pcutiet eos;& erit ei per circuitum, unde habebat ſpem auxilij,in quo confidebat; ipſi cũ tympanis & citharа pugnabunt cõtra eum ex cõmutatione. Tu enim ante dies decipieris;nũqd & tibi regnũ paratum eſt? Vallẽ ꝓfundã,ligna poſita, ignem & ligna multorum ; furor domini, ſicut uallis ſulphure ſuccenſa.

Cap.

E sermo prædixerat, seruat metaphorã: ut flatu & spiritu ac uoluntate dñi hanc succendi sciamus: mixto sulphure, quod flãmas excitat, ut faciat acriora tormenta. Porrò quod iuxta Lxx. dicitur: Ad uocem dñi superabuntur Assyrij, plaga cũ percusserit eos: & erit ei in circuitu unde fuerat ei spes auxilij, in quo confidebat: ipsi cum tympanis & cithara pugnabũt aduersum eũ ex cõmutatione: illud significat, quod aduersum diabolum cõsurgant, qui ei quondã subditi fuerant: & cum gaudio atq; lætitia dimicent contra eũ ex cõmutatiõe subita: dum intelligẽtes errorẽ suum destruũt eum à quo decepti fuerant. Diciturq; ad illum: quod ab initio se ipse deceperit, regnum suum arbitrans sempiternum, cui parata sit gehẽna & æterna supplicia.

a VAe qui descendunt in Cap. XXXI. Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes: & habentes fiduciam super quadrigis: quia multæ sunt: & super equitibus, q̃ prævalidi nimis: & non sunt cõfisi super sanctum Israël, & dominum non requisierunt. Ipse autem sapiẽs adduxit malum: & uerba sua non abstulit: & consurget cõtra domum pessimorum, & contra auxilium operantiũ iniquitatem. Aegyptus homo & non deus: & equi eorum caro, & non spiritus: & dominus inclinauit manum suam, & corruet auxiliator: & cadet cui præstatur auxilium: simulq; omnes consumentur. b Quia hæc dicit dominus ad me: quomodo si rugiat leo & catulus

Cap. XXXI.

VAe qui descendunt in Aegyptum ad auxiliũ, in equis sperantes: & habẽtes fiduciam super
F quadrigis, quia multæ sunt: & super equitibus, q̃ præualidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israël: & dominum nõ requisierunt. Ipse &c.) Post onus iumentorum Austri, & eos qui portabant in Aegyptum diuitias suas ad populum, qui eis prodesse non poterat: qui sperabant auxilium in fortitudine Pharaonis, & habebant fiduciam in umbra Aegypti, sub specie reuersionis in Hierusalẽ, & captiuitatis laxandæ sub Cyro: de cõsummatione seculi, & de perfecta iustorum beatitudine sermo propheticus nũciarat: nũc reuertitur ad eosdẽ, ad quos supra loquutus fuerat ne descẽderent in Aegyptũ. Et hoc inter præsentem locum est & præteritum: quod ibi præcipitur tribui Iudæ, ne descẽdat in Aegyptum. Hic quia contempto imperio domini descensuri sint, prophetatur: & quod à Nabuchodonosor rege Babylonio, tam Israël quàm Aegyptij, tam perfugæ q̃ auxiliatores pariter trucidẽtur. De
Hiere. 42.c quo Hieremias plenissime loquitur: Væ ergo his q descendunt in Aegyptum: & Chaldæorum metu domini præcepta contemnunt: sperantes in idololatris, qui dei cultum habere se iactant: & in equorũ
Psal. 32.d auxilio cõfidentes, nesciunt scriptum: Fallax equus in salutẽ: habentq; fiduciã super quadrigis & curri-
Exod. 15.a bus & equitibus: nec recordãtur illius cãtici: Equũ & ascensorem deiecit in mare. Et nõ sunt cõfisi sup sanctum Israël, qui manentibus in terra Iudææ, suũ per Hieremiã pollicebatur auxiliũ: Et dñm non requisierunt: nõ quo nõ requisierint, sed quo requisiti uerba cõtempserint. Vnde & de malis sacerdoti-
Psal. 52.a bus dicitur: Qui deuorant plebẽ meã, dominũ non

G inuocauerunt. Ipse aũt sapiẽs, id est dñs, adduxit malum super eos & pessimũ, uidelicet Nabuchodonosor: siue absolute malũ, rem significans, nõ personã: & uerba sua nõ abstulit, quæ loquutus fuerat per ꝓphetas. Quãobrẽ consurget super tribũ Iudã domũ pessimorũ: & cõtra auxilium Aegyptiorũ, q operantur iniquitatẽ. Aegyptus eñ siue Aegyptius, ut Lxx. transtulerũt, homo est & nõ deus: & equi eorũ caro, & nõ spiritus. Vnde & ĩ Hieremia scri-
Hiere. 17.d ptum est: Maledictus homo qui spem habet in homine: & firmauit carnem brachij sui: & à domino recessit cor eius: & erit quasi myrice in deserto, quæ nõ uidebit cũ uenerint bona. Et in alio loco
Psal. 59.c scriptũ est: Vana salus hominis: siue, ut melius habetur in Hebræo, in homine. Cumq; dominus manum suã extẽderit ad puniendũ: uel declinauerit, sub metaphora aurigæ: & frenos equorũ currẽtium relaxarit: corruet auxi-
H liator Aegyptius, & Israël cui præstabatur auxiliũ. Quæ quidem possumus intelligere & super his, qui persecutionis tẽpore & tribulationis atq; angustiæ, non confidunt in domino, sed in Aegyptiorum, id est, secularium hominum auxilio: nesciẽtes Abrahã periclitatum in Aegypto: & dei populum, luto & lateribus in illa regione seruisse: quæ spiritualiter ap-
Apoc. 11.b pellatur fornax ferrea. Vnde & in Apocalypsi Ioãnis legitur: Locus in quo crucifixus est dñs, spiritualiter uocatur Sodoma & Aegyptus. b ¶ Quia hæc dicit dñs ad me: quomodo si &c.) In manifestis unam ponimus æditionẽ, maxime ubi nulla diuersitas sensuũ est. Cæsis in Aegypto Israëlitis & Aegyptijs, in quorum auxilio confidebant: reuertuntur in Hierusalẽ Cyro regnãte captiui. Et per duas similitudines dñi, qui se fore adiutorem ꝓmiserat, fortitudo mõstratur. Sicut leo & catulus leonis esuriens, si cernat ouium gregem, nulla pastorum uoce terretur: & multitudinem eorum cõscius uirium suarum despicit: sic dñs exercituum præliabitur, nõ contra montem Sion & collem eius, sed super montem Sion cõtra aduersarios illius. Dicamus & aliam comparationem: Quomodo aues ut defendant fœtus suos, nidos superuolant: & siue serpentem, siue hominem uiderint, auesq; alias ad pullos suos accedere, oblitæ imbecillitatis, rostro pugnãt & unguibus: doloremq; pectoris garrula uoce congeminãt: sic dominus proteget Hierusalem, & liberabit eam transiens, atq; saluabit. Pro transeunte, in Hebraico פָּסַח: in tribus præter Lxx. interp̃tibus ὑπερβαίνων פסח ponitur. Ex quo manifestum est pascha, hoc est, phase



A phase domini, non passionem significare, sed transitum. Quod autem dominus in similitudinẽ auium ꝓtector fuerit super Hierusalem, in euãgelio ipse te-
Matth. 32.b statur: Hierusalem Hierusalẽ quæ occidis ꝓphetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties uolui cõgregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? Et in Deute-
Deut. 32.b ronomio dicit de dño: Expãdit alas suas & suscepit eos, & portauit eos in humeris suis.

catulus leonis super prædam suã cum occurrerit ei multitudo pastorum, à uoce eorũ non formidabit: & à multitudine eorum nõ pauebit: sic descẽdet dominus exercituum: ut prælietur super montem Sion, & super collẽ eius. Sicut aues uolantes, sic ꝓteget dominus exercituũ Hierusalem: protegens & liberans, transiens & saluans.

a HEB. Cõnuertimini, sicut in profundum recesseratis filij Israël. In die enim illa abijciet uir idola argenti sui: & idola auri sui: quæ fecerunt uobis manus uestræ in peccatum. Et cadet Assur in gladio non uiri: & gladius non hominis uorabit eum: & fugiet non à facie gladij: & iuuenes eius uectigales erunt. Et fortitudo eius à terrore transibit: & pauebunt fugientes principes eius, dixit dominus: cuius ignis in Sion, & caminus eius in Hierusalem.

SEP. Conuertimini, sicut in profundum recesseratis filij Israël. In die enim illa abijciet uir idola argenti sui: & idola auri sui quæ fecerũt uobis manus uestræ in peccatũ. Et cadet Assur in gladio non uiri, & gladius nõ hominis uorabit eum: & fugiet non à facie gladij. Iuuenes eius supabuntur: petra enim circundabuntur quasi uallo, & uincẽtur: qui autem fugerit, capietur. Hæc dicit dominus: Beatus qui habet in Sion semen: & domesticos in Hierusalem.

Cap.

a ¶ Cõuertimini sicut in profundũ recesseratis fi. &c.) Pugnãte domino super montẽ Sion cõtra aduersarios eius: & protegente eam instar auium. Cõuertimini ò filij Israël: Siue ut Symmachus transtulit: Agite pœnitentiã qui ꝓfundo cõsilio atq; pecca-
B to à dño recessistis. Si enim hoc feceritis, abijciẽtes idola aurea atq; argẽtea, quæ uobis fuerũt in peccatũ, ꝓpter quæ urbs uestra capta ẽ: cadet Assur, cuius metu nunc fugitis: non gladio hominum, nec exercitus robore: sed dei potentia. Significat autem angelum, à quo centum octogintaquinq; milia Assyriorum una nocte deleta sunt. Ipse quoq; rex Assyrius fugiet: non hominum gladium, sed iram dei: ita ut iuuenes illius atq; robusti, uectigales fiãt Medis: de quibus supra cõtra Babylonem dicitur: Ecce ego suscitabo uobis Medos: & fortitudo Assyrij domini terrore transibit atque præteriet: omnesq; principes illius pertremiscẽt. Dixit enim dominus atq; pollicitus est: cuius dixisse fecisse est: & qui habet ignem in Sion, & caminum in Hierusalem: ut aduersarios suos instar stipulæ atq; lignorum egrediens de Hierusalem flamma consumat. Alius hoc quod dicitur: In die illa abijciet uir idola argẽti sui, & reliqua: sic interpretatur, ut post reditũ de captiuitate Babylonia usq; ad aduentum Christi, nunquam filios Israël idola coluisse testetur: Assyrium quoq; in præsenti loco significari, nõ ab angelo: sed à Medis esse superandum: quod uetustissimum & quondam potens regnum post offensam domini deletum sit, uictoribusq; seruierit. Nazaræi locum

C istum sic intelligunt: O filij Israël, qui consilio pessimo dei filium denegastis: reuertimini ad eum & ad Apostolos eius. Si enim hoc feceritis, omnia abijcietis idola quæ uobis prius fuerant in peccatum: & cadet uobis diabolus, non uestris uiribus, sed misericordia dei: & iuuenes eius qui quondam pro illo pugnauerant, erunt ecclesiæ uectigales: omnisq; fortitudo & petra illius pertransibit: philosophi quoq; & omne dogma peruersum ad crucis signum terga conuertent. Domini quippe sententia est ut hoc fiat: cuius ignis siue lumen est in Sion, & clibanus in Hierusalem. Ignis & lumen Hebraice eisdem scribuntur literis אור; quod si legatur אוּר, ignẽ sonat: si אוֹר,
D lucem. Hoc ideo dictum est, quia pro igne quem solus interpretatus est Symmachus: Aquila & Theodotio lumẽ trãstulerunt. Quid sibi autem uelit quod in Septuaginta legitur: Petra circundabuntur quasi uallo & uincentur: qui autem fugerit, capietur: scire nõ ualeo. Nisi forte hoc possumus dicere: quod iuuenes regis Assyrij qui uincendi sunt atq; capiendi: ita circundẽtur petra, hoc est, fortitudine domini, quomodo uallo circundatur ciuitas. Porrò quod sequitur: Beatus qui habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem: sic interpretari possumus, ut dicamus præsentis loci sensui conuenire: quod exhortetur sermo diuinus fugientes in Aegyptum, reuerti in Hierusalem, & filios procreare. Cui tanta beatitudo promittitur, ut domini defendatur & protegatur auxilio. Et in alio loco de ea scriptum sit: Erit gloria domus huius no-
Aggei. 2.b uissimæ super priorem. Quod & ad ecclesiam referri potest, uisionem pacis & speculam: de qua scri-
Psal. 86.a ptum est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et
Ibid. 45.d alibi: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. In hac enim ignis est & caminus, qui deuoret peccatores: & ligna, fœnum, stipulamq; consumat: siue lumen & clibanus, ut iustorum claritas & peccatorum pœna monstretur.

Cap. XXXII.

a ECcẽ cũ iuſticia regnabit rex: & principes in iudicio præerũt. Et erit uir ſicut qui abſcõditur à uento, & cælat ſe à tempeſtate: ſicut riui aquarũ in ſiti: & umbra petræ prominẽtis in terra deſerta. Nõ caligabunt oculi uidentium: & aures audientium diligenter auſcultabũt. Et cor ſtultorum intelliget ſcientiam: & lingua balborũ uelociter loquetur & plane. Nõ uocabitur ultra is qui inſipiẽs eſt princeps: neq; fraudulẽtus appellabitur magnus. Fatuus eñ fatua loquetur: & cor eius faciet iniquitatem: ut perficiat ſimulationem, & loquatur ad dominũ fraudulẽter, & uacuefaciat animam eſurientis: & potũ ſitienti auferat. Fraudulenti uaſa peſſima ſunt: ipſe enim cogitationes concinnauit ad ꝑdendos mites in ſermone mendacij: cum loqueretur pauper iudiciũ. Princeps uero ea quæ digna ſunt principe cogitabit: & ipſe ſuper duces ſtabit.

Cap. XXXII.

ECce enim rex iuſtus regnabit: & principes cum iudicio præerunt. Et erit homo occultãs ſermones ſuos: & abſcondetur quaſi ab aqua quæ fertur: & apparebit in Sion ſicut fluuius currẽs, inclytus in terra ſitienti: & nequaquã erunt cõfidentes in hominibus: ſed aures ſuas ad audiendum dabũt, & cor infirmorum attendet auditui: & linguæ balbutientium cito diſcent loqui pacem: & nequaquam dicẽt ſtulto ut princeps ſit: nec ultra dicent miniſtri tui, tace. Fatuus enim fatua loquetur: & cor eius uana intelliget ad perficiendã iniquitatem, & loquendum ad dominum errorem: ut diſpergat animas eſurientes, & animas ſitientes uacuas faciat. Conſiliũ enim peſſimorum iniqua cogitabit: interficere humiles ſermonibus iniquis: & diſſipare uerba humilium in iudicio. Pij autem ſapientiam cogitarunt: & hoc cõſilium permanet.

Mulieres

E Cap. XXXII.

ECce cum iuſticia &c.) Iuxta Septuaginta interpretes, qui dixerunt: Ecce eñ rex iuſtus regnabit, & principes cum iudicio præerunt: quæ ſequũtur ſuperioribus copulanda ſunt: his uidelicet, in q̃bus prius capitulũ finitũ eſt: Beatus q̃ habet ſemẽ in Siõ, & domeſticos in Hieruſalem. Iuxta Hebraicum: finita priore prophetia, de his qui ĩ Aegyptum deſcẽdebãt: nunc alterius uaticinationis exordiũ eſt, de aduẽtu ſcilicet Chriſti & Apoſtolorum eius. Iſte enim rex regnabit iuſte: nõ accipiens perſonã in iudicio: & principes illius cum ueritate præerunt, cauſas, non homines conſiderantes. Et quicũq; ſub eius umbraculo fuerit, ſic tutus
F erit in tribulationibus & anguſtijs, et in mundi iſtius tẽpeſtate: quomodo qui uentum & turbinem fugiens, ſe tuto abſcondit loco: & qui puriſſimos fõtes inuenit in deſerto: & qui ĩ uehemẽti æſtu ſolis ardore cuncta torrente, ſub ꝓminenti ſaxo requieuerit. Vbi nos diximus: ſicut riui aquarum in ſiti: Septuaginta trãſtulerũt: & apparebit in Sion quaſi fluuius currens. Verbum enim Hebraicũ, de quo ſupra diſputauimus בְּצִיּוֹן: quod dicitur in ſiti, ſiue in ſiccitate, & in inuio: Septuaginta & Theodotio in Sion interpretati ſunt: Pro צָיוֹן, id eſt, ſiti: legentes צִיּוֹן, quæ eiſdem literis ſcribitur. Cũ ergo Chriſtus regnauerit, & principes eius præfuerint in iudicio: non caligabũt oculi credentium: & aures audientium diligenter attendent, quæ prius ſurdæ erãt: & cor quondã ſtultorũ intelliget ſcientiam: & lingua balbutiẽtium atq; mutorum quæ Chriſtum ſonare non poterat: pleno aG pertoq́; ſermone dñm cõfitebitur. Non uocabitur ultra is qui ſtultus eſt princeps. Stultam enim fecit 1. Cor. 1. c. deus ſapiẽtiã huius ſeculi. Neq; fraudulẽtus doctor atq; peruerſus, appellabitur magnus in populis: ſcribę uidelicet et pharisæi, q̃bus dominus loquebat̃. Stulti & cæci quid maius eſt: aurum an templũ quod ſanctificat aurum? Matth. 23. b Fatuus eñ fatua loq̃tur: ꝓ quo in Hebraico ſcriptũ eſt, כִּי נָבָל נְבָלָה יְדַבֵּר. Hoc diximus, ut uerba Abigail exponamus, dicentis 1. Reg. 25. d de Nabal Carmelio: Secundum nomẽ ſuũ inſipiẽs eſt. Vere enim fatuus fatua loquetur, & cor eius ꝑficiet iniquitatem: qui ibi timuit ubi non erat timor, & abutebatur ſtulticia pro ſapientia, dicẽs: Hic Ioan. 5. b ſi ex deo eſſet non H ſolueret ſabbatũ. Quod uſq; hodie facit magiſter ſynagogarum, ut perficiat ſimulationem: ꝓ qua ĩ Hebraico ſcribit̃ חֹנֶף: id eſt, ὑπόκρισις. Vnde ſæpius ad phariſæos dicitur: Væ uobis Matth. 23. c ſcribæ & phariſæi hypocritæ. Et loq̃tur, inquit, ad dominũ fraudulẽter: Magiſter, ſcimus Ibid. 22. b quia ex deo es: & quod ad te nõ ꝑtinet de hominibus: licet cenſum dari Cæſari an non? Qui uacuefaciunt animas eſurientis populi: & potum auferunt ſitientibus turbis: nec ipſi intrantes, nec alios intrare patientes. Fraudulenti enim doctoris & principis, omnia uaſa & arma ſunt peſſima: qui concinnat dolos ad perdendos ſimplices in ſermone mendacij, dicens ad deceptum populum: Scrutare & uide: quoniam propheta de Galilæa non ſurget. Cum loqueretur ad Ioan. 7. g eos pauper iudicium: qui cum diues eſſet, pro no 2. Cor. 8. b bis pau



a Mulieres opulentæ, ſurgite & audite uocem meam; filiæ confidentes, percipite auribus eloquium meum. Poſt dies & annũ, & uos conturbabimini confidentes: conſummata eſt enim uindemia: collectio ultra nõ ueniet. Obſtupeſcite opulentæ: conturbabimini cõfidentes: exuite uos & confundimini. Pro quo Symmachus interꝑtatus eſt nudamini. Accingite lumbos ueſtros: ſuper ubera plangite: ſuper regione deſiderabili: ſuper uinea fertili: ſuper humum populi mei ſpina & uepres aſcendent: quanto magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? Domus eñ dimiſſa eſt: multitudo urbis relicta eſt: tenebræ & palpatio factæ ſunt ſuper ſpelũcas uſq; in æternum: gaudium onagrorum paſcua gregum. Donec effundat̃ ſuper nos ſpiritus de excelſo: & erit deſertũ in Charmel, & Charmel in ſaltum reputabitur. Et habitabit in ſolitudine iudiciũ: & iuſticia in Charmel ſedebit. Et erit opus iuſticiæ pax: & cultus iuſticiæ ſilentiũ: & ſecuritas uſq; in ſempiternum. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Grando autem in deſcenſione ſaltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui ſeminatis ſuper oẽs aquas, immittentes pedem bouis & aſini.

Cap.

A bis pauper factus eſt. Vere enim iudicium eis Chriſtus, & iuſticiam loquebatur, dicens: Si non facio Ioan. 10. g opera patris mei, nolite credere, mihi: ſi autẽ facio, & mihi nõ uultis credere, operibus credite. Iſte pauper qui loquitur iudicium, princeps & dominus: ea quæ principe digna ſunt cogitauit, dicẽs: Nõ Matth. 15. c ueni niſi ad oues perditas domus Iſraël. Et ſolicitus erit pro ĩfidelibus, ſaluare cupiens non credentes: & ſtabit ſuper duces ſuos apoſtolos: quorum ad unum loquitur: Tu autem homo unanimis, dux meus & notus Pſal. 54. c meus. Hęc iuxta Hebraicum, à quo Septuaginta non ſolum uerbis, ſed & ſenſibus ĩ pleriſq; diſcordant. Cum enim rex iuſtus regnauerit, & principes illius imperauerint cũ iudicio: erit homo ab Matt. 20. 21 23. 24. 25. ſcondens ſermones ſuos: homo qui per naturam deus eſt: & abſcondet ſermones ſuos, loquens eis
B in parabolis. Abſcondet autem quaſi ab aqua currente, à populo ſcilicet Iudæorum: qui inſtar aquę pro magiſtrorum uoluntate huc illucq́; fertur & trahitur. Qui homo abſcondens apud incredulos ſermones ſuos, apparebit in Sion: hoc eſt in eccleſia quaſi fluuius inclytus: & decurrẽs in terra ſitienti. Apparebit eñ gentilium populo, qui prius ueritatis patiebatur ſitim: & rigabit arua ſitientia fluuius dei, de quo ſcriptũ eſt: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Pſal. 45. a Et in alio loco: Flumẽ dei repletum eſt aquis. Ipſe enim loquitur in euangelio: Qui ſitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in Ioan. 7. f me, ſicut dicit ſcriptura: flumina de uẽtre eius fluẽt aquæ uiuæ. Tunc nequaquàm habebunt fiduciam in magiſtris: ſed præbebunt aures ſuas ad audiendum dominum: & tam corde quàm lingua pacem domini fatebuntur: deſerentes ſtultos principes & miniſtros eorum, qui credentibus in Ieſum imperabunt ſilentium. Quæ ſequuntur, eundem propè ſenſum quem & Hebraicum continent: & poſſunt hæreticis coaptari. Hi enim loquuntur contra dominum mendacium: & peruertunt animas eſurientes atque ſitientes, & uacuas abire faciunt: ut etiam ſi quid naturaliter boni habeant, magiſtrorũ amittant uitio: quorum omne conſilium eſt, ut perdant C humiles iniquis ſermonibus, & diſſipent uerba humilium in iudicio. In quo pariter annotandũ, quod qui ab eis decipi poteſt, humilis ſit, & terræ cohærens. a ¶Mulieres opulẽtæ, ſurgite & audite uocem meam: filiæ cõfidentes, percipite auribus eloquium meũ: poſt dies & annum & uos conturbabimini confidentes: conſummata eſt enim uindemia &c. tenebræ & palpatio factæ ſunt ſuꝑ ſpeluncas uſq; in ęternum &c.) Pro tenebris & palpatione, quæ factæ ſuper ſpeluncas uſq; in ſempiternum: Lxx. tranſtulerũt: καὶ ἔσονται αἱ κῶμαι σου σπήλαια, ἕως τοῦ αἰῶνος, id eſt. Et erũt uillæ tuę ſpelũcæ uſq; in æternũ: qđ in Hebraico dicit̃ עֹפֶל & בֹּחַן quas Hebręi duas turres in Hieruſalem fuiſſe arbitrantur: excelſas atq; firmiſſimas: quæ his appellantur nominibus. Qua D rum prior interpretatur tenebræ ſiue nubilum, quod uſque ad nubes erigeret caput. Altera probamentum & firmitas: ſiue ut Symmachus uertit, inquiſitio: eo quod in contemplando culmine eius oculi fallerentur. In fine quoq; capituli ita interpretati ſunt: Beati qui ſeminant ſuper omnem aquam, ubi bos & aſinus calcãt. Poſt uocationem gentium, quando Chriſtus rex imperauerit cũ iuſticia, & principes eius, apoſtoli & apoſtolici uiri præfuerint credentibus cũ iudicio: dirigetur ſermo propheticus ad mulieres opulentas: quas uel urbes Iudææ, uel ſynagogas illius temporis: uel ut pleriq; arbitrãtur, matronas diuitum quondam populi Iudæorum debemus accipere: quibus quaſi iacẽtibus dicitur poſt ruinam: Surgite: & nihilominus appellantur filiæ cõfidentes ſiue ſperantes: præcipiturq́; eis ut audiant ſermones domini, & recordentur dierum & anni, de quo in conſequentibus dicturi ſumus: ipſum ſaluatorem dicentẽ: Spiritus domini ſu Luc. 4. c per me, propter quod unxit me: euangelizare pauperibus miſit me: prædicare captiuis remiſſionẽ, & cæcis uiſum: uocare annũ domini acceptabilem: & ipſa recordatio fiat eis iuxta Septuaginta in dolorẽ cum ſpe: ut plangant ſe dominũ denegaſſe, & ſpem

E habeant ſalutis, ſi egerint pœnitentiam. Dicit enim uindemiam conſummatam: & poſt ultimam uaſtitatem, quæ ſub Veſpaſiano & Tito Hadrianó que accidit, nequaquam aliam captiuitatem eſſe uenturam: nec remanſuros botros in populis, qui deinceps colligēdi ſint. Vnde prouocātur ad planctum, & iubentur nudare pectora, & accingere lumbos ſuos: eo q regio quondā deſiderabilis, & uinea fertilis, de qua ſcri- *Hiere.2.a* ptum eſt: Ego plantaui te uineam fructiferam, totam ueram: quomodo cōuerſa es in amaritudinem uitis alienæ: Romano uaſtante deleta ſit. Super humum, inquit, populi mei, ſpinæ & uepres, ſiue fœnum aſcendet. Et eſt ſenſus: Si terram Iudæam, quæ repromiſſionis terra eſt, ſpinæ repleuerunt & uepres: quanto magis alias ciuitates quæ plena ſunt gaudio, & quæ illud euangeli- *Luc.6.d* cum conſequentur: Væ qui gaudetis nunc, quoniā plorabitis? Domus enim, id eſt, templum meum dimiſſum eſt, dicente me ad apoſtolos: Surgite, abea- *Ioan.14.d* mus hinc: & ad incredulos: Relinquetur uobis do- *Luc.13.g* mus ueſtra deſerta. Adyta templi, & ſecreta myſteria, palpabiles tenebræ poſſederūt, & facta ſunt ne- F quaquàm cellaria uaſorum domini: ſed ſpeluncæ uſq; in ſempiternum. Audierāt enim à domino ſal- *Matth.21.b* uatore: Domus patris mei, domus orationis uocabitur: uos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Gaudium, inquit, onagrorū, paſcua gregū. Quod uel iuxta literam intelligendum eſt: eo quod deſerta ſint omnia. Vel ſpiritualiter, quod expulſo Iſraële, feri homines & dei noticiam non habentes, habitēt in Iudæa. Et hoc fiat donec effundat̃ ſuper nos ſpiritus de excelſo: quem ſaluator aſcendens ad patrem, *Ioan.16.b* credentibus repromiſit, dicens: Ecce ego uado, & mittam uobis paracletum ſpiritum ueritatis. Et rurſum: Donec accipiatis de excelſo uirtutē. Quodq; *Supra.29.f* ſupra dixerat: Adhuc modicum, & erit Libanus in Charmel, & Charmel in ſaltum reputabitur: & audient in die illa ſurdi uerba libri, & de tenebris, & caligine oculi cæcorum uidebunt. Nunc aliȷs uerbis idipſum repetit, quod ſolitudo gentium uertatur in diuitias Iſraël: & Iſraël reputetur in gentes: quo tempore habitauerit in deſerto iudicium, dominus *Ioan.5.d* atq; ſaluator: cui pater dedit omne iudicium. Et iuſticia in Charmel requieſcet, de qua ſupra dictū eſt: Et erit in Charmel deſertum: quod iudicium atque iuſticia habitet in deſerto, & requieſcat in Charmel: qui prius appellabatur deſertum. Opus quoq; iuſti- *Philip.4.b* ciæ erit pax: quæ, iuxta Apoſtolum, omnē ſenſum exuperat. Et cultus iuſticiæ ſilentium, ut non multiloquio Iudæorum, ſed breuitate fidei adorent dominū, & ſecuri æterna pace requieſcant, & in tabernaculis eorū ſint diuitiæ, de quibus Apoſtolus lo- G quebatur: *1.Cor.1.a* Gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtū: quoniā in omnibus diuites facti eſtis in eo, in omni uerbo, & in omni ſcientia. Cum aūt populus Chriſtianus ſederit, uel habitauerit in pulchritudine: ſiue ut Lxx. trāſtulerunt, ἐν πόλει εἰρήνης, id eſt, in ciuitate pacis: haud dubium qn in eccleſia: tunc grando atq; tēpeſtas & dñi ira deſæuiens, deſcēdent in ſaltum, de quo ſupra dictum eſt: Et Charmel in ſaltum reputabitur: & humiliabitur ciuitas Hieruſalem, & iuxta aliam ſcripturā de terra loquetur. Quæ cum ita ſe habeant: & didicerimus uaticinio prophetali, quāta bona eccleſia poſſeſſura ſit: & quanta mala paſſura ſit Hieruſalem: Beati eſtis apoſtoli, cæteriq; doctores, qui ſeminatis ſuper omnes aquas ſcripturæ ſanctæ: in quibus calcat bos & aſinus. Bos mundum animal, propter electionem patrum: aſinus immundus, propter idololatriā quondam gentilium: ut & de circūciſione & de pręputio eccleſia domini congregentur. Quod ſupra iuxta Lxx. dicitur: ὑπὲρ γῆς τοῦ λαοῦ μου ἄκανθα καὶ χόρτος ἀναβήσεται, id eſt, ſuper terram populi mei ſpinæ & fœnū H aſcendet: referri poteſt, & ad hæreticos, & ad ſimplices quoſq; credentium: qui non ita ſcripturam intelligunt ſanctam, ut illius cōuenit maieſtati. Vnde ſingula ſingulis coaptauimus: ut terra populi dei, hæreticis ſpinas, imperitis quibuſque eccleſiæ fœnum afferat.

Cap. XXXIII.

a VAe qui prędaris, nōne & ipſe p̄daberis? Et q ſpernis, nónne & ipſe ſperneris? Cū conſumaueris deprædationē, dep̄daberis: cū fatigatus deſieris contemnere, cōtemneris.

VAe q uos miſeros faciūt: uos enim nemo facit miſeros. Et qui reprobāt uos, uos nō reprobāt: capiētur reprobātes & tradētur, & quaſi tinea in ueſtimēto ſic ſuperabuntur.

Dñe

Cap. XXXIII.

VAe qui prædaris: nónne & ipſe prædaberis? Et qui ſpernis, nónne & ipſe ſpern. &c.) De apoſtolis dixerat, & de eccleſiarum magiſtris. Beati qui ſeminant ſuper omnem aquam, ubi bos & aſinus calcant: nunc ad perſecutores eorū maledictionem dirigit: imò aduerſum principem eorum, qui corda poſſidet impiorum: quod quicquid fecerint recipiant: & præſens potentia, futurorum ſit materia tormētorum. Vnde iuxta Septuaginta dicitur: Væ eis qui uos miſeros faciunt: uos enim nemo facit miſeros. Et eſt ſenſus: Quantum in illis eſt, quando perſequuntur uos, & uarȷs affligūt cruciatibus: interfectos atque cruciatos miſeros arbitrantur. Sed nullus uos poteſt facere miſeros: non enim habent in anima poteſtatem, ſed in corpore. Et qui reprobat uos, non uos reprobat: ſed eum qui uos miſit, iuxta illud quod ſaluator diſcipulis loquitur: *Luc.10.e* Qui uos reprobat, me reprobat: & qui me reprobat, reprobat eum qui me miſit. Capientur igitur perſecutores, & ęternis tradent̃ ardoribus. Et quomodo tinea ueſtimentū, ita illos iugis flāma conſumet. Quod & in fine huius p̄phetiæ ſcribit̃: Vermis eorū non morietur: & ignis eorū non extinguetur.

Domine



A a ¶ Domine miſerere noſtri: te enim expectauimus &c.) Hebræi capitulum ſuperius, in quo legitur: Væ qui prædaris, nónne & ipſe prædaberis: & reliqua uſque ad finem contra Sennacherib regem Aſſyriorum dictum putant: quod poſtquàm decē tribuū, quæ appellabantur Iſraël, ſubuerterit ciuitates: & excepta Hieruſalem, Iudæ quoq; urbes ceperit, ipſe ſuperet̃: & percutiente angelo eius deleat̃ exercitus. Vnde nūc ex perſona popl'i gratias referentis deo, atq; dicentis: Dñe miſerere noſtri, te expectauimus: hæc dicta contendūt, quę præſenti capitulo continentur: quod ipſe brachium fuerit & robur populi obſidione uallati B in tēpore matutino, & ſalus in neceſſitate & anguſtia. A uoce enim angeli: quem Symmachus ita ut in Hebræo ſcriptum eſt trāſtulit המון: quem Hebræi Gabrielem autumāt, & habere etymologiam populi: fugit Aſſyrius: & ab exaltatione dei, gentes quæ cum eo erant, huc illucq; diſperſæ ſunt. Quibus fugientibus, ſpolia congregata ſunt à Iudæis, ſicut ſolet bruchi & locuſtarum colligi multitudo, cū in foſſas coaceruatæ fuerint: in quorum uictoria magnificatus eſt dominus, & Sion impleta iudicio & iuſticia, & fides obſeſſi populi comprobata: omneſq; diuitias in ſapientia habuerunt, & ſcientia dei & timore domini, qui ſolus eorum theſaurus fuit. Hæc illi iuxta hiſtoriam dixerint: omni ratione nitentes Chriſti & apoſtolorum eius ſubuertere ſacramenta. Nos autem poſt beatitudinem apoſtolorum, de quibus ſupra dictum eſt: *Supra.32.d* Beati qui ſeminant ſuper omnem aquam, ubi bos & aſinus calcant: & lamentationem & planctum eorum qui eos perſecuti ſunt, de quibus in conſequētibus dicitur: Væ qui miſeros uos faciunt, uos autem nemo facit miſeros: & ſicut tinea in ueſtimento, ſic atterentur: ex perſona eorundem apoſtolorum, omniumq; credentiū hæc dicta conuincimus. Et eſt ſenſus: Domine, in tuo ſperauimus auxilio, & in te confidimus: ſemen incredulorum periȷt in C æternum: & ſalus noſtra in tempore tribulationis apparuit. Te enim præbente auxilium, omnis gentium multitudo diſperſa eſt: & prædæ atq; illuſioni uictoribus fuit. Et hoc factum eſt: quia ſanctus dominus habitat in excelſis, & repleta eſt Sion iudicio & iuſticia, de qua ſupra ſcriptū eſt: Requieſcet in deſerto iudiciū & iuſticia. Ipſa eſt ergo Sion, quæ prius eſt appellata deſertū: & quicunq; habitauerit in ea, tradetur ei lex Euāgeliȷ: in cuius theſauro ſalus noſtra eſt, & ſapiētia credentium, & diſciplina & pietas: ſiue fides, quæ propriæ Chriſtianorū eſt, & timor domini, in quo theſauri ſapientiæ continētur. b ¶ Ecce ui- D dentes clamabunt foris: angeli pacis amare fleb. &c.) Verbum Hebraicum אֶרְאֶלָּם, pro quo Aq̄la & Symmachus & Theodotio interpretati ſunt, apparebo eis: extremā ſyllabā diuidentes, & legentes אֶרְאֶ לָּם, Hebræi ſignificare angelos arbitrant̃: & eſſe prophetiam poſt uocationem gentiū, & diuitias eccleſiæ, de ſubuerſione templi, quod flebūt angeli, nequaq; intus habitātes, ſed exeuntes foras: & qui prius nunciȷ pacis erāt flebunt amare. Siue ipſi apoſtoli qui miſſi fuerant ut pacem nunciarēt Hie- *Luc.19.f* ruſalem: ad quā dominus loquebatur: Si ſcires etiā tu ea quæ ad pacem ſunt tibi: quibus apparuit dominus, ut eos ſuo cōfortaret aſpectu: flebūt Hieruſalem, quia non receperit prædicationem ſuam, eo quod diſſipatæ ſunt uiæ, & ceſſauerit tranſiens per ſemitam iuſtam, iuxta illud quod in Hieremiæ lamentationibus dicitur: Viæ Sion lugent, eo quod *Tren.1.b* non ſint qui ueniant ad ſolennitatem. Irritum quo- *Gene.15.b & 22.c* que factum eſt pactum cum Abraham, Iſaac, & Iacob. Proiecit ciuitates Iudææ: non reputauit homines, qui ſuo uitio iumenta eſſe uoluerunt. Luxit & elanguit terra pro his qui morabant̃ in terra. Cōfuſus eſt Libanus & obſorduit: haud dubium quin templum ſignificet, de quo in Zacharia legimus:

a HEB. Dômine miſerere noſtri: te enim expectauimus: eſto brachium eorū in mane, & ſalus noſtra in tempore tribulationis. A uoce angeli fugerunt populi: ab exaltatione tua diſperſæ ſunt gentes. Et congregabūtur ſpolia ueſtra, ſicut colligit̃ bruchus: uelut cum foſſæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus eſt dominus, quoniam habitauit in excelſo: impleuit Sion iudicio & iuſticia. Et erit fides in tēporibus tuis: diuitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia: timor domini, ipſe theſaurus eius.

SEP. Dñe miſerere noſtri: in te eñi cōfidimus: factū eſt ſemē incredulorū in p̄ditionem: ſalus aūt noſtra in tēpore tribulationis: p̄pter uocem timoris obſtupuerūt ppl'i à timore tuo: & diſperſæ ſūt gētes. Nūc aūt cōgregabuntur ſpolia ueſtra parui & magni: quomodo ſi quis cōgreget locuſtas, ſic illudent uobis: ſanctus deus qui habitat in excelſis. Repleta eſt Siō iudicio & iuſticia: in lege tradent̃: in theſauris ſalus noſtra: uenit ſapientia, & diſciplina, & pietas à dño: iſti ſunt theſauri iuſticiæ.

b Ecce uidentes clamabunt foris: angeli pacis amare flebunt. Diſſipatæ ſunt uiæ, ceſſauit tranſiens per ſemitā: irritum factum eſt pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. Luxit & elanguit terra, cōfuſus eſt Libanus & obſorduit: & factus eſt Saron ſicut deſertum: & cōcuſſa eſt Baſan & Carmelus. Nunc conſurgam, dicit

dñs

Aperi

dominus, nunc exaltabor, nunc ſubleuabor. Concipietis ardorem, parietis ſtipulam, ſpiritus ueſter ut ignis deuorabit uos. Et erunt populi quaſi de incendio cinis: ſpinæ congregatæ igni comburentur.

a HEB. Audite ꝗ lõge eſtis quę fecerim; & cognoſcite uicini fortitudinē meā. Cõterriti ſūt in Sion peccatores: poſſēdit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de uobis cū igne deuorāte? Quis habitabit ex uobis cū ardoribus ſempiternis? Qui ambulat in iuſtitijs, & loquit̄ ueritates: ꝗ proijcit auariciā ex calumnia; & excutit manus ſuas ab omni munere: qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem; & claudit oculos ſuos ne uideat malū: Iſte in excelſis habitabit: munimenta ſaxorū ſublimitas eius: panis ei datus eſt; aquæ eius fideles ſunt. Regem in decore ſuo uidebunt oculi eius: cernēt terrā de longe. Cor tuū meditabitur timorē. Vbi eſt ſcriba? ubi legis uerba põderans? ubi doctor paruulorum? Populum impudentem nõ uidebis: populū alti ſermonis, ita ut nõ poſſis intelligere diſertitudinem linguæ eius, in quo nulla eſt ſapientia.

SEP. Audiēt ꝗ longe ſunt quæ fecerūt; ſcient qui appropinquāt fortitudinem meā. Receſſerūt qui erant in Sion iniqui: apprehendet tremor impios. Quis annūciabit uobis quoniā ignis ardet? Quis annunciabit uobis locū æternū? Qui ambulat in iuſticia, & loquit̄ rectā uiā, & odit impietatē & iniquitatē; & manus excutit à muneribus: & obturat aures, ut nõ audiat iudiciū ſanguinis: & claudit oculos, ne uideat iniquitatē; iſte habitabit in excelſa ſpelunca petræ fortiſſimæ. Panis ei dabit̄: & aqua eius fidelis; regē cum gloria uidebunt; oculi ueſtri uidebunt terrā de longe: anima ueſtra meditabitur timorem. Vbi ſunt grammatici? ubi conſiliatores? ubi eſt qui numerat eos qui nutriūt? & paruum & magnū populū: cui nõ dedit conſiliū; neq; ſciebat profundam uocē illius: ita ut nõ audiret populus contemptus: & nõ eſt audienti intelligentia. Ecce

E Aperi Libane portas tuas, ut deuoret ignis cedros
Zach. 11. a tuas. Siue Hieruſalē, quæ in Ezechiel Libanus ap-
Ezech. 17. a pellatur, dicēte ꝓpheta: Aquila magnarū alarū, quæ habet ductū intrandi in Libanū: quod poſtea interpretans ſermo diuinus: Cum, inquit, uenerit Nabuchodonoſor ī Hieruſalē: ꝑſpicue aq̄lā regē Babyloniū, & Libanū Hieruſalem ediſſerens. Factus eſt Saron ſicut deſertū: & concuſſa eſt Baſan & Carmelus. Pro Baſan, Lxx. Galilęam trāſtulerūt: prouinciā ꝓ uno loco prouinciæ. Saron autē omīs iuxta Ioppen Liddamq; appellatur regio: in qua la-
Deute. 3. d tiſſimi cāpi fertiles
בָּשָׁן que tēdunt̄. Baſan quoq; regio trans Iordanē eſt, quam duæ & dimidia tribus poſſēderūt, & quæ interpretatur uberrima & pin-
F guis; & Carmelus, de quo ſupra diximus. Loca igit̄ Iudææ quondā fertilia uertent̄ in ſolitudinē: ꝑ quæ μετα φορικῶς oſtendit̄ oīs opulētia Iudæorū egeſtate & penuria eſſe commutanda. Quia igit̄ apoſtolorū ſermonē recipere noluerūt; confuſus eſt Libanus, & Saron uerſus eſt in ſolitudinē; & Baſan Carmelusq; cõcuſſi ſunt: ꝓpterea dn̄s uel de nimia patientia: uel ab inferis reſurrecturū eſſe ſe dicit: & exaltādū in gētibus, & ſubleuandū in cruce. Et ad ipſos Iudæos apoſtrophā facit: cõcipietis ardorē, & parietis ſtipulā, & ſpūs ueſter uobis cõflabit incendiū: ut cõceptū & partū uorax flāma cõſumat. Et erunt, inq̄t, populi Iudæoꝝ quaſi de incēdio cinis: infelicitatis magnitudinē fauillæ reliquijs demõſtrantes. Spinæ
G enim eorū, quæ peccatoꝝ multitudine cõgregatæ ſunt, incēdio uorabunt̄. Quod pleriq; ad extremā captiuitatē & ſubuerſionē referūt Hieruſalē. Alij plenius atq; ꝑfectius iudicij tp̄e futurū eē cõfirmāt. a (Audite qui longe &c.) Qm̄ diſſipatæ ſunt uiæ, ceſſauit trāſiēs ꝑ ſemitas: irritū factū eſt pactū cū pop'lo Iudæoꝝ: ꝓiecit deus ciuitates eorū, nõ reputauit eos īter hoīes. Propterea uos ꝗ lõge eſtis audite q̄ fecerim & appropinquate ut agnoſcatis fortitudinē meā. Cõterriti ſunt, ſiue receſſerūt ꝗ erant in Sion pctõres uel impij: & tremor poſſedit hypocritas: ꝗbus dn̄s in euāgelio lo-
Matth. 23. c quebat̄: Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ. Quis poterit habitare de uobis cū eo ꝗ ignis eſt deuorās? Quis
H habitabit cū ardoribus ſempiternis? Siue iuxta Lxx. Quis uobis annūciauit, ꝗa ignis ardet æternus: quem pręparauit deus diabolo & angelis eius? Quis igit̄ poterit habitare cū deo, uel annūciare uētura ſupplicia? Oīs ꝗ huiuſcemodi eſt q̄lē ꝓpheticus ſermo deſcribit: ꝗ ambulat in pluribus iuſticijs: & non ſemel, ſed ſemꝑ iuſticias diligit: nec una uice, ſed iugiter loq̄tur ueritates; ꝗ ꝓijcit auariciā, quę eſt mater calūnię. Niſi em̄ cū alterius dāno & malo, pecuniæ alteri nõ coaceruantur. Et excutit manus ſuas ab omni munere. Munera quippe excæcāt oculos, etiā ſapientiū. Qui obturat aures ſuas ne audiat iudicium ſanguinis. Omnis iniquitas & oppreſſio, & iniuſticia, iudicium ſanguinis eſt: & licet gladio nõ occidat



a HEB. Reſpicē Sion ciuitatē ſolennitatis noſtræ: oculi tui uidebunt Hieruſalē, habitationem opulētam: tabernaculum quod nequaq; trāsferri poterit; nec auferētur claui eius in ſempiternum: & oēs funiculi eius non rumpentur; quia ſolūmodo ibi magnificus eſt dn̄s noſter. Locus fluuiorum riui latiſſimi & patentes; nõ tranſibit per eū nauis remigum; neq; triremis magna trāſgredietur eū. Dn̄s em̄ iudex noſter: dn̄s legifer noſter; dn̄s rex noſter: dn̄s ipſe ſaluabit nos. Laxati ſunt funiculi tui, & nõ præualebūt. Sic erit malus tuus, ut dilatare ſignū nequeas: tūc diuidentur ſpolia prædarum multarum; claudi diripiēt rapinam. Nec dicet uicinus, elangui: populus qui habitat in ea auferetur ab eo iniquitas.

SEP. Ecce Sion ciuitas, ſalutare noſtrū: oculi tui uidebūt Hieruſalē, ciuitas diues; tabernacula quæ non mouebunt̄: nec auferētur paxilli tabernaculi eius in ſempiternum: & funiculi eius nõ diripient̄: quia nomen magnū domini uobis; locus ueſter erit, flumina & riui latiſſimi & ſpacioſi: non ingredietur per eā nauis agitata remigio: deus enim meus magnus eſt; nõ tranſibit me dominus iudex noſter, dominus princeps noſter, dn̄s rex noſter, dn̄s ipſe ſaluabit nos. Diſrupti ſunt funiculi tui, quia non præualuerūt: malus tuus inclinatus eſt ut dimittet uela; nõ eleuabit ſignū, donec tradatur in uaſtitatē. Multi igit̄ claudi prædas faciēt: & nõ dicent laborabo: populus qui habitat in eis, dimittetur eis delictum. Cap.

A occidat, uoluntate tamen interficit. Et claudit oculos ſuos ne uideat malum. Felix conſcientia, quæ non audit, nec aſpicit malū. Qui igitur talis eſt, ipſe habitabit in excelſis; hoc eſt, in regno cœlorū, ſiue in excelſa ſpelunca petræ fortiſſimæ, in Chriſto Ieſu; quę petra Iſraël populum ſequebatur: ut biberet de ea, & illius fortitudine ꝓtegeret̄. Panis ei dabitur, & aquæ eius fideles ſunt: quæ gentiliū fabulæ, in ambroſia & nectare intelligunt. Nos aūt panes & aquas fideliſſimas, legē dei interp̄tabimur. Qui igitur talis eſt, regē Chriſtū in ſua claritate cõſpiciet, de quo ſupra dicitur:
Supra. 32. a Ecce rex iuſtus regnabit: & principes in iudicio pręerūt. Et oculi eius uidebunt terrā de
B longe: quā multo tempore deſiderauerant, terram mitiū & manſuetorū, de qua in euāgelio
Matth. 5. a ſcriptum eſt: Beati mites, quoniā ipſi poſſidebunt terrā. Siue in cœlo poſiti, terrena deſpicient. Cor tuū meditabitur timorē: ut cū omnia fueris cõſequutus, dicas cū
1. Cor. 15. b Apoſtolo: Qui non ſum dignus uocari apoſtolus, quoniam perſecutus ſum eccleſiā dei. Principium
Prouer. 9. c enim ſapientiæ timor domini. Vbi eſt ſcriba? ubi legis uerba ponderans? ubi doctor paruulorum? ubi ſunt, inquit, ſcribæ & phariſæi; qui legis uerba trutinantes, infelicem populum decipiebant? quos nūc paruulos ſcriptura cognominat: paruulos ſenſu, paruulos intelligentia. Cum aūt oculi credētis, regē in ſua maieſtate cõſpexerint; & cor eius meditatum fuerit timorem, tunc impudentē populum nõ uidebit: populum Iudæorū, ſiue philoſophorū & oratorum mūdi: qui applaudunt ſibi in eruditione & eloquentia ſeculari, de quibus nunc ait: Populum alti ſermonis: ita ut nõ poſſis intelligere diſertitudinem linguæ eius: quoꝝ omnis ornatus in uerbis eſt: qui habent folia tantū umbramq; ſermonū, & fructum non poſſident ueritatis. Deniq; ſequit̄: In quo nulla eſt ſapientia, de quibus & alio loco dicitur: Perdam C
ſapientiam ſapientiū, & intellectum prudentium re- 1. Cor. 1. c
probabo. Cur? quia ſtultā fecit deus ſapientiam huius ſeculi. a (Reſpice Sion ciuitatem ſolen. &c.) O iuſte cui ſupra dictum eſt; cor tuum meditabitur timorem; & populum impudentem nõ uidebis: & qui antea audieras, regem in decore ſuo uidebūt oculi tui: contemplare Sion urbem ſolennitatis noſtræ; uide eccleſiam Chriſti, in qua eſt uera ſolennitas; oculi tui cernent uiſionem pacis: & diuitias inſperatas: quas oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcenderunt: & tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. Prius enim tabernaculū, quod habuit popu- D
lus Iudæorū, trāſlatum eſt atque ſublatum: nec mouebuntur claui eius in ſempiternū: & omnes funiculi eius firmi erūt: ita ut dominus habitet in eo, qui locus eſt omnium fluuiorum, riuorumq; currētium: ꝑ quos nullus aduerſę partis poterit nauigare; neq; trieris magna quæ interpretatur diabolus, eum tranſgredi poterit; quia dn̄s ipſe eſt iudex, & princeps, & rex, & ſaluator noſter: & illo protegente, nullius metuemus inſidias. Hæc dicta ſunt de Sion urbe ſolennitatis noſtræ, & de Hieruſalem habitatione ditiſſima: quam ipſe dominus fluuijs ſuis circundabit atq; uallabit. Nunc aūt ad terrenam loquitur Hieruſalem, quod laxati ſint funiculi tabernaculi eius; & tentorium ſuſtinere nõ quiuerint; & malus eius in quo pulcherrima quondam uela pendebant, ruptis funibus ceciderit: ut non ſolum ad nauigationem, ſed ad ſignum quoq; inutilis ſit. Poſtquàm autem nauis eorum fuerit diſſoluta, & tabernaculum diſſipatū; ita ut in utranque partem funiculi diſrumpantur: præda uictoribus diuidetur; qui tam imbecilli erunt proprijs uiribus, ut claudi appellentur: & nihilominus dei ira tribuente

E tribuente eis fortitudinem; nullam infirmitatē ſentient; nec dicent, laboraui. Qui eñ fuerit inter eos, auferetur ab eo iniquitas atq; peccatū: quia dei exequutus eſt uoluntatem. Cap. XXXIIII.

a ACcēdite gentes & audite, & populi attendite: audiat terra & plenitudo eius, orbis & omne germen eius. Quia indignatio dñi ſuper omnes gentes, & furor ſuper uniuerſam militiam earū: interfecit eas, & dedit in occiſionē. Occiſi earū proijcientur; & de cadaueribus earū aſcēdet fœtor: tabeſcent montes ſanguine earū. Et tabeſcet omnis militia cœlorum: replicabuntur, ſiue cōplicabuntur ſicut liber cœli: & omnis militia eorū defluet; ſicut defluit folium de uinea & de ficu: quoniā inebriatus eſt in cœlo gladius meus. Ecce ſup Idumæā deſcendet, & ſuper populum interfectionis meæ ad iudicium. Gladius domini repletus eſt ſanguine; incraſſatus adipe: de ſanguine agnorum & hircorum: de ſanguine medullatorum arietum. Victima enim domini in Boſra; & interfectio magna in terra Edom. Et deſcendent unicornes cum eis, & tauri cū potentibus. Inebriabitur terra ſanguine eorum, & humus eorum adipe pinguium.

Quia dies

ACcedite gentes & audite &c.) Poſt euerſionē Hieruſalem & naufragium quondā ſolidiſſimæ nauis; prædāq; omis ſupellectilis illius de interitu omniū dicitur nationū: & de cōſummatione mūdi, quæ eſt in die futura iudicij. Vnde oēs gentes & populi terræ & plenitudo eius, orbis & cuncta genimina eius; tā quę habitant loca, q̄ quæ inhabitabilia ſunt, nimietate frigoris & caloris iubētur audire; & quę uētura ſunt cū omni mentis tremore cognoſcere. Indignatio eñ dñi nequaq̄ ſuper unā gentē Iudæam & Aſſyrios atq; Chaldæos, Aegyptios, Moabitas, & ammonitas, et Philiſtæos: ſed & contra oēs
F gentes, & ſup uniuerſam militiam; ſiue ut Lxx. trāſtulerunt, ἀριθμὸν αὐτῶν, id eſt, numerum earū, uētura deſcribit: quæ interficiat eas: & fœtorē corporum putreſcentiū in altū aſcendere faciat; ſignificās peccata omniū nationū: ita ut ſanie earum & ſpurcitia, ac ſanguine montes repleant; ſublimes quoq; uirtutes & angeli qui ſingulis gentibus præſidebant; & tabeſcat omnis militia uel fortitudo cœlorū; replicentur, ſiue cōplicent cœli ſicut liber: & omnis militia & exercitus eorū, atq; ut Lxx. tranſtulerunt, καὶ ἄστρα πεσεῖται ὡς φύλλα, id eſt, & ſtellæ defluent in ſimilitudinē folior: quæ appropinquāte frigore, arentia atq; cōtracta de uinea & ficu defluūt. Quod quidē & ſaluator loquit
Matt. 24. c in euāgelio: Stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum mouebunt; & tunc apparebit ſignū filij hominis in cœlo. Et hoc cōſiderandū, q nō dicat interire cœlos, ſed replicari ſiue complicari quaſi librum; ut poſtq̄ omnia peccata aperta fuerint & relicta, cōplicentur qui prius aperti fuerāt: ut nequaq̄ ultra ſcribātur in eis delicta multor. De huiuſcemodi libris
Dani. 7. c & Daniel in ſuo uolumine loquit: Iudiciū ſedit, & libri aperti ſunt, in quibus deſcripta erāt opera ſingu
Apoca. 6. d & 8. c lorum. Stellas aūt cadere pleriq; arbitrantur, iuxta Apocalypſim Ioannis, & illud quod alibi ſcriptum
2. Pet. 3. c eſt; Stellæ uniuerſæ ardētes ſoluent; & cœlū ac terra
1. Cor. 7. f tranſibunt; Præterit eñ figura huius mūdi. Quidā de his ſtellis dici putant, quæ in cœlo rutilant: ut in

G parte monſtret & totū, quod ſcilicet per ſtellarum ruinā etiā cœlorū interitus oſtendat. Alij uero has ſtellas putāt eſſe ruituras, de quibus & Paulus apoſtolus ſcribit: Non eſt nobis certamē aduerſus ſan- Ephe. 6. b guinē & carnē; ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus rectores tenebrarū iſtarū, aduerſus ſpiritualia nequitię in cœleſtibus. Nec mirū ſi dæmones q in aëre habitant dicant eſſe cœleſtes; cū etiā uolucres cœli, quæ utiq; nō in cœlo, ſed in aëre uolitant ſcriptura cognominet. Nā & ſatanas trāſfigurat in 2. Cor. 11. c angelū lucis, ſtellā eſſe ſe ſimulās. Et ſaluator uidit Luc. 10. c eū quaſi fulgur de cœlo cadentē. Et tropologice Tropol. de eo quaſi de ſtella magna dicit; Quomodo ce- Eſa. 14. c cidit Lucifer q mane oriebat? Hæc uniuerſa fiēt, quia inebriatus eſt in cœlo gladius eius: pœna atq; ſentētia & ultio in peccatores, quæ profertur à dño. Qui gladius & ma-
H chæra, in Ezechiel cōtra Ezech. 21. b impios exacuit; ac pluri mis interfectis, uaginam ſuam iubet intrare. Cūq; inebriatus fuerit & repletus in cœlo, hoc eſt, in aëre: qui cōſuetudine ſcripturarū cœlū dicit: tunc ad Idumæam quoq;, id eſt, ad terrena deſcēdet: ut poſt pœnam dæmonū, etiā hominū animę iudicent. Idu אֱדוֹם mæa quippe in lingua noſtra, terrenā ſonat. Repletusq; eſt ſanguine, & incraſſatus adipe agnorum & hircorū, medullatorumq; arietū atq; tauror: ut & principes & populū pariter ſignificet puniendos. Victima enim dñi in Boſra, & interfectio magna in terra Edom. De qua Boſra & Idumæa, etiā in conſe- quētibus idē ꝓpheta teſtat, dicens: Quis eſt iſte qui Infra. 63. a uenit de Edom: rubra ueſtimēta eius de Boſra? Et nōnulli exiſtimāt, quia boſor caro dicit: ꝑ uictimā dñi in Boſra, tormēta omnium in carne monſtrari, qui pio labuntur errore. In præſenti enim loco non per ש literā, quæ in בָּשָׂר: hoc eſt, in carne, ponit: ſed per צ ſcribit, & בָּצְרָה appellat, quæ iuxta Ieſum & Hieremiā non in Edom, id eſt, Idumæa, ſed in ter- Hiere. 48. d ra Moab inuenitur. Boſra aūt in lingua noſtra munitam ſonat atq; circundatā, ſiue firmatā: ut orbem terrarum dñi uoluntate doceat eſſe ſolidatū, iuxta illud quod in pſalmo canitur: Ipſe ſuper maria fun- Pſal. 23. a dauit eū, & ſuper flumina collocauit illū: & de firmi tate terræ ex perſona dei dicitur; Ego firmaui co- Ibi. 74. a lūnas eius. Cūq; uictima dñi fuerit in Boſra, & in-

terfectio



A terfectio eius in Idumæa: deſcendunt unicornes cū tauris potētibus: reges uidelicet & principes terrę: & omnia interfectionis & ſanguinis replebūtur: & adipe quondā diuitū ac potentū: Per quæ uerba iuxta humanā conſuetudinē, terrorē audiētibus incutiētia: in oēs principes ac potentes: populoſq; ac paruos tormēta mōſtrantur. Boſra, id eſt, munitā, atq; firmatā, & Edom ſiue Duma & Idumæā, Iudæorū magiſtri Romam intelligi uolūt: & omnia de ipſa dici quæ ſequēti capitulo continentur.

a Quia dies ultionis dñi: annus retributionū iudicij Sion. Et cōuertentur torrētes eius in picem; & humus eius in ſulphur; & erit terra eius in picem ardentē. Nocte & die nō extinguetur; in ſempiternū aſcendet fumus eius; à generatione in generationē deſolabitur; in ſeculum ſeculorū nō erit tranſiens per eam. Et poſſidebunt illā onocrotalus, & hericius, & ibis & coruus habitabunt in ea: & extendet ſuper eā menſura ut redigat ad nihili; & perpendiculum in deſolationem. Nobiles eius nō erunt ibi; regē potius inuocabunt: & oēs principes eius erunt in nihili. Et orientur in domo eius ſpinæ, & urticæ, & paliurus in munitionibus eius, & erit cubile draconū; & paſcua ſtruthionum. Et occurrēt dæmonia onocētauris; & piloſus clamabit alter ad alterū; ibi cubabit lamia: & inueniet ſibi requiē. Ibi habuit foueam hericius, & nutriuit catulos; & circūfodit & fouit in umbra eius; illuc congregati ſunt milui, alter ad alterū. Requirite diligenter in libro domini & legite: unū ex eis non defuit; alter ad alterum non quæſiuit; quia quod ex ore meo procedit, ille mādauit; & ſpiritus eius ipſe congregabit ea.

Et ipſe

a ¶ Quia dies ultionis dñi, annus retribut. &c.) Hebræi, ut ſupra diximus, hęc de Romano imperio prophetata contendūt: & in ultionem Sion uaſtitatē quōdam regni potētiſſimi prędicari: qd' iuxta literam pleriq; noſtrorū etiā in Apocalypſi Ioannis ſcriptum putāt. Nos aūt ex eo qd' dicit, dies ultiōis dñi annus re-
B tributionū iudicij Sion: hūc arbitramur annū, de quo loquit ipſe ſaluator:
Luc. 4. c Infra. 61. a Spiritus dñi ſuper me, eo q unxit me; euāgelizare pauperibus miſit me; prędicare captiuis remiſſionē, & cæcis ut uideāt uocare annū dñi acceptabilem: & diē retributionis deo noſtro; conſolari oēs lugētes, & dare plāgentibus Sion gloriā, & de quo
Supra. 32. b ſupra dictū eſt: Mulieres opulētæ ſurgite: & dierū anni recordamini in dolore cū ſpe: ac ꝑ hoc poſt generalē totius orbis conſummationē reuerti ſcripturam ad Hieruſalē; cui illo tpe loquebat: & uaſtitatē eius pleno ſermone deſcribi: quod ſcilicet poſtq̄ tēpus Romanæ obſidiōis aduenerit; pice & ſulphure & flāmis ardētibus omnia cōpleant, & fumus illius maneat in æternū; habitentq; ibi onocrotalus, & hericius, & ibis & coruus; quæ animātia in deſertis locis habitare cōſueuerunt; & hoc fiat, quia funiculus dñi atq; perpendiculū, id eſt, ſentētia illius nō ualeat immutari. Nobiles eius, id eſt, apoſtoli atq; credentes nō erūt ibi, nec perditor numero cōiungentur: ſed regē potius Chriſtū inuocabūt. Oēs aūt principes illius, ſcribæ uidelicet & phariſæi, redigētur in nihili, & in domibus quondā ornatiſſimis ſpinæ & urticæ & paliurus orientur. Eritq; cubile draconū & paſcua ſtruthionū, quæ & ipſa ſigna ſunt extremæ ſolitudinis; Et occurrēt ſibi in ea, iuxta Lxx. di

C uerſa dæmonum phantaſmata; ſiue ut oēs alij iuxta Hebraicum tranſtulerunt, אִיִּים & צִיִּים onocētauri, & piloſi, & lamia, quæ gentiliū fabulæ, & poëtarū figmenta deſcribunt. Hericiū quoq; ibi enutrire catulos & ſtationē habere fidiſſimam: illuc cōgregari miluos rapaciſſimā auē, quæ Hebraice appellat דַיּוֹת: ſiue ut Lxx. trāſtulerunt ceruos, de quibus infra dicemus. Inter quæ propheta loquit audientibus: O homines qui me auditis loquentē, quę uētura pronūcio, rebus omnia complebunt. In libro eñ ſcripta ſunt dñi: & illius ſentētia definita: & ne unū quidē irritum erit. Nam quod de meo ore ꝓcedit: ille mādauit; id eſt, ego quidē loquor: ſed uerba ſunt dñi: & ſpiritu illius quicquid dictū eſt perpetrabit; Ipſius decreto atq; mēſura ſingula cōplebuntur: & uſq; in generatiōes ſempiternas ſuū ordinē nō relinquēt.
D Hæc iuxta Hebraicū & explanationē hiſtoricam dicta ſint; Cæterum qui Tropologiā ſequunt: ex Tropol. pulſo populo Iudæorū ſub beſtiarū & portentorum nominibus, idololatras & uarijs ſuperſtitionibus ſeruiētes in Hieruſalē habitaturos eſſe cōfirmāt, & hos eſſe onocrotalos, & hericios, ibin & coruum, dracones, & ſtruthiones, & onocentauros, & dęmonia, & piloſos, & lamiā, quæ Hebraice dicit לִילִית: & à ſolo Symmacho trāſlata eſt lamia: quā quidā Hebræorū ἐριννύν id eſt, furiā ſuſpicantur. Et reuera ſi cōſideremus de diuerſis gētibus adductas Hieruſalē colonias, & iuxta ritū prouinciarum ſuarū, ſingulas familias propriorum dæmonū coluiſſe portenta; hæc omnia in Hieruſalē habitaſſe firmabimus. Quodq; Lxx. trāſtulerunt; Ibi obuiauerunt ſibi cerui & uiderunt facies ſuas: numero tranſierunt: unus ex ipſis nō perijt; nec quæſiuit alterū: Dñs enim præcepit eis: & ſpiritus eius cōgregauit eos; & ipſe dedit eis ſortes, & manus illius diuidet eis: ut paſcant in ſempiternum, & poſſideant in generatione generationū, & & requieſcāt in ea; Sic Allegorice interpretabimur: Allegor. ut doceamus ceruos, id eſt, apoſtolos, & ſanctos quoſq; doctores, de quibus ſcriptum eſt: Sicut deſi- Pſal. 41. a derat ceruus ad fontes aquarū: ita deſiderat anima mea ad te deus. Et alibi; Vox dñi ꝑficientis ceruos. Ibid. 28. b

p Et rur

E Et rurſum:Ceruus amicitiæ & pullus gratiarũ tua‑
Iob.39.d rũ loquanẽ tibi.Et in Iob: Cuſtodiſti aũt mẽſes cer‑
uorum,& partus eorũ emittes.Et in Canticocãtico
Cant.2.b rũ dicit:Similis eſt fratruclis meus capreæ, uel hin‑
nulo ceruorũ ſuper mõtes aromatũ)obuiaſſe ſibi in
Hieruſalem & mu
tuos uidiſſe cõſpe‑
ctus, & tranſiſſe ac
reliquiſiſſe eam, &
ad diuerſas ꝓuin‑
cias perrexiſſe, qa
dñs mãdauerit eis:
Matth.28.d Ite & docete oĩes
gentes, baptizãtes
eas in nomine pa‑
tris & filij & ſpũs
ſancti:& ſpũs illius
cõgregauerit eos:
dederitq́; eis ſortes
atq; diuiſerit:ut a‑
lius ad Indos,alius
ad Hiſpanias,alius
ad illyricũ, alius ad
Græciã ꝓgeret: &
unuſquiſq; in euã‑
gelij ſui atq; doctri
næ ꝓuincia requie
ſceret.Quæ nos ſu
F per Hieruſalẽ dixi
mus prophetari,&
Iudæi de Romano
dicta ĩperio ſuſpi‑
cantur: nõnulli ad
orbẽ referunt:ne à
prioribus diſcrepa
re uideantur.

Et ipſe miſit eis ſortẽ:& manus eius diuiſit eã illis in mẽ
ſura:uſq; in ſempiternũ poſſidebunt eã: in generatione
& generationẽ habitabunt in ea. Cap. XXXV.

a LAetãbit deſerta & inuia,& exultabit ſolitudo: & florebit quaſi liliũ. Germinãs germinabit, & exultabit lætabũda & laudans. Gloria Libani data eſt ei,decor Carmeli & Saron. Ipſi uidebũt gloriam dñi: & decorẽ dei noſtri.

LAetare deſertũ ſitiens: & exultet ſolitudo, & floreat quaſi lilium. Florebunt & exultabunt deſerta Iordanis: gloria Libani data eſt ei, & honor Carmeli, & populus meus uidebit gloriã domini: & altitudinem dei noſtri.

b Cõnfortate manus diſſolutas,& genua debilia roborate.Dicite puſillanimis,ſiue meticuloſis: cõfortamini & nolite timere:ecce deus ueſter ultionẽ adducet retributionis:deus ipſe ueniet & ſaluabit uos:Siue ut Lxx.tranſtulerunt, nos.)Tunc aperientur oculi cæcorũ: & aures ſurdorum patebũt:uel audient.)Tũc ſaliet ſicut ceruus claudus:& aperta erit lingua mutorũ: quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ:& torrentes in ſolitudine, & quæ erat arida in ſtagnum:ſiue paludes)& ſitiens in fontes aquarum.In cubilibus in quibus prius dracones habitabãt, orietur uiror calami & iunci:Pro quo Lxx.tranſtulerunt: Erit ibi lætícia auiũ,& caulæ gregũ) & erit ibi ſemita & uia ſiue, uia mũda)& uia ſancta uocabitur:nõ tranſibit ꝑ eã pollutus. Et hæc erit nobis directa uia: ita ut ſtulti non

Cap. XXXV.
LAetabitur de‑
ſerta & inuia
&c.)Quoniã Hie‑
ruſalem conuerſa eſt in picẽ & aſcendit fumus illius
ſempiternus,& habitant in ea onocrotalus & heri‑
cius,ibis,& coruus,dracones,& ſtruthiones, demo
nia,& onocẽtauri,lamia,& piloſi: & dñi ſuper eam
Luc.13.g impleta ſententia eſt:Relinquetur uobis domus ue
ſtra deſerta:Propterea quæ prius deſerta fuerat, de
Pſal.28.b qua in pſalmo dicitur:Vox domini cõcutientis ſo‑
litudinem, & cõmouebit dñs deſertũ Cades: Vox
domini præparantis ceruos: & reuelabit condenſa
ſyluarum:mutabitur in rerum omniũ abundantiã:
& pugnãtibus ceruis,de uniuerſis ſaltibus nationũ
beſtiæ quæ eas prius poſſederant,expellenẽ: ut im‑
pleatur illud quod in hoc eodem propheta dicitur:
Infra.54.a Lætare ſterilis quæ nõ paris:erumpe & clama quæ
Galat.4.d nõ parturis:quoniã plures ſunt filij deſertæ, magis
q̃ eius quæ habet uirum:Hæc erat prius ſitiẽs ſiue
inuia,nõ habens uitales aquas,& dñs nõ gradiebaẽ
per eam:quæ nunc florebit ut liliũ: ſiue ut ſignificã
tius expreſſit Aquila,ὡς κάλυξ, quã nos tumentẽ ro
ſam & necdum folijs dilatatis poſſumus dicere:Flo G
rebit aũt ut cum apoſtolo ꝓnunciet: Chriſti bonus 2.Cor.2.d
odor ſumus in omni loco. Et illud Canticicantico‑
rum:Flores uiſi ſunt in terra:mandragoræ dederũt Canti.7.d
odorẽ ſuũ.Quodq́; in Lxx.poniẽ, καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ
ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου, id
eſt,& exultabũt de
ſerta Iordanis: in
Hebraico quidem
non habeẽ: ſed poſ
ſumus dicere Ioan
nis in Iordane flu‑
uio,pœnitẽtiæ ba‑
ptiſmũ demonſtra
ri,qđ dñs ſuo laua
cro ſignauit atque
firmauit. Et qa de
ſolitudine figurali
ter, quæ referẽ ad
gentes: in qua fuit
Ioãnes:cõſequẽter
iungi poteſt Iorda
nis: ut per deſertũ
gẽtiũ ueniamus ad
baptiſmũ ſaluato‑
ris.Quodq́; ſequi‑
tur: gloria Libani
data eſt ei,& decor
Carmeli & Saron: H
Iuxta priorẽ expla
nationẽ debemus
accipere: in qua di
ximus Libanũ tẽ‑
plũ ſiue Hieruſalẽ
intelligi,dicẽte Za
charia: Aperi Liba Zach.11.a
ne portas tuas. Et
Ezechiel: Aquila Ezech.17.a
magnarũ alarũ ple
na unguibus, quæ
habet ductũ intrãdi in Libanũ:Et Carmelũ, priorẽ
ſignificare populũ,de quo ſupra dictum eſt: Et erit Eſa.32.d
deſertũ in Charmel & Charmel in ſaltũ reputabiẽ.
Et Saron eandẽ habere intelligentiã,ſcriptura dicẽ‑
te:Factus eſt Saron ſicut deſertũ.Omnis igitur can
dor,cultus dei,& circũciſionis ſcientia, & loca uber
rima atq; cãpeſtria,quæ appellanẽ Saron:pro qbus שׁרון
Symmachus interpretatus eſt campos: dabunẽ de‑
ſertæ quondam eccleſiæ, & habitatores illius uide‑
bũt gloriã dñi, & decorẽ ſiue altitudinẽ dei noſtri.
b ¶Cõfortate manus diſſolutas &c.) Vtranq; ædi
tionem miſcuimus:ne in proponendis ſingulis, li‑
brorum magnitudo tẽdatur:quia iam modũ breui
tatis excedit.Apoſtolis, de quibus ſupra dictũ eſt:
Ipſi uidebunt gloriã dñi & decorẽ dei noſtri: præci
pitur,ut cõfortent manus in gentibus diſſolutas:&
genua debilia roborẽt:ut qui prius manibus diſſo‑
lutis opus dei facere nõ poterant: & aridã habebãt
dexteram,extendant eã ad bona opera. Et qui du‑
dum



non errent per eam. Vel ut Lxx.tranſtulerunt: neq; erit ibi uia immunda, qui autẽ diſperſi ſunt,tranſibunt per eam: & non errabunt.) Non erit, inquit, ibi leo: & mala beſtia non aſcendet per eam,nec inuenietur ibi,ſed ambulabunt per eam qui liberati fuerint. Et redempti à domino conuertentur & uenient in Sion cum laude,& lætícia ſempiterna ſuper caput eorum. Gaudium & læticiam obtinebunt,& fugiet dolor & gemitus.

A dum inter idola diuerſis erroribus claudicabant,fir
mo ſuper ueritatẽ incedant gradu, & puſillanimes
ſiue formidoloſos fide dñi cõfirmantes, faciant nõ
timere:uniuſq; dei mœtus uniuerſi erroris expel‑
lat timores.Cauſa autẽ eſt ſecuritatis atq; cõſtãtiæ:
quia uenturus eſt Chri‑
Ioan.5.d ſtus,cui pater dedit oĩe
Matt.16. iudiciũ:& reddet unicui‑
que ſecũdum opera ſua:
Ipſe ueniet & ſaluabit uos
quibus diciẽ: nolite time
re:ſiue nos:ut ſalutem cũ
credẽtibus apoſtoli dicãt
ſibi eſſe cõmunem. Tunc
aperienẽ oculi cæcorũ,&
aures ſurdorũ patebunt:
Tunc ſaliet ſicut ceruus
claudus,& aperta erit lin
gua mutorũ.Qđ quanq;
ſignorum magnitudine
completum ſit,quãdo dñs loquebatur diſcipulis Io
Luc.7.c annis qui ad eum miſſi fuerant: Euntes renunciate
Ioanni quæ audiſtis & uidiſtis: cæci uident: claudi
ambulant:leproſi mundantur:ſurdi audiunt: mor‑
tui reſurgunt:pauperes euãgelizantur: tamẽ quoti
die expletur in gẽtibus, quãdo qui prius cæci erãt,
B & in ligna & lapides impingebant, ueritatis lumen
aſpiciunt.Et qui ſcripturarũ uerba ſurdis auribus
audire nõ poterant, nũc ad dei præcepta lætantur,
quãdo qui prius claudi erãt:& rectã uiam non tene
bant,ſaliunt ſicut cerui, imitantes doctores ſuos,&
aperta erit lingua mutorũ:quorũ ſatanas ora cõclu
ſerat:ne poſſent unũ dñm cõfiteri.Idcirco autẽ ape‑
rientur oculi,aures audient,ſalient claudi,& aperta
erit lingua mutorũ:quia ſciſſæ ſunt:ſiue eruperunt
in deſerto quondã eccleſiæ aquę baptiſmi ſalutaris:
& torrẽtes ac riui in ſolitudine,diuerſæ ſcilicet gra‑
tiæ ſpirituales, & quæ erat arida in ſtagnum palu‑
desq; cõuerſa eſt:ut nõ ſolũ careret ardore ſitis, ſed
nauigabilis eſſet & irrigua,& haberet fontes pluri‑
mos quos ceruus deſiderat: quos q biberit, poteſt
Pſal.27.f benedicere dño,iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Bene‑
dicite dño de fontibus Iſraël. In cubilibus animarũ
gentilium,in quibus prius dracones habitabãt:erũt
calamus & iuncus,qbus ſcribaẽ fides dñi,& in qui‑
bus feſſa prius membra requieſcãt:Siue erit lætícia
auium,& caulæ gregũ:ut aſſumãt alas columbæ &
humilia relinquẽtes,ad excelſa feſtinẽt:poſſintq; cũ
pſalmiſta dicere:Dñs paſcit me, & nihil mihi deerit: C
in loco paſcuę ibi me collocauit:Sup aquas refecti‑ Pſal.22.a
onis educauit me. Ibi erit ſemita & uia mũdiſſima,
quæ ſancta uocabiẽ,& quę dicit ipſa de ſe:Ego ſum Ioan.14.a
uia per quã qui pollutus eſt,trãſire nõ poterit. Vn‑
de & in pſalmo diciẽ:Bea Pſal.118.
ti immaculati in uia. Et
hæc uia erit nobis, id eſt
deus noſter, tam recta &
plana atq; campeſtris: ut
nullũ habeat errorem, &
ſtulti atq; uecordes ꝑ eã
ingredi ualeãt,quibus in
Prouerbijs loquiẽ ſapiẽ‑
tia:Si qs eſt paruulus, ue Prouer.9.a
niat ad me.Et inſipienti‑ Ibidem.
bus locuta eſt: uenite &
comedite panẽ meũ:& bi
bite uinum quod miſcui
uobis. Relinqte infantiã
& uiuite,& ambulate per uias prudẽtiæ. Stulta eñ
mundi elegit deus:quorũ ſtultorũ princeps loquiẽ 1.Cor.1.d
in pſalmo:Deus tu ſcis inſipiẽtiã meã. Et ſtultũ dei Pſal.68.b
ſapiẽtius eſt hoĩbus. Vñ Lxx.trãſtulerũt:Et q diſp‑ 1.Cor.1.d
ſi fuerãt,& à ſocietate dñi ſeparati,nequaq; errabũt.
Sequiẽ:Nõ erit leo,aduerſarius noſter diabolus: q 1.Pet.5.b
circuit rugiẽs,qũo ouile dñi poſſit intrare.Et malæ
beſtiæ ſatellites eius nõ aſcẽdẽt ꝑ eã.Neq; eñ ueſti‑ D
giũ colubri in petra inueniri põt.Ambulabũt aũt ꝑ
eã qui liberati fuerint de uinculis peccatorũ,& redẽ
pti ſanguine ſaluatoris & egerint pœnitentiã, & ue
nerint in Siõ,de qua ſæpius diximus:Acceſſiſtis ad Hebr.12.f
Sion montẽ,& ciuitatẽ dei uiuẽtis Hierl'm cœleſtẽ:
Ne more Iudaico aureã quęramus Sion & gẽmatã
Hierl'm,q̃ iuxta ꝓphetiã Danielis,in æternos cine‑ Dani.9.
res diſſoluta eſt.Eritq; lętícia ſempiterna laudantiũ
dñm ſup caput eorũ, ut poſtq; ſeculũ uicerint, poſ‑
ſint cũ Ap'lo & ꝓpheta dicere:Curſũ cõſummaui:fi 2.Tim.4.b
dẽ ſeruaui,de cætero repoſita eſt mihi corona iuſti‑
ciæ.Et:Dñe ut ſcuto bonæ uolũtatis tuæ coronaſti Pſal.5.c
nos. Tũc ſuccedẽte gaudio atq; lætícia fugiet dolor
& gemitus:qñ uenerit ex Sion q eruat: Quæ oĩa
nos iuxta ap'lm Paulũ in primo ſaluatoris interp̃ta
mur aduẽtu: Iudæi aũt & nři Iudaizãtes, ad ſecũdũ
referũt,unius occaſione uerſiculi:Cõuertenẽ & ue
niẽt in Siõ cũ laude:hoſtiarũ ſanguinẽ cũctarũq; gẽ
tiũ ſeruitutẽ,& uxorũ pulchritudinẽ deſiderãtes.
Commentarij decimi in Eſaiam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN VNDECIMVM commentariorum Eſaiæ ad Euſtochium procemium.

DIfficile,imò impoſſibile eſt placere oĩbus:nec tanta uultuũ,quãta ſententiarũ diuerſitas eſt.In explanatione duodecim ꝓphetarũ lõgior quibuſdã uiſus ſum,q̃ oportuit,& ob hãc cauſam in cõmentariolis Danielis breuitati ſtudui,præter ultimã & penultimã uiſionẽ:in qbus me neceſſe fuit ob obſcuritatis magnitudinẽ ſermonẽ tendere:præcipueq; in expoſitione ſeptẽ & ſexagintaduarũ & unius hebdomadarũ:in quibus diſſerẽdis qd Aphricanus tẽporũ ſcriptor,quid Origenes,& Cæſariẽſis Euſebius, Clemens quoq; Alexãdrinæ eccleſiæ presbyter,& Apollinarius Laodicenus, Hippolytusq; &

 Hebræi

E Hebræi,& Tertullianus ſenſerint,breuiter comprehendi:lectoris arbitrio derelinquens quid de pluribus eligeret. Itaq; quod nos uerecundia fecimus iudicādi,& eorū honore qui lecturi erant: quibuſdam forte nō placeat:qui nō antiquorꝝ opiniones,ſed noſtram ſententiā ſcire deſiderāt. Quibus facilis reſponſio eſt:noluiſſe me ſic unū recipere,ut uiderer alios cōdemnare. Et certe ſi tanti & tam eruditi uiri faſtidioſis lectoribus diſplicent:quid de me facturi erant, qui pro tenuitate ingenioli inuidorū morſibus pateo? Sinaūt ſupradictos uiros:magiſtros eccleſiæ nominaui:illud intelligāt,me nō omniū probare fidē,qui certe inter ſe cōtrarij ſunt: ſed ad diſtinctionē Ioſephi,Porphyrijq; dixiſſe,qui de hac quæſtione plurima diſputarūt. Quod ſi in expoſitione ſtatuæ pedumq; eius & digitorū diſcrepantia,ferrū & teſtam ſuper Romano regno interpretatus ſum:quod primū forte,dein imbecillū ſcriptura portēdit:nō mihi imputent,ſed prophetæ. Neq; eñ ſic adulandū eſt principibus,ut ſanctarū ſcripturarū ueritas negligatur: nec generalis diſputatio unius perſonæ iniuria eſt. Quæ cum benigno meorꝝ ſtudio caueretur, dei iudicio repente ſublata eſt:ut amicorū in me ſtudia,& æmulorū inſidiæ monſtrarētur. Sed hæc aliâs:nūc quod cœpimus exequamur. Vndecimus in Eſaiam liber ò uirgo Chriſti Euſtochium:quia magnam partē hiſtoriæ diſſerturus eſt,facilior erit in principijs,& uſq; ad duas ſui partes:reliqua ſimili more dictanda ſunt,& ſic ſtudendū breuitati,ut nullum damnum fiat intelligentiæ. G

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Eſaiam prophetam liber undecimus.

a ET factûm eſt in quartodecimo anno regis Ezechiæ:aſcēdit Sennacherib rex Aſſyriorum ſuper oēs ciuitates Iuda munitas,& cepit eas. Et miſit rex Aſſyriorū Rabſacē de Lachis in Hieruſalem ad regē Ezechiā in manu graui: & ſtetit in aquæductu piſcinæ ſuperioris in uia agri fullonis. Et egreſſus eſt ad eum Eliakim filius

ET factum eſt in quartodecimo anno &c.) Hiſtoria manifeſta eſt,& interpretatione nō indiget: pleniusq; in Regū & dierū uoluminibus (4.Reg.18. 2.Para.32.)
F hæc eadem ſcripta referūtur,quod anno tertio Oſeæ filij Hela regis Iſraël, regnauerit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Vigintiquinq;,inqt, annorum erat cum regnare cœpiſſet, & uiginti & nouē annis regnauit in Hieruſalē: & fecit quod erat bonū coram dño, iuxta oīa quę fecerat Da
(4.Reg.18.a) uid pater eius. Et poſt paululum:In domino deo Iſraël ſperauit:& poſt eum non fuit ſimilis illi,de cunctis regibus Iuda,ſed neq; in his qui ante eum fuerunt:adhæſit domino,& nō receſſit à ueſtigijs eius: fecitq; mandata eius quæ præceperat dñs Moyſi, unde & erat dominus cum eo,& in cunctis ad quæ procedebat,ſapienter ſe agebat. Rebellauit autē cōtra regem Aſſyriorum & non ſeruiuit ei: in cuius ſexto anno imperij,Salmanaſar rex Aſſyriorum cepit Samariam, & decem tribus quæ appellabantur Iſraël, & tranſtulit eas in Aſſyrios: collocauitq; in
(4.Reg.17.a & 18.b) Hala, & Habor fluuijs Gozan in ciuitatibus Medorum. Poſt annos autem ſeptem,id eſt,quartodecimo anno Ezechiæ,rex Aſſyriorum Sennacherib ingreſſus Iudæam, obſedit ciuitates eius munitas, uolēs eas capere. Cumq; obſideret Lachis, miſit ad eum Ezechias nuncios,dicēs:Peccaui,recede à me: & omne quod impoſueris mihi,feram. Cumq; trecenta talenta argenti,& triginta auri ad regis imperium perſoluiſſet:fractis ianuis tēpli domini, & laminis eius detractis, quas ipſe affixerat: miſit rex Aſſyriorum Thartan & Rabſacen de Lachis ad regem Ezechiam cum manu ualida Hieruſalem: qui cum aſcendiſſent,uenerunt in Hieruſalem,& ſteterunt contra aquæductū piſcinæ ſuperioris quæ eſt in uia agri fullonis: uocauerūtq; ad ſe regē. Egreſſus eſt autē ad eos Eliakim filius Helkiæ prępoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph à cōmētarijs,dixitq; ad eos Rabſaces: Loqmini Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus, rex Aſſyriorū,& cætera:quæ in hiſtoria continenť. In quo, arrogātia conſideranda Rabſacis,qđ uelut quædam cōtraria fortitudo,imitatur cōſuetudinē prophetarum, ut quod illi ſolent in prologis ponere: Hæc dicit dñs,quo autoritatem & magnitudinē loquentis oſtendant,iſte nunc dixerit: Hæc dicit rex magnus,rex Aſſyriorū. Egreſſus eſt aūt ad eū Eliakim filius Helkiæ qui erat præpoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph, à cōmentarijs. H Iſte eſt Eliakim filius Helkiæ, de quo in uiſione uallis Sion ſupra legimus: Vocabo ſeruum meū Eliakim filium Helkiæ,& induam illū tunica tua, & cingulo tuo cōfortabo eū,& poteſtatē tuā dabo in manu eius,& erit quaſi pater habitantiū in Hieruſalē, & domui Iuda,& cætera. (Supra.22.f) Hæc autē dicūtur ad Sobnam,qui ante eum præpoſitus templi fuit,de quo in eadem ſcriptum eſt uiſione: Vade & ingredere ad eū qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpoſitum templi, (Ibid.c) quem tradūt Hebræi Rabſacis cōminatione perterritū tradidiſſe manus Aſſyrijs,& inferiorē partē Hieruſalē aduerſarijs prodidiſſe:exceptaq; arce Sion & templo, nihil aliud remanſiſſe

quod



filius Helkiæ,qui erat ſup domū: & Sobna ſcriba,& Ioahe filius Aſaph à cōmētarijs, & dixit ad eos Rabſaces:Dicite Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus,rex Aſſyriorum: Quæ eſt iſta fiducia qua confidis? aut quo conſilio & fortitudine rebellare diſponis? ſuper quē habes fiduciam:quia receſſiſti à me? Ecce confidis ſuper baculū harūdineum cōfractū iſtū ſuper Aegyptū:cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manū eius & perforabit eā:ſic eſt Pharao rex Aegypti omnibus qui cōfidunt in eo. Quod ſi reſponderis mihi:in dño deo noſtro confidimus: nónne ipſe eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria, & dixit Iudæ & Hieruſalem:Corā altari iſto adorabitis? Et nūc trade te dño meo regi Aſſyriorꝝ: & dabo tibi duo milia equorū: nec poteris ex te præbere aſcenſores eorū. Et quomō ſuſtinebis faciē iudicis unius loci ex ſeruis dñi mei minoribus? quod ſi cōfidis in Aegypto, & in quadrigis,& in equitibus:& nunc nunquid ſine domino aſcendi ad terram iſtam, ut diſperderem eā? Dominus dixit ad me: Aſcende ſuper terram iſtam & diſperde eā.

a Et dixit Eliâkim & Sobna,& Ioahe ad Rabſacen:Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua, intelligimus eñ,ne loquaris ad nos Iudaice in auribus populi qui eſt ſuper murū. Et dixit ad eos Rabſaces: Nunquid ad dñm tuū & ad te

A quod nō tenuerit Aſſyrius. Vnde errāt qui Sobnā, qui nunc cū Eliakim & Ioahe ad Rabſacen egredit, (יוֹאָח ἰωάς) eundem putāt quē & ſupra. Ibi eñ Sobna præpoſitus tēpli ponit,qui ab Aſſyrijs dicit eſſe capiēdus: (שֶׁבְנָא σομνάς) Hic aūt Sobna ſcriba,hoc eſt,γραμματεύς, q Hebraice appellat סוֹפֵר, & eſt ſuperiori ὁμώνυμος. Rabſacen autē qui Hebræa lingua locutus ſit, filium Eſaiæ ꝓphetæ Iudæi autumāt,qui & ipſe ꝓditor fuerit: relictūq; filiū Eſa- (יָשׁוּב) iæ alterū,appellari Iaſub: qui in lingua noſtra relictū ſonet. Porrò alij arbitrantur eū fuiſſe Samariten, & idcirco Hebraicū ſciſſe ſermonē & tā audacter & impie dominū blaſphemare. Cōſideremus ergo uerba Rapſacis: ac primū qđ dicit: Cōfidis ſuper baculū harūdineū confractū iſtū ſup Aegyptū: falſum eſt, nulla eñ narrat hiſtoria qđ Ezechias ad Aegyptios miſerit, & Pharaonis auxiliū
B poſtularit. Quodq; īfert: Si reſpōderis mihi, in domino deo noſtro confidimus: uerū eſt. Sed rurſū iungit mēdaciū ueritati, quod abſtulerit Ezechias excelſa illius & altaria. Hoc eñ nō cōtra deum, ſed ꝓ deo fecerat, ut idololatria & ueteri errore deſtructo, iuberet deum adorari in Hieruſalē,ubi erat tēplū eius: quanq; legamus peſſima conſuetudine,in mōtibus collibúſque extructo iam altari, populum deo uictimas immolaſſe. Quodq; paucitatē obſeſſorū uolens oſtendere, equorū duo milia pollicetur:quorū Ezechias aſcenſores præbere nō poſſit:nō de imbecillitate uenit populi Iudæorꝝ qui equitādi carebat ſcientia,ſed de obſeruatione mādatorū dei:qui ꝑ Moyſen ſup rege præceperat Iſraël: (Deut.17.d) Non multiplicabit ſibi equos,& uxores plurimas nō habebit. Sin aūt me,inquit,ſeruū Sennacherib,q ſum minimus famulorꝝ eius,nō uales ſuſtinere,qūo tantā regis potentiā ſuſtinebis? Ad id aūt qđ dixerat:Si rñderis mihi, in dño deo confidimus: callide prudēterq; rñdit ſe nō ſua uolūtate, ſed dñi ueniſſe præceptis:Dñs dixit ad me; Aſcende ſup terrā iſtā, & diſperde eā. Et eſt argumentū:certe ſine dñi uolūtate huc uenire nō poterā. Cū aūt uenerim & multas ceperim ciuitates,& pars Hieruſalē maneat intacta:manifeſtū eſt me eius uoluntate ueniſſe. C Legi in cuiuſdā cōmentario eundē eſſe Sennacherib qui & Samariā ceperit,qđ omnino falſum eſt. Sacra enim narrat hiſtoria primū Phul regē Aſſyriorꝝ,ſub Manahē regē Iſraël uaſtaſſe decē tribus. (4.Reg.15.d) Secūdū Theglathphalaſar ſub Phacee filio Romeliæ rege Iſraël ueniſſe Samariā. (Ibid.f) Tertiū Salmanaſar ſub Oſee rege Iſraël totam cepiſſe Samariā. (Ibid.17.a) Quartū fuiſſe Sargon q expugnauit Azotū. (Eſa.20.a) Quintū Eſaraddon q trāslato Iſraël, Samaritanos in terrā Iudæā cuſtodes miſerit. (4.Reg.17) Sextū Sennacherib qui ſub Ezechia rege Iudæ, capta Lachis & cæteris Iudææ urbibus obſederit Hieruſalē. (Ibid.18.b) Alij aūt unū atq; eundē, multis putāt nominibus appellari. a ¶Et dixit Eliakim & Sobna &c.) Accuſatio Rabſacis Ezechię teſtimoniū eſt:qđ captis cunctis Iudææ urbibus cōfiſus in dño ſit,dixeritq; ad populū:Nolite timere,nec paueatis regē Aſſyriorū,& uniuerſam multitudinē quæ eſt cū eo: Multo eñ plures nobiſcum ſunt q̄ cū illo: D Cum illo eſt brachiū carneū:nobiſcū eſt dñs deus noſter,qui auxiliator eſt noſter, pugnatq; pro nobis. Et confortatus eſt,inquit,pplus huiuſcemodi uerbis Ezechiæ regis Iudę. Vñ Rabſaces deſtruere uult,q̄ ille cōſtruxerat, & loquit ad populū: Nō ſeducat uos Ezechias & nō uobis tribuat fiduciam ſup dño deo. Q; aūt Eliakim & Sobna,& Ioahe humiliter deprecant:Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua,intelligimus eñ,& nō loquaris ad nos Iudaice in auribus ppli qui eſt ſuper murū:hunc ſenſum habet:Quid neceſſe eſt populū falſis terroribus cōmoueri;& uanā iactare uirtutē:loquere linguā quā populus nō intelligit. Si quidem nos habemus linguæ tuæ ſcientiā:nouimuſq; ſermonē Syrū, qui utriſq; cōmunis eſt. Ad qđ Rabſaces arroganter: Nū,ait, ad dñm tuum,& ad te miſit me dñs meus, & nō potius ad uiros qui ſedēt in muro? Rurſumq; augens cōminatione terrorē:ut cōmedant,inquit, ſtercora ſua:& bibāt urinā pedū ſuorꝝ uobiſcū? per quę oſtē-



dit

E dit fama eos & penuria, ſitiq́; eſſe capiẽdos. Simulq́; illecebram iungit formidini: ut quos terrore nõ uicerat, repromiſſionibus & perſuaſione decipiat, dicẽs ex ſermone regis Aſſyrioꝝ. a ¶Facite mecũ benedictionẽ, & egred. &c.) Pro quo in Regũ uolumine legit̃: [4.Reg.18.f] Facite mecũ quod eſt utile & egredimini ad me. Ergo ſenſus idẽ eſt. Facite, inquit, quod uobis proſit: & in benedictionẽ ueſtrã ꝓficiat. Siue hoc dicit: Benedicite regi Aſſyrio & laudate eũ: & dñm cõfitemini, ut præmia cõſequamini, & donec reuertar de Aegypto, ſiue capta Lobna redeã: habitate in urbe ueſtra, & rebus ueſtris fruimini: Poſtea autẽ ueniã & trãsferã uos in terram quæ ſimilis eſt terrę ueſtræ, frumenti, uini, & olearũ. Nec dicit nomen regionis: quia ęqualẽ terræ repromiſſionis inuenire nõ poterat, ſed ſimilitudinẽ pollicetur. F Hoc eñ unuſquiſq; deſiderat, in quo natus eſt. Quidã putãt terram eis Mediæ repromitti, quæ habebat terræ Iudææ ſimilitudinem, tam in ſitu q̃ in frugibus. Quodq́; infert. b ¶Vbi eſt deus Emath & Arphad? Vbi eſt deus Sepharuaim? Nũquid liberauerũt Samariam de manu mea?) Hoc oſtendit, qđ oĩbus his dijs Samaria ſeruierit, et idcirco capta ſit: Sin aũt, ait, tãtis dijs præſidẽtibus decem tribus facile ſupauimus, quãto magis uos, imò ſolã Hierl'ẽm, uno deo præſule uincemus facilius? tacuitq́; oĩs pplus, & nõ r̃ndit ei quicq;: Sigdẽ pręceptũ regis acceperãt, ut nõ reſpõderẽt ei. Vere iuſtus Ezechias, agẽs cũcta fideliter uniuerſaq́; cõſilio. Ideo autẽ iuſſerat blaſphemãti Aſſyrio nõ reſpõderi: ne eũ ad maiores blaſphemias prouocaret. [Eccles.8.c] Vñ ſcriptũ eſt: Ne ſucce-

& ad te miſit me dñs meus, ut loqrer omnia uerba iſta: & nõ potius ad uiros qui ſedẽt in muro: ut comedãt ſtercora ſua, & bibant urinam pedum ſuoꝝ uobiſcũ? Et ſtetit Rabſaces & clamauit uoce magna Iudaice, & dixit: Audite uerba regis magni, regis Aſſyriorũ. Hæc dicit rex: Nõ ſeducat uos Ezechias: qa nõ poterit uos eruere, & nõ uobis tribuat fiduciam Ezechias ſuper dño, dicẽs: Eruens liberabit nos dñs: nõ dabit̃ ciuitas iſta in manu regis Aſſyrioꝝ. Nolite audire Ezechiam: a Hæc dicit enim rex Aſſyriorũ: Facitẽ mecũ benedictionẽ, & egredimini ad me, & comedite unuſquiſq; uineã ſuã: & unuſquiſq; ficũ ſuam, & bibite unuſquiſq; aquam ciſternæ ſuæ: donec ueniã & tollam uos ad terrã quę eſt ſimilis terræ ueſtræ: terrã frumẽti & uini: terram panum & uinearũ. Ne cõturbet uos Ezechias, dicens: Dñs liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium unuſquiſque terram ſuã de manu regis Aſſyriorum? Vbi b eſt deus Hemath & Arphad? Vbi eſt deus Sepharuaim? Nunquid liberauerunt Samariã de manu mea? Quis eſt ex omnibus dijs terrarum iſtarum, qui eruerit terram ſuã de manu mea, ut eruat dominus Hieruſalẽ de manu mea? Et ſiluerunt, & non reſponderũt ei uerbum: Mandauerat enim eis rex dicẽs: Ne reſpondeatis ei. Et ingreſſus eſt Eliakim filius Helkiæ qui erat ſuper domũ: & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph à commẽtarijs ad Ezechiam ſciſſis ueſtibus, & nunciauerũt ei uerba Rabſacis.

Cap. XXXVII.

c ET factũ eſt cũ audiſſet rex Ezechias, ſcidit ueſtimẽta ſua, & obuolutus eſt ſacco: & intrauit in domũ dei. Et miſit Eliakim q erat ſup domũ & Sobnan ſcribã: & ſeniores de ſacerdotibus opertos ſaccis ad Eſaiã filiũ Amos ꝓphetæ, & dixerũt ad eũ: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulatiõis & correptiõis, & blaſphemiæ dies hęc: qa uenerũt filij uſq; ad partũ, & uirtus nõ eſt pariẽdi. Si quomodo audiat

G das carbones peccatoris. Et in pſalmo legimus: Cũ cõſiſteret aduerſum me peccator, obmutui, & humiliatus ſum: & tacui de bonis. [Pſal.38.a] Et iterũ: Pone dñe cuſtodiã ori meo, & oſtiũ munitũ labijs meis: ne declines cor meũ in uerba maliciæ. [Ibid.140.a]

Cap. XXXVII.

ET factũ eſt cũ audiſſet rex Ezechias, ſcidit ueſt. &c.) Perſpicua relinquẽtes, ea tantũ in qbus latẽs ſenſus eſt diſſeramus. Scindũt ueſtes: qa Rabſacẽ audiũt blaſphemantẽ. Scindit & ipe rex ueſtimẽta ſua: qa pctõꝝ ſuoꝝ, & popl'i eſſe credebat, ꝙ Rabſaces uſq; ad portã Hierl'm uenerit, & contra dñm talia ſit locutus. Vñ & põtifex qa ſaluatorẽ blaſphemaſſe credebat: ſcidit ueſtimenta ſua: [Matth.26] Et Paulus ac Barnabas deferentibus ſibi dei cultũ Lycaonibus, ſciderũt ueſtimẽta ſua. [Act.14.c] Pro regio ergo cultu obuolut' eſt ſacco: & de palacio ad tẽplũ gradiẽs, Eliakim põtificẽ, & Sobnã ſcribã, & H ſeniores de ſacerdotibus miſit ad Eſaiã filiũ Amos ꝓphetæ. In quo regis cõſideranda humilitas atq; prudentia: Ipſe pergit ad templũ: principes populi & ſeniores ſacerdotũ, nõ ſtolis ſacerdotalibus, ſed cilicijs opertos mittit ad Eſaiã filiũ Amos prophetæ: Pro quo in Regũ uolumĩe legit̃: [4.Reg.19.a] Ipſe cooptus eſt ſacco, & ingreſſus domũ dñi, Eliakim ꝑpoſitũ dom', & Sobnã ſcribã & ſenes de ſacerdotibus miſit cooptos ſaccis ad Eſaiã ꝓphetã filiũ Amos. hic qa ipe de ſe Eſaias ſcribebat hiſtoriã, nõ ſe appellauit ꝓphetã, ſed filiũ ꝓphetæ: ibi uero qa alter erat ſcriptor hiſtoriæ, ipſum ſcribit ꝓphetã. Qđ quidẽ & de Mattheo euãgeliſta [Matth.9.a] legimus, ꝙ ipſe Matthæus ſe dixerit publicanũ: alij uero euãgeliſtæ nomẽ publicani tacuerint, & apoſtolicã tãtũ poſuerint dignitatẽ



A dignitatem, & quod in cõiũctionibus Apoſtolorũ, apud ſe ſecũdus, apud alios primus ſit. Dixeruntq́;, inquit, ad eũ: Hæc dicit Ezechias, nõ rex, nõ tumẽs nomine imperij: Dies tribulationis, & correptiõis, & blaſphemiæ dies hæc: tribulationis noſtræ, correptionis dei, blaſphemiæ hoſtiũ. Ponitq́; ſimilitudinẽ parturiẽtis mulieris & dolẽtis, quod ad partũ uſq; peruenerit, & generare nõ poſſit, nec dicere: [Supra.26.c] A timore tuo dñe cõcepimus, & doluimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Sequitur: Si quõ audiat dñs deus tuus uerba Rabſacis: Nõ eñ audemus dñm omniũ, noſtrũ dñm dicere: quo iraſcẽte tanta perpetimur: ſed tuũ dicimus dñm. Et hanc habemus ultionis fiduciã: qm̃ uiuens deus blaſphemat̃ à cultore idoloꝝ mortuorũ. B Et exprobrauerunt ſermonibus, quos audiuit dñs deus tuus. Leua ergo orationẽ noſtrã iacentẽ: nõ ꝑ cũcto populo q iã perijt, ſed ꝓ reliquijs quæ obſidẽtur. Cũq; ueniſſent ſerui regis Ezechiæ ad Eſaiã, rurſum nomẽ ꝓphetæ tacuit, ut cœptã ſeruaret humilitatẽ. Præuenitq; eos Eſaias, eodẽ eñ ſpũ quo futura noſcebat, etiã abſentẽ regẽ audierat, & dicit quid r̃ndere deberẽt dño ſuo, hũiliati in iſta fiducia cõſciẽtiæ. Dicite, ĩquit, dño ueſtro, q ueſter eſt dñs: meus eñ hæc dicit dñs: Noli timere uerba qbus non tu, ſed ego ſum blaſphematus. Nec dico uniuerſa quæ regi Aſſyriorũ ſim facturus, ne meã uidear iactare potentiã, ſed qđ dandus ſit ei ſpiritus nõ dei, ſed aduerſarius: Auditoq; nuncio, reuertatur ad terrã ſuã, & corruat in ea gladio, ut duo pariter Ezechias quæ optabat audiret, ſe obſidione & periculo liberandum, & inimicũ iratumq́; regẽ in ſua terra eſſe moriturũ. Si qs quęrat cur in libro prophetiæ hiſtoria quæ in Regũ & dierũ uoluminibus ſcripta eſt, mixta uideatur: Conſideret quod hiſtoriæ ꝓphetia ſit copulata, tam de liberatione urbis, q̃ de Aſſyrij interitu, & de reuerſione ſolis horarũ decem, & quindecim annoꝝ ſpacijs protelatis, quod & prophetiæ eſt & hiſtoriæ.

audiat dominus deus tuus uerba Rabſacis, quem miſit rex Aſſyriorum dominus ſuus ad blaſphemandum deum uiuentem, & exprobrandum ſermonibus, quos audiuit dominus deus tuus. Leua ergo orationẽ pro reliquijs quæ repertæ ſunt. Et uenerũt ſerui regis Ezechiæ ad Eſaiã, & dixit ad eos Eſaias: Hæc dicetis domino ueſtro: Hęc dicit dominus: Ne timeas à facie uerborum quæ audiſti quibus blaſphemauerunt pueri regis Aſſyriorum me. Ecce ego ei dabo ſpiritum, & audiet nuncium, et reuertetur ad terrã ſuam: & corruere eum faciam gladio in terra ſua. a Reuerſus autem Rabſaces, inuenit regẽ Aſſyriorum præliantem aduerſum Lobnam. Audierat enim quia profectus eſſet de Lachis, & audiuit de Taracha rege Aethiopiæ dicentes: Egreſſus eſt ut pugnet contra te. Quod cũ audiſſet, miſit nũcios ad Ezechiam dicẽs: Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ loquẽtes: Nõ te decipiat deus tuus in quo tu confidis dicẽs: Nõ dabitur Hieruſalẽ in manũ regis Aſſyriorum. Ecce tu audiſti omnia quæ fecerunt reges Aſſyriorum omnibus terris quas ſubuerterũt, & tu poteris liberari? Nunquid eruerunt eos dij gentium, quos ſubuerterunt patres mei Gozan & Haran, & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Thalaſſar? Vbi eſt rex Hemath, & rex Arphad, & b rex urbis Sapharuaim Ana & Aua? Et tulit Ezechias libros de manu nũciorum, & legit eos, &

a ¶Reuerſus aũt Rabſaces &c.) Eiſdẽ uerbis eademq́; ſentẽtia ſcriptum eſt in Regum & Dierũ uolumine, quod Rabſaces iuxta dñi uolũtatẽ, obſidionẽ deſeruerit Hieruſalẽ, & perrexerit ad dñm ſuũ: quẽ uel deſerta uel capta Lachis, ad oppugnandam Lobnã ire cognouerat. C [4.Re.18.19. 2.Para.32.] Ipſe quoq; Sennacherib audiẽs Taracham regem Aethiopũ ĩferre ſibi bellũ, occurrit ueniẽti, & nihilominus mittit nũcios ad Ezechiã, & epiſtolas, ut quos necdum uiribus ceperat, ſermõe terreret. Et quõ populo dixerat: Nõ te decipiat Ezechias eadẽ blaſphemia loquit̃ ad regẽ: Non te decipiat deus tuus. Ponitq́; exempla maiorũ, ꝙ quõ cæteras terras nõ potuerint liberare dij ſui de manibus eorũ: ſic nec Hieruſalem liberetur. In enumeratione aũt gẽtiũ cæterarũ ponit הֵנַע וְעִוָּה: quas Lxx. D miſcuerunt dicẽtes: anaueaua: cõiunctionẽq́;, &, id eſt ו, inter duas gentes ana & aua, lingua poſuere Hebræa, ut ignorantibus una gens uideatur aut ciuitas. Manifeſta trãſcurrimus, ut in dubijs immoremur. Pugnaſſe autem Sennacherib regem Aſſyriorum contra Aegyptios & obſediſſe Peluſiũ iamq́; extructis aggeribus, urbi capiendæ ueniſſe Taracham regem Aethiopum in auxiliũ, & una nocte iuxta Hieruſalem centũ octogintaquinq; milia exercitus Aſſyrij peſtilentia corruiſſe: narrat Herodotus, & pleniſſime Beroſus Chaldaicæ ſcriptor hiſtoriæ: quorum fides de proprijs libris petenda eſt. b ¶Et tulit Ezechias lib. de manu &c.) Contra Sennacherib regis blaſphemias, ſolita Ezechias arma corripuit. Rurſumq́; pgit ad templum, & epiſtolas eius expãdit coram domino. Prius tacuerat: non enim audebat domini timore perterritus in templo ora reſerare: nec liberas ad deum preces fundere. Nunc aũt quia iam audierat Eſaiam dicẽtem: Ne timeas à facie uerboꝝ quæ audiſti: quibus blaſphemauerunt pueri regis Aſſyriorũ me, & cætera: audacter dñm deprecatur, & ſolum deũ aſſerit eſſe uiuentẽ: per quæ idola intelligi-

E mus imagines mortuorũ. Quodq; infert: Vere em̃ dñe deſertas fecerunt reges Aſſyriorũ terras & regiones earũ & dederũt deos earũ igni: nõ enim erãt dij, ſed opera manuũ hominũ, lignum & lapides, & cõminuerũt eos. Multis ꝓbatur hiſtorijs, quæ ſcribunt reges Perſarum ueniſſe in Græciam: & ſubuertiſſe atq; ſpoliaſſe tẽpla Græcorum: ultionemq; poſtulat, ut ꝑ occaſionẽ ſui omnia regna cognoſcant: quod ſolus ſit deus qui poſſit ſuos de diſcrimine liberare. a ¶ Miſit aũt Eſaias fi. Amos &c.) Quia tam audacter Ezechias dñm deꝑcatus eſt: nec miſit ad Eſaiã ut prius miſerat, nõ ipſe ꝓpheta pergit ad eũ, ſed mittit nuncios qui ei dicerent uerbis dei: Super Sennacherib cõtra quem rogas dñi iſta ſententia eſt: Virgo Sion, & filia Hieruſalẽ: quæ ideo uirgo appellatur & filia, quia cunctis F gẽtibus ſimulacra adorãtibus hominũ mortuorum, hæc ſola cõſeruet caſtitatẽ religionis dei, & unius diuinitatis cultũ: ſubſannauit te atq; deſpexit, & quæ ne ad maiorẽ te blaſphemiam cõcitaret, præſenti nõ reſpõderat: poſt abeũtẽ mouit caput ſuũ, certa de ultione, ſecura de pœna. Et hæc locuta eſt: Nõ cõtra me, ſed contra dñm ſuꝑbiſti: nec ipſe per te, ſed ꝑ ſeruos tuos, ut maior eſſet arrogãtia blaſphemãtis. Dixiſti em̃ quod in quadrigarum tuarum multitudine aſcẽderes altitudinẽ mõtium, & iuga Libani, & excelſas ſuccideres cedros atq; abietes illius. Qđ uel de cũctis gentibus μεταφορικῶς principibusq; earum debemus accipere: uel de Hieruſalem, quæ interpretatur Libanus, ut cedros eius atq; abietes ad potentes quoſq; & optimates: altitudinem uero ſummitatis illius ſaltumq; Carmeli, referamus ad templũ. Ipſe em̃ ſupra dixerat: Nũquid nõ audiſti quæ fecerũt reges Aſſyriorum omnibus terris, quas ſubuerterũt? ergo nec tu poteris liberari. Quodq; infert: Ego fodi & bibi aquã, & exiccaui

G ueſtigio pedis mei oẽs riuos aggerũ. Iuxta hiſtoriã hoc intelligi põt, qđ præ multitudine exercitus, oĩa flueta exiccauerit, ut puteos ſibi fodere ſit compulſus. Iuxta trãslationẽ: ꝙ oẽs populos q interdũ ſub aquarũ nomĩe deſcribũtur, ſuo uaſtauerit exercitu. Pro quo ſoli Lxx. trãſtulerunt, καὶ ἔθηκα γέφυραν, καὶ ἠρήμωσα ὕδατα, καὶ πᾶσαν συναγωγὴν ὑδάτων, id eſt, & poſui põtẽ, & deſertas feci aquas: & omnẽ cõgregationẽ aquarũ, qđ ſcilicet nulla ſibi gens inuia fuerit, ſed ſuper oẽs populorum aquas ſuo calcauerit pede. b ¶ Nunquid nõ aud. quæ olim fe. &c.) Hæc ex perſona dei contra uerba Aſſyrij ſentienda ſunt, ꝙ ad blaſphemiã eius ſic r̃nderit dñs: Nũ ignoras ꝙ hæc q̃ feciſti, mea feceris uoluntate, & ego hæc futura prædixerim, ac ꝑ te faciẽda mãdauerim: Itaq; qđ olim decreui, hoc expletũ eſt tꝑe H ut colles, id eſt, principes q inter ſe ante pugnabãt: & ciuitates munitiſſimæ me cõtrahẽte manũ meã, nec ſolitũ p̃bẽte auxiliũ, eradicarẽt & cõtremiſcerẽt, ac perirẽt: & cõpararẽtur, nõ oliuæ & uineæ fructuoſiſq; arboribus, ſed fœno & gramini, herbiſq; domatũ, q̃ frugibus impedimẽto ſunt, & ãte marceſcũt, q̃ ad maturitatẽ ꝑueniãt. Itaq; & ſceſſionẽ, & egreſſum, & ĩtroitũ tuũ ante cognoui, & inſaniã qua cõtra me debacchaturus eras, ꝓphetis uaticinãtibus ſum locutus: ꝑ quos olim dicturũ eſſe te nouerã: In cœlũ aſcendã: ſuꝑ ſydera cœli ponã thronũ meũ: eroq; ſimilis altiſſimo. *Supra.14.d* Itaq; furor tuus & ſuperbia tua peruenit in aures meas, & nequaq; ultra te portabo, ut ĩtelligas qđ potuiſti: nõ tuis potuiſſe te uiribus, ſed meo arbitrio. Merebant̃ em̃ impiæ gẽtes & infructuoſæ arbores, ut ꝑ te quaſi ſecurim & ſerrã meã ſucciderẽtur & caderẽt. Itaq; ponã circulũ ſiue chamũ in naribus tuis, ut blaſphemãtia ora cõſtringã: & nequaq; ultra talia loq audeas: frenumq; inijciã labijs tuis, qđ tuã ferociã domet, & te reducat

eos: & aſcendit in domum dñi: & expandit eos corã dño: et orauit ad dominum dicens: Dñe exercituum deus Iſraël qui ſedes ſuper cherubim: tu es deus ſolus omnium regnorum terræ: tu enim feciſti cœlum & terram. Inclina domine aurem tuã et audi: aperi dñe oculos tuos & uide et audi omnia uerba Sẽnacherib quæ miſit ad blaſphemãdum deũ uiuentem. Vere enim dñe deſertas fecerunt reges Aſſyriorum terras & regiones earum: & dederunt deos earum igni: nõ enim erant dij, ſed opera manuum hominum, lignũ & lapides: et cõminuerunt eos. Et nũc domine deus noſter, ſalua nos de manu eius: & cognoſcant omnia regna terræ, quia tu es deus
a ſolus. Miſit aũtẽ Eſaias filius Amos ad Ezechiam dicens: Hæc dicit dñs deus Iſraël pro quibus rogaſti me de Sẽnacherib rege Aſſyriorum: hoc eſt uerbum quod locutus eſt dominus ſuper eũ: Deſpexit te & ſubſannauit te uirgo filia Sion: poſt te caput mouit filia Hieruſalem. Cui exprobraſti, et quẽ blaſphemaſti, & ſuper quẽ exaltaſti uocem tuã, & leuaſti altitudinẽ oculorũ tuorũ ad ſanctum Iſraël. In manu ſeruorum tuorum exprobraſti domino et dixiſti: In multitudine quadrigarum mearum ego aſcendi altitudinem montium, iuga Libani: & ſuccidam excelſa cedrorum eius, & electas abietes illius & introibo altitudinem ſummitatis eius, ſaltum Carmeli eius. Ego fodi et bibi aquã: et exiccaui ueſtigio pedis mei omnes riuos agge-
b rum. Nũquid nõ audiſti quæ olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plaſmaui illud, et nunc adduxi eos, et factum eſt in eradicationem



A reducat in Aſſyrios. Qua translatione & in pſalmis cõtra impios ſcriptura abutitur: In freno & chamo maxillas eorũ cõſtringe: qui nõ appropinquãt tibi. *Pſal.31.c* a ¶ Tibi aũt hoc erit ſig. Com. hoc an. &c.) Omnia hæc ꝓpheta per nũcios ad Ezechiã loquitur: quid Sẽnacherib dixerit: quid ei dñs reſpõderit: Nũc ad ipſum ſermonẽ facit: ne forſitan dubitet uentura quæ dicta ſunt. Et idcirco uel maxime prophetę apud populũ ſermonum ſuorũ habebãt fidẽ: quia nõ ſolũ de his quæ multa poſt ſecula futura erant: ſed etiã quæ incõtinenti, & poſt nõ grãde tẽporis ſpacium eſſent implenda memorabãt & quod intra biẽniũ, & rex Aſſyrius interiret, & urbi Hieruſalẽ ſecuritas redderetur. Hoc erit, inqt, ſignũ eorũ quæ futura prænũcio, ꝙ hoc anno ea comedas, quæ ſpõte naſcũtur. Siue iuxta Lxx. q̃ prius ſeueras. Anno autem ſecundo iuxta Symmachũ B pomis ueſcere: ſiue iuxta eoſdẽ, quæ de præteritis ſegetibus, & cadẽte in terram ſemine pullulauerĩt. In anno autẽ tertio fugato iam Aſſyrio & obſidione laxata, ſeminate & metite, & plãtate uineas: & fructus earũ comedite. Si quidẽ paruæ urbis huius reliquiæ quæ nũc hoſtili uallãtur exercitu: & euaſuras ſe eſſe nõ credunt, tãtam recipient rerum omnium abundantiam ac felicitatẽ, ut ĩſtar arboris alta radice fundatæ, pomis dẽſiſſimis impleantur. De Hieruſalem enim & de monte Sion egredietur reliquiæ, & implebunt terram Iudæam: nõ ſuo merito, ſed dei miſericordia, imò zelo quod aduerſus impios zelatus eſt populum ſuum.

b ¶ Propterea hæc dicit dominus de reg. Aſſyriorum. Nõ introibit ciuit. hanc & nõ iac. &c.) Reuertitur ad propoſitum: & poſt futurorum ſpem præſentem excutit metum. Nõ enim erat tãta lætitia ſuper his quæ lõgo poſt tempore uẽtura promiſerat, quanta cura de imminẽtibus. Quod aũt dicit Aſſyrium receſſurum, nec leuaturum cõtra Hieruſalem

C clypleum: nec iacula miſſurũ: neq; urbem munitionibus & aggere eſſe uallandam, aduerſariumq; per uiam qua uenerat reuerſurum: & liberandam ciuitatem obſidione præſenti: & ad extremum infert: propter me & ꝓpter Dauid ſeruum meum: illud ſignificat, quod nõ merito ſuo, ſed dei clemẽtia conſeruentur, imò patris eorum Dauid memoria. In quo admonentur & ſuæ negligentiæ, & illius fidei atq; iuſticiæ, quod in tantum iuſticiam diligat deus, ut etiam poſteros ſanctorũ hominum, non ſuo merito, ſed maiorum uirtute tueat̃. c ¶ Egreſſus eſt autẽ angelus dei, et percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinquemilia &c.) Centũ octogintaquinq; milia fortiſſimorum uirorũ ab uno angelo una nocte cæduntur, & abſq; uulneribus occiſorum mors ſæua diſcurrit: excludens à corporibus animas dei uoluntate. D Super quo in Paralipomenon legitur: *2.Parà.32.e* Et miſit dominus angelum, qui percuſſit omnem uirum robuſtum & bellatorem, & principem exercitus regis Aſſyriorum: reuerſuſq; eſt cum ignominia in terram ſuam. Qui idcirco ſeruatus eſt, ut ſciret potẽtiam dei: & blaſphemantia ora comprimeret: fieretq; teſtis illius maieſtatis, quem paulo ante cõtempſerat. Quod autem intulit: Et ſurrexerunt mane: uel Iſraëlitas, uel reliquos exercitus eius accipiamus; licet in Regum ſcriptum ſit uo- *4.Reg.19.g* lumine, quod cum ipſe rex diluculo ſurrexiſſet, uidit omnia corpora mortuorum. Pharao quoque in decẽ Aegypti ſeruatur plagis ut nouiſſimus pereat quod & iſte paſſus eſt. Cum enim reuerſus eſſet in Niniuen urbẽ primã regni ſui, & adoraret in templo Neſrach deum ſuum, quaſi uictoriam de hoſtibus reportaret, & delubrum idoli ſui triumphans, & gratulabundus incederet; contemptor ueri dei in phano falſi numinis trucidatur; nec angeli perit gladio, quod erat cõmune cũ pluribus, ſed parricidio

tionẽ colliũ compugnãtium, & ciuitatũ munitarũ. Habitatores earũ breuiata manu, cõtremuerũt & cõfuſi ſunt: facti ſũt ſicut fœnũ agri, & gramen paſcuæ, & herba tectorum, quæ exaruit antequã matureſceret. Habitationem tuam, & egreſſum tuum, & introitũ tuum cognoui: & inſaniam tuam cõtra me, cũ fureres aduerſum me. Superbia tua aſcendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis: & redu-
a cam te in uiam per quã ueniſti. Tibi aũtem hoc erit ſignũ: Comede hoc anno quæ ſponte naſcuntur: & in anno ſecundo pomis ueſcere: in anno autem tertio ſeminate & metite, & plantate uineas; & comedite fructum earum. Et mittet id quod ſaluatum fuerit de domo Iuda: & quod reliquum eſt, radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum, quia de Hieruſalem exibunt reliquiæ, & ſaluatio de mõte Sion: Zelus domini exercituum faciet
b iſtud. Propterea hæc dicit dominus de rege Aſſyriorum: Non introibit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi ſagittam; nec occupabit eam clypeus: & non mittet in circuitu eius aggerem. In uia qua uenit, per eam reuertetur: & urbem hanc nõ ingredietur dicit dominus: protegamq; ciuitatem iſtam: & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meũ.
c Egreſſus eſt autem angelus dei; & percuſſit in caſtris Aſſyriorũ cẽtum octogintaquinq; milia: & ſurrexerũt mane, & ecce oĩa cadauera mortuorũ. Et egreſſus eſt & abijt: & reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorũ, & habitauit

E dio filiorum. Qui cum fugissent in terram Ararat,
אררט quod intelligitur Armenia; successit in patris locū
אסרחדון Asaraddon: quē scriptura testatur, misisse habitato-
res Samariæ, ne terra maneret inculta. Ararat autē
regio in Armenia cāpestris est, per quam Araxes
fluit īcredibilis u-
bertatis, ad radices
Tauri montis, qui
usq; illuc extēdit.
Ergo & arca ī qua
liberatus est Noë
cū liberis suis: ces-
sante diluuio, non
ad montes genera-
liter Armeniæ de-
lata est, quæ appel-
latur Ararat, sed
ad mōtes Tauri al-
tissimos ꝗ Ararat
imminent campis.
Cap. XXXVIII.
IN diebus illis æ-
grot. Ezechias
usq; ad mort. &c.)
Prouer.3.b Quē diligit domi-
nus, corripit: & ca-
stigat omnem filiū
F quē recipit. Ne ele-
uaretur cor Eze-
chiæ post incredi-
biles triūphos, &
de media captiui-
tate uictoriam; infirmitate corporis sui uisitatur, &
audit se esse moriturum, ut cōuersus ad dominum
flectat sententiam eius. Quod quidē & in Iona pro-
pheta legimus: & in cōminationibus cōtra Dauid:
quæ dicuntur futura, nec facta sunt: non deo mutā-
te sententiam, sed prouocante humanum genus ad
notitiam sui. Dominus enim pœnitēs est super ma-
licijs. Conuertitq; Ezechias faciem suam ad parie-
tem, quia ad templum ire nō poterat. Ad parietem
autem tēpli, iuxta quod Salomon palatium extru-
xerat. Vel absolute ad parietem: ne lachrymas suas
assidentibus ostentare uideretur. Aut certe iuxta
Hieremiam, ad cor suum: qui קיר, id est parietem,
cor appellat: ut tota mēte dominum deprecaretur.
Et ait: Obsecro domine, memento quæso, quomo-
do ambulauerim corā te in ueritate & in corde per-
fecto, & quod bonum est in oculis tuis, fecerim.
Audiensq; se esse moriturum, non precatur uitam
& annos plurimos: sed in dei iudicio quid uelit præ-
stare, dimittit. Nouerat enim idcirco deo placuisse
Salomonem, quod annos uitæ non petierit amplio-
res, sed iturus ad dominum, narrat opera sua: quo-
modo ambulauerit coram eo in ueritate & in corde
perfecto. Felix conscientia quæ afflictionis tempo-
Matth.5. re bonorum operum recordatur. Beati enim mun-
do corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Et quomo-
Prou.20.b do alibi scribitur: Quis gloriabitur purum habere

se cor? Quod ita soluitur: Perfectionē cordis in eo G
nunc dici, quod idola destruxerit, templi Baal uasa
peruerterit; serpentem æneum cōminuerit: & cæte-
ra fecerit quæ scriptura commemorat. Fleuit autē
fletu magno propter promissionem domini ad Da-
uid, quam uidebat
in sua morte peri-
turam. Eo enim tē-
pore Ezechias fi-
lios non habebat,
nam post mortem
eius Manasses cū
duodecim esset an-
norū regnare cœ-
pit in Iudæa. Ex
quo perspicuū est,
post tertium annū
concessæ uitæ Ma-
nassen esse genera-
tum. Ergo iste oīs
est fletus, ꝙ despe-
rabat Christum de
suo semine nascitu-
rum. Alij asserūt,
quāuis sanctos ui-
ros morte terreri,
propter incertum
iudicij, & ignora-
tionem sententiæ H
dei, quā sedē habi-
turi sint. Simulq;
fati quæstio solui-
tur, ac necessitatis uincula atq; causarum, quod ne-
quaq; dies mortis singulis præstituta sit: sed uolun-
tate dei & ignotis mortalibus causis, uel uiuat aliqs,
uel moriatur: præsertim cum & statuta nunc mor-
tis necessitas differatur: & post mortem resuscitatos
plurimos legerimus. b ¶Et factū est uerb. d. &c.)
Præpostero ordine quasi in prophetia hic refertur
historia, quæ in Regū uolumine cōsequentius legi-
tur: Flente Ezechia fletu magno, priusq; egredere- 4.Reg.20.
tur Esaias mediam partē atrij, factus est sermo do-
mini ad eū dicēs: Reuertere & dic Ezechiæ duci po-
puli mei: Audiui orationem tuam, & uidi lachrymā
tuam: Ecce sanaui te. Dixitq; Ezechias ad Esaiam:
Quod erit signum: quia dominus me sanabit? Cui
propheta respōdit: Hoc erit signum à domino, qđ
facturus sit dominus sermonem quem locutus est:
Vis ut accedat umbra tot lineis, an ut reuertatur to-
tidem gradibus? Cui dixit Ezechias: Facile est um-
bram crescere decem lineis: nec hoc uolo ut fiat, sed
ut reuertatur retrorsum decē gradibus. Cumq; in-
uocāte Esaia potētiā dñi, signū esset effectū: præce-
pit Esaias afferri massam ficorū recētiū: quā cū attu-
lissent & posuissent super uulnus eius, curatus est.
Reuertitur aūt ad regē ꝓpheta dñi iussione, ut ipse
sanaret ꝗ ꝑcusserat, & uocat Ezechias dux populi
eius, & filius Dauid, cuius opera sectabatur: fecerat
enim rectū iuxta omnia quæ fecit Dauid pater eius
& auditur

bitauit in Niniue. Et factū est cū adoraret in tēplo Ne-
srach deū suū Adramelech & Sarasar filij eius, percusse-
runt eū gladio: fugerūtq; in terram Ararat: & regnauit
Asaraddon filius eius pro eo. Cap. XXXVIII.

a IN diebus illis ægrotauit Ezechias usq; ad mortem: et
intrauit ad eum Esaias filius Amos prophetę, & dixit
ei: Hæc dicit dominus: Dispone domui tuæ, quia mori-
eris tu & non uiues. Et conuertit Ezechias faciem suam
ad parietem, & orauit ad dominum, & dixit: Obsecro
domine, memento quæso, quomodo ambulauerim co-
ram te in ueritate, & in corde perfecto, & quod bonum
est in oculis tuis, fecerim: fleuitq; Ezechias fletu magno.
b Et factum est uerbum domini ad Esaiam dicens: Vade
& dic Ezechiæ: Hæc dicit dominus deus Dauid patris
tui: Audiui orationem tuam, uidi lachrymas tuas. Ecce
Ego adijciam super dies tuos quindecim annos, & de
manu regis Assyriorum eruam te & ciuitatem istam, &
protegam eam. Hoc autem tibi erit signum à domino:
quia faciet dominus uerbum hoc quod locutus est: Ecce
ego reuerti faciam umbrā linearū per quas descenderat
in horo-



A & auditur eius oratio, uidēturq; lachrymę: quoniā
ambulauerat corā dño in ueritate & in corde perfe-
cto: & fleuerat fletu magno: & quod placitū erat in
oculis eius fecerat: Adijciunturq; quindecim anni
ad uitā, quos ille nō postulauerat: & insuper uiuēte
eo, regni securitas
repromittitur. Sin
aūt ut quidā putāt
in corpore uiuere,
condemnatio est:
et iuxta illud quod
dicitur: Reuertere
anima mea in requi-
em tuam. Et ī alio
loco: Educ de car-
cere animā meam:
optanda est mors,
ut de carcere libe-
remur: quomodo
nunc dñs donat ꝓ
beneficio: ut qui li-
berandus erat, ad-
huc quindecim an-
nis uiuat in carce-
re? Datˀ aūt signū,
ut sol decem gradi-
bus reuertatˀ quos
B nos iuxta Symma-
chū, in lineas & ho-
rologiū uertimus:
ꝗ gradus intellexit
in lineis, ut manife-
stiorē sensum legē-
tibus faceret. Siue
ita extructi erant
gradus arte mœchanica: ut per singulos umbra de-
scendēs, horarū spacia terminaret. Quod signum &
præsētis tēporis, & futuri typus erat: ut quomō sol
reuerteretur ad exordiū sui: ita & Ezechiæ uita ad
detextos annos rediret: nobisq; in hebdomade &
ogdoade uiuētibus, per resurrectionē Christi, uitæ
spacia protelētur. Solēt sanctorū locorū in hac pro-
uincia mōstratores intra cōseptū tēpli ostēdere gra-
dus domus Ezechiæ uel Achaz: ꝙ sol per eos de-
scēderit. Sed nunq; ego credā: nō dico Achaz ꝗ rex
impius fuit, sed cuiuslibet regis iusti domū fuisse in
templo dei: cū Salomon idcirco deū inter cætera of-
3.Reg.9.c fendisse dicatur, ꝙ in sublime ædificauerit mello:
unde atriū templi deambulās, in turre palacij despi-
cere solitus sit. a ¶ Scriptura Ezechiæ regis Iudę
cum ægrotasset &c.) Miror quomodo soli Lxx. ꝓ
scriptura orationem posuerint: cum oratio תְּפִלָּה,
dicatur, & nō quę in pręsenti loco scribitur מִכְתָּב,
alioquin cōsequēter diceretur oratio si de præsenti
esset tempore, & non de præterito. Manifestum est
enim, quod post redditam sanitatem, de infirmitate
consurgens ista cōscripserit: ex quo non oratio est,
sed gratiarum actio pro beneficio quod acceperat.
b ¶ Ego dixi in dimidio dierū meorū &c.) Narrat

quid tēpore premētis angustiæ imminentisq; lan- C
guoris, tacitus cogitarit; Dixi, īquit, in corde meo:
in dimidio dierum meorū, siue ut Aquila & Sym-
machus & Theodotio interpretati sunt: in infirmi-
tate & silentio dierū meorū: ꝓ quo Lxx. excelsum,
interpretati sūt ob
literę similitudinē:
בְּרָמַי pro בְּדָמַי le-
gentes agro licet ꝗ-
dam בְּדָמַי, sangui-
nem uerterint: ut
sit sensus in sangui-
ne dierum meorū
quādo meus cru-
or, meusq; expe-
ctabatur interitus.
Itaq; desperatione
dixi: Vadā ad por-
tas inferi: uel com-
muni lege naturæ,
uel illas portas: de
quibusꝙ liberatus
sit psalmista decan-
tat: Qui exaltas me Psal.9.c
de portis mortis:
ut annūciē omnes
laudationes tuas
in portis filiæ Siō.
Has portas infer- Matth.16.c
ni reor, quę aduer- D
sum Petrū nō præ-
ualēt: qa dormiuit
in plenitudine die-
rum suorum. San-
cti implēt dies su- Gene.25.d
os; qualis fuit Abrahā ꝗ mortuus est plenus dierū
in senectute bona. Pctōres uero et impij in dimidio
dierū suorū moriūtur: de ꝗbus & psalmista loqˀ. Vi- Psal.54.d
ri sanguinū & dolosi nō dimidiabūt dies suos. Non
eñ implent opa uirtutū: nec studēt pœnitētia emē-
dare delicta. Vnde in medio uitæ cursu, & in errorū
tenebris ducētur ad tartarū. Quæsiui, inqt, residuū
annorū meorū, nō me putās ultra esse uicturū. Dixi,
nō uidebo dñm dñm in terra uiuētium. Pro dño &
dño, bis in Hebræo ponitˀ יָהּ יָהּ, qđ in extrema syl-
laba הַלְלוּ־יָהּ sonat, ꝓ quo Lxx. trāstulerūt: Nequa-
q; ultra uidebo salutare dei in terra uiuētiū. De qua
& in alio loco scriptum est: Placebo dño in regione Psal.114.b
uiuētiū. Et rursum: Placebo dño in lumine uiuētiū. Ibidem.55.c
Regio ergo sanctorū ipsa est, quę appellatˀ lux uiuē-
tiū. Nō est eñ deus mortuorū, sed uiuorū. Hoc aūt Matth.22.c
est omne qđ metuit: ne salutare dei ductus ad infe-
ros, nequaq; mereatur aspicere. Sequitˀ: Nō aspiciā
hominē ultra & habitatorē quietis. Quod nos olim
ꝓpter uerbi ambiguitatē sequēti uersiculo iunxera-
mus: sermo eñ hebraicus, חֶדֶל, si legatur aut scriba-
tur, requiem: si חֶלֶד, occidentem sonat. Timet ergo
ne cum sanctis & hominibus dei non habitet in
quiete: ne nō uideat dominum in terra uiuentium:
ne gene

in horologio Achaz in sole retrorsum decē lineis: & re-
uersus est sol decem lineis per gradus quos descēderat.

a HEB. Scripturā Ezechię re-
gis Iudæ cum egrotasset: &
conualuisset de infirmitate
b sua. Ego dixi in dimidio di-
erū meorū, uadā ad portas
inferi: quæsiui residuū an-
norū meorū. Dixi, nō uide-
bo dñm deū ī terra uiuētiū:
nō aspiciā hominē ultra &
habitatorē quietis. Cessauit
generatio mea: ablata est et
cōuoluta est à me quasi ta-
bernaculum pastorū. Præ-
cisa est uelut à texente uita
mea: dū adhuc ordirer suc-
cidit me: de mane usq; ad
uesperū finies me, sperabā
usq; mane: q̄si leo sic cōtri-
uit oīa ossa mea, de mane
usq; ad uesperū finies me.

SEP. Oratio Ezechiæ re-
gis Iudæ quando languit
& surrexit de infirmitate
sua. Ego dixi in excelso di-
erū meorū, uadā ad por-
tas inferi: relinquā annos
residuos: dixi: nequaq; ul-
tra uidebo salutare dei in
terra uiuētium: nec uide-
bo hominem adhuc cum
habitantibus: defeci à co-
gnatione mea. Exiuit et re-
cessit à me, sicut taberna-
culū soluit ꝗ fixerat: sicut
tela spiritus meus recessit,
cū à texente succiditur. In
illa die traditus sum usq;
mane: sicut leo, sic cōtriuit
omia ossa mea. A die usq;
ad noctem traditus sum.
Quasi

a HEB. Sicūt pullus hirūdinis ſic clamabo: meditabor ut columba: attenuati ſūt oculi mei ſuſpiciētes in excelſū. Dñe uim patior: reſpōde ꝓ me: qd dicā aut qd rñdebit mihi cū ipſe fecerit? b Reputabo oēs ānos meos in amaritudine anīe meæ. Dñe ſi ſic uiuitur: & in talibus uita ſpūs mei: corripies me & uiuificabis me. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Tu autē eruiſti animā meā ut nō piret: piceciſti poſt tergū tuū oīa peccata mea. Quia nō infernus confitebitur tibi: neq; mors laudabit te: non expectabunt qui deſcēdunt in lacum ueritatē tuā. Viuens, uiuens ipſe confitebitur tibi: ſicut & ego hodie. Pater filijs notā faciet ueritatē tuam.

SEP. Quaſi hirundo ſic clamabo: quaſi columba ſic meditabor. Defecerunt enim oculi mei aſpiciendo in excelſum cœli ad dominum: qui eruit me, & abſtulit dolorē animæ meæ: & ipſe fecit. Domine de ipſa annunciatum eſt tibi: & ſuſcitaſti ſpiritum meū: & conſolatus uiuificaſti. Ecce in pace amaritudo mea: liberaſti enim animā meā ut non periret: & proieciſti poſt me omnia peccata mea. Neq; enim in inferno laudabunt te: neque mortui benedicent tibi. Neque ſperabunt qui apud inferos ſunt miſericordiam tuam: uiuentes benedicent tibi, ſicut & ego. Ab hodie enim filios faciam: qui annunciabunt iuſticiam tuam domine

E ne generatio illius inſtar tabernaculi diſſoluatur: ne in telæ ſimilitudinē in ipſo lucis exordio præcidatꝰ: & nequaq; de ſemine eius Chriſtus oriatur. Quod autem corpus noſtrū appelletur tabernaculum, & *2.Cor.5.b* Apoſtolus inſtruit dicēs: Nos qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus aggrauati. De mane ait uſq; ad ueſperū finies me: ſperabam uſq; *Iob.4.d* mane. Qđ & Iob in anguſtia ſua atq; in tormētis corporis ſuſtinuiſſe ſe dicit quādo in die expectabat noctē: & lucem præſtolabatur ī tenebris, mutatione tēporū putans mutari poſſe ſupplicia. Hoc uerum eſſe nouit qui magnis febribus æſtuat: cuius ignis internus in ſimilitudinē leōis oīa F oſſa conſumit: nec ſe putat præ doloris magnitudine ultra eſſe uicturū. a ¶Sicut pullus hirundinis ſic clamabo: meditabor ut columba &c.) Mors imminēs, & languoris incūbēs dolor, quaſi leo ita oīa corporis mei oſſa frangebat: ſed ego in ſimilitudinē hirūdinis & colūbæ, fletibus & gemitibus dies noctesq; iūgebā: & à deo ſolo ꝗ poterat ſubuenire, eleuatis in altū oculis auxiliū præſtolabar. Dicebāq; ad eū: plus patior ꝙ mea poſcūt merita, ſed & ſi quid erraui, conuertar ad melius: tu *Rom.9.c* reſpōde ꝓ me: Nō eſt em̄ uolentis neq; currētis, ſed miſerētis dei. Rurſumq; in ſe reuertiꝰ: Quid dicam: quid ue cauſabor contra te factorē meum? aut quid mihi reſpōdebit qui fecit ipſe quod uoluit? Suſtinēda ergo ſunt quæcūq; decreuerit. Pro pullo hirūdinis: ſiue hirundine, ut Lxx. tranſtulerūt: in Hebraico ſcriptum eſt סוּס עָגוּר, quod interpretatus eſt aquila, equus Agor: Theodotio סִיס עָגוּר: media enim uocalis litera ו, ſi ponatur inter duas ס, legitꝰ סוּס, & appellatur equus: ſi י legitur סִיס, & hirūdo dicitur. Symmachus aūt ita trāſtulit: Sicut hirundo incluſa, ſic cantabo: quod uerbū עָגוּר & in Hie*Hiere.8.c*remia legitur, ubi ſcriptū eſt: Miluus in cœlo cognouit tēpus ſuū: turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tēpora ſua. b ¶Reputabo oēs annos meos in

amaritudine animæ meæ. Dñe ſi ſic uiuitur & in talibus uita ſpir. &c.) Nulla res longa mortalium eſt: omniſq; felicitas ſeculi dum tenetur amittitur. Cū enim tribulationis tempus aduenerit, omne quod præteritum eſt, nihil adiuuat ſuſtinētem. Vnde ſtulta Epicuri ſentētia eſt: ꝗ aſſerit recordatione præteritorum bonorū, mala præſētia mitigari. Ergo Ezechias reputare ſe dicit oēs annos regni ſui: & præteritæ ut putabat beatitudinis in præſenti amaritudine. Et ꝗa iam ſecurus eſt, nec patitꝰ quæ refert: de humano ſtatu philoſophatur, & dicit: Domine ſi ſic uiuitur: & tali ſumus cōditione generati: corripuiſti me, ſed uiuificaſti me: H paceq; tribuiſti fugato Aſſyrio: ſed pax mea oīi mihi amaritudine fuit amarior: quia tranquillitate populis reddita, & urbe ſecura: ego ſolus limina mortis intraui. Sed tu eruiſti animam meā ut nō periret: uel præſenti uitæ uel futuræ. Proieciſti enim poſt tergum oīa peccata mea: ne illa triſtis aſpicerem, ſed tuam miſericordiam contemplarer. Infernus enim & mors non confitebuntur, neq; laudabūt te: iuxta illud quod ſcriptum eſt: In inferno autem quis cōfitebitur tibi? Confeſſioq; *Pſal.6.b* in hoc loco, nō pro pœnitētia, ſed ꝓ gloria & laude accipitur: ſicut & in euāgelio legimus: Confiteor ti*Luc.12.d*bi dñe pater cœli & terræ. Nō expectabunt, inquit, qui deſcendūt in lacum, ueritatem tuā: melius ꝙ in Lxx. τὴν ἐλεημοσύνην, id eſt, miſericordiam. Qui em̄ in inferno eſt nō expectat iudicij ueritatem: ſed miſericordiam dei: maxime cum ſaluator ad inferna deſcenderit, ut uinctos de inferis liberaret. Pro lacu manifeſtius ijdem, inferos tranſtulerunt. Viuēs uiuens ipſe confitebitur, ſicut & ego hodie. Et hic confeſſio pro laudatione ponitur. Neque enim *Eccli.15.b* ſua ſcelera confitetur: ſed gratias agit deo: & nō eſt pulchra laudatio in ore peccatoris. Cumq; infernus & mors non confiteantur nec laudent deum, econtrario uita atq; uiuentes dominum glorificāt. G

Quod



HEB. Domine ſaluum me fac: & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus uitæ noſtræ in domo domini.

SEP. mine ſalutis meæ, & non requieſcam benedicens tibi cum pſalterio, oīibus diebus uitæ meæ in conſpectu domus dei.

a Et iuſſit Eſaias ut ſumerent maſſam de ficis: & cataplaſmarent ſuper uulnus, & ſanaretur. Et dixit Ezechias qđ erit ſignum quia aſcendam in domum domini.

b In tempore illo miſit Merodach Cap. XXXIX. Baladan, filius Baladan rex Babylonis libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotaſſet & conualuiſſet. Lætatuſq; eſt ſuper eis Ezechias & oſtendit eis cellam aromatum, & argenti & auri, & odoramentorum & unguenti optimi: & omnes apothecas ſupellectilis ſuæ: & uniuerſa quæ inuenta ſunt in theſauris eius: non fuit uerbum quod non oſtenderit eis Ezechias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua.

Introiuit

A Quodq; ſequitur: Pater filijs notā faciet ueritatem *Deut.32.a* tuā: hoc ſignificat quod in Deuteronomio dicitur: Interroga patrem tuū & annunciabit tibi: ſeniores tuos, & dicēt tibi: ut per ſucceſſiones & ſingulas generationes, dei in poſteros clementia prædicetꝰ. Pro quo Lxx. poſuerunt: ab hodie em̄ filios faciā qui annunciabunt iuſticiā tuā. Cauſaliſq; cōiunctio, ſequentia cum ſuperioribus copulat: quod uidelicet idcirco uiuētes & ipſe uiuēs benedicāt deo: ꝗa ab hac die facturus ſit filios ꝗ annunciēt ueritatem eius: qđ certe ſuæ nō erat poteſtatis. Neq; enim per ꝓphetā illi liberi repromiſſi ſunt: ſed præſens uita cōceſſa: præſertim cum impijſſimū filiū genuerit Manaſſen: qui repleuerit Hieruſalem ſanguine, à porta uſq; ad portam: & nō be-B nedixit, ſed maledixit deo perſequēs ſctōs eius. Poſſumus ergo iuxta Lxx. hoc dicere, ꝙ non dixerit filios faciā: ſed παιδία, quos uel paruulos, uel pueros, ſiue infantulos et poſteros intelligimus: ut ex eo qđ ipſe miſericordiā cōſecutus eſt, omis uētura poſteritas hoc cognoſcēs, laudet eius incredibilē clemētiā. Saluum ergo me fac dñe: & oēs qui in te credimus: tuoq; ſumus auxilio liberati: cunctis diebus uitæ noſtræ te canemus in tēplo. a ¶Et iuſſit Eſaias ut ſumerēt maſſam de ficis & cataplaſmarēt &c.) Hoc prius legendū eſt ꝙ oratio Ezechiæ ſiue ſcriptura, quam nunc interpretati ſumus: ante em̄ cataplaſma uulneri impoſitum eſt: & prius ſignū ab eo petitū futuræ ſanitatis, ꝙ gratias ageret dño: quod dicitur feciſſe ſanatus. Aiunt Hebræi uerbū שְׁחִין, quod prætermiſere Lxx. ulcus ſonare nō uulnus. Nam et Aquila Symmachuſq; & Theodotio ἕλκος īterpretati ſunt: per quod morbū regiū intelligi uolunt: cui cōtraria putantur, uel ſumpta in cibo, uel appoſita corpori quæcūq; ſunt dulcia. Ergo ut dei potentia mōſtraretur: per res noxias & aduerſas, ſanitas reſtituta eſt. Alij שְׁחִין, nō ulcus, ſed apoſtema ſuſpicantur: quādo tumens corpus, cocto & putreſcente pure cōpletur. Et iuxta artem medicorū, omnis ſanies ſiccioribus ficis atq; cōtuſis, in cutis ſuperficiē prouocatur: ac per hoc nō ſpernēdam eſſe medicinam, quæ uſu cōſtet & experimento: quia & hāc fecerit deus. Oratio igitur ac gratiarū actio hucuſq; conſcripta eſt: Cæterū quod ſignū datū ſit, ſuperior

hiſtoriæ ordo narrauit. Cap. XXXIX. C
In tempore illo miſit Merodach &c.) Supra legimus quartodecimo anno regis Ezechiæ aſcēdiſ*Supra.36.a*ſe Sennacherib regem Aſſyriorū ſuper omnes ciuitates Iudæ munitas: & cepiſſe eas, & poſtea obſediſſe Lachis, tranſiſſe Sobnā, miſiſſe Hieruſalē partē exercitus ſui: cæſaq; per angelum centum octogintaqnq; milia exercitus eius: & ipm fugiſſe Niniuen: interfectūq; à filijs ī phano dei ſui: & regnaſſe pro eo Aſſaraddon filium eius: ægrotaſſe Ezechiam, & recepiſſe prophetæ nūcio ſoſpitatem: factū ſignū incredibile: ut ſol decē horarū ſpacijs reuerteretur ad ortū ſuum, et penè duplex dies fieret: Nunc legimus qđ in tēpore illo: hoc eſt in eodem anno quo hæc geſta ſunt omnia miſerit Merodach Baladan, filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam: nō Aſaraddon, D qui Sennacherib patri apud Aſſyrios in regnū ſucceſſerat: de cuius ſeu morte ſeu uita ſcriptura cōticuit. Ex quo perſpicuum eſt aliud fuiſſe tunc regnū Aſſyriorum, & aliud Babyloniorum. Deniq; Samariam: id eſt, decem tribus cepere Aſſyrij. Iudam aūt & Hieruſalem poſtea legimus cepiſſe Chaldæos: quorum rex Nabuchodonoſor fuit. Et quia apud eos aſtrorum obſeruantia eſt, ſtellarumq; curſus lōgo uſu & exercitatione cognitus, quod & in dñi natiuitate mōſtratur: intellexerunt ſolē reuerſum, diei ſpacia duplicata, ſeruire ei quem ſolum deum putabāt. Cumq; cauſas huius miraculi rationemq; perquirerent: fama per omnes gētes uolitāte, didicerūt propter ægrotationē regis Iudæ, etiā curſum ſigni clariſſimi cōmutatum. Quam nō eſſe opinationem meā: ſed ſcripturæ ſanctæ fidem, Dierū uerba teſtātur: quæ dixere poſt alia: Ipſe eſt Ezechias qui obturauit ſuperiorem fontem aquarū Gion: & auertit eas ſubter ad occidentem urbis Dauid. In omnibus operibus ſuis fecit proſpere quæ uoluit: attamē in legatione principū Babylonis qui miſſi fuerant ad eum: ut interrogarent de portento quod acciderat ſuper terrā, reliquit eū deus ut tētaretur: & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. Idcirco autem tentationi relictus eſt: quia poſt tātam uictoriam: & ſolis regreſſum: & congratulationē regni potentiſſimi: cor illius eleuatum eſt. Deniq; in eodem uolu-

q mine

E mine ſcribitur: Multi deferebant hoſtia & ſacrificia
2.Para.32.e dño in Hieruſalẽ; & munera Ezechiæ regi Iuda: & exaltatus eſt coram cunctis gentibus. In diebus illis ægrotauit uſq; ad mortẽ; & orauit dñm; & exaudiuit eũ; & dedit ei ſignũ ſed nõ iuxta beneficia q̃ acceperat retribuit, q̃a exaltatum eſt cor eius; & facta eſt cõtra eũ ira, & contra Iudam & Hieruſalẽ. Rurſumq; ſcriptura ſancta elationẽ cordis eius dicit pœnitẽtia mitigatã; inferẽs: Et humiliatus eſt poſtea: eo qđ exaltatũ eſſet cor eius; tam ipſe q̃ habitatores Hieruſalem; & idcirco nõ uenit ſup eos ira dñi in diebus Ezechiæ. Lætatus eſt ergo ĩ aduẽtu legatorꝝ Merodach; quẽ patrẽ fuiſſe Nabuchodonoſor Hebræi autumãt; & in obla-
F tione munerũ, & cõgratulatione ſanitatis ſuæ. Oſtẽditq; eis iuxta Lxx. domũ נְכֹתֹה, pro qua Symmachus tranſtulit aromatũ ſuorũ; & theſauros argenti & auri & odoramentorũ & unguẽti optimi: quod in Hebraico ſcribitur, olei boni; & omẽs theſauros uaſorũ Gazæ; ſiue ut ibi legit̃, uaſorũ ſuorũ. Gaza aũt lingua Perſarũ diuitiæ nuncupãtur; nec eſt Hebræus ſermo ſed Barbarus. Nõ fuit, inquit, uerbũ, quod iuxta Hebraicã cõſuetudinẽ ꝓ re frequenter accipit̃; q̃ nõ oſtenderit eis in domo ſua; & in omni poteſtate ſua. Vnde dei ira iuſtiſſima; quoniam nõ ſolum theſauros ſuos atq; palacij, ſed & tẽpli oſtenderit; quod certe fuit poteſtatis eius, de cuius ualuis auri laminas ante iam tulerat. a ¶ Introiuit autem Eſaias ꝓpheta ad regẽ Ezechiam &c.) Tradũt Hebræi ideo ægrotaſſe Ezechiam; quoniã poſt inauditam uictoriã Iudæorũ, & Aſſyrij regis interitũ non cecinerit laudes dño, quas cecinit Moyſes Pharaone ſubmerſo; & Debbora interfecto Syſara; & Anna genito Samuele; unde cõmonitũ eſſe fragilitatis ſuæ. Rurſumq; poſt corporis ſanitatẽ & ſigni magnitudinẽ offerri aliam occaſionem ſuperbiæ; quã ut prudens & dei cultor uitare debuerat; nec monſtrare alienigenis diuitias ſuas quas deo tribuente poſſederat. Ex quo iuxta leges quoq; Tropologiæ diſcimus, nõ mittẽdas margaritas ante porcos; nec dandum ſanctũ canibus. Qui em̃ fidelis eſt, ſpiritu abſcõdit negocia; & quicunq; hoc fecerit omnis uirtus illius eneruatur; peritq; poſteritas; & amiſſo uirili robore, in muliebrem redigitur mollitudinem.

a Introiuit Eſaias propheta ad regẽ Ezechiam, & dixit ei: Quid dixerunt uiri iſti; & unde uenerunt ad te? Et dixit Ezechias: De terra longinqua uenerunt ad me de Babylone. Et dixit; quid uiderunt in domo tua? Et dixit Ezechias: Omnia quæ in domo mea ſunt uiderunt; nõ fuit uerbum ſiue res quam non oſtenderim eis in theſauris meis. Et dixit Eſaias ad Ezechiam: audi uerbũ dñi exercituum: Ecce dies uenient; & auferẽtur omnia quæ in domo tua ſunt; & quæ theſaurizauerunt patres tui uſq; ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quicq̃, dicit dñs. Et de filijs tuis qui egredientur ex te, quos genueris tollent; & erunt eunuchi in palacio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Eſaiam: bonum uerbum domini qđ locutus eſt. Et ait: Fiat tantum pax & ueritas in diebus meis.

Cap. XL.

b Conſolamini conſolamini populus meus

Conſolamini, conſolamini populũ meum, dicit

G Ingreditur ergo Eſaias ad regẽ, & quaſi neſcius ſciſcitatur: Quid dixerunt uiri iſti, & unde uenerunt? Duo interrogat: quid locuti ſint, & unde uenerint. Ille ad unum reſpõdit altero prætermiſſo: quod cũ ἔμφασι & ſupercilio legẽdum eſt: De terra lõginqua uenerũt ad me de Babylone: qđ quãto terra longior ſit unde uenerũt; tanto iſte glorioſior ꝓpter quẽ uenerint. Et uenerunt, inq̃t, ad me q̃ debuerat dicere: uenerũt ad glorificãdum deũ pro ſigni magnitudine de Babylone quæ urbs in toto orbe potentiſſima eſt. Rurſumq; Eſaias: Quid, inq̃t, uiderũt in domo tua? Et ille reſpõdit ex parte uerũ: quod omnia uiderint in domo illius; nec fuerit res quam non oſtẽderit eis in theſauris ſuis; Sed al-
H terum tacet, de quo uerebatur offenſam; quod oſtẽderit eis cuncta quæ haberet in poteſtate ſua; haud dubium quin & templi ſupellectilem; propter quæ Eſaias dei ſermone profert ſentẽtiam: Audi uerbũ domini exercituum: Veniet tempus quãdo omnia hæc quæ in domo tua ſunt; & non tuo ſed patrum tuorũ labore quæſita, in Babylonẽ transferãtur; & de ſemine tuo fiant eunuchi in aula regia. Ex quo Hebræi uolũt Danielẽ, Ananiam, Miſaël, & Azariam; q̃ fuere de regio ſemine, factos eſſe eunuchos; quos in miniſterio regis Nabuchodonoſor fuiſſe non dubiũ eſt. Dixit itaq; Ezechias: Bonum uerbũ domini quod locutus eſt. In quo ab Hebræis reprehenditur; cur nõ ſit imitatus bonitatem Moyſi, qui locutus ad dñm eſt: Aut dimitte eis hãc noxam; aut Exod.32.g
ſi non facis; dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Rom.9.a
Vnde & Apoſtolus Paulus anathema uult eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis qui ſunt Iſraëlitæ; & propterea Ezechiam dei ſermonibus non probatum; qui in conſequentibus loquitur: Conſolamini, conſolamini populus meus, dicit deus ueſter: ut pro quibus ille non rogauerat, domini clementia conſolentur.

Cap. XL.

Conſolamini, conſolamini populus &c.) Iuxta interpretes cæteros; iubẽtur alij, ut populum dei & Hieruſalẽ pariter cõſolentur; Iuxta Hebraicũ ipſi præcipitur populo, ut conſoletur; & loquatur ad cor Hieruſalẽ, & aduocet eam. Loqui aũt ad cor Hieruſalem, idioma ſcripturarum eſt. Qui em̃ mœrenti loquitur, & blandiens cõſolator eſt; ad cor loq dicitur



A dicitur. Doceat nos Sychẽ filius Hemor, qui corru
Gene.34.a pta Dina locutus eſt ad cor eius, & cõſolatus eſt eã. Et ubicũq; ſimile quid inueneris, hũc ſenſum habet. Cauſaq; cõſolationis, remiſſio peccatorꝝ eſt: & cauſa remiſſionis, q̃m ſuſcepit de manu dñi duplicia ꝓ omnibus peccatis
Luc.12.f ſuis. Qui enim ſcit uolũtatem dñi ſui & peccat, uapulabit multis. Omniſq; qui habet in ſe habitatorẽ ſpiritum ſanctũ: quẽ ſaluator Apl'is ꝓmittebat,
Ioan.14.b dicẽs: Rogabo patrẽ meũ, & aliũ cõſolatorem dabit uobis: ut ſit uobiſcum ĩ ſempiternũ, ſpiritum ueritatis.
Ibidem.d Et iterũ. Cũ aũt uenerit cõſolator ſpiritus ſanctus: quẽ mittet pater meus in nomine meo: ille uos docebit oĩa.
B
Ibid.15.a Et rurſũ. Cũ uenerit cõſolator quem ego mittã uobis à patre: ſpiritũ ueritatis qui à patre egreditur: ille teſtificabitur de me.
Ibid.16.b Et: Prodeſt uobis ut ego uadã: Niſi em̃ ego abiero, cõſolator nõ ueniet ad uos. Cõſolator eſt cui & nũc præcipitur: ut cõſoletur populũ dei. Vnde & Apo
2.Cor.1.a ſtolus Paulus loquebatur ad credẽtes: Benedictus deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti: pater miſericordiarũ; & deus omnis cõſolationis, qui cõſolatur nos in omni tribulatiõe noſtra, ut poſſimus cõſolari eos qui in omni tribulatiõe ſunt; per cõſolationẽ qua ipſi cõſolamur à deo; q̃m ſicut ſuperabũdãt paſſiones Chriſti in nobis, ſic per Chriſtũ abũdabit & cõſolatio noſtra. Et iterũ: Et ſpes noſtra firma eſt ꝓ uobis; ſciẽtes q̃m ſicut participes eſtis paſſionũ; ſic & cõſolationis eritis. Qui ſit aũt iſte populus q̃ per Apl'os & uiros eccleſiaſticos cõſolatur; nõ Iſraël & Iacob, & Iuda, ut in alijs locis ſcriptura cõmemorat,
Zach.2.c ſed populum dei, Zacharias ꝓpheta teſtatur dicẽs: Gaude & lætare filia Sion; quia ego ueniam & habitabo in medio tui, dicit dñs. Et cõfugient gẽtes multæ ad dñm in die illa; & erũt ei in populũ, & habitabunt in medio tui; & cognoſcẽt q̃m dñs omnipotẽs miſit me ad te. Quo teſtimonio ꝑſpicue demõſtrat̃ gẽtes plurimas in populũ dei eſſe uertẽdas. Et hæc dicit dñs miſſus à dño: cui nomẽ omnipotẽs eſt. Et hoc notãdum q̃ nõ ſoluãtur peccata noſtra, niſi de manu dñi receperimus ea. Nec idem eſt ſolui peccata atq; dimitti. Cui enim dimittũtur, ſolutione non
Matth.9.a indiget; audiẽs in euãgelio: Cõfide filia, dimittũtur tibi peccata tua. Cui aũt ſoluũtur; ꝓpterea ſoluũtur,

HEB. dicit deus ueſter. Loquimini ad cor Hieruſalẽ & aduocate eã; quoniã cõpleta eſt malicia eius dimiſſa eſt iniquitas illius. Suſcepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. a Vox clamantis in deſerto, parate uiam dñi; rectas facite in ſolitudine ſemitas dei noſtri. Omnis uallis exaltabitur; & om̃is mons & collis humiliabitur; & erunt praua in directa; & aſp̃a in uias planas. Et reuelabitur gloria dñi; & uidebit omnis caro pariter qđ os dñi locutum eſt.

SEP. dicit deus: ÷ ſacerdotes ∵ loquimini ad cor Hieruſalem: conſolamini eã; q̃a repleta eſt humilitas eius. Solutũ eſt peccatum illius: quia recepit de manu dñi duplicia peccata ſua. Vox clamãtis in deſerto; parate uiam domini; rectas facite ſemitas dei noſtri. Omnis uallis implebitur; & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directa; & aſpera in cãpos. Et apparebit gloria domini; & uidebit oĩs caro ſalutare dei; quia dominus locutus eſt.

C quia purgata ſunt & ſoluta per pœnas. Iuxta hiſtoriam recepit Hieruſalem de manu dñi duplicia peccata ſua; Semel à Babylonijs: ſecundo à Romanis. Quodq; addit̃ in Lxx. ἱερεῖς, id eſt, ſacerdotes, obelo prænotandum eſt. a ¶ Vox clamãtis in deſ. &c.) Huius uocis memores ſcribæ & phariſæi & principes Iudæorũ; cum audiſſent Ioannẽ in ſolitudine prædicare baptiſmum pœnitẽtiæ & docere populũ mittunt qui interrogẽt eũ, utrũ ipſe ſit Chri- Ioan.1.c
ſtus, an Helias, an ꝓpheta. Cumq; reſpondiſſet nihil ſe horũ eſſe: Rurſus interrogãt: Dic ergo nobis, quis es? ut reſponſum demus his qui miſerunt nos: Quid dicis de te? Atq; ille
D reſpõdit: Ego ſum uox clamãtis in deſerto: parate uiam dñi; ſicut dixit Eſaias ꝓpheta. In quo animaduertẽdũ, quod rectæ uiæ dñi & ſemitæ dei noſtri, impletio uallium & mõtiũ, colliumq; humiliatio, & prauorũ correctio, & aſperorum rupiumq; campeſtria, & gloria dñi & ſalutare dei noſtri, nõ prędicetur in Hieruſalẽ; ſed in ſolitudine eccleſiæ; & in deſerta gentiũ multitudine; de qua ſupra legimus: Lætare deſerta ſitiens: exultet Supra.35.a
ſolitudo; & floreat quaſi liliũ: Hæc em̃ deſerta erat noticia dei; & ab idolis tenebatur humilis in confeſſione; erecta in ſuperbia; aſpera & intractabilis in feritate. Sed poſtq; apparuit gloria dñi; & uidit om̃is caro ſalutare dei; cũcta repẽte mutata ſunt; & uia domini præparata; ita ut appareret ĩ ſolitudine gloria dei; quando baptizatus eſt dñs in Iordane & aperti ſunt cœli; & ſpiritus ſanctus in ſpecie colũbæ deſcẽdit & manſit in eo; uoxq; patris deſuper intonantis audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi Matth.3.d
cõplacui; hunc audite. Et omnis caro uidit ſalutare dei. Quæ ꝓpterea appellabatur caro; quia prius ſanctũ ſpiritũ nõ habebat. De qua dicit & dñs: Nõ per- Gene.6.d
manebit ſpũs meus in hoĩbus iſtis; q̃m carnes ſunt. Illa aũt caro uidebit ſalutare dei; de qua per Ioël idẽ Ioël.2.g
loquebat̃: Effundã de ſpiritu meo ſup omnẽ carnẽ, & ꝓphetabunt. Q; non ſolum illo tẽpore clamabat Matth.3.a
Ioannes, qui ſermonis dei præcurſor & præuius, recte uox appellat̃; ſed uſq; hodie in deſerto gẽtilium, eccleſiarũ clamant magiſtri; ut rectas faciamus uias & ſemitas ĩ cordibus noſtris deo; impleamurq; uirtutibus; & inclinemur humilitate: praua mutemus

E in recta, aſpera uertamus in mollia: & ſic gloriã dñi & ſalutare dei uidere mereamur. a ¶Vox dicentis, clama &c. qa ſpũs dei &c.) Hoc quod aſteriſcis notatur: quia ſpũs dei flauit in eo: uere fœnũ eſt populus: aruit fœnũ cecidit flos: ex Hebraico & Theodotionis æditione additũ eſt. Ex quo manifeſtũ eſt: uel à Lxx. ꝑtermiſſum, uel paulatim ſcriptorũ uitio abolitum: dũ & prior & ſequẽs uerſus finit in flore. Supra legimus ꝓpheta dicente: Et audiui uocẽ dñi dicẽtis: Quem mittã, & quis ibit ad populũ iſtũ? Et dixi: Ecce ego, mitte me: & ait: Vade & dic populo iſto: Aure audietis: & non intelligetis: & uidẽtes uidebitis, & nõ uidebitis: & reliqua, ad quã ꝓ-
F dicationẽ dura ꝑpeſſus: nũc dñi uoce dicẽte, clama: timens ſimilia, quid clamare debeat ſciſcitatur: & à generali incipiẽs: Om̃is caro fœnũ, & om̃is glĩa eius quaſi flos fœni: peruenit ad ſpeciale: ut nihilominus dicat de populo: Vere fœnũ eſt populus. Et reuera ſi quis fragilitatẽ carnis aſpiciat: & quod per horarũ momẽta creſcimus atq; decreſcimus: nec in eodẽ manemus ſtatu: ipſumq́; qđ loquimur, dictamus, & ſcribimus, de uitæ noſtræ parte præteruolat: nõ dubitabit carnẽ fœnũ dicere: & gloriã eius quaſi florẽ fœni ſiue prata camporũ. Qui dudũ infans, ſubito puer: qui puer, repente iuuenis: & uſq; ad ſenectutẽ per ſpacia mutatur incerta: & ante ſe ſenẽ intelligit, q̃ iuuenẽ nõ eſſe ſe miretur. Pulchra mulier quæ adoleſcẽtulorũ poſt ſe trahebat greges: arata fronte cõtrahitur: & quæ prius amori, poſtea faſtidio eſt. Quod & egregius apud Græcos ſcribit Orator: Speciẽ corporis aut tẽpore deficere, aut languore cõſumi. Exiccata eſt igitur caro: & cecidit pulchritudo, quia ſpũs furoris dei atq; ſentẽtiæ flauit in ea: ut à generali diſputatiõe ad ſcripturæ ordinẽ reuertamur: eius qui portat imaginẽ terreni: & ſeruit uitijs atq; luxuriæ: fœnumq́; eſt & flos præteriẽs. Qui aũt habet atq; cuſtodit imaginẽ
G cœleſtis: illa caro eſt quæ cernit ſalutare dñi, q̃ quotidie renouatur in cognitionẽ ſecũdũ imaginẽ creatoris: & incorruptibile atq; immortale corpus accipiẽs, mutat gloriã nõ naturã. Verbũ aũt dñi noſtri, & hi qui uerbo ſociati ſunt, permanẽt in æternum.

a HEB. Vox dicẽtis, clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnũ: & oĩs gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum: cecidit flos: quia ſpiritus dei flauit in eo: uere fœnũ eſt populus. Exiccatũ eſt fœnum: cecidit flos: uerbum aũt dñi nr̃i ſtabit in æternũ. b Super mõtẽ excelſum aſcẽde tu quæ euãgelizas Sion: exalta in fortitudine uocẽ tuã quæ euangelizas Hieruſalem: exalta, noli timere: dic ciuitatibus Iudę: Ecce deus ueſter: ecce dominus deus in fortitudine ueniet: & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: & opus illius coram eo. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos: & in ſinu ſuo leuabit: fœtas ipſe portabit.

a SEP. Vox dicẽtis, clama: & dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnũ: & oĩs gloria hominis quaſi flos fœni. Aruit fœnum & cecidit flos: * qa ſpũs dei flauit in eo: uere fœnũ eſt populus: exiccatũ eſt fœnũ: cecidit flos: uerbũ aũt dei noſtri manet in ſempiternũ. Super montem excelſum aſcẽde qui euãgelizas Siõ: exalta in fortitudine uocẽ tuã qui euangelizas Hieruſalem: exalta, noli timere: dic ciuitatibus Iuda: Ecce deus ueſter: ecce dñs deus cum uirtute ueniet: & brachium cum dominatione: ecce merces eius cum eo: et opus in cõſpectu illius. Sicut paſtor paſcet populũ ſuũ: & in brachio ſuo congregabit agnos: & in ſinu ſuo portabit, & prægnantes conſolabitur.

Quis

b ¶Super montẽ excelſum aſcẽde tu &c.) Præcipit apoſtolorũ choro: ut ad ꝓdicationẽ oĩs carnis quæ uiſura ſit ſalutare dei, excelſa cõſcendat: de magniſq́; dicturi, in ſublimibus cõmorentur. Porrò Hebraicũ & cæteri interpretes ponunt genere fœminino: ut dicãt, quæ euãgelizas Sion, et quæ euangelizas Hieruſalẽ. Quod uerbũ iuxta Græcos ambiguũ eſt: ut poſſimus accipere, uel eam quæ nũciat, uel eam cui
H nũciatur. Siue igit̃ nunciat uerbũ dei, & dñi ſalutare, Siõ & Hieruſalem: De Siõ em̃ exiuit lex: & uerbum dñi de Hieruſalẽ: (Supra.2.a) ſiue nũciat̃ eis ꝑ Apoſtolos, debent excelſa conſcendere: & ad montana tranſire. Mirumq́; ĩ modũ cũ ipſa Sion mons ſit: dicẽte ſcriptura: Mõs Sion in (Pſal.73.a) quo habitaſti, aliũ altiorẽ mõtem iubet̃ aſcendere, à quo uulneratus eſt princeps Tyri. Et quia doctrinę Apoſtolorum erãt multa futura cõtraria: & ſtaturi ante præſides, & tribunalia ducebãtur: iungit̃, exalta, noli timere: dic ciuitatibus Iuda, ſynagogis uidelicet & populis Iudæorũ: de quibus dñs loquebat̃: Nõ ueni niſi ad oues perditas domus Iſraël. Et Paulus Apoſtolus: (Matth.15.c) Vobis, inquit, oportebat annũciari primũ uerbũ dei. (Act.13.g) Quid eſt aũt illud quod iubentur dicere? Ecce deus ueſter, quẽ ſemper expectabatis: Ecce dñs deus in fortitudine ueniet, quẽ cõtẽpſiſtis in humilitate uenientẽ. Et fortitudo eius dñabitur, q prius formã ſerui acceperat, factus patri obediẽs uſq; ad mortẽ. Ecce merces eius cũ eo, & opus illius corã eo. Iuxta quod ipſe dicit in euãgelio: Vẽturus (Matth.16.d) eſt em̃ filius hominis in gloria patris ſui: & reddet unicuiq; ſecũdũ opus ſuũ. Sicut paſtor gregẽ ſuum paſcet. Iſte q poſtea in maieſtate uenturus eſt: prius formã



A formam paſtoris accipit: & dicit ipſe de ſe: Ego ſum paſtor bonus & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ: & pono animã meã ꝓ ouibus meis. De quo (Zach.13.c) in Zacharia pater loquit̃: Percutiã paſtorẽ: & oues diſpergent̃. In brachio, inqt, ſuo cõgregabit agnos: Nõ tauros & arietes & hircos & grãdes oues: qbus per (Ezech.34.a) Ezechiel cõminat̃: qđ lacte ueſcãtur & operiãtur lanis, & infirmũ cõterãt gregem: ſed agnos adhuc tenellos, & rudis in Chriſto ĩfantiæ: q nuper in baptiſmo ſunt renati: de quibus ipe dñs loqbat̃ ad Petrum: Paſce agnos (Ioan.21.d) meos. Vnde & in eodem Ezechiele (Ezech.34.f) ſcriptũ eſt: Suſcitabo ſup eos paſtorẽ unũ & paſcet eos, ſeruũ meũ Dauid: & erit paſtor eorꝫ: & ego dñs ero eis
B in deũ: & Dauid in medio eorũ princeps. Ego dñs locutus ſum: & ponam cũ Dauid teſtamẽtũ pacis. In quo cõſiderandũ qđ poſt multa tp̃a Dauid gulosis paſtoribus reprobatis, dñm noſtrũ q eſt de ſtirpe Dauid ſuſcitaturũ eſſe ſe dicat, qui congreget agnos & foueat ĩ ſinu ſuo: & fœtus ouiũ ſiue fœtas (Luc.15.a) oues ipſe portet in humero ſuo. Sicut in euãgelio legimus: quod ouẽ erroneã & à grege ſolito remanẽtem, ſuis ad caulas humeris reportarit. Poſſumus oues fœtas, Apoſtolos & ap̃licos uiros oẽsq́; eccleſiæ doctores dicere: qui ſalutẽ parturiũt plurimorꝫ, (Gal.4.c) & dicũt cũ Ap̃lo: Filioli mei quos iterũ parturio donec Chriſtus formet̃ in uobis. Hebræi aſſerũt: nec de hac re apud eos ulla dubitatio eſt, ſpm̃ ſanctũ lingua ſua appellari genere fœminino, id ẽ רוּחַ קָדְשָׁה Illudq́; quod in ſexageſimoſeptimo pſalmo dicitur: Dñs dabit uerbũ euãgelizantibus uirtute multa: Illi ſic intelligũt: Dñs dabit uerbũ euãgelizãtibus uirtute multa: his uidelicet animabus quæ ſpm̃ ſanctũ cõſecutæ ſunt. Necnon & illud: (Pſal.122.a) Sicut oculi ancillæ in manibus dñæ ſuæ: animã interpretãtur ancillam, & dominã ſpm̃ ſanctũ. Sed & in euãgelio quod iuxta Hebræos ſcriptũ, Nazaræi lectitant: Dñs loquitur: modo me tulit mater mea, ſpũs ſanctus. Nemo aũt in hac parte ſcãdalizari debet, quod dicat̃ apud Hebræos ſpũs genere fœminino, cũ noſtra lingua appellet̃ genere maſculino, et Gręco ſermone neutro.
C In diuinitate em̃ nullus eſt ſexus. Et ideo in tribus principalibus linguis: qbus titulus dñicæ ſcriptus (Ioan.19.d) eſt paſſionis: tribus generibus appellat̃: ut ſciamus nullius eſſe generis quod diuerſum eſt.

a HEB. Quis menſus eſt pugillo aquas: et cœlũ palmo ponderauit? Quis appẽdit tribus digitis molẽ terræ: & librauit in põdere mõtes & colles in ſtathera? Quis adiuuit ſpm̃ dñi: aut quis cõſiliarius eius fuit: et oſtẽdit illi? cũ quo inijt cõſiliũ: & inſtruxit eũ: & docuit eũ ſemitã iuſticiæ: & erudiuit eũ ſciẽtia: & uiam prudẽtiæ oſtẽdit illi? Ecce gentes ſicut ſtilla ſitulæ: & quaſi momẽtũ ſtatheræ reputatæ ſunt: ecce ĩſulæ q̃ſi puluis exiguus. Et Libanus nõ ſufficit ad ſuccẽdẽdũ: & animalia eius nõ ſufficient ad holocauſtũ. Oẽs gẽtes quaſi nõ ſint, ſic ſunt coram eo: & quaſi nihili et inane reputate ſunt ei.

SEP. Quis menſus eſt manu aquam: & cœlum palmo: & omnẽ terrã pugillo? Quis ſtatuit mõtes põdere, & rupes ſtathera? Quis cognouit mentẽ domini: aut quis conſiliarius eius fuit? Quis docuit eũ: cuius accepit cõſilium, & inſtruxit illum? Vel quis oſtendit ei iudicium: et uiã intelligentiæ quis oſtendit illi? Si omnes gentes ſicut ſtilla ſitulæ: & quaſi momẽtum ſtatheræ reputatæ ſunt: & quaſi ſaliua reputatæ ſunt: Libanus non ſufficit ad comburẽdum, & om̃ia quadrupedia nõ ſufficiunt ad holocauſtũ: & cunctæ gentes quaſi nihili ſunt: & in nihili reputatæ ſunt ei.

Cui

a ¶Quis mẽſus eſt pu, &c.) Ne qs putaret difficilẽ eſſe uocationẽ gẽtiũ, & qđ oĩs caro uideret ſalutare dei, ſuper mõtẽ excelſum iubetur aſcẽdere, qui euangelizat Siõ: & ipſe dñs ueniret in fortitudine: & redderet unicuiq; ſcđm opus ſuũ: inſtarq́; paſtoris agnos foueret in ſinu, & fœtas ipſe portaret: deſcribit̃ illius magnitudo, qđ nihil ei impoſſibile ſit: et qui uniuerſa cõdiderit creatorq́; ſit omnium, etiã hæc quæ cõparatione eorũ parua ſunt, ualeat perpetrare.
D Quod aũt pugillũ uocat & palmum: humanæ cõſuetudinis uerbis utitur atq; mẽſuris: ut dei potẽtiã per noſtra uerba diſcamus. In eo ubi Lxx, trãſtulerũt τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, id eſt: Quis mẽſus eſt manu aquam: Siue ut nos uertimus: Quis mẽſus ẽ pugillo aquas: Aquila tranſtulit: Quis menſus eſt minimo digito aquas? Hoc em̃ λίχανος ſonat: ut ſcilicet nõ tota manu, ſed paruo digito, quẽ uulgo guſtatorem uocãt: omnis aquarũ uaſtitas põderetur: σπιθαμή, autẽ hoc eſt palmus, extentã ſignificat manũ à pollice uſq; ad extremũ digitũ. Sin aũt cõtrahamus manũ, pugillus efficitur: ut per palmũ & pugillũ, extentos cœlos & globum terræ nouerimus. Pro pugillo quẽ in comprehẽſione terræ Lxx. trãſtulerũt, in Hebraico ſcriptum eſt, שָׁלִישׁ quem Symmachus τρίτον, Aquila τρίσωμον interpretati ſunt: & nos ut manifeſtius faceremus: in tres digitos uertimus: quod ſcilicet molẽ terræ & excelſa montiũ colliumq́; quaſi tribus digitulis, & ſtatheræ paruo momẽto appẽderit, ꝑ quæ dei maieſtas & creatoris potẽtia demonſtrat̃. Quis, inquit, adiuuit ſpm̃ dñi: aut qs cõſiliarius eius fuit: & oſtẽdit illi &c. Pro qbus Symmachus interpretatus eſt: quis parauit ſpiritũ dñi: & uirum cõſilij eius quis oſtẽdit ei? cũ quo inijt cõſiliũ, deditq́; ei intelligentiam, & docuit eũ uiã iudicij: & inſtruxit illum

 ſcientia

E ſcientia:& iter prudētiæ mōſtrauit ei? Per qd' oſtē-
dit manifeſtius paratū ſpiritū, ſiue firmatum illum
Ioan.4.d eſſe:de quo in Apoſtolo legit̄:Dn̄s aūt ſpiritus eſt:
& ſuper quē requieuit ſpūs dei,ſpūs ſapiētię & intel
Infra.61.a ligētiæ,& reliqua:Qui dicit in cōſequētibus:Spiri-
tus dn̄i ſuper me:
propter qd' unxit
me.Ipē eſt em̄ ſpūs
dn̄i : & uir conſilij
eius:in quo habita
uit omnis plenitu-
do diuinitatis cor-
poraliter:cum illo
inijt cōſiliū de quo
ſupra diximus:
Supra.11.a Admirabilis cōſi-
liarius. Et in ꝓuer
bijs ſcriptum eſt:
Prouer.3.c Deus ſapiētia fun-
dauit terrā : para-
uit aūt cœlos pru-
dētia. Porrò Lxx.
q dixerūt τίς ἔγνω
νοῦν κυρίου,ἢ τίς αὐτοῦ
σύμβουλος ἐγένετο,
id eſt : Quis nouit
mētē dn̄i:& qs cō-
ſiliarius eius fuit?
F hoc intelligi uolūt,
quod mens & ratio & ſenſus dei,per quē facta ſunt
omnia,& ſine quo factum eſt nihil:ille ſit de quo in
Pſal.32.b pſalmis canit̄:Verbo dn̄i cœli firmati ſunt:& ſpiri-
tu oris eius omnis uirtus eorū. Oēs gētes quæ non
nouerūt creatorē ſuū,ſiue uniuerſum mortaliū ge-
nus,ad cōparationem dei quaſi ſtilla ſitulæ ſunt:&
quaſi momētū ſtatheræ quod leui pondere in partē
alterā declinat̄.Et quomodo ſi de ſitula ſtilla modi-
ca fluat à portāte negligitur:ita uniuerſa gētiū mul
titudo ſupernis miniſterijs cōparata,& angelorum
multitudini,ꝓ nihilo ducit̄.Inſulæ quoq; quaſi ſali-
ua reputāt̄:ſiue ut Symmachus & Theodotio ipm
ponētes Hebraicū,ſicut רֹק quod decidit:pro quo
Aquila λεπτὸν βαλλόμενον trāſtulit.Aiūt aūt Hebræi
hoc uerbo ſignificari tenuiſſimū puluerē:qui uēto
raptante ſæpe in oculos mittit̄:& ſentitur potius q̄
uidet̄.Minutiſſima ergo fruſta pulueris & penè in-
uiſibilia,hoc uerbo appellātur:quas forſitā Demo-
critus cū Epicuro ſuo atomos uocat. Multaq; ſunt
nomina quæ ita legūtur in Græco, ut in Hebraico
poſita ſunt,ꝓpter interpretādi difficultatē:& ad cō
paratione linguæ Hebrææ,tā Græci q̄ Latini ſer-
monis pauperiem.Simulq; ut paulatim homīes ab-
ſtrahat ab idololatria,aufert ceremonias uictimarū:
& docet qd' omnia ligna Libani & armēta quæ ī eo
paſcūtur,holocauſtis eius ſufficere nequeāt. Si autē
oēs gētes ſic ſunt in cōſpectu illius quaſi nō ſint:&
quaſi nihil & inane reputātur:in oībus aūt gētibus
& Iſraël eſt:ergo & ipſe ſic eſt quaſi nō ſit,et in nihili
atq; inane reputat̄.Hoc dicimus ut frāgatur eius ſu

a Cūi ergo ſimilem feciſtis deum:aut quā imaginē pone-
tis illi? Nunquid ſculptile cōflauit faber:aut aurifex au-
ro figurauit illud,& laminis argenteis argentarius? For-
te lignum imputribile elegit artifex ſapiens : & quæret
quomodo ſtatuat ſimulachrum quod non moueatur.

b HEB. Nūquid nō ſcietis? nūquid nō audietis? nun-
quid nō annunciatum eſt ab initio uobis? nunquid
nō intellexiſtis fundamenta terræ? Qui ſedet ſuper
gyrū terræ:& habitatores eius quaſi locuſtæ.Qui ex
tendit uelut nihilū cœlos: & expādit eos ſicut taber-
naculum ad inhabitandū: Qui dat ſecretorum ſcru-

SEP. Nónne ſcietis? nónne nudietis? nónne annun
ciatum eſt uobis à princi-
pio? Non cognouiſtis fundamenta terræ? Qui tenet
gyrum terræ : & habita-
tores eius quaſi locuſtas.
Qui ſtatuit quaſi cameram cœlum : & extendit
quaſi tabernaculum ad ha
bitandum. Qui dat prin-
cipes regnare pro nihil
terram

perbia:& cæterarū gētium ſimiles eſſe ſe nouerint. G
a ¶Cui ergo ſimilē feciſtis deū &c.) Deſcripta dei
magnitudie & potētia illius ex parte mōſtrata:gēti
bus quoq; īſuliſq; quaſi ſtilla ſitulæ,& momēto ſta
theræ reputatis:ac puluere & hoſtiarū ceremonijs
refutatis ; cur oēs
gentes quaſi nihili
ſint ī cōſpectu eius
& quaſi īane repu
tentur,ſequētibus
docet. Cui ſimilē
feciſtis deum : aut
quā imaginē pone
tis ei q ſpūs eſt,& ī
oībus eſt, & ubiq;
diſcurrit, & terrā
quaſi pugillo cōti-
net? Simulq; irri-
det ſtulticiā natio-
nū,qd' artifex ſiue
faber ærarius, aut
aurifex aut argēta
rius deū ſibi faciāt:
& laminis clauiſq;
cōpingāt, ac forti-
ter ſtatuāt:ne uen-
torū flatibus detru
datur.Quodq; in-
tulit:forte lignū & H
imputribile elegit artifex ſapiēs:in Hebraico dicit̄,
הַמְסֻכָּן, quod genus ligni eſt imputribile:quo uel
maxime idola fiūt.Hæc aūt dicit:ut idolis reproba-
tis,euāgelicæ doctrinæ paret uiam:& omnia praua
dirigātur in rectū:exaltētur ualles & colles humiliē
tur:& reueletur gloria dn̄i:ut omis caro uideat ſalu
tare dei.Iuxta Tropologiā poſſumus dicere : quod Tropolog.
increpentur principes hæreticorū,diuerſa idola de
ſuo corde fingētes:uel eloquij uenuſtate, quod in-
terpretat̄ argētū,uel ſplēdore auri,qd' refert̄ ad ſen
ſum:uel ligno imputribili,quæ uiliora ſunt dogma
ta:& perpetua putētur à fingētibus:& dialectica ar
te firmētur ne moueātur & corruāt:ſed ſolida radi-
ce cōſiſtant. b ¶Nūquid nō ſcietis:nūquid nō au
dietis &c.) Ab initio,inqt,naturali lege uos docui:
& poſtea per Moyſen ſcripta lege teſtatus ſum, qd'
nihil eſſent idola,& qd' creator mūdi ipſe eſſet deus:
qui tantā molē terræ fundaſſet ſup maria,& ſup flu
mina collocaſſet eā:ut elementū grauiſſimum ſuper
tenues aquas dei pēderet arbitrio:q inſtar regis ſe-
det ſup gyrū terræ:ex quo nōnulli quaſi punctū &
globū eā eſſe cōtendūt.Et habitatores illius quaſi lo
cuſtas:Si em̄ in toto orbe cōſideremus uarias natio
nes:& ab oceano uſq; ad oceanum:id eſt,ab Indico
mari uſq; ad Britannicū:& ab Atlantico uſq; ad Se
ptētrionis rigorē:in quo cōgelaſcūt aquæ, & ſucci-
na pulchra cōcreſcūt:omē in medio hominū genus
qua ſi locuſtas habitare cernimus.Quid igit̄ ſupbit
terra & cinis? qa cœlū,imò ut ſcripturarū utar auto
ritate:cœli extēdūt quaſi camera:ſiue ut in Hebrai-
co con



HEB. tatores quaſi non ſint:iudices terrę uelut in-
ane fecit.Equidē neq; plā-
tatus,neq; ſatus,neq; radi
catus,in terra trūcus eorū:
repēte flauit in eos & aru-
erunt,& turbo quaſi ſtipu
la auferet eos.Et cui aſſimi
laſtis me & adæquaſtis di
cit ſanctus? Leuate in ex-
celſum oculos ueſtros &
uidete quis creauit hæc: q
educit in numero militiā
eorū,& oēs ex noīe uocat.
Præ multitudine fortitu-
dinis & roboris,uirtutiſq;
eius:neq; unū reliquū fuit.

SEP. terram aūt quaſi ni-
hili fecit.Si quidē nō plan
tabūtur:neq; ſerentur:nec
ſolidabitur in terra radix
eorum.Flauit ſuper eos &
arefacti ſunt:& tempeſtas
aſſumet illos quaſi ſtipu-
lam.Nunc ergo cui aſſimi
laſtis me, & exæquabor
eis dixit ſanctus? Eleuate
ſurſum oculos ueſtros: &
uidete quis oſtendit hæc
omnia. Qui educit iuxta
numerū ornatū ſuum,oēs
in nomine uocabit: à mul
ta gloria & in robore forti
tudinis:nihil te latet.

A co continetur quaſi רֹק,de quo ſupra diximus:pro
quo Lxx. ibi ſaliuā interpretati ſunt:& unū uerbū,
nunc ſputū,nūc camerā,i.fornicē trāſtulerūt, & tan
tam eoꝝ latitudinē quaſi tabernaculū & papilionē
extendit deſup,ut in ſimilitudinē tecti operiret ho-
mines, & quaſi in
domo latiſſima ha
bitare faceret:quid
miremur ſi pua ho
minū corpora qua
ſi locuſtæ, & minu
ta reputent̄ animā
tia? Rurſum & in
hoc loco qui ἡμικύ-
κλιον terris immine
re cœlū, & in ſimi-
litudinē ſpherę cœ
lum eſſe cōtendūt:
abutunt̄ noīe for-
nicis,qd' ſcilicet me
dia pars ſpherę ter
ras operiat,cum in
Hebraico nō forni
cem,ſed רֹק .i.tenu
iſſimū puluerem le
gerimus: Pro quo
ſaliua q̄ ꝓijcit̄ ī ter
rā,& pulueri cōmi
B ſcetur & deperit:oñdit uniuerſam corpoꝝ magni-
tudinē ꝓ nihili reputandā.Qui aūt extēdit cœlos et
expādit eos,ut uel ſupra habitarent angeloꝝ multi
tudines,uel ſubter hoīes morarent̄,& quaſi magnā
rōnabilibus creaturis fecit domū:ipſe pro qualitate
temporū principes cōſtituit,ſiue ſecretoꝝ ſcrutato
res,ut ſint quaſi nō ſint:& iudices terrę uelut inane
fecit:Pro quo Lxx. tranſtulerunt τὴν δὲ γῆν εἰς οὐδὲν
ἐποίησεν,id eſt,terrā aūt quaſi nihili fecit.Siquidem &
Gene.1.a in principio Geneſeos ubi ſcriptū eſt: Terra autem
erat inuiſibilis,& incōpoſita : cæteri tranſtulerunt:
Terra aūt erat inane & nihili.Quātos reges & Græ
ca & Barbara Romanáque narrat hiſtoria? Vbi eſt
Xerſis innumerabilis ille exercitus? ubi Iſraëlitica
in eremo multitudo? ubi regū incredibilis potētia?
Quid de ueteribus loquar? pręſentia exēpla nos do
ceāt eſſe principes quaſi nihili:& iudices terrę quaſi
inane reputari.Qui principes & iudices terræ:ſiue C
ut alij ſuſpicant̄ cœli:nec ſati ſunt,nec plātati,nec fir
ma radice ſolidati,& repēte iuſſiōe dei ita auferunt̄
& pereūt,quaſi ſtipula à turbine et tēpeſtate raptat̄,
iuxta illud quod ſcriptū eſt:Et trāſiui, & nō erat:& Pſal.36.g
quæſiui eū, & non
eſt inuentus locus
eius. Cū ergo tāta
ſit potentia creato
ris atque maieſtas:
cui deū ſilitudini
cōparatis? & nō po
tius ex creaturarū
magnitudine ītelli
gitis conditorē? Si
nō creditis uerbis,
ſaltē oclis uris cre-
dite, & ex cœlorū
elementorūq; oīm
ſeruitute,ptātē dn̄i
cogitate.Qui edu-
cit in nūero militiā
eorum,i.cœloꝝ,et
oēs ex noīe uocat,
ſubauditur,ſtellas.
De qbus & in pſal
mis canit̄:Qui nūe Pſal.146.a
rat mltitudinē ſtel
larū,& oēs eas ex noīe uocat.Siue militiā cœli,ange D
los interp̄temur,& oēs cœloꝝ exercitus,de quibus
& Daniel loq t̄:Milia miliū miniſtrabāt ei, & decies Dani.7.c
cētena milia a ſſiſtebāt illi.Vn̄ & dn̄s ſabaoth appel-
latur,q nr̄a lingua dicit̄,dn̄s militię atq; exercituū ſi
ue uirtutū.Educit aūt iuxta numerū cœloꝝ militiā:
& ſol & luna et aſtra cętera:q̄ Abrahā numerare nō Gene.15.b
potuit:illi nūerata ſint et ſeruiāt officio delegato:dū
eūdē cœli curſū ſol uno anno, lucifer ueſperq; bien
nio,luna ſingulis explet mēſibus:oēſq; ſtellæ certis
tēporibus peragāt,& q̄dā ex his uocāt errātes: atq;
inæquales earū motus, oculis nō mēte cōſpicimus:
nec tā intelligimus,q̄ miramur:Magnitudo em̄ for
titudinis dei ſuo facit ordīe cūcta ſeruire.Siue iuxta
Lxx.à multitudine glīæ & potētiæ uirtutis eius,ni
hil eū latere pōt: ſed omniū uias rōneſq; & curſus,
creatoris maieſtate cognoſcit. Vndecimi lib.finis.

Diui Hieronymi presbyteri in duodecimū cōment.Eſaiæ ad Euſtochiū uirginē procœmiū.

NVllus tā imperitus ſcriptor eſt,qui lectorē nō inueniat ſimilē ſui:multoq; pars maior eſt,Mileſias fabellas reuoluētium,q̄ Platonis libros. In altero em̄ ludus & oblectatio eſt:in altero difficultas & ſudor mixtus labori. Deniq; Timæū, de mundi harmonia, aſtrorūq; curſu & numeris diſputantē:ipſe q interp̄tatus eſt Tullius,ſe nō intelligere cōfitet̄. Teſtamentū aūt Grunnij,Corocottæ,Porcelli:decātāt in ſcholis pueroꝝ agmina cachinnātiū.Igit̄ & noſter Luſcius Lauinius,fruat̄ teſtibus imò fautoribus ſuis:uincatq; multitudine, quia forſitan uincit ingenio.Mihi ſufficit paucoꝝ teſtimoniū:& amicorū laude cōtētus ſum,qui in expetēdis opuſculis meis,amore noſtri labunt̄,& ſtudio ſcripturarū:ac nōnullos fore arbitror q hoc ipm qd' ad te Euſtochiū ſermonē facio ,obtrectationi patere cōtendāt: nō cōſiderātes Holdam & Annā ac Debborā uiris tacētibus ꝓphetaſſe,& in ſeruitute Chriſti nequaq; differentiā ſexuū ualere,ſed mentiū.Duodecimus ergo in Eſaiam explanationū liber hoc habebit exordium.

E COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Eſaiam prophetam liber duodecimus.

a QVarẽ dicis Ia-
cob et loq̃ris Iſ
raël; abſcõdita
eſt uia mea à
dño: & à deo meo iudiciũ
meũ trãſibit? Nũquid ne-
ſcis aut nõ audiſti? deus ſẽ
piternus; dñs qui creauit
terminos terrę; nõ deficiet
neq; laborabit; nec eſt ĩue
ſtigatio ſapiẽtiæ eius. Qui
dat laſſo uirtutẽ & his qui
nõ habẽt fortitudinem, ro
bur multiplicat. Deficient
pueri et laborabũt; & iuue
nes ĩ ĩfirmitate cadẽt. Qui
autẽ ſperant in dño: muta
bũt fortitudinẽ; aſſument
pẽnas ſicut aq̃læ, currẽt &
nõ laborabũt; ambulabũt
& nõ deficiẽt. Ca. XLI.
b TAceant ad me inſulę,
& gẽtes mutent forti-
tudinem; accedant & tũc
loquantur; ſimul ad iudi-
ciũ propinquemus. Quis
ſuſcitauit ab oriente iuſtũ:

NOn eñ dicas
Iacob; & q̃d lo
cutus es Iſrl̃, di
cẽs; Abſcõdita
eſt uia mea à deo, & deus
meus iudiciũ meũ abſtu-
lit, & receſſit; & nũc neſcis,
& non audiſti? deus æter-
nus; deꝰ q̃ creauit termĩos
terræ; nõ eſuriet nec labo-
rabit; nec eſt ĩuẽtio prudẽ-
tiæ eius. Qui dat eſurienti
bus fortitudinẽ; & nõ do-
lẽtibꝰ mœrorẽ. Eſuriẽt eñ
iuuenes; & laborabũt ado
leſcentes; & electi infirmi
erũt. Qui aũt expectãt deũ
mutabũt fortitudinẽ. Aſ-
ſumẽt alas quaſi aq̃læ; cur
rẽt & nõ laborabũt; gradi
entur & nõ eſuriẽt. XLI.
INnouamini ad me in-
ſulæ; principes eñ mu-
tabũt uirtutem appropin
quẽt & loquant̃ ſimul; tũc
iudiciũ annũciẽt; Quis ſu-
ſcitauit de oriente iuſticiã:
uocauit

QVare dicis Iacob &c.) Cum omnipotẽtis
dei tãta ſit magnitudo; ut nihil eũ lateat,
& oĩa illius arbitrio gubernent̃; quare
dicis Ia-
cob. i. duę tribus q̃
appellabant̃ Iuda:
& loq̃ris Iſraël, de-
cẽ aliæ tribus in Sa
maria, q̃ iã captiuæ
ductæ eſtis ĩ Aſſy-
rios: Abſcõdita eſt
uia mea à dño, & à
deo meo iudicium
meũ trãſibit? Et eſt
ſenſus: Dicitis, ad
deũ terrena nõ ꝑti
nẽt, nec conſiderat
ꝗd unuſqſq; nr̃m
gerat. Vnde & nos
ab hoſtibus iniu-
ſte opprimimur, et
in iumentoꝝ & pi
ſciũ ſilr̃itudinem, iu
*Abac. 1.* xta Habacuc abſq;
ullo rectore diſper
dimur. Quibus rñ
dit deus: Nũquid
F neſcis; nec ꝑceden-
tiũ ſcripturarũ te
uerba docuerũt; ſi-
ue iuxta Lxx. igno
ras quia nõ audiſti
qđ æternus deus
& creator oĩm dñs
oĩa nouit; oĩa cõti-
net; oĩa ſua maieſta
te diſpẽſat? Nec ali
qñ deficit, nec labo
rat, ut tuũ iudiciũ
non intelligat, & abſcõditæ ſint ab eo uiæ tuæ? Nec
eſt, inquit, inueſtigatio ſapiẽtiæ eius, de quo loco il-
*Roma. 11. d* lud Apl̃i ſumptũ reor: Incõprehẽſibilia iudicia eius:
& inueſtigabiles uiæ illius: Siue ut Lxx. trãſtulerũt:
nõ eſuriet, & nõ laborabit. Vbi eñ cibus, ibi frequẽ
ter eſuries, ſi cibũ detraxeris; & ubi eſuries, ibi & la-
bor. Cũ aũt in deo hæc nõ ſint; cur ei humanas iun-
gitis paſſiones? quin potius ipſe eſuriẽtibus & laſſis
dat fortitudinẽ, & qui uident̃ in ſeculo eſſe quaſi ni
hili, uirtutẽ roburq; multiplicat; ſiue iuxta Lxx. qui
tribuit nõ dolentibus mœrorẽ; eſt eñ triſticia q̃ du
cit ad mortẽ, & eſt triſticia q̃ ducit ad uitã. Vñ his q
habẽt cor impœnitẽs dat triſticiã, ut pc̃tã ſua intelli
gãt. Et qa mr̃ti gaudẽt in corpis ſanitate, & adoleſcẽ
tiã atq; pueritiã putãt eſſe ꝑpetuã, iungit & dicit; qđ
florẽs ætas cito cõcidat, & corpora robuſta marce-
ſcãt. Qui aũt nõ in ſuis uiribus, ſed in deo habeãt fi-
duciã, & eius ſemꝑ miſericordiã ꝑſtolant̃; mutẽt for
titudinem, & uadãt de uirtute in uirtutẽ & aſſumãt
pẽnas ſicut aquilæ, & audiãt: Renouabit̃ ſicut aqui G
læ iuuẽtus tua; currẽt ad dñm, & eius deſiderio nõ *Pſal. 102. a*
laborẽt; ambulẽt & nunq; deficiãt. Crebro diximus
aquilarũ ſenectutẽ reuireſcere mutatiõe pẽnarũ, &
ſolas eſſe q̃ iubar ſolis aſpiciãt, & ſplendorẽ radioꝝ
eius poſſint micãti
bus oculis intueri:
pullosq; ſuos an ge
neroſi ſint, hoc ex-
pimẽto ꝓbẽt. Itaq;
& ſctõs repueraſce
re, & aſſũpto ĩmor
tali corpore laborẽ
nõ ſẽtire mortaliũ,
ſed rapi ĩ nubibus
obuiã Chriſto; &
neq̃q̃ iuxta lxx. eſu
rire, qa pñtẽ dñm
habeãt cibũ. XLI.
TAceãt &c.) gẽ
tes. i. ĩſulę q̃ ſal
ſis amariſq; huius
ſcl'i tũdũt̃ fluctibꝰ,
iubẽt̃ audire & ora
cõcludere, & illud
noſſe qđ ad Iſrl̃ di
ctũ eſt: Audi Iſrl̃ et
tace, & mutare for
titudinẽ, ne ꝑ im-
becillitatẽ priſtinã H
dei nõ poſſint audi
re ſermonẽ, ut acce
dãt prius ad dñm,
& ꝙ nõ ſint ꝓpria
ſalute cõtẽtę ſed ꝙ
didicerint, cęteros
doceãt, & cũ dño di
ſputẽt: utrũ omniũ
deus iuſta ſeruaue
rit. Sic aũt interro-
gat eas; & ad rñden
dũ ꝓuocat, ut ĩterrogatiõe doceat qđ ignorãt: Quis
ſuſcitauit ab oriente iuſtũ ſiue iuſticiã? Neq; eñ Iu-
dæoꝝ tñ deus, ſed & gẽtiũ: q uocauit Chriſtũ dñm
ſaluatorẽ; q factus ẽ nobis ſapiã à deo: iuſticia et ſan
ctitas & redẽptio. In quo iuxta eũdẽ Apl̃m dei iuſti *1. Cor. 1. d*
cia reuelat̃. Vocauit aũt eũ, ut ſe in oĩbus ſeq̃ret̃: &
opa pr̃is faceret, & illđ ĩpleret dicẽs: Deus ut facerẽ *Pſal. 39. b*
uolũtatẽ tuã uolui. In huius cõſpectu reges & gẽtes
colla ſubmittẽt, & gladio illius ac ſagittis aduerſarię
ꝑtãtes, q̃ſi ſtipula ſubijciẽt̃, & puluis. Perſeq̃t̃ eos: re
ges uidelicet, & principes gẽtiũ ſingularũ: Et ꝑtrãſi
bit in pace; ad pacẽ cũctos uocãs ut recõcilient̃ deo.
Semita in pedibus illius nõ apparebit. i. uiæ laborẽ
nõ ſentiet; nec aliquã ĩbecillitatis hũanę laſſitudinẽ:
ſed de torrẽte bibet in uia, & ꝓpterea leuabit caput.
Quis, inquit, hęc opatus eſt & fecit? Quis ſuſcitauit
iuſtũ ſiue iuſticiã? Quis ei gentes & reges tradidit?
Quis gladio eius & arcui uniuerſa ſubiecit? utiq; il
le, q ab initio mũdi hæc futura ꝑdixit, q omniũ cõdi
tor eſt.



HEB. uocauit eũ ut ſeque-
ret̃ ſe? Dabit in conſpectu
eius gẽtes & reges obtine-
bit. Dabit quaſi puluerem
gladio eius; ſicut ſtipulam
uẽto raptã arcui illius. Per
ſequet̃ eos; tranſibit in pa
ce; ſemita in pedibus eius
non apparebit. Quis hæc
operatus eſt & fecit: uocãs
generationes ab exordio?
Ego dñs primus & nouiſ-
ſimus ego ſum. Viderunt
inſulæ & timuerũt; extre-
ma terræ obſtupuerũt; ap
propinquauerũt & acceſſe
rũt. Vnuſquiſq; proximo
ſuo auxiliabit̃, et fratri ſuo
dicit: cõfortare. Conforta-
bit faber ærarius percutiẽs
malleo eum qui cudebat
tũc tẽporis, dicẽs glutino,
bonũ eſt: Et cõfortauit eũ
in clauis ut nõ moueatur.
a Et tũ Iſraël ſerue meus, Ia-
cob quẽ elegi; ſemẽ Abra-
ham amici mei. In quo ap
prehendi te ab extremis
terræ; & à longinquis eius
uocaui te, & dixi tibi:

SEP. uocauit eã ad pedes
ſuos & uadet? Dabit in cõ
ſpectu gẽtium: & reges in
ſtuporẽ mittet; & dabit in
terrã gladios coꝝ; & ſicut
ſtipulã ꝓiectã arcus coꝝ:
ꝑſequet̃ eos; trãſibit in pa-
ce uia pedũ eius. Quis ope
ratus eſt & fecit hæc? uoca
uit eã q uocat eã, à genera-
tionũ principio. Ego deus
primus, et in hæc q̃ uẽtu-
ra ſunt ego ſum. Viderũt
gentes & timuerũt; termi-
ni terræ obſtupuerunt &
acceſſerũt: uenerũt ſimul:
iudicãs unuſquiſq; proxi-
mo ſuo auxiliari & fratri,
& dicet: præualuit uir arti
fex & ærarius ꝑcutiẽs mal
leo ſimul ꝓducẽs: aliqñ q
dem dicit: ſolidatio bona
eſt. Cõfortauerũt ea: in cla
uis ponent ea, et nõ moue
bunt̃. Tu autẽ Iſraël puer
meus, Iacob quem elegi, ſe
mẽ Abraham quẽ dilexi:
quẽ aſſumpſi ab extremis
terræ; & à ſummitatibus
eius uocaui te, & dixi tibi:
Puer

A tor eſt. Et qa dixerat ſciſcitãtis affectu: qs ſuſcitauit
ab oriẽte iuſtũ, &c. Cũctis tacẽtibus ſibi ipſe rñdit:
Ego ſum dñs primus, & nouiſſimus ego ſum. Ipſe
eſt qui & in Apocalypſi Ioãnis loquit̃: Ego ſum al-
pha & ω; principiũ & finis. Viderũt inſulæ. i. gẽtes,
ſiue eccleſiæ de gẽ
tibus congregatæ,
quę mũdi huius ſu
ſtinẽt tẽpeſtates, &
*Prouer. 9. c* timuerũt dñm: Prĩ
cipiũ eñ ſapiẽtię ti
mor dñi. Oẽs terra
rũ termini ad apl'o
rum uerba tremue
rũt: appropinquã-
tes & ad Chriſti e-
uãgeliũ pariter ac-
cedẽtes. Cumq; ſe-
ipſos cernerẽt eſſe
ſaluatos: id qđ ſu-
pra audierãt; acce-
dãt & tũc loquant̃:
ope cõpleuerũt, ut
auxiliarẽt̃ ꝓximis
ſuis: & fratres ſuos
uellẽt in dño cõfor
tare, & dicerẽt eis:
B Recedite ab idolis:
ſimulacra dæmo-
nũ antiqua cõtẽni-
te, q̃ humana finxit
manꝰ: q̃ malleo cu-
dẽte ꝓducta ſunt:
q̃ cõpacta glutino:
q̃ ſtabilita clauis, ut
nõ moueant̃, & cũ
ſteterint ambulare
non ualeant. Quæ
nos ſuper perſona
Chriſti & uocatiõe
gẽtiũ & ꝑdicatiõe
euãgelij atq; idolo
rũ cõdẽnatiõe ĩter
pretati ſumus: qdã
ad Cyrũ regẽ Per-
ſarũ referũt; qđ ſuſcitauerit eũ aduerſũ Babylonios
de oriẽte; & parere ſuæ fecerit iuſſiõi: ꝓſternẽs ei gẽ
tes plurimas, & gladio illius & arcui cũcta ſubijciẽs:
& cætera q̃ ſequunt̃ ad eius perſonã referũt; qđ ſcili
cet Babylonijs idola ſua nõ ꝓfuerint; q̃ hũano facta
ſunt ſtudio, & arte ęrarij ſuſcitata. Nõnulli Hebręo
rum de Abrahã dictũ putãt; q uocatus ſit iuſtus ab
oriẽte. i. de Chaldæis; eo ꝙ ſolus iuſtus inuẽtus eſt,
& ſecutus eſt eũ, egrediẽs de patria ſua in terrã quã
neſciebat; & tradiderit reges ĩ manu eius, q aduerſũ
Sodomã & Gomorrã uenerãt, et ante gladiũ eius &
arcũ fecerit eos eſſe quaſi ſtipulã & puluerẽ; ꝑſecu-
tuſq; ſit illos; & reuerſus in pace, & lõgi itineris cur
ſum nõ ſenſerit; & hoc nõ ſuis uiribus, ſed dñi fece-
rit miſericordia; q ab initio hæc futura cognouerit.
Viderũt, ait, inſulæ. i. gẽtes in circuitu & illius uirtu C
te ꝑterritæ ſunt, & extrema terræ; Sem uidelicet fi-
lius Noë; qui tpe extremo terrarũ cũ patre & cũ fra
tribus de diluuio euaſerat, & uſq; ad tp̃s illud fuerat
reſeruatus: quẽ Melchiſedech intelligi uolunt: & ue
niſſe obuiã Abra- *Gene. 14. g*
hã de ꝑlio reuerten
ti; & acceſſiſſe & be
nedixiſſe ei; & eum
dei bñdictionibus
corroboraſſe; ipm
q; eſſe fabrũ ęrariũ
qui Abrahã cõfla-
uerit, & malleo ſuę
artis ad meliora ꝓ-
duxerit, & dixiſſe
ei; bonum eſt: ut ti
more dñi glutine-
ris & iũgaris ei: Et
cõfortauit eũ ſiue
ſolidauit in clauis
ꝑceptoꝝ dñi: ut nõ
moueret̃, ſed in ti-
more illius ꝑmane
ret. a ¶Et tu Iſ-
raël ſerue m. &c.)
Iacob & Iſraël eſſe
carnalẽ & eſſe ſpũa D
lẽ: Paulus apl's do-
cet: Videte Iſraël ſe *1. Cor. 10. d*
cundũ carnem. Ex *Ioan. 8. c*
quo ĩtelligimus eẽ
& alterũ iuxta ſpi-
ritũ; & ad carnalẽ
dici Iſrl̃: Si filij eſſe-
tis Abrahã, opera
Abrahã faceretis.
Quibus & ſupra di
cit: Quare dicis Ia- *Supra. 40. g*
cob et loq̃ris Iſraël:
abſcondita eſt uia
mea à dño: & à deo
meo iudiciũ meũ
trãſiuit? Ecõtrario
nũc ad ſpũalẽ deus
loquit̃ Iſraël; qui dñi ſui ſuſcepit aduẽtũ; quẽ primũ
ſeruũ, dein electũ, ad extremũ ſemẽ Abrahã uocat.
Añ eñ accepimus ſpm̃ ſeruitutis in timore, & poſt
ea electi, ĩ amicitiã dei iũgimur. Poſt uocationẽ igit̃
gẽtiũ: qñ uiderũt inſulæ & timuerũt, extrema terræ
obſtupuerũt: appropinquauerũt & acceſſerunt, uo
cant̃ reliqę iuxta electionẽ gratię, de qbus ſcribit &
euãgeliũ: Iſtos duodecim elegit Ieſus: quos & apl'os *Luc. 6. e*
noĩauit; q poſt ſeruitutẽ pædagogę legis electi ſunt
in euãgelio; & ſemẽ Abrahã amici dei eẽ meruerũt.
In illo eñ apprehẽdit eos ab extremo terræ, & à lõ-
ginquis eius finibus uocauit Iſraël de uniuerſis na-
tionibus: cõgregans primũ populũ Iudæoꝝ, de qui *Act. 13. g*
bus & Paulus aplus dicit: Vobis oportebat primũ
prædicari ſermonẽ; quoniã aũt auertitis nos: imus
ad gẽtes

HEB. Seruus meus es tu, elegi te & nõ abieci te. Ne timeas, qa tecũ ſũ ego : ne declines, qa ego deus tuus cõfortaui te & auxiliatus ſũ tui, et ſuſcepit te dextera iuſti mei. Ecce, cõfundent & erubeſcẽt oẽs q pugnãt aduerſum te: erũt quaſi nõ ſint: et peribũt uiri q cõtra dicũt tibi. Quæres eos, & non inuenies: uiri rebelles tui erũt quaſi nõ ſint: et ueluti cõſumptio hoĩes bellãtes aduerſum te: quia ego dñs deus tuus apprehẽdi manũ tuã, dicẽs tibi: Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere uermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſraël. Ego auxiliatus ſũ tui, dicit dñs: et redẽptor tuus ſanctus Iſraël. Ego poſui te q̃ſi plauſtrũ triturãs nouũ: habẽs roſtra ſerrãtia. Triturabis mõtes & cõminues: et colles quaſi puluerẽ pones. Ventilabis eos, & uentus tollet, et turbo diſperget eos: Et tu exultabis ĩ dño, in ſancto Iſraël lætaberis. a Egẽni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt: lingua eorũ ſiti aruit: ego

SEP. Puer meus es, elegi te, & nõ dereliqui te. Noli timere, tecũ em̃ ſum: ne erres; ego em̃ ſum deus tuus qui cõfortaui te, & auxiliatus ſum tui; & roboraui te, dextera iuſta mea. Ecce cõfundent & erubeſcent oẽs aduerſarij tui, erunt enim quaſi nõ ſint: et peribunt om̃es inimici tui. Quæres eos, & nõ ĩuenies, hoĩes q inſaniẽt ĩ te. Erũt em̃ quaſi nõ ſint, & nõ erũt pugnãtes aduerſum te. Quia ego dñs deus tuus qui teneo dexterã tuã: qui dico tibi: ne timeas Iacob paruule Iſraël. Ego auxiliatus ſum tui, dicit deus: qui redimo te ſanctus Iſraël: Ecce feci te quaſi rotas plauſtri triturantis nouas in ſerrarũ modũ: & triturabis montes: & comminues colles, & ut puluerem pones & uentilabis, et uentus auferet eos, & tẽpeſtas diſperget illos. Tu autẽ lætaberis in domino et in ſanctis Iſraël, & exultabunt pauperes & inopes: quærent enim aquã, & non erit: lingua eorũ præ ſiti exaruit:

Ego

E ad gentes. Tibi ergo qui & ſeruus meus & electus meus, qui prædicaturus in gẽtibus es, & pſecutiões plurimas ppeſſurus; dico ne timeas, quia tecũ ſum

Matth. ulti. cui loquo r in euangelio: Ecce ego uobiſcũ ſum oẽs dies, uſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Non erres, neq; à ueritate declines nec te falſa pſuaſio ne decipias, qđ tuis uiribus imperitus & nudus, ſyluã gentiũ penetres: & ferociſſimas nationes ad manſuetudinẽ uoces. Ego ſum qui cõfortaui te, & auxiliatus tui ſum: & ſuſcepit te, ſiue ptexit dextera iuſti mei, id eſt dñi ſaluatoris: ſiue dextera mea, ut Lxx. trãſtulerunt. Ecce em̃ aduerſarij tui ppl's Iudęorꝝ, & oẽs qui pugnãt aduerſum te: & perſecutores tui uertent̃ in nihili: quæresq́; aduer-

F ſarios tuos, & nõ ĩuenies. Cauſaque reddit̃: quare nõ ĩueniat aduerſarios ſuos: Quia erunt quaſi nõ ſint. Qui aduerſarij inſanire dicũt̃, cõtra apl'os: uel iuxta Hebraicũ, eſſe conſumpti. Idcirco aũt timere nõ debes: quia ego apprehendi manũ tuã, q dico tibi: ne timeas, ego adiuui te: noli timere uermis Iacob, q mortui eſtis ex Iſraël: ſiue ut Lxx. Pauciſſimi ex Iſraël. Hoc qđ poſuimus, ego adiuui te: noli timere uermis Iacob: in Lxx. nõ habetur. Vermis autẽ qui Hebraice dicit̃, תּוֹלַעַת ppter humilitatẽ atq; cõtemptũ uocat̃ apoſtolorꝝ chorus: imitãs ſaluatorẽ,

Pſal. 21. b qui loquit̃ in pſalmo: Ego ſum uermis, et nõ homo, opprobriũ hominũ, & abiectio plebis. Sicut em̃ uermis terrã penetrat, ita ſermo apoſtolicus penetrauit gentium ciuitates, & ingreſſus eſt prius corda duriſſima. Et recte pauci appellantur ex Iſraël, quia ad comparationem totius orbis, gentis Iudaicæ pau-

ciſſimi crediderunt, quibus in euangelio dominus G

Luc. 12. g loquitur: Noli timere grex paruulus: ſiue iuxta Hebraicum, mortui ex Iſraël, qui cũ Apoſtolo dicunt:

1. Cor. 15. d Quotidie morior. Et alibi: Cum Chriſto crucifi-

Gala. 2. d. xus ſum. Viuo aũt non ego, uiuit uero in me Chriſtus. Quodq́; ſequitur: Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans nouum, habens roſtra ſerrantia: hoc ſignificat, qđ prædicatio euãgelica conterat aduerſarias poteſtates: & ſpiritualẽ nequitiam, eleuantem ſe contra ſcientiam dei, quæ pro uarietate ſuperbiæ montes appellantur & colles. Illisq́; ſublatis, & turbinis more diſperſis, exultet Iſraël atq; lætetur in domino ſancto Iſraël. Poſſumus quoque dicere, quod eccleſiaſticus uir habens euangelicæ prædi- H cationis roſtra ſerrantia in plauſtro nouo: quod nequaquàm operatur in uetuſtate literę, ſed in nouitate ſpiritus, conterat incredulorum corda duriſſima: ſeparãs triticum à paleis, & montes collesq́; cõminuens: id eſt, omnes hæreticorũ principes: qui comminuti atq; contriti, redigãtur in puluerem, & nihil eſſe doceantur: ut qui male fuerant congregati, diuidantur in bonum ſuum. a ¶Egeni & pauperes &c.) Gentium populus pauper & tenuis, qui non habebat ſcientiã ueritatis, quęrit per diuerſos magiſtros, & uaria philoſophorꝝ dogmata aquas ſalubres, & nõ inuenit: quia non ſunt: lingua eorꝝ ſiti aruit: ſine lege ac prophetis. Omnẽ enim iuxta euãgelij fidẽ, ſubſtantiam ſuã in medicos cõſumpſerat, & à cruore idololatriæ, & ſanguine uictimarum nõ poterat liberari. Propterea dñs deus Iſraël non eos penitus dereliquit:



HEB. dñs exaudiam eos: deus Iſraël nõ derelinquã illos. Aperiã in ſupinis collibus flumina: & in medio camporũ fontes. Ponam deſertũ in ſtagnum aquarum: & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in ſolitudine cedrũ & ſpinã, & myrtũ, & lignũ oliuæ. Ponã in deſerto abietem, ulmum, & buxum ſimul: ut uideant, & ſciant: & recogitent, & intelligant pariter: quia manus dñi fecit hoc: & ſanctus Iſraël creauit illud. a Prŏpe facite iudicium ueſtrum, dicit dominus: afferte ſi quid forte habetis, dixit rex Iacob. Accedãt & nũcient nobis quæcũq; uẽtura ſunt: priora quæ fuerunt, nũciate: et ponemus cor nr̃m, et ſciemus nouiſſima eorũ: hæc quæ uentura ſunt, indicate nobis. Annunciate quæ uẽtura ſunt in futurum: et ſciemus, quia dij eſtis uos.

SEP. Ego dominus deus, exaudiã ipſos deus Iſraël: & non derelinquã eos: ſed aperiam in montibus flumina, & in medio camporum fontes: faciam deſertum in paludes, et ſitientẽ terrã in aquæductus. Ponam in terrã abſque aqua, cedrum & buxum, et myrtum, & cypariſſum, & populũ: ut uideant & ſciãt, et cogitẽt, et nouerint ſimul: quia manus domini fecit hæc, & ſanctus Iſraël oſtẽdit. Iuxta eſt iudicium ueſtrum, dicit dñs deus: uenerunt & appropinquauerunt conſilia ueſtra, dicit rex Iacob. Appropinquẽt & annuncient nobis quæ uentura ſunt: aut priora quæ erant dicite, et apponemus ſenſum: & ſciemus quæ ſunt nouiſſima. Ventura quoque dicite nobis: & nunciate quæ futura ſunt in nouiſſimo, & ſciemus quoniam dij eſtis.

Bene

A dereliquit: nec in æternum perire paſſus eſt: ſed aperuit in ſupinis collibus, ſiue in mõtibus flumina, & in medio camporũ fontes. Quæ flumina ex illo flu-

Pſal. 45. a uio duxere principiũ, qui in pſalmis legitur: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Et in alio loco: Fluuius dei repletus eſt aquis. Quæ aquæ & fontes de illo fonte manarũt: qui p Hieremiã lo-

Hiere. 2. c quitur: Me dereliquerũt fontẽ aquę uiuæ. Et ſupra in hoc eodem ppheta dicit̃: bibent aquas de fõtibus ſaluatoris. De quibus & in

Pſal. 67. f pſalmis canit̃: Benedicite dñm deũ de fontibus Iſraël. Et poſuit, inqt, deſertum in ſtagnum aquarũ, & terrã inuiã in riuos aquarũ. De qbus aquis & ſaluator in euangelio myſtico ſer-

Ioan. 4. b mone dicebat: qui biberit de aq̃ quã

B ego dabo ei, non ſitiet in æternũ: ſed aqua quã ego dedero ei, fiet in eo fons aquę ſalientis in uitã ęternam. Et iterũ: Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat. Qui biberit de aqua quam ego dabo ei, flumĩa de uẽtre eius fluẽt aquæ uiuæ. hoc aũt, inqt euãgeliſta, dicebat de ſpũ ſancto, quẽ credentes in eo accepturi erãt. Quia igitur deſerta quondã eccleſiæ multitudo, aquis uitalibus fuerat irrigata: Propterea iuxta Lxx. naſcuntur in ea cedrus, & buxus, et myrtus, & cypariſſus, et populus: Iuxta Hebraicũ, & cæteros interp̃tes, cedrus, ſetta, & myrtus, & lignum oliuæ, & abies, & ulmus, & buxus ſimul. Quæ uarietates arborũ, diuerſitatẽ ſignificant gratiæ ſpũalis. Et quia omnibus natura earũ nota eſt, de ſetta tãtum Hebraico ediſſeramus: quã

Exod. 37. a ſpinã Theodotio trãſtulit. Eſt aũt genus arboris naſcentis in eremo, ſpinæ albæ habens ſimilitudinem, unde omnia ligna arcæ, & tabernaculi facta ſunt in ſtrumẽta, quæ appellant̃ Sethim: quod lignũ imputribile & leuiſſimũ: omniũ lignorꝝ, tã in fortitudine, q̃; in nitore ſoliditatẽ ſuperat & pulchritudinẽ. Ce-

drus autem & cypariſſus, & myrtus, odoris optimi C ſunt, & imputribiles. Vlmus quoq; & ppl's, ſiue buxus, uel maritãdis uitibus iũguntur: uel ad diuerſa opa aptiſſimæ ſunt. Hæc aũt oĩa pariter ponunt̃ in ſolitudine: ne ſaltẽ una chorda de cithara dñi, & aliqua uirtus gratiarũ, eccl'iæ deeſſe uideat̃: Vt oẽs intelligãt, & pariter mente cognoſcãt, quia manus dñi hęc uniuerſa pfecerit: ut ĩ ariditate gẽtiũ ĩuenirent̃ fluẽta uirtutũ, & ĩ terra quõdã deſerta plenaq́; ſalſuginis cedrus & cypariſſus, & aliæ arbores naſcerent̃: quarũ ſublimitatẽ & uerticẽ ad cœleſtia feſtinantẽ, illuminaret lignũ oliuæ: qđ nutrimẽtũ lucis eſt, & laborãtiũ reges. a ¶Prope facite &c.) Q̃uo ſupra diximus, duplicẽ eſſe Iacob & D Iſraël, nõ credentiũ atq; credẽtiũ in dominũ ſaluatorẽ: ita uocatis gẽtibus, & in deſerto quondã eccl'iæ erũpẽtibus fluuijs fontibusq́;, & mirũ in modũ comante uarietate arborꝝ, cũctis ubertate pleniſſimis: q in Chriſtũ ex gẽtibus credere noluerũt, puocãt̃ ad iudiciũ: ut rñdeãt: cur uidere, & ſcire, & recogitare, & intelligere noluerint: qa manus dñi iſta fecerit: & ſctũs Iſrl' creauerit uniuerſa. Accedãt, inqt, idola ur̃a q̃ putatis eſſe fortiſſima: Vel afferte, ſi qd forte habetis in uobis: & ur̃a apite cõſilia: qua rõne, quo ſenſu nolueritis apertã ſuſcipere ueritatẽ. Simulq́; fit Apoſtropha ad ip̃a idola, quæ inſenſibilia ſũt: & nec audiẽdi, nec rñdẽdi poſſidẽt facultatẽ. Dicite, inqt, nobis uel p̃terita, uel futura: & ex rerũ euẽtibus, ueſtrã potẽtiam demõſtrate. Hoc aũt ſignificat, qđ poſt aduentũ Chriſti oĩa idola cõticuerint: ubi Apollo Delphicus, & Loxias, Deliusq́;, & Clarius, & cætera idola, futurorũ ſcientiã pollicentia, quæ reges potẽtiſſimos deceperũt: Cur de Chriſto nihil potuere prædicere: nihil de apoſtolis eius: nihil de ruinis & abolitione templorum: Si שִׁיטָּה

ergo

E ergo ſuum interitũ nõ potuere prædicere; quomodo aliena, uel mala, uel bona poterint nunciare? Q; ſi aliquis dixerit, multa ab idolis eſſe prædicta: hoc ſciendũ quod ſemper mendaciũ iunxerint ueritati: & ſic ſentẽtias tẽperarint, ut ſeu boni ſeu mali quid acciderit, utrunq; poſſet intelligi. Vt eſt illud Pyrrhi regis Epirotarũ: Aio te Eacida Romanos uincere poſſe. Et Crœſi: Crœſus trãſgreſſus Halim maxima regna perdet. Aliud quoq; ſignũ eſt, idola deos nõ eſſe: qđ nec bene poſſint facere, nec male. Nõ quo idola uel dęmones aſſidẽtes idolis, mala ſępe nõ fecerint: ſed quo niſi cõceſſa eis fuerit poteſtas à dño, hoc facere nõ poſſint. (Matth. 8, d) Deniq; in euãgelio deprecant̃, ut habeãt F poteſtatẽ in porcorum gregem. Et in (Iob. 1. c) Iob legimus: Abſq; dñi iuſſione, eũ uiri ſancti ne iumẽta quidẽ & poſſeſſiones ualuiſſe diſp̃dere. Nec mirum hoc de deo, cũ etiã (1. Tim. 1, d) apoſtolus Paulus tradat quoſdã ſatanæ, ut diſcant non blaſphemare. Siue hoc dicendũ, quod muta ſimulacra hominum & inſenſibilia, nec bene poſſint facere, nec male, nec præterita noſſe, nec futura; quia ex nihilo ſint: & ex eo quod nõ eſt, & nõ tam ipſa q̃ ille qui ea colat, abominatiõe cõdignus (Pſal. 113. b) ſit. Idola enim gentiũ, argentũ & aurum: opera manuum hominum. Os habent & nõ loquẽtur, & cætera. Quomodo ergo poſſunt ſcire & nunciare uentura; aut narrare præterita: & benefacere uel male: quæ nec hominũ ſenſum habẽt, nec brutorũ animãtium? Nec intereſt, de qua materia facta uideantur, cum uniuerſa terrena ſint. a ¶Suſcitaui ab aquilone &c.) Adhuc cõtra idola loquit̃, & eos qui poſt aduentum Chriſti, ea relinquere noluerunt. Illiſq; permanẽtibus in errore, ipſe ab aquilone ſuſcitaſſe (Hiere. 1, c) ſe dicit populum nationum. Ab aquilone em̃ exardeſcent mala ſuper omnes habitatores terræ. Et ad Hieremiam dicit̃: Quid tu uides Hieremia? Et ille reſpondit: Ollam ſuccẽſam, & faciẽ eius à facie aquilonis. Suſcitantur autem ab aquilone ut credant in G eũ; qui uenit ab ortu ſolis. De quo ſupra legimus: Quis ſuſcitauit ab oriente iuſtum ſiue iuſticiam? Et in alio loco; Ecce uir oriens nomen eius. Qui uocauit eos noĩe meo: (Zach. 6. c) ut derelictis ſimulacris, unum colãt, deum. Ipſe em̃ loquitur in euangelio; Ego ueni in nomine patris mei, et (Ioan. 5. g) nõ ſuſcepiſtis me: alius ueniet in nomine ſuo, & ſuſcipietis eum. Ipſe principes & magiſtratus, & omnem mundi ſuperbiam cõculcabit: & ſubijcientur ei quaſi lutũ figulo, ut faciat ex eis aliud uas (Roma. 9. d) in honorem, aliud in contumeliam. Hæc quæ ego iuxta cõſuetudinem prophetalẽ feciſſe me dico; quaſi iam H præterita ſint, uel iuxta Symmachũ, futura polliceor; nullus dæmonum & idolorum poteſt prædicere. Vnde oracula cuncta tacuerunt; quia nemo eſt qui annunciet, nemo qui audiat: dũ bruta prius corda gẽtilium intellexerunt errorem ſuum, & falſa uaticinia reliquerũt. Priuſq; dñs loquetur ad Sion; id eſt, ad eccleſiam ſuam, & dicet ei; Ecce adſunt filij tui, quos tibi per meã donaui fidem. Significat aũt apoſtolos, qui in toto orbe euãgelium prædicarunt. Sion & Hieruſalem nominibus differunt; cæterũ ut una urbs, ſic & una eccleſia eſt. Omnes igitur gentes quæ idolorũ ſequunt̃ errorem; interrogentur à nobis, ut reſpõdeant unde ſint. Et hæc erit uniuerſarũ reſponſio, quod omnes uanitatem ſequãtur & uẽtos, & adorent opera manuum ſuarum. Quicquid de idolis & gentibus diximus, referamus ad dogmata prauitatis, & ad principes eorum hæreſiarchas, quod Chriſto pacẽ eccleſiæ nunciante, & monſtrante eis ueritatis uiam, ipſi ſequantur errorẽ: & uento ac turbini comparẽtur. Hebræi, ſuſcitatum ab aquilone, & uenire ab ortu ſolis, Aſſyrium interpretãtur & Perſam; qui uenerint Hie-

HEB. Bene quoq; aut male ſi poteſtis, facite: & loquamur, & uideamus ſimul. Ecce uos eſtis pro nihili, et opus ueſtrum ex eo quod non eſt: abomina- a tio eſt qui elegit uos. Sũſcitaui ab Aquilone, et ueniet ab ortu ſolis: uocauit nomen meum, et adducet magiſtratus quaſi lutum: & uelut figulus conculcãs humum. Quis annunciauit ab exordio ut ſciamus: & à principio ut dicamus iuſtus es. Non eſt neq; annuncians, neq; prædicens neq; audiens ſermones ueſtros. Primus ad Sion dicet; Ecce adſum, & Hieruſalem euangeliſtam dabo. Et uidi, et non erat neque ex iſtis quiſquã qui iniret conſilium; et interrogatus reſponderet uerbum. Ecce omnes iniuſti, et uana opera eorum: uentus & inane ſimulacra eorum.

SEP. Bene facite & male, & admirabimur; et uidebimus ſimul unde ſitis uos: & unde ſit opus ueſtrum: de terra abominationẽ elegerunt uos. Ego autẽ ſuſcitaui eum qui ab aquilone eſt, & qui ab ortu ſolis: uocabũtur nomine meo. Veniant principes & ſicut lutum figuli, et ſicut figulus cõculcans lutũ, ſic conculcabimini. Quis em̃ annunciabit uobis ea quæ à principio ſunt: ut cognoſcamus ea quæ in futuro, & dicemus quia uerũ ſit: nõ eſt qui prædicat, neq; qui audiat uerba ueſtra. Principiũ Sion dabo: et Hieruſalem cõſolabor in uia; nã de gentibus nullus eſt, & de ſimulacris ipſorum nõ erat qui annunciaret: & ſi interrogauero eos unde eſtis, nõ reſpõdebũt mihi: ſunt em̃ factores ueſtri, & fruſtra ſeducunt uos.

Cap.



A rint Hieruſalem, & omnes principes illius conculcauerint; nullumq; idolorum quæ colebãt, hoc ſcierit eſſe uenturum, niſi ſolus dominus qui ultus eſt eos pro peccatis ſuis. Cap. XLII.

ECce ſeruus meus &c.) Iacob & Iſraël in præſenti capitulo nõ habentur: qđ nec Matthæus euangeliſta poſuit, ſecutus Hebraicam ueritatẽ: Hoc dicimus in ſugillationem eorũ qui noſtra cõtemnunt. De quo plenius in Matthęi cõmẽtariolis: & in libro quẽ Agalſiam nuper ſcripſimus, diſputatũ eſt. Et interim notandũ, qđ ubi de apoſtolorũ ſcribitur choro, & Iacob et Iſraël, & ſemẽ appellãt̃ Abraham: quibus quaſi hominibus ac ſeruis cõſequenter di- (Supra. 41. d) citur: Noli timere B uermis Iacob, & p̃uulus nũero Iſraël. Vbi autẽ de Chriſto eſt uaticinium, abſq; Iacob & Iſraël legitur: Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eũ: electus meus, cõplacuit ſibi in illo anima mea. Et in cõſequentibus: Dedi te in teſtamentũ generis, in lucẽ nationũ; aperire oculos cæcorum, & educere de uinculis alligatos, & de domo carceris habitãtes in tenebris. Nec mirum ſi (Gala. 4. a) ſeruus uocet̃, factus ex muliere, factuſq; ſub lege: (Philip. 2. a) qui cum in forma dei eſſet, humiliauit ſe, formã ſerui accipiens; & habitu inuẽtus ut homo. In quo cõplacuit ſibi anima dei, cernens in illo oẽs eſſe uirtutes; imò ipſum eſſe dei uirtutem atq; ſapientiã. Dedi, inquit, ſpiritum meũ ſuper eum qui deſcendit in ſpecie columbæ. Iudicium gentibus proferet, quod antea neſciebant. Nõ clamabit; erit enim mitis atq; mãſuetus. Et nõ accipiet perſonã in iudicio, ſiue nõ leuabit; ſubauditur, in altum uocẽ ſuam. Vel iuxta Symmachum, nõ decipietur; oẽs inſidias diaboli intelligens, aut ſecundũ Lxx. οὐδὲ ἀνήσει, id eſt, nõ relinquet, populum ſcilicet Iudæorũ; uocans eũ ad pœnitentiam. Nec audietur foris uox eius; neq; enim extra Galilæã atq; Iudæam in alijs gentibus Euange- (Matth. 15. b) lium prædicauit. Quod ſi legimus fuiſſe eũ in terminis Tyri & Sydonis; ſiue in confinio Cæſareæ Philippi, quæ nunc uocat̃ Pameas; tamen ſciendũ, non eſſe ſcriptũ, quod ipſas ingreſſus ſit ciuitates. Calamum quaſſatũ ſiue confractũ nõ conteret. Cunctis enim placabilis erit: & ueniã dabit peccatoribus, di- (Ibid. 9. c) cẽs ad mulierẽ; Cõfide filia, dimittunt̃ tibi peccata. Et linum fumigans: ſiue ut cæteri tranſtulerũt, ob- C ſcurum atq; tenebroſum, non extinguet: qui uicini erant extinctioni, dñi clemẽtia ſeruabant̃: quæ ſup Iudæis & nationibus in ſupradictis opuſculis diſſeruimus, ſed cũ ueritate omnia iudicabit: nequaq; metuens ſcribas & pharisęos, quos cõfidẽter hypocritas appellabat. Quod aũt ſequit̃: Splẽdebit & non conteretur, donec ponat ſuper terram iudiciũ. Matthæus euãgeliſta nõ poſuit: ſi- (Matth. 12. b) ue, inter iudiciũ & iudiciũ media, ſcriptoris errore ſublata ſũt. Significat autẽ quod reſurgens ex mortuis, cũctos illuminauerit: nec morte cõtritus ſit, donec poneret ſup terram iudiciũ: qui loquebat̃ in Euangelio: In iudicium (Ioan. 9. g) ego ueni in mũdũ iſtũ, ut nõ uidẽtes D uideant, & uidẽtes cæci fiãt. Pro quo nos interpretati ſumus: Nõ erit triſtis, neq; turbulentus, ſed æqualitatẽ uultus omni tẽpore cõſeruabit, quod falſo de Socrate philoſophi gloriant̃: nũq; eum plus ſolito, nec triſtẽ fuiſſe nec lętum. Pro quo Aquila & Theodotio interpretati ſunt: Nõ obſcurabit, & nõ curret, donec ponat in terra iudiciũ. Et eſt ſenſus: Nullũ uultus triſticia deterrebit: nec feſtinabit ad pœnã, qui iudicij ueritatẽ ultimo tempori reſeruauit. Quodq; ſequitur: Et legem illius inſulæ expectabũt; manifeſtius poſuere Lxx. καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν, id eſt, in nomine eius gẽtes ſperabunt. Quæ in ſcripturis appellant̃ inſulę: quia ex omni parte perſecutorũ incurſionibus patẽt. Legẽ autem eius nõ quæ per Moyſen data eſt, ſed Euãgelium ſentiamus. De Sion em̃ egrediet̃ lex: & uerbũ (Supra. 2. a) dñi de Hieruſalẽ. De qua lege & Hieremias uaticinatur; Ecce dies ueniunt, dicit dñs, & ponã teſtamẽ- (Hiere. 31. e) tum nouũ; nõ iuxta teſtamẽtũ, quod olim pepigi cũ patribus eorũ. b ¶Hæc dicit dñs deus &c.) Incertum erat quis ante dixiſſet: Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum; electus meus, cõplacuit ſibi in illo anima mea. Dedi ſpiritũ meũ ſuper eũ; iudiciũ gẽtibus p̃feret. Poſt condemnationẽ em̃ idolorũ ſubitus ſermo proruperat; Ecce ſeruus meus, & reliqua: quæ nos ex p̃ſona patris ſuper Chriſto interpretati ſumus. Itaq; ne relinqueret ambiguũ q̃s ſuperiora dixiſſet, adiũgit & dicit; Hæc dicit dñs deus, creãs cœlos, & extẽdens eos. Siue ut Lxx. tranſtulerunt; Qui fecit cœlũ

Cap. XLII.

a ECcẽ ſeruus meus, ſuſcipiam eum; electus meus, cõplacuit ſibi in illo aĩa mea. Dedi ſpiritum meũ ſuper eum; iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neq; accipiet perſonã; nec audiet̃ foris uox eius. Calamũ quaſſatũ nõ conteret; & linũ fumigãs non extinguet; in ueritate educet iudiciũ. Non erit triſtis neq; turbulẽtus, donec ponat in terra iudiciũ, & legẽ eius inſulæ expectabunt.

b Hæc dicit dominus deus; creãs cœlos, & extẽdens eos: firmans terrã, & quæ germinantur ex ea: dans flatũ populo qui eſt ſup̃ eã, & ſpiritũ calcãtibus illã. Ego dñs uocaui

Cap. XLII.

ECce Iacob puer meus, aſſumã eum; Iſraël electus meus, ſuſcepit eũ anima mea. Dedi ſpiritũ meum ſuper eũ: iudiciũ gentibus educet; non clamabit, neq; dimittet: nec audiet̃ foris uox eius. Calamum fractum non conteret, & linum fumigans non extinguet; ſed in ueritate educet iudicium: ſplẽdebit, & nõ conteret̃, donec ponat ſup̃ terrã iudiciũ: & in nomine eius gẽtes ſperabũt.

E coelum & defixit illud. Vniuerſitatis igitur creator & dñs, ipſe Chriſti ſui promiſit aduentũ: qui nõ ſolum extẽdit coelos atq; defixit, ſed terrã quoq; alta mole firmauit, & omnia quæ naſcunť ex ea; ut inuiſibilia eius ex his quæ facta ſunt intellecta conſpiciãtur: ſempiterna quoq; uirtus illius & diuinitas. Qui ſpiramẽ omnibus dedit q uerſanť in terra, lege prima mortaliũ. Inſufflauit eñ deus ĩ faciẽ Adã ſpiritũ uitę, et factus eſt in animã uiuentẽ. (Gene. 2, b) Spiritum aũt his ꝓprie q calcãt terrã, & ſapientiã carnis, ſuæ ſubijciũt poteſtati. Ille igiť cuius tãta præconia ſunt hæc ad eũ loquutus eſt, cuius legẽ inſulę præſtolantur & gẽtes: Ego dñs uocaui te in iuſticia. De quo F ipſe loquiť in Euãgelio: Pater iuſte, (Ioan. 17. d) mũdus te ignorat: ut eſſes nõ ſolũ Iudæorꝝ, ſed & gẽtiũ deus. Et apprehendi manũ tuã: quia quicquid operať filius, operať & pater. Et ſeruaui te, q omnia ipſe conſeruas. Et dedi te ĩ foedus ppl̃i Iſraël: cui te uenturũ ante ꝓmiſerã. Et in lucẽ gẽtiũ, quæ ſedebãt in tenebris & ĩ umbra mortis: ut aperires oculos cæcorum, qui deum antea nõ uidebãt. Et educeres de cõcluſione uinctũ. (Prouer. 5. d) Funibus eñ peccatorũ ſuorũ unuſquiſq; cõſtringitur. Et in euãgelio: quã ſatanas uinxerat, ſoluit dñs. (Matth. 8. c) De domo carceris ſedentes in tenebris qui in erroris nocte & caligine uerſabanť. Quodq; infert: Ego dñs, hoc eſt nomẽ meũ: gloriã meã alteri nõ dabo: nõ excludit filium, cui dicẽti in euangelio: Pater, glorifica me gloria quã apud te habui priuſq; mundus eſſet: Ipſe reſpõdit: Et glorificaui, & glorificabo. (Ioan. 17. a) Neq; eñ dixit: Gloriã meã nulli dabo: qđ ſi dixiſſet, excluſiſſet & filiũ, ſed gloriã meã alteri nõ dabo, præter te cui dedi, G cui daturus ſum. Vnde ꝓprietatem ſanctę ſcripturę uehemẽter admiror, ꝙ uerbũ אַחֵר oẽs interp̃tes uoce conſona trãſtulerũt, alterũ: qui in multis alijs ſoliti ſũt diſcrepare. Vt autẽ ſciamus ꝑ hãc ſentẽtiã nõ excludi filiũ ſed idola: ſequẽtia uerba teſtãť: Et laudẽ meã ſculptilibus. Pro quo Lxx. οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς, id eſt, nec uirtutes meas ſimulacris. Cũ enim Chriſtus dei uirtus ſit, deiq; ſapientia, oẽs in ſe uirtutes cõtinet patris. H Sequiť: Quæ prima fuerũt, ecce uenerũt. Et eſt ſẽſus. Quæ locutus ſũ: q̃ ꝑ Moyſen prophetaſq; pollicitus ſũ, uniuerſa completa ſunt. Nũc autẽ annũcio uobis euãgeliũ: uocationẽ gentiũ, paſſionẽ Chriſti, nouitatẽ fidei: ut quõ priora cernitis rebꝰ expleta, ſic & ea q̃ nũc polliceor, credatis eſſe uẽtura. a ¶ Canite deo cãticũ &c.) Qui prius dixerat quæ prima fuerãt, ecce uenerunt. Noua quoque ego annũcio: anteq; oriãtur, audita faciã uobis, & ſe ꝓmiſerat qđ ignorabãt eſſe dicturũ: quæ ſint illa noua, ſequẽti ſermone teſtať: Apl̃is præcipiẽs & apl̃icis uiris, ut canãt canticũ nouũ: nequaq; in uetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpũs. (Roma. 7. b) Nec ſolũ in ueteri inſtru

cauí te in iuſticia: & apprehendi manũ tuam, & ſeruaui te, & dedi te in foedus populi in lucẽ gentiũ: ut aperires oculos cæcorũ: & educeres de cõcluſione uinctũ, de domo carceris, ſedẽtes in tenebris. Ego dñs, hoc eſt nomẽ meũ: gloriã meam alteri nõ dabo, & laudẽ meam ſculptilibus. Quæ prima fuerant, ecce uenerũt: noua quoq; ego annuncio: anteq; oriantur, audita uobis faciam.

a HEB. Canitẽ deo canticũ nouum: laus eius ab extremis terræ: qui deſcenditis in mare, & plenitudo eius inſulæ & habitatores earum. Leuet deſertũ & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ, de uertice montiũ clamabunt. Ponẽt dño gloriã, & laudem eius in inſulis nunciabũt. Dominus ſicut fortis egredietur: ſicut uir præliator ſuſcitabit zelum: uociferabitur & clamabit: ſuper inimicos ſuos confortabitur. Tacui ſemper, ſilui, patiens fui: ſicut pariens loquar: diſſipabo & abſorbebo ſimul. Deſertos faciam montes & colles: & omne gramẽ eorum exiccabo, & ponã flumina in inſulas: & ſtagna arefaciã. Et educam cæcos in uiam quã neſciunt, & in ſemitis quas ignorant, ambulare eos faciam. Ponã tenebras corã eis in lucẽ, & praua in recta: hæc uerba feci eis, & nõ dereliqui eos. Cõuerſi

SEP. Cantate dño canticũ nouum: principatus eius glorificatur, & nomen illius à ſummitate terrę: qui deſcẽdunt in mare & nauigant illud: inſulæ & habitatores earũ: lætare deſertũ & uici eius: uillæ & habitatores Cedar. Lætabũtur qui habitant in Petra: de ſũmitate mõtiũ clamabunt. Dabunt deo gloriã: uirtutes eius in inſulis nũciabunt. Dñs deus uirtutũ egrediet & cõteret bellũ: ſuſcitabit zelũ & clamabit ſup inimicos ſuos cum fortitudine. Tacui à principio: num ſemp tacebo, et ſuſtinebo? ſicut pariẽs patienter egi: erumpã & arefaciã ſimul uaſtabo montes & colles, & oẽ foenũ eorũ arefaciã. Et ponã flumina in ĩſulas, & paludes ſiccabo. Et adducã cæcos ꝑ uiã quã neſciũt, & ſemitas q̃s ignorauerũt, calcare eos faciã: faciã eis tenebras in lucẽ, & praua in recta. Hæc uerba faciã illis, & nõ derelinquã eos: ipſi uero



A inſtrumento, ſed in nouo: & laus eius penetret uſq; ad extrema terrę. (Pſal. 18. b) A ſummo eñ coelo egreſſus eius: & uſq; ad ſummũ illius occurſus eius. In omnẽ terrã exijt apoſtolorꝝ ſonus: & in terminos orbis uerba eorꝝ. Siue iuxta Lxx. Glorificate nomen eius in terminis terræ: ut in uniuerſo mũdo Chriſti nomen annũcieť in gẽtibus. Qui ſint autẽ iſti q canere debeãt cãticũ nouũ, ſequentia uerba teſtanť: Qui deſcenditis, inquit, in mare & nauigatis illud, ſiue plenitudo maris. Apl̃os (Luc. 5. b) eñ uidens Ieſus in littore iuxta mare Genezaret reficiẽtes retia ſua, uocauit & miſit in magnũ mare, ut de piſcatoribus piſcium faceret hominum piſcatores: qui de Hieruſalẽ uſq; ad Illyricũ & Hiſpanias euangeliũ prædicarunt, capiẽtes in breui tẽpore ipſam quoq; Romanæ urbis potentiam. Vel certe deſcenderunt in mare & nauigauerunt illud: tẽpeſtates & ꝑſecutiones iſtius ſeculi ſuſtinentes. B Inſulas quoq; & habitatores earũ, uel diuerſitatem gentiũ intellige, uel eccleſiarũ multitudinem. Leuet, inquit, deſertũ & ciuitates eius uocẽ ſuã, de qua & ſupra diximus. Siue læteť deſertũ & uici eius, & Cedar: quæ quondã inhabitabilis fuit regio trans Arabiã Sarracenorꝝ. Et habitatores Petræ: quæ & ipſa urbs Palæſtinæ eſt. Hoc aũt ſignificat, ꝙ gentiũ populus deſertus prius noticia dei, & idololatriæ erroribus obligatus, ad laudes dñi conuertatur. קֵדָר Siue quia Cedar interpretať tenebræ, & (1. Cor. 10. a) iuxta Apoſtolũ, petra Chriſtus: præcipiť cũctis credẽtibus, ut qui ante erãt in tenebris, & nũc credunt in dñm ſaluatorẽ: de uertice mõtiũ clamitẽt, & aperte prædicẽt Chriſtũ: (Supra. 40. b) q̃bus & ſupra dictũ eſt: In montem excelſum aſcẽde, qui euãgelizas Sion. Eleua in fortitudine uocẽ tuã, qui euãgelizas Hieruſalẽ. Et ponã gloriã eius in inſulis, de q̃bus prius diximus. Deſcribitq; ſermo ꝓpheticus glorioſum ſaluatoris aduentũ, (2. Cor. 4. b) (2. Tim. 1. c) de quo & Paulus apoſtolus loquiť: Secundum illuminationẽ gloriæ magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: & eũ uiro fortiſſimo cõparat, q pugnaturus ſit cõtra aduerſarios ſuos: & ſuſcitaturus zelũ. De quo & in cãtico Deuteronomij ꝓphetatũ eſt: (Deut. 32. c) Ipſi me zelare fecerũt in eo q nõ erat deus, & iritauerunt me in idolis ſuis: & ego zelare eos faciã in gẽte quæ nõ eſt, & in gẽte ſtultiſſima iritabo illos. Vociferabiť quoq; & clamabit cõtra inimicos ſuos: aperte eorꝝ infidelitatẽ reprobãs, & cũ clamore ꝓnuncians: Tacui, ſemꝑ ſilui, patiens fui. Siue ut Lxx. tranſtulerunt: Tacui, nunq̃d ſemꝑ tacebo? Vt C impleať illud quod per Salomonẽ diciť: Tempus tacendi, & tẽpus loquẽdi. Et eſt ſenſus: Diu uos delinquẽtes ſæpe portaui: ſed quia ante tacuerã, nequaq; ultra reticebo. Et quõ pariens in lucẽ ꝓfundit infantem: & apertũ facit eſſe qđ prius clauſum in uiſceribus tenebatur: Sic ego dolorem meũ, & diſſimulationẽ quã ſemꝑ habui, ſuper ſceleribus ueſtris nunc ꝓferã: & diſſipabo ur̃a cõſilia. Vno quoq; tp̃e abſorbebo uniuerſam gentẽ, & omnẽ ſuperbiã mõtium, tumorẽq; collium ueſtrorꝝ. Et foenũ, de quo ſupra dictũ eſt: Vere foenũ eſt populus: (Supra. 40. b) id eſt, tã prĩcipes q; uulgus ignobile, in deſertũ redigã. Quod in Lxx. de Theodotionis æditione additũ eſt: qui hæc uerba tacuerunt. Cumq; uos à capite uſq; ad pedes exiccauero atque deleuero, tunc flumina doctrinæ meæ in inſulis gentiũ currere faciã, & ſtagna ueſtra ſiue paludes redigã in ariditatẽ: ut in gẽtibus ſit ſciẽtia ſcripturarum, & in uobis doctrinæ ariditas. D Ducantq; cæcos per uiã quã ante neſciebãt, de quibus & ſupra legimus: Dedi te in foedus ppl̃i: in lucẽ gentium, ut aperires oculos cæcorꝝ. Hi ducenť per uiã, de qua Chriſtus loquiť: Ego ſum uia: (Ioan. 14. d) ſiue uia ſcientiæ dei, & per ſemitas ꝓphetales ambulare eos faciã. Tunc tenebræ eorꝝ mutabunť in lucẽ, & praua uertentur in recta, ut intelligant quæ legunt: & cordis oculis, clarũ in ueteri teſtamẽto, Chriſti lumen aſpiciant. Simulq; infert: Hæc uerba quæ feci, ſiue faciã eis: nequaq; ultra futura ꝓmittens, ſed quæ ante ꝓmiſeram reddens. Me aũt iſta dicẽte: cõuerſus eſt retrorſum populus Iudæorꝝ, ut nõ crederet ꝓmittẽti, & in ſuis cõfundereť erroribus: & negligeret ſponſionẽ dei, q idolis ante crediderat. Siue cũ intrauerit plenitudo gentiũ, tũc etiã Iſraël populus cõuerteť: (Roma. 11. c) & poenitebit eũ erroris ſui, per quẽ idolis ante ſeruierat. Aut certe poſt uocationẽ gentiũ reuerteť ad principiũ: ut dicat oẽs gẽtes quæ euãgelio credere noluerunt, in ſuis idolis cõfundendas. a ¶ Surdi audite &c.) Ne q̃s putaret hoc quod diciť: Surdi audite, & cæci intuemini ad uidẽdũ, ad gentiũ populũ pertinere: q prius ſurdus & cæcus fuerat: ut Iudæi ſtulta interpretatione approbare cõtendũt: ipſe propheticus ſermo demõſtrat, q ſurdi & cæci intelligi debeãt. Quis, inquit, cæcus, niſi ſeruus meus, & ſurdus, niſi ad quẽ nũcios meos miſi? haud dubiũ quin ꝓphetas ſignificet. Quis cęcus, niſi q uenũdatus eſt peccatis ſuis? Quis cæcus, niſi qui prius ſeruus fuit dñi? Cui diciť: O Iſraël q uides multa, & habes pro-

HEB. ſunt retrorſum: confũdanť cõfuſiõe, q cõfidũt ĩ ſculptili: q dicũt cõflatili: a uos dij noſtri. Sũrdi audite, & cæci ĩtuemini ad uidẽdũ. Quis cęcus, niſi ſeruus meꝰ: & ſurdus, niſi ad quẽ nuncios meos miſi? Quis cæcus, niſi qui uenũdatus eſt: & quis cæcus, niſi ſeruus dñi? Qui uides multa nõne cuſtodies? Qui apertas habes aures, nónne audies?

SEP. uero cõuerſi ſunt retrorſum: cõfundamini cõfuſione, qui cõfiditis ſuper ſculptilibus: qui dicitis cõflatis, uos eſtis dij noſtri. Surdi audite, & cæci ſuſpicite ut uideatis. Quis eſt cęcus, niſi pueri mei: et ſurdi, niſi qui dominanť eorũ? Quis cæcus, niſi q recepit: & excæcati ſũt ſerui dei: uidiſtis ſæpe, & nõ cuſtodiſtis: apertæ ſunt aures, & nõ audi

E phetas plurimos, per quos dei mandata cognoſcas: nónne cuſtodies quæ tibi præcepta ſunt? Qui apertas habes aures, nónne audies quæ dicunt̃, de quo & ſupra legimus: Auditu audietis, & non intelligetis: & uidẽtes aſpicietis, & nõ uidebitis incraſſatum eſt enĩ cor populi huius. Dñs, inqt, uoluit ut ſanctificaret eũ: & magnificaret legẽ ſuã; & populũ iacentẽ extolleret ac leuaret. Sed ille dei facere noluit uolũtatẽ, & idcirco ab aduerſarijs ſuis direptus eſt atque uaſtatus: quos uel dæmões, uel hoſtes intelligere debemus. Laq̃us iuuenũ oẽs; & ĩ domibus carcerũ abſconditi ſunt. Siue ut LXX. trãſtulerũt: ἡ παγὶς γ῀ ἐν τοῖς ταμείοις πανταχοῦ, καὶ ἐν τοῖς οἴκοις ἅμα ὅπου ἔκρυψαν αὐτοὺς, id eſt,
F Laqueus in cubilibus ubiq;, & in domibus ſimul, in q̃bus abſconderunt eos: Scribas ſignificãs & phariſæos: q plebẽ miſerabilem deceperũt, & ubiq; poſuerunt inſidias cõtra dñm ſaluatorẽ & apl'os eius, ha- Luc.11.g bẽtes clauẽ ſciẽtię, nec ipſi intrãtes: & alios uolẽtes ĩtroire prohibẽtes. Pulchreq; pectora eorũ in quibus habitabãt cogitationes peſſimæ, carceres appellauit. Ideo facti ſunt in rapinã & in direptionem: nec fuit qui liberaret eos, & pro eis ſermonẽ faceret. Simulq; ꝓpheta cohortatur eos: ut ſi oẽs audire nõ poſſint, ſaltẽ pauci futura cognoſcãt, & intelligãt à quo iſta perpeſſi ſint. Cauſasq; ſuæ uaſtitatis agnoſcant, qui nec audire
G nec facere uoluerunt, quæ lege præcepta ſunt. Ideo effudit dñs ſuper eos totã irã ſuã, & indignationem furoris plenam: ut qui prius tacuerat, nequaq; ultra reticeret: nec ſermonibus eos, ſed pœnis tormẽtisq; corriperet, & cõprehẽderet eos bellũ fortiſſimũ, qđ nequaquã poſſint euadere: oſtẽdẽs ferociã Romanorũ. Cũq; ex omni pte cõbuſtus ſit, & nihil in ſe habeat ſanitatis, tñ nõ ĩtelligit cauſam pœnæ ſuę: quod idcirco punitus ſit, quia dei filiũ non receperit.

HEB. dies? Et dñs uoluit ut ſanctificaret eũ, & magnificaret legem, & extolleret. Ipſe autẽ populus direptus atq; uaſtatus, laqueus iuuenũ omnes, & in domibus carcerũ abſconditi ſunt: facti ſunt in rapinã, nec eſt qui eruat: in direptionem, et non eſt qui dicat, redde. Quis eſt in uobis qui audiat hoc, attẽdat & auſcultet futura? Quis dedit in direptionem Iacob & Iſraël uaſtantibus? Nónne dominus ipſe cui peccauimus, & noluerunt in uijs eius ambulare: et non audierunt legẽ eius? Et effudit ſuper eum indignationẽ furoris ſui, et forte bellũ: & combuſſit eum in circuitu, et non cognouit: et ſuccendit eũ, & non intellexit.

Cap. XLIII.

a Et nũnc hæc dicit dominus: creans te Iacob & formans te Iſraël: Noli timere, quia redemi te: & uocaui nomine tuo, meus es tu. Cum tranſieris per aquã, tecũ ero: et flumina nõ operient te. Cũ ambulaueris in ignẽ, nõ combureris, et flamma non ardebit in te: quia ego dñs deus tuus: ſanctus Iſraël ſaluator tuus, dedi propiciationem tuam Aegyptum, Aethiopiã, et Saba pro te.

SEP. nõ audiſtis. Dñs deus uoluit ut iuſtificaret & magnificaret laudẽ. Et uidi, & erat populus uaſtatus atq; direptus. Laq̃us enĩ in cubilibus ubiq;, & in domibus ſimul: in quibus abſconderunt eos. Facti ſunt in direptionem: et nõ erat qui erueret prędã, & nõ erat qui diceret, redde. Quis eſt ĩ uobis q hæc audiat, et futura cognoſcat? Quis dedit in direptionẽ Iacob & Iſraël uaſtantibus? Nõne deus cui peccauerũt: et noluiſtis in uijs illius ambulare, neq; audire legẽ eius. Et induxit ſuper eos irã furoris ſui, et præualuit aduerſus eos bellũ: & qui cõburebant eos per circuitum: et nõ cognouit unuſquiſq;, nec poſuerũt ſuper animã.

Ca. XLIII.

Et nunc ſic dicit dominus qui fecit te Iacob & creauit te Iſraël: Noli timere, quoniam redemi te: uocaui te nomine tuo, meus es tu: & ſi tranſieris per aquã, tecum ſum: & flumina non cooperient te. Et ſi tranſieris per ignẽ, non cõbureris: flamma non exuret te: quia ego dñs deus tuus ſanctus Iſraël, ſaluator tuus. Feci cõmutationẽ tuã Aegyptũ, & Aethiopiam, & Syenen pro te.

Cap. XLIII.

Et nũc hæc dicit do. &c.) Hebræi de ſecũdo ſaluatoris hæc interpretant̃ aduẽtu: qñ poſt plenitudinem gentiũ omnis ſaluãdus ſit Iſraël. Nos aũt nequaq; putamus ad eos fieri repromiſſionẽ, quibus ſupra dictum
H eſt: Quis cæcus, niſi pueri mei: & qui ſurdi, niſi q dominant̃ eoꝝ? & excæcati ſunt ſerui dei. Et rurſum: Factus eſt populus uaſtatus atq; direptus, & his ſimilia. Deniq; infert: Effudit ſuper eũ indignationem furoris ſui & forte bellũ: & combuſſit eũ in circuitu, & nõ cognouit: & ſuccẽdit eum, & nõ intellexit. Ergo qđ ſupra diximus, duos eſſe Iacob, & duos Iſraël: unum carnalẽ, & alterum ſpũalẽ: eoꝝ qui in ſaluatorẽ credere noluerũt, & eoꝝ q receperũt filiũ dei. Hoc etiã nũc ĩtelligendũ, qđ ꝓuocet apl'orũ chorus: & Ex quo prima Chriſti eccleſia de Iudæoꝝ pplo cõgregata: ut intelligat creatorẽ, et factorẽ ſuũ: qui & animæ & corporis



A corporis eius ſit cõditor. Nec timeat perſecutores: quia redemptus ſit Chriſti ſanguine, qui uocauerit eũ nomine ſuo: & ob familiaritatẽ ſpecialiter appellet populũ ſuũ: ſed prædicet incũctanter, & nulla pericula reformidet. Quodq; infert: Aquas & flumina, & ignẽ, & flammas: pſecutorũ impetũ furoremq; deſcribit: q ſaluti gentiũ inuideãt, & nolint ſermonẽ euangelicum prędicari. Quanq; Iudæi in aquis, Aegyptios: in fluminibus, Babylonios: in igne Macedonas: in flãma, Romanos ĩtelligi uelint. Idcirco aũt præcipit eis ne timeãt: quia dominus deus ſaluator eoꝝ, & ſanctus Iſraël ſit cũ eis: qui fecerit eos Aegypto, Aethiopiæ & Syenæ, & extremis mũdi terminis prædicare.
B Pro συλὼν, reliqui interpretes poſuerũt סְבָא: unde 3.Reg.10.a fuit regina Auſtri, quæ uenit ſapientiã audire Salomonis. Quãobrẽ honorabilis factus eſt apl'oꝝ chorus ĩ cõſpectu dei, & dilectus ab eo: & cunctorũ hominum ſalus atq; populorũ, qui p eos ad euãgeliũ ſũt uocati, & reputabunt̃ in ſalutẽ animarũ eoꝝ. Vñ iungit & dicit: Noli timere, ego tecũ ſum: qui uobis in euangelio loquor: Matth.ult.c Ecce ego uobiſcũ ſum oĩbus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi. Ab Oriẽte enim & ab Occidente adducã filios tuos qui requieſcant in ſinu Abrahã, & de cunctis mũdi partibus filiorũ meoꝝ & filiarũ populus congregabit̃: q uel inuocẽt nomẽ meũ, uel meo uocent̃ nomine: ut
C appellentur Chriſtiani in gloriam conditoris ſui. Quodq; ſequit̃: Educ foras populũ cæcũ, & oculos habentem: ſurdũ, & aures ei ſunt: Multi putant dici de populo gentiũ, qui p apoſtoloꝝ doctrinã audire cœperunt & uidere. Sed nos etiã hæc de diſperſo intelligamus Iſraël: q uocatus ſit p apoſtolos, primúſque crediderit: quibus loquit̃ & Paulus: uobis primũ oportuit prædicari ſermonẽ dei. Act.13.g Et ipſe dñs in euãgelio: Ite ad oues pditas domus Iſraël. Matth.10.a Deniq; ſequit̃: Oẽs gentes cõgregatæ ſunt ſimul, & collectæ ſũt tribus: id eſt, cũ populo qui credidit ex Iudæis: ut duplex uocatio ſit, circũciſiõis & præputij. Quod aũt dicitur: Educ, ad filiũ ſermo eſt. Siue iuxta LXX. pater de
D filio loquit̃, qđ eduxerit populũ ſuum cæcum & ſurdũ: & gẽtibus copularit, & fecerit ex eis multos eccleſiæ principes. Miraturq; ꝓpheta ꝙ nullus ĩ gẽtibus hæc præſcire potuerit: nec dei noſſe cõſilia: ſed tãtũ populus eius q legem acceperit, & ꝓphetas habuerit: Notus enim in Iudæa deus: in Iſraël magnũ nomẽ eius. Pſal.75.a Siue ipſe deus, teſtis ſuorũ ſermonũ ſit, & patrator: & puer eius ac ſeruus quem elegit. Haud dubiũ quin Chriſtũ ſignificet, cui & ſupra dicit: Magnũ tibi eſt uocari te puerũ meũ. Et hæc omĩa fient, ut ueritas mundo prædicetur: & ſciant, & credant, & intelligant: quoꝝ mens prius bruta erat, & inſenſibilis: quod præter unum deum, nullus alius deus ſit; nec

HEB. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & glorioſus, ego dilexi te: & dabo homines ꝓ te, & populos ꝓ anima tua. Noli timere, quoniam tecum ego ſum: ab Oriente adducam ſemẽ tuũ, & ab Occidente cõgregabo te. Dicã Aquiloni, da: & Auſtro, noli ꝓhibere: adduc filios meos de lõginquo: & filias meas ab extremo terræ. Et omnẽ qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, et formaui eum, & feci eum. Educ foras populũ cæcũ, & oculos habentem: ſurdum, & aures ei ſunt. Oẽs gentes congregatæ ſunt ſimul: et collectæ ſũt tribus. Quis in uobis annunciabit iſtud, et quę prima ſũt, audire nos faciet? dent teſtes eorum & iuſtificẽtur: & audiant & dicant uere: Vos teſtes mei, dicit dominus, & ſeruus meus quẽ elegi: ut ſciatis & credatis mihi, et intelligatis, quia ego ipſe ſum. Ante me non eſt formatus deus: & poſt me non erit. Ego ſum, ego ſum dominus: et nõ eſt abſq; me ſaluator. Ego annunciaui & ſaluaui: auditũ feci, & non fuit in uobis alienus. Vos

SEP. Ex quo honorabilis factus es: & in conſpectu meo glorificatus es: & ego dilexi te: et dabo homines pro te, & principes pro capite tuo. Noli timere, quoniã tecũ ſum: ab Oriente adducã ſemẽ tuum: & ab Occidente cõgregabo te. Dicã Aquiloni, adduc: & Aphrico, noli prohibere: adduc filios meos de terra longinqua, & filias meas à terminis terræ: omẽs qui uocant̃ nomine meo: in gloria enĩ mea creaui illũ: & plaſmaui eũ, & feci illũ: & eduxi populũ cæcũ, q habẽt oculos: & ſunt cæci: et ſurdę ſunt aures eius. Omnes gentes congregatæ ſunt ſimul, & conuenerunt principes earũ. Quis annũciabit hæc? aut quæ à principio ſunt, quis annunciabit uobis? adducãt teſtes ſuos, & iuſtificentur: & audiant & loquant̃ uera. Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis, dicit dñs deus: & puer meus quem elegi, ut ſciatis & credatis, et intelligatis: quia ego ſum. Ante me non fuit alius, & poſt me non erit. Ego deus, & non eſt præter me ſaluator. Ego annũciaui, & ſaluos feci: exprobraui, et nõ erat in uobis alienus. Vos mei

E ſit:nec ante,nec poſtea. Neqꝫ enim temporū conditor habet aliquādo principium, cū hoc ipſum aliqñ ſit temporis. Et quomodo nunc locutus eſt:Ego teſtis,dicit dñs deus:& puer quē elegi,dicēte hoc ipm Ioan.8.c dño in euangelio: Duorū hominū teſtimoniū uerū eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me, & q mi ſit me pater. Sic & de diuinitate illius ſentiēdū eſt, quod nullus ſit deus,niſi ipſe qui loquit̃, & puer eius quē elegit, Pulchreq́ꝫ præter deum patrē alter nullus eſt deus: 1.Cor.1.d quia Chriſtus dei uirtus eſt,& dei ſapientia, qui loquit̃ Ioan.14.b in euangelio: Ego in patre,et pater in me eſt. Sicut enim unus Chriſtus dñs nō aufert patri ne dñs ſit: ſic unus deus pater nō aufert filio ne deus ſit: q F in principio erat uerbum, & uerbū erat apud deum,et deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deum. Quodq́ꝫ ſequitur: Et nō eſt abſqꝫ me ſaluator: oſtēdit in patre filium cūcta ſaluare, de quo idē Supra.9.d propheta teſtat̃:Et mittet eis dñs ſaluatorem, qui ſaluos eos faciet. Neque eñ deus ſapiens & fortis, ſine ſua poteſt eſſe ſapiētia atque uirtute. Cum ergo ab initio ego hæc futura prædixerim, nullus erit qui meę renuat uolūtati:imò quæ ego fecero,poſſit irrita facere. Hæc dicuntur quidē ad Iacob & Iſraël,ſed referuntur ad apoſtolicū chorū,& omnes qui de populo Iudæoꝶ in Chriſtum uoluerint credere. a ¶Hæc dicit dominus redemptor &c.)Iuxta Hebraicum adhuc ad Iſraël ꝓpheticus ſermo dirigitur: ꝙ redēptor eorū dñs & ſanctus Iſraël,hęc ad eos locutus ſit:Propter uos qui mecū euāgeliū prædicatis: quibus ſupra dixi:Noli timere,quoniam ego tecū ſum:qui eſtis teſtes uoluntatis meæ:& puerū meū alterum teſtē mūdo incredulo nunciatis:Miſi filiū meū in Babylonē G & cōfuſionem huius ſeculi,Et detraxi oñes uectes eius, qui Hebraice appellantur בְּרִיחִים, & quos Theodotio fortes interp̃tatus eſt, Et Chaldæos, inquit, ſubaudit̃ ἀπὸ κοινοῦ detraxi, qui in ſuis gloriabantur nauibus:ĩ his uidelicet, qui inſtar nauium inter idola fluctuabāt. De Chaldæis nullus ambigit,qn dæmones ſonent. Ego dñs hæc futura p̃dixi: q ſum creator ueſter & rex Iſraël. Porrò iuxta Lxx. multo alter eſt ſenſus:Ego dñs qui te de periculis liberaui,& ſanctus Iſraël: propter uos mittā in Babylonē regē Medorū atqꝫ Perſarū: & habitatores eius fugere H faciā,& Chaldæi q uos ceperant, uincti ꝑ mare Caſpiū ad gentes alias trāſferent̃. Ego dominus hæc futura decreui,qui oſtēdi Iſraël regē credentiū fore. b ¶Hæc dicit dñs &c.) Dñs q deſtruxit & abiecit Babylonem: & fortiſſimos illius detraxit de potentia: oēsq́ꝫ Chaldæos q in fluctibus huius ſeculi feliciter nauigabāt, fecit eſſe captiuos. Ipſe ĩ aquis torrentibus, maris rubri reperit uiā, ut trāſiret ppl's eius de Aegypto liberatus. Siue qui dedit in mari rubro uiā:ipe & in aqs torrētibus Iordanis fluuij reperit ſemitā: ut & egreſſio ex Aegypto,& introitus in terrā repromiſſionis haberet miraculū. Ipe currus et equos & omnē exercitū Pharaonis demerſit in ꝓfundū: q dormierūt ſomno ppetuo. Cōtriti ſunt & extincti quaſi linū in breui tēporis ſpacio,& in pūcto atqꝫ momēto. Linū eñ necdū igne

HEB. teſtes mei,dicit dominus,& ego deus: & ab initio ego ipſe, & non eſt qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet a illud. Hæc dicit dominus redemptor ueſter, ſanctus Iſraël. Propter uos miſi in Babylonem:& detraxi uectes uniuerſos, et Chaldæos in nauibus ſuis gloriantes: ego dominus ſanctus ueſter,creans Iſraël rex ue- b ſter. Hæc dicit dominus:q dedit in mari uiam, & in aquis torrentibus ſemitā. Qui eduxit quadrigam et equum, agmen, & robuſtum:ſimul obdormierūt, nec reſurgent:cōtriti ſunt, quaſi linum extincti ſunt. Ne memineritis priorum: & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, nunc orientur: utique cognoſcetis ea. Ponam in deſerto uiam, & in inuio flumina. Glorificabit me beſtia agri, dracones, & ſtruthiones: quia dedi in deſerto aquas, flumina in inuio: ut darē potum populo meo, electo meo. Populum iſtum formaui mihi: laudem meam narret

SEP. mei teſtes,& ego dñs deus ab initio: & non eſt qui de manibus meis eruat. Faciam, et quis auertet illud? Sic dicit dominus deus,qui redemit uos ſanctus Iſraël. Propter uos mittam in Babylonem: et ſuſcitabo fugientes uniuerſos,et Chaldęi in nauibus uincientur. Ego dominus deus ſanctus Iſraël, qui oſtendi Iſraël regē ueſtrū. Quia ſic dicit dñs: qui dat in mari uiā, & in aqua uehemēti ſemitam. Qui educit currus & equos et multitudinem robuſtiſſimā. Sed dormierunt & nō reſurgēt:extincti ſunt quaſi linū extinctū. Nolite meminiſſe priorum:et uetera ne recogitetis. Ecce ego faciam noua,quæ nūc oriētur,& cognoſcetis ea, et faciam in deſerto uiam,& in inaquoſo flumina. Benedicent me beſtiæ agri, Sirenes, & filiæ ſtruthionū: quia dedi in deſerto aquā, & flumina in inaquoſo: ut bibere faciam genus meum electum: populum meum quem acquiſiui, ut uirtutes meas narret



A igne correptū,ꝓ leuitate ſubſtātiæ ſtatim extinctū, in fauillā diſſoluit̃. Igit̃ hoc præcipio uobis,ut inter ſigna mea atqꝫ miracula,quibus Babylon urbs potentiſſima diruta eſt:& qbus in mari rubro atqꝫ Iordane,populo meo aperta eſt uia,nequaq́ꝫ memineritis ueterū;qm̄ in euāgelio multo ſū maiora facturus: quoꝶ cōparatiōe, præterita ſileri debeāt. Nequaq́ꝫ eñ ultra ĩ mari rubro, ſed ĩ deſerto totius mūdi reperiā uiā. Nec unus fluuius, ſiue fons erūpet de petra,ſed multa flumina:quæ nō corpora ut prius, ſed animas ſitiētes reficiāt:& impleat̃ illud qđ ſupra legi- Supra.12.a mus:Bibetis aquas de fontibus ſaluatoris. Tunc quod nūqꝫ factū eſt,fiet: ut oñes beſtiæ & B dracones & ſtruthiones,q in ſolitudine gētiū morabātur:& idololatriæ ſanguine, morūq́ꝫ feritate beſtiarū ſimiles erāt:glorificēt me atqꝫ collaudent. Pro draconibus quos ſol9 Theodotio, ut in Hebraico ſcriptū eſt, appellauit תַּנִּים:reliqui ſirenas interpretati ſunt:animalia portentoſa, quæ dulci carmine atqꝫ mortifero, nauigātes Scyllæis canibus lacerādos præcipitabāt. Hocq́ꝫ ſignificat,ꝙ uoluptati prius & luxurię dediti,ad ſeruitutē dñi cōuertātur:licet melius ſit dracones intelligi:qa iungūtur & ſtruthiones:ut quia ſemel de beſtijs ſolitudinis loquebat̃:hæc animātia poneret, quæ deſerto familiaria ſunt. Laudabūt aūt,inqt, me:& glorificabūt beſtiæ agri, & dracones & ſtruthiones:qa dedi in deſerto gentiū aquas:& in ariditate nationū flumina, ut biberet populus meus quē elegi mihi, ſiue genus meū electum:& populus quē acquiſiui ſanguine meo,ut laudes meas uirtutesq́ꝫ narraret. a ¶Nō me inuocaſti Iacob &c.) Beſtijs agri,draconibus & ſtruthionibus,laudātibus me,tu Iacob nequaq́ꝫ me inuocare uoluiſti:nec poſtea laborare, ut peccatū emēdares pœnitentia. Quod aūt arbitraris obtuliſſe te mihi uictimas,et arietes immolaſſe,ſcias eos à me nō eſſe ſuſceptos:qa mihi & idolis cōmunes erāt. Illumq́ꝫ ſenſum repetit:de quo ſupra dixe- C rat:Vt qd mihi multitudinē uictimarū ueſtrarū,dicit dñs? Plenus ſū holocauſto arietū,& adipe agnorum:& ſanguinē taurorū & hircorū nolo. Neq́ꝫ eñ ait:Precioſum à te quippiā requiſiui:ut in parādiſis laborare te facerem. Nō exegi à te oblatiōes,nec thura quæſiui. Nō calamū neqꝫ incēſum & diuerſa pigmēta generis,quorū fumo inebriares me atque ſatiares. Sed obediētiā, quæ eſt ſupra ſacrificiū: & ſacrificiū, de quo ĩ pſalmis Dauid dicit: Sacrificiū deo Pſal.50. ſpūs cōtribulatus: cor cōtritū & humiliatū deus nō deſpicit. Illa uolui,illa quæſiui. Tu autē me ſeruire et laborare feciſti in pctĩs tuis,ut cōgerer dicere:Laboraui ſuſtinēs: & nequaq́ꝫ D ultra ferre te poſſum. Vnde & per Oſee idem loquit̃ Oſee.11.c deus:Quid tibi faciā Ephraim: ꝓtegā te Iſraël? Quid tibi faciam: quaſi Adamā ponā te:et quaſi Seboim? Qđ aūt Lxx. poſuerūt: ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις σου προέστην σου, καὶ ἐν ταῖς ἀδικίαις σου, id eſt:Sed in pctĩs tuis defendit te:& in iniqtatibus tuis. Sic poteſt ſuperioribus copulari,ut labor ſit dei:& laſſitudo defendere peccatores. b ¶Ego ſum &c.)Tu me,inquit,Iacob & Iſraël laborare feciſti in peccatis tuis: & onera iniqtatū tuarū portare uix potui:quos nequaq́ꝫ ſeruos meos, nec pueros uoco: ſed ſimplici appello noīe,Iacob & Iſraël:ut oſtēdā & arguā peccatores. Ego aūt ꝓpter me, qa miſericors ſum & patiens,& multarū miſerationū:delebo oēs iniqtates tuas,ĩ aſpſiōe & ſanguīe noui teſtamēti:delēs uetus chirographū,qđ aduerſum te ſcriptū erat:& pctōrū Ezech.18.d tuorū ultra nō recordabor:q tibi, ſi credere uolueris,in baptiſmate dimiſſurus ſū. Reduc ergo me in memoriā,ſi quid habes iuſti qđ rñdeas mihi:libēter accipiā,ut iudicemur ſimul:& arguas me nō feciſſe tibi qđ facere debui. Quē ſenſū ĩ Michea plenius le- Michee.6.a gimus:Ppl'us meus qd feci tibi:& qd moleſtus fui tibi? rñde mihi: qa eduxi te de terra Aegypti & de

a HEB. rabūt. Nō mē inuocaſti Iacob:nec laboraſti in me Iſraël. Nō obtuliſti mihi arietē holocauſti tui:& uictimis tuis nō glorificaſti me. Nō te ſeruire feci in oblatiōe,nec laborē tibi p̃bui in thure. Non emiſti mihi argēto calamum: & adipe uictimarū tuarū nō inebriaſti me. Verūtamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis:p̃buiſti mihi labo- b rē in iniqtatibus tuis. Ego ſum, ego ſum ipſe q deleo iniquitates tuas ꝓpter me: & peccatorū tuorū nō recordabor. Reduc me ĩ memoriā, ut iudicemur ſim'l. Narra ſi qd habes ut iuſtificeris. Pater tuus primus peccauit:& interp̃tes tui p̃uaricati ſunt in me. Et cōtaminaui principes ſctōs:dedi ad internicionē Iacob: & Iſraël in blaſphemiam.

SEP. ret. Non nunc uocaui te Iacob: neqꝫ laborare te feci Iſraël. Non attuliſti mihi oues holocauſti tui: neqꝫ in uictimis tuis magnificaſti me: nec ſeruire te feci in hoſtijs: nec laborem tibi præbui in thure: nec emiſti mihi argento thymiama: nec adipem hoſtiarum tuarum concupiui:ſed in peccatis tuis defendi te, & in iniquitatibus tuis. Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & non recordabor. Tu uero memento & iudicemur. Dic tu iniquitates tuas primus, ut iuſtificeris. Patres ueſtri peccauerunt:& principes ueſtri inique egerunt in me, & contaminauerunt principes ſancta mea. Et dedi ut perderem Iacob & Iſraël in opprobrium.

Cap.

E domo ſeruitutis liberaui te:& miſi ante faciem tuā Moyſen & Aaron & Mariam. Et in qnquageſimo pſalmo Dauid loqtur ad deū:Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & uincas cū fueris iudicatus. Narra ergo ſi quid habes ut iuſtificeris. Et eſt ſenſus:Ego non loquar prior cōtra te:nc oppreſſum eſſe te dicas multiplicatiōe ſermonū:ſed tu ſi qd iuſti habes, ipſe ꝓ te loqre:ut uidearis iſta quę pateris immerito ſuſtinere. Et ut ſcias me miſereri tui,nō ob meritū tuū, ſed ꝓpter meā clemētiā, à patribus tuis repetā atq; maioribus:ut ītelligas te à peccatoribus eē generatum. Pater tuus primus peccauit in ſolitudine, oīs uidelicet populus Iſraël. Siue
F autor generis tui Abrahā, peccaſſe cōuincitur,quādo dño terram repromiſſionis ſemini illius pollicente, re-
Gene.15.b ſpōdit:In quo ſciā quia poſſidebo eā? Et interpretes,inquit,tui præua-
Exod.17.b ricati ſunt in me:Aaron & Moyſes ad aquā cōtradictiōis,q inter me & te medij loquebanť.Et ut intelligamus nō eſſe uiolentā expoſitionē,ſequiť:Et cō-
Pſal.140.b taminaui principes ſanctos:de quibus & in pſalmo canitur:Abſorpti ſunt iuxta petrā iudices eorum. Quos idcirco cōtaminaſſe ſe dicit,quod terram repromiſſiōis nō intrauerint.Dediq; ad internicionē Iacob,& Iſraël in blaſphemiā:ut nullus,pręter duos ex his q de Aegypto egreſſi erāt,intraret in Iudæā: ſed cadauera eorū iacerēt in ſolitudine. Iuxta Lxx. qui addiderunt de ſuo:Dic tu prior iniqtates tuas, ut iuſtificeris:ad pœnitētiā eos ꝓuocat deus:ut intelligant ſcelera ſua atq; peccata,& ueniā cōſequan-
Prouer.18.c tur.Scriptum eſt eñ et in alio loco:Iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermonis.Principesq; eorum & patres dicūtur domini ſancta uiolaſſe,nō ſeruientes legi dei:ſed traditiones & mādata hominū requirētes:propter quos perijt Iacob, & in opprobriū datus eſt Iſraël:eiectus de ſua ꝓuincia, & totius orbis exul atq; peregrinus.

Cap. XLIIII.

a ET nūc audi Iacob ſerue meus, & Iſraël quē elegi.Hæc dicit dominus: faciēs & formans te ab utero auxiliator tuus. Noli timere ſerue meus Iacob & rectiſſime quē elegi.Effundam eñ aquas ſuper ſitiēntē:& flucta ſuper aridam: effundā ſpiritū meū ſuper ſemē tuū:& benedictionē meā ſuper ſtirpē tuam:& germinabūt inter herbas: quaſi ſalices iuxta præterfluentes aquas. Iſte dicet, domini ego ſum:& ille uocabit in nomine Iacob:& hic ſcribet manu ſua domino: et in nomine Iſraël aſſimilabitur.

Cap. XLIIII.

NVnc autē audi Iacob puer meus, & Iſraël quē elegi.Ego dñs deus,q feci te,& plaſmaui te de uētre:adhuc habebis auxilium.Noli timere puer meus Iacob: & dilecte Iſraël quem elegi:adhuc ego dabo aquā in ſiti qui ambulant in inaquoſo: ponam ſpiritū meum ſuper ſemē tuū:et benedictiōes meas ſuper filios tuos. Et orienť ut in medio aquæ fœnū, et ſicut ſalix iuxta p̄terfluentes aquas. Iſte dicet,dei ſum:iſte clamabit in noīe Iacob.Et alius ſcribet ī manu ſua, dei ſum ego: et in nomine Iſraël clamabit.

Hæc dicit

Cap. XLIIII.

ET nunc audi Iacob &c.) Vbi accuſatur populus Iudæorū ob incredulitatē atq; blaſphemiā, abſq; ulla nominis dignitate,puris appellať uocabu-
Supra.43.d lis:Nō me inuocaſti Iacob,nec laboraſti ī me Iſraël. Et iterū:Dedi ad internicionē Iacob,& Iſraël in blaſphemiā.
G Vbi aūt ad Apl'oꝝ chorū qui ex Iudęis eſt, ſermonē facit,iunguņť & nominū priuilegia:Audi Iacob ſerue meus,& Iſraël quē elegi:ut prima ſit ſeruitus,ſecūda electio.Hæc dicit dñs factor et formator tuus:q ab utero auxiliatus ē tui: ut adhuc in uentre matris plātā fratris arriperes.Siue qui in principio naſcē tis eccleſiæ te de ꝑſecutoribus cōſeruauit.Noli timere crudelitatē eorum ſerue meus Iacob, et rectiſſime quem elegi.Alio noīe Iſraëlē uocat,ישרון eñ uerbū Hebraicū:cæteri εὐθύτατον ſiue εὐθύ, id eſt, rectiſſimū & rectum interp̄tati ſunt:ſoli Lxx. dilectiſſimū, iūgētes de ſuo,Iſrl'.
H Proprie eñ iuxta Hebræos & literarū fidē:Iſraël rect⁹ dei diciť. Vir autē uidēs deū,nō ī elemētis, ſed in ſono uocis eſt.Vnde & liber Geneſeos ap- ישראל
pellatur εὐθέων,id eſt,iuſtorū,Abrahā,Iſaac & Iſraël. Noli igiť timere Iacob & Iſraël:qa effūdā aquas ſup ſitiētē & aridā:de qua ſæpe dictū eſt:Et effundā ſiue ponā ſpm̄ meū ſup ſemē tuū,et bñdictionē meā ſup ſtirpē tuā:quæ ex aqua & ſpū ſctō in baptiſmate renaſcetur.Quā & in euāgelio ſaluator ꝓmiſit, dicēs: Qui ſitit, ueniat ad me & bibat. Statimq; infertur: Ioan.7.f
Hoc aūt dicebat de ſpū ſctō,quē credētes accepturi erāt.Cōparat quoq; in baptiſmate renaſcētes herbis uirētibus,& ſalici quæ iuxta fluētes aquas oriť: & cōtra rerū naturā affert fructus,quę prius ſterilis erat:uel cuius ſemē in cibo ſumptū,ſteriles facit.Qd' quidē in primo pſalmo legiť: Et erit ſicut lignū qd' plantatū eſt ſecus decurſus aquarū:qd' fructus ſuos dabit in tēpore ſuo:& foliū eius nō decidet.Alij inter herbas & renaſcētes ſalices,duplicē uocationem intelligūt:ut in herbis populus nationū ſit:in ſalicibus,hi q ex Iſraël crediderūt. Simulq; deſcribit uarietatē credētiū:Alius dicet:dñi ego ſum, q iuſticiæ opa in ſe eſſe cōfidit:Alius uocabit,ſubaudiť pctōres ad pœnitētiā in noīe Iacob:ut & ipſi ſupplantēt uitia atq; peccata.Alius ſcribet manu ſua,dei ſum. Siue ut Lxx.trāſtulerūt,ἐπιγράψει χειρὶ αὐτοῦ, τοῦ θεοῦ εἰμι. id eſt:Scribet in manu ſua,dei ſum:ut nouo tyrocinio ſeruitutis Chriſti ſe militē glorietur.Et in nomine



A mine Iſraël aſſimilabitur.Nō enim oēs ex Iſraël,ſed magna pars ex gētiū multitudine,in nomine Iſraël aſſimilabitur:ut recipiat legē & ꝓphetas:oēsq; gratias ſpiritus ſancti,quę Iſraël pplo repromiſſæ ſunt.
a ¶Hæc dicit dñs rex Iſ.&c.)Poſt p̄dicationē apoſtolorū:uocationē gētiū,ſaluatoris aduentū,& effuſionē ſpūs ſancti, quē cūctis credētibus daturū ſe eſſe ꝓmiſit: quādo ꝑ uarietate meritorū alius dicit,dñi ego ſum:alius uocabit in nomine Iacob: alius ſcribet manu ſua ſe eſſe dñi: & cum ortus ſit de infideli turba gētiliū,ī nomine aſſimilabitur Iſraël:ut relictis idolis unius dei cultor ſit.Incipit altera περικοπὴ, quā totā ſimul ꝓpoſuimus, ne unius ſenſus diuideremus cōtinē-
B tiā.Et quia Septuaginta in hoc capitulo exceptis paucis uerbis nō diſcrepant ab Hebraico, noſtra æditiōe cōtēti ſumus:qua intellecta, noſcentur & cæteræ.Eſt autē ſermo cōtra illius temporis idololatras:quo Eſaias ꝓpheta uētura populis nunciabat:et arguit eos qui dei omnipotētis religione contēpta,ſimulacris ligneis inclinētur, & adorēt opera manuū ſuarū. Curramus ergo ꝑ ſingula. Hæc dicit dominus rex Iſraël, qui in me crediturus eſt:et redemptor eius, qui filij mei ſuſcipiet aduentum:Dominus exercituum atq; uirtutum,& omnipotens.Hoc enim in Hebraico ſonat צבאות Ego ſum primus, & ego nouiſſimus:ego α & ω: & abſq; me nō eſt deus:quia puer quē elegi,ī me deus
C eſt.De quo ſupra dixi:Ecce puer meus quem elegi: electus meus quē ſuſcepit anima mea:iudiciū gentibus proferet:& in nomine eius gentes ſperabunt. Nec dicit ſe eſſe ſolū:ſed præter uirtutem ſuam atq; ſapientiā nullū eſſe externū deū:deorumq; multoꝝ opinionē,& ſimulacra cōdemnans: Quis,inquit,ſimilis mei eſt? Vocet ea q̄ nō ſunt quaſi ſint:& exponat ordinem creaturæ meæ, qua cūcta ratione librauerim, ex quo feci hominem ſuper terram. Nec hoc ſolū uolo, ſed quæro etiā ſciētiam futurorū. Vnde tu Iſraël,cuius & rex & redēptor ſum, noli timere ſimulacra: q̄ eſſe nihil, in Sina mōte didiciſti. An forſitā creator eſt
D alius,quē ego non nouerim? Aut pręter hūc alter eſt mūdus,qui ignoti dei monſtret potētiā? Neq; uero ea ſolū quæ fiūt, ſed & illi qui faciunt habebuntur pro nihili. Cumq; uindictæ tēpus aduenerit: nequaq; poterunt eos manuū ſuarū opa liberare, quæ cęca & inſenſibilia cōfundūt artifices ſuos.Quis eñ poſſit hoc credere qd' aſcia,lima, & teretro malleoq; formeť deus? Et uel ī prunis ſimulacra fundātur:uel norma,runcina,& angularibus,circinoq; in deos repente cōſurgāt? Præſertim cū famæ & ſiti artificis, artis uilitas demōſtretur.Fit eñ lignea ſtatua,humanam exprimēs ſpeciē:& quāto pulchrior fuerit,tanto deus putať auguſtior.Ponitur in phano, & æterno clauditur carcere,quæ lōgo tēpore creuit in ſaltibus:& pro ua

a Hæc dicit dominus rex Iſraël:& redēptor eius dñs exercituū:Ego primus & ego nouiſſimus:& abſq; me nō eſt deus.Quis ſimilis mei? uocet & annunciet,& ordinē exponat mihi:ex quo cōſtitui populum antiquū:uentura et quæ futura ſunt nō annunciēt eis.Nolite timere,neq; cōturbemini:ex tūc audire te feci:& annūciaui:uos eſtis teſtes mei.Nunquid eſt deus abſq; me:& formator quē ego nō nouerim? Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt,& amātiſſima eorum nō ꝓderunt eis.Ipſi ſunt teſtes eorū:quia nō uident,neq; intelligunt ut cōfundātur.Quis formauit deum,& ſculptile cōflauit ad nihil utile? Ecce omnes participes eius confundentur. Fabri enim ſunt hominibus:conuenient omnes:ſtabunt & pauebunt, & cōfundentur ſimul.Faber ferrarius lima operatus eſt:in prunis & in malleis formauit illud: & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuæ. Eſuriet & deficiet:nō bibet aquā: & laſſeſcet.Artifex lignarius extendit normam:formauit illud in runcina:fecit illud in angularibus:& circino tornauit illud,& fecit imaginē uiri,quaſi ſpecioſum hominem habitantem in domo.Succidit cedros:tulit ilicē: & quercum,quæ ſteterat inter ligna ſaltus.Plantauit pinum quam pluuia nutriuit:& facta eſt hominibus in focum:ſumpſit ex eis, & calefactus eſt:ſuccendit, & coxit panes.De reliquo autē operatus eſt deum, & adorauit: fecit ſculptile,& curuatus eſt ante illud. Mediū eius cōbuſſit igni:& de medio eius carnes comedit.Coxit pulmentum & ſaturatus eſt,& calefactus eſt: & dixit:Vah calefactus ſum:uidi focum. Reliquum autē eius, deum fecit,& ſculptile ſibi:curuatur ante illud,& adorat illud: & obſecrat,dicēs:Libera me:quia deus meus es tu. Neſcierunt neq; intellexerunt.Obliti enim ſunt ne uideant oculi eorum,ne intelligant corde ſuo. Nō recogitant in mente ſua,neq; cognoſcunt,neq; ſentiunt ut dicant:medium eius combuſſi igni:& coxi ſuper carbones eius panes.Coxi carnes, & comedi: & de reliquo eius idolum faciam:ante truncum ligni procidam:pars eius cinis eſt: cor inſipiens adorabit illud:& non liberabit animā ſuā: neq; dicet,forte mendacium eſt in dextera mea.

Memento

E pro uarietate arborū;cedrus & ilex & quercus uel pinus fuit. Mirumq; in modū ſegmēta eius atq; raſuræ mittūtur in focū;ut calefaciāt artificē dei,& coquant diuerſa pulmēta. Pars aūt altera formatur in deū;ut opere cōpleto,adoret illā factor ſuus, & operis ſui imprecet̄ auxiliū;nec intelligit uel recogitat;imò nec carnis, nec mētis aſpicit oculis,ꝙ non poſſit eſſe deus;cuius pars igne cōbuſta eſt,nec hominis manu fieri diuina maieſtas. Pleniusq; ſup irriſione idolorū propheticus ſermo cōtexit;quæ facilis ītelligētiæ ſunt;nec laciniosam,imò ſuperfluā expoſitionē deſiderāt. Sup quo & Flaccus ſcribit in ſatyra deridēs ſimulacra gentium;Olim trūcus eram ficulnus inutile lignū;F Cū faber incertus ſcamnū faceret ne Priapum; Maluit eſſe deum, deus īde ego,furū auiumq; Maxima formido. Quicqd aūt de idolis dictū eſt,poteſt referri et ad hæreſeon principes q ſimulacra dogmatū ſuorum atq; mēdacij, artifici corde cōponūt: & uenerantur ea q̄ à ſe ſciūt eſſe ſimulata. Nec ſufficit eis error ꝓprius,niſi ſimplices quoſq; eorꝝ adoratione deceperint. Qui q̄ſtū putāt eſſe pietatem,& deuorāt domos uiduarū;abutentesq; uulgi imperitia;ita arte dialectica quaſi aſcia, & terebro, lima,& runcina formāt deū ſuū;& cudūt malleo, atq; inaurant ſermonis rhetorici uenuſtate;quorū deus uenter eſt,& gloria in cōfuſione eorum. a ¶Memēto

a HEB. Mēmento horū Iacob et Iſraël;quoniā ſeruus meus es tu;formaui te;ſeruus meus es tu Iſraël; ne obliuiſcaris mei. Deleui ut nubem iniquitates tuas;& quaſi nebulā peccata tua. Reuertere ad me: quoniā redemi te. Laudate cœli; quoniā fecit dominus;iubilate extrema terræ;reſonate mōtes laudationem, ſaltus & omne lignū eius; qm̄ redemit dñs Iacob;& Iſraël gloriabitur. Hæc di- b cit dominus redēptor tuus & formator tuus ex utero: Ego ſum dñs faciens omnia;extēdens cœlos ſolus;ſtabiliens terrā;& nullus mecum. Irrita faciens ſigna diuinorꝝ;et hariolos in furorē uertens; conuertens ſapiētes retrorſum;& ſcientiam eorum ſtultā faciens. Suſcitans uerbū ſerui ſui;& conſilium nunciorum ſuorum cōplēs. Qui dico Hieruſalem, habitaberis; & ciuitatibus Iudæ, ædificabimini; & deſerta eius ſuſcitabo. Qui dico ꝓfundo, deſolare; & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro: paſtor meus es; & omnē uoluntatem meā complebis. Qui dico Hieruſalem, ædificaberis; & templo,fundaberis.

SEP. Memēto horum Iacob & Iſraël;qm̄ puer meus es tu;formaui te puerū meū;& tu Iſraël ne obliuiſcaris mei. Ecce eñ deleui ſicut nubē iniqtates tuas; & ſicut caliginem peccata tua. Reuertere ad me, & redimam te. Lætamini cœli, quoniā miſertus eſt deus Iſraëlis. Canite tuba fundamenta terræ;clamate mōtes læticiā;colles & omnia ligna quæ in eis ſunt: qm̄ redemit deus Iacob;& Iſraël inclytus erit. Sic dicit dominus qui redemit te: & formans te ex utero. Ego dñs, qui compleo omnia: extendi cœlū ſolus;& formaui terrā. Quis alius diſſipauit ſigna phythonum: & diuinationes de corde: qui auerto prudētes retrorſum;& cōſilium eorꝝ ſtultum facio. Et ſtatuo uerbū pueri mei;& cōſilium angelorum eius uerum probo. Qui dico Hieruſalem, habitaberis;& ciuitatibus Iudę,ædificabimini;& deſerta illius orientur. Qui dico abyſſo, deſolaberis: & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro, ut ſapiat, & omnes uolūtates meas faciat;qui dico Hieruſalē, ædificaberis;& domū ſanctam meam fundabo.

Hæc di

G horū Iacob &c.) Cū hæc ſe ita habeāt,& idola hominū ſcias eſſe figmēta,ò Iacob & puer meus Iſraël;ne obliuiſcaris creatoris tui,tibiq; ipſi iniuriā facias,ut incurueris operi manuū tuarū. Quæ qa in aduētu pueri mei,quē elegi,penitus deſtruēda ſūt;ꝓpterea tota mētis auiditate cognoſce;quod ſicut nubes & caligo, & nebula; uel ſolis calore diſſoluit̄;uel uēto raptā te tenuat̄;ita iniqtates tuas & uniuerſa pctā quibus prius me offenderas, diſſolui faciā. Tu tātū reuertere ad me & age pœnitentiā;qa redimendus es ꝑcioſo ſanguine. Quod ſi feceris;ſcias in ſalute tua cœlos terrāq; lætari;& oīa elemēta cōcinere. Siue angelos q morātur ī cœlis;& alias poteſtates,quibus terræ fundamenta H portant̄. Vel certe Apl'os & ꝓphetas de qbus loquebat̄ & Apl'us: Ephe.2.d Aedificati ſup fundamētū aplorꝝ & ꝓphetarū. Mōtes quoq; & ſyluæ ſiue colles qꝓ uarietate uirtutū prima & media loca & ultima poſſederūt,iubētur iubilare & tuba canere;ſciētes quod redemerit dñs Iacob: & in Iſraël cōuerſiōe lætet̄;ſiue ipſe Iſraël ab errore cōuerſus,īclytus fiat. b ¶Hæc dicit dñs redē.&c.) Deſtructis idolis & iniqtatibus Iſraël peccatisq; deletis; qñ oīs ſimul creatura gaudebit;& iuxta euāgelij fidem ſuper pœnitentia peccatorū angeli lætabūtur in cœlis. Deſcribitur potētia dei, ꝙ nequaq̄ ei grande ſit redimere Iacob;& Iſraël inſtaurare cor rectum,quē formauit



a HAec dicit dominus Cap. XLV. Chriſto meo Cyro; cuius apprehendi dexteram;ut ſubijciā ante faciem eius gētes, & dorſa regum uertam;& aperiā coram eo ianuas;& porte non claudentur. Ego ante te ibo;& glorioſos terræ humiliabo;portas æreas cōteram,& uectes ferreos cōfringam. Et dabo tibi theſauros abſcōditos;& arcana ſecretorū;ut ſcias quia ego dñs, qui uoco nomen tuum deus Iſraël. Propter ſeruū meum Iacob,& Iſraël electū meum;& uocaui te nomine tuo;aſſimilaui te,& nō cognouiſti me. Ego dñs,& nō eſt amplius; extra me nō eſt deus;accinxi te,et nō cognouiſti me. Vt ſciāt hi qui ab ortu ſolis & qui ab Occidēte;quoniam abſq; me non eſt deus. Ego dominus, & non eſt aliter. Formans lucem,& creās tenebras;faciēs pacem, & creans malum;Ego dominus faciens omnia hæc.

A formauit ex utero. Et ſi hoc alicui nō paruū uideat̄; non ſit illi difficile qui extenderit cœlos ſolus. Iuxta Pſal.103.a quod alibi legit̄;Qui extēdit cœlū quaſi pellē. Non Ioan.1.a quo filius excludatur ab extēſione cœlorū. Omnia enim per ipſum facta ſunt;& ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt;ſed quo, ut ſæpe diximus,ꝑ hanc ſetentiā excludātur idola. Nam & in prouerbijs Salomonis ex perſona Chriſti dei uirtutis deiq; ſapientiæ dicitur: Prouer.8.c Quādo parabat cœlum, Pſal.32.b ego erā cum eo. Ipſe eñ dixit,& facta ſūt;ipſe mādauit, & creata ſunt. Et: Ibidem. Verbo dñi cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorū. Hæc frequēter ingerimus, ne ulla blaſphemandi Chriſtū hæreticis occaſio relinquatur. In ſtabilitate quoq; terræ,quādo illius fundamēta ſolidabat,nullus erat cū deo,præter eū qui erat in eo. Iſte igitur tātus ac talis,cū præfiniti myſterij tēpus aduenerit;ut cūcta idola deſtruātur, B & dei ſolius noticia prædicetur in mundo;omnia uaticinia diuinorū,& phythonum & hariolorꝝ ſigna atq; portēta,quibus humanū deceperūt genus, deſtruet atq; ſubuertet: & ſapientiā philoſophorū,quæ & ipſa erroris pars maxima eſt,ſtultā eſſe mōſtrabit;dum nequaq̄ humanis cogitationibus,dei ꝓbantur cōprehēdiſſe ſapiētiam. Qui etiā uerbū pueri ſiue ſerui ſui;de quo ſupra diximus;& conſiliū nunciorū eius, rebus explebit;Apoſtolorum ſcilicet omniumq; doctorum, qui uolūtatem magiſtri ſui gētibus nunciabūt. Ipſe ergo qui eſt tāta facturus,cuius potētiam breui ſermone deſcripſi;etiā ad Hieruſalem;quæ deſtruēda erit à Babylonijs nūc dicit anteq̄ deſtruatur, quod rurſum habitetur à populis & ciuitatibus Iudææ, quod inſtaurent̄;qui & ſolitudines illius ſuſcitabit, ut oīa cultoribus impleātur. Qui igitur dicit Hieruſalem & Iudææ & deſertis eius, quod habitetur & ædificetur & ſuſcitet̄;hic dicit ꝓfundo ſiue abyſſo,id eſt,Babyloni;deſolare,& flumina tua arefaciā, omnē regum potētiam. Siue quia profudū & abyſſum dixerat, recte per trāſlationem & flumina po- Pſal.136. ſuit;de quibus & pſalmiſta decantat;Super flumina Babylonis ibi ſedimus & fleuimus. Et qui Hieruſalem inſtaurat, & Babylonem deſtruit. Dicit quoq; Cyro regi Perſarum,qui primus deſtruxit Babylonem atq; Chaldæos;paſtor meus es;ſiue ut Septuaginta tranſtulerūt,ut ſapiat. Cuius differētiæ cauſa manifeſta eſt. Verbum enim Hebraicum רעי ſi per C ר literam legamus;intelligitur, paſtor meus. Si per ד,ſciens uel intelligens meus;quarū ſimilitudo paruo apice diſtinguitur;ac per hoc ſæpe cōfunditur. Scriptū eſt in Eſdræ principio,quod ad edictū Cyri regis Perſarum atq; Medorū,populi Iſraël ſit laxata captiuitas;et remiſſi in Hieruſalē, qui redire uoluerunt ſub Zorobabel filio Salathiel, & Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno. Huic eñ dñs inſpirauit ut ſuā faceret uoluntatem,& illius præcepta cōpleret. Signāterq; addidit;qui dico Hieruſalē ædificaberis,& tēplo fūdaberis. Sub Cyro eñ iuſſum eſt, ut ædificaret̄ Hieruſalē & tēplū cuius tātū illo uiuēte iacta ſunt fundamenta. Cæterū ſub Dario,anno illius ſecundo;ꝓphetātibus Aggæo & Zacharia tēplū ædificari cœptū eſt. Ca.XLV. HAec dicit dominus Chriſto meo Cyro,cuius apphēdi dexteram &c.) Scio in hoc capitulo nō ſolum Latinorum,ſed & Græcorū plu- D rimos uehementer errare,exiſtimantium ſcriptum eſſe;Sic dicit dominus Chriſto,meo domino;ut intelligatur,iuxta illud quod alibi legimus;Pluit do- Pſal.109. minus à domino. Et;Dixit dominus domino meo. Neq; enim κυρίῳ, quod dominū ſonat;ſed Cyro dicitur,qui Hebraice appellatur כורש regi Perſarū;q Babylonem Chaldæosq; ſuperauit. Et iunctis Medis,agitator bigæ,id eſt, cameli & aſini, ſupra legitur. Iſte appellatus eſt Chriſtus;id eſt, unctus domini;quod erat inſigne apud Hebræos regiæ poteſtatis;ut quomodo apud nos diadema & purpura ſolis imperatoribus datur;ſic apud Hebræos regnaturi perfundebantur unguēto. Vnde & Saul Chri- 1.Reg.6.b ſtus domini dicitur. Et in pſalmis legimus;Nolite Pſal.104.b tangere chriſtos meos; & in prophetis meis;nolite malignari. Huius dexteram apprehendit & tenuit, ut nullus fortitudini eius ualeret reſiſtere; Legamus Xenophontis octo librorum Cyri maioris hiſtoriam,& prophetiam Eſaiæ cernemus expletam. Quæ eñ ciuitas illi nō patuit? quis nō regum terga ſubiecit? Qui muri prius inexpugnabiles, nō illius obſidiōe ſubuerſi ſunt? Vnde ad ipſum Cyrū deus apoſtropham facit; Dedi tibi theſauros,& abſconditas opes cunctarum urbium,ut qui prius colebas idola,beneficijs unum ſentires deū;præſertim cum ſcias,multo anteq̄ naſcereris tuum nomē eſſe prædictum. Quod quidē & Ioſephus in undecimo Iudaicæ antiquitatis uolumine refert, legiſſe Cyrum ab Eſaia

E ab Eſaia de ſe certo uaticinatum nomine:& idcirco Iudæos quaſi dei familiares plurimũ dilexiſſe. Hæc autem, inquit, tribui tibi propter Iacob ſeruũ meũ: & Iſraël electum meum. Et uocaui te nomine tuo: ſicut uocaui Abraham, Iſaac & Iacob:& multo ante prædixi, ut Iſaac & Ioſiã: ne putareris ille eſſe Chriſtus, cui aſſimulatus es:& in cuius typum & imaginem præceſſiſti. Tu autem nõ cognouiſti me:id eſt: ſimulacra coluiſti, non deum. Accinxi te fortitudine; multarum gentium feci eſſe uictorem:& non cognouiſti auxiliatorem tuum. In quo loco ſatis mirari nequeo, quæ ſtulticia ſit legentium:ut hæc ad Chriſtum referant:per quem mundus reconciliatus eſt deo. Ego, ait dominus, & non eſt amplius extra me. Præter ſermonem quippe atq; rationem uirtutemq; meam & ſapientiam, quæ in me eſt:nullus eſt alter deus. Et hæc feci, ut ab Oriente & Occidẽte omnis orbis agnoſcat, nullum eſſe alium abſq; me deum. Ego dominus, & nõ eſt alter. Pater enim in filio, & filius in patre. Qui loquitur in Euangelio:Ego & pater unum ſumus. (Ioan.10.f) Et in Eſdræ uolumine poſitum eſt:ſcripſiſſe Cyrum ad omnes gentes, nullum eſſe deum, niſi ſolum deum Iſraël. Siue ita intelligendum, quod captiuorum laxatio, & dei in populum ſuum clementia, cunctis gentibus deum fecerit notiorem. Qui igitur tibi dedi fortitudinem & ſolus deus ſum:ipſe res inter ſe contrarias facio: lucem & tenebras, id eſt, diem & noctem: pacem & F malum, hoc eſt, ocium & bellum: per quæ ſignificat & iratum fuiſſe ſe populo ſuo; quando tenebras captiuitatis, malaq; ſuſtinuit ſeruitutis. Et rurſum miſertum: quando remiſſi in patriam, pacem & gaudium receperunt. Quomodo enim luci contrariæ tenebræ ſunt: ita paci contrarium bellum eſt. Vnde

G confundatur hæreſis, quæ malorum arbitratur cõditorem deum. Cum hic malum non contrarium bono, ſed pro afflictione ponatur & bello; ſecundum illud quod in Euangelio ſcriptum eſt:Sufficit diei malicia ſua. Poſſumus iuxta Tropologiam hęc (Tropolo.) & de eccleſiaſtico uiro dicere; cui deus dedit ſermonem atq; ſapientiam:ut omnes ſectas contrarias ueritati, ſua diſputatione ſubuertat. Sicut & de Stephano ſancta ſcriptura commemorat (Act.6.c):quod nullus potuerit reſiſtere ſapientiæ eius: & ut reges, id eſt, patriarchas ſingularum hæreſeon, ſuæ ſubijciat poteſtati:& aperiat atq; cnnfringat, quod prius uidebatur dialectica arte concluſum, & in medium proferat arcana hæreticorum: ſuperans eos atq; conuincens: ut Chriſti ſecreta cognoſcant:in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Iſtiuſmodi uirum uocat deus ex nomine ſuo; quia defenſor eſt pueri eius Iacob & electi illius Iſraël. Hunc ſuſcipit, & aſſimilat ſermoni ſuo: qui cauere debet ne ſuum putet eſſe quod loquitur:ſed omnia ad datoris referat gloriam: ne & ipſe mereatur audire; Accinxi te, & non cognouiſti me. Cum enim inſtructus armatura Apoſtoli:omnes docuerit nõ eſſe alium deum niſi unum, qui ſit Iacob & Iſraël deus; confundetur Marcion, duos deos intelligens: unum bonum, & alium iuſtum:alterum inuiſibilium, alterum uiſibilium conditorẽ. E quibus prior lucem faciat, ſecundus tenebras:ille pacem, hic malum: cum utrunq; pro diuerſitate meritorum unus H deus idemq; condiderit.

Commentarij duodecimi in Eſaiam prophetam Finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVMDECIMUM COMMENTARIORUM Eſaiæ ad Euſtochium procemium.

MVlti caſus opprimunt nauigantes. Si uehementior flauerit uentus, tempeſtas formidini eſt. Si aura moderatior ſumma iacentis elementi terga criſpauerit: piratarum inſidias pertimeſcunt. Atq; ita fit, ut fragili animæ ligno creditæ, aut metuãt periculum, aut ſuſtineant: quorum utrunq; altero grauius eſt:uel mortem timere perpetuo, uel quam timueris ſuſtinere. Hoc mihi in Eſaiæ pelago nauiganti accidere uideo. Dum enim inoffenſo curſu uela tenduntur: & ſecuris nautarum manibus, ſulcans æquoris campos carina delabitur: ſubito clangoris turbo conſurgens, tantis undarum molibus & colliſorum inter ſe fluctuum fragore reſonante, pauida amicorum corda perterruit: ut dicere cogerentur: Magiſter, ſaluos nos fac, perimus. Quamobrem Euſtochium, in toto orbe terrarum unicum nobilitatis & uirginitatis exemplum, non ſileat pupilla oculi tui: clamaq; in corde, Abba pater. Et cum pſalmiſta loquere: Exurge, ut quid dormis domine: ut iniunctum in Eſaiam opus, te orante, & Chriſto miſerante perficiam. Iam enim tertiuſdecimus explanationum liber cuditur; qui necdum peruenit ad calcem. Et interim donec miſericors & miſerator dominus, patiens & multarum miſerationum, reddat priſtinam ſanitatem. Hanc præfatiunculam tumultuario ſermone dictaui; ut quæ habentur in ſchedulis deſcribantur; & plena emendatio lectoris iudicio reſeruetur.





## A COMMENTARIORVM HIERONYMI in Eſaiam prophetam liber decimuſtertius.

a ROrãte cœli deſuper et nubes pluãt iuſtum: aperiatur terra & germinet ſaluatorem; et iuſticia oriatur ſimul; ego dominus creaui eum. Væ b qui contradicit fictori ſuo: teſta de Samijs terræ. Nũquid dicit lutum figulo ſuo quid facis:& opus tuum abſque manibus eſt? Væ qui dicit patri, quid generas: & mulieri, quid parturis? Hæc dicit dominus ſanctus Iſraël plaſtes eius uentura: interrogate me ſuper filios meos, & ſuper opus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram: & hominem ſuper eam creaui ego; manus meæ tetenderunt cœlos: & omni militiæ eorum mandaui.

LAetetur cœlũ deſuper, & nubes ſpargãt iuſticiam. Germinet terra:& oriatur miſericordia & iuſticiam germinet ſimul: ego dñs qui creaui te. Quid melius feci q̃ lutum figuli? Nunquid arans arabit terram? Nũquid dicet lutum figulo, quid facis: quoniam non operaris nec habes manus? Væ qui dicit patri, quid generas:& matri q̃d parturis? Sic enim dicit dominus deus ſanctus Iſraël qui fecit uentura. Interogate me de filijs meis, & de operibus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram & hominem ſuper eã: Ego manu mea firmaui cœlum: ego omnibus ſtellis mandaui. Ego

ROrate cœli deſup & nub. pluãt &c.) Duplex huius loci interpretatio eſt. Quidã enim putant hærere ſuperioribus quæ dicunt̃, & Cyro rege laxãte captiuos cœlum terrãq; lætari: μετωνυμικῶς, ꝓ eo q̃d eſt, illos qui in cœlo morãt̃ & terra. Alij à ſuꝑioribus ſeparãt, et ꝓprium capituli huius uolunt eſſe principiũ, ac de aduẽtu dñi ꝓphetari, q̃d imperetur nubibus, de q̃bus ſupra ſcriptũ eſt (ſupra.5.b): Mãdabo nubibus ne pluant ſuꝑ eã imbrem, id eſt, uineã Iſraël: & ad quas peruenit ueritas dei, ut pluant mũdo iuſtũ ſiue iuſticiã: terraq; aperiatur & germinet ſaluatorẽ. De qua B in pſalmis canitur (Pſal.84.b): Veritas de terra orta eſt, & iuſticia de cœlo ꝓſpexit. Siue iuxta Lxx. Terra miſericordiã & iuſticiã pariter germinauit, ut & peccatores miſericordiã, & iuſti præmia cõſequãtur. Quodq; ſequit̃:Ego dñs creaui eũ:uel:ego dñs qui creaui te. Nõ ſcãdalizabit̃ ad nomen creaturæ, qui illũ uermẽ ac ſeruũ & germinatũ legerit eſſe de terra. b ¶Væ qui contrad. fict. &c.) Qui ad Cyri perſonã uolũt referre quæ dicta ſunt, ſic locũ iſtũ interpretãtur. Me ingentia pollicẽte, quod ꝓpter reuerſionẽ populi mei in Iudæam, oĩa Cyro regna ſubſternã: Væ ei qui incredulus eſt & nõ putat uentura quæ dico: quaſi ſi lutũ & teſta cõfracta calũnietur figulũ ſuum; quare facta, uel cur ita facta ſit:& opus cõtra artificis loquatur manus:& patrẽ ac matrem calumnietur filius: cur in terrã naturæ lege ꝓfuſus ſit. Cũ igitur ego dñs ſanctus Iſraël plaſmauerim Cyrũ & mea iuſſiõe generatus ſit: ſuperfluũ facitis ambigere de futuris: quin potius noſſe debetis: quod filios meos, populũ Iſraël:& opus manuũ mearũ, nõ ueſtro arbitrio, ſed mea uolũtate diſpenſem, ut qui prius eis tenebras & malũ creaui: nũc lucem & pacẽ tribuã. Ego eñ ſum deus: qui nõ inuacuũ creaui terram, ut eſſet deſerta & ſqualida: ſed ut C homines habitarent in ea. Ego extẽdi ſiue firmaui cœlos, ut angelorũ eſſent habitaculũ. Stellarũq; eos uarietate diſtinxi:& imperaui ſingulis quo currerent ordine, & dierũ ac menſiũ annorumq; diuerſa ſpacia cõplerent. Qui igitur cœlũ feci & terrã: quid magnũ eſt ſi unũ regẽ creauerim q̃ mea mãdata cõſeruet:& omnes uias illius dirigam? Ipſe eñ iuſſurus eſt, ut ædificetur ciuitas mea Hieruſalẽ, & captiui redeant in Iudæã: Nõ ob preciũ neq; munera, ſed ob meã uolũtatem: dicit dñs deus exercituũ. Qui aũt cœptã ad Chriſtũ refert intelligẽtiã: ſic explanationis ſuæ uerba moderatur. Væ eis qui cõtradicunt deo, & Chriſtũ nõ putant eſſe uenturũ, quaſi lutũ & teſta de teſtis cõtradicat figulo ſuo. D Væ q̃ dicit omnipotẽti patri, quare tu generas filiũ, & mulieri ſanctæ Mariæ, q̃d parturis? De qua ſcribit & Apoſtolus (Gal.4.a): Quod Chriſtus factus ſit de muliere: factusq; ſub lege. Hæc ergo dicit dñs ſanctus Iſraël; qui plaſmauit in uirginali utero ſaluatorẽ dicẽs per Gabrielem (Luc.1.d): Spiritus ſanctus ueniet ſuper te:& uirtus altiſſimi obũbrabit tibi, q̃d aũt naſcet̃ in te ſanctũ, uocabitur filius dei. Interroget me teſta:& futurorũ ſecreta perquirat: Et pręcipiat mihi quomodo adoptiuos filios qui in meũ filiũ credituri ſunt debeã regere. Dicit & euãgeliſta Ioãnes (Ioan.1.d): Quotquot eũ receperũt: dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri. Sin autẽ ego feci terrã, ut habitaretur ab hominibus:& cœlos extẽdi deſuper, & eos aſtrorũ uarietate decoraui, ut morarẽtur in terra cultores dei: Quid mirum ſi filiũ meũ, iuſtum regẽ miſerim mundo: ſiue ab inferis ſuſcitauerim: cuius omnes uiæ rectæ ſunt? Peccatũ eñ nõ fecit: nec dolus inuentus eſt in ore eius (1.Pet.2.d): Qui ædificet ciuitatẽ meam ſuper petrã (Matth.16.c): aduerſum quã portæ inferi nõ præualeãt:& quæ in mõte poſita, latere non poſſit (Ibid.5.b). Dæmoniacisq; prius uinculis alligatos, oẽs dimittat liberos: non in precio neq; in muneribus: Gratis eñ ſalui facti ſumus: audiẽtibus Apoſtolis atq; facientibus (Matth.10.a): Gratis accepiſtis, gratis

E date. Nōnulli hæc ad Zorobabel referūt, q eduxit captiuos de Babylone, & ædificauit ciuitatē; & extruxit tēplū, ꝓphetātibus Aggæo & Zacharia, atq; dicētibus: Manus Zorobabel fundauerūt domum iſtā, & manus eius cōplebūt eā. *Zach.4.e* Sed nos rectius dicimus & uerius, nec Cyrū ædificaſſe ciuitatē quæ poſtea extructa eſt ſub Neemia; nec omēs uias eius fuiſſe directas. Cui ſupra dictū eſt: Aſſumpſi & accinxi te, & nō cognouiſti me, *Supra eo.* & Zorobabel ſtatū, qui ſub nutu ac poteſtate Medorū fuit atq; Perſarū, omīa quæ dicūtur excedere. Neq; eñ Zorobabel extruxit ciuitatē; nec captiuitatē dimiſit; nec rex appellari pōt, qui ſub alijs uiuens regibus, hoc noīe caruit. Quid ſibi aūt uelit Lxx. F q in principio huius capituli trāſtulerūt: Quid melius feci q̃ lutū figuli? Nūquid qui arat, arabit terrā? ſcire nō ualeo; niſi forte Theodotionis ſequar editionē, qui ꝓ hoc poſuit: Væ ei qui cōtendit cōtra factorē ſuū, arans arantis terrā, quod ſcilicet uulneret in pœnitētia corda mortaliū, & in morē ſulcorum ea ſubruat atq; ſubuertat. Sed & hæc friuola interpretatio eſt. Porrò quod figulus, hoc eſt, creator noſter & factor, appellet deus, & apoſtolus Paulus *Rom.9.d* in epiſtola loquit ad Romanos: Nūqd dicit figmētum ei qui ſe finxit; qd me feciſti ſic? An non habet poteſtatē figulus luti, ex eadē maſſa facere, aliud quidem uas in honorē, aliud uero in contumeliā? Et in *Hiere.18.a* Hieremia ꝓlixius ſcribitur, qui narrat poſt cætera: Deſcēdi in domū figuli, & ecce ipſe faciebat opus in rota, & diſſipatū eſt uas quod faciebat in manibus ſuis. Rurſumq́ fecit ex eodem luto aliud uas, ſicut placuit in cōſpectu eius. Et factus eſt ſermo dñi ad me dicēs: Si nō poſſum ſicut iſte figulus facere uos domus Iſraël, dicit dñs? Ecce ſicut lutū ī manu figuli; ſic uos eſtis in manibus meis domus Iſraël. Illudq́ quod ſcriptū eſt: ego omnibus ſtellis præcepi: occaſionem quibuſdā tribuit, quod aſtra rationalia ſint, & animā ſenſumq́ habeāt. Neq; enim, aiunt, præciperet, niſi intelligētibus: nō recordātes quod ī Iona G ſcriptū ſit: Præcepit dñs ſpiritui cōburenti. *Ione.4.c* Et rurſum: Præcepit uermi matutino. *Ibidem.* Et quod in euāgelio ſaluator uētos & mare increpauerit, *Luc.8.d* in qbus ſenſum atq; rationem nō eſſe, perſpicuū eſt.

HEB. Ego ſuſcitaui eū ad iuſticiam: & omnes uias eius dirigam. Ipſe ædificauit ciuitatē meā: & captiuitatem meā dimittet: nō in ꝑcio neq; in muneribus: dicit dominus deus exercituum. a Hæc dicit dominus: Labor Aegypti & negociatio Aethiopiæ, & Sabaim uiri ſublimes ad te tranſibūt, & tui erūt: poſt te ambulabunt: uincti manicis pergent: & te adorabunt: teq́; deprecabūtur: tātū in te eſt deus, & nō eſt abſq; te deus. Vere tu es deus abſconditus: deus Iſraël ſaluator. Confuſi ſunt & erubuerunt omnes: ſimul abierunt in confuſione fabricatores errorum. Iſraël ſaluatus eſt in domino ſalute æterna: non confundemini et nō erubeſcetis uſq; in ſeculum ſeculi.

SEP. Ego ſuſcitaui eū cum iuſticia regē: oēs uiæ illius rectæ. Ipſe ædificabit ciuitatē meā, & captiuitatē populi mei cōuertet: nō cum precio neq; cum muneribus: dixit dominus deus ſabaoth. Sic dicit dominus ſabaoth: Laborauit Aegyptus, et negociatio Aethiopum & Sabaim: uiri excelſi ad te trāſibūt, & tui erūt ſerui, & te ſequētur uincti manicis, et trāſibunt ad te, & adorabunt te: & in te orabūt: qm̄ in te deus eſt, & non eſt deus abſque te. Tu enim deus es, et neſciebamus: deus Iſraël ſaluator: cōfundantur & erubeſcāt omēs aduerſarij eius, & ambulent in cōfuſione. Innouamini ad me inſulę: Iſraël ſaluatur à dño ſalute æterna: nō cōfundēt neq; erubeſcēt uſq; in æternū. Sic dicit

a ¶Hæc dicit do. Labor Aegy. &c.) Et ī hoc loco qui ſequūtur hiſtoriā, dicūt Aegyptū & Aethiopes gentesq́ Sabaim, quæ trans Aethiopiam eſt; ſeruiſſe Cyro, & ei gētes ultimas fuiſſe ſubiectas; atq; ex mirabili intellexiſſe uictoria, qđ in eo eſſet dñs, & nō eſſet alius præter eū qui in illo habitaret deus. Sed hoc quod ſequit: Vere tu es deus abſconditus, deus Iſraël ſaluator: quo H modo poſſint Cyri perſonæ cōuenire; nō intelligo: Niſi forte Theodotionis utātur æditione; qui trāſtulit, in te eſt fortis, & non eſt alius præter eū deus: Propterea tu fortis abſconditus deus Iſraël ſaluator. Quocunq; ſe uerterint, nō ualebūt laqueos ueritatis effugere. Fac eñ eſſe in Cyro deū, & nō eſſe alium præter eū qui ſit in Cyro deus, quomodo Cyri perſonæ dici conueniet: Vere tu es deus abſcōditus, deus Iſraël ſaluator? Ergo deus ī quo eſt deus: dñs noſter Ieſus Chriſtus rectius intelligit et uerius: qui in euāgelio loqtur: Ego & pater unū ſumus. Qui deus appellatur abſcōditus ꝓpter aſſumpti corporis ſacramētum, & deus Iſraël ſaluator, quod interpretatur Ieſus. Hic enim iuxta angelū Gabrielē ſaluabit populū ſuum. *Matth.1.d* Cōfuſi ſunt & erubuerunt omnes ſimul, ſcribæ uidelicet & phariſæi. Et abierūt in cōfuſiōe fabricatores erroris: qui in toto mūdo diſſeminauere mēdacium, ut eum dicerēt ab Apoſtolis furto eſſe ſublatum. *Matth.28.* Iſraël autē ſaluatus in dño ſalute æterna, Apoſtolorꝫ intelligitur chorus, & hi qui per Apoſtolos crediderūt. Vnde dicitur ad eos: Nō cōfundemini neq; erubeſcetis: nō ſolū in præſenti ſeculo, ſed & in futuro. Seruiſſe autē ei Aegiptum, & Aethiopas & Sabaim



A Sabaim, excelſos uiros atq; ſublimes: nemo dubitat, cum ei mundū uideat eſſe ſubiectū, & ex paucarum nomine nationū, quæ habitant in extremis finibus terræ: cūctos cœlorꝫ cardines & omīa terræ littora, ei creditura perſpiciat. Vnde pulchre quaſi laborātibus in errore idololatriæ, ceſſare labor Aegypti nominat. Nulla eñ gēs ita idololatriæ dedita fuit, & tam innumerabilia portēta uenerata eſt, q̃ Aegyptus, de qua ſupra legimus: *Supra.19.a* Ecce dñs aſcēdet ſuꝑ nubē leuē, & ingredietur Aegyptū, et mouebūtur ſimulacra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabeſcet in medio eius. Porrò qđ in Lxx. additū eſt: Innouamini ad me inſulæ: ſic exponere poſſumus, ut dicamus eccleſias de gētibꝰ cōgregatas B innouari in Chriſto, & appellari inſulas, quod perſecutorꝫ rabiē ꝓcellasq́ ſuſtineāt, & fūdatæ ſupra petrā, nulla turbinū mole quatiātur. Hebræi ſtulta cōtentione nitūtur aſſerere, uſq; ad eum locū ubi legit: Tātū in te eſt deus, & nō eſt abſq; te deus: uel ad Hieruſalē, uel ad Cyrū dici. Hoc aūt quod ſequitur: Vere tu es deus abſcōditus, deus Iſraël ſaluator: Subito ad omnipotētem deum apoſtrophā fieri, cū etiā ſtultis perſpicuū ſit, unū cōtextum eſſe ſermonis: nec poſſe ſenſum diuidi qui in ipſo narrationis ordine & ratione cōiunctus eſt. a ¶Quia hæc dicit do. cr. cœlos &c.) Vocatis Aegypto & Aethiopia, & Sabaim uiris excelſis: per quæ mōſtratur ſalus uniuerſarum gentium barbararū, & totius mundi ad deum cōuerſio: oſtēdit deus iuſticiam ſuā, quod non ſolum Iudæorū ſit dñs, ſed & gentium. Ipſe enim cœli factor & terræ, æqualiter omniū deus eſt, & nō ob aliā cauſam creauit terrā, niſi ut hominū eſſet habitaculum: qui ſuū adorarent & intelligerēt creatorē, & idola uniuerſa cōtemnerēt. Nā & in mōte Sina, de excelſo eius uertice hæc audientibus populis eſt locutus: Nō erunt *Exod.20.a* tibi dij alieni abſq; me; nec facies tibi idolū. Sed melius, ut hoc dictū de euangelica prædicatione credamus: C Moyſes enim in abſcōdita ſolitudine, uni tātū locutus eſt populo. Apoſtolorū autē ſonus in uniuerſum orbē exijt, & uerba eorū uſq; ad terræ terminos ꝑuenerūt. *Pſal.18.a* Nō dixi, inquit, ſemini Iacob fruſtra q̃rite me. Cœlorū eñ illis regna ꝓmiſi; & primū ad eos locutus ſū: Nō ueni niſi ad oues perditas domus Iſraël. *Matth.15.e* Et idcirco locutus ſum iuſticiā, & annūciaui recta ſiue ueritatem, ut imaginibus legis et ceremonijs derelictis, ſequerent euāgelij ueritatē. Sed quia illi credere noluerūt, & indignos ſe iudicauerunt ſalute; ꝓpterea dico gētibus: Cōgregamini de toto orbe; & uenite & accedite ad me ſimul qui ſaluati eſtis ex gentibus. Per qđ oſtēdit, nō ſtatim omēs D gētes eſſe credituras, ſed paulatim et per partes. Deniq; corripit eos qui in errore priſtino permāſerūt, dicēs: Neſcierunt qui leuant lignum ſculpturæ ſuæ, & rogāt deum nō ſaluātem. Et eſt ſenſus: Nō intellexerunt ſermones meos, ſimulacrorum ſuorū onere prægrauati; & ſperātes in eis quibus nulla eſt ſalus. Vnde apoſtolis præcipit, ut opportune importune annūciēt ueritatē, & ineāt cōſilium ſalutis gētiū. *2.Tim.4.a* Hoc autē, id eſt, ut cōgregarentur & uenirēt ex gētibus plurimi qui ſaluarentur, ab initio locutus eſt deus, & cunctorum ꝓphetarum ora cecinerunt qui ſermone dñi loquebantur, præter quem nullus eſt alius. Filius eñ nō abſq; eo, ſed in eo deus eſt. Pulchreq́ iungit: deus iuſtus: nequaq́ unius gentis, ſed uniuerſi mūdi: cui loquitur. Cōuertimini ad me, & ſalui eritis oēs fines terræ. Impleto illo quod pater filio repromiſit: Poſtula à me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & poſſionē tuā terminos terræ: *Pſal.2.b* Iuratq́ per ſemetipſum, qm̄ ſentētia oris ſui & uerbū quod protulit ſemel ſuper ſalute gētium: nequaq́ irritum fiat, ſed repromiſſio eius opere cōpleatur, dicentis ſupra: Cōuertimini ad me & ſalui eritis omēs fines

a HEB. Quia hęc dicit dñs, creās cœlos ipſe deus: formans terram & faciens eā ipſe plaſtes eius: nō inuanum creauit eam, ut habitetur formauit illam: Ego dñs, & non eſt alius. Non in abſcōdito locutus ſum: in loco terræ tenebroſo nō dixi ſemini Iacob: fruſtra quærite me: Ego dominus loquens iuſticiam: annūcians recta. Cōgregamini & uenite & accedite ſimul qui ſaluati eſtis ex gētibus: neſcierunt qui leuant lignū ſculpturæ ſuæ, & rogant deum nō ſaluātem. Annunciate et uenite & cōſiliamini ſimul: quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixi illud. Nunquid non ego dominus, & non eſt ultra deus abſq; me? deus iuſtus & ſaluans nō eſt præter me. Cōuertimini ad me & ſal-

SEP. Sic dicit dñs qui fecit cœlum: iſte deus qui oſtēdit terrā & fecit eā, ipſe parauit eam: nō inuacuū fecit eam, ſed ut habitaretur plaſmauit eam. Ego ſum dñs & non eſt ultra. Non in abſcōdito locutus ſum neq; ī loco terræ tenebroſo. Nō dixi ſemini Iacob, uanū quærite: ego ſū dñs qui loquor iuſticiam: annūcio ueritatem. Congregamini & uenite, & cōſulite ſimul qui ſaluamini de gētibus: nō cognouerunt qui portant lignum ſculpturæ ſuæ: orant deos nō ſaluantes. Si annunciant, appropinquent ut ſciant ſimul: qs audita fecit hæc ab initio, tunc annunciatum eſt uobis. Nōne ego dominus deus, & non eſt alius abſque me: iuſtus & ſaluans nō eſt præter me. Cōuertimini ad me & ſalui eritis

E terræ. Iurat autē ſecundū Apoſtolū: ut per duas res
Hebr.6.d immobiles, in quibus impoſſibile eſt mētiri deū, fir-
mā cōſolationē habeamus: ſed & hoc iurat, qđ ido-
Philip.2.b lis derelictis: omne genu ei flectatur: cœleſtiū, terre-
ſtriū, & infernorū, & omis per illū iuret lingua mor
taliū in quo perſpi
cue ſignificat̃ po-
pulus Chriſtianus.
Moris eſt ēm eccle
ſiaſtici, Chriſto ge-
nu flectere. Quod
Iudæi, mētis ſuper-
biā demōſtrantes,
omnino nō faciūt.
Sed & omis lingua
cunctarū gētiū bar
bararum, nō in ſy-
nagogis, ſed ī Chri
ſti eccleſijs cōfitet̃
deū. Omnis aūt lin
gua Chriſtū confi-
tēs, in dn̄o loquet̃,
& dicet: Meæ ſunt
iuſticiæ, & meū eſt
imperiū: nō populi
Iudæorū. Ad eum
cuncta gentes ue-
nient, & cōfunden
F tur qui prius illius
euāgelio repugna-
bant, & iuſtificabit̃
atq; laudabit̃ om̄e
ſemē Iſraël, quorū
prædicatio & ſemē
tis fertiliſſima, in to
to orbe uberrimos
attulit fructus. Si-
ue iuxta Lxx. om̄is
lingua iurans & cō
fitens deū, dicet: qđ
iuſticia & gloria to
tius orbis ad eū ue
niat, & cōfundātur
Iudæi qui ſe ab eo
ſeparant. Hi autē q
de ſtirpe filiorū Iſraël orti ſunt, & qui de Apoſtolo
rum ſemine pullulauerūt & crediderūt in Chriſto:
habeāt iuſticiā & gloriā ſempiternā. Cap. XLVI.
CONfractus eſt Bel, cōtr. eſt Nabo &c.) Poſt uo
cationē gentiū, & electionē credētiū ex Iſraël,
idola corruiſſe teſtatur. Cecidit, cecidit ſiue confra-
בֵּל ctus eſt Bel, quē Græci Belū, id eſt Saturnū uocāt.
cuius tanta fuit apud ueteres religio, ut ei nō ſolum
humanas hoſtias captiuorum ignobiliumq; morta
נְבוֹ lium, ſed & ſuos liberos immolarēt. Nabo autem &
ipſum idolum eſt, quod interpretatur ꝓphetia & di
uinatio, quam poſt euāgelij ueritatem in toto orbe
conticuiſſe ſignificat. Siue iuxta Lxx. δαγὼν, qui ta-
mē in Hebraico nō habetur. Et eſt idolū Aſcalonis,
Gazæ, & reliquarum urbiū Philiſtim. Et à ſpeciali G
tranſit ad generale: Facta ſunt ſimulacra eorum be-
ſtijs & iumētis. Nō quo ſimulacra gētiliū in prædā
beſtiarum & iumentorum expoſita ſint, ſed quo re
ligio nationum, ſimulacra ſint beſtiarum & bruto-
rum animantium,
quæ maxime ī Ae
gypto diuino cul-
tui cōſecrata ſunt.
De quibus et Ver-
gilius: Om̄igenūq;
deum mōſtra & la-
trator Anubis. Nā
& pleraq; oppida
eorum ex beſtijs &
iumentis habēt no
mina: κυνῶν à cane:
λέων à leone: θμῶις
lingua Aegyptia
ab hirco: λύκων à lu-
po, ut taceā de for-
midoloſo & horri-
bili cepe & crepitu
uentris inflati, quę
Peluſiaca religio ē.
Hæc, inquit, ſimu-
lacra quæ nō poſ-
ſunt ſaluare portā-
tes: nihil ſunt aliud H
niſi onera ſacerdo-
tum, deprimentia
eos uſq; ad laſſitu-
dinē. Quæ cum ca
ptiuitas uenerit: ꝓ
precio metallorū,
de qbus facta ſunt:
ducūtur prima ca-
ptiua, & animā ſuā
ſiue portantiū, libe
rare non poſſunt:
Non quo muta ſi-
mulacra habeāt ani
mam, & aliquē ſen-
ſum doloris quæ ī-
ſenſibilia ſunt, ſed
quo καταχρηστικῶς uocetur anima, & mēbra earū rerū
abſq; ſenſu & mēbris ſunt. Alioquin & in ꝓuerbijs
legitur: In manu linguæ, mors & uita: cū perſpicue Prou.18.d
manum lingua nō habeat. Vel hoc dicēdum, quod
grauiſſimum onus in gētibus, error fuerit idolola-
triæ, quę cultores ſuos deprimebat ad terrā & ſalua
re nō poterat: animasq; eorum faciebat diabolo &
dæmonibus eſſe captiuas. b ¶ Audite me do. Ia-
cob & omne &c.) Nequaq; eum appellat Iacob nec
Iſraël, quod & ipſum abſq; cōiunctione ſerui & pue
ri & electi in ſugillationē populi dici ſupra expoſui
mus: ſed multo uilius, domus Iacob & reliquias Iſ-
raël, ob ꝓpinquitatem carnis & ſanguinis, & quaſi
feces reliquiarum Iſraël. Docetq; eos inſtar puerorꝫ
atq;

HEB. ui eritis om̄es fines terræ: qa ego deus & non eſt alius. In memetipſo iu-rauí: egrediet̃ de ore meo iuſticiæ uerbū, & nō reuer tetur, quia mihi curuabit̃ om̄e genu, et iurabit om̄is lingua. Ergo in dn̄o dicet: Meæ ſūt iuſticiæ & impe riū, ad eū ueniēt & cōfun-dentur oēs qui repugnant ei. In domino iuſtificabit̃ & laudabitur omne ſemē Iſraël. Cap. XLVI.

a CONfractus eſt Bel, cō tritus eſt Nabo: facta ſunt ſimulacra eorum be-ſtijs & iumentis: onera ue ſtra graui pōdere uſq; ad laſſitudinē. Contabuerūt & contrita ſunt ſimul: nō potuerūt ſaluare portātē, & anima eorꝫ in captiuita b tē ibit. Audite me domus Iacob, & om̄e reſiduū do-mus Iſraël: q portamini à meo utero: qui geſtamini à mea uulua. Vſq; ad ſene ctā ego ipſe: & uſq; ad ca-nos ego portabo: ego feci,

SEP. ui eritis ab extremis terrę. Ego ſum deus, et nō eſt alius: Per memetipſū iuro: niſi egredietur de ore meo iuſticia: ſermōes mei nō auertent̃: qa mihi ī cur-uabit om̄e genu, et iurabit & confitebit̃ om̄is lingua deo dicēs: Iuſticia et gloria ad eū ueniet: & cōfunden tur oēs q ſeparāt ſe à dn̄o: iuſtificabitur & ī deo glo-rificabit̃ om̄e ſemē filiorū Iſraël. Cap. XLVI.

CEcidit Bel, cōtritus eſt Dagon: facta ſūt ſcul ptilia eorū in beſtias & iu menta: portatis ea colliga ta quaſi onus laborāti, & deficiēti, & eſuriēti, nec ꝓ-ualenti ſimul: qui nō pote runt ſaluare de bello: Ipſi aūt captiui ducti ſunt. Au dite me domus Iacob, & omnes reliquiæ Iſraël qui portamini de utero et eru dimini à paruulo uſq; ad ſenectutem. Ego ſum: & donec ſeneſcatis ego ſum: ego ſuſtineo uos: ego feci: & ego



A atq; lactentiū, ita à deo quaſi matris utero & uulua
prægnantis ex Aegypto eſſe portatos. Nō quo in-
effabilis dei incōprehēſibiliſq; maieſtas, aut uterum
habeat, aut uuluā, pedeſq;, & manus & cætera cor-
poris mēbra. Sed quo nos affectū dei per noſtra uer
ba diſcamus. Alio-
quin et in cēteſimo
nono pſalmo ex ꝑ-
ſona dei hoc idē ca
nitur. In eo ēm lo-
co ubi Lxx. trāſtu-
lerūt, ex utero ante
luciferū genui te: in
Hebræo ſcriptum
habet, מֵרֶחֶם, qđ
interp̃tatur de uul-
ua. In præſentiarū
uero non ſolum de
utero, & de uulua
ſcriptū eſt, hoc eſt,
מִבֶּטֶן וּמֵרֶחֶם, ſed
מִנִּי, quæ ꝑpoſitio
ſignificat ex meo
utero: ſiue ex mea
uulua. Et eſt ſen-
ſus: Qui uos genui
ab infantia, & meo
B utero uuluaq; ge-
ſtaui: ipſe uſq; ad ſe
nectutem protegā:
nō meā, ſed ueſtrā:
ut eos doceat diui-
na miſericordia eē
ſaluādos. Creator
enim omniū parcit
creaturæ ſuæ, & pa
ſtor bonus ponit
animā ſuam ꝓ oui-
Ioan.10.b bus ſuis: Qui autē
mercenarius eſt: cu
ius non ſunt oues,
cū uiderit lupū fu-
git. Quia igitur fe-
ci & genui liberos,
ego ferā et ipſe por
tabo. Iuxta Lxx. q
dixerūt, οἱ αἰρόμενοι ἐκ κοιλίας, καὶ παιδευόμενοι ἐκ παιδίου
ἕως γήρως, id eſt: Qui portamini ex utero & erudimi
ab infantia uſq; ad ſenectutem, hoc ſignificat: quod
fruſtra legē dei die ac nocte meditentur: nō haben-
tes noticiā dei, ſed hominum ac beſtiarū ſimulacra
uenerantes: intantum ut correptione indigeant ꝓ-
phetali, per quā loquitur ad eos deus: Cui aſſimila-
ſtis me, & adæquaſtis? & reliqua: Quod aurū argen
tumq; cōtulerint, & cōducto ſtatuario fecerint ido-
la, & adorauerint opera manuum ſuarum, quæ por
tentur humeris, & confixa atq; ſtabilita ſe nō ualeāt
commouere: nec prodeſſe his à quibus coluntur.
Manifeſta tranſcurrimus, ut Chriſti miſericordia
clauſa reſeremus. a ¶ Mementote iſtud & fund. C
&c.) Quia uos ipſe genui: ipſe portaui, & ab infan-
tia uſq; ad ſenectutē, nō ueſtro merito, ſed mea pie-
tate ſaluamini: deſerite idola q̃ feciſtis, & ad unius
dei cultum reuertimini. Agite pœnitentiā: ingemi-
ſcite ꝓ errore qui
uos tenuit, imò fū-
damini: ne rurſum
ſubitus idololatrię
uos turbo ſubuer-
tat, et redite ad cor,
id eſt ad mentē ue-
ſtrā, qui ſimulacra
uenerātes uelut fu
rioſi ī ligna impin-
gebatis & lapides.
Ab initio conſide-
rate mūdi, qđ p̃ter
me nullus ſit deus:
nec alius potuerit
ſcire uentura: niſi
ego qui per ꝓphe-
tas nuncio quæ fa-
cturus ſum, ut cū
prædicta cōpleue-
ro diuinatiōe ꝓbē
diuinitatē. Ego ēm
mysteriū qđ retro D
cunctis generatio-
nibus fuerat igno-
ratum, imò cōſiliū
meum ſtaturū eſſe
nūc dico, ut cū illud
uideritis effectum:
nullū ſciatis deum,
niſi eū q hæc futu-
ra cognouit, imò
præcepit fieri. Ego
ſum qui ab oriente
uoco auē, ut putāt
Hebræi, Cyrū re-
gem Perſarū: ſiue
Dariū Medorꝫ pri
cipē, & de terra lon
ginqua uirū uolun
tatis meæ: qui ex-
pleat omnē uolūtatē meā cōtra Babylonē atq; Chal
dæos: Siue ut nos uerū eſſe cōuincimus dn̄m ſalua-
torē. De quo & Balaā uaticinatur: Orietur ſtella ex Num.24.e
Iacob & homo ex Iſraël: cuius nomē eſt oriens, quē Zach.6.c
adorauerunt magi de oriēte uenientes. Hic enim lo
quitur in pſalmis: Deus ut faciā uolūtatē tuā uolui, Pſal.39.b
de quo locutus eſt pater: & ſpōſionē ſuā opere com
probauit. Lxx. ꝓ eo quod nos de Hebræo expreſſi
mus, uirū uolūtatis meæ, poſuerūt, περὶ ὧν βεβούλευμαι,
id eſt, de qbus cogitaui. Ergo iuxta eos uocatas de
oriēte aues, angelorū poſſumus intelligere miniſte-
ria, quę ad imperiū dn̄i in toto orbe diſcurrunt: qui
ſunt adminiſtratorij ſpūs, & mittūtur ob ſalutē cre-
 dētium.

HEB. & ego ferā, ego por tabo & ſaluabo. Cui aſſi-milaſtis me & adæquaſtis & comparaſtis me, & feci ſtis ſimilem? Qui cōfertis aurum de ſacculo, & argē tū ſtathera pōderatis: cō-ducentes aurificē, ut faciat deū & procidunt & ado-rant. Portāt illū in hume-ris: geſtantes & ponentes in loco ſuo: & ſtabit, ac de loco ſuo non mouebitur: Sed & cū clamauerint ad eū non audiet: de tribula-a tione nō ſaluabit eos. Mē mētote iſtud & fundami-ni, & redite præuaricato-res ad cor. Recordamini prioris ſeculi: qm̄ ego ſum deus, & nō eſt ultra deus: nec eſt ſimilis mei. Annū-cians ab exordio nouiſſi-ma, et ab initio q̃ necdum facta ſunt, dicēs: cōſilium meū ſtabit, & om̄is uolū-tas mea fiet. Vocās ab oriē te auem, & de terra lōgin-qua uirū uoluntatis meæ, & locutus ſum: & adducā illud, creaui & faciā illud.

SEP. & ego portabo: ego ſuſcipiā, & ſaluos uos fa-ciam. Cui aſſimilaſtis me? Videte, excogitate qui er-ratis & cōfertis aurum de ſacculo, et argētum in ſta-thera appenditis & cōdu-citis aurificē: fecerūt opera manuū: & incuruati ado-rauerunt: portant illud in humeris et uadunt. Si aūt poſuerint illud ī loco ſuo, manet, et nō mouebitur: et qui clamauerit ad illud, non audiet: et de malis nō liberabit eum. Memētote horū & ingemiſcite: agite pœnitentiā qui erratis. Re uertimini corde, et memē tote priorū à ſeculo: quo-niam ego ſum deus, et nō eſt ultra præter me. Qui annūcio prius nouiſſima anteq; fiant et complean-tur, et dixi: omnis uolun-tas mea ſtabit, & cuncta quæ cogitaui faciam. Qui uoco ab oriente auem, & de terra lōginqua, de qui-bus cogitaui: locutus ſū, et adduxi: creaui, & feci. Audite

E dentiũ. De quibus & in pſalmo canit̃: Qui facis an-
Pſal. 103. a gelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignẽ urẽtem.
Supra eo. a ¶ Audite me du. cor. &c.) Quibus ſupra dixerat:
Audite me domus Iacob & omne reſiduũ domus
Ibidem. Iſraël. Et iterũ: Redite præuaricatores ad cor: etiam
nũc iuxta Hebraicũ ꝓpter incredulitatem appellat eos duro corde, & iuxta Lxx. q cor mẽtemq́ perdiderũt. Quod ſecutus uir erudiſſimus & dignus nomine ſuo Stephanus martyr in Iudæorum loquit̃
Act. 7. f cõcione: Dura ceruice & incircuncisi cordib⁹ auribusq́: uos ſemp̃ ſpũi ſctõ reſtitiſtis ſicut patres ueſtri. Hi igit̃ lõge ſunt à iuſticia dei, q̃a nõ crediderunt in eũ, quã pro ſua clementia deus fecit eſſe uicinã, & uenire ad terras: & nequaq́ uult tardare nec procul fieri.

a HEB. Audite me duro corde q longe eſtis à iuſticia. Propè feci iuſticiã meam: nõ elongabit̃, & ſalus mea nõ morabitur: dabo in Sion ſalutẽ: & in Iſraël gloriã meã. Ca. XLVII.

b DEſcẽdẽ, ſede in puluere uirgo filia Babylonis: ſede ĩ terra: nõ eſt ſoliũ filiæ Chaldæorum, q̃a ultra nõ uocaberis mollis & tenera. Tolle molã & mole farinã: denuda turpitudinẽ tuã: diſcoopi hũerũ, reuela crura: trãſi flumĩa. Reuelabit̃ ignominia tua & uidebitur opprobriũ tuũ:

F Dedit enim Sion ſalutare ſuũ, & Iſraëli gloriã ſuam. Hoc de uaticinio dictũ ſit futurorum, & de aduẽtu dñi ſaluatoris. Cæterum iuxta hiſtoriã datur Sion ſalus: & Iſraël gloria: qm̃ deus ꝓpe fecit ſuã eſſe iuſticiam, ut uocaret ab oriẽte auẽ, & de terra lõginqua uirũ uolũtatis ſuæ: qui Iſraëlis & ſubuerſæ Hieruſalẽ ulciſceretur iniurias, & Medis Perſisq́ ſuperãtibus, Babylonẽ Chaldęosq́ deleret, ſicut ſequẽtia ꝓphetæ uerba teſtantur. Cap. XLVII.

Ezech. 26. d DEſcende ſede in pul. uirgo &c.) Quomodo in Ezechiele ſub figura nauis & om̃is inſtrumẽti eius, Tyri ornatus exponitur: quæ negociationibus dedita eſt, & ꝓpter aquarũ abundantiã rex Aegypti draco appellatur, & ſquamæ illius iuncusq́ ac papyrus & piſciculi deſcribũtur, & Hieruſalẽ cũ idolis fornicationẽ ſcortorum ac lupanaris ſimilitudo teſtatur, ſic in præſenti loco ſub ꝑſona captiuæ mulieris, quæ quõdã regina fuerit, Babylonis ſeruitus indicatur: diciturq́ ei ut deſcẽdat de regni ſuperbia & in puluere ſedeat. Virgo autẽ appellatur & filia: uel quia om̃es homines creatura dei ſumus: nec eſt Babylonis iuxta hæreticos natura dãnabilis: uel ob luxuriã & ornatũ urbis quondã potẽtiſſimæ, quæ cum ſenuiſſet & uicina eſſet occaſui, uirgũculam ac puellã ſe eſſe iactabat: Licet ex eo quod iuxta Lxx. ſcriptũ eſt, θύγατερ Βαβυλῶνος, id eſt, filia Babylonis: nõ ipſam Babylonẽ quidã, ſed Romanã urbẽ inter-
Apoc. 14. b pretentur, quæ in Apocalypſi Ioãnis & in epiſtola
1. Pet. 5. d Petri, Babylon ſpecialiter appellatur, & cuncta quę

nunc ad Babylonẽ dicuntur, illius ruinæ cõuenire G
teſtẽtur: cõtra quã uocanda ſit auis deiq́ iuſticia, ut poſtq́ Siõ, id eſt, eccleſia ſaluata fuerit, illa pereat in æternũ. Dicitur ergo Babyloni reginę & filiæ Chaldæorũ: à Chaldæis em̃ cõdita eſt, qđ nequaq́ ultra

SEP. Audite me qui ꝑdidiſtis cor: qui longe eſtis à iuſticia. Adduxi iuſticiam meã, & ſalutem quæ à me eſt tardare nõ faciã. Dedi in Sion ſalutem & Iſraëli gloriam. Ca. XLVII.

DEſcẽde, ſede ſup̃ terrã uirgo filia Babylõis, ſede in terrã. Nõ eſt ſoliũ filiæ Chaldęorum: qm̃ neq́ ultra uocaberis mollis & tenera. Tolle molã, mole farinã. Reuela opimẽtũ tuũ: denuda canos: diſcoopi tibias: trãſi flumĩa: reuelabit̃ ignominia tua: apparebunt opprobria tua.

Quod

uocet̃ mollis & tenera & delicijs affluẽs, quæ cũctarũ gẽtiũ manibus portabat̃, ita ut terræ plantas uix imprimeret, præcipit̃q́ ei ut tollat molã & molat farinã, quod eſt duræ captiuitatis, & extremæ ſeruitutis indiciũ, ut q̃ quõdã regina fuerat, poſtea molẽdæ farinæ opi ſeruiat. Sed q̃a ſequit̃, Denuda turpitudinẽ tuam: etiã mola ab hebræis figuraliter intelligitur: qđ ſcilicet ĩ morẽ ſcorti, uictorũ libidini pateat. Illudq́ qđ in Iudicũ libro de Sãſon ſcribit̃, ad mo- H
lam eũ à Philiſtijm eſſe dãnatũ, hoc ſignificare uolunt, quod ꝓ ſobole robuſtiſſimus uirorum, hoc in allophylas mulieres facere ſit compulſus. In eo ubi nos interpretati ſumus: denuda turpitudinẽ tuã, ꝓ quo Lxx. trãſtulerũt, ἀποκάλυψε τὸ κάλυμμα, id eſt, reuela operimẽtũ: Theodotio ipſum uerbũ Hebraicũ poſuit שִׁמְלָתֵךְ, Aquila צַמָּתֵךְ: Symmachus τὴν σιώπησίν σου, qđ nos exprimere poſſumus taciturnitatẽ tuã, quod taceri debeat præ uerecũdia, qđ quidem & in cãticocanticorũ legimus: ubi ſponſæ pulchritudo deſcribitur, ad extremũ infert: Abſq́ taciturnitate tua: Nolẽtibus q interpretati ſunt trãsferre nomẽ, qđ in ſancta ſcriptura ſonaret turpitudinẽ. Recteq́ cõtra Babylonẽ inuerecũdis utitur nominibus: licet nulla ſit turpitudo, humani corporis mẽbrũ uocare nomine ſuo, cui præcipit̃, ut nudet pectora, & crura ac fœmina aperiat, & uadat in captiuitatẽ: uideaturq́ ignominia eius & opprobrio pateat ſempiterno. Et hoc dñs feciſſe ſe dicit, ut ultionẽ caperet de ea: quę opp̃ſſit populũ ſuũ: & nullũ ꝓ ea audiat p̃catorẽ: qui irã dñi ſuo lenire conet̃ occurſu. Significat aũt angelũ gẽtis Babyloniæ p̃ſidẽ: qui cũ cæteris angelis loq̃t̃: Curauimus Babylonẽ & nõ eſt curata. Qđ aũt Lxx. trãſtulerũt, τὸ δίκαιον ἐκ σοῦ λήψομαι, οὐκ ἔτι μὴ παραδῶ ἀνθρώποις, id eſt, qđ iuſtũ eſt de te auferã: nequaq́ ultra tradã homĩbus: ſubauditur Babylonẽ, uel certe hoc qđ iuſtũ eſt & ablatũ de Babylone. Diſputant Stoici, multa re turpia, praua hominũ conſuetudine, uerbis honeſta eſſe: ut parricidium



A cidiũ, adulteriũ, homicidiũ, ĩceſtũ, & cætera his ſimilia. Rurſumq́ re honeſta, noĩbus uideri turpia: ut liberos ꝓcreare: ĩflationẽ uẽtris crepitu digerere: aluũ releuare ſtercore, ueſicã urinæ effuſiõe laxare denique nõ poſſe nos ut dicimus à ruta rutulã: ſic ὑποκοριστικὸν à mẽta facere. Ergo צַמָּתֵךְ, qđ Aq̃la poſuit, ut diximus, uerẽda mulieris appellat̃. Cuius etymologia apud eos ſonat, ſitiens tuus: ut inexpletã Babylonis indicet uoluptatem. a ¶ Redẽptor nr̃ dñs &c.) Primus uerſus iuxta Lxx. cũ ſuperioribus copulat̃ ut ſit ſenſus: Et hæc faciet q eruit te dñs Sabaoth, nomẽ eius ſanctus Iſraël. Porrò iuxta hebraicũ, ex ꝑſona ppl̃i ꝓpheta loq̃t̃: qđ hæc fecerit contra Babylonẽ dñs
B exercituũ, cui⁹ nomẽ ſit ſãctus Iſraël. Rurſũq́ ad ipſam Babylonem ſermo dirigit̃. Sede tacẽs ſiue cõpũcta: et tuorũ criminũ recordare. Ingredere tenebras: q̃a præ cõfuſione & ignominia lucẽ ferre nõ ſuſtinẽs: nequaq́ uocaberis non unius regni, ſed nec oĩm regnorum dña. Simulq́ q̃a occulta q̃ſtio naſcebat̃: cur

HEB. ultionẽ capiã, et nõ
a reſiſtet mihi hõ. Rẽdemptor nr̃ dñs exercituũ nomẽ illius ſanctus Iſraël. Sede tacens: & intra in tenebras filia Chaldæorũ: q̃a non uocaberis ultra dña regnorum, iratus ſũ ſup̃ populũ meũ: cõtaminaui hęreditatẽ meã, & dedi eos in manu tua: nõ poſuiſti eis miſericordias. Sup̃ ſenẽ aggrauaſti iugũ tuum ualde: & dixiſti, in ſempiternũ ero dña: nõ poſuiſti hæc ſup̃ cor tuũ: neq́ recordata es nouiſſimi tui.

SEP. Qđ iuſtũ eſt de te auferam, nequaq́ ultra tradã hoĩbus. Dixit qui eruit te dñs ſabaoth: nomẽ eius ſanctus Iſraël. Sede cõpuncta, ingredere in tenebras filia Chaldæorum: nequaq́ ultra uocaberis fortitudo regni: iratus ſũ cõtra ppl̃m meũ: contaminaui hæreditatem meã. Ego dedi eos in manũ tuam tu uero nõ dediſti eis miſericordiã: ſeni aggrauaſti iugũ ualde: & dixiſti, in æternũ ero dña: nõ intellexiſti hæc in corde tuo, neq́ recordata es nouiſſimorũ.

b Et nũc aůdi hæc delicata & habitãs cõfidẽter: q̃ dicis in corde tuo: Ego ſũ & nõ eſt p̃ter me amplius: nõ ſedebo uidua, & ignorabo ſterilitatẽ. Et ueniẽt tibi duo hæc ſubito in die una: ſterilitas & uiduitas: uniuerſa uenerũnt ſuper te, ꝓpter multitudinẽ maleficiorũ tuorum: & ꝓpter duriciã incãtatorum tuorum uehemẽter. Et fiduciã habuiſti in malicia tua, & dixiſti: Nõ eſt qui uideat me: ſapiẽtia tua & ſciẽtia tua hæc deceperũt te, & dixiſti ĩ corde tuo: ego ſum & pręter me nõ eſt altera. Veniet ſup̃ te malũ, & neſcies ortũ eius: & irruet ſup̃ te calamitas, quã nõ poteris expiare: ueniet ſuper te repẽte miſeria, quã neſcies.

c HEB. Stã cum incãtatoribus tuis: et cũ multitudine

SEP. Sta nunc in incantationibus tuis & in multis maleſi

iraſceret̃ deus aduerſũ Chaldæos: quos ip̃e miſit ad capiẽdũ Iſraël: R̃ndit, iratũ ſe cõtra populũ ſuũ, corripere eos uoluiſſe, nõ ꝑdere, uerberare, nõ occidere. Illos aũt abuſos eſſe crudelitate ſua & plus ĩpoſui plagarũ q̃ dei ultio flagitabat: magnũq́ Babyloniæ crudelitatis indiciũ eſt, ne ſenibus q̃dẽ pepciſſe: quorũ ætas etiã ĩter hoſtes uenerabilis eſt. Sed & hoc ſignũ ſup̃bię qđ p̃ſenti felicitate decepta, futurorum nõ cogitarit ambigua. Ergo ſemp̃ in ꝓſperis debemus cauere uẽtura: nec traditos nobis opprimere: q ad hoc erudiũt̃, ut meliores fiãt. b ¶ Et nũc audi &c.) Duo ſimul ueniẽt Babyloni, ſterilitas et uiduitas: ut nec filios habeat. i. ſubiectos ſibi ppl̃os: nec uirum quẽ regẽ poſſumus ĩtelligere q̃ dũ nõ ſperat repẽte ſuſtinuit. Neq́ em̃ poterat arbitrari qđ Perſę nullius an

fortitudinis eã Cyro regnãte ſuparẽt, & ſuę ſubijcerẽt poteſtati. Quæ ꝑpeſſa es, inquit, nõ ſolũ ꝓpter ſuperbiã & abũdantiã cũctarũ opũ atq́ delicias: ſed & ꝓpter multitudinẽ maleficiorũ tuorum, & incãtatorũ tuorũ in q̃bus habuiſti fiduciã. Et ueniet ſup̃ te ma- C
lũ qđ antea neſciebas & cuius ignorabas ortũ. Siue ut lxx. trãſtulerũt: ueniet ſup̃ te ꝑditio & neſcies: fouea, & ĩcides in eã ut q̃ cũctis gentibus parabas captiuitatis malũ: ipſa ĩcidas in foueã q̃ paraſti. Quę perſpicua ſũt, cito ſermone trãſcurrimus. c ¶ Sta cũ incãtatorib. &c.) Habuiſſe Babylonem omnẽq́ Chaldæã, incãtatorum & augurũ, & hariolorũ & gazarenorum ſtudiũ, quos nos auruſpices appellamus, Danielis ꝓphetę lectio ꝓbat: q ad eorũ cõſiliũ, cũcta reges Babylonios feciſſe cõmemorat. D
Pro eo quoq́ qđ nos iuxta Symmachũ & Theod. ĩterp̃tati ſumus: Stẽt: & ſaluent te auguares cœli: Lxx. manifeſtius tranſtulerunt, στήτωσαν δὴ καὶ σωσάτωσάν σε οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ. i. Stẽt & ſaluã te faciãt aſtrologi cœli: q uulgo appellãt mathematici, & ex aſtrorũ curſu lapſuq́ ſyderũ, res humanas regi arbitrant̃. Vnde et magi de oriẽte uenerũt, dñi ſtellã ſe uidiſſe dicẽtes: uel ex artis ſciẽtia, uel ex Matth. 2. b
uaticinio Balaã ꝓphetæ ſui: q in Numeris dixerat:
Oriet̃ ſtella ex Iacob, & homo de Iſraël. Iſti igit̃ qui Nume. 24. c
ſupputãt menſes annosq́ dinumerãt & horarũ momẽta librãtes, futurorum ſcientiã pollicent̃: dicant tibi quid ſuper te dñs cogitauerit. Illisq́ tacẽtibus, quid uenturũ ſit, ꝓpheta reſpondit: Ecce facti ſunt quaſi ſtipula: ignis deuorauit eos, ut qui ſalutẽ alijs ꝓmittebant, ſua ignorabant ſupplicia: nec dubiũ quin ardente urbe habitatores eius uorax flãma cõſumpſerit. Quodq́ ſequitur: Nõ ſunt prunæ quibus calefiant: nec focus ut ſedeant ad eũ: ſic Hebræi ediſſerunt: Nullã habent caloris ſcientiã: nec illuminantẽ

 ſenſum

E ſenſum, qui eorũ tenebras poſſit diſcutere, & frigus erroris expellere. Pro quo neſcio qđ uolẽtes Lxx. trãſtulerũt: Habes carbones ignis, ſedebis ſuꝑ eos: hi erũt tibi in adiutoriũ: Niſi forte poſſumus hoc dicere, qđ multo utilior ſit ignis & incẽdiũ Babyloni, q̃ fuerunt magi & Gazareni, aſtrologi & incantatores. hic em̃ eos per pœnas atq; ſupplicia ad pœnitẽtiã ꝓuocat: illi ꝑ errorẽ ducũt ad ſuꝑbiã. Oĩs labor eius & negociatores illi⁹, quos magos ĩtelligimus hoc ꝑfecit: ut unuſquiſq; ſua erraret uia: & ipſe ꝑditus ſalutẽ alteri nõ p̃beret. Interrogemus eos q diuerſas aſſerũt eẽ naturas: utrũ Babylon malæ naturæ ſit an bonæ. Si malæ dixerint, qđ eos rñſuros eẽ non dubiũ eſt: quõ
F ꝓuocat ad pœnitẽtiã et diciť ei: Sede cõpũcta, intra in tenebras filia Chaldæorũ: Ac deinceps poſt enumerationẽ pctõꝝ & criminũ: Habes carbões ignis, ſedebis ſuꝑ eos: hi erũt tibi ĩ adiutoriũ? Et qđ ſibi uelit qđ inferť iuxta eoſdẽ Lxx. Laboraſti in cõmutatione ab adoleſcentia? Quę eſt iſta cõmutatio? Vtiq; de bono in malum. Ex quo perſpicuum eſt, natura bonos, uoluntate malos fieri. Deniq; infertur: Homo in ſemetipſo errauit: non natura, ſed mentis arbitrio. Cap. XLVIII.

AVdite hæc domus Iac. &c.) Hæc Chaldæis & Babylonijs uẽtura p̃dixi, & neceſſe eſt qđ ꝑ prophetas meos locutus ſum rebus expleri. Tu aũt domus Iacob & qui uocamini noĩe Iſraël, & qui de aqua Iuda exiſtis: & cætera q̃ ſequunť, audi attentius q̃ dicturus ſum. Et notandũ qđ nequaq; eos appellet Iacob, ſed domũ Iacob, nec Iſraël, q hoc falſo appellanť noĩe, cũ opus nõ habeãt nominis. Et de aquis, inquit, Iuda exiſtis σωματικώτερον aquas uocãs pro ſemine: ut nequaq; eos uirtutũ patriarcharũ filios oſtẽderet eſſe ſed carniũ. Et recte aquas Iuda appellauit: quia ſola tũc in terra Iudæa adhuc ꝑmane-

HEB. maleficiorũ tuorũ in q̃bus laboraſti ab adoleſcentia tua: ſi forte quid ꝓſit tibi: aut ſi poſſis fieri fortior. Defeciſti in multitudine cõſiliorum tuorũ: ſtent & ſaluẽt te augures cœli qui cõtemplabãtur ſydera: & ſupputabãt menſes, ut ex eis annũciarẽt uentura tibi. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula ignis, cõbuſſit eos: nõ liberabũt animas ſuas de manu flãmæ: nõ ſunt prunæ quibus calefiant, nec focus ut ſedeant ad eũ: ſic facta ſunt tibi in quibuſcunq; laboraueras, negociatores tui ab adoleſcẽtia tua unuſquiſq; in uia ſua errauerunt: nõ eſt qui ſaluet te.

SEP. maleficijs tuis quę diſcebas ab adoleſcentia tua q̃ nõ ꝓdeſſe tibi poſſunt: & laboraſti in cõſilijs tuis, ſtẽt & ſaluã te faciãt aſtrologi cœli q cõtẽplanť ſtellas: annũciẽt tibi quid uẽturum ſit ſuper te. Ecce omnes quaſi phrygana in igne comburentur, & non eruent animam ſuam de flamma, qa habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos. Hi erunt tibi in adiutoriũ. Laboraſti in cõmutatione tua ab adoleſcentia: homo in ſemetipſo errauit: tibi aũt non erit ſalus. Ca. XLVIII.

a AVdite hæc domus Iacob qui uocamini nomĩe Iſraël: & de aquis Iuda exiſtis: qui iuraſtis in nomĩe dñi, & dei Iſraël recordamini: nõ in ueritate neq; in iuſticia. De ciuitate em̃ ſancta uocati ſunt: & ſuper dñm Iſraël conſtabiliti ſunt: dñs exercituum nomen eius.

b HEB. Priora ex tũc annũciaui & ex ore meo exierũt, & audita feci ea: repente operatus ſum: & uene-

SEP. Priora adhuc annunciaui: & de ore meo egreſſa ſunt: & auditum factũ eſt: ſubito feci & uenerunt.

G bat tribus: & ſemen Dauid illo tp̃e regiũ ſeruabať. Qui, inqt, iuraſtis ĩ noĩe dñi, nõ ut honoretis dñm, ſed ut aſſũpto noĩe faciatis iniuriã: dũ eũ teſtẽ ueſtri uultis eſſe mẽdacij, & regeſcitis in ſancta ciuitate, & ſuꝑ dñm Iſrl' innitimini, ut iactetis habitatores uos eſſe urbis Hieruſalem, & dñi ſabaoth habere priuilegiũ: cũ caſſa Iacob, Iſrl' & urbis ſanctæ, & dei om̃ipotẽtis aſſumatis uocabula. b ¶Priora &c.) p̃dico tibi Babylonios à Medis Perſiſq; ſuperãdos, & repẽte faciã qđ minatus ſũ: ne cũ uenerint q̃ p̃dicta ſũt: uł deorũ nutu quos colis: uel fortuito ea exiſtimes accidiſſe. Nec iacto ſcientiã futurorũ: ſed ob utilitatẽ tuã loquor: cuius cor incredulũ & ceruicẽ ferreã, ac frontẽ æ-
H neã ab initio eẽ cognoui. Ecce audiſti om̃ia q̃ uentura ſunt, & tñ cælas ſilẽtio ueritatẽ. Nec narro p̃terita, quibus ſępe mea potẽtia cõprobata eſt: quõ eduxerim populũ de Aegypto: Aegyptios in mari ſubmerſerim rubro, terram repromiſſionis tradiderim: gentes uobis uarias ſubiugarim: Sed noua quę cõtra Babylonẽ facturus ſum nũcio: ut impudẽs oris tui mẽdaciũ cõfuteť: qui te aſſeris ſcire q̃ neſcis. Ab initio em̃ meorũ p̃uaricator es mãdatorũ, & de uẽtre trãſgreſſorẽ uocauit te deus, qñ de Aegypto liberatus quaſi meo uẽtre cõceptus es, & educatus & eruditus. Caput bouis Aegypti deſideraſti, dicẽs: hi ſunt dij tui Iſrl' q te eduxerũt de terra Aegypti. Nõ igiť tuo merito, ſed mea miſericordia furorẽ meũ diſtuli ne penitus ĩterires, & ob laudẽ nominis mei infrenabo te: ut me quaſi iumẽtũ et in frenis equus ſequaris ĩuitus. Ecce excoxi te. i. ꝓbaui, quõ cõflatur argẽtũ: Siue nõ in diuitijs ſed in fornace paupertatis probare te uolui. Ex quo oſtẽditur & diuitijs & paupertate pleroſq; tẽtari: ſi aut illis male abutãtur, aut penuriã nequaq; uirtute ſuſtineant. Propter me ergo faciam, ne blaſphemetur nomen



A nomẽ meũ in gẽtibus, & putẽt uos non mea ira, ſed idolorũ ſuorũ auxilio eſſe ſuperatos. Quodq; ĩfert: gloriam meã alteri nõ dabo. Hoc ſignificat ne idola putenť opp̃ſſiſſe populũ dei. Vel certe cũ dicit, alteri nõ dabo, oſtẽdit ſe alteri iã dediſſe: alteri em̃ ad diſtinctionẽ prioris diciť. Pleriq; nr̃orũ, ut iuxta Lxx. interp̃tes pauca perſtringã, de Chriſti aduẽtu autumãt ꝓphetari, qđ repẽte ueniat inſperatus, & duriſſimo ppl'o ſui demõſtret præſentiã, cui nũq; deus aures aperuerit, quia incraſſatũ fuerit cor eius, & auribus ſuis grauiter audierit: Statimq; ut dñs de utero uirginali ꝓfuſus eſt, tranſgreſſor & iniquus ſit appellatus quærens eũ interficere. Quodq; iungit: Propter nomẽ meũ oſtẽdã tibi fu-
B rorẽ meũ, & glorioſa mea ĩducã ſuꝑ te: ſenſu abutiť apoſtoli, ſiue apl's Paulus de hoc loco ſu-
Roma.1.b mit teſtimoniũ, ut reueleť ira dei ad terrẽdos eos q peccãt, & poſtea cõuerſis gloria præbeať: Ecce, ait, uẽdidi te nõ in pecunia, ſed uẽdidi in pctĩs tuis, & erui te de fornace paupertatis. Propter qđ & Sa-
Prouer.30.b lomon diuitias & paupertatẽ habere nõ uult, ſed tãtum neceſſaria poſtulat ne aut illis eleueť cor eius in ſuꝑbiã, aut in iſta cõpellať facere qđ nõ uult, & deũ preſſus
1.Tim.5.b inopia blaſphemare. Vñ & apl'us: Habẽtes, inquit, uictũ & ueſtimẽtũ, his cõtẽti ſimus. a ¶Audi me Iacob & Iſraël &c.) Quibus ante iã dixerat: Audite hæc domus Iacob q uocamini noĩe Iſraël, & de aq̃s Iuda exiſtis: nũqd ad eoſdẽ loquiť: Audi me Iacob
Math.22.b & Iſraël quẽ ego uoco? Multi em̃ uocati et pauci electi. Vñ non eos electos, qa necdũ receperãt ſaluatorẽ: ſed uocatos nũcupat. Ego ſũ, inqt, α & ω, primus

HEB. runt. Sciui em̃ quia durus es tu: & neruus ferreus ceruix tua & frõs tua ænea. Prædixi tibi ex tũc: anteq; uenirẽt indicaui tibi: ne forte diceres: idola mea fecerũt hæc & ſculptilia mea cõflatilia mãdauerũt iſta. Quæ audiſti: uidi om̃ia, uos aũt nõ annũciaſtis. Audita feci tibi noua ex tunc: & cõſeruata quæ neſcis: modo creata ſunt, & nõ ex tũc, & ante diẽ & non audiſti ea: ne forte dicas: ecce cognoui ea. Neq; audiſti, neq; cognouiſti, neq; ex tunc aperta eſt auris tua: ſcio em̃ quia p̃uaricans præuaricaberis, & trãſgreſſorẽ ex uẽtre uocaui te. Propter nomen meũ longe faciã furorẽ meũ: & laude mea infrenabo te, ne intereas. Ecce excoxi te, ſed nõ quaſi argentũ: elegi te in camino paupertatis. Propter me ꝓpter me faciã ut non blaſphemer, & gloriam meã alteri nõ dabo. a Audi me Iacob & Iſraël quem ego uoco: Ego ipſe ego primus, et ego nouiſſimus. Manus quoque mea fundauit terram, &

SEP. rũt: ſcio quia durus es: & neruus ferreus, collũ tuũ: & frons tua ænea, & annũciaui tibi olim anteq; uenirẽt ſuper te. Auditum tibi feci: ne forte diceres: qa idola mihi fecerũt, ſculptilia & cõflatilia mãdauerunt mihi. Audiſtis oĩa & uos nõ cognouiſtis: ſed audita tibi feci noua à nunc quæ futura ſunt. Et nõ dixiſti: nũc fiunt & nõ olim, & nõ in prioribus diebus. Ne dicas etiam noui ea: neq; noſti, neq; ſcis, neque à principio aperui aures tuas. Scio em̃ qm̃ præuaricãs præuaricaberis, & iniquus adhuc ex utero uocaberis. Propter nomẽ meũ oſtendã tibi furorem meũ: & glorioſa mea inferã ſuper te: ut nõ te interficiã. Ecce uẽdidi te nõ propter argẽtum: erui autem te de fornace paupertatis: propter me faciam quia nomen meum polluitur, & gloriam meã alteri non dabo. Audi me Iacob & Iſraël quem ego uoco. Ego ſum primus, & ego in ſempiternũ: & manus mea fundauit terram: & dextera

& nouiſſimus, qui uiuo & fui mortuus: ut uitã ad C
principiũ referas: nouiſſimũ ad eũ, qui mortuus eſt: Apoc.22.b
Qui ſe exinaniuit formã ſerui accipiẽs, & factus eſt obediẽs pr̃i: hũiliauit ſeip̃m uſq; ad mortẽ, & mortẽ Philip.2.a
crucis. Manus mea fũdauit terrã. Vñ & in ꝓuerbijs loqť: Deus ſapiẽtia Prouer.3.c
ſua fũdauit terrã: et dextera illius menſa eſt: ſiue firmauit cœlos uel cœlũ, ut Lxx. trãſtulerunt. Vocat aũt cœlos, ut eius pareãt iuſſioni, & enarrẽt gloriã illius. Si aũt cœli obediũt dñi uolũtati, & ſuo currunt ordine: qd gloriatur terra & cinis, & ignorat fragilitatẽ ſuã? Cõgregamini Eccl'ei.10.b
oẽs uos & audite: uel cœli uel uniuerſa creatura: uel oĩs mľtitudo Iſrl'. Quę ſũt q̃ iubeť audire? Qđ dñs dilexerit eũ. Haud dubium qn Cyrũ Dariũq; D
ſignificet, qui fecit uolũtatẽ dñi cõtra Babylonem & brachiũ ſuũ exercuit ĩ Chaldęis. Et ĩpe locutus eſt & uocauit eũ noĩe ſuo, & adduxit eũ & directa eſt uia eius: ut nullus uiribus eius auderet reſiſtere. Vñ ꝓuocat eos ut accedãt & audiãt, & dño p̃dicente cognoſcãt, uẽturũ eẽ regẽ Perſarũ atq; Medorũ: q ſubruat Babylonẽ deleatq; Chaldæos. Et ut hæc annũciet dicit ſe ꝓpheta miſſum à dño, et à ſpũ eius. Hoc iuxta Hebræos & eorũ opinionẽ. Cæterũ iuxta Symmachũ qui interpretatus eſt: Quis ei annũciauit hæc? quẽ dñs dilexit: qui facit uoluntatẽ eius in Babylone. Et iuxta Lxx. τὸ ἆραι σπέρμα χαλδαίων, id eſt, ut auferat ſemen Chaldæorum: Ad dñi perſonam refertur: qui uere dilectus eſt à patre, & qui fecit omnem uoluntatẽ patris, & qui ſubuertit in Babylone, hoc eſt, in confuſione huius mundi omne ſemen Chaldæorum, qui dæmones interpretãtur. Ipſe

HEB. dextera mea menſa eſt cœlos:ego uocaui eos, & ſtabũt ſimul.Cõgregamini omnes uos & audite: ꝗs ex eis annũciauit hæc? Dñs dilexit eum:faciet uoluntatem ſuam in Babylone:& brachiũ ſuũ in Chaldęis.Ego ego locutus ſum & uocaui eum: adduxi eũ & directa eſt uia eius. Accedite ad me & audite hęc: non à principio in abſcondito locutus ſum: ex tempore anteqꝫ fieret, ibi erã. Et nũc dominus deus miſit me & ſpiritus eius.

SEP. dextera mea firmauit cœlũ. Vocabo eos & ſtabũt ſimul: & congregabũtur omnes & audient: Quis eis nunciauit hæc? Diligens te,feci uoluntatẽ tuam ſuper Babylonem: ut auferrem ſemen Chaldæorũ. Ego locutus ſum & ego uocaui. Adduxi eũ & proſperã feci uiam eius. Adducite ad me, & audite hæc: Non à principio. in abſcõdito locutus ſum: quãdo fiebat, ibi eram. Et nunc dominus deus miſit me & ſpiritus eius.

a Hæc dicit dominus: redẽptor tuus ſanctus Iſraël. Ego dñs deus tuus docens te utilia: gubernans te in uia qua ambulas. Vtinã attendiſſes mãdata mea:facta fuiſſet ſicut flumen pax tua:& iuſticia tua ſicut gurgites maris. Et fuiſſet ſicut arena ſemẽ tuũ,et ſtirps uteri tui ut lapilli eius:nõ interiſſent,& nõ fuiſſet attritũ nomen eius à facie mea. b Egredimini de Babylone:fugite à Chaldæis:in uoce exultationis annũciate:auditum facite hoc: efferte illud uſqꝫ ad extremũ terræ,& dicite: Redemit dñs ſeruum ſuum Iacob.Non ſitierunt in deſerto cũ educeret eos:aquam de petra produxit eis:& ſcidit petrã, & fluxerunt aquæ.Non eſt pax impijs,dicit dominus.

Caput

E Ipſe locutus eſt & audiuit filiũ:& adduxit illum,qui Matth.11.d loquitur ad credẽtes:Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis.Et audite hæc quę à principio in abſcõdito ſum locutus:hoc eſt per ænigmata & myſteria ꝓphetarũ:qđ cũctis retro gñationibus fuerat ignoratum:Qñ fiebãt oĩa à prẽ,ipſe erat cũ eo:cui adgaudebat: qui etiã nũc Ioan.14.b dicit: Ego ꝗ ſemꝑ erã cũ patre, & in patre, & ſine patre nunqꝫ erã:etiã nũc loquor:et iuxta fragilitatẽ carnis aſſũptæ dico,qđ dominus deus miſerit me,et ſpiritus eius: Breuiqꝫ uerſiculo, trinitatis nobis oſtẽdit̃ ſacramentũ. a ¶Hęc dicit dñs: redẽptor tuus ſanctus Iſr.&c.) Quia Iſraëli futura ꝓmiſit: reddit cauſas quare eos prius afflixerit: quas ſi uitauerit,nequaqꝫ ſimilia patiat̃. F Si,inquit, attẽdiſſes mãdata mea, ut Lxx. trãſtulerũt:uel certe optãtis affectu, utinã attẽdiſſes mãdata mea,quæ ſi feciſſes: fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſticia tua ſicut gurgites maris: Abundãtiam omniũ rerũ copiãqꝫ ſignificãs.Quodqꝫ ſeqꝫtur:& fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, & ſtirps uteri tui ut lapilli eius: Videtur quidem permanere in populo Iudęorum, qui uſqꝫ in præſentem diem, inſtar uermiculorum pullulant filios & nepotes.Sed quomodo hoc in repromiſſione accipiendũ eſt, cũ pacẽ iuſticiamqꝫ nõ habeãt? aut enĩ iratus eſt eis: aut placatus. Si iratus, quomodo ſemẽ eius quotidie multiplicat̃? Si placatus:quomõ ſeruiunt & pacẽ iuſticiãqꝫ nõ poſſidẽt? Supra.1.c Ex quo perſpicuũ eſt,de apoſtolico dici nunc ſemine,de quo & ſupra legimus: Niſi dñs ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodom̃ fuiſſemus. Qđ quia illo tempore nequaqꝫ uidet̃ expletũ:in Chriſti completur aduẽtu, & ante faciẽ illius ſemẽ ꝑmanet Iſraëlis. b ¶Egredimini de Babylone:fug.&c.) Supra.40.c Qui ſupra in eo loco ubi ſcriptum eſt: Ego ego locutus ſum:& uocaui eũ:adduxi eũ:& directa eſt uia

G eius:ſuper Cyro Darioqꝫ intelligunt: etiam hæc ad illius referũt tẽpora:qñ egreſſus eſt populus de Babylone,& fugit de Chaldæis: & redẽptus eſt à dño deo ſuo.Hoc quoqꝫ qđ dicit̃:Nõ ſitierũt in deſerto cũ educeret eos: aquã de petra ꝓduxit eis, & ſcidit petrã & fluxerunt aq̃:Licet ſecũdũ hiſtoriã expletũ docere nõ ualeant:neqꝫ enĩ ſub Zorobabel & Eſdra uenerũt ꝑ deſertũ:& ſciſſa petra ꝑbuit eis aquas:qđ de Aegypto exeuntibus accidiſſe narratur:tñ Hyperbolice in ſimilitudinẽ prioris felicitatis impleta teſtant̃: qñ per deſertũ nationũ uenerũt in Iudæã & de captiuitate ſunt liberati. Et ut ſciamus inquiũt, non eſſe de Chriſto,ſed de Cyro ꝓphetatũ iungit̃:Nõ eſt pax impijs,dicit dñs,& eſſe ſenſum:Perfecta felicitas nõ erit H niſi ſub Chriſto qđ in ultimo tempore reſeruat̃. Porrò ꝗ & uerius & rectius hæc referũt ad ſaluatoris aduẽtum, de quo dicit̃: Annunciare pauperibus miſit me prædicare captiuis remiſſionẽ: Infra.61.a Luc.4.c cohortationẽ eſſe ĩtelligũt eorũ qui euãgeliũ annunciant ipſius dñi ſaluatoris: ut egrediamur de Babylone,id eſt,cõfuſione iſtius mũdi,& fugiamus Chaldæos,de quibus crebro dictũ eſt.Redemit enĩ dñs ſeruum ſuũ Iacob præcioſiſſimo ſanguine ſuo, & adduxit per deſertum ſeculi,& aquã ſcidit de petra,Super qua & Apoſtolus loquit̃:Petra autẽ erat 1.Cor.10.d Chriſtus.Scinditur aũt ſermo diuinus:& in multas partes diuidit̃, ut quẽ totũ ſuſcipere nõ poſſumus, ſumamus in partibus. Ac ne putaret̃ iſta prædicatio dici omni ſemini Iacob,& nõ his tantũ ꝗ ꝑ apoſtolos credituri ſunt:infert̃ & iungit̃.Nõ eſt pax impijs dicit dñs:Illis uidelicet ꝗ in errore priſtino permanſerunt:qui nõ meruerunt bibere de petra.Cuius ut noue loquar,latus lancea uulneratum, aquis fluxit & ſanguine,baptiſmum nobis & martyrium dedicans.

Caput



Caput XLIX.

a AVditẽ inſulæ; & attendite populi de longe; dominus ab utero uocauit me; de uentre matris meæ, recordatus eſt nominis mei. Et poſuit os meum quaſi gladium acutum:in umbra manus ſuæ protexit me. Et poſuit me ſicut ſagittam electam; in pharetra ſua abſcondit me, & dixit mihi: Seruus meus es tu Iſraël: quia in te gloriabor. Et ego dixi; inuacuum laboraui:ſine cauſa & uane fortitudinem meam conſumpſi; ergo iudicium meum cum domino:& opus

Caput XLIX.

AVdite me inſulæ: & attẽdite gentes.Poſt multũ tempus ſtabit,dicit dñs.De uẽtre uocauit me: & ex utero matris meę uocauit nomen meũ. Et poſuit os meũ quaſi gladiũ acutũ, & ſub protectione manus ſuæ abſcondit me. Poſuit me quaſi ſagittam electam:& in pharetra ſua abſcondit me.Et dixit mihi: Seruus meus es tu Iſraël: & in te gloriabor. Et ego dixi; ſine cauſa laboraui inuanum, & in nihili dedi fortitudinem meam. Propterea iudicium meũ apud dominum: & labor meus

Caput XLIX.

A AVdite inſulæ, & attendite pop.&c.) Scio & hæc & inferiora quæ dicturi ſumus:ad unius capituli ſcientiam ſeu intelligẽtiam pertinere, & omnia ex perſona Chriſti debere accipi:Sed nolui ſimul omnia proponẽdo lectoris onerare ſenſum, & qđ per partes facilius dici poteſt,magnitudine ſui confundere.Vnde & utrãqꝫ æditionẽ poſui: ut quod in altera uidetur obſcurum alterius lectione referetur.Poſt uocationem ergo reliquiarũ Iſraël & abiectionem in incredulitate populi ꝑmanentis, de ꝗbus Supra.48.d dixerat: Non eſt pax ĩpijs dicit dñs: tranſit ad eccleſias de gentibus cõgregatas,& eis ſub inſularũ nomine loquitur: B Quæ ita ꝑſecutorũ inſidijs, quaſi maris fluctibus patẽt, & ex omni parte ſæuiẽte naufragio, tunduntur potius ꝙ mouentur. Ac ne quis putet uiolentam eſſe expoſitionem noſtrã, & non ad gentes pertinere quod dicitur:ſed ad Synagogas populi Iudæoꝝ,ſequitur:Et attendite populi ſiue gentes de longe: hoc eſt ab extremis finibus terræ. Vel ut Lxx.trãſtulerunt, διὰ χρόνου πολλοῦ στήσεται, id eſt,poſt tempus multũ ſtabit:hoc eſt, nõ hoc tempore quo dicuntur:ſed poſt multa fient tẽpora.Dominus,inquit,ab utero uocauit me:de uẽtre matris meæ recordatus eſt nominis mei:Quod nunc interim audientibus uidetur obſcurum:poſtea aũt cunctis gentibus notum fiet: Matth.1.c quãdo Gabriel Ioſeph de partu dixerit uirginali, & uocabis nomen eius Ieſum:ipſe enim ſaluum faciet populũ. Poſuit quoqꝫ os eius quaſi gladium acutum: ut ſpiritu oris ſui interficiat impium.De quo gladio & ipſe in euãgelio Ibid.10.d loquitur:Nõ ueni pacẽ mittere ſuper terrã,ſed gladium:Malos à bonis ſeparans.Veni enim diuidere hominem cõtra patrem ſuũ, & filiam contra matrẽ ſuam,& nurum cõtra ſocrum ſuam.Et in umbra,inquit,manus ſuæ protexit me:ut carnis uilitas,diuinitatis potẽtia tegeretur:angelo ad uirginem nun- Luc.1.d ciante: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi.Poſuit,inquit,me ſicut ſagittam electã,in pharetra ſua abſcõdit me.Quando dicit ſagittã electã:oſtendit habere deũ ſagittas plu-

C rimas,ſed nõ electas,quæ ſagittæ prophetæ ſunt & apoſtoli:qui in toto orbe diſcurrunt. De quibus & in alio loco canit̃:Sagittæ tuæ acutæ potentiſſimæ: Pſal.44.b populi ſub te cadent.Et iterũ:Sagittæ potẽtis acutę Ibid.119.b cũ carbonibus deſolatorijs. Chriſtus aũt de multis ſagittis & filijs plurimis; una ſagitta electa,& filius unigenitus eſt: quã in pharetra ſua abſcõdit,id eſt,in humano corpore: ut habitaret ĩ eo plenitudo diuinitatis corporaliter; Raraqꝫ eſt credentiũ fides. Cui & ſupra dicit̃: Tu es deus abſconditus, Supra.45.c & neſciebamus. Qua ſagitta & ſpõſa uulnus accipiẽs, loquitur in Canticocanticoꝝ: Vulnerata charitate ego ſum. Cant.4.5.c Et dixit mihi:ſeruus meus es tu Iſraël,quia in te glorificabor. D Seruus, quia cũ in forma dei eſſet,formã ſerui eſt dignatus aſſumere, & Iſraël, Philip.2.a quia natus eſt de ſemine Iudæorum.Quodqꝫ de nullo alio ſeruorum intelligi poteſt,iungitur.Quia in te gloriabor. Dicit enim & ipſe in euangelio: Pater glorifica nomẽ tuum. Ioan.12.e Qui in pſalmo loquitur ad filiũ: Exurge Pſal.56.b gloria mea:exurge pſalteriũ & cithara,id eſt,omniũ uirtutum chorus. Dicente aũt mihi patre iſta quæ retuli,ego reſpõdi ei:Quomodo in me glorificatus es pater,quia inuacuum laboraui,& magnã partem populi Iudæorũ ad te reuocare nõ potui? Hæc aũt uniuerſa dicuntur, ut liberum hominis arbitrium monſtraretur.Dei enim uocare eſt,& noſtrũ credere,nec ſtatim ſi nos nõ credimus, impoſſibilis deus eſt,ſed potentiam ſuã, noſtro arbitrio derelinquit, ut iuſte uoluntas præmiũ conſequatur. Quia ergo noluerũt per me in te credere, iudicium meũ apud te eſt,quod omnia fecerim quæ eis facere debui,dicens in euangelio:Ego te glorificaui ſuper terram, Ioan.17.a opere cõpleto quod dediſti mihi ut facerẽ.Et iterũ: Manifeſtaui nomen tuũ hominibus. Et opus meũ ſiue labor & dolor meus,hoc enim ſignificat πόνος,in cõſpectu tuo eſt. Fleuit enim & in euangelio Hieruſalem,& in pſalmo ob incredulorũ multitudinem,quodãmodo fruſtra paſſum ſe eſſe dicit: Quæ Pſal.29.c utilitas in ſanguine meo dũ deſcendo in corruptionem? Pſal.21.a Et iuxta Hebraicũ pendens in cruce loquit̃: Longe à ſalute mea,uerba lamentationũ mearum.

Et nunc

HEB. meum cũ deo meo. a Et nũnc dicit dominus: formans me ex utero ſeruum ſibi: ut reducam Iacob ad eũ, & Iſraël nõ congregabitur: & glorificatus ſum in oculis domini, & deus meus factus eſt fortitudo mea. Et dixit: parum eſt, ut ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & feces Iſraël cõuertẽdas. Dedi te in lucem gẽtium: ut ſis ſalus mea uſque ad extremũ terræ. Hæc dicit b dominus redẽptor Iſraël ſanctus eius: ad contemptibilẽ animã ad abominatam gẽtem: ad ſeruum dominorum. Reges uidebunt & conſurgent principes, & adorabunt: propter dominum: qui fidelis eſt: & ſanctũ Iſraël qui

SEP. meus corã deo meo. Et nunc ſic dicit dñs q formauit me ex utero ſeruũ ſibi ut cõgregarem Iacob ad eum & Iſraël: congregabor & glorificabor coram dño, et deus meus erit fortitudo mea. Et dixit mihi: Magnũ tibi eſt ut uoceris puer meus, & ſuſcites tribus Iacob: & diſperſionẽ Iſraël cõuertas. Ecce poſui te in teſtamẽtũ generis, in lucem gẽtium, ut ſis ſalus uſq; ad extremum terræ. Sic dicit dominus q eruit te deus Iſraël. Sanctificate eum qui deſpicit animam ſuam, qui abominationi eſt gentium, qui ſeruus eſt principũ. Reges uidebunt eum: & conſurgent principes, & adorabunt eũ propter dominum: quia fidelis

E a ¶ Et nunc dicit dñs formans &c.) Dicẽte me: In uacuum laboraui: ſine cauſa & uane fortitudinem meam conſumpſi: quia Iudæi credere noluerunt: & iudicium meum cũ domino eſt: & opus meũ quod illo iuuante compleui cum dño: Reſpondit mihi dominus, qui me formauit ex utero ſeruum ſibi. Ex quo oſtẽdit eum appellari ſeruum, qui ſit formatus ex utero: Qui & in pſalmo dicit: (Pſal. 21. b) De uẽtre matris meæ deus meus es tu. Quid ergo dominus dixit ei? Vt reduceret Iacob ad eũ qui aberrauerat: q deſerto creatore idolis ſeruiebat. Vnde & ipſe loquitur ad diſcipulos: (Matth. 10. a) In uiã gentium ne ieritis: & in ciuitate Samaritanorũ ne intretis, ſed ite magis ad oues perditas do- F mus Iſraël. Et in alio loco. (Ibid. 15. c) Non ueni niſi ad oues perditas domus Iſraël. Hæc igitur uoluntas patris fuit: ut peſſimi uinitores miſſum ſuſciperẽt filiũ, & fructus ui- (Ibid. 21. d) neæ redderent: qui interfecerũt eũ, dicentes: Venite occidamus illum: & noſtra erit hæreditas, & hoc eſt quod nunc dicit: Et Iſraël non cõgregabitur, id eſt, non reuertet ad dñm. Satiſq; miror quomodo uulgata æditio, fortiſſimum cõtra Iudæorũ perfidiam teſtimoniũ, alia interpretatione ſubuerterit, dicens: Congregabor & glorificabor coram domino, cum Theodotio & Symmachus noſtræ interpretationi congruant. De Aquila autem non miror, quod homo eruditiſſimus linguæ Hebraicæ, & uerbum de uerbo exprimens, in hoc loco: aut ſimularit imperitiam, aut phariſæorũ peruerſa expoſitiõe deceptus ſit: qui interpretari uoluit, & Iſraël ei congregabit: hoc eſt, deo: Cum uerbũ Hebraicum לֹא in hoc loco nõ ſcribatur per ל & ו, quod ſi eſſet ſignificaret, ei uel illi: ſed per ל & א quod proprie, non, ſonat. Quia igitur nõ eſt reductus Iacob ad deũ, nec Iſraël congregatus: propterea filius loquitur illis non credentibus: Glorificatus ſum in oculis dñi. In me enĩ omnis mũdus credidit, & deus meus factus eſt fortitudo mea, qui & cõſolatus eſt me triſtem ſuper abiectione populi mei, & dixit mihi: Parũ eſt ſi ſeruias

G mihi ad ſuſcitãdas tribus Iacob quæ ſuo uitio corruerunt, & ad feces ſiue reliquias Iſraël cõuertẽdas: Hoc enim uerbũ Hebraicũ נְצֻרֵי ſonat. Pro illis enĩ dedi te lucẽ omniũ gentiũ: ut illumines uniuerſum mundum: & ſalutẽ meã, per quã oẽs ſalui fiunt, uſq; ad extrema terræ facias peruenire. Illud autem quod in Lxx. legitur, συναχθήσομαι καὶ δοξασθήσομαι ἐναντίου κυρίου, id eſt, cõgregabor & glorificabor corã domino: ſic ĩtelligi poteſt: ut cõgregatus ſit dñs cũ credentibus. Quodq; ſequitur, εἶπέ μοι μέγα σοί ἐστι τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου. id eſt. Dixit mihi: Magnũ tibi eſt ut uoceris puer meus: magnũ referamus ad hominẽ & ad puerum, qui comparatione dei paruus eſt.

b ¶ Hæc dicit dominus redemptor Iſraël ſan. &c.) H Pro eo quod nos diximus: ad cõtemptibilẽ animã, ad abominatã gentem, ad ſeruũ dñorũ: Theodotio trãſtulit: ei q deſpicit animã, qui abominationi eſt gẽti, q ſeruus eſt principũ: qđ manifeſte Chriſti pſonę cõuenit. Ipſe enĩ bonus paſtor, poſuit animã ſuã ꝓ ouibus ſuis: & cõtempſit eã, qui (Ioan. 10. b) abominationi eſt gẽti Iudæorũ: cui ter per ſingulos dies ſub noĩe Nazarenorũ maledicũt in ſynagogis ſuis. Qui ſeruus fuit principũ, & tã hũilis: ut ſtaret ante Annã & Caiphã: & crucifigẽdus Pilato & Herodi mitteret. Cui interp̃tatiõi Aqla cõſentit, & ex pte Lxx. licet in eo mutauerint ſenſum: & extenuauerint, qđ ꝓ gente gẽtes: & ꝓ ſeruo, ſeruos interp̃tati ſunt. Alij uero hoc dici arbitrãt ad gẽtẽ Iudæorũ, quæ cõtẽpſit animã ſuã, & abominatiõi eſt uniuerſo mũdo: & ſeruit principibus, de qbus ſcriptũ eſt. Qui deuorãt plebem meã ſicut cibũ panis. (Pſal. 13. c) Sed melior ſup Chriſto interp̃tatio. Quæ igit pater, redemptor quondã, & ſanctus Iſraël, ad filiũ loquitur? Reges uidebũt & cõſurgent principes & adorabũt, qñ uenerit in gloria patris cũ angelis ſuis, & ſederit in throno gloriæ ſuæ, iudicãs uiuos & mortuos: tunc oẽs adorabunt eũ propter dñm patrẽ ſuũ: qui elegit eum. Siue ita intelligendũ: Reges quorũ cor in manu dei eſt, & eccleſiæ principes, adorabunt te: quia fide



HEB. elegit te. Hæc dicit a dominus: in tempore placito exaudiui te: & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Et ſeruaui te, & dedi te in fœdus populi: ut ſuſcitares terrã & poſſideres hæreditates diſſipatas, ut diceres his qui uincti ſunt, exite: & his qui in tenebris, reuelamini. In uijs paſcentur, et in omnibus planis paſcua eorum. Non eſurient: neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol: quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in uiam: & ſemitæ meæ exaltabuntur. Ecce iſti de longe uenient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & iſti de terra Auſtrali. Laudate cœli: & exulta terra: iubilate montes laudẽ: quia conſolatus eſt dominus populum ſuum, & pauperum ſuorum miſe-

SEP. lis eſt ſanctus Iſraël & elegit te. Sic dicit dñs: tẽpore opportuno exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui: et plaſmaui te, & dedi te in teſtamẽtum gentiũ: ut cõſtitueres terrã, & poſſideres hæreditates deſertas. Dicereſq; his q in uinculis ſunt, exite: & qui in tenebris reuelamini: in omnibus uijs paſcentur, & in omnibus ſemitis paſcua eorũ. Nõ eſurient neq; ſitient: nec percutiet eos æſtus neque ſol: ſed qui miſeretur eorũ cõſolabitur eos: et per fontes aquarum ducet illos. Ponamq; omnẽ montem in uiam, & omnẽ ſemitam in paſcua eis. Ecce iſti de longeueniẽt: iſti ab Aquilone & mari: alij autẽ de terra Perſarum. Lætamini cœli & exultet terra: erumpant montes læticiam: quia miſertus eſt deus populi ſui, & humiles populi ſui conſolatus

A fidelis eſt dñs ſanctus Iſraël qui elegit te. Hæc autẽ omnia ad eũ refert: qui cõtempſit animã ſuã: q abominatur à gẽte, qui ſeruus eſt principũ. a ¶ Hæc dicit dñs: In tẽpore plac. &c.) Hoc teſtimonio apoſtolus Paulus in ſecunda eplã ad Corinthios uſus (2. Cor. 6. a) eſt dicens: Tẽpore opportuno exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſũ tui. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nũc dies ſalutis. Si ergo uas electionis ad primi aduẽtus refert intelligẽtiam quæ dicunt: & nos ſequamur expoſitiõis eius ueſtigia, & inſtar paruulorũ, ſuper adumbratas lineas p̃ceptoris, literas imprimamus. Tẽpus placitum & opportunum, & dies ſalutis, paſſio ſaluatoris eſt & reſurre- B ctio, qñ orabat in (Matth. 27. f) cruce: Deus deus meus: quare me dereliquiſti? Et ſeruauit eũ ſiue plaſmauit morte ſuperata: deditq; ĩ fœdus populi Iudęorum: his uidelicet q ex illis credere uoluerunt, ut ſuſcitaret terrã, quæ in idololatriæ iacebat erroribus, & poſſideret hęreditates diſſipatas ſiue deſertas, q̃ habitatorẽ non habebant deum, & diceret his qui erãt in uinculis, exite: qui peccatorũ uinculis ſtringebantur: Quia funibus peccatorum ſuorũ unuſquiſq; cõſtringitur, & qui erant in tenebris, reuelamini: Qui ſedebãt in tenebris & umbra mortis, & lucẽ uidere nõ poterãt. Qui poſtq; cõuerſi fuerint, & clarum Chriſti lumẽ aſpexerint: paſcẽtur in uijs & in ſemitis ſanctarum ſcripturarum, & dicent: Dñs paſcit me, & nihil mihi (Pſal. 22. a) deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit. Sup aquas refectionis educauit me. Qui autem in iſtiuſmodi uijs atq; ſemitis paſtus fuerit et nutritus, nec eſuriet nec ſitiet: neq; calorem ſentiet ſolis, & implebitur de (Pſal. 120. b) illo quod ſcriptum eſt: Per diem ſol non uret te: neq; luna per noctem: Vt nec aduerſa nec ꝓſpera huius ſeculi ſentiat. Si quidem miſericors & miſerator

C dominus: ipſe conſolabitur & reget eos, & deducet ad fontes aquarum. Siue porabit illos ad fontes, de quibus ſcriptum eſt: Benedicite domino de fontibus Iſraël. (Pſal. 67. f) Et in alio loco: Haurite aquas de fontibus ſaluatoris. (Eſa. 12. b) Hi fontes in ueteri teſtamẽto, & nouo ſunt. Omniaq; offẽdicula quę credentium poterant impedire greſſus, dominus eis uertet in planũ, & excelſa humiliabit atq; humilia ſublimabit: ut iter planum habeant atq; campeſtre. Qui ſint autẽ iſti quibus præparetur uia, ponit manifeſtius. Ecce iſti de lõge ueniẽt: & ecce illi ab aquilone & mari: & iſti de terra Auſtrali: quatuor plagas orbis oſtendens: Orientem & ſeptentrionem: occidentem & meridiẽ. D Pro oriente, longe poſuit: pro auſtrali plaga in Hebręo legitur סִינִים, quod Lxx. Perſarũ, interpretati ſunt. Cæteri ita ut in Hebręo legit exp̃ſſerunt, סִינִים, quod nos interpretati ſumus, ab auſtrali: illud ſuſpicãtes, quod mons Sinai in auſtrali parte poſitus ſit, iuxta Habacuc ꝓphetã: Deus ab auſtro ueniet: (Abac. 3. a) & ſanctus de monte Pharan umbroſo & condenſo. Si aũt סִינִים, ut Lxx. trãſtulerunt, Perſas intelligimus, qui ad orientẽ ſiti ſunt, illud quod ſupra dicitur: Ecce iſti de longe uenient, ad auſtrũ referre poterimus. Præcipiturq; cœlis & terræ: uel his uirtutibus quæ in cœlo morantur & terra: uel angelis & hominibus, ut dei cõcinant laudes. Et qui in excelſo uirtutũ poſiti ſunt, mentis læticiã iubilo & exultatione teſtentur. Quia cõſolatus eſt dñs populũ ſuum: eos qui ex Iudæis credere uoluerunt. Et pauperũ humiliumq; ſuorũ miſertus eſt ſiue omnis populi ſui: qui de oriente & occidente, aquilone & auſtro ad eum uocatus eſt: Non habens legẽ nec prophetas, nec diuitias ſpirituales: ſed deſertus, pauper & humilis, cunctis dæmonibus ſubiacebat.

E a ¶Et dixit Sion: dereliquit me dñs &c.) Hieruſalem & Sion, quatuor modis in ſcripturis ſanctis debere intelligi, ſæpe memorauimus. Vno iuxta Iu-
*Matth.23.d* dæos, quã plangit dñs in euangelio: Hieruſalẽ, Hieruſalem quæ occidis ꝓphetas & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. Et in
*Luc.21.d* alio loco: Cũ uideritis circundari ab exercitu Hieruſalẽ: tũc ſcitote qa appropinquauit deſolatio eius. Secundo, ſanctorꝝ eſt cõgregatio: qui in pace dñi & in uirtutũ ſpecula conſtituti: recte appellanť Sion, de qua dicitur:
*Pſal.86.a* Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit dñs portas Sion, ſuꝑ oĩa tabernacula Iacob. Neq; enim fundamẽta Iudaicæ Siõ, quã uidemus eſſe deſtructam, à dño ſunt dilecta: aut qđ
F à dño dilectũ eſt, deſtrui potuit. Tertio appellať Hieruſalẽ, multitudo angelorꝝ, dñationum & poteſtatũ, & omne qđ in dei miniſterio conſtitutũ eſt. De qua Hieruſalẽ & Apľs loque-
*Gala.4.d* batur: Quę aũt ſurſum eſt Hieruſalẽ, libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum. Et in alio lo-
*Hebr.12.f* co: Sed acceſſiſtis ad Sion montẽ, & ciuitatẽ dei uiuẽtis Hieruſalẽ cœleſtẽ.
*Apoc.21.e* Quarto appellať Hieruſalẽ, quã Iudæi & noſtri Iudaizãtes iuxta Apocalypſim Ioannis, quã nõ intelligunt, putãt aureã atq; gemmatã de cœleſtibus ponendam. Cuius terminos & infinitã latitudinẽ, etiã
*Ezech.40.* in Ezechielis ultima parte deſcripſi. Quæ cũ ita ſe habeant: nunc diligẽtius intuendũ eſt, quæ ex quatuor dixerit Sion: Dereliquit me dñs, & dñs oblitus eſt mei. Nec dubiũ eſt quin cõgregatio ſanctorum, quæ prior fuerat in Iudæis, & à dño derelicta eſt, iſta cõmemoret: & uoce lachrymabili conquerať ſe eſſe deſertam, & dñi auxilio deſtitutam. Cui reſpondit deus, naturali utens ſimilitudine: Si poteſt fieri,

a HEB. rebiť. Et dixit Siõn: Dereliquit me dñs: & dominus oblitus eſt mei. Nũquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum: ut nõ miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui corã oculis meis ſemper: uenerũt ſtructores tui, & qui te deſtruxerant, & diſſipauerant, exibunt à te. Leua in circuitu oculos tuos & uide: omnes iſti cõgregati ſunt, uenerunt tibi. Viuo ego, dicit dominus: Quia omnibus his uelut ornamento ueſtieris, & circundabis tibi eos quaſi ſponſa. Quia deſerta tua & ſolitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ nunc anguſta erũt præ habitatoribus, & longe fugabuntur qui abſorbebãt te. Adhuc dicent in auribus tuis, filij ſterilitatis tuæ: Anguſtus mihi eſt locus, fac ſpacium mihi, ut habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi iſtos?

SEP. ſolatus eſt. Dixit aũt Sion: dereliquit me dñs, et deus oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſcetur mulier paruuli ſui, ut nõ misereať partus uteri ſui? Sin autẽ & horũ oblita fuerit mulier, ſed ego nõ obliuiſcar tui, dicit dñs. Ecce ſuꝑ manus meas depinxi muros tuos, & corã me es ſemper. Citoq; ædificaberis, à quibus deſtructa fueras: & q te diſſipauerant, egredienť ex te. Leua in circuitu oculos tuos, & uide: oĩes iſti congregati ſunt, uenerunt ad te. Viuo ego, dicit dñs: quia oĩbus his quaſi ornamento ueſtieris, & circũdabis tibi eos quaſi monile ſponſæ: qm̃ deſerta tua, & quæ diſſipata, & quæ corruerunt. Nunc anguſtaberis præ habitatoribus & lõge fient à te qui te humiliauerãt. Dicẽt em̃ in auribus tuis, filij tui quos ꝑdidiſti: Anguſtus mihi locus eſt: fac mihi locũ ut habitẽ. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi iſtos?

ego

ut mater ſui obliuiſcatur infantis: & ad partũ uiſce-
G rum ſuorum nõ flectatur miſericordia: & ego obliuiſcar tui. Plus aliquid dicam: & ſi illa oblita fuerit, uincens mentis duritia iura naturæ: ego tamen nõ obliuiſcar creaturam meam, & ſanctorum animas ſemper in meo corde retinebo. Scito em̃ tu, quæ te penitus arbitraris derelictam, in meis deſcriptam eſſe manibus atq; depictã: et muros tuos corã oculis meis iugiter ꝑmanere. Ex quo diſcimus, nequaq; Hieruſalẽ in Palæſtinæ regiõe quærẽdam, quæ totius prouinciæ deterrima eſt: & ſaxoſis montibus aſperať, & penuriam patiť ſitis: ita ut cœleſtibus utať pluuijs, & raritatẽ fontiũ, ciſternarum extructione ſoletur: ſed in dei manibus: ad
H quam dicit: Feſtinauerunt ſtructores tui. Siue iuxta LXX. Cito ædificaberis à quibus deſtructa fueras. A Iudæis em̃ deſtructa: à Iudæis ædificata eſt. Quæ ob culpam ſcribarum phariſæorumq; deſerta, ad prædicationẽ apoſtolorum Chriſti cõgregata eſt tã de Iudæis q̃ de gentibus. Sequitur: Et q te deſtruxerãt & diſſipauerant, egrediẽtur ex te doctores peſſimi, ut nequaq; mandata & traditiones ſequaris hominum, ſed legẽ dei: Diciturq; ad eã: ut eleuet oculos ſuos in circui- *Matth.15.a*
tu, & uideat filios qui ei fuerant congregati. De quibus & dñs loquebatur: Leuate oculos ueſtros, & ui- *Ioan.4.c*
dete quia iam albæ ſunt ſegetes ad metẽdum. Et ut ſecuros nos faciat: Viuo ego, inquit dñs, quod iuxta uetus teſtamentum, iurandi dicitur conſuetudine: quia omnibus his uelut ornamento ueſtieris: & circũdabis tibi eos, quaſi ſponſa circũdat monile ſibi. Felix qui tanti meriti eſt tãtæq; uirtutis: ut ornamentũ dicať eccleſiæ. Puto aũt diuerſas ſignificari

gratias



A gratias ſpirituales: per quas ſponſæ ornať ambitio: De qua & in quadrageſimoquarto pſalmo canitur: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circũdata uarietate. Quæ em̃ prius deſerta fuerãt & dilapſa in ſolitudines & ruinas, adueniẽte Chriſti euãgelio inſtaurabuntur, & tãtam habebunt habitatorum multitudinem: ut eos capere nõ poſſint. Ita dũtaxat, ut perſecutores fugẽtur procul: uel hi de quibus ſupra di-
*Supra.eo.c* ximus: Qui deſtruebant te, & diſſipabant exibunt à te. Filijq; ſterilitatis tuæ, quos putabas te penitus perdidiſſe: & illis te eſſe uiduatã, dicent in auribus tuis: Anguſtus mihi eſt locus in ſynagogis: fac mihi ſpaciũ in eccleſijs, ut habitẽ latius: ut nõ cõpri-
B mar blaſphemijs Iudæorꝝ: ut totum orbẽ, tua mecũ capiat latitudo. Tu aũt læticiæ magnitudinẽ nõ ualẽs ore proferre: in tuo corde tacita cogitabis, & dices: Quis mihi iſtos genuit? Ego eram ſterilis & uidua deſerta, atq; captiua in populo Iudæorũ, filios habere deſieram: multo tempore non pepereram: Poſt Aggæum & Zachariam & Malachiã, nullos alios prophetas uſq; ad Ioannem Baptiſtã uideã, & quomodo quæ fuerã ſola & uiri auxilio deſtituta: tãtos filios habere nũc cœpi? Vt aũt ſciamus ſuper petrã & fundamentum Chriſti ex utroq; populo ædifica-
*Ephe.2.d* ri Sion: ad credentes Paulus loquitur: Aedificati ſuper fundamentum apoſtolorꝝ & prophetarũ, ipſo ſummo lapide angulari, qui eſt Ieſus Chriſtus. Ex quo perſpicuum eſt, unũ eſſe fundamentũ apoſtolorum & prophetarum, dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ.
a ¶ Hæc dicit dñs deus &c.) Ad id quod eccleſia dixerat: Ego ſterilis atque captiua: iſtos quis genuit mihi? Ego deſtituta & ſola, & iſti ubi hic erãt? Rñdit dñs: Miraris cur iſta ſint facta? Nequaq; miraberis cũ audieris, q ego ad gentes leuauerim manũ meã.
*Pſal.138.a* De qua & ſanctus loquiť: Tu formaſti me, & poſui-
*Ioan.10.f* ſti ſuper me manũ tuam. Et ipſe ſaluator: Nemo poteſt rapere de manu patris mei. Et apoſtolus Pe-
*1.Pet.5.b* trus: Humiliamini ſub potẽti manu dei: ut uos exaltet in tẽpore uiſitationis. Iſta manus ad gentes leua-
*Eſa.11.c* ta, ipſa eſt de qua hic idẽ ꝓpheta loquiť: Erit radix Ieſſe: qui exurget, ut princeps ſit gentium: in ipſum gentes ſperabunt. Nec ſolũ manũ ſuã leuabit ad gẽ-

HEB. ego ſterilis & nõ pariens tranſmigrata & captiua, & iſtos quis enutriuit? Ego deſtituta & ſola: & iſti ubi hic erãt? Hæc di-
a cit dominus deus: Ecce leuo ad gentes manũ meã, & ad populos exaltabo ſignum meum: & afferent filios tuos in ulnis: et filias tuas ſuper humeros portabunt. Et erunt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ. Vultu in terrã demiſſo adorabũt te, & puluerem pedum tuorum lingent, & ſcies quia ego dñs ſuper quo non confundẽtur qui expectant eum.

SEP. ego autem abſque liberis et uidua: et iſtos quis enutriuit mihi? Ego derelicta ſum ſola, & iſti ubi erant? Sic dicit dominus deus: Ecce eleuo ſuper gentes manum meam, & ſuper inſulas leuabo ſignũ meum, et adducent filios tuos in ſinu, & filias tuas in humeris portabunt. Et erunt reges nutricij tui: et principes fœminæ, nutrices tuæ ſuper faciem terræ adorabunt te, et puluerem pedum tuorum lingent, & ſcies quia ego dominus: & non confundentur qui expectant me.

Nunquid

tes: ſed & ſignum ſuum exaltabit in populis. Haud C
dubium quin uexillũ crucis, ut impleať illud quod ſcriptum eſt: Laudibus eius plena eſt terra. Et iterũ: In omni terra admirabile nomen eius. Tũc afferent *Pſal.8.a*
in ulnis, ſiue in ſinu filios Sion, & filias eius portabunt in humeris. Qualis fuit & La- *Luc.16.e*
zarus, oẽſq; ſancti qui requieſcũt in ſinu Abrahæ, et animæ credentiũ, ad quas Paulus apoſtolus loquebatur: Lacte uos po- *1.Cor.3.a*
taui. Et alibi: Filio- *Gala.4.f*
li mei quos iterum parturio: donec Chriſtus formeť ĩ uobis. Et in alio lo-
co: Quaſi nutrix *1.Theſſ.2.b*
foueat filios ſuos. Sic deſiderantes uos, cupimus impertire uobis: non ſolum euangelium Chriſti, ſed & animas noſtras: alioquin ridiculum eſt more Iudaico grã- D
dæuos filios & filias in ulnis humeriſq; portari. Reges autẽ nutricij, & reginæ principeſq; nutrices: manifeſte apoſtolos & apoſtolicos oſtendunt uiros: Qualis fuit & Abrahã, ad quẽ dici- *Gene.23.a*
tur: Rex à deo tuo in nobis es, & quorꝝ cor in manu dei eſt: qui dicunt credẽtibus: Quaſi modo nati paruuli, rõnabiles: & abſq; dolo lac deſiderate. Princeps quoq;, id eſt, ἄρχων, quod Saræ nomẽ ſonat: Et reginæ ſiue regina, de qua in quadrageſimoquarto pſalmo caniť: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato: quotidie Chriſti nutrit paruulos, & ad perfectã ducit ætatẽ: Omniſq; ætas, ſexus, & dignitas, adorabunt Sion propter eũ qui habitat in ea. Si enim caput eccleſiæ Chriſtus eſt, caput adoratur in corpore, & ſi ad quoſdã dicitur: Exaltate dñm deũ *Pſal.98.a*
noſtrum, & adorate ſcabellũ pedum eius: non quo ſcabellũ adorãdum ſit, ſed quo maieſtas pedũ illius indicetur: cur nõ adoretur eccleſia quæ totũ Chriſti corpus amplectitur, ut impleatur illud quod ſcriptum eſt in Sophonia: Adorabunt eũ ſinguli de lo- *Sopho.2.e*
co ſuo: omnes inſulæ gentium: ut nequaq; more Iudaico tribus per annũ uicibus ueniãt in Hieruſalẽ, ſed in loco ſuo adorãtes dñm, poſſideãt Hieruſalẽ. Quodq; ſequiť: Et puluerẽ pedũ tuorꝝ lingẽt: Hoc ſignificat, qđ reges & principes, quicqd in pedibus eccleſiæ, terreni operis adhæſerit, ſuo ſermone tergant atq; delingãt. Vnde & apoſtolis pręcipitur, ut *Matth.10.b*
excutiant puluerem pedum ſuorum. Et ad Petrum dicit: Quod qui ſemel lotus ſit, non habeat neceſſe *Ioan.13.b*

 niſi

E nisi pedes lauare. Per quæ omnia diſcit eccleſia, nō eſſe alium dñm præter eum, quē qui expectauerint æternam gloriam poſſidebunt. a ¶ Nunquid tolletur à for,&c.) Dñs noſter atq; ſaluator, qui prius locutus fuerat per Eſaiam, ipſe in euangelio eundē

Mar.3.d ſenſū repetit: Quomodo poteſt aliqs intrare in domum fortis, & uaſa eius diripere, niſi primū ligauerit fortē: & tunc domū eius diripiet? Fortis & gigas, diabolus eſt, qui omnes gētes, ſuo ſubiugarat imperio, audens dice-

Matth.11.b re ſaluatori. Hæc omnia mihi tradita ſunt: & dabo ti-

Ibid.4.a bi ea, ſi ꝓcidens adoraueris me. Mūdus ēm in maligno

1.Ioan.5.d poſitus eſt: quem nullus iuſtorū uincere potuit, nec iu-

Amos.3.a xta Amos: prædā de ore leonis aufer-

F re. Propoſita igitˉ quæſtione, qđ nullus poſſit fortē & gigantem uincere, nec ſaluare qđ ab eo raptū erat: Reſpondit dñs ſuo aduētu omnia perpetranda, quod ſcilicet captæ prius gētes, à gigante tollātur: & omnis illius ſupellex, uniuerſaq; familia, apoſto-

Pſal.67.c lis diuidatur. Impleto illo quod ſcriptū eſt: Rex uirtutum dilecti: & ſpeciei domus diuidere ſpolia. Iſte eſt enim qui aſcendens in altū, captiuā duxit captiuitatem: dedit dona in hominibus: eos uidelicet qui prius capti erāt in mortē, recepit in uitā. Vnde maniſeſtius interpretatus eſt Symmachus: Sed & captiuitas fortis auferetur, & rapina horribilis ſalua erit: Fortem atq; horribilē, diabolū uolens intelligi: qui dñi uirtute ſuperatus eſt. Ergo dñs iudicās eos qui oppreſſerant Sion: ſiue iudicans iudiciū eius: liberabit filios illius qui capti fuerant à gigante, atq; ſaluabit: & aduerſarias poteſtates cibabit carnibus ſuis, & inebriabit quaſi muſto: ut nequaq; aliorū nece, ſed ſua morte ſaturentˉ. Et qui carnes ſunt, quia dei ſpiritum perdiderunt, ſuis ueſcantˉ carnibus. Quod

Pſal.26.a quidem & ſanctus loquitˉ in pſalmis: Cū appropinquarent mihi qui affligebant ut comederent carnes meas. Nō ēm ſpiritus qui incorporalis eſt: ſed caro G comeditur, ferociū beſtiarū morſibus patēs. Et tūc dicet Sion: imò oīs caro quæ uidebit ſalutare dei: quod redemptor atq; ſaluator eius ille ſit qui luctatus eſt cum Iacob, uel auxiliator fuit uirtutis Iacob: ut in paſſione ſuperleuatus, crucifigētibus benedice-

ret: Pater, ignoſce Luc.23.e

eis: qđ ēm faciunt, neſciunt. Ca. L.

Haec dicit dominus &c.) Poſt uocationē gētiū, & reges ac principes, nutricios & nutrices, & captiuitatē fortis prius atque robuſti: cuius præda apl'is diſtributa eſt: & poſt dæmonū ueſaniā, qui ſuis ſaturati carnibus, ſuoq; inebriati ſunt ſanguīe: qñ oīs cognouit caro, qđ redēptor & fortis ipſe eſſet de- H

us Iacob: Loquitˉ ad populū Iudæorū ſuper Sion, quę Supra.49.d

prius dixerat: Dereliquit me dñs, & dñs oblit' eſt mei. Putatis mea duritia matrē ueſtram, terrenā Hieruſalē eſſe proiectā, & qđ ego mentis rigidæ dederim ei libellū repudij, & non potius quod uerum

Nunquid

eſt, intelligitis illam ſuo à me uitio receſſiſſe? Diſcente enim me ad eam: Quieſcite inique agere, diſcite bonū facere: audire me noluit, ſed uertit cōtra me ſcapulā recedētē. Vnde locutus ſum filijs eius: Væ illis qm̄ receſſerunt à me. Manifeſti ſunt, qui impie egerunt in me: Et ad ipſam: erudiet te abſceſſio tua: & malitia tua corripiet te: & ſcies qm̄ malū tibi ſit, quod reliqueris me. Sed forſitā libellū repudij oſtēdere nō poteſtis, & aliquis creditor meus exigēs pecuniam me nō habente ꝙ redderē, uos in debiti cōpenſationē ſuſcipit. Nō eſt ita: ſed ego oſtendā uobis, q̄ꝓbrē matrē cū filijs dereliquerim. Scelera ueſtra atq; peccata uos dæmonibus uendiderunt, ut præſentis ſeculi uoluptatibus irretiti, & uos parentem, & illa cōiugem derelinqueret: Vnde adulterā matrem ueſtrā ultra tenere nō potui, ſed uolentem abire, permiſi. Quod autē peccatis ſuis unuſquiſq;

uenun

a HEB. Nunquid tolletur à forti præda: aut quod captum fuerit à robuſto, ſaluū eſſe poterit? Quia hæc dicit dñs: Equidē & captiuitas à forti tolletˉ: et quod ablatum fuerit à robuſto, ſaluabitˉ. Eos uero qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego ſaluabo. Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis, & quaſi muſto ſanguine ſuo inebriabuntur: & ſciet omnis caro quia ego dominus ſaluās te, et redemptor tuus fortis Iacob. Ca. L.

b Haec dicit dominus: Quis eſt hic liber repudij matris ueſtræ, quo dimiſi eā? Aut quis eſt creditor meus cui uendidi uos? Ecce in iniquitatibus ueſtris uenditi eſtis, & in ſceleribus ueſtris dimiſi matrē ueſtrā: Quia ueni, & non erat uir: uocaui, & non erat qui audiret.

SEP. Nūqd accipiet quis à gigante ſpolia? Et ſi captiuum duxerit quis inique, ſaluabitˉ. Sic dicit dominus: Si quis ceperit gigantem, accipiet ſpolia: & accipiens à forti, ſaluabitˉ. Ego autem iudicium meū iudicabo. Et ego filios meos eruam: & comedēt, qui tribulauerunt te carnes ſuas, & bibent quaſi uinum nouum ſanguinem ſuū, et inebriabuntur: & ſciet omnis caro: quia ego dñs q erui te, & adiutorium fortitudinis Iacob. Ca. L.

Sic dicit dñs: Qualis eſt liber repudij matris ueſtræ quo dimiſſi eā? Aut cui creditori & exactori meo uēdidi uos? Ecce peccatis ueſtris uenundati eſtis, & in iniquitatibus ueſtris dimiſi matrem ueſtram: quia ueni, & non erat homo: uocaui, et non erat qui obediret.



A uenundatˉ, dū proprio arbitrio derelicti, noſtra uolūtate, uel ad bonū, uel ad malū ducimur, & Paulus

Roma.7.c apoſtolus docet: Ego aūt carnalis ſum, uenundatus

Ioan.8.d ſub peccato. Qui ēm facit peccatū, ſeruus eſt peccati. Et quomodo auari atq; raptores ſerui ſunt māmonæ: ſic oīe peccatū dñatur peccatoribus. Quibus

ignoſce illis:quod enim faciunt, neſciunt.

HEB. & cū ſceleratis reputatus eſt, & ipſe peccata multorū tulit: & pro trāſgreſſoribus rogauit.

SEP. & cū iniquis reputatus eſt, & ipſe pctā multorū ſuſcepit: & ꝓpter iniqtates eorū traditus eſt.

Cōmentarij decimiquarti in Eſaiam finis.

B DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVMQVINtum commentariorum Eſaiæ ad Euſtochium procemium. D

CRebro Euſtochiū dixiſſe me noui, apoſtolos & euāgeliſtas ubicūqꝫ de ueteri inſtrumēto ponūt teſtimonia, ſi inter Hebraicū & Lxx. nulla diuerſitas ſit; uel ſuis uel Lxx. interpretū uerbis uti ſolitos. Sin aūt aliter in Hebraico, aliter in ueteri æditione ſenſus eſt: Hebraicū magis qꝫ Lxx. interpretes ſequi. Deniqꝫ, ut nos multa oſtendimus poſuiſſe eos ex Hebræo, quæ in Lxx. nō habenť, ſic æmuli noſtri doceāt aſſumpta aliqua de Lxx. teſtimonia, quæ nō ſunt in Hebræoꝝ libris, & finita cōtentio eſt. Hoc diximus quia pręſens capitulū cū in ſenſu unū ſit, in uerbis diſcrepat. A cuius explanatione, quintus poſt decimū in Eſaiam liber incipit.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Eſaiam prophetam liber decimusquintus.

LAuda ſterilis &c.) Symmachus hūc locū ita interpretatus eſt: Lætare ſterilis quæ non peperiſti: Gaude in exultatione, & hinni q̃ non parturiſti:Plures em̄ filij diſſipatæ, magis qꝫ eius q̃ erat ſub uiro. A quo Theodotio & Aquila pręter pauca uerba nō diſcrepāt. Poſt natiuitatē ſaluatoris, & ordinē uitæ atqꝫ uirtutū, paſſionē crucis, & reſurrectionis gloriā:qm̄ ponēs animā ſuā uidit ſemē longæuū, & in ſciētia ſua ipſe iuſtus iuſtificauit plurimos, & fortium diuiſit ſpolia, & pro trāſgreſſoribus rogauit, dans locū pœnitētiæ:trāſit ad uocationē gētiū, & q in illo ſint crecredituri pleno ſermone deſcribit. Quē quidē locū
& apl'is Paulus ſub noīe Saræ & Iſaac, refert ad eccle- Gala.4.d
ſiā, quod prior populus de mōte Sina & Agar ſeruiat cū filijs ſuis: ſequens aūt liber ſit, de quo dicit Eſaias: Lætare ſterilis quæ nō paris: erūpe et clama quę nō parturis:qa plures filij deſertæ, magis qꝫ eius q̃ habet uirum. Et ſtatim:nos aūt, inqt, fratres ſecūdū Iſaac repromiſſiōis filij ſumus. Sed ſicut tūc q ſecundū carnē natus eſt, pſequebať eū q ſecūdū ſpiritū, ita & nūc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillā Ibidem.
& filium

a LAûda ſterilis quæ nō paris: decanta laudē & hinni q̃ nō ꝑturiebas: qm̄ plures filij deſertæ magis qꝫ eius quę habebat uirum, dicit dn̄s.

LAetare ſterilis quæ nō paris:erumpe & clama q̃ non parturis, quia plures filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet uirum.

Dixit

E & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cũ
filio liberæ. Nos autẽ fratres nõ ſumus filij ancillæ,
ſed liberæ: qua libertate donauit nos Chriſtus. Si
igitur uas electionis, aſſumẽs de Eſaia teſtimoniũ,
quod nunc habemus in manibus, ad repromiſſio-
nis retulit filios: &
ad eccleſiam de gẽ-
tibus, ſeu ex utro-
que populo cõgre
gatam, quæ deſer-
ta in Iudæis fuerat
& relicta, quæ uirũ
non habuerat deũ:
nec legem accepe-
rat nec prophetas.
Ipſa ratione cõpel-
limur ſeq. ueſtigia
præceſſoris & de-
Supra.36.d ſertam eã dicere, de qua ſupra legimus: Lætare de-
ſerta, & reliqua his ſimilia. De qua & in Hieremia
Hiere.15.b ſcriptum eſt ex perſona dei: Vacua facta eſt quæ pa
riebat ſeptẽ, defecit & anima eius. Occidit ei ſol ad-
1.Reg.2.a huc meridie. Et in Samuelis uolumine: Sterilis pe-
perit ſeptẽ, & quæ habebat filios plures, infirmata
Pſal.112.d eſt. Et in pſalmis: Qui habitare fecit ſterilem in do-
mo, matrem filioꝝ lætantẽ. Septẽ aũt filios dicit ge
nuiſſe ſynagoga, propter myſteriũ hebdomadis &
ſabbati, cui prior populus fuerat obligatus. Siue ꝓ
ſeptẽ, plures intelligendi ſunt, iuxta Hebræi ſermo
F nis ambiguitatẽ, quo & ſabbatũ ſignificatur & plu-
res. De quo in Hebraicarũ quæſtionũ libro, quẽ in
Geneſim ſcripſimus, plenius dictum eſt. Hæc ergo
quæ q̃diu uirũ habebat deũ, ſermonemq; diuinũ &
legi iuncta erat, generabat deo plurimos filios: q̃m
autem accepit libellũ repudij, & uocãti uiro noluit
reſpondere, & audiuit: Filia matris tuæ tu es, quæ
Hiere.3.b dereliquiſti uirum tuũ. Et iterũ: Nõ ut dñm me uo
caſti: neq; ut patrem & principem uirginitatis tuæ.
Tren.1. Propterea in hoc eodẽ propheta plãgitur: Quomo
do facta eſt meretrix ciuitas fidelis Sion plena iudi-
cij: in qua iuſticia dormiuit in ea, nunc aũt latrones.
Sed & hoc notandũ quod quando dicit: Plures filij
deſertæ, magis q̃ eius quæ habet uirũ: non penitus
ſynagoga excludatur à partu, ſed multitudo ei gen
tium p̃ferat, & ipſa eñ in apoſtolis, & per apoſto
los primũ populũ genuit de Iudæis. Vnde duo apo
ſtolorum principes, agmina ſibi credentiũ in Chri-
ſto, circũciſionis & gentiũ diuiſerunt, ut ex utroq;
populo deſertã prius atq; pauperculam ædificarẽt
Hieruſalẽ. Quod aũt Hebraicũ pro lætícia, hinnitũ
poſuit: gaudij ſignificat magnitudinẽ, in ſimilitudi
Iob.39.c nem hinnientis equi ad uictoriã. De quo in Iob ple
nius ſcribit. Hunc locũ & cætera quæ ſequunt, Iu-
dæi & noſtri Iudaizantes ad Hieruſalẽ referũt, quã
dicunt in mille annoꝝ regno inſtaurandã, & eandẽ
eſſe quæ prius habuit uirũ, & poſtea habere deſie-
rit: multoq; plures habitura ſit filios poſt repudiũ,
q̃ prius habuit ſub uiro. Cũ perſpicue duarum mu
lierum ponat cõparatio, eius quæ uirũ habuit & di

a HEB. Dilatã locũ tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorũ extẽde, ne parcas: lõgos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dextrã enim & ad læuã penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabit,

SEP. Dixit eñ dñs: Dilata locũ tabernaculi tui, & aulæorum tuorũ fige, ne parcas. Protende funiculos: & clauos tuos conforta adhuc in dextris, & in ſiniſtris dilata, & ſemen tuum poſſidebit gentes, & ciuitates

miſſa eſt, & eius quæ ſemper deſerta & abſque uiro G
fuit. Nec mirandum de Iudæis, quorum oculi au-
reſq; ſunt clauſæ, ſi apertam nõ uideant ueritatem.
De Chriſtianis quid loquar, neſcio, qui dicẽte Apo
ſtolo, quæ ſunt allegorica, & ad duo teſtamenta, ue-
tus & nouum, Sa-
rã Agarq; referen
te: Iudæis tradunt
manus: terrenarũ
in mille annis deſi-
derio uoluptatũ.
a ¶Dilata lo. &c.)
Cui dixerat: Lau-
da ſterilis quæ nõ
paris: rumpe uin-
cula, quibus prius
tenebaris aſtricta,
& clama in cõfeſſi-
onem dñi, quæ liberos nõ habebas. Nunc eidẽ præ
cipitur in ſimilitudinem tabernaculi Moyſi, quod Exo.36.c
quondam habuit in deſerto, ut dilatet tentoriũ ſuũ,
pelleſq; diſtentet: & funiculos faciat lõgiores, & cla
uos quibus firmat omne tentoriũ, in altũ defigat, &
roboret ne uẽtoꝝ flatibus diſſipetur. Ad dextrãq;
penetret & ſiniſtrã, & nequaq; Iudaici tabernaculi
imitetur anguſtias, quod centũ lõgitudinis cubito- Ibid.27.b
rum, & quinquaginta latitudinis ambiebat: nec tẽ-
pli breuitate claudat, quod ſexaginta cubita habe-
bat in longum, & uiginti in latũ. Sed ad dexterã &
ad ſiniſtrã locum capere ne ceſſet. Ac ne putemus H
hoc iuxta friuolã Hebræoꝝ cõtentionẽ dici de Si-
on, quæ in antiquũ ſtatum à dño reſtituenda ſit: po
nit manifeſtius quod latebat: Et ſemen tuum gẽtes
hæreditabit. De quo & in euãgelio legimus: Egreſ- Matth.31.d
ſus eſt qui ſeminat ſeminare. Et iterũ: Nõnne bonũ Ibid.d
ſemen ſeminaſti in agro tuo? Quod ſemen etiã ciui
tates deſertas faciat inhabitari, ut eccleſiæ gentiũ in
toto orbe cõſurgant. Vel certe ſemen dicendum eſt
apoſtolorum, & Iudaici populi reliquiæ. De quo in
hoc eodẽ propheta dicitur: Niſi dominus ſabaoth Eſa.1.c
reliquiſſet nobis ſemen, Sicut Sodoma eſſemus, &
ſimiles Gomorræ fuiſſemus. Et Apoſtolus: Reli- Roma.9.f & 11.a
quiæ, ait, ſaluæ factæ ſunt. Hoc de eccleſiarũ magni
tudine, quæ pro uno Iudææ loco & ipſo anguſtiſſi
mo, in toto orbe terrarũ, ſuos terminos dilatabunt.
Veniamus ad intelligentiã ſpiritualẽ. Qui in taber-
naculo eſt, firmam atq; perpetuam nõ poſſidet mã-
ſionem, ſed ſemper mutat loca: & ad ulteriora feſti-
nat, dicens in pſalmo: Pertrãſibo in locum taberna Pſal.41.a
culi admirabilis: præteritorum obliuiſcens, & in fu
turum ſe extendens, donec perueniat ad brauiũ ſu-
pernæ uocationis. De hoc tabernaculo & in alio lo
co legimus: Quàm dilecta tabernacula tua dñe uir- Ibid.83.a
tutum, concupiſcit & deficit anima mea in atria do
mini. Poſtq; infert: Beati qui habitãt in domo tua, Ibidem.
in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Finis enim taberna
culorũ, æternæ domus poſſeſſio eſt: quæ fundamẽ-
ta nõ mutat, nec transfertur de alio in aliũ locũ. Qui
enim plantati in domo ſunt dñi, prius in atrijs illius
efflorueruñt:



A effloruerũt: ut de floribus ad frugem ueniant, poſ-
Pſal.51.b. ſintq; dicere: Ego aũt ſicut oliua fructifera in do-
mo dei. Deniq; uir ſanctus tabernacula præterire
feſtinãs: & domũ dei uidere deſiderãs, unũ uotũ ha
Ibi.26.b. bere ſe dicit, ut nunq; de domo dei exeat. Vnũ pe-
tiui à dño hoc req-
ram: ut inhabitẽ in
domo dñi om̃ibus
diebus uitæ meæ.
Dilatandũ eſt ergo
tabernaculũ: & au
læa pelleſq; tendẽ
dæ: & funiculi mul
tiplíciũ uarioruñq;
ſermonum lõgius
ꝓducendi & claui
ratione firmãdi, in
dextris & ſiniſtris:
ut ſemẽ ſermonis,
id ẽ, doctrinæ dei,
gẽtes ualeat poſſi-
dere: et ciuitates ha
bitabiles facere, q̃
accepit q mnã du-
plicauerat. Dextra
aũt & ſiniſtra ĩ ſcri
pturis ſanctis, tunc
in bonã partẽ acci
pitur, qñ eas & iu-
B xta ſpiritũ intelligi
mus: & iuxta literã
per arma iuſticiæ
2.Cor.6.b. à dextris & à ſini-
ſtris: ut & humi-
lior intelligentia, uitæ teneat inſtitutionẽ, exẽplaq;
maiorũ: & ſpũales atq; ſublimes de p̃ſentibus nos
trãsferat ad futura. Hoc eſt qđ & dñs phariſæis in
Matth.22.b terrogãtibus loquebat: Reddite quæ ſunt cæſaris,
cæſari: & q̃ ſunt dei, deo: ut & poteſtatibus iſtius ſe
culi ſubijciamur: quæ nõ iniuſte tenẽt gladium in
uindictã eorũ q male egerũt, quæ ſiniſtra intelligi
Iob.10.d. tur: & deo reddamus quæ dei ſunt: ut nullũ aliũ ti
meamus, niſi eũ q & animæ habet & corporis po-
teſtatẽ: qđ in dextra accipit. Deniq; de ſapiẽtia dei
Prouer.3.b. dicit, cui nihil p̃cioſum cõparari põt, qđ in dextra
ſua uitæ habeat lõgitudinẽ, & annos plurimos. In
ſiniſtra aũt diuitias & gloriã: ut diuitiæ illæ accipiã
tur quæ in præſenti ſciẽtia ſunt & bonis opibus:
& gloriã quã accipit is, per cuius opa deus glorifi
catur in gẽtibus: lõgitudo aũt uitæ & anni pluri-
mi, æternã uitã ſignificẽt: q̃ p̃ſentia negligẽs, ad fu
tura feſtinat. a ¶Noli ti. &c.) Orit q̃ſtio: q̃uo ſi ad
eccleſiã dicit de gẽtibus cõgregatã: Lætare ſterilis
q̃ non paris: & plures filij deſertæ magis q̃ eius q̃
habet uirũ, qđ ſcilicet uirum nõ habuerit, q̃ poſtea
plures fecit filios: & illa in ſterilitatẽ uerſa ſit, quæ
prius habebat uirũ: q̃uo nũc dicat ad eã q̃ uirũ nõ
habuit. Viduitatis tuæ nõ recordaberis ãplius: &
cõfuſionis adoleſcẽtię tuæ obliuiſceris. Ex quo in-

HEB. & ciuitates deſertas
a inhabitabit. Nõli timere, quia nõ cõfunderis: neq; erubeſces: nõ enim te pudebit, quia cõfuſionis adoleſcẽtiæ tuæ obliuiſceris: & opprobrij uiduitatis tuæ nõ recordaberis ãplius. Quia dñabit tui qui fecit te, dñs exercituũ nomẽ eius: & redẽptor tuus ſanctus Iſraẽl, deus oĩs terræ
b uocabit. Quia ut mulierẽ derelictã & mœrentẽ ſpũ uocauit te dñs: & uxorem ab adoleſcẽtia abiectã, dixit deus tuus. Ad pũctũ ĩ modico dereliq te: & ĩ miſeratiõibus magnis cõgregabo te. In momẽto ĩdignatiõis abſcõdi faciẽ meã

SEP. & ciuitates deſertas habitare facies. Noli timere, quia confuſa es: neque confundaris, quia exprobratũ tibi eſt: cõfuſionem enim æternam obliuiſceris: & opprobrij uiduitatis tuæ memor non eris: quia dñs qui fecit te, dominus ſabaoth nomen ei: & qui eruit te, deus Iſraẽl, omnis terræ uocabitur. Non ut mulierem derelictam & puſillanimem uocauit te dominus: neq; ut mulierẽ quæ ab adoleſcẽtia odioſa eſt, dixit deus tuus: Tẽpore modico reliq te: et cũ miſericordia magna miſerebor tui. In furore paruo auerti faciẽ meã à te

telligi uolũt Iudæi, oĩa quæ dicunt, dici ad Hieruſa C
lem: quæ deſerta à deo rurſum ab eo inſtaurãda ſit.
Qui facile repellentur, cũ admoniti fuerint dici ex
p̃ſona dñi in Zacharia: Et aſſumpſi mihi duas uir Zach.11.b.
gas: unã uocaui decorẽ, & alterã uocaui funiculum
& paui gregẽ. De
quo ĩ ſuo loco ple
nius diximus: &
nũc ex parte dicet:
Duas uirgas, utrũ-
q; eſſe populũ, gen
tium & Iudæorũ:
quorũ prior uoca-
ta ſit turba gẽtiliũ,
quæ accepit natu-
ralẽ legẽ fixã ĩ cor
dibus ſuis: de qua
Paulus ſcribẽs ad
Romanos, fortiſſi Roma.1.c.
me diſputat: qua
uirga nihil pulchri
us eſt, ut oĩs crea-
tura æqualiter uo
cet ad cultũ creato
ris ſui: Secũda aũt,
id eſt, ppl̃i Iudæo-
rũ appellata eſt fu
niculus: q̃ poſt of-
fenſam gentiũ, uo
cat pars dñi, & fu D
niculus hæredita-
tis eius Iſraẽl. De-
niq; poſtquàm in
Abraham uocatus Deut.32.b.
eſt Iſraẽl, dicit dñs: Tuli uirgã meã, quæ uocabatur Zach.11.c.
decus: & abſcidi eã, ut irritũ facerẽ fœdus meũ qđ
percuſſi cũ omnibus gẽtibus. Ergo in aduentum
Chriſti dicit ad uirgã, q̃ abſciſſa fuerat: Noli time-
re, nec erubeſcas: neq; ora pudore ſuffundas. Ne-
quaq; eñ ultra cõfunderis, ut prius cõfuſa fueras:
nec cõfuſionis adoleſcẽtiæ tuæ memor eris: & ui-
duitatis tuæ non recordaberis, per quã relicta es à
deo: qa factor tuus ipſe dñabit tui: cuius nomẽ oĩ-
potẽs eſt: q regnat, nõ in una gẽte Iudæa, ſed ĩ uni-
uerſo orbe terrarũ. Deniq; ſequit: Qui te fecerat,
ipſe te redemit ſanguine ſuo, & deus oĩs terræ uo
cabitur: pro eo qđ eſt oĩm qui morant in terra. Ex
quo perſpicue patet, nequaq; dici ad Hieruſalẽ: q̃
nũq; in toto orbe dñata eſt: ſed ad eccleſiã Chriſti,
cuius hæreditas, mundi poſſeſſio eſt. b ¶Quia ut
mulierẽ &c.) Hic amici Iudæorũ uilificãt mulierẽ
derelictã, & uxorẽ ab adoleſcẽtia abiectam: quã ad
pũctũ & ad modicũ dereliquit dñs: Hieruſalẽ eſſe,
dicẽtes: Qui abſcõdens parũper faciẽ ſuã, ſuſcepe-
rit eã in miſericordijs ſempiternis: & dolorẽ p̃teri-
tũ, gaudio cõmutarit. Hoc iuxta Hebraicã. Porrò
iuxta LXX, nõ eã dicit quaſi derelictã mulierẽ, et pu
ſillanimẽ uocatã à dño: neq; ſicut uxorem quæ ab
adoleſcẽtia odio habita ſit. Sed idcirco ſe eã ad mo-

E dicum reliquiſſe & auertiſſe faciē ſuā, ut misereatur
illius in æternū. Si ergo Iudæi & noſtri Iudaizan-
tes, dicūt Iſraël ad modicū derelictū: ut in aduentu
Chriſti eius misereatur deus: & modicū, interpretan
tur ad comparationē totius æternitatis: cur & no-
bis nō cōcedūt mo
dicū dicere tēpus,
quo gētes ſunt de-
relictæ: ut abiectæ
in medio, quæ in
adoleſcētia ſua dei
fuerāt: poſtea in ſe
nectute æternā mi
ſericordiā cōſequā
tur. Præſertī cū in
uocatione tempo-
ris Iſraël, nunq; ex
cluſa ſit turba gen-
tiliū, ſed ſemper eis
per proſelytos ianua
patuerit reuerten-
di: ut ſicut nos illo-
rū uocatiōe parū-
per uidemur exclu
ſi, ſic illorū excluſi-
one perpetua, no-
bis ad deū reditus

HEB. parūper à te: & ī mi
ſericordia ſempiterna mi-
ſertus ſum tui, dixit redē-
a ptor tuus dn̄s. Sicut ī die
bus Noë iſtud mihi ē, cui
iuraui ne inducerē aquas
Noë ultra ſup terrā: ſic iu
raui, ut non iraſcar tibi: &
non increpem te. Montes
eñ cōmouebūt, & colles
cōtremiſcēt: miſericordia
aūt mea nō recedet: & fœ
dus pacis meæ nō moue-
bit, dixit miſerator tuus
b dn̄s. Paupercula tēpeſtate
cōuulſa abſq; cōſolatiōe.

SEP. à te: & in miſericor-
dia ſempiterna miſerebor
tui: dixit qui eruit te do-
minus. Ab aqua quæ fu-
it ſub Noë hoc mihi eſt: ſi
cut iuraui ei in tempore il
lo, terræ nequaquam ul-
tra iraſci ſuper te: neq; in
cōminatione tua montes
transferre: neq; colles tui
transferent. Sic nec miſe-
ricordia mea deficiet, nec
teſtamentum pacis meæ
auferetur, dixit propicius
tui dn̄s. Humilis & inſta-
bilis abſq; conſolatione.
Ecce

cōcedat. Perpetuā aūt excluſionē diximus, ſi non
Gal. 3. d. egerint pœnitentiā. Alioquin Paulus apoſtolus di
cit: Cōcluſit deus oīa ſub peccato, ut oībus miſerea
F tur. Quę nos de eccleſia ex utroq; populo cōgrega
ta, interptati ſumus: & Iudæi de Hieruſalē accipiūt,
q ſolā tropologiā ſequunt: & in locis difficilimis li-
beræ diſputationis excurſu, naſcētes fugiūt qſtio-
nes: ad animā referūt peccatricē, q abiecta à deo ſit:
nō ob odiū, ſed ob diſpenſationē: ut malorū preſſa
pōdere reuertat ad uirū ſuū priſtinū: & pdita ſub-
Luc. 15. e. ſtātia, de patris clemētia nō deſperet. An nō eſt grā
dis miſericordia occurere filio reuertēti, anulum &
ſtolā, oſculumq; porrigere: & inuidēti fratri, iuxta
Matt. 20. b. alterius parabolę ſimilitudinē dicere: Amice, ſi ego
bonus, quare oculus tuus nequā? a ¶ Sicut in die-
bus Noë. &c.) Vt credat ſanctorū cōgregatio miſe
ricordiā dn̄i ſempiternā: & ideo ad punctū & breue
eos eſſe deſertos: ut in amicitiā dei, æterno fœdere
iungerent: ponit exēpla maiorū, dicēs: Quomodo
uniuerſo orbe peccante: poſtq; corrupit oīs terra
uiam dn̄i, inductū eſt diluuiū: & cū autoribus cun-
ctis, peccatorū cuncta peccata deleta ſunt: & in uno
Gene. 8. d hoīe Noë humanū ſeruatum eſt genus: Cui iuraui
& 9. b. nequaq; terris inducendū eſſe diluuium: & ſponſio
mea hucuſq; ſeruata eſt, nec unq; irrita fiet. Sic iuro
ecclīæ meæ quā mihi redemi ſanguine meo, nequa
q; me iratū fore his quorū miſertus ſum: nec meam
clementiā ulla increpationis duritia cōmutandā. Fa
cilius eñ mōtes mouebunt & colles, q; mea ſenten-
tia cōmutabitur. Iuxta quod & in euangelio loqui-
Matt. 24. c. tur: Cœlū & terra tranſibunt, uerba autē mea non
præteribūt. Hæc eſt autē, inquit, miſericordia mea:
ut fœdus pacis quo mihi reconciliatus eſt mūdus G
nō merito eorū quibus datū eſt, ſed mea clementia
cōſeruetur. Iuxta Lxx. cōfuſus eſt ſenſus: & ſic tur
bata ſunt omnia: ut quid dicat, difficile poſſit intel
ligi: non quo ignorē quid in hoc capitulo uir pru-
dētiſſimus dixerit,
ſed quo nō ſatisfa-
ciat aīo meo. Ponit
enim tropologicū
diluuiū, quod inter
pretat in baptiſmo
ſaluatoris, cōgerēs
exempla q; pluri-
ma: ut eſt illud: Do Pſal. 28. b.
minus diluuiū in-
habitare facit. Et
iterū: Suauis domi
nus expectantibus
ſe in die tribulatio
nis: & ſciens timen
tes ſe, in diluuio iti
neris cōſummatio
nem facit: qd ſcili-
cet uniuerſa pecca-
ta in baptiſmo de-
leuerit, dicēs in alio
loco: Ego ſum, ego Supra. 43. d.
ſum, qui deleo iniquitates tuas. Omnes eñ declina Infra. 13. d.
uerunt, ſimul inutiles facti erant. Nō erat qui face-
ret miſericordiā, nec ueritatē: neq; erat ſciētia dei ſu
per terrā. Maledictio, & mendaciū, & homicidiū, & H
adulteriū, & furtū, cuncta occupauerant: & ſangui-
nem ſanguini miſcuerāt. Vnde loquit per pphetā:
Heu mihi, quia periit reuerēs à terra. Nō eſt qui fa- Pſal. 119. b.
ciat rectū in hoībus, oēs in ſanguine meo iudicant. Michee. 7. d
Vnuſquiſq; proximū ſuū tribulat tribulatione: &
ad malū manus ſuas præparāt: & cętera his ſimilia.
E qbus illud eſt: Nemo mūdus à ſorde, nec ſi uni- Iob. 15. d.
us quidē diei fuerit uita eius ſup terrā. Vnde dn̄m
feciſſe diluuiū, qui iuxta apoſtolū Petrū, occiſus eſt
carne, uiuificatus ſpiritu: & prædicauit ſpiritibus 1. Pet. 3. e.
in carcere cōſtitutis, qn̄ dei patientia expectabat in
diebus Noë, diluuiū impiis inferēs. In cuius exem-
plum aqua nos mūdat: nō ſordes carnis abluēs, ſed
bonæ cōſcientiæ interrogatio in deū. Mōtes autē
& colles qui nō cōmoueant, & in huiuſcemodi di-
luuio permoti fuerāt, ſanctos uult intelligi, accepto
fœdere ſempiterno: qui in priore diluuio moti fue-
rant, & ſuā reliquerāt firmitatē. Dicit mōtes, & dæ- Gene. 6. d.
mones & aduerſarias poteſtates, q uiderūt filias ho
minum qd eſſent bonæ: & amoris iaculo uulnera-
ti, ſumpſerūt ſibi uxores ex oībus quas elegerūt: &
perdiderūt fortitudinē priſtinā: & nequaq; in hoc
diluuio ſunt futuri. Hoc ille dixerit, cuius explana-
tionē lectoris arbitrio derelinquo. b ¶ Paupercula
&c.) Vbi nos diximus: Sternā per ordinem lapides
tuos, in Hebraico ſcriptū eſt, בַּפּוּךְ: quod oēs præ-
ter Lxx. ſimiliter tranſtulerūt: Sternā in ſtibio lapi-
des tuos, in ſimilitudinē cōptæ mulieris, quæ ocu-
los pin-



A git ſtibio, ut pulchritudinē ſignificet ciuita-
tis. Et ubi nos iaſpidem, ſequētes Lxx. diximus, in
Hebraico ſcriptū habet כַּדְכֹּד, quod ſolus Symma
chus καλχιδονίου trāſtulit. Pro cryſtalo quoq; ī cuius
loco apud Hebræos אֶקְדָּח legitur, Symmachus &
Theodotio, γλυφῆς
id eſt, ſculpturæ:
Aquila, τρηπανισμοῦ
poſuit: qd uerbū
foratarū cęlatarūq;
gemmarū ſenſum
ſonat. De diuerſita
te translationis di-
ximus: Veniamus

HEB. Ecce ego ſternā per
ordinē lapides tuos: et fun
dabo te in ſapphiris: & po
nā in iaſpidem propugna
cula tua: & portas tuas in

SEP. Ecce ego præparo ti-
bi carbunculū lapidē tuū:
& fundamēta tua ſapphi-
rū: & ponā propugnacula
tua iaſpin: & portas tuas
lapides

ad ſenſum. Adhuc loquit ad eccleſiā, humilē prius
atq; pauperculam: q nō habet legē, nec pphetas, nec
ſermonē dei: & tempeſtate cōuulſam ſiue inſtabilē,
quæ multos ſeculi turbines ſuſtinuerat: & inter ua-
rios idolorū fluctuabat errores, quæ nullū habuit
cōſolatorē: & fruſtra omnē ſubſtantiā ſuā in medi-
cis perdidit, q ipſe ueniat, ipſe deſcēdat, & ædificet
in terris cœleſtē Hieruſalē: quæ in Apocalypſi Io-
Apoc. 21. c annis uocat ſponſa & uxor agni, habēs lumē ſimile
lapidis precioſi, ſicut iaſpidis & cryſtalli, & murum
magnū, & portas duodecim inſcriptas noībus tri-
buum Iſraël: quarū tres erant ab Oriente, & tres ab
Aquilone, & tres ab Auſtro, & tres ab occaſu ſolis:
B muruſq; fultus duodecim fundamētis, cuius oīs æ-
dificatio ex lapide iaſpide: & ſingula fundamenta
murorū habebāt ſingulos lapides: primū, iaſpidem:
ſecundū, ſapphirū: tertiū, chalcedoniū: quartū, ſma-
ragdum: quintū, ſardonicē: ſextū, ſardium: ſeptimū,
chryſolitū: octauū, berillū: nonū, topaziū: decimū,
chryſopraſum: undecimū, hiacynthū: duodecimū,
amethiſtū: qd legētes, exclamamus illud & dicimus:
Roma. 11. d O profundū ſapiētiæ & ſciētiæ dei, q inſcrutabilia
Supra. 40. c iudicia eius & inueſtigabiles uiæ eius. Quis eñ co-
Oſee. 14. c gnouit ſenſum dn̄i: aut quis cōſiliarius eius fuit? Et
iterū: Quis ſapiens & intelliget hæc: intelligēs & co
gnoſcet ea? Reſpondeāt amatores tantū occidentis
literæ: & in mille annis exquiſitos cibos gulæ ac lu
Phil. 3. d xuriæ præparātes: quorū deus uenter eſt, & gloria
in cōfuſione eorū. Qui poſt ſecundū in gloria ſalua
toris aduentū, ſperāt nuptias: et paruulos centū an-
norum, & circūciſionis iniuriā, & uictimarū ſangui
nē, & perpetuū ſabbatū: qui dicūt cū Iſraël in per-
uerſum modū: Māducemus & bibamus, cras enim
regnabimus: q ſit iſta cœleſtis Hieruſalē cui nūc di-
citur: Ecce ego ſternā per ordinē lapides tuos. Siue
iuxta Lxx. ἰδοὺ ἐγὼ ἑτοιμάζω σοι ἄνθρακα, τὸν λίθον σου.
id eſt, Ecce ego præparo tibi carbunculū lapidem
tuū: ut tota ciuitas ſit plena carbunculis: & habeat
fundamēta ſapphirina, & propugnācula iaſpidē ſi-
ue chalcedonium, & portas cryſtallinas, ſiue anagly
phas: & murū in circuitu precioſorū lapidū: Oēſq;
filii eius nō habēt magiſtros homīes, ſed deū: & ap-
pellētur diſcipuli dei: & ſit in ea pax perpetua, & æ-
dificatio iuſticiæ. Ex quo pſpicuū eſt ſub occaſione
iuſticiæ, qd uirtutis eſt nomē, etiā cæteras uirtutes
in ædificationē eccleſiæ debere nos qrere: nec Iudai C
ca deliramēta ſectari. Exponāt eñ qd ſit illud qd in Prouer. 3. b
Prouerbiis de ſapiētia dicit: pcioſior eſt cūctis lapi- & 16. b
dibus pcioſiſſimis. Si eñ Chriſtus dei uirtus & dei 1. Cor. 1. d
ſapiētia eſt, ſtultū eſt Chriſtū inſenſibilibus lapidi-
bus cōparari. Rur
ſumq; de iudiciis
dei legimus: Iudi- Pſal. 18. c
cia dn̄i recta, iuſtifi
cata ī ſemetipa: De
ſiderabilia ſup au-
rū & lapidē pcio-
ſū multū. Ex quo
palā eſt illū lapidē
cæteris lapidibus cōparari: de quo ſupra in hoc eo-
dem ppheta ex pſona dei dicitur: Ecce immittā in Supra. 28. d
fundamēta Sion lapidē angularē, lapidē electū, pre-
cioſum: & q crediderit in eo, nō cōfundet. Hūc lapi Pſal. 117. c
dem reprobauerūt ædificantes, ſcribæ uidelicet & Matt. 21. d
phariſæi, & principes Iudęorū: q factus eſt in caput
anguli. De quo & aplus Petrus diſputās ait: Nobis 1. Pet. 2. d
ergo honor qui credimus angulari & pcioſo electo
q; lapidi. Incredulis aūt eſt lapis offenſionis & petra
ſcandali. Qui & in Actibus apoſtolorū ad pricipes Act. 4. b
loquit ſacerdotū: Iſte eſt lapis electus, precioſus, quē
uos deſpexiſtis reprobātes: qui factus eſt in caput
anguli: & duos populos cōtinet, gentiū et Iſraël: qui
ędificauit ciuitatē, cuius artifex & cōditor deus eſt:
de qua & Apoſtolus ſcribit Corinthiis: Dei ædifi- 1. Cor. 3. b
catio eſtis, & quaſi architectus ſapiēs fundamentū D
poſui, alius ſupædificat. Vnuſquiſq; aūt uideat qūo
ædificet: fundamentū eñ aliud nemo pōt ponere,
præter eū q poſitus eſt, Ieſum Chriſtū. Si quis autē
ſup fundamentū hoc ædificat aurū, argentū, & lapi
des pcioſos, ligna, fœnū, ſtipulā: uniuſcuiuſq; opus
manifeſtum erit. De hoc fundamento & in epiſtola
altera loquitur: Aedificati ſup fundamentū apoſto Ephe. 2. d
rum & prophetarū, ipſo angulari lapide Ieſu Chri- 1. Pet. 2. d
ſto. Et iterū: In quibus oēs ædificamini lapides ui-
uētes in ſacerdotiū ſanctū offerre ſpūales uictimas.
De his lapidibus myſtice dicitur: Lapides ſācti uol- Zach. 9. d
uuntur ſup terrā. E quibus ædificat Chriſtus eccle
ſiam ſup petrā, dicēs in euāgelio: Sup hanc petram Matth. 16. c
ędificabo eccleſiā meā. Quā ciuitatē q meruerit ītra Pſal. 47. b
re, gaudēs loquit in dn̄o: Sicut audiuimus, ita uidi-
mus in ciuitate dn̄i uirtutum: in ciuitate dei noſtri:
deus fundauit eā in æternū. Super conditore huius
ciuitatis, & in alio loco dicitur: Hic ædificabit ciui- Supra. 45. e
tatē meā: & reducet captiuitatē ppli mei. De natu-
ra aūt duodecim lapidū atq; gemmarū, nō eſt huius
tēporis dicere, cū & Græcorū plurimi ſcripſerint et
Latinorū. E quibus duos tantū nominabo, uirum
ſanctæ & uenerabilis memoriæ epiſcopū Epipha-
nium: q inſigne nobis ingenii & eruditionis ſuæ re
liquit uolumē, qd inſcripſit περὶ λίθων. Et Pliniū ſe-
cundū eundē apud Latinos oratorē & philoſophū:
q in ope pulcherrimo naturalis hiſtoriæ triceſimū-
ſeptimū librū, q & extremus eſt, lapidū atq; gēma-
rū diſputatione cōpleuit. Hi duodecim lapides ſcri-

E buntur per ordinẽ in Exodo & in Ezechiel, id eſt,
Exo.28.b ἐν τῷ λογείῳ pontificis:& in corona atqꝫ diademate
prĩcipis Tyri. Dicamus primũ de Exodo: Quatuor
ordines intexti erãt lapidũ. Ordo primus habuit la-
pidẽ ſardiũ, topaziũ, ſmaragdũ. Ordo ſecũdus, car-
bũculũ, ſapphirũ,
iaſpidẽ. Ordo ter-
tius, lyncuriũ, acha
tem, amethiſtũ. Or
do quartus, chryſo
litũ, berillũ, onychi
nũ, auro circunda
tos:& ĩſcripti erãt
ex noĩbus duode-
cim tribuũ filiorũ
Iſraël. In quo notandũ ꝙ ſecundus ordo lapidũ etiã
in præſenti ſcriptura ſit poſitus, carbunculus, ſap-
phirus & iaſpis. Necdũ eñ perfecta retinemus, nec
ad patriã peruenimus: quia nunc per ſpeculũ uide-
mus in ænigmate. Porrò in Ezechiel ſic ſcriptũ re-
Ezech.28.c perimus: Tu es ſignaculum ſimilitudinis & corona
decoris, ĩ delicijs paradiſi dei fuiſti. Omni lapide pri
mo indutus es, ſardio, topazio & ſmaragdo, carbũ-
culo & ſapphiro & iaſpide, argẽto quoqꝫ & auro &
lyncurio, & achate, & amethiſto, & chryſolito, & be
rillo, & onychino: auroqꝫ repleſti theſauros tuos &
F apothecas tuas in te. A qua die cõditus es, cũ cheru
bim poſui te in monte ſancto meo: fuiſti in medio
lapidum ignitorũ, immaculatus in diebus tuis, ex
quo cõditus es, donec inuẽtæ ſunt in te iniquitates
tuæ. Quis eñ tam ſtultus & uecordis ingenij, ut in
paradiſo dei poſitum principẽ Tyri, quẽcunqꝫ illũ
eſſe crediderit:& cõditum inter cherubim, & inter
igneos lapides cõuerſatum: quos haud dubie ange
los intelligimus cœleſtesqꝫ uirtutes, putet fuiſſe eũ
qui terrenis lapidibus ornatus ſit, & habuerit ſimi-
litudinẽ & ſignaculum dei? De natura igitur oĩm la
pidum, & per partes ſingulorum, nõ eſt huius tem-
poris dicere: neqꝫ eñ ſemper dicẽda ſunt oĩa. Nunc
tantũ de carbũculo, ſapphiro, & iaſpide diſſeramus.
Carbunculus qui paratur, ſiue per ordinẽ ſterniť,
uidetur mihi ignitus ſermo doctrinæ: qui fugato er
rore tenebrarũ, illuminat corda credẽtium. Hic eſt
quem unus de ſeraphim tulit forcipe cõprehẽſum,
Eſa.6.b ad Eſaiæ labia purganda: qui naſcitur, iuxta Gene-
Gene.2.c ſeos fidem, in terra Heuilat: ubi eſt aurũ optimũ, la-
piſqꝫ carbunculus & praſinus. Porrò ſapphirus, q
ponitur in fundamẽtis, cœli habet ſimilitudinẽ, &
ſupra nos aëris: qui talis eſt, ut poſſit Ariſtophaniũ
dicere cum Socrate: ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον: qđ
nos in Latinum ſermonẽ uertere poſſumus: Scan-
do aërem, ſolemqꝫ deſpicio. Siue cum Paulo apoſto
Phil.3.d lo: Noſtra autẽ conuerſatio in cœlis eſt. Ezechielis
Ezech.1.g quoqꝫ ſcriptura cõmemorat: ꝙ locus in quo thro-
nus dei ſit, ſapphiri habeat ſimilitudinem: & gloria
1.Cor.15.f domini in hoc colore conſiſtat. Qui portat imagi-
nem ſupercœleſtis. Sed & propugnacula urbis do-
minicæ, hoc eſt, murorum mœnia, iaſpide roboran
tur: qui poſſunt omnẽ altitudinẽ eleuantẽ ſe cõtra

HEB. lapides ſculptos: et oẽs termĩos tuos in lapides deſiderabiles. Vniuerſos filios tuos doctos à dño, & multitudinem pacis filijs tuis, & in iuſticia fundaberis.

SEP. lapides cryſtalli: & muros tuos lapides electos: & oĩes filios tuos diſcipulos dei: & multa pax erit filijs tuis: & in iuſticia ædificaberis.

Recede

ſcientiã dei deſtruere atqꝫ cõuincere, & mendacium G
ſubijcere ueritati. Qui ergo in diſputando fortiſſi-
mus eſt, & ſanctarũ ſcripturarum teſtimonijs robo
ratus, iſte propugnaculũ eccleſiæ eſt. Iaſpidum mul
ta ſunt genera: alius eſt enim ſmaragdi habẽs ſimili
tudinẽ: qui reperiť
in fontibus Ther-
modoontis flumi-
nis, & uocať
quo omnia phan-
taſmata fugari au-
tumant. Alius uiri
dior mari & tinctus
quaſi floribus: hũc
in Phrygię monte
Ida, & in profundiſſimis ſpecubus eius naſci refe-
runt. Aliũ uero iuxta Iberos, Hyrcanoſqꝫ & mare
Caſpium reperiri: & præcipue iuxta lacũ Neuſin.
Eſt & alius iaſpis niui & ſpumæ marinorũ fluctuũ
ſimilis, & clementer quaſi mixto cruore ſubrutilãs.
Hoc diximus, ut uniuerſas gratias ſpirituales in ec
cleſiæ propugnaculis cognoſcamus: quas qui ha-
buerit, uanos timores fugat: & poteſt cũ ſponſa di-
cere: Fratruelis meus candidus & rubicundus. Por Cant.5.c
tæ autẽ iſtius ciuitatis de lapide ſunt cryſtallo: qui
ſcalpitur uarijs modis, quo lapide nihil purius eſt.
Deniqꝫ uehemẽtiſſimis Alpium frigoribus, & in- H
acceſſis ſoli ſpeluncis, cõcreſcere aquæ dicuntur in
cryſtallum: et tactu quidẽ lapidem, uiſu aquam eſſe.
Per quæ oſtendiť eos qui in foribus eccleſiæ ſunt,
nulla debere ſorde maculari, ſed fidei eſſe puriſſi-
mæ: & dicere cũ ꝓpheta: A mandatis tuis intellexi. Pſal.118.n
Et illud audire: Beati mũdo corde: qm̃ ipſi deum ui Matt.5.a
debũt. Muri autẽ ciuitatis ſiue termini & περίβολοι,
lapidibus electis extruuntur: quos reliquos lapides
intelligere poſſumus: & omnes filios eius eſſe do-
ctos, ſiue diſcipulos dei: quo teſtimonio dñs utitur
in euangelio Ioannis, dicẽs: Nemo poteſt ad me ue Ioan.6.e
nire, niſi pater meus qui miſit me traxerit eum: &
omnis qui audierit & didicerit à patre, uenit ad me.
Et poſt paululũ. Scriptum eſt in ꝓphetis. Erũt oẽs
docti à deo. Qui et per Hieremiã loquiť: Dans leges Hiere.31.f
meas in mẽtibus eorũ, & ſuper cor illorum ſcribã
eas: & nequaqꝫ ultra docebũt ſinguli ꝓximos ſuos
et fratres dicentes: Cognoſce dñm. Sed oẽs ſciẽt me
à minimo uſqꝫ ad maximum. Propicius eñ ero ini-
quitatum eorũ, & peccatorũ eorũ non recordabor.
Doctrina autẽ diſcipulorũ dei, habet multitudinem
pacis, quæ eis à domino derelicta eſt: ædificatioqꝫ Ioan.14.d
urbis pulcherrimæ completur iuſticia: ut nequaqꝫ
unius gentis, ſed totius mundi deus ſit: uocantis ad
fidem ſuam, ſeruos & liberos, Græcos & barbaros,
diuites & pauperes, nobiles & ignobiles, uiros &
mulieres, paruulos & ſenes: & omnia quæ in mun-
do uidentur eſſe contraria. Exceſſimus breuitatis
modum, qui utilis eſt in omnibus quæ dicẽda ſunt:
nequaquam nos iuxta Hebræos & noſtros ſemiju
dæos in terra, ſed in cœlis urbem dei quærere, quæ
in Chriſto monte ſita latere non poteſt.

Recede



A a ¶ Recede ꝓcul &c.) Ordo pulcherrimus. Pauper
culam & humilẽ fuerat cõſolatus, ꝓmittens ei gra-
tias ſpirituales. Nunc docet qđ facere debeat, ſi no-
lit aduerſariorum impetus formidare. Et eſt ſenſus:
Nõ uis timere ĩimicos tuos, fac iſta q̃ dico: Recede
ꝓcul à calumnia, ſi
ue ab iniqtate: qa
omnis iniquitas &
rapina de calũnia
naſciť: & non time
bis, tremorqꝫ & pa
uor nõ appropin-
quabũt tibi: ut ne-
quaqꝫ hoĩes, ſed de
um timeas, dicens
cum Moyſe: Tre-
mens ſũ ego & me
ticuloſus. Et cum
uno amicorũ Iob:
Iob.4.c Horror & tremor
uenerũt ſuper me:
& multũ oſſa mea
cõcuſſit. Et cum ꝓ
Infra.66.a pheta: A uoce ora
tionis meæ ĩtrauit
tremor ĩ oſſa mea.
Prouer.10.d Et: Sup quẽ dñs re
quieſcit, niſi ſuper
B humilẽ & quietũ,
& trementẽ uerba
eius? Porrò alius eſt impiorũ tremor, q ex metu ſup
plicij naſciť. De quo ſcriptum eſt: Tremor apprehẽ
Pſal.47.a dit impios. b ¶ Ecce accola ueniet &c.) Et hæc Iu-
dæi putãt ad Hieruſalẽ dici: ꝙ multi de gẽtibus pro
ſelyti ſint futuri, & legẽ Moyſi ceremoniaſqꝫ ſuſci-
piãt. Qđ nos iuxta cœptã interpretationẽ ad eccle-
ſiam referimus: q̃ per apoſtolos ex utroqꝫ populo
Ephe.5.f cõgregata eſt: q̃ nõ habet maculã, neqꝫ rugã: q̃ libe-
Gal.4.d ra eſt, & mater oĩm credẽtium. Ad quos proſelytos
& aduenas cõgregandos, miſit dñs diſcipulos ſuos
Matth. ulti. dicẽs: Docete oẽs gentes, ut confugiant ad euange-
lium, & nouã legẽ ſuſcipiãt: ut habitatores quondã
idololatriæ fiant coloni eccleſiæ. De qbus & in pſal
Pſal.145.b mis diciť: Dñs ſapiẽtes facit cæcos. Siue ut in Lati-
nis codicibus legiť: Dñs illuminat cæcos, dñs diligit
aduenas: ut poſtqꝫ cæci lumẽ receperint ueritatis, et
ſtulti ſapientiã didicerint, tunc ad eccleſiã tranſeun
tes diligant à dño: Et audiant per ꝓphetã: Vocabo
Oſee.2.d nõ populum meũ, populũ meũ: quo intrãte tẽplum
dei, zelus apprehẽdit populum ineruditũ. c ¶ Ecce
ego creaui &c.) Dicamus primũ iuxta Hebraicum:
Si uis nõ timere, & ꝓcul à te eſſe formidinẽ, fac quę
præteritus ſermo narrauit: Ego eñ ſum per quem
habitura es ꝓſelytos. Ego qui creaui fabrũ ſufflan-
tem in igne prunas: hoc eſt, diabolum oĩm malorũ
artificẽ, non neceſſitate naturę, ſed mentis arbitrio.
Qui ſuſcitauit incendia, & proferet contra te uaſa.
Act.13. Quales fuerũt Simon & Elimas magi, Petro et Pau
apoſtolis reſiſtẽtes. Ego creaui interfectorẽ eorum

a HEB. Recede procul à calũnia, quia nõ timebis, & à pauore, qa nõ appropin
b quabit tibi. Ecce accola ueniet, qui nõ erat mecũ: aduena quondã tuus adiun-
c getur tibi. Ecce ego creaui fabrum ſufflãtem in igne prunas, & proferẽtem uas in opus ſuũ: & ego creaui interfectorẽ ad diſperdendum. Oĩe uas qđ fictum eſt cõtra te, non dirigeť: & omnem linguam reſiſtentem tibi, in iudicio iudicabis. Hæc hæreditas ſeruorum domini: & iuſticia eorum apud me, dicit dñs.

SEP. Recede ab iniquo, & nõ timebis: & tremor non appropinquabit tibi. Ecce proſelyti accedẽt ad te per me, & coloni erũt tui, et ad te cõfugient. Ecce ego creaui te, nõ ut ærarius ſufflãs in igne prunas: & ꝓferens uas in opus. Ego aũt creaui te nõ in ꝑditionẽ interficere, omne uas qđ factum eſt cõtra te, nõ proſperabitur: & oĩs uox ſurget cõtra te in iudiciũ: oĩes eos uinces: ÷ & obnoxij tui erũt in ea ⁚ Eſt hæreditas ſeruiẽtibus dño: & uos eritis mihi iuſti, dicit dñs.

Cap.

qui increduli ſunt futuri. Nõ quo ego ſim cauſa ꝑ- C
ditionis eorum, ſed quo creatus aduerſarius ad pu
gnandum: & uictis perditio, & uictoribus cauſa ſit
præmiorũ. Oẽſqꝫ q contra te à fabro ſufflante ſunt
fabricati, nõ dirigenť: ſed & p̃ſentes pœnas ſentient
& futuras. Quod-
qꝫ prius uidebať
occultũ, ĩ cõſequẽ-
tibus diciť manife
ſtius: Et oẽm lin-
guã reſiſtentẽ tibi,
in iudicio iudica-
bis: ꝑdens ſapiẽtiã 1.Cor.1.c
ſapiẽtiũ, & prudẽ-
tiã prudẽtium re-
probãs. Cũctoſqꝫ
hæreticorũ princi
pes, et Iudæorũ ma
giſtros, & mundi
philoſophos, quos
faber ille conflaue
rat, tuo iudicio cõ-
demnabis. Quo-
mõ et regina Saba Matt.12.d
cõdemnauit incre
dulos & Niniui-
tas: & ecõtrario iu
ſtificabiť Sodoma
cõparatione peio-
ris Hieruſalẽ. Poſt D
hæc inferť quæ ſunt p̃mia futurorum, ne caſſum
putent eſſe certamen, & præſenti morte finiri. Hæc
eſt hæreditas ſeruorũ dñi, id eſt, regna cœlorum, &
uita ꝑpetua, & retributio laborum: quæ oculus nõ
uidit, & auris nõ audiuit, & in cor hominis nõ aſcẽ 1.Cor.2.b
derunt, q̃ præparauit deus diligẽtibus ſe. Si autẽ di
ligentibus, ergo & ſeruientibus: qui nullũ alium ha
bent dñm, niſi deum. Et hæc eſt iuſticia eorum qui
apud deũ ſunt, dicit dñs: ut p̃ſens tribulatio, futuro
gaudio cõpenſetur. Porrò iuxta Lxx. iſte mihi ſen
ſus uideť: Ego creator tuus nõ te ita feci, quõ diabo
lus faber peſſimus immũdo ſpiritu cõflat uaſa ini-
quitatis, & profert ea in perditionẽ: qui ſcire debet
ꝙ huiuſcemodi uaſa proſperum iter nõ habent, ſed
in curſu medio cõfringanť. Quæ ſint autẽ uaſa, ſe-
quenti ſermone demõſtrat. Et omnis uox quæ ſur-
get cõtra te in iudiciũ, oẽs eos uinces. Vaſa iniqui-
tatis uocẽ habẽt, quæ uox ſurgit contra eccleſiã, qñ
ponunt hæretici in excelſum os ſuum, & lingua eo
rum pertranſit ad terrã. Quodqꝫ ſequiť: Et obnoxij
tui erunt in ea, obelo prænotauimus: quod nón tã
à Lxx. qꝫ à malis ſcriptoribus uidetur additũ. Cum
autẽ omnem uocem ſurgentem aduerſum ſe eccle-
ſia uicerit, tunc ſeruientibus dño & obedientibus
erit hæreditas, æterna poſſeſſio. De qua & in Hiere Hiere.31.c
mia alijs uerbis diciť: Eſt merces opibus tuis. Habi
tatoreſqꝫ eccl'iæ iuſti erũt dño. Oĩs eñ q facit iuſti-
ciam, de deo natus eſt. Quibus loquitur dñs: Eſtote Leui.20.b
ſancti, qm̃ ego ſanctus ſum. Cap. LV.

Cap. LV.

a Omnes ſitiẽtes uenite ad aquas:& qui non habetis pecuniã, properate,emite & comedite. Venite emite abſq; argẽto & abſq; ulla cõmutatione uinũ & lac. Quare appẽditis argentũ,nõ in panibus:& laborẽ ueſtrũ nõ in ſaturitatẽ? b Audite audiẽtes me, & comedite bonũ:& delectabit̃ in craſſitudine aĩa ueſtra.Inclinate aurem ueſtrã,& uenite ad me: audite,& uiuet aĩa ũra. Et feriã uobiſcũ pactũ ſempiternũ miſericordias Dauid fide-

Qui ſititis,ite ad aquã: et quotquot nõ habetis pecuniã, Euntes emite & comedite,& ambulate: & emite abſq; pecunia & abſq; ꝑcio uinũ & adipẽ. Quare emitis pecunia: & laborẽ ueſtrũ nõ in ſaturitatẽ? Audite me,& comedite bona, & delectabit̃ in bonis aĩa ueſtra. Attendite auribus ueſtris, & ſequimini uias meas: & audite me,& uiuet in bonis anima ueſtra. Et conſtituam uobis teſtamentum æternũ, ſancta Dauid fidelia. Ecce

E Omnes ſitientes &c.)Verbũ Hebraicũ, הוי de quo Supra.29.a ſupra in ꝓphetia cõtra Ariel dixerã, qđ eſſet ambiguũ:& uel interiectionẽ uocãtis, uel uæ, ſignificaret:hic in principio capituli poſitũ, nequaq; plangẽtis legitur,ſed uocãtis affectu. Quia ergo omne uas fictũ cõtra eccleſiã dixerat cõterendũ:& oẽm uocẽ linguãq; quę ſe armauerat cõtra ſcientiã dei, eſſe ſuperãdã: prouocat credẽtes ad fluuiũ dei, ꝗ repletus eſt aquis:& cuius impetus lætificat ciuitatẽ dei:ut bibant aquas de fontibus ſaluatoris: ꝗ loquitur ad Samaritanã: Ioan.4.b Si ſcires gratiã dei,& quis eſt ꝗ dicit tibi,da mihi bibere:tu petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquã.Aqua quam ego dedero ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitã æternam. F De his aquis clamabat in tẽplo:Si q̃s ſitit ueniat ad me & bibat. Qui biberit de aqua quã ego dedero ei,flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ:Significans ſpiritum ſanctũ,quẽ credentes accepturi erant:& de quo ꝓpheta myſtico ſermõe reſonabat:Sitiuit anima mea Pſal.41.a ad deum uiuentẽ. Et iterũ: Apud te eſt fons uitæ. & 35.c Qui ipſe de ſe loquebatur:Me dereliquerunt fontẽ Hiere.2.c aquæ uiuæ:& foderũt ſibi lacus cõtritos,ꝗ nõ poſſunt aquas cõtinere.Has aquas ſpargunt nubes,ad Eſa.45.d quas ꝑuenit ueritas dei.Sicut ſcriptũ eſt: Et nubes Hiere.2.d ſpargunt iuſticiã.Pręcipiturq; ſitiẽtibus,ut nequaq; bibant aquas Sior turbidas,& tumẽtes gurgites Aſſyriorũ:ſed pergant ad aquas Siloë,q̃ uadunt cũ ſilẽtio:nec timeãt eloquij paupertatẽ,ſi argentũ forte nõ habeãt:ſed audiãt Apoſtolũ dicentem: Ephe.2.a Gratia ſalui facti eſtis. Matth.10.a Et dñm ad diſcipulos:Gratis accepiſtis,gratis date.Mirũq; in modũ emunt aquas abſq; pecunia: Ioan.6.e & nõ bibũt eas,ſed comedunt.Ipſe enim & aqua & panis eſt qui de cœlo deſcendit.Ergo qđ in quibuſdã exẽplaribus legit̃: Emite & bibite: ab imperitis ſcriptoribus immutatum eſt:qui putauerunt eſſe conſequẽtius,ſi biberent̃ potius aquæ q̃ comederent̃.Eſt aũt & pecunia peſſima ſiue argentũ,qđ reprobat ſcriptura,dicẽs:Pecunia quæ datur Supra.1.f cũ dolo,q̃ſi teſta reputabit̃.Et in alio loco: Argẽtũ Pſal.11.b ueſtrũ reprobũ.Et eſt argentũ qđ dei eloquijs comparat̃:Eloquia dñi,eloquia caſta:argentũ igne examinatũ terræ,purgatũ ſeptuplũ.Spreto igit̃ illo argento & pecunijs,ꝗbus aquas dñi emere non poſſumus:pergamus ad eũ qui tenẽs calicẽ ſacramenti G diſcipulis loquebat̃: Matt.26.c Accipite & bibite, hic eſt ſanguis meus,qui pro uobis effundet̃ in remiſſionem peccatorũ.Quod uinũ miſcuit & ſapientia in cratere ſuo:oẽs ſtultos ſeculi mũdiq; ſapientiã nõ habentes,ꝓuocãs ad bibendũ:& ut non ſolũ uinũ emamus ſed & lac:qđ ſignificat innocentiam paruulorũ: ꝗ mos ac typus in Occidentis eccleſijs hodie uſq; ſeruatur: ut renatis in Chriſto, uinũ lacq; tribuatur. De quo lacte dicebat & Paulus: 1.Cor.3.a Lac uobis potũ dedi,non ſolidũ cibum.Et Petrus: 1.Pet.2.a Quaſi modo nati paruuli, rationale lac deſiderate. Vnde et Moyſes uinũ & lac in Chriſti intelligens paſſione, myſtico ſermone teſtat̃: Gene.49.b Gratioſi oculi eius à uino: & H candidi dentes eius à lacte. Pro lacte in ꝑſenti loco Lxx.στέας,id eſt,adipẽ tranſtulerunt.De quo ſanctus Pſal.62.b Dauid dicit ĩ Pſalmo:Sicut adipe & pinguedine Ibi.80.c repleatur anima mea.Et in alio loco: Cibauit eos de adipe frumẽti,& de petra melle ſaturauit eos. Qui adipes nõ aliud q̃ myſticã carnẽ ſonãt.Ad quã dñs diſcipulos hortabat̃,dicens:Niſi comederitis carnẽ Ioan.6.f meã,& biberitis ſanguinẽ meũ,nõ habebitis uitam in uobis.Vnde & in גיא שמנים traditus eſt, ꝙ ſignificat uallẽ adipeã ſiue pinguiſſimã. Simulq; increpat eos qui ſequunt̃ ſapientiã ſecularẽ:& peruerſas hæreticorũ,ſimulataſq; doctrinas & phariſęorũ traditiones,omnẽq; falſi nominis ſcientiã, q̃ eleuat̃ cõtra deũ:& magnis precijs ac labore cõtinuo appẽdunt argentũ pro ea diſciplina in qua nõ ſunt panes:et ſudant pro his cibis,in quibus nulla ſaturitas eſt.Ex quo oſtenditur eã ſectandã eſſe ſapientiam:q̃ nõ eſt in folijs ac flore uerborũ, ſed in medullis ac fructibus ſenſuũ:quæ nõ aurẽ præteruolat,ſed animum reficit.Quã ut diſcamus,nõ trãſimus maria, nec magnis ſumptibus indigemus:ſed ꝓpè eſt uerbum in ore noſtro,& in corde noſtro. b ¶Audite audientes me &c.)Ne quis putaret auditum carnis eſſe,nõ mentis:ad quem cohortatur audituros ſermo diuinus:nõ carnis illis bona,ſed animæ pollicetur. Supra.1.e Si enim,inquit,audieritis me,bona terræ comedetis.Siue bonũ,qui dicit: Ego ſum paſtor bonus. Ioan.10.b Et delectabit̃ in bonis,& in craſſitudine anima ueſtra.Ergo bona quæ animæ repromiſſa ſunt, nõ diuitiæ



a HEB.les. Eccẽ teſtem populis dedi eũ:ducẽ ac præceptorẽ gentibus.Ecce gẽtem quam neſciebas, uocabis:& gentes quæ nõ cognouerũt te,ad te current: propter dñm deum tuum & ſanctũ Iſraël qui glorifi-

SEP.Ecce teſtimonium in gentibus dedi eũ:principẽ & præcipientẽ gẽtibus:gẽtes quæ neſciebant te,inuocabũt te:& populi ꝗ ignorabant te,ad te cõfugient: propter dñm deũ tuũ ſanctum Iſraël, quia glorificauit

A diuitiæ & corporis ſanitas,& ſeculi dignitates:quę etiã philoſophi appellant indifferẽtia,id eſt,nec bona,nec mala,& pro utentiũ qualitate uariãtur:ſed Pſal.36.e illa credẽda ſunt,ad quæ nos cohortat̃ deus:Declina à malo,& fac bonũ.Sin autẽ bona animæ,honeſtas uirtutesq; dicunt̃:ergo & mala, nõ pauꝑtas,& infirmitas corporis, & ignobilitas accipiẽda:ſed oĩa uitia, quę uere mala ſũt. Gene.13.b Deniq; Abraham non ideo bona habuit,ꝗa diues fuit, ſed ꝗa diuitijs bene uſus eſt.Et Lazarus ꝗ poſtea requieuit in ſinu eius,nõ idcirco mala ſuſtinuit,quia cũ egeſtate paſſus eſt tormenta morborũ:ſed malis quæ putabant̃ in ſeculo,uera bona eſt conſecutus. Luc.16.e Vnde & diues ille purpuratus,recepit bona ſua in uita ſua:quæ illi erãt bona,ꝗ ea arbitrabat̃ bona:& de Lazaro nõ ecõtrario dicit̃:Recepit mala ſua in uita ſua:ſed,recepit mala in uita ſua:quæ mala non illi qui patiebat̃,ſed alijs uidebãt̃. Iob.2.b Vtriuſq; rei exẽplũ nobis tribuit beatus Iob,qui nec ĩ bonis nec in malis ſeculi uictus eſt,ſed omnia pari mẽtis firmitate ſuſtinuit. Prouer.30.d Quãobrẽ Salomon precat̃ deũ: B Diuitias & paupertatẽ ne dederis mihi.Cõſtitue aũt mihi quæ ſunt uictui meo neceſſaria & ſufficiẽtia,ne ſaturatus mẽdax efficiar,& dicam:Quis me uidet: aut egẽs furer,& periurẽ nomẽ dñi.Si aũt hoc deprecat̃:ut nec diuitias habeat,nec paupertatem,ſed tantũ uictus neceſſaria:de quibus & Apoſtolus dicit:Habentes uictum & ueſtitũ,his cõtenti ſumus. 1.Tim.6.b Perſpicuũ eſt diuitias & egeſtatẽ,ſanitatẽ & lãguorem,uoluptatẽ atq; cruciatus,nec bona eſſe nec mala:ſed pro ſuſtinẽtiũ diuerſitate bona & mala fieri. Ergo nõ iuxta χιλιαστὰς,opũ abũdãtiã,& delicatos cibos,& craſſitudinẽ corꝑis,phaſideſq; & fartos turtures,mulſum,merũ,uxorũ pulchritudinẽ,examina liberorꝫ,dñs animæ pollicet̃:ſed illas delicias,ad Pſal.36.a quas nos myſtice ꝓuocat,dicẽs:Delectare,ſiue delicijs fruere in dño,& dabit tibi petitiões cordis tui. Pſal.26.d Et alibi:Credo uidere bona dñi in terra uiuẽtium. Et in alio pſalmo:Benedic aĩa mea dño:& oĩa in- Pſal.102.a teriora mea nomẽ ſanctũ eius.Qui implet in bonis Eſa.55.a deſiderium tuũ.Deniq; infert:Audite me,& uiuet anima ueſtra.Omniũ bonorũ ꝓmiſſio,uita eſt ſempiterna.Quod ſi uolueritis audire,& anima ueſtra uixerit in æternũ:feriã uobiſcũ pactũ ſempiternũ: miſericordias Dauid fideles.De quibus idem pſalmiſta cãtabat:Miſericordias dñi in æternũ cãtabo. Pſal.88.a In generatione & generatione annũciabo ueritatẽ tuam.Et ut ſciamus quæ ſint iſtæ miſericordiæ,ſequenti ſermone demõſtrat:Semel iuraui in ſancto meo:ſi Dauid mẽtiar,ſemen eius in ſempiternũ manebit:& thronus illius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternũ,& teſtis in cœlo fidelis. C Qui idcirco uocat̃ fidelis,ꝗa ꝓmiſſa cõpleuerit.Pro ꝗbus Lxx.trãſtulerũt:τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά, id eſt,ſancta Dauid fidelia:qđ põt pro firmis accipi atq; robuſtis.Vt eſt illud:Fidelia oĩa mãdata eius: Pſal.110. cõfirmata in ſeculũ ſeculi.Et in alio loco:Deus fidelis, Deut.32.a & nõ eſt iniquitas in eo.Et apoſtolus Paulus:Si negauerimus,inquit,eum 1.Tim.5.a Act.13.e ipſe fidelis manet: negare ſeipſum nõ poteſt. Et in alio loco ſcribẽs ad Timotheum: Fidelis 1.Timo.1.c ſermo,& omni acceptione dignus.Hoc aũt pactũ qđ dñs pollicet̃, nõ erit breue & unius tꝑis,ſicut fuit populi Iudæorũ:ſed manebit in æternũ,ut ueniat uerus Dauid: & in euãgelio cõpleant̃ quæ ex dei ꝑſona ſunt repromiſſa:Inueni Dauid ſeruũ meũ:in miſericordia Pſal.88.d ſancta unxi eũ.Cuius manũ poſuit ĩ mari,& in fluminibus dexterã illius.Quẽ iuxta Ezechiel,ꝑ multa iam ſecula dormiente Dauid,appellat ſeruũ ſuũ atq; paſtorẽ dicẽs:Suſcitabo uobis paſtorẽ unũ,ſer- Ezech.34.f uum meũ Dauid. a ¶Ecce teſtẽ &c.)Prouocauerat ad credẽdũ pplm Iudæorũ ut inclinarẽt aurem ſuam,& pactũ acciperẽt ſempiternũ:qđ dñs Dauid D repromiſerat,& Abraham,ac ſemini eius,dicẽs:In Gene.22.d ſemine tuo benedicent̃ gentes. & 26.a Quod apl's Paulus ediſſerẽs,non dixit,ait:In ſeminibus,ſed,in ſemine Gal.3.b quod eſt Chriſtus.Et quia ſciebat illis nõ credẽtibus,credituros eſſe pplos nationũ,trãſit ad gẽtes: & dicit miſiſſe ſe filiũ ſuũ teſtẽ uel teſtimoniũ cunctarũ gẽtiũ,qui præcepta illius atq; mãdata populis nũciaret,qui de ſeipſo loquit̃:Oportet prædica- Matth.24.b ri euãgeliũ iſtud in omni orbe,in teſtimoniũ cũctis gẽtibus.Deniq; ſuperbiẽtẽ Pilatũ hoc ſermone cõfutat:In hoc natus ſum,ut teſtimoniũ præbeã ueri- Ioan.18.g tati.De quo apl's Paulus ſcribit Timotheo: 1.Tim.2.b Vnus mediator dei & hoĩm,homo Chriſtus Ieſus:ꝗ dedit ſe redẽptionẽ pro oĩbus,teſtimoniũ tẽporibus proprijs:in quo ego poſitus ſum præco & apl's.Oĩa ergo quæ dicunt̃,ad eum referẽda ſunt.Qui quaſi ouis ad uictimã ductus eſt:& quaſi agnus corã tondẽte nõ apuit os ſuũ.De quo ſupra dicit̃:Vidimus Supra.53.c eũ,& nõ habebat ſpeciẽ neq; decorẽ.Et ipſe peccata noſtra portauit,& pro nobis dolet.Ad hũc cõfugerũt ſiue cucurrerũt,qui eum antea neſciebãt,dicẽtes:Deus noſter refugiũ & uirtus. Pſal.45.a Et iterũ:Dñe refugium factus es nobis in generatione & gene- Pſal.89.a ratione.De quorũ fide & ſupra legimus. Supra.44.b Quibus nõ eſt prædicatũ de eo,uidebũt:& qui nõ audierãt, intelligẽt.Iſte teſtis eſt omnium quæ pater mundo ſpopõdit & præſtitit:cuius myſteriũ breui Paulus ad Epheſios ſermone cõprehendens:Deus,inquit, Ephe.1.c dñi noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ.De quo & nũc

E ſcriptũ eſt:Propter dñm deum tuũ & ſanctũ Iſraël,
Ioan.17.a qui glorificauit te:& ea gloria quã habuit prius ꝙ̃
mũdus fieret.De qua & ꝓpheta teſtat̃:Apparebit
gloria dei,qui eſt ſplẽdor gloriæ,& forma ſubſtan
Phil.2.b tiæ eius:quãdo omnis lingua cõfitebit̃,ꝙ dñs Ieſus
in gloria patris ſit.
Qui reſpõdit filio
gloriã quã prius
habuerat,poſtulã-
ti:Et glorificaui,&
glificabo.De quo
Ioan.17. & Ioãnes apl's:Vi-
dimus, ait, gloriã
eius, gloriã quaſi
unigeniti à patre
plenũ gratiæ & ue
ritatis.Ergo qñ de
eo loquit̃:Qui in
principio apd' deũ
erat deus uerbum,
appellat̃ pater glo
riæ:quãdo autẽ de
eo qui dicit in euã
Ioan.8.c gelio:Quid me ꝑ-
ſequimini hoĩem,
qui ueritatẽ uobis
loquor, uocatur
deus dñi noſtri Ie-
ſu Chriſti.Non ꝙ
alter ſit(qui mul-
F torũ error eſt peſ-
ſimus)ſed quo unus atq; idẽ filius dei:nũc diuini-
tatis ſuæ gloriæ,nũc noſtræ naturæ quam ſuſcipe
re dignatus eſt,loquatur affectibus. a ¶Quærite
dñm dum inueniri poteſt &c.)Quia igitur ut ante
iam diximus,noluiſtis pactũ recipere ſempiternũ,
& miſericordias Dauid fideles:quas uobis nolẽti-
tibus ſuſcipere,ſuſcepit turba gẽtiliũ:Moneo uos
populares meos ego propheta,atq; cõteſtor:Dum
tẽpus eſt,agite pœnitentiã.Cõuertimini ad eũ qui
uobis nũc loquit̃ per prophetas,qui poſtea locutu
rus eſt præſens.Quærite eũ dum inueniri poteſt:
dum eſtis in corpore,dum datur locus pœnitẽtiæ:
& quærite nõ loco,ſed fide.Quomodo aũt quærat̃
Sapien.1.a deus,in alio loco plenius dicit̃:Sapite de dño in bo
nitate:& in ſimplicitate cordis quærite eum:quia
inuenit̃ ab his,qui nõ tẽtãt eum:& apparet his,qui
non ſunt ei increduli.Vnde & nos ſciẽtes illud di-
ctum de peccatoribus:Qui lõge recedũt à te,peri-
Pſal.138.b bunt:loquamur ad dñm:Quò ibo à ſpiritu tuo,&
à facie tua quò fugiã:Si aſcẽdero in cœlũ,tu ibi es:
ſi deſcẽdero in infernũ,ades.Et inuocemus eũ,dum
propè eſt:ne noſtris uitijs atq; peccatis procul rece
dat.Appropinquat em̃ appropinquantibus ſibi:&
filio longo poſt tẽpore reuertenti,lætus occurrit.
Pſal.72.d Quãobrem ſanctus in pſalmo canit:Mihi aũt ad-
Gene.24.d hærere deo bonum eſt.Et Moyſes ſolus appropin
Hiere.23.e quabat ad dñm.Et per Hieremiã loquit̃ deus:Ego
deus appropinquãs,& nõ de lõge.Appropinquãs

a HEB.cauit te.Quærite do
uiæ ueſtræ,quæ dicũt dño cõfitentes: Declinare fe=
ciſti uias noſtras à uijs tuis. Cognita igiť una uia re
gia,uideamus quæ dextræ uiæ ſint & ſiniſtræ: per
quas prohibemur incedere. Via regia tẽperata eſt:
nec plus in ſe habens nec minus. Verbi gratia. Via
recta & regia,prudẽtia eſt. Declinamus ad dexterã,
ſi plus ſapimus ꝙ oportet ſapere, & pro prudentia
calliditatẽ diligimus. Quia ſerpẽs prudẽtior erat o= Gene.3.a
mnibus beſtijs in paradiſo. Et filij tenebrarũ prudẽ Luc.16.b
tiores ſunt filijs lucis. Ad ſiniſtrãq; diuertimus, qñ
ſtulti ſumus & minus ſapimus ꝙ neceſſe eſt. De qui
bus dictũ eſt: Dixit ſtultus in corde ſuo: non eſt de= Pſal.9.c
us. Pietas quoq; & uera religio,uia regia eſt. Decli=
nat ad dexterã,qui ſuperſtitioſus eſt,et mereť audi=
re: Ne ſis multũ iuſtus. Ad ſiniſtrã, qui negligit cul Eccles.7.c
tũ dei,& inter hœdos hircosq; numerať. Liberali=
tas quoq; & diſpẽſatio uirtus maxima eſt: à qua de=
clinat ad dexterã,qui parcus eſt: & nõ ſolũ alijs, ſed
ne ſibi quidem tribuit quod neceſſe eſt. Ad ſiniſtrã,
qui comedit ſubſtantiam ſuã cum meretricibus, & Supra.22.d
dicit cũ Iſraël: Manducemus & bibamus: cras enim
moriemur. Fortitudo etiam atq; conſtantia uia re=
gia eſt: à qua declinat ad dexteram, qui temerarius
& pertinax eſt: ad ſiniſtram,qui formidoloſus & pa

 uidus,

E uidus. Vnde uir ſanctus per uiam rectam gradi cu-
Pſal.138.d piens deprecatur: Deduc me dñe in uia recta. Et in
Ibid.142.c alio loco: Notam fac mihi dñe uiã in qua ambulem:
qm̃ ad te leuaui oculos meos. De iſtiuſmodi uia &
Hiere.6.d alibi ſcriptura commemorat: Quærite uiam bo-
nã & ambulate in ea, & inuenietis purificationẽ animarum ueſtrarũ. Hieruſalem ergo propterea hũiliata eſt uſqꝫ ad inferos, qa in multis uijs laborauit, neqꝫ dixit: Emẽdabo errorem pœnitẽtia: ſed ecõtrario, cõfortabor in incœpto: nec curabo ſententiã cõ-
Ibid.2.c monentis: Cõuerte pedem tuũ à uia aſpera, et guttur tuum à ſiti. Denique
ſequitur: At illa reſpondit: ἀνδρίσομαι, id eſt, agam ui-
riliter, quod nunc uerbo alio dicitur: Cõfortabor.
Et quia fecit hæc quæ præteritus ſermo narrauit,
F ideo nõ eſt dñm deprecata, in ſuis magis uiribus ꝙ
in deo habens fiduciã. Porrò quod iuxta Hebraicũ
ponitur: Vitã manus tuæ inueniſti, propterea non
rogaſti: hũc habet ſenſum & intellectũ. Quia rebus
omnibus abũdaſti & affluxiſti diuitijs, ideo dñm ne-
Pro.30.et 31 glexiſti: quas diuitias & Salomon habere detrectat:
ne obliuiſcat̃ dei. Et ad Sodomã per Ezechiel dicit̃:
Ezech.16.f Quia ſaturata ſit panibus, propterea ſuperbiuiſſe.
Non ſolum aũt diuitiæ, ſed & paupertas probat ho-
Supra.48.b minem. Vnde ſupra ſcriptũ eſt: Probaui te in cami-
Luc.15.e no pauptatis, in quo & Lazarus probatus eſt pau-
per: qui egeſtatem ſimul debilitatémque ſuſtinuit.
a ¶Pro quo ſolicita ti. &c.) Quia plenis horreis ha-
bes fiduciã in diuitijs: rogare me noluiſti, idcirco ti-
Pſal.117.a muiſti plurimos. Nõ enim poteras dicere: Dñs au-
xiliator meus, & ego deſpiciã inimicos meos. Et ite-
Ibid.26.a rum: Dñs illuminatio mea, & ſaluator meus quẽ ti-
mebo? Quod & ſi cõtra mentis tuæ cõſcientiam di-
cere aliquãdo uoluiſti, mentita es. Quomodo enim
me poteras inuocare, quæ mei non habebas memo-
Eccli.38.a riam, neqꝫ cogitaſti unquã præcepta, dicẽtis: Hono-
ra dñm & cõfortaberis, & abſqꝫ illo nullũ metuas?
Ego enim ſum qui, iuxta Symmachũ & Aquilam,
ſemper tacui peccata tua, & ſcelera quæcunqꝫ facie-
bas, quaſi nõ uiderẽ, diſſimulatione neglexi, ut ſi nõ
timore mei: ſaltem patientia ad me redires. Qui nõ
oculis: ſed palpebris interrogo filios hominũ. At tu
Oſee.4.b econtrario oblita es mei, & audire meruiſti: Oblita
es legis dei tui, & ego obliuiſcar filiorũ tuorꝫ. Et ite-
rum: Ipſi ambulauerunt contra me peruerſi, & ego
ambulabo cõtra eos in furore peruerſo. Mens quæ
in Lxx. cũ corde ſociat̃, nõ eſt ſcripta in Hebraico,
ſed quaſi interpretatio addita: qd in ſcripturis cor

a HEB. Prõ quo ſõlicita timuiſti: quia mentita es, & mei non es recordata: neqꝫ cogitaſti in corde tuo, quia ego tacẽs & quaſi nõ uidens, & mei oblita es. b Egõ annũciabo iuſticiam tuã, & opera tua nõ proderunt tibi. Cum clamaueris, liberent te congre- c gati tui. Et omnẽs eos auferet uentus: tollet aura.

SEP. Quẽ timens ꝑterrita es, & mentita es mihi: nec recordata es mei. Neque poſuiſti me in mẽte tua & in corde tuo. Et ego te uidens deſpiciã, & nõ me timuiſti. Ego annũciabo iuſticiã tuã & mala tua, q̃ nõ ꝓderunt tibi. Cũ clamaueris: eruãt te in tribulatione tua. Iſtos em̃ omnes tollet uẽtus & auferet tẽpeſtas.

Qui

intelligi debeat. b ¶Ego annunciabo iuſti.t. &c.) G
Qui ſemper tacui, & quaſi non uiderem tua pecca-
ta neglexi: nequaꝙ ultra reticebo, ſed dicã qđ ante
iam dixi: Tacui: nunquid ſemper tacebo? Et annun-
ciabo iuſticiam tuã, & opera tua. Quod per Ironiã
legẽdum eſt: uelut ſi quis ĩ ſceleribus deprehẽſo dicat: uide bona opa tua. Propter ꝙ ſi quando tibi tribulationis tẽpus aduenerit, & cœperis non ad idola quæ coluiſti, ſed ad cœlũ manus tendere, & dei implorare auxiliũ: audiant te illi & liberẽt te de periculo quos ſecura coluiſti. Quod & per Hieremiam ad eãdem loquit̃ deus:
Vbi ſunt dij tui quos feceras? Reſurgant & ſaluam Hiere.2.f
te faciant in tempore malorum tuorꝫ. Pro eo quod
Lxx. tranſtulerunt: Eruãt te in tribulatione tua, &
nos diximus, liberent te cõgregati tui: Symmachus
tranſtulit: Eruant te ſynagogæ tuæ. Ergo ꝓprie lo- H
quitur ad Iudæos, quod eos ſynagogarũ ſuarũ tur-
ba tẽpore obſidionis liberare nõ ualeat. c ¶Et o-
mnes eos &c.) Iudæi de Babylonijs hæc aſſerũt pro-
phetari quod illis dei uirtute ſuperatis, populus re-
deat in Iudæã, & poſſideat montem Sion, & omnia
itineris impedimenta tollantur: nec ullius gẽtis pa-
tiatur inſidias, quia dñs planã fecerit uiam populo
ſuo. Et hæc ſub Zorobabel & Eſdra impleta cõten-
dunt. Nos autem iungẽtes ſuperioribus quæ dicũ-
tur: hoc aſſerimus, quod omnia idola quæ eos non
poterant liberare, tollat uẽtus atqꝫ tempeſtas: & ſint
quaſi puluis, quem proijcit uẽtus à facie terræ. Eos
autem qui habuerint in dño fiduciã poſſeſſuros ter-
rã. De qua in hoc eodẽ propheta lecturi ſumus: Ele-
uabit te ad bona terræ. Ex quo perſpicuum eſt, hãc
terram non deorſum eſſe, ſed ſurſum. Ad quam ſan-
ctus domino eleuante conſcendet, de qua crebro di-
ximus: Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt ter- Matth.5.a
ram. Et: Credo uidere bona domini in terra uiuen- Pſal.26.d
tium. Mons autem ſanctus dei, ille intelligẽdus eſt,
de quo ad Hebreos loquitur, qui ſcribit epiſtolam:
Acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem dei uiuẽ- Hebr.12.f
tis Hieruſalem cœleſtem, & multa milia angelorũ,
& eccleſiam primitiuorũ: qui ſcripti ſunt in cœlis.
Poſſumus terram & montem domini quem ſancti
poſſeſſuri ſunt & ſcripturas ſanctas ĩtelligere: quas
auferendas à Iudæis, dñs comminatur, dicens: Au- Matth.21.d
feretur à uobis regnũ dei, & tradetur genti facienti
fructus eius, ut inueniant in eis illum montem, de
quo in hoc eodẽ propheta, & in Michea legimus: Supra.2.a
Erit ĩ nouiſſimis diebus manifeſtus mons domini. Michee.4.a

Et ipſe



A Et ipſe dñs præcepit Apoſtolis, cunctiſqꝫ doctori-
bus eccleſiæ: ut quicquid aſperũ uideretur atqꝫ dif-
ficile: ſua interpretatione diſſoluant, & intelligẽtiæ
uiam præbeãt: omniaqꝫ tollant de medio ſcandala:
ut populus domini abſqꝫ ullo impedimẽto quod le-
git intelligat: & in dei timore ꝓficiat. De his uijs & Ioannes baptiſta dice-
Matth.3.a bat: Parate uias domini &c. Vbi nos poſuimus ex perſona dei, et dicã: Lxx. poſuerunt καὶ ἐροῦσι, id eſt, & dicẽt: hi uidelicet qui poſſidebunt terrã: & hæreditate cõſequentur montem ſanctum dei. Nec erũt propria ſalute cõtenti: ſed etiã cæteros ad docẽdum populos prouocabũt. Symmachus hunc locũ ita interꝑtatus eſt. Qui autem cõfidit in me: poſſidebit terram: & hæreditate cõſequet̃ mon-
B tem ſanctum meũ: & dicet: Rectam uiã facite: & reli-
qua. Eo quod ipſe qui terram mõtemqꝫ poſſederit,
cæteros inſtruat, ut uiã dño parẽt. a ¶Quia hæc
dicit excelſus &c.) Cœperat ſermo propheticus cõ-
tra populũ Iudæorũ: quorum magiſtros appellauit
ſpeculatores cęcos, & canes mutos, et paſtores igno-
rantes intelligẽtiam, & filios iniquos, & ſemen adul-
terorum atqꝫ meretricis: poſt quæ uenit ad Hieruſa-
lem: cui exprobrat fornicationẽ eius: eo quod dila-
tauerit cubile amatoribus ſuis: & ſuſceperit eos ma-
nu aperta: & ornauerit ſe cũctis idolis: & miſerit le-
gatos procul: ut peregrinis quoqꝫ amatoribus frue-
retur. Qua increpatione finita, uenit ad eos qui cõ-
fidunt in dño: & quibus terrã mõtemqꝫ promiſerat
poſſidendum, & quorũ reuerſioni iter iuſſerat præ-
parari: Haud dubium quin Apoſtolis: ad quorum
prædicationẽ de utroqꝫ populo crediderunt. Vnde
à laudibus dei incipit, & q̃ de reditu populi ſui pol-
licitus ſit, ſequenti ſermone teſtatur. Hæc enim di-
cit dñs excelſus atqꝫ ſublimis qui habitat in excelſis,
& ſanctus in ſanctis: nõ loco ſed merito eorũ in qui-
Pſal.29.a bus habitat: quorum unus dicit in pſalmo: Exalta-
Ibid.93.a bo te dñe: quoniã ſuſcepiſti me: Et iterum: Exaltare
dñe qui iudicas terram: nõ quo deus humanis ſer-
monibus eleuetur: ſed iuxta illud quod alibi dicit̃:
Pſal.117.b Dñs mihi factus eſt in ſalutem: etiam humilibus ex-
Iacob.4.b celſus fiat. Qui ſuperbis reſiſtit: & humilibus dat
Pſal.112.a gratiã: ut eos eleuet & habitet in excelſis. Excelſus
enim dñs & humilia proſpicit. Et in euãgelio angeli

HEB. Qui aũt fiduciã habet mei hæreditabit terrã: & poſſidebit mõtẽ ſanctũ meũ, & dicam uiã facite: præbete iter, declinate de ſemita: auferte offendicula a de uia populi mei. Qũia hæc dicit excelſus & ſublimis habitator æternitatis: & ſanctum nomẽ eius: in excelſo & in ſancto habitans: & cum cõtrito humili ſpiritu: ut uiuificet ſpiritum humiliũ: & uiuificet b cor cõtritorꝫ. Nõn in ſempiternũ litigabo: neqꝫ uſqꝫ in finem iraſcar: quia ſpiritus à facie mea egredietur:

SEP. Qui autem ſperãt in me, poſſidebũt terram, & hæreditate conſequentur mõtem ſanctum meũ & dicẽt: Mundas facite à facie eius uias: & auferte offendicula de uia populi mei. Hæc dicit excelſus, & in excelſis habitãs in æternum: ſanctus ĩ ſanctis nomen illi. Excelſus in ſanctis requieſcens: & puſillanimis dans patientiam & uitam his qui corde contriti ſunt. Nõ in æternum ulciſcar in uos: neqꝫ ſemper iraſcar uobis. Spiritus enim à me egredietur & flatum

clamitant: Gloria in excelſis deo, & ſuper terrã pax. C
Et rurſum in pſalmis: Laudate dñm de cœlis: lauda- Luc.2.b
te eũ in excelſis. Et nõ ſolũ excelſus habitat in excel- Pſal.148.a
ſis, ſed & ſanctus in ſanctis. Qui dicit in alio loco: Leuit.20.b
Sancti eſtote: quoniã ego ſanctus ſum. Et quomo-
do in peruerſam animam nõ ingreditur ſapiẽtia: neqꝫ habitat ĩ corpore ſubdito peccatis: ſic ſãctus in ſanctis habitat: et ubicũqꝫ ſordes fuerint: nõ poteſt habitare mũdicia: dicente ſancto ad dñm: Tu autẽ in ſancto habitas laus Iſraël. Vnde & nos in oratione audemus dicere: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuũ. Et in ſecũdo pſalmo legim⁹. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dñs ſubſannabit eos. Chriſtus em̃ nõ in his habitat qui terreni ſunt: ſed in D
[margin: Sapien.1.a; Pſal.21.a; Matth.6.b]
his qui ſupercœleſtes: qui enarrãt gloriã dñi: de qui- Pſal.19.b
bus dicitur: Exaudiat eũ de cœlo ſancto ſuo. Et ite- Ibid.113.d
rũ: Cœlũ cœli dño: in quẽ ſenſum & Moyſes famu-
lus dei pari uoce conſentit. Ecce dñi dei tui cœlũ, &
cœlũ cœli: quod utiqꝫ nõ more Iudaico debemus ac-
cipere: ut deus ullo claudat̃ loco: & in cœlo tm̃ habi-
tet, qui ubiqꝫ diffuſus eſt & à quo omnia cõtinẽtur:
Sed excelſa & cœlos: ſanctos merito intelligamus
atqꝫ uirtutes. Iſte eſt enim q habitat in cœlo: de quo
in euangelio ſcriptũ eſt: Nemo aſcendit in cœlũ niſi
qui deſcẽdit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo.
Iſte requieſcit in ſanctis & habitat in humilibus &
in his q cõtriti ſunt ſpiritu. De qbus dicit̃: Sacrificiũ Pſal.50.
deo, ſpiritus cõtribulatus: cor contritũ & humiliatũ
deus nõ deſpicit. Ipſe puſillanimis dat patiẽtiã, ut in
anguſtijs cõſtituti, ſpe futurorũ, tribulationẽ ſuſti-
neãt. Ipſe dat uitã, utiqꝫ his qui pctõ mortui erãt. De Pſal.35.
quo dicit̃: Apud te eſt fons uitæ. Qui loquit̃ in euã-
gelio: Ego ſum uia, ueritas & uita. b ¶Nõ in &c.) Ioan.14.a
Dñs qui in excelſis habitat et humilia reſpicit, cuius Pſal.112.a
nomẽ eſt ſanctũ & reqeſcit in ſanctis: q ſuſtẽtat affli-
ctos: & uitã tribuit oppreſſis: hæc locutus eſt: Non
ſemper iraſcar: nec iugiter indignabor. Qui ad hoc
percutio, ut emendẽ: ideo occido, ut uiuificẽ. Miſe-
reor em̃ creaturæ meæ: & quos ipſe cõdidi, in æter-
nũ perire nõ patiar. Spũs quoqꝫ meus q ex me egre-
dietur, ſiue q iuxta Hebraicũ, Aqlã, Symmachũ &
Theodotionem, cũcta circũdat: hoc enim ſignificat
περιελεύσεται, uegetator eſt omniũ. Et flatum ſiue plu-

 raliter

E raliter flatus,hoc quippe נשמות ſonat,ego feci:de
quo alibi ſcriptū eſt:Omnis flatus,ſiue omne quod
ſpirat,laudat dn̄m.De quo ſpiritu & flatu, in princi
pio Geneſeos ſcriptū eſt:Inſufflauit deus flatū uitę:
& factus eſt homo in animā uiuētem.Tale quid &
Iob.27.a Iob loquitur:Spiri
tus domini qui eſt
in naribus meis:&
flatus omnipotētis
qui docet me.Cū
ergo à me egredia
tur ſpiritus & flatu
atq; īſpiratiōe mea
cuncta uegetentur
& uiuāt: nō eſt iu-
ſtum perire eos in
æternū:q meo fla-
tu ac ſpiritu ſuſten
tantur.Quidā no-
ſtrorū hūc eſſe aiūt
ſpiritū, quo omnis
mundus inſpiratur
& regitur:& cūcta
habent noticiā dei:
quē iuxta Stoicos
inſignis Poëta de-
ſcribens, ait:Princi
F pio cœlū ac terras
cāpoſq; liquentes,
Lucentemq; glo-
bū lunæ, Titaneaq; aſtra, Spiritus intus alit:totáq;
infuſa per artus, Mens agitat molem: & magno ſe
Ioan.16.b corpore miſcet:& reliqua. Alij uero ſanctum ſpiri-
tum intelligūt:qui in principio ferebatur ſup aquas
& uiuificabat omnia,qui de patre egreditur,& pro
pter ſocietatē naturæ,à filio mittitur, dicēte:Expe-
Ioan.15.d dit uobis ut ego uadam. Niſi enim ego iero,para-
cletus non ueniet ad uos:ſin autem ego iero,mittā
eum ad uos.De quo rurſum ait:Cum uenerit para
cletus quem ego mittam uobis à patre, ſpiritum ue
ritatis:qui de patre egreditur.Ne ſcandalizet quē-
piam,ſi ſpiritus egredi dicatur ex patre:cum etiam
Ibid.16.f filius de ſe dixerit: Ego de patre exiui & ueni:neq;
enim à meipſo exiui:ſed ille me miſit:De hoc ſpiri-
Ibid.14.b tu loquebatur:Rogabo patrē & alium paracletum
dabit uobis:ut ſit uobiſcum ſemper, ſpiritū uerita-
Num.11.f tis.Hic eſt ſpiritus de quo ſcribit & Moyſes: Quis
det ut omnis populus domini ſit in prophetas:&
Iohel.2.g det dominus ſpiritum ſuum ſuper eos? Et Iohel ex
perſona dei:Effundam de ſpiritu meo ſuper omnē
carnem & prophetabunt filij ueſtri & filiæ ueſtræ:
Zach.1.b Et Zacharias:Veruntamen uerba mea & legitima
mea ſuſcipite:quæ ego præcipio in ſpiritu meo,ſer-
Zach.12.c uis meis prophetis. Et iterum:Effundā ſuper Hie-
ruſalem ſpiritum gratiæ & miſericordiæ. Multaq;
alia de utroq; teſtamento quæ nunc longum eſt re-
petere.Hoc ſolum dicimus, quod idem propheta
Supra. 42.d de hoc ſpiritu & flatu pariter ſit locutus: Hæc dicit
dn̄s deus qui fecit cœlū. Et poſt paululum:Qui dat
flatum populo ſuo:qui eſt ſuper eam, & ſpiritū his G
qui calcant eam. a ¶ Propter iniquitatem auari-
ciæ eius iratus ſum & percuſſi eum:abſcondi & in-
dignatus ſum &c.) Poſt abiectionē populi Iudæo-
rum,& eorum qui in ſaluatorem credere noluerūt:
pollicitus fuerat ha
bentibus in ſe fidu
ciam,terrā mitium
montemq; ſancto-
rum, & Apoſtolis
præceperat: Viam
facite populo re-
uertenti: & omnia
de medio ſcandala
tollite:Ac ne incre
dibile uideret: ex-
ponit potentiā ſuā
quod excelſus, &
magnus facile poſ-
ſit pœnitētibus ue
niā tribuere:& iu-
ſtum ſit ut creator
miſereatur creatu-
ræ ſuæ. Propter q
iungit: Quod ira-
tus ſit & contriſta-
uerit populū ſuū:
idcirco ſe feciſſe qa H
peccauerit, & ini-
quitatis auariciam
habuerit:nec una fuerit iniquitate contentus: ſed
ſemper addiderit peccata peccatis. Et percuſſit,in-
quit,eum ad breue ut ſanarem:& abſcondi,ſubau-
ditur,faciem meam,ut magis me deſideraret & dice Pſal.79.b
ret:Oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Indigna- Pſal.37.b
tuſq; ſum quod ille ſentiens, triſtis ingeſſit,dicens:
Tota die triſtis ingrediebar:& ambulauit mœrens
ſiue conuerſus in uia cordis ſui:ut nō ad faciem ho
minum:ſed in corde ageret pœnitētiam.Propterea
uidens uias conuerſionis eius ſanaui uulnera qui-
bus eū ante percuſſeram.Et reduxi eum ad me quē
prius eieceram,& reddidi ei conſolationem ueram.
Multæ enim falſæ ſunt cōſolationes, quibus genus
decipitur humanum.Siue conſolatus ſum lugentes
eius,dicens in euangelio:Beati lugentes,quoniam Matth.5.a
ipſi conſolabuntur. Quodq; ſequitur:Creaui fru-
ctum labiorum:hunc habet ſenſum,impleui quod Ezech.33.c
pollicitus eram,dicēs:Viuo ego,dicit dominus:ma
lo pœnitentiā peccatoris quàm mortem.Siue om̄ia
tribui quæ antea promiſeram. Quæ eſt autem do- Ioan.14.d
mini pollicitatio? Pacem meā do uobis:pacem meā
relinquo uobis.Et hoc eſt quod nunc ait:Pacem ſu
per pacem: non uni tantum genti,ſed omni mun-
do:his uidelicet qui erant longe,& qui prope,id eſt,
primum gentibus,& poſtea his qui ex Iſraël crede-
re uoluerunt. De quibus dicit & Apoſtolus:Vo- Act.13.g
bis quidem oportebat prædicari uerbum dei: ſed
quia indignos uos iudicaſtis ſalute: ecce conuer-
timur ad gentes. Qui ſcribens ad Epheſios: &
de popu

HEB. & flatus ego faciā.
a Prōpter iniquitatem auariciæ eius iratus ſum, & percuſſi eum:abſcondi & indignatus ſum,& ambulauit mœrens in uia cordis ſui. Vias eius uidi, & ſanaui eum:& reduxi eū, & reddidi cōſolatiōes ipſi et lugentibus eius.Creaui fructū labiorū,pacem pacem ei qui longe eſt et qui ꝓpe:dixit dominus,& ſanaui eum. Impij autem quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt,& redundant fluctus eius in cōculcationem & lutum.

SEP. & flatum omnem ego feci. Propter peccatum ad modicū quid contriſtaui eum: & percuſſi eum:& auerti faciem meam ab eo, & contriſtatus eſt: & ambulauit triſtis in uijs ſuis. Vias eius uidi,& ſanaui eum:& conſolatus ſum illum: & dedi ei conſolationem ueram: pacem ſuper pacem his qui longe, & qui prope ſunt: dicit dominus, & ſanabo eos. Qui autem iniqui ſunt, fluctuabunt, & quieſcere non poterunt.

Non



A de populo circunciſionis atq; gentilium pleniſſime
Epheſ.2.c diſputans,intulit:Nunc autem in Chriſto Ieſu,uos
qui aliquando eratis longe,facti eſtis ꝓpe in ſangui
ne Chriſti.Ipſe eſt enim pax noſtra:qui fecit utraq;
unum:& medium parietem maceriæ,ſoluens inimi
citiam in carne ſua,
& reliqua.Et iterū.
Ibidem.d Et ueniens annun-
ciauit pacem uobis
qui lōge:& pacem
his qui prope erāt.
Quoniā per ipſum
habemus acceſſum
utriq; in uno ſpiri-
tu ad patrem:dans
pacem ſuper pacē
his qui fuerant lon
ge:& qui prope nō
habuerāt legem &
prophetas: & qui
ante ſuſceperāt ſu-
ſcepit eos atq; ſana
uit.Impij autem ſiue iniqui,fluctuabunt, quaſi ma-
re feruens,& quieſcere nunq; poterunt.Quod licet
de omni impio poſſit intelligi:tamen proprie refer-
Ioan.19.c tur ad populum Iudæorum,qui conſona uoce cla-
mauit & perſeuerauit in impietate ſua,dicens: Cru
cifige, crucifige talem.Non habemus regem niſi
B Cæſarem.Sicut igitur mare feruens quieſcere non
poteſt:ſed redundant fluctus eius: & reuoluuntur
ad littora,atq; iterum reſorbentur,& in ſe fracti,lu-
tum efficiunt,quod pedibus conculcatur:Sic impij
æternæ conculcationi ſubiacebūt,quorum nullum
eſt gaudium & qui nulla pace requieſcunt in eo qđ
impij perſeuerant.Quidam hunc locum ſpecialiter
ſuper ſaluatore intelligunt: quod propter peccata
Matth.26.d mundi ad modicum contriſtatus ſit,dicens: Triſtis
Zach.13.c eſt anima mea uſq; ad mortem:Et percuſſerit eum
pater qui loquitur per Zachariam: Percutiam pa-
ſtorem,& oues diſpergentur: qui & ipſe de ſe in ſe-
Pſal.68.f xageſimo octauo pſalmo dixerit:Quoniam quem
tu percuſſiſti,ipſi perſecuti ſunt: & auerterit deus
faciem ſuam ab eo:ut formam ſerui pauliſper acci-
peret,& ambularet triſtis,& lugens peccata populi:
deplorans & plangens Hieruſalem.Et quia uiderit
pater uias eius, propterea ſanauerit eum: qui fuit
inter mortuos liber: & caro eius non uidit corru-
ptionem, ut qui percuſſus eſt in cruce, ſanaretur
in reſurrectione. Et conſolatus ſum, inquit, eum
dans ei pro una gente Iudæorum, uniuerſum mun
dum.Et lugentes eius,ſubauditur,conſolatus ſum.
Nec dubium quin Apoſtolos ſignificet. Et com-
Pſal.2.b pleuit fructum labiorū ſuorum,qui dixerat ei:Po-
ſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,
& poſſeſſionem tuam terminos terræ,pacem ſuper
pacem,mundum reconcilians deo,ut utrūq; popu-
lum uocaret ad ſe,& ſanaretur à patre. Impios autē
Supra eo. d de quibus ſupra diximus,cōparat mari,quod nūq;
poteſt quieſcere:ſed etiam in ſumma tranquillitate,
fractis ad littora uoluitur fluctibus finiſq; eius lutū C
eſt & conculcatio. Cap. LVIII.
CLama ne ceſſes:quaſi tuba &c.) Finito priori
capitulo:in quo pax iuſtis,& nulla requies im
pijs nunciatur: præcipit deus Eſaiæ prophetæ, ut
clamet in fortitudi
ne,& iſtar tubæ ex
altet uocē ſuam:&
peccata ac ſcelera
populi Iſraël dice-
re nō formidet ne-
quaq; mortem me-
tuens:nec impiorū
terricula & conui-
cia:ſed magis cōſi-
deret imperantem
dn̄m.Et qa ſurdas
aures habeāt & au-
dire uix poſſint:iu-
xta Symmachum
& Aquilā, guttur
ſuum uertat in buc
cinā,quæ hebraice dicitur שׁוֹפָר, quam κερατινήν, id Supra. 40.b
eſt corneam interpretati ſunt.Et ſupra quidem ubi
Apoſtolis dicebatur:In montem excelſum aſcende
qui euangelizas Sion:exalta in fortitudine uocem
tuam qui euāgelizas Hieruſalem, exalta,noli time-
re,nec buccina aſſumitur nec tuba:ſed montē iubē D
tur aſcēdere,& uoce propria perſonare.Hic autem
quia peccatores erāt quibus nunciandū eſt & mo-
rabantur deorſum:nō iubetur ꝓpheta ut aſcendat
in montem:ſed tantū ut exaltet ſicut tuba uocē ſuā,
& eis nunciet bella uētura.Alioquin in die iudicij,
quādo in reſurrectione mortuorum, & nouiſſima
tuba dicitur:Scriptū eſt:canet enim tuba,& mortui 1.Cor.15.g
reſurgent incorrupti:ut quomodo illi ad uocē tu-
bæ ſunt iudicādi,ſic Iſraël peccato mortuus audiat
ſcelera ſua ſimulq; appellatur populus dei:ut diſcat
qualem patrem perdiderit:qui etiam peccatorē uo
cet populum ſuum. b ¶ Me etenim de die in diē
quærunt &c.) Hoc proprie Iudæis conuenit:qui
per ſingulos dies currūt ad ſynagogas & dei legem
meditantur,ſcire cupientes,quid Abraham,Iſaac et
Iacob:quid & cæteri ſanctorum fecerint, & libros
prophetarum ac Moyſi memoriter reuoluentes,
decantant diuina mandata: quibus rectiſſime illud
aptabitur:Quærent me mali & non inuenient.Sic
enim ſcriptum eſt:Omnis qui quærit inuenit,qui- Matth.7.a
cunq; non inuenit,male quæſiſſe conuincitur.Do-
minus enim inuenitur ab his qui eum quærunt in
bonitate,& oſtenditur illis,qui non ſunt ei incredu
li.Cum igitur iuſticiam iudiciumq; reliquerint dei,
quibus nominibus Chriſtus oſtenditur:dicēte pſal Pſal.71.a
mographo:Deus iudicium tuum regi da,& iuſticiā 1.Cor.1.d
tuam filio regis:Chriſtus enim factus eſt nobis re-
demptio,ſanctitas, & iuſticia: fruſtra legis iactant
ſcientiam,cum ſanctus nō in noticia ſcripturarum,
ſed in operibus glorietur, dicens:Viam mandato- Pſal.118.d
rum tuorum cucurri,quando dilataſti cor meum.
Rogant

HEB. Non eſt pax, dixit deus,impijs.

Cap. LVIII.

a CLāma ne ceſſes:quaſi tuba exalta uocem tuam:& annūcia populo meo ſcelera eorum:& domui Iacob peccata eorū.

SEP. Nō eſt gaudium im pijs, dicit dominus deus.

Cap. LVIII.

CLama ī fortitudine et ne parcas:quaſi tuba exalta uocē tuā:& ānūcia ꝓplo meo pctā eorꝝ:et domui Iacob iniqtates eorū.

b Me etēnim de die in diem quærunt, & ſcire uias meas uolunt:quaſi gens quæ iuſticiam fecerit, & quæ iudicium dei ſui non dereliquerit.

Rogant

E a ¶Rogant me iudicia iuſticiæ:&c.) Eſt alia teme-
ritas Iudæorum:quaſi fiducia bonæ cõſcientiæ,iu-
dicium poſtulãt iuſtum,& imitãtur ſanctorũ uerba
Pſal.25.a dicentium:Iudica me dñe:quoniã ego in innocẽtia
Ibid.118.a mea ingreſſus ſum. Et iterũ:Proba me dñe & tenta
Supra.b me:ure renes meos
& cor meum:Et in
alio loco:Iudica cau
ſam meã & redime
me. Et appropin-
quare deo deſide-
rant:cum hoc non
in loco ſit,ſed in af-
fectu:nec mẽtis o-
cioſæ ſed laborioſi
operis. Deniq; qd
ſit appropinquare
deo:ĩſtruit ſcriptu-
ra,dicens:Quærite
dñm. Cum autem
appropinquauerit
uobis:Derelinquat
impius uias ſuas:& uir iniquus cogitationes ſuas.
Appropinquat enim dñs appropinquantibus ſibi,
& his qui iuſte quod iuſtum eſt perſequũtur,& poſ
Pſal.72.d ſunt dicere:Mihi autem adhærere deo bonum eſt.
Si enim omnipotẽs deus pater eſt ueritatis atq; iu-
F ſticiæ:quicũq; eſt mẽdax & iniuſtus,appropinqua-
Ibid.5.a re deo nõ poteſt:de quo ſcriptum eſt:Nõ habitabit
iuxta te malignus, neq; permanebunt iniuſti ante
oculos tuos.Quare ieiunauimus, inquiunt,& non
aſpexiſti:humiliauimus animas noſtras, & neſciſti.
Iniuſte arguunt dominum:quod bona opera nõ re
ſpiciat,ſolamq; uentris eſuriem,abſq; opere uirtutũ
ingerunt deo:non comedentes eos cibos quos crea
uit deus fidelibus & his qui cognoſcunt ueritatem,
ut ſumant eos cum gratiarum actione: Sed illos de
Prouerb.23. quibus ſcriptum eſt in Prouerbijs. Hi enim alũtur
cibis impietatis,& uino iniquitatis inebriãtur.Hu-
Luc.18.b iuſcemodi epulis ſaturatus phariſæus, inter cætera
uerba ſuperbiæ:bis in ſabbato ſe ieiunare iactabat:
Hiere.2.d qui nõ biberat uinum de uinea Sorek, ſed de uinea
Deut.32.e Sodomorum:cuius uinum furor draconum eſt,&
furor aſpidum inſanabilis:& uua eorum,uua fellis:
quos deus arguit per prophetã:Peccata populi mei
Oſee.4.b comedunt,Et rurſum:Quare tacuiſtis impietatem
Ibid.10.d eorũ:& iniquitates uindemiaſtis:& comediſtis fru-
mentum mendacij?Quia igitur propoſuerãt quæ-
ſtionem deo,ſcire cupientes:quare ieiunauerint,&
humiliauerint animas ſuas:& deus non reſpexerit:
obliti ueteris hiſtoriæ,cur nõ reſpexerit ad munera
Gen.4.d Cain:qui recte quidem offerebat, ſed non recte di-
uidebat cum fratre:dei non uidens charitatem: di-
Matt.22.d cente ſcriptura: Diliges dominum deum tuum ex
toto corde tuo:& proximum tuum ſicut teipſum:
Propterea reſpondit deus:quod non ieiunia repro
bet:ſed opera quæ in ieiunijs fiunt, dicẽs:in diebus
ieiuniorum ueſtrorum inueniuntur uoluntates ue
ſtræ,ut nõ dei,ſed ueſtras faciatis uoluntates: quas

a HEB. Rogant me iudicia iuſticiæ: & appropinquare deo uolunt: Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti: Humiliauimus animas noſtras, & neſciſti. Ecce in die ieiunij ueſtri inuenietur uoluntas ueſtra: & omnes debitores ueſtros repetiſtis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis

SEP. Petũt me nunc iudicium iuſtum:& appropin quare deo cupiũt, dicẽtes: Quare ieiunauimus,et nõ uidiſti:Humiliauimus ani mas noſtras & nõ cognouiſti. In diebus enim ieiuniorum ueſtrorum inueniuntur uolũtates ueſtræ: & oẽs ſubiectos uobis affligitis ad iudicia,et iurgia ieiunantes: & percutitis pugnis

Paulus ſcribẽs Epheſijs reprobat:Iuxta principem G
poteſtatis aëris, ſpiritus qui nunc operatur in filijs Epheſ.2.a
incredulitatis,in quibus & nos omnes cõuerſati ſu
mus aliquando,in deſiderijs carnis noſtræ, facien-
tes uolũtatem carnis & cogitationũ.Et eramus na-
tura filij iræ: ſicut
& cæteri. Quodq;
ſequit̃ iuxta Lxx.
Et omes ſubiectos
uobis compungi-
tis ſiue affligitis:
melius Theodotio
& Symmachus trã
ſtulerũt: quos nos
in hoc loco ſecuti
ſumus: & omnes
debitores ueſtros
repetitis. Ex quo
oſtendit, non eſſe
abſq; periculo repe
tere pauperem qui
ſoluendo nõ ſit: &
pallium quod pignoris loco tuleris,algenti nõ red-
dere debitori: ne clamor eius perueniat ad deum. Prouer.19.c
Qui enim miſeretur pauperis,deo fœnerat.Et ecõ-
trario:qui repetit non habentem, deo facit uiolen-
tiam.Atq; ut ſciamus hunc ſenſum eſſe in præſenti
loco,etiam in conſequentibus in hoc eodem capi- H
tulo lecturi ſumus:Diſſolue colligationes impieta-
tis: ſolue faſciculos deprimentes. Haud dubium
quin chirographa ſignificet.Quid enim prodeſt ie-
iunijs ora pallere:& ad lites & ad iurgia ieiunare:di
cente ſcriptura:Qui amat peccata, gaudet iurgijs. 2.Tim.2.b
Seruum autem domini non oportet litigare, ſed
eſſe manſuetum,& imitari eum qui dicit: Diſcite à Matth.11.d
me,quia mitis ſum & humilis corde, ut humilitas
non ſit affectata, ſed cordis: nec gloriam quæ-
rens hominum, ſed animæ conſcientiam. Ieiuna-
tis,inquit, & percutitis pugnis humilem, & alapis
uerberatis. Vnde epiſcopus non debet eſſe per- 1.Tim.3.a
cuſſor.Quomodo enim poteſt libidinem refrena-
re, qui nec manum ualet cohibere nec linguam?
Huiuſcemodi ieiunia & in exordio huius prophe-
tæ dominus arguit, dicens: Ieiunium & ocium, Supra.1.d
neomenias & ſabbata, & alias ſolennitates ueſtras
odit anima mea. Vnde præcipitur per Ioël: San- Ioël.2.d
ctificate ieiunium: prædicate curationem:ut à ui-
tijs ieiunemus, & bonis operibus, curatiſq; pec-
catis, fiant ſancta ieiunia. Deniq; ſequitur: Egre-
diatur ſponſus de cubili ſuo:& ſponſa de thalamo
ſuo: ut tempore ieiunij uacemus orationi: ne in-
terior homo noſter, draconis ueſcatur carnibus,
qui datus eſt in eſcam populis Aethiopum. Et Pſal.37.c
hæc dicimus, non quo ieiunia reprobemus: per
quæ & Daniel uir deſideriorum futura cognouit: Dan.9.a
& Niniuitæ irã placauerunt dei:& Helias ac Moy- Ione.3.b
ſes, quadraginta dierum eſurie, dei familiaritate 3.Reg.19.b
ſaturati ſunt: & ipſe dominus totidem diebus in Exod.34.d
ſolitudine ieiunauit, ut nobis ſolennes ieiunio- Matth.4.a
rum



A rum dies relinqueret:ſed quo non proſit uacuum
portare uentrem:& alia facere quæ deo diſplicent:
atq; ut cætera prætermittã,exterminare facies ſuas:
ut appareant hominibus ieiunare qui in præſenti
gloriam cõſequentes excludẽtur à regno dei, quia
receperunt merce-
dem ſuã. Vnde &
1.Cor.13.b Apoſtolus, ſi etiã
corpus ſuum tra-
dat martyrio ut ar-
deat,ſiue glorietur
(utrunq; eñ fertur
in exemplaribus)
abſq; dei charitate:
quæ eſt in cordis
cõſciẽtia, fruſtra ſe
dicit ſanguinẽ fun-
dere. a ¶Nolite
ieiunare ſicut uſq;
ad hanc diem &c.)
Ne uideatur repro
bare ieiuniũ,quod
ipſe præceperat:do
cet quomodo ieiu-
nãdum ſit,imò an-
B teq; doceat quid ſe
quatur, inſtruit qd
debeãt declinare:Vt audiatur,inquit,in excelſo cla-
mor ueſter.Ne ad orationẽ deferatis clamorẽ:orã-
tes in ſynagogis & angulis platearum:ut ab homi-
Matth.6.a nibus uideamini,& eleuetis uocem in excelſum, &
Luc.18.a cum phariſæo qui dñi iudicio condemnatur,ueſtra
ieiunia & opera prædicetis.Propter quæ dñs phari
Matth.6.a ſæorũ reprobrans orationẽ, docet diſcipulos quo-
modo orare debeãt,clauſo pectoris ſui cubiculo,ut
ſoli loquantur deo:qui poteſt ſilentiũ cordis audi-
Rom.8.c re:ut clament in cordibus ſuis: Abba pater,& non
exterminẽt facies ſuas:ſed lauent aqua,& caput un-
gant oleo.De quo & Ioannes euangeliſta ſcribit:Et
1.Ioan.2.c uos unguentum habetis à ſancto:quo cũ uncti fue-
rint,etiam ipſi ſancti fiant.Non enim quærit deus
afflictionem ſolã & humiliationem animæ per iniu
riam corporis:ut inſtar circuli torqueat corpus &
colla ſubmittat ac triſtis incedat.Iuxta illud quod in
Pſal.37.b pſalmis dicitur:Afflictus ſum & ĩcuruatus uſq; ad
finem,tota die contriſtatus incedebã. Nec ut ſacco
2.Reg.3.f quis ueſtiatur,& in cinere dormiat:quod de Dauid
3.Reg.21.g & de Achab legimus:ſed ut cũ iſtis hæc faciat quæ
2.Co.6.a. ſequuntur. Alioquin & Apoſtolus frequenter ie-
11.f iunare ſe dicit,& dominus cum ſponſus à diſcipu-
Matth.6.b lis ſuis fuerit ablatus, docet eos ieiunaturos:& in
Pſal.101.b pſalmis pœnitens loquitur:Manducaui ſicut cine-
Pſal.34.b rem panem meum,& potum meum cum fletu mi-
ſcebã.Et cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio.
Ex quo diſcimus hæc facienda primũ eſſe quæ uult
dñs:& nõ alia prætereunda. b ¶Nónne hoc ma-
gis ieiunium &c.) Poſtq; docuit quale ieiunium re
probet,oſtendit quale libẽter accipiat. Diſſolue,in-
quit,colligationes impietatis:ſolue faſciculos depri

a HEB. pugno impie. Nolite ieiunare ſicut uſq; ad hanc diem,ut audiatur in excelſo clamor ueſter. Nũ quid tale eſt ieiuniũ quod elegi per diẽ affligere hominẽ animã ſuã? Nunqd cõtorquere quaſi circulũ caput ſuũ:& ſaccũ & cinerẽ ſternere? Nunqd iſtud uocabis ieiunium & diem acceptabilem dño? Nónne hoc magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimẽtes.

SEP. pugnis hũilẽ. Quid mihi ieiunatis, ut hodie audiatur in clamore uox ueſtra? Nõ tale ieiunium elegi & diẽ humiliare animam ſuã? Neq; ſi incuruaueris quaſi circulũ collum tuũ:& cilicium & cinerem ſubſtraueris:nec ſic uocabis ieiunium et diem acceptabilem? Nónne tale ieiunium elegi,dicit dominus:ſed ſolue omnem colligaturam iniquitatis. Diſſolue obligationes uiolentarum cautionum. Dimitte

mẽtes. Siue ut Lxx.manifeſtius trãſtulerunt,obliga C
tiones uiolẽtarum cautionũ:quas noſtri uerbi am-
biguitate decepti, id eſt, συναλλαγμάτων cõmutatio-
nes pro chirographis interpretati ſunt. Significat
autẽ chartarum faſciculos in quibus fœneratorum
calũniæ cõtinẽtur,
& opprimunt̃ pau
peres ære alieno:ꝗ
in cunctis urbibus,
ſeditionis cauſa uel
maxima eſt.Vnde
& Romanus popu
lus uicinos occu-
pat mõtes,& tabu-
læ nouæ quas Græ
ci appellant χρεῶν
ἀποκοπάς. Nõ ergo
præcepit propheta
ne exigat unuſqſq;
quod debitum eſt,
maxiẽ qđ iuſte de-
dit & iuſte repetit:
alioquin Tribuni-
ciæ eſſet ſeditionis
aſſertor:Sed ubi in
iqua eſt cautio,ubi D
opprimuntur pau
peres calumnia:ibi faſciculi cautionũ, & omnia ini-
quitatis uincula rumpenda ſunt.Vel certe hoc dicẽ
dum,quia de ieiunijs ſermo eſt:& ieiuniũ afflictio-
nem atq; humiliationẽ habet animæ:afflictio autẽ
corporis peccatorũ indulgentiã deprecatur:Docet
ſcriptura diuina:ut dimittamus debitorib9 noſtris: Mar.11.c
ut & pater cœleſtis dimittat nobis debita noſtra. Leui.25.b
Vetus narrat hiſtoria,anno remiſſiõis ſeptimo, uel & 27.c
quinquageſimo,qui eſt uerus iubileus,omnes poſ-
ſeſſiones redire ad dominos:& reddi ſeruis priſtinã
libertatẽ,cũctaq; nomina,quæ uulgo appellãt cau-
tiones,irrita fieri.Sin aũt hoc ueteri lege præcipit:
quãto magis in euãgelio ubi omnia quæ bona ſunt
duplicantur:& nequaq; oculũ pro oculo:dentem ꝓ Exod.21.c
dẽte iubemur eruere:ſed uerberãti præbere maxil- Matth.5.f
lam? Atq; ut ſciamus illud qđ ſupra diximus.Oẽs
debitores ueſtros repetitis: de creditoribus:ſcribi: Supra eod.a
de debitoribus iungitur manifeſtius:Dimitte eos q
confracti ſunt liberos:hoc eſt,qui paupertate ſunt
fracti:quos afflixit inopia,ne liberos ſinas mẽdica-
re.Et omne onus quo deprimuntur rũpe.Pro quo
manifeſtius Lxx.tranſtulerunt, καὶ πᾶσαν συγγραφὴν
ἄδικον διάσπα. id eſt,& omnẽ ſcripturam iniquã cõ-
ſcinde:quod Symmachus tranſtulit: Et omnẽ cau-
tionem falſam diſrumpe. Sed poterat fieri, ut aliqs
diceret:Non habeo debitores: quid facere debeo,
ut ſuſcipiatur ieiuniũ meum? Sequitur:Frange eſu-
rienti panem tuum.Non plures panes:ne de pau-
pertate cauſeris,ſed unum panem: Nec ipſum to-
tum,ſed partem panis:quam ſi nõ ieiunares come-
ſurus eras:ut ieiunium tuum non ſit lucrum marſu
pij:ſed ſaturitas aniæ.Pulchreq; addidit tuũ, ne de
rapina

E rapina facias eleemoſynã:Redemptio enim animæ
Prouer.13.b uiri,propriæ diuitiæ,Et in alio loco : Honora dñm
Ibid.3.b de tuis iuſtis laboribus. Certe ſi panem non habes,
& eſuriẽtium plurima multitudo eſt:præbe de quo
nullum damnũ pateris,In quo nulla diſpẽdia ſunt:
pauperes abſq; te-
cto induc in domũ
tuã:Siue ut in He-
braico habetur , in
domũ , ut ſi tuã nõ
habes , inducas in
hoſpitiolum,quod
uel mercede cõdu-
ctum uel beneficio
poſſides.Si uideris
nudũ operi.Quod
& dominus in euã
Luc.3.b gelio loquebatur.
Qui habet duas tu-
nicas:det alterã nõ
habenti. Nõ enim
unam iuſſit ſcindi
& diuidi:qđ multi
pplaris auræ cauſa
faciũt ; ſed alteram
non ſeruari ; augẽs
præcepta iuſticiæ:
ut etiã calicẽ aquæ
Matth.10.d frigidæ porrectum habere præmia diceret. Et car-
F nem,ait,tuã ne deſpexeris.Omnis enim homo caro
Luc.10.c noſtra eſt.Et iuxta euãgelicam parabolam,eius qui
de Hieruſalem deſcendebat Hiericho, & à latroni-
bus uulneratus eſt,ille proximus appellatur,qui be
nefecerit.Vel certe iuxta Lxx.qui dixerunt:Et do-
Gal.6.c meſticos ſeminis tui ne deſpicias:Domeſticos ſemi
nis illos intelligamus , de quibus & Apoſtolus do-
cet,omnibus faciẽdam eſſe eleemoſynam,maxime
autem domeſticis fidei.Illi enim caro noſtra ſunt &
ſemen noſtrum,qui de uno nobiſcum parẽte gene-
rantur.Ad quos extendebat & ſaluator manum,di
Mar.3.d cens ; Mater mea & fratres mei hi ſunt,qui faciunt
uoluntatem patris mei.Atq; ut ſciamus unum eſſe
dominum, & noui & ueteris inſtrumẽti:Eadem &
dominus loquitur in euangelio,de his qui in die iu
Matth.25.c dicij à dextris ſtaturi ſunt.Venite benedicti patris
mei,poſſidete regnum præparatum uobis à conſti
tutione mundi:Eſuriui enim,& dediſtis mihi man-
ducare. Sitiui,& dediſtis mihi bibere. Infirmus erã
& in carcere,& ueniſtis ad me.Peregrinus,& duxi-
ſtis me in domum ueſtram. Et nudus , & ueſtiſtis
me,Illisq; humilitate dicẽtibus,ſe nihil feciſſe domi
no ſaluatori,reſpondit:Quamdiu feciſtis uni de fra
Tropolog. tribus meis minimis , mihi feciſtis. Iuxta Tropolo-
giam hæc poſſumus dicere:Qui ieiunat ab omni-
bus malis,& uult ſuum ieiunium reſpici:nõ ſolum
declinet à malo,ſed & faciat bonum:ut ſoluat omẽ
uinculum iniquitatis, quo ſimplices quiq; credẽtiũ
hæreticorum fraudibus colligati ſunt,Et ϛραγγαλιὰς
βιαίωμ σωαλλαγμάτωμ, id eſt,obligatiões uiolẽtarum

HEB. Dimitte eos qui cõ-
fracti ſunt liberos:& omẽ
onus diſrumpe. Frange
eſurienti panem tuum:&
egenos uagosq; induc in
domum.Cum uideris nu
dum, operi eum ; & car-
nem tuam ne deſpexeris.
a Tunc erumpet quaſi ma-
ne lumen tuum:& ſanitas
tua cito orietur ; & ante-
ibit faciem tuam iuſticia
tua:& gloria domini col-
liget te. Tũc inuocabis:&
dominus exaudiet,clama
bis,& dicet:ecce aſſum.

SEP. Dimitte fractos in re
miſſionẽ:& omnẽ ſcriptu
ram iniquã cõſcinde.Frã-
ge eſurienti panẽ tuum:&
pauperes ſine tecto induc
in domum tuã. Si uideris
nudũ,opi ; & domeſticos
ſeminis tui ne deſpexeris.
Tunc erũpet matutinum
lumẽ tuũ:& ſanitates tuæ
cito oriẽtur:& præibit in
conſpectu tuo iuſticia tua
& gloria dei circundabit
te. Tũc clamabis:& deus
exaudiet te. Adhuc loquẽ
te te dicet:ecce aſſum.
Si ab

tractatuũ:quas & in pſalmo ꝓpheta demõſtrat, di- G
cens:Declinãtes aũt in obligationes,adducet dñs cũ Pſal.124.d
operantibus iniquitatẽ.Omnes enim qui hæretico
rum uinculis alligãtur,declinant à dño:& quaſi bos
ductus ad uictimã,& eligũt atq; cõmutant ꝑ uerita
te mendaciũ.Iſtiuſ-
modi igitur homi-
nes q̃ ſunt fracti iu
dicio , dimittat uir
eccleſiaſticus atq;
diſſoluat ; & omnẽ
ſcripturã hæretico
rum:de quibus hic
idem ꝓpheta dicit:
Væ qui ſcribũt ini Supra.10.a
quitatem:ſcribẽtes
eñ ſcribũt maliciã,
rapiẽtes iudicium
pauperum populi
mei,ſoluat atq; diſ-
rũpat:ut nequaq; la
queis ſuis ſimplices
quouſq; teneãt irre
titos:Et cũ hoc fece
rit, frangat doctri-
næ eccleſiaſticę eſu
rientibus panẽ ſuũ:
quod fecit & dñs,
fractos panes Apoſtolis tribuens:quos eis in ſeptẽ Matth.15.d
ſportis,& duodecim cophinis:nequaq; integros ſi- H
cut habebãtur in lege,ſed cõminutos atq; cõfractos
in euangelio dereliquit,ut haberẽt qđ pauperibus
largirẽtur.Quos uideris nõ habẽtes calorem fidei:
ſed extra eccleſiã frigoribus infidelitatis algẽtes,in-
opes atq; peregrinos,induc,ait,in domũ eccleſiæ:et
operi incorruptiõis pallio:ut ueſtiti Chriſti tunica,
nequaq; maneant in ſepulchris,qđ de eo legimus,q̃
poſſeſſus à dæmonum legione:nudus habitabat in Mar.5.a
memorijs mortuorũ.Cumq;,inquit,hæc feceris,&
liberalitas tua ad oẽs expoſita fuerit , ſpecialiter ne
deſpicias domeſticos fidei. a ¶Tunc erũpet quaſi
&c.)Qñ illa nõ feceris quæ præteritus ſermo narra
uit,& iſta feceris de quibus nũc diximus:Tũc acce-
ptabile erit ieiuniũ tuũ , & erũpet matutinum lumẽ
tuũ:Sol uidelicet iuſticiæ, de quo Malachias ꝓphe- Malach.4.a
ta ex perſona dei patris loquitur:Orietur uobis ti-
mentibus nomẽ meũ ſol iuſticiæ,& ſanitas in pẽnis
eius.Qui ibi ſol:hic lux dicitur. Sicut eñ matutina
lux ſoluit tenebras:ita lumẽ ſciẽtiæ & ueritatis oẽs
errores fugat.Et ſanitates, inquit,tuæ cito oriẽtur.
Pro quo Aquila,uerbũ de uerbo exprimẽs poſuit:
Et cicatrix uulneris tui cito obducet:ut ſcilicet uul-
nera peccatorũ noſtrorũ ad ortũ ſolis iuſticiæ,cito
obducta cicatrice claudãtur.Pro eo qđ Lxx.trãſtu
lerũt ἰάματά σου,id eſt,ſanitates tuæ:latini interpretes
ducti nominis ſimilitudine ; ἱμάτια:id eſt,ueſtimẽta
poſuerũt.Vnde multi trãſlationis falſitate decepti,
ad reſurrectionẽ corporis cõprobãdã,hoc utuntur
teſtimonio:quo ſcilicet ueſtimẽtum animæ corpus
accipi



A accipi uelint,quod in die reſurrectionis oriatur. Et
antecedet,inquit,in cõſpectu tuo iuſticia tua:Secun
Gen.30.e dum illud quod loquit̃ Iacob:Exaudiet me cras iu-
ſticia mea,& implebit̃ quod ſcriptũ eſt: Ecce homo
& opera eius.Et gloria dñi circũdabit te, quaſi ue-
ſte pulcherrima:ut
glorificeris apud
deũ & apud homi
nes.Tunc inuoca-
bis,& dñs exaudi-
et:clamabis, & di-
cet:Ecce aſſum:nõ
uoce,ſed opere:nõ
reſpõſione,ſed be-
neficijs: quod iu-
xta literã & in euã
gelio cõprobatur:
quando dicente ad
dominũ leproſo:
Si uis,potes me mundare. Reſpondit dñs, dicens:
Volo, mundare. a ¶ Si abſtuleris de medio tui
catenam &c.)Verbum Hebraicum מוֹטָה quod in
Hiere.18.d Hieremia,torques ferrea interpretatur: in præſen-
ti capitulo bis legitur.In eo enim loco ubi ſupra iu
xta Lxx.diximus diſſolue obligationes uiolentarũ
cõmutationum:pro uno uerbo מוֹטָה ſciamus eos
poſuiſſe uiolentas cautiones: pro quibus Aquila,
errorẽ:Symmachus,declinationẽ:Theodotio κλοιόμ
B id eſt,torquem,tranſtulerunt.Rurſum in præſenti
loco ubi nos uertimus:Si abſtuleris de medio tui ca
tenam,& pro catena Lxx. σωνδεσμόμ, id eſt, colliga-
tionem ſiue uinculũ tranſtulerunt:Aquila,ſicut ſu-
pra,errorem,interpretatus eſt.Symmachus in The
odotionis ſcita concedens,torquem poſuit.Hoc de
interpretationis uarietate ſit dictũ. Alioquin ſen-
ſus ſic cũ ſuperioribus iungit̃: Oriet̃ tibi matutina
lux:& ſanitates tuæ cito orient̃:& præcedet te iuſti
cia tua:& gloria dñi coronabit te.Deprecantẽq; ſta
tim exaudiet:& ſe oſtẽdet eſſe præſentẽ.Ita dũtaxat
ſi ad ſuperiora opera hæc quoq; addideris,ut tollas
de te obligationẽ & catenã qua tua anima colligata
Act.8.d eſt.De qua & Petrus loquebat̃ ad Simonẽ: In felle
enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo
te eſſe.Et Paulus dolebat,obligatam cernens idolo
Pro.5.b latriæ Athenienſiũ ciuitatẽ.Funibus enim peccato
rum ſuorũ unuſquiſq; cõſtringit̃. De q̃bus animæ
Pſal.18.d uinculis,& Dauid precabat̃ in pſalmo:Ab occultis
meis munda me dñe: & ab alienis parce ſeruo tuo.
Difficile reperitur qui his nõ ſtringat̃ catenis.Raro
inuenitur anima q̃ hanc grauiſſimã torquẽ non ha-
beat ſuo collo circundatã,ad terrena ſe opera depri
Luc.13.d mentẽ:ut nequaq; cœlũ,ſed terrã aſpiciat. Quod &
de euãgelica refertur muliere,quã uinxerat ſatanas
per annos decem & octo:ut incuruata,cœleſtia nõ
uideret.Si ergo,ait,tuleris de medio cordis tui hãc
catenam:& iſtiuſmodi uincula diſſipaueris: & χειρο-
τονίαμ, pro qua tres alij interpretes uoce conſona:
extentum digitum,tranſtulerunt:ut non ſolũ malũ
ipſe non cogites & non facias:ſed ne detrahas qui-

a HEB. Si abſtũleris de me-
dio tui catenam: & deſie-
ris digitum extendere, &
loqui quod non prodeſt.
Cum effuderis eſurienti
animam tuam: & animã
afflictam repleueris: tunc
oriet̃ in tenebris lux tua:
& tenebræ tuæ erunt ſicut

SEP. Si abſtuleris à te col-
ligationem & ordinatio-
nem & uerbum murmu-
rationis,& dederis eſurien
ti panẽ tuũ ex animo tuo:
& animam humiliatam ſa
turaueris:tũc orietur in te-
nebris lumen tuum: & te-
nebræ tuę erũt ſicut meri-
dies

dem ꝓximo tuo:& ſingulos quaſi digito notes: & C
loquaris quod non prodeſt animæ tuæ:nõ tua ma
la:ſed aliorũ errores conſiderans, accipies quæ ſe-
quens ſermo ſubnectit.Pleriq; nrorum χειροτονίαμ,id
eſt, ordinationem clericorum: quæ non ſolum ad
imprecationẽ uo-
cis,ſed ad impoſi-
tionẽ impletur ma
nus: ne ſcilicet, ut
in quibuſdam riſi-
mus,uocis impre-
catio clandeſtina,
clericos ordĩet ne-
ſcientes: ſic intelli-
gunt, ut aſſumant
teſtimoniũ Pauli
ſcribentis ad Ti-
motheum:Manus 1.Timo.5.d
cito nemini impo-
ſueris:neq; cõmunicaueris peccatis alienis. Nõ eſt
enim peccatũ leue mittere margaritas ante porcos: Matth.7.a
& dare ſanctũ canibus:& ordinationem clericatus,
nequaq; ſanctis & in lege dei doctiſſimis: ſed aſſe-
clis ſuis tribuere,& uiliũ officiorũ miniſtris: quod-
q; his dedecoroſius eſt,mulicrcularum precibus.In
quo cõſideranda loquẽtis in ſe Chriſti apoſtoli ſa-
pientia: q̃ ut ordinationis periculũ demonſtraret:
iunxit tormẽta peccantiũ: Neq; communicaueris
peccatis alienis.Sicut ergo in ordinationibus malo D
rum,particeps eſt peccatorũ q̃ tales cõſtituit, ſic in
ordinatione ſanctorũ,particeps eſt eorũ iuſticiæ q̃
bonos elegit.Sequit̃:Et uerbũ murmuratiõis, ſub-
auditur ἀπὸ κοινοῦ, ſi abſtuleris à te. Verbũ aũt mur-
murationis eſt,qñ cõtra nos loquit̃ deus:Deſinat à
me murmuratio populi huius,& nõ moriet̃,noſtrá
q; peccata referimus ad deũ,ad excuſandas excuſa
tiones in peccatis,& dicimus:Corporis me ſupera
uit ardor:adoleſcentiæ incentiua uicerũt:à deo talis
creatus ſum,paupertas coëgit ad furtũ.Itaq; ſi nõ fe
cerimus iſta q̃ dicta ſunt:& fecerimus ea quæ dicen
da ſunt:ut eſurienti,non ſicut ſupra,demus panem
noſtrum,ſed animã noſtrã:ut eũ in q̃buſcũq; poſſu
mus adiuuemus:& nõ quaſi ex triſticia & neceſſita
te,ſed ex animo tribuamus:accipientes magis q̃ dã
tes beneficiũ:Hilarem eñ datorẽ diligit deus ut ani 2.Cor.9.b
mam eſurientẽ ſiue afflictã nõ refocillemus ex par
te,ſed ſaturemus,& doleamus cũ dolẽtibus, lugea-
muſq; cum lugentibus: Tunc orietur in tenebris
lux noſtra,ille qui dicit:Ego lux ueni in mundum: Rom.12.c
ut omnis qui credit in me,in tenebris non maneat: Ioan.12.g
ſed habeat lucem uitæ.Lucerna enim corporis no-
ſtri eſt oculus:Si ſimplex fuerit:totum corpus no-
ſtrum erit lucidum.Si autem qui lux eſſe deberet,
uerſus fuerit in tenebras:tunc omne corpus tene-
broſum erit,& dicetur nobis:Si lux quæ ĩ te eſt te- Matth.6.c
nebræ ſunt:ipſæ tenebræ quantæ ſunt?Conſidere-
mus quãtis uirtutibus perueniamus ad lucẽ dei:ut
tenebræ noſtræ uertantur in meridiem:dicamuſq;
cum ſponſa:Vbi paſcis,ubi cubas in meridie? Cant.1.b

E a ¶Et requiem dabit tibi dñs ſemper: & implebit
ſplendoribus animam tuã &c.) Quod in Alexan-
drinis exẽplaribus in principio huius capituli ad-
ditum eſt: Et adhuc in te erit laus mea ſemper: & in
fine, & oſſa tua quaſi herba orientur: & pingueſcẽt,
& hæreditate poſ-
ſidebunt in gene-
ratione & genera-
tiones: in Hebrai-
co non habet: ſed
ne in Lxx. quidẽ
emendatis & ueris
exemplaribus. Vn
de obelo prænotã
dum eſt. Cũ tene-
bræ, inquit, pecto-
ris tui, orta luce fu
erint diſſolutæ: &
pro nocte palpabi
li meridies fuerit
exorta: tũc ſemper
habitatorẽ habe-
bis deum: qui im-
pleat ſplẽdoribus
Pſal.109.a animam tuam. De quibus in pſalmo legitur: Tecũ
principiũ in die uirtutis tuæ, in ſplẽdoribus ſancto-
F rum, ex utero ante luciferum genui te. Siue ſatura-
beris cũctis quæ deſiderat anima tua: quia & ipſe ſa
Ibid.102.a turaſti animã eſuriẽtem: Et dicere poteris: Benedic
anima mea domino: qui implet in bonis deſideriũ
tuum, & oſſa tua liberabunt de interitu & igne per-
petuo. Siue impingueſcent: ut priſtinam craſſitudi-
nem recipiãt: quæ fame ſermonis dñi attenuata fue
rant. Quod quidem & iuxta literã de reſurrectione
eorũ quæ caſura ſunt corporũ, ĩtelligere poſſumus:
& de uirtutibus animæ quas ſignificans ſanctus lo-
quitur in pſalmo: Omnia oſſa mea dicent: dñe quis
Ibi.34.b ſimilis tibi: De quibus & in Prouerbijs ſcriptũ eſt:
Pro.15.d Fama bona impinguat oſſa: Et quibus præmia pro
mittuntur: ſanitas erit corpori tuo: & curatio oſſi-
Pſal.33.d bus tuis. De quibus rurſum ſcriptum eſt: Dñs cuſto
dit omnia oſſa eorum: unum ex his nõ conteretur.
Econtrario: qui peccator eſt, & animæ robur perdi
Pſal.140.c dit atq; uirtutem plangit & loquitur: Diſſipata ſunt
oſſa noſtra ſecus infernũ. Neq; enim poſſumus cre-
dere quod oſſa peccatorũ non in inferno ſint: ſed iu
Prouer.15. xta infernũ: Et fama bona impinguat oſſa: quæ ad
corporis ſaginam non pertinet. Sequit: Et eris ſiue
erit: id eſt, aut tu aut aĩa tua, ſicut hortus irriguus,
Gene.2.b De quo ſcriptũ eſt: Fons egrediebatur, & irrigabat
omnem faciem paradiſi: pro quo in Hebraico, hor-
Pſal.35.c tus legitur. Quem fontem non alium poſſumus di-
cere: niſi eũ cui dicitur: Apud te eſt fons uitæ: qui
indeſinenter rigat eccleſiam ſuam: & cunctorum
corda credentium. b ¶Et ædificabuntur in te
deſerta ſeculorum fundamenta generationis &c.)
Non ſolum inquit, orietur in tenebris lumen tuũ:
& tenebræ tuæ erunt quaſi meridies: & dabit tibi
dñs requiem ſemper: & eris quaſi hortus irriguus

a HEB. meridies. Et rẽquiẽ dabit tibi dñs ſemp: & implebit ſplẽdoribus animã tuam: & oſſa tua liberabit. Et erit quaſi hortus irriguus: & ſicut fons aquarũ cuius non deficient aquæ. b Et ædificabuntur in te deſerta ſeculorum: fundamẽta generationis & generationis ſuſcitabis: & uocabitur in te ædificator ſepiũ, conuertens ſemitas in

SEP. dies. Et erit deus tuus tecum ſemper: & implebe ris ſicut deſiderat anima tua: & oſſa tua pingueſcent. Et erunt ſicut hortus ebrius: & ſicut fons cui nõ deficiet aqua. Et ædificabuntur tibi deſerta à ſeculo: & erũt fundamẽta tua ſempiterna in generationes & generationes: & uocaberis ædificator maceriæ: & ſemitas in medio quieſcere

& cætera: Sed ædificabũtur in te quæ longo tempo G
re deſerta fuerãt, & in multis generatiõibus permã-
ſura, ædiũ tuarũ fundamẽta iacient: ita ut uel tu ipe
uoceris ædificator ſepiũ atq; maceriarũ: uel oriatur
in te quaſi ædificator ſepiũ: & auertat ſemitas ĩ quie
tẽ, ſiue iuxta Lxx.
τὰς ξίβυς τὰς ἀναμή
σομ παύσεις, id eſt,
colles in medio fa-
cies conquieſcere.
Hæc Iudæi & ami
ci tantũ occidentis
literæ, ad inſtaura-
tionem referũt ur-
bium Palæſtino-
rũ. Et uel facta ſub
Zorobabel & Eſ-
dra, & Neemia: uel
in ultimo tpe futu
ra contendunt: Et
ad inſtaurationem
Hieruſalẽ & in cir
cuitu ciuitatũ altiſ
ſima fundamẽta ia
cienda: & tam excelſos muros ædificandos: ut nul-
lus hoſtiũ poſſit intrare: & oĩm in eas inimicorum
ꝓhibeat ingreſſus. Nos aũt ſequẽtes cœptæ expla-
nationis ordinem: quæ deſerta fuerant in Iudæis, di H
cimus ædificari in eccleſia: nõ ad breue tẽpus: ſed in
perpetuũ: Et fundamẽta illius ex utroq; populo: id
eſt, in duabus generationibus ſuſcitãda. Vnde dice-
bat Apoſtolus: Quaſi ſapiens architectus fundamẽ 1.Cor.3.b
tum poſui: alius ſupædificat: unuſquiſq; aũt uideat
quid ſuperædificet. Et ĩ alio loco: Dei agricultura, Eph.2.d
dei ædificatio ſumus. Et iterũ: Aedificati ſuper fun
damentũ apoſtolorũ & ꝓphetarũ: & uocandã eã ſi-
ue eũ q natus eſt in ea, ædificatorẽ ſepiũ. De quo in
pſalmo legimus: Homo natus eſt in ea: & ipſe funda Pſal.86.a
eſt camelum per foramẽ acus trãſire,q; diuitem in
regna cœlorum.Difficultatem rei propoſuit,non
impoſſibilitatem.Deniq; ſanctæ memoriæ mater
tua Paula,fraterq; Pãmachius,per foramen acus,
hoc eſt,per artam & anguſtam uiam quæ ducit ad
uitam,tranſierunt ad regna cœlorum;latam uiam
cum ſarcinis relinquentes,quæ ducit ad tartarum.
Imò quicquid habebãt,in dñi dona portarunt;im-
Prouer.13.b plẽtes illud quod ſcriptum eſt;Redemptio animæ
Matth.19.b uiri,propriæ diuitiæ.Quæ eñ apud homines im-
poſſibilia,apud deum poſſibilia ſunt.Habentes in
muneribus principalia,aurũ,incẽſum,& thus odo
Pſal.140.a ris optimi,atq; dicẽtes;Dirigatur oratio mea ſicut
2.Cor.2.d incenſum in cõſpectu tuo.Et:Chriſti bonus odor
ſumus in omni loco;exemplo uirtutis ſuæ,quoti-
die nunciãt ſalutare dñi;ut omnes oues Cedar cõ-
gregentur in eccleſia;& de erroris tenebris ad lu-
cem tranſeant.Arietesq; prophetarũ;de quibus in
uiceſimooctauo pſalmo canitur;Afferte dño filij
dei,afferte dño filios arietum;ueniãt & offerãtur;
ſiue iuxta Theodotionẽ;Offerant ſe ſacrificiũ do-

HEB.medarij Madian &
Epha.Omnes de Saba ue-
nient,aurũ & thus deferen
tes;& laudem dño annun
ciantes.Omne pecus Ce-
dar cõgregabitur tibi;arie
tes Nabaioth miniſtrabũt
tibi: offerentur ſuper pla-
cabili altari meo;& domũ
maieſtatis meæ glorifica-
a bo. Qui ſunt iſti qui ut
nubes uolant;& quaſi co-

SEP. cameli Madian &
Gephar : omnes de Saba
ueniẽt, aurum & thus de-
ferẽtes; & ſalutare domini
annũciabũt. Omnes oues
Cedar cõgregabũtur tibi;
arietes Nabeoth uenient,
& offerenť placabiles ſuꝑ
altare meum : & domus
orationis meæ glorificabi
tur.Qui ſunt hi qui ut nu-
bes uolant;& ſicut colum
bæ cum

mino;& placabiles hoſtiæ fiant;ut Chriſti glorifi- G
cetur eccleſia.De huiuſcemodi ouibus ſaluator di
ſcipulis loquebatur: Ite ad oues perditas domus Matth.10.a
Iſraël.Et iterum;Meæ oues,meam uocem audiũt. Ioan.10.c
Et in Ezechiele plenius: Ecce ego quæram oues Ezech.34.c
meas, & uiſitabo
illas: ſicut quærit
paſtor gregẽ ſuũ.
Hæc dicit domi-
nus;Perditã quæ-
ram;& errantẽ re-
ducam;& fractam
alligabo: & infir-
mam confortabo:
fortémque cuſto-
diã;;& paſcam eas
cum iudicio.Et ut
noſſemus quæ eſ-
ſent oues,põit ma
nifeſtius;Et ſciẽt,
quia ego ſum dñs
deus eorum,& iſti
populus meus do
mus Iſraël,dicit dñs deus;& uos oues meæ,& oues
gregis mei omnes eſtis;& ego dñs deus ueſter.Si
quis ergo in gentibus diues eſt,ſaluetur ut came-
lus;nõ abſq; donis,atq; muneribus,quo poſſit uer
dum dñi prædicare.Si quis ſimplicitatis ouium,&
autoritatis arietũ;aſcendat uel offeratur in altare
dñi ab his qui præualẽt,ut domus eius glorificeť.
Quod aũt in Hebraico ſcriptum notauimus;Arie H
tes Nabaioth miniſtrabũt tibi;& offerẽt ſuper pla
cabili altari meo;proprie ſuper his intelligiť;qui
de gẽtibus electi in ſacerdotium,miniſtri ſunt ſal-
uatoris.Si quis autem cõtentioſus eſt,& carnaliter
hæc ꝓmiſſa cõtendit.Reſpõdeamus ei;Nos talem
cõſuetudinẽ nõ habemus,neq; eccleſia dei.Illudq;
dicamus,qđ etiã ſi carnaliter ſunt ꝓmiſſa Iudæis,
tñ ſub cõditione ſunt ꝓmiſſa;ut ſi ſuſcepiſſent lu-
men ſuũ qđ ad eos miſſum fuerat;tunc etiã iſta ſe-
querẽtur;quod uidelicet per deſideriũ auri,& opũ
abundantiã,rerumq; carnalium;quarũ ſemper iſta
gens capiať illecebris,ſuſciperent ad ſe miſſum fi-
lium dei;quem quia nõ ſuſceperũt,uniuerſa ſubla
ta ſunt;& ſuſcipiẽtibus ſpiritualiter reddita hære-
ditas. a ¶Qui ſunt iſti qui ut nub.&c) Quia dñs
ingreſſus eſt Aegyptũ ſuper nubẽ leuem & nubi-
bus prophetarũ mãdauit,ne pluerent ſuper Iſraël
imbrẽ;ad quos peruenit ueritas dei;Mirať eccleſia
de circũciſionis primũ populo congregata,uolare
ad ſe gentiũ turbã toto orbe terrarũ;Et aſſumptis
alis ſpiritus ſancti,feſtinare,iuxta Symmachum &
Theodotionẽ,ad feneſtras ſuas;iuxta Aquilam,ad
catharactas ſuas;ut ingrediantur eccleſiã;Siue do-
ctores cum diſcipulis;id eſt,columbas cum pullis
ſuis uolare ad eccleſiã de inſulis gentiũ;q̃ iuxta ua
ticinia prophetarũ expectabãt dñm.Naues quoq;
תַּרְשִׁישׁ, id eſt,maris; de quibus in uiſione Tyri
plenius diximus;adducent filios eccleſiæ in princi
pio fidei



A pio fidei;aurũ argentumq; portantes. Corde enim
Rom.10.b. creditur ad iuſticiam;ore autẽ cõfeſſio fit ad ſalutẽ.
De quo auro & argẽto in ſexageſimoſeptimo pſal-
mo ſcriptum eſt;pennæ columbæ deargentatæ,&
poſteriora eius in fulgore auri.Et ſeptuageſimopri
mo pſalmo;Reges
tharſis & iſulæ mu
nera offerẽt ; reges
Arabũ & Saba do-
na adducent.Quæ
omnia deferuntur
nomini dñi dei , &
ſancto Iſraël , qui
glorificauit eum.
a ¶Et ædificabũt
filij peregrinorum
muros &c. ) Inter
cætera quibus dita
tur eccleſia,& urbs
ſaluatoris extruiť:
Alienigenæ quoq;
& filij pergrinorũ
ædificant muros e-
ius,ne hoſtis poſſit
intrare;ne locũ in-
uenire perfidia.A-
lienigenæ autem et
B peregrini ꝓprie ſi-
gnificãt populũ na
tionũ,qui uere ex-
truxerũt eccleſiam
Chriſti;intãtum ut
reges eorũ & prin-
cipes miniſtrẽt , ſi-
ue aſſiſtãt ei.Quod
uel carnaliter acci-
pitur, uel ſpiritua-
liter : Si carnaliter,
uidemus Cæſares
Romanos Chriſti
iugo colla ſubmit-
tere,ædificare eccle
ſias expenſis publicis,& aduerſus perſecutiones gẽ
tium,atq; inſidias hæreticorum legum ſcita pende-
re.Si ſpiritualiter;quicunq; in eis continentia , elo-
quentia,ſanctitate,principes ſunt , & animæ impe-
rio carnis ſubiugant ſeruitutem. Ipſi adminiſtrãt &
aſſiſtunt uel auxiliantur ei;quam ſæpe propter ne-
gligentiam deſerit;uel perſecutorum percutit uir-
ga;ut rurſum propter ſui miſericordiã diligat.Vel
certe hoc dicendum;quod afflictam quõdam & ca-
ptiuitati traditam in populo Iudæorum inuocatio
ne gentium recõciliet ſibi;ita ut portæ eius ſemper
apertæ ſint,& nec die nec nocte claudãtur;& ſalua-
ri cupiẽtibus,iugiter pateant,id eſt, ut ei in gaudio,
& in tribulatione uolentibus credere , introitus nõ
negetur;Et inferatur ad eam fortitudo,ſiue diuitiæ
gentium;& reges earum miniſtrent ſiue adducan-
tur ei quaſi captiui;cum intelliges,cum uideris elo-

HEB.lumbæ ad feneſtras
ſuas? me enim inſulæ ex-
pectant;& naues maris in
principio,ut adducã filios
tuos de longe ; argentum
eorum & aurũ eorum cũ
eis, nomini dñi dei tui &
ſancto Iſraël quia glorifi-
a cauit te.Et ædificabũt filij
peregrinorũ muros tuos,
& reges eorũ miniſtrabũt
tibi.In indignatione enim
mea ꝑcuſſi te;& in recõci-
liatiõe mea miſertus ſum
tui,& aperienť portæ tuæ
iugiter , die ac nocte non
claudẽtur;ut afferatur ad
te fortitudo gẽtium;& re-
ges earũ adducanť.Gens
enim & regnũ quod non
ſeruierit tibi,peribit;& gẽ
tes ſolitudine uaſtabun-
b tur . Gloria Libani ad te
ueniet;abies & buxus &
pinus ſimul , ad ornan-
dum locum ſanctificatio-
nis meæ : & locum pe-
dum meorũ glorificabo.

SEP.bæ cũ pullis ad me?
Me inſulæ expectarũt;&
naues tharſis in primis,ut
adducãt filios tuos de lon
ge,& argentũ ſuũ & aurũ
cum eis;ꝓpter nomẽ do-
mini ſanctum;& quia ſan
ctus Iſraël glorificatus eſt.
Et ædificabũt alienigenæ
muros tuos;& reges eorũ
aſſiſtẽt tibi.Propter iram
enim meam percuſſi te,&
propter miſericordiã dile
xi te.Et aperientur portæ
tuæ ſemper : die ac nocte
non claudentur, ut intro-
ducãt ad te fortitudinem
gentium;et reges earũ qui
adducendi ſunt . Gentes
enim et reges qui non ſer-
uierint tibi, peribunt;gen
tes ſolitudine deſolabun-
tur , Gloria Libani ad te
ueniet in Cypariſſo & Pi-
no , & Cedro ſimul , ut
glorificetur locus ſanctus
meus : & locum pedum
meorum glorificabo.
Et ibunt

quẽtiſſimos adduci ad fidem Chriſti;& ſtultam fie- C
ri ſapientiam ſapiẽtium;ac prudentiam prudẽtium 1.Cor.1.c
reprobari: ut fatuum dei ſapiẽtius ſit hominibus.
Gentes autẽ & reges earum qui ſeruire eccleſiæ no
luerint,bonam & utilem ſeruitutem,ut in apoſtoli-
cam transferant di
gnitatem,peribunt
ea perditione,quæ
impijs ꝑparata eſt,
& quicquid in eis
fuerit redigetur in
ſolitudinẽ , qui ha-
bere noluerunt ho
ſpitem deum.
b ¶Gloria Libani
ad te ueniet &c.)
Multa deſunt in
Lxx . quæ ex He-
bræo ſub aſteriſcis
poſui ; & qđ addi-
derũt,obelo preno
taui. Libanus mõs
Phœnicis eſt,excel
ſis arboribus cõſi-
tus . Quas pſalmi-
ſta de ſcribens ait; Pſal.36.g
Vidi impiũ ſuper-
exaltatum, & eleua D
tum quaſi Cedros
Libani . Et in alio
loco;Conteret do- Ibid.28.a
minus Cedros Li-
bani. Multaq; alia
quæ ſtudio breui-
tatis prætereo. De
hoc quõdam Hy- 3.Reg.5.c
ram rex Tyri , Salo 2.Para.2.b
moni Ioppẽ ligna
mittebat ad ædifi-
candum templum
dei. De quo etiam
nunc ſcriptura ꝓ-
mittit,abietem et buxum & pinum,ſiue iuxta Lxx.
cypariſſum & pinum,& cedrum,aut iuxta Aquilã,
abietem,Thadaar & Thaaſſur , uel iuxta Theodo- תִּדְהָר
tionem,prati Thadaar,& Theaſſur,ſimul eſſe cædẽ תְּאַשּׁוּר
das,ut ædificetur templum Siõ.Quod ſi ita eſt, ubi
erit aurea & gemmata Hieruſalẽ? Vbi uxor agni?
Vbi portæ duodecim gemmarum uarietate diſtin-
ctæ? Niſi forte muros habebit & fundamenta gem
mata,& templũ quod ornatius eſſe deberet , lignis
ædificabitur.Qua ratione cõpellimur omnia ſpiri-
tualiter accipere;quod abies,cypariſſus, pinus & ce
drus,excelſæ quondam Libani arbores,glorificaue
rint templum dei & locum pedum illius , & inclytũ
fecerint.Ac ne longo ſermone ſenſum traham;uir
ſanctus & eloquẽtiſſimus martyr Cyprianus;& no
ſtri tẽporis confeſſor Hilarius,nõnne tibi uidentur
excelſæ quõdam in ſeculo arbores ædificaſſe eccle-
A ſiam

E ſiam dei? Quodq; ſequitur: Et uenient ad te curui: ſiue reuertētes filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt ueſtigia pedū tuorum, omnes qui detraxerant tibi, de his debemus intelligere: qui nō uolūtate, ſed neceſſitate ſunt Chriſtiani: & metu offenſæ regnantium timentibus animis inclinātur. Vel certe qđ prius perſecutores, poſtea crediderint. Qualis fuit & Apoſtolus Paulus, qui 1.Tim.1.c perſequebatᷓ eccleſiam dei, & poſtea Act.9.c uas electiōis eſt appellatus. Cū Hæc ita fuerint expleta, ut intret gentiū plenitudo, tūc omnis Iſraël ſaluus fiet. Et uocabitur uere ciuitas domini Sion ſancti Iſraël, quæ cōſiſtit in ſpecula: & de utroq; populo congregata eſt.

a ¶Pro eo quod fuiſti derelicta & odio habita &c.) F Quæ prius fueras derelicta, & odio habita, fractis in te ramis, quia fructū nō attulerant. Qui idcirco fracti ſunt: quia nullus erat q pertranſiret, & tibi præberet auxiliū: De quibus in pſal- Psal.128.a mis dicitur: Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio domini ſuper uos: Propterea ponam te in ſuperbiam ſempiternam, ſiue in exultationem & gaudium duarum generationum: pro priſtinis ramis, alijs inſertis de oleaſtro nationum, qui contra naturam exempli afferent fructus: non prioris amaritudinis, ſed dulcedinis, quam de radice ſumpſerunt. Suges quoq; lac gētium: & mammilla regum lactaberis. Qui locus quem ſenſum habeat, ſupra plenius expoſuimus: differentes illum uerſiculum: Supra eo.a Filij tui de longe uenient: & filiæ tuæ lac ſugent. Siue iuxta LXX. πλοῦτον τῶν βασιλέων φάγεσαι, id eſt, diuitias regum comedes. Quæ diuitiæ ſecundum Hebraicam ueritatem, ubera ſunt regum atq; doctorum: quibus naſcentium in Chriſto eruditur & nutritur infantia. Quæ cum ſuxeris & perueneris ad ſolidum cibum: ut diuitias quoq; huiuſcemodi regum comedas: Tunc ſcies quod ego ſum ſaluator tuus: qui redemi te ſanguine meo, ſiue deus fortis Iacob. b ¶Pro ære afferam aurum &c.) Eadem

G res pro locorū qualitate: alteri genus, alteri ſpecies eſt. Et ne de artibus, Rhetorica, ac Dialectica dicere quippiam uidear, ponam exempla communia quæ poſſint ſimplicem lectorem inſtruere: Filius meus qui ad me ſpecies eſt, et me habet genus, filio ſuo genus eſt. Dicam et aliud quod alteri maius, alteri minus ē. Cēturio, gregario milite maior, tribuno minor eſt. Quīque pauci ſunt ad decem: plures, ad unum. Ergo in inſtauratiōe ſpiritualis Hieruſalē ligna uertentur in æs: & lapides mutabūtur in ferrū, id eſt, bruti quōdam & inſenſibiles homines, in eas materias mutabuntur: quæ utilitatem aliquā præbeāt ciuitati. Ipſumq; æs & ferrum per augmenta uirtutū, H in aurū argētumq; mutabūtur: ut nequaq; utilitatis ſpeciem, ſed precium quoq; habeant ac decorem. De auro & argento quid ſignificent in ſcripturis ſanctis ſæpius diximus. Ponā, inquit, principes tuos in pacem: et epiſcopos tuos in iuſticiam: Pro quo in Hebraico ſcriptum eſt: Ponam uiſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos in iuſticiam. In quo ſcripturæ ſanctæ admiranda maieſtas, ꝙ principes futuros eccleſiæ, epiſcopos nominauit: quorū omnis uiſitatio in pace eſt, & uocabulū dignitatis in iuſticia: ut nequaq; accipiāt perſonam in iudicio: nec audiatur quippiā iniquū in terra eccleſiæ, neq; contritio & infelicitas in terminis eius. Vbicunq; enim iniquitas eſt, et iuſticia non ſeruatur, & pax perditur: hæc omnia conſequentur. Sed pro his (ait) omnibus occupabit ſalus muros tuos, ſiue ſaluator: qui in Hebraico legitur ישועה, quod proprie nomē domini ſonat. Ipſe enim fortitudo murorum eccleſiæ, quæ habet portas in laude domini: ut qui ingrediuntur eam, primum diſcant laudare dominum: & nomen illius cōfiteri. Quod autem LXX. ꝓ laude interpretati ſunt γλύμμα, id eſt, ſculpturam: hoc poſſumus dicere, qđ portæ eccleſiæ cunctis debeant cælatæ eſſe uirtutibus, per quas ingrediamur ad eam.

HEB. Et uenient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabūt ueſtigia pedum tuorū omēs qui detrahebāt tibi: & uocabunt te ciuitatem domini Sion ſancti Iſraël. a Prō eo quod fuiſti derelicta & odio habita, & non erat qui pertranſiret: ponam te in ſuperbiā ſeculorum: gaudium in generatione & generatiōe: & ſuges lac gentium, & mām̄illa regū lactaberis. Et ſcies qa ego dominus ſaluans te: & redēptor tuus fortis Iacob. b Prō ære afferam aurū: ꝓ ferro afferam argētum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum, & ponā uiſitationem tuā pacem, & præpoſitos tuos iuſticiā. Nō audietur ultra iniquitas in terra tua: uaſtitas, &

SEP. Et ibūt ad te timētes filij eorū qui te humiliauerūt, & irritauerīt te: et adorabunt ueſtigia pedū tuorū, oēs qui irritauerunt te: & uocaberis ciuitas domini Sion ſancti Iſraël. Pro eo quod fuiſti derelicta & odio habita: & non erat q auxiliaretur: ponā te exultationē æternā, gaudium generationum in generationes. Et ſuges lac gētiū: & diuitias regum comedes. Et ſcies quia ego dn̄s qui ſaluum te feci, & qui erui te deus Iacob. Pro ære afferā tibi aurū: & ꝓ ferro dabo tibi argētum: & pro lignis tribuam tibi æs, & pro lapidibus ferrum. Et dabo prīcipes tuos in pace, & epiſcopos tuos in iuſticia: & nō audietur ultra iniquitas in terra tua: neq; contritio

Non



A a ¶Non erit tibi amplius ſol ad lucendū &c.) Ex hoc capitulo cogimur omnia quæ dicta ſunt & dicenda, ad ultimū referre tempus: quando cœlo teraq; nobis, ſolis ac lunæ ceſſabit officium. Et erit dominus ipſe lumē perpetuum: ut quæ χιλιασαὶ carnaliter aſſerūt eſſe cōplēda, nos ſpiritualiter futura credamus: in qualitate ꝓmiſſionum, non in tempore diſcrepantes. Quibus breuiter reſpōdendū eſt: quod pſeudoprophetis & peccatoribus ſol occidat meridie, & econtrario timētibus dominū ſemper oritᷓ ſol iuſticiæ. Quare non ſemper ſanctus ille Ioan.8.b qui dicit: Ego ſum lux mūdi qui lucet in tenebris & tenebræ eum nō cōprehenderunt: Psal.120.b Per diē quippe ſol nō uret nos: neq; luna per B noctē. Quia habemus dn̄m lucē perpetuam: & dies luctus noſtri complebūtur nequaq; plā gentibus in ſubuerſione Hieruſalem, ſed lætātibus in extructione eccleſiæ. Matth.5.a Beati quippe lugētes: quoniā ipſi cōſolabūtur. Beati flētes: quoniam ipſi ridebunt. Beati qui eſuriunt, & ſitiūt iuſticiā, quoniā ipſi ſaturabuntur. Vt poſtq; domini fuerint carne ſaturati, eructēt ſer- Psal.44.a monem dn̄i: & dicāt opera ſua regi. b ¶Populus autem tuus omnes iuſti &c.) Finitis diebus luctus atq; completis, quando triſticia uertetur in gaudiū: populus Sion erit omnis iuſtus: non ad breue tempus, ſed in perpetuum: & quia iuſtus eſt, terram mitium poſſidebit. Nec mirandum ſi ad recipienda ꝓmiſſionis bona, terram māſuetorum teneat, atq; ui- Psal.26.d uentium: quam propheta ſuſpirat, dicens: Credo uidere bona domini in terra uiuentiū: cum germen plantationis domini ſit, & opus manuū eius ad glo- Matth.15.b rificandū deum. Omnis enim, inquit, plantatio quā non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Siue iuxta LXX. populus cuſtodiens plātationē dei, et opera manuum dn̄i: in gloria ſeruabitur creatoris. Hiere.2.d De bona plantatione per Hieremiā loquitur deus:

C Ego plantaui te uineā: bonam, totā, ueram, quæ in Eſaia appellatur uinea Sorek. Esa.5.a Et quia Paulus conſciētia uirtutū, loquētis in ſe Chriſti dicere poterat. 1.Cor.11.a Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti: Ideo ad Ibid.3.b Corinthios loquebatur: Ego plātaui, Apollo rigauit, dn̄s autē incremētum dedit. Psal.91.c Plantati enim in domo dn̄i, in atrijs eius efloreſcent. Tūc qui paruulus fuit, erit in milia, audiens à dn̄o: Eſto habēs poteſtatem ſuper qnq; Luc.19.c uel decē ciuitates: ita ut appelletᷓ χιλίαρχος: Et qui cū Apoſtolo dixerat. Mihi minimo oīm Ephes.3.b ſanctorum data eſt gratia hęc: Prīceps erit magnæ gentis in cœleſtibus: quā- Matth.24.c do tēpore cōſtituto miſerit dn̄s angelos ſuos: & cōgregauerint ad eū oēs ſanctos, à ſummitate cœli uſq; ad ſummū eius: D Nō ſolum de Iſraël, ſed & de gētiū populo, quē ſignificās loquebatur: Ioan.10.c Et alias oues habeo quę nō ſunt de grege iſto: & illas oportet me cōgregare: ut fiat unus grex, & unus paſtor. Hoc aūt ſubito faciet: ut qn̄ oīa fuerint deſperata, tunc in gentē fortiſſimā cōgregentur. Quæ licet ex parte in eccleſia quotidie uideamus expleri, tamē in mūdi cōſummatione plenius cōplebūtur, & in ſecūdo ſaluatoris aduentu.

Cap. LXI.

SPiritus dn̄i ſuper me &c.) Ille qui ſupra dixerat: Ego dominus in tempore cōgregabo eos: Siue iuxta Hebraicum: Ego dn̄s in tempore eius, ſubito faciā iſtud, loquitur conſequenter: Spiritus domini dei ſuper me, non quod dominus deus habeat dn̄m deum, ſed quod iuxta diſpēſationem carnis aſſumptæ dicat ea quæ humilia ſunt. Ad quem pſalmiſta Psal.44.b iam dixerat: Dilexiſti iuſticiam & odiſti iniquitatē, ꝓpterea unxit te deus, deus tuus, oleo exultationis præ conſortibus tuis. Quādo enim conſortes nominantur, naturam carnis intellige: quia deus conſortes ſubſtantiæ ſuæ non habet. Et quia erat unctio ſpiritualis, & nequaq; humani corporis: ut fuit in

HEB. cōtritio in terminis tuis: & occupabit ſalus muros tuos: & portas tu- a as laudatio. Nōn erit tibi amplius ſol ad lucendum per diē: nec ſplēdor lunæ illuminabit te: ſed erit tibi dn̄s in lucem ſempiternā: & deus tuus in gloriā tuā. Non occidet ultra ſol tuus: & luna tua nō minuetur quia dominus erit in lucem ſempiternam: et cōplebuntur dies luctus tui. b Pōpulus autē tuus omēs iuſti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plātatiōis meæ: opus manus meæ ad glorificandū. Minimus erit in mille: & paruulus in gentem fortiſſimā. Ego dominus in tempore eius ſubito faciā iſtud.

Cap. LXI.

c SPiritūs domini dei ſuper me eo quod unxerit me dn̄s: ad annunciandū manſuetis miſit me: ut

SEP. contritio & miſeria in finibus tuis: ſed uocabuntur ſalutare muri tui: et portæ tuæ ſculptura. Et nō erit tibi ſol ultra in lucem diei: neq; ortus lunæ lumen præbebit tibi nocte: ſed erit tibi dominus lux æterna, & deus gloria tua. Non enim occidet ſol tibi: & luna tibi nō deficiet. Eritq; dominus lux ſempiterna & complebuntur dies luctus tui. Populus tuus omēs iuſti ſemper poſſidebunt terram: cuſtodiens plantationem opera manuum ſuarum in gloriam. Qui paruus eſt, erit in milibus: & qui minimus, in gentem magnam. Ego dominus in tempore congregabo eos.

Cap. LXI.

SPiritus domini ſuper me, propter quod unxit me: euangelizare pauperibus miſit me: ſanare cōtritos

 ſacerdoti

ſacerdotibus Iudæorum;idcirco præ cōſortibus,id Ioan.1.c eſt,cæteris ſanctis unctus eſſe memoratur: Cuius unctio illa expleta eſt tempore quando baptizatus eſt in Iordane,& ſpiritusſanctus in ſpecie columbæ deſcendit ſuper eum;& manſit in illo,De quo & hic idem ꝓpheta dice- Supra.11.a bat;Exiet uirga de radice Ieſſe; & flos de radice eius aſcēdet,& requieſcet ſuper eū ſpiritus dei, ſpiritus ſapientiæ & intellectus,ſpiritus cōſilij & fortitudinis,ſpiritus ſcien- Luc.4.c tiæ & pietatis.Vnde & ſaluator cum ueniſſet in Nazareth in quo nutritus erat;poſtꝗ baptizatus eſt in Iordane, ingreſſus eſt iuxta cōſuetudinē in die ſabbati ſynagogā eorū.Cumꝗ ſurrexiſſet ad legēdum,datus eſt ei liber Eſaiæ ꝓphetæ, quo aperto, inuenit ſcriptum: Spiritus domini ſuper me; propter quod unxit me; euangelizare pauperibus miſit me prędicare captiuis remiſſionem;& cæcis uiſum:dimittere fractos in libertatē; prædicare annum domini acceptum.Quando conuolutum librū reddidit miniſtro, & ſedit,& omniū oculi qui erant in ſynagoga,attendebant eum;cœpitꝗ ad eos dicere;Hodie cōpleta eſt ſcriptura hæc in auribus ueſtris;& omnes teſtimoniū præbebant ei;& mirabātur ſuper ſermonibus gratiæ,qui egrediebantur de ore eius,Si ergo illo completa eſt tempore prophetia;quomodo quidam ad conſummationis referunt tempora quæ dicūtur;niſi forte poſſumus hoc dicere,quod tunc ex parte completum ſit,plenius eſſe complendum;quando omnis popu- 1.Cor.13.c lus dei fuerit iuſtus;Nunc enim ex parte cognoſcimus,& ex parte prophetamus.Cū autē uenerit qđ perfectū eſt,ea quæ ex parte ſunt,deſtruentur.Vnctus eſt igitur ſpiritu ſancto,ut annūciaret pauperibus ſiue māſuetis;dicens eis in euāgelio;Beati pau- Matth.5. peres ſpiritu;quoniam eorum eſt regnū cœlorꝫ.Et; Luc.4.c Beati mites;quoniā ipſi poſſidebūt terrā. Et miſſus eſt ad ſanādos eos,qui corde cōtriti ſunt, & dicunt; Pſal.50.d Cor cōtritum & humiliatum deus nō deſpicit.Siue iuxta Symmachum & Theodotionem, ad alligāda uulnera peccatorū,prædicare captiuis remiſſionē,

HEB. mederer contritos corde:& prædicarem captiuis indulgentiā,& clauſis apertionem;& annunciarē annū placabilē dño; et diē ultionis deo noſtro; ut conſolarer omnes lugētes. Vt ponerem lugentibus Sion;et darem eis coronam pro cinere;oleum gaudij pro luctu;pallium laudis pro ſpiritu mœroris. a Et uocabunt in ea fortes iuſticiæ plantatio dñi ad glorificandū. Et ædificabunt deſerta à ſeculo;& ruinas antiquas erigent,et inſtaurabunt ciuitates deſertas & diſſipatas in generationem & generationē.Et ſtabunt alieni & paſcent pecora ueſtra, & filij peregrinorū agricolæ & uinitores

SEP. contritos corde,prædicare captiuis remiſſionem;& cæcis ut uideant; uocare annum acceptabilem domino, & diem retributionis; conſolari omnes lugentes; dare lugentibus Sion; dare eis gloriam pro cinere, unctionem læticiæ lugentibus, habitum gloriæ pro ſpiritu mœroris. Et uocabuntur generationes iuſticiæ; plantatio domini in gloriam. Et ædificabūt deſertas ſempiternas;quæ deſolatæ fuerant prius, ſuſcitabuntur; & innouabunt ciuitates deſertas,deſolatas in generationes;& uenient alienigenæ, paſcent oues tuas, & aliarum gentium aratores & uinitores

cæcis ut uideant;uel clauſis apertionem, quod maniſeſtius interpretatus eſt Symmachus,uinctis ſolutionem. De quo, imò ad quem ſupra dicitur;Ecce Supra.5.c poſui te in lucem gētium;aperire oculos cæcorum; educere de uinculis alligatos, & de domo carceris ſedētes in tenebris. Annum autē acceptabilem,& diē retributionis; omne prædicationis eius quo in carne uerſatus eſt, tempus intellige;Quod & apoſtolus Paulus in 2.Cor.6.a primo ſaluatoris īterpretatur aduentu, dicens;ecce nūc tempus acceptabile ecce nunc dies ſalutis.De quo ſupra Supra.49.c plenius diximus. Sin autē retributio nō in meritis bonorum, ſed in pœnis accipitur peccatorū,iuxta quod dies dicitur ultionis;de Iudaico populo ſētiendum eſt;in quē poſt paſſionē eius, ſtatim dei ira peruenit.Cōſolatusꝗ eſt omnes lugētes, dicens;Beati lugētes; Matth.5. quoniam ipſi cōſolabuntur;ut poneret lugentibus Sion;& daret eis gloriā coronamꝗ pro cinere;De quibus fuit & apoſtolus Paulus qui lugebat Sion atꝗ dicebat;Triſticia enim eſt mihi & Rom.9.a dolor continuus,Et iterū,Optabam ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis & ꝓpinquis iuxta carnem,qui ſunt Iſraëlitæ.Et propter lugentes atꝗ plangentes,pro cinere oleum gaudij ſuſceperūt;uidentes de Iudæis plurimos crediddiſſe; & ſtolā accipere mundiſſimā,pro lugubri ueſtimēto. a ¶Et uocabuntur &c.) Poſtꝗ & Apoſtoli & apoſtolici uiri pro cinere & mœroris ſpiritu,oleum gaudij,& pallium;ſiue iuxta Lxx. καταςολὴν δόξης;id eſt,ſtolam gloriæ laudisꝗ ſuſceperint;Tunc uocabūtur generationes iuſticiæ,plantatio domini glorioſa;Vel iuxta Hebraicum, אֵילֵי, per extenſam utranꝗ ſyllabam;fortes deiꝗ iuſticiæ, aut plantatio domini ad glorificandum;ut cū glorificati fuerint uel ipſi glorificauerint dominū,ædificent deſertas à ſeculo ciuitates;& ruinas antiquas ſuſcitent;tam populi Iudæorum,quàm cunctarum gentium;qui nō ſolum ædificandi & inſtaurandi urbes,habebūt ſcientiam; ſed & paſtores erūt optimi, ut repulſis antiquis paſtoribus,ꝙbus per Ezechielē dixerat deus;O paſto- Ezech.34.a res



res Iſraël,nūquid paſcūt ſemetipſos paſtores,& nō Ioan.21.d magis oues,audiant cū apoſtolo Petro;Paſce oues meas.Mirumꝗ in modū de cementarijs atꝗ paſtoribus tranſibūt in agricolas,id eſt, in aratores & ui- 1.Cor.3.b nitores;ut poſſint cum Apoſtolo dicere;Dei ædificatio, dei agricultura ſumus.Denique ſcribas & phariſæos,uinitores et agri- Matth.21.d colas Iudæorū, ſaluator īterrogat;ꝙd faciat uinitoribus malis & agricolis; Illisꝗ reſpōdentibus;Malos male ꝑdet;& uineā dabit alijs agricolis, intulit;Auferetur à uobis regnū dei;& dabitur genti facienti fructus eius. Quæ res interpretatione nō īdiget.Quotus eñ quiſꝗ eccleſiarum prīceps eſt de Iudæis, & nō de alienigenis,atꝗ externarū gentiū hominibus;ꝗ ante idolis ſeruientes;& alieni à teſtamēto dei ac peregrini à promiſſionibus illius ſpem nō habētes;Et ſine deo in ſeculo nūc præſunt eccleſijs;& dura corda gētilium, priusꝗ indomita, ad fructus ferēdos aratro fidei edomāt;ut ſemētem doctrinæ dñi,bonorꝫ operū ubertate multiplicent. a ¶Vos aūt ſacerdotes dñi &c.) Aedificatores urbium deſertarū & paſtores gregū;qui ipſi ſunt aratores,& uinitores,hoc eſt,filij ꝑegrinorū ipſi quoꝗ ſunt ſacerdotes dei;ad quos ꝓpheta nūc dicit;Vos autē uocabimini ſacerdotes dñi;& miniſtri dei noſtri,dicetur uobis;Haud dubiū quin eccleſiarū principes ſigificet.Vel certe de Apoſtolis intelligēdum Ro.9.f.11.a eſt;ut ſit ordo,Cū cementarij,paſtores, aratores,& Supra.1.c uinitores de gentibus fuerint eccleſijs præpoſiti; Vos de quibus dictum eſt;Reliquiæ ſaluæ fiēt.Et; Niſi dñs ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen,quaſi Sodoma eſſemus,& ſimiles Gomorræ fuiſſemus;uocabimini ſacerdotes & miniſtri dei, quales erāt & fi- 2.Reg.8.d lij Dauid;De quibus ſcriptura dicit;Filij aūt Dauid erant ſacerdotes dei,Iſti fortitudinem gentiū comedent;& in diuitijs earū admirabiles erunt. Corona Prouer.17.a enim patrū,gloria liberorū,& ꝓfectus populi, epulæ ſacerdotū.De iſtiuſmodi diuitijs Paulus ſcribe- 1.Cor.1.a bat ad Corinthios;Gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtum;quoniā in omnibus diuites facti eſtis in eo,in omi uerbo,& in omni ſciētia;ſicut teſtimoniū Chriſti ꝯfirmatum eſt in uobis,ut in nullo indigeatis in ulla gratia.Fortitudo aūt gentiū,triūphus eſt martyrū;& nos in eorū gloria ſuperbi ſumus;nō ea

HEB. uinitores ueſtri erūt. a Vos autē ſacerdotes dñi uocabimini miſtri dei nři dicet uobis; Fortitudinē gētiū comedetis;in gloria earū ſuperbietis.Pro cōfuſione ura duplici & rubore,laudabūt partē ſuā;ꝓpter hoc in terra ſua duplicia poſſidebūt,læticia ſempiterna erit eis;ꝗa ego dñs diligēs iudiciū;& odio habēs rapinā in holocauſto. b Et dabo opus eorū in ueritate;& fœdus perpetuum feriam eis.Et ſcietur in gētibus ſemē eorū;& germē eorū in medio populorū.

SEP. uinitores. Vos autē ſacerdotes domini uocabimini miniſtri dei noſtri. Fortitudinē gentiū comedetis;& in diuitias earum eritis admirabiles. Sic terram ſecundo poſſidebūt; et gaudium ſempiternum erit ſuper caput eorū.Ego enim ſum dominus, qui diligo iuſticiam; & odio rapinas ex iniquitate. Et dabo laborem eorum iuſtis;& teſtamentum æternum ponam cum eis. Et ſcietur in gentibus ſemen eorum;& nepotes eorum in medio populorum.

ſuperbia quæ in uitio eſt;Cui deus reſiſtit,ut humi- Iacobi.4.b libus det gratiā;ſed ea quæ ꝓ potētia & gloria acci- Exodi.34.d pitur.Vnde & Moyſi cornuta facies erat,qui dice- Pſal.43.b re poterat;In te inimicos noſtros cornu uentilabimus.Et ꝓ ſuperbia gloriæ, interpretatus eſt Aquila; ᾗ δόξα αὐτῶμ πορφύρα ἐνδύσεσθε,id eſt, purpura ueſtiemini;ut inſigne regij decoris oſtēderet. Quodꝗ ſequitur; Pro cōfuſione duplici,& pro rubore laudabūt partē ſuā, quod in Lxx. non habetur; ſic mihi explanandū uidetur. Pro eo quod duplicem habebatis confuſionē: tam ſuper populo Iudæorū;ꝗ à deo receſſerat; ꝗ̄ ſuper nationibus, quæ idolis ſeruiebāt; Videbitis eos cōuerſos ad timorē dei,laudare partem ſuā;Haud dubium quin dñm,de quo loquebatur & Omnis ſanctus;Pars mea dñs.Hoc aūt nemo poteſt dicere Pſal.72.d niſi qui aliā partē nō habet.Quia igitur uos ſuꝑ eis duplicem habuiſtis confuſionē & ruborem peccati eorum,ſuper quo ipſi nō erubeſcebāt;propterea in terra ſua;id eſt,in terra mitium atꝗ uiuētium,duplicia poſſidebūt;cū & præſentibus crediderint,& futuris.Et habebunt læticiā ſempiternam.Pro quo in Lxx.legitur; οὕτως ἐκ δευτέρας τὴν γῆν κληρονομήσουσι, id eſt,ſic terrā ſecūdo poſſidebunt.Et gaudiū ſempiternū erit ſuper caput eorū,ut qui poſſederāt terrā in Iudææ anguſtiſſimis finibus, poſtea uniuerſum orbē poſſideant.De qua terra pater loquitur ſalua- Ibid.2.b tori;Poſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuā,& poſſeſſionē tuā terminos terræ.Hoc aūt præſtitit dñs,qui diligit iudicij ueritatem,& odio habet rapinā in holocauſto.Pro quo Lxx. trāſtulerunt rapinam de iniquitate;quaſi aliqua ſit rapina quæ nō ex iniquitate cōſiſtat.Ergo quod dicit, hoc eſt,magis deus iuſtorū diligit paupertatē ꝗ̄ diuitū munera,quæ de rapinis ſunt & iniquitate. b ¶Et dabo opus eorū &c.) Deus ꝗ diligit iuſticiā atꝗ iudiciū, & deteſtatur holocauſta uiolēta;quicꝗd eñ de rapinis eſt,quaſi mercedē ſcorti reputat, & preciū carnis,ipſe eorū qui ſecūdo poſſederint terrā, & quos duplici læticia coronarit,laborē dabit iuſtis, ſiue ut melius habetur in Hebraico,in ueritate,ut nequaꝗ ſicut in lege umbra ueritatis, ſed ipſa ſit ueritas. Et pactū feriet ſempiternū;non quale Moyſi dederat, qđ præterijt;ſed pactū euāgelij de quo loquit̃ Chriſtus;

E ſtus: Cœlū & terra pertrāſibūt: uerba aūt mea non [Matt.24.c] præteribūt. Et tūc ſciet in gētibus ſemē apoſtolicū: & oēs futuræ generatiōes ſuſcipiēt ſementē doctrinæ dei: nequaq; illud dicētes: in quo populus prius circuncifionis errabat, dicēs: Quid em̄ aliud, niſi ſemen quærit deus? Oīs q uiderit eos, prima frōte cognoſcet: quia ſemen ſit cui bn̄dixerit dn̄s. Quis em̄ ex ordine uitæ, mãſuetudine, cōtinētia hoſpitalitate cūctisq; uirtutibus nō intelligat populū dei? Et qs nō ecōtrario deteſtet cruētas Iſraëlis manus: aduerſum quos īprecat ꝓpheta, [Pſal.82.c] dicēs: Imple dn̄e facies eoꝝ ignominia? a ¶Gaudens gaudebo in d. &c.) Principiū capituli iuxta Lxx. q dixerunt: Gaudio lætabuntur in dn̄o fini ſuperioris capituli [F] copulat. Iuxta Hebræos uero alterius capitis exordiū eſt: in quo introducitur eccleſia, Chriſti reſpōdere ſermonibus: Gaudēs gaudebo in dn̄o: & exultauit anima mea ī deo meo. Nequaq; in patribus, ſicut Iudæi gloriabātur dicentes: Semē Abrahā ſumus: & nemini unq; ſer[Ioan.8.d]uiuimus, ſed ī deo ſcriptura dicēte: multitudinis aūt [Act.4.f] credētiū erat cor unū, & anima una. Redditq; cauſas læticiæ: Quia induit me ueſtimēto ſalutis: & indumento ſiue tunica iuſticiæ atq; læticiæ: quæ He[Gala.3.d]braice dicitur מְעִיל, ornauit atq; circūdedit. Quotquot enim in Chriſto baptizati ſumus, induimur [1.Cor.1.d] Chriſto & habemus tunicā iuſticiæ: q factus eſt nobis ſanctitas, iuſticia, & redēptio. Ponitq; ſimilitudinē duorū in eccleſia agminū, ꝑfectorū atq; incipientiū. Perfectos ſpōſi cōparat pulchritudini: incipiētes, ſpōſę aſſimilat ornatui. Perfectus erat Paulus, q quaſi ſpōſus decoratus corona atq; coronādus: ſiue ut Aq̄la trāſtulit: ἱερατευμένῳ στεφάνῳ: qd' in līgua nr̄a dicit, ſacerdotij portās coronā, loquētis ī ſe Chriſti [2.Tim.4.b] autoritate dicebat: Certamē bonū certaui: curſū cōſūmaui, fidē ſeruaui: de cætero repoſita eſt mihi co[Phil.3.c]rona iuſticiæ. Et ī alio loco: Quotquot ergo ꝑfecti,

HEB. Oēs q uiderint eos, cognoſcēt eos: qa iſti ſunt ſemen cui benedixit dn̄s. a Gaudēs gaudebo in dn̄o: & exultauit anima mea in deo meo: quia induit me ueſtimētis ſalutis: & indumentis iuſticiæ circūdedit me: quaſi ſponſum decoratū corona & quaſi ſponſam ornatā monilibus ſuis. Sicut em̄ terra profert germē ſuū: & ſicut hortus ſemē ſuū germinat, ſic dn̄s deus germinabit iuſticiā, & laudē corā uniuerſis gētibus. Cap. LXII.

b. PRopter Sion non tacebo: & propter Hieruſalem nō quieſcam: donec egrediatur ut ſplēdor iuſtus eius: et ſaluator eius ut lampas accendatur. Et uidebunt gentes iuſtum tuum: & cuncti reges inclytum tuū: & uocabitur tibi nomen nouum, quod

SEP. Omnis qui uiderit eos, cognoſcet illos: quia iſti ſunt ſemen benedictū à deo: Gaudio lætabūtur in domio: exultet anima mea in domino. Induit enim me ueſtimento ſalutis: & tunicā læticiæ circūdedit mihi. Sicut ſpōſum mitra: & ſicut ſpōſam ornauit mūdo muliebri: & ſicut terrā efferētem florē ſuū: & ſicut hortus ſemina ſua germinat: ſic dn̄s deus ꝓpter iuſticiā & laudem in cōſpectu omniū gentium. Cap. LXII.

PRopter Sion non tacebo: & propter Hieruſalē nō relinquam: donec egrediatur ſicut lumē iuſticia eius: & ſalutare illius ſicut lāpas ardebit. Et uidebunt gentes iuſticiam tuam: & omnes reges gloriā tuam: & uocabit te nomē nouū: quod

os

G hoc ſapiamus. Incipiēs aūt erat, cōparatiōe plenitudinis, qn̄ ex ꝑſona incipiētiū loq̄bat: Cū eſſem par[1.Cor.13.c]uulus, ſicut paruulus loq̄bar, ſicut paruulꝰ ſapiebā: ſicut paruulus cogitabā. Et iterū: Ex ꝑte uidemus, & ex parte cognoſcimus: donec ueniat qd' ꝑfectū ē. Et ideo ſpōſę aſſimilat ornatui, q̄ ornat mūdo muliebri: ſiue ut cæteri trāſtulerūt: uaſis uel monilibus ſuis. Ponitq; alteriꝰ cōparatiōis exēpla, quorū prius ad ſpōſū, ſequēs refert ad ſpōſam. Sicut terra ꝓfert germē ſuū, & cœleſtibus pluuijs irrigat: & ſicut hortus ſemē ſuū germinat: q fontiū atq; fluuioꝝ aquas deſiderat: Sic, inq̄t, dn̄s germinabit iuſticiā atq; læticiā corā cunctis gentibus: Nequaq; corā Iſrl', ut ſupciliū decutiat Iudæorū: ſed cūctis gētibus, q̄ in eccleſia cōgregātur. Cap. LXII. [H]

PRopter Siō nō &c.) Dixerat [Luc.4.c] dn̄s atq; ſaluator ſpiritus dn̄i ſuꝑ me, ꝓpter qd' unxit me: uſq; ad eū locū ubi ſcriptū eſt: Oēs qui derint eos, cognoſcēt: qa iſti ſūt ſemē cui benedixit dn̄s. Poſt quā repromiſ[Supra.61.]ſionē rn̄dit eccleſia: Gaudens gaudebo in dn̄o: q̄ in tertio graduū pſalmo, ex ꝑſona ppl'i pœnitētis læta cātauit: Lætatus ſū in his q̄ dicta ſunt mihi: in domū [Pſal.121.a] dn̄i ibimus. Nūc ꝓphetæ introducit ꝑſona dicētis: Propter Siō nō tacebo: & ꝓpter Hierl'm nō q̄ſcā. Diebus, inquit, ac noctibus ora nō claudā, nec mea unq; reticebit oratio: ſed tādiu clamabo & p̄cibus iungā p̄ces, donec ueniat q ꝓmiſſus eſt: & ſplēdore ſuo cūctū orbē illuminet. Quis eſt iſte quē q̄rit, quē uenire deſiderat, ponit māifeſtius: Donec egrediat ut ſplēdor iuſtus eius, & ſaluator eius ut lāpas accēdat. Siue iuxta Lxx. Donec exeat ſicut lux iuſticia eius, & ſalutare illiꝰ ſicut lāpas ardeat. Quæ dicebat in euāgelio. Ego ſum lux mūdi: Quæ cū in Siō et in [Ioan.8.b] Hierl'm fuerit accēſa, nequaq; ī ſola ſplēdebit Iudęa: ſed dicet ad eā: Lumē qd' in te eſt, accēſum eſt: quod [Matth.6.c] egreſſum ex patre, in tuis cœpit ardere finibus: oēs gētes illuminabit. Et cūcti reges uidebūt īclytū tuū, ô Hieru



A ô Hieruſalē & Sion: qui de tua ſtirpe generatus eſt. qui in te exaltatus patibulo, om̄es traxit ad ſe, ita ut gentes uideant iuſticiā eius. Quia cunctoꝝ creator miſertus eſt gentibus: & reges gloriā illius qua glorificatus in cruce eſt, & omnia ſuo imperio regna ſubiecit. Denique nequaquā uocabit Hieruſalē & Sion, ſed nomē nouū accipiet, quod ei dn̄s impoſuerit, dicens ad apoſtolū Petrū: [Matth.16.c] Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā ædificabo eccleſiā meam, & portæ inferi nō præualebūt aduerſus eam. Quod uocabulū à nomīe dn̄i deriuauit, ut dicatur dominicū: Et populus illius nequaq; ueteri nomine appellet Iſraël, ſed nouo: id eſt, Chriſtianꝰ. Eritq; quaſi corona decoris in manu dn̄i, & quaſi diadema re- B gni in manu dei ſui: qn̄ eam coronauerit turba credentium, & diadema imperij, quod martyres gemmarum ſuarū uarietate diſtinxerint, fuerit in manu dei, ut filiū ſuū eoꝝ coronet uictorijs. Vnde & apoſtolus Paulus loquebat ad ſanctos: Gaudium & corona mea. a ¶Nō uocaberis ultra dere. &c.) Pro Sion & Hieruſalē, uocaberis eccleſia, & dn̄i, cū pro Iudæis appellabūtur Chriſtiani. Nec hoc eris uocabulorum fine cōtenta, ſed quæ prius uocabaris relicta, qd' Hebraice dicit עֲזוּבָה uocaberis חֶפְצִי בָהּ quod interpretat uolūtas mea in ea, et terra tua quę prius uocabat שְׁמָמָה, deſolata ſiue deſerta, poſtea uocabitur בְּעוּלָה, quod Aquila interpretatus eſt ἐχομένη, Symmachus & Theod. συνῳκισμένη. Lxx. οἰκουμένη, quæ omnia habitatā poſſeſſamq; ſignificāt. Hoc eſt aūt Hebraicæ cōſuetudinis, ut ex euētu re[אַבְרָם]bus uocabula ſemper imponant, ſicut Abram qui [Gene.12.d] prius dicebat, pater excelſus, qn̄ audiuit repromiſſionem: Et in ſemine tuo benedicent oēs gētes: ap[אַבְרָהָם]pellatus eſt pater multarū gentiū: id eſt, Abrahā. Et [Supra.8.d] dn̄o ſaluatori ſupra nomen imponitur: Cito ſpolia [Mar.3.b] detrahe, uelociter prædare. Filij quoque Zebedæi, quorum unus uocem tonitrui emittere poterat: In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū: & deus erat uerbū, appellati ſunt בְּנֵי רֶעֶם, quod interpretat, filij tonitrui. Quod aūt ſequit: Quia complacuit dn̄o in te, & terra tua inhabitabit: à Lxx. prætermiſſum eſt: cauſasq; reddidit, quare appelletur חֶפְצִי בָהּ, & quare appellat בְּעוּלָה, quoniā cōplacuerit ſibi dn̄s in Sion, & terrā ipſius habitabilē fe-

HEB. os dn̄i nominauit. Et eris corona gloriæ in manu dn̄i: & diadema regni in manu dei tui. Non a uocaberis ultra derelicta, & terra tua nō uocabitur amplius deſolata: ſed uocaberis uolūtas mea in ea, & terra tua habitata: quia cōplacuit dn̄o ī te, & terra b tua inhabitabit. Habitabit em̄ iuuenis cū uirgine, & habitabūt in te filij tui. Et gaudebit ſponſus ſuper ſpōſa: gaudebit ſuꝑ te de c us tuus. Super muros tuos Hieruſalem cōſtitui cu-

SEP. os domini nominabit. Et eris corona decoris in manu domini, & diadema regni in manu dei tui. Et nequaquàm ultra uocaberis derelicta, & terra tua non uocabitur adhuc deſerta. Vocaberis enim uoluntas mea, & terra tua habitata. Et ſicut habitans iuuenis cum uirgine, ſic habitabunt filij tui. Et erit quomodo lætatur ſponſus ſuper ſponſa: ſic lætabitur ſuper te dominus. Et ſuper muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes:

cerit, quæ prius Iudaico fuerat errore deſerta. Siue [C] hoc ipſum referamus ad eccleſiā, quę poſſeſſa prius ab idolis, deſerta fuerat à deo. b ¶Habitabit enim iuue. cum uirg. &c.) Dicit & Apoſtolus: Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus eccleſiā. Cūq; [Ephe.5.c] in alio loco poſuiſſet exemplū: Propter hoc relinquet homo patrē & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erūt duo in carne una, intulit: Sacramentū hoc magnū eſt: ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Si ergo ꝓpter breuitatē tēporis, qd' in arto eſt: ſic debēt uiri habere uxores ſuas, quaſi non habeant: Quāto magis inter ſpōſum & ſpōſam erit ſancta cōiunctio? Iſte eſt ſponſus de quo in duodeuiceſimo pſalmo canitur: Et ipſe tanquā ſponſus procedens de thalamo ſuo. Et iſta ſponſa, [D] quæ crebrius in cantico ſcribitur canticorū: quę nō [Canti.4.d] habet rugam nec maculā: Quam Paulus deſiderat [2.Cor.11.a] offerre uni uiro uirginē caſtā, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. De qua & ſub nomine chariſſimi, quadrageſimusquartus pſalmus canit: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato circūdata uarietate. Sicut igit ſpōſus gaudet in ſpōſa: iuuenisq; cū uirgine, in quibus exemplis ſancta coniunctio eſt: Sic dominus lætabit in ea, cuius nomina fuerint immutata. c ¶Super muros t. Hieru. &c.) Propterea dixe[Supra.eo.]rat: Propter Sion nō tacebo, & ꝓpter Hieruſalē nō quieſcam: & cætera uſq; ad eū locū, ubi nunc capitulum terminatū eſt: Gaudebit ſponſus ſuper ſponſa: gaudebit ſuper te deus tuus. Secq; ꝓmiſerat diebus ac noctibus rogaturū, ut ſaluator & iuſtus qui promiſſus fuerat, adueniret: & inſtar lampadis, totum illuſtraret orbē. Poſt quæ introducitur perſona dei loquentis ad Hieruſalē: id eſt, eccleſiā primitiuorū, & eam quæ in apoſtolis, ac per apoſtolos ædificata eſt. Super muros tuos conſtitui cuſtodes: quos uel angelos uel apoſtolos, & omnes principes eius atque doctores accipere poſſumus. Qui cuſtodiunt [1.Pet.5.b] muros eccleſiæ: ne aduerſarius noſter diabolus, qui quaſi leo rugiens circuit, & quærit quomodo poſſit intrare, occaſionem accipiat ad gregem domini deuaſtandum. Qui cuſtodes nec diebus debent: nec noctibus tacere: nec in lætis, nec in triſtibus, ſed ſemper domini clementiam deprecari, ut grex illius & muri Hieruſalē cuſtodiātur & uallent eius auxilio.

E lio. Vnde & ad eoſdē cuſtodes atq; doctores ſermo
dirigitur. O uos qui recordamini dñi, eiusq; clemē
tiā die ac nocte precibus fatigatis: cauete ne unquā
in ore ueſtro ſileat oratio. Ne detis ſilētiū ei, ſubau⸗
ditur, dño: ſed ſemper moleſti ſitis, opportune, im⸗
portune: & imite⸗
mini interpellatri⸗
cē duri iudicis. Si
enim ille mentis fe
rociā aſſidua inpre
catione depoſuit:
quanto magis pa⸗
ter cœleſtis bona
dabit petētibus ſe?
Tamdiu aūt roga⸗
re debetis donec
Hieruſalē quæ in
Iudæis concidit, &
in exemplū eſt atq;
maledictum, in to⸗
tius orbis terrarū
laude uerſetur. Mi
rorq; quid uolue⸗
rint Lxx. ꝑ eo qđ
habet in Hebræo:
ne detis ſilentiū ei:
donec ſtabiliat &
ponat Hieruſalem
F laudē in terra, dice
re, cuius ſenſus in
ſuperioribus non
cohæret: Non eſt
ēm uobis ſimilis, ſi
corrigat: & faciat
Hieruſalē gaudiū
ſuper terram. Niſi
forte hoc artifici
eloquio coaptemus, ut dicat ad cuſtodes eccleſiæ:
Nullum eoꝝ ſimilē fore qui prædicatione ſua fece
rint, ut corrigat, & fiat Hieruſalē gaudiū omnis ter
ræ. a ¶Iurauit dñs in dext. &c.) Omnipotēs deus
qui dixerat ad eccleſiā: Super muros tuos conſtitui
cuſtodes, qui perpetuo nō tacebūt: quibusq; præci
piam, ut nunq; orare deſiſtāt, niſi impetrauerint qđ
precantur: Nunc iurat per dexteram ſuā & brachiū
fortitudinis ſuæ. De quo crebro diximus, quod ſit
dominus noſter atq; ſaluator, qui iuxta Apoſtolū:
1.Cor.1.d dei uirtus eſt deiq; ſapientia. Iurat aūt quod triticū
& uinum Hieruſalem nequaq; cedat in hoſtium ci⸗
bos: nec alienigenæ labore illius perfruant, ſed qui⸗
cunq; in lachrymis ſeminauerint, in gaudio metāt,
& qui meſſuerint abiectisq; paleis, purū frumētum
in horrea cōgregauerint: ipſi comedant labores ma
nuum ſuarū, & dñm æterna laude ſuſtollāt, & bibāt
uinum in atrijs ſanctis eius. Quod uel multas apud
patrem intelligimus māſiones, ſi de futura in regno
cœlorū accipimus beatitudine: uel certe eccleſias in
toto orbe diuiſas, in quibus plātati, poſtea in domo
dñi florebimus. Qñ autē dicit: Nequaq; ultra dabo
triticum tuū inimicis tuis, & uinū tuum alienigenæ G
non bibent in quo laboraſti: oſtēdit laborē antea Iu
dæorum, & omnia opera eoꝝ à dæmonibus fuiſſe
poſſeſſa: qñ inter deū & idola fluctuabant: qñ eis di
cebat Helias: Vſquequo claudicatis utroq; pede? ſi 3.Reg.18.d
dñs eſt deus, ſequi
mini illū. Et iuxta
typicam hiſtoriā,
quæ in Iudicum li
bro narratur: Ve⸗ Iudicū.6.d
niebant Madiani⸗
tæ, et uſq; ad Gazā
fructus eius deua⸗
ſtabāt, ita ut cibus
hominum in eſcas
brutorū animātiū
uerteret. Hoc eſt
autē triticū, & hoc
uinū, quod non co
medēt, niſi laudan
tes dñm, & non bi
bēt, niſi in atrijs ſā⸗
ctis eius, de quo
dñs in paſſiōe dice
bat: Amen amē di Mar.14.c
co uobis: Nō bibā
de genimine uitis
huius, donec illud
bibā nouum in re⸗
gno prīs mei. Quę H
ex parte cōplentur
in eccleſia, qñ dicit
dñs diſcipulis ſuis:
Bibite amici mei Canti.5.d
& inebriamini fra⸗ Matth.26.c
tres, qđ uinū læti⸗
ficat cor hominis.
Et in plena luce atq; meridie bibitur à Ioſeph cū fra Gene.43.g
tribus ſuis. Et cōplebitur plenius, qñ inebriabit ter
ra benedictionibus dñi. Triticum quoq; de quo pa
nis cœleſtis efficitur, illud eſt de quo loquit dñs: Ca Ioan.6.f
ro mea uere eſt cibus. Rurſumq; de uino: Et ſan⸗
guis meus uere eſt potus. b ¶Tranſite, tranſite
per por. &c.) Præcepit cuſtodibus murorū Hieru⸗
ſalem: quibus ante præceperat ne tacerent, ne aliqñ
orare deſiſterēt, ut trāſeant per portas Hieruſalē, &
uiam faciant populo. Quod ſemiiudæi in ultimo tē
pore: qñ poſt plenitudinem gentium ſaluandus eſt
Iſraël, & ad dñm rediturus, futurū eſſe contendunt.
Alij uero in regno cœloꝝ explēdum putant, qñ
erit uera lætitia: & unuſquiſq; recipiet ſecundū me⸗
ritum ſuum: ac nequaq; dominū in humilitate con⸗
ſpiciant, ſed in habitu ſentiant iudicātis: quando ue
niet ſuper nubes cū angelorum multitudine, ut red
dat unicuiq; ſecundum opus ſuum. Nos autem ſe⸗
cundum cœptam explanationē, poſſumus hæc &
in primo aduentu intelligere, ut dicamus præcipi
apoſtolis & apoſtolicis uiris, ut ingrediantur & trā
ſeant per portas: quibus infernus non præualet, &
omnia

HEB. ſtodes: tota die & to
ta nocte perpetuo non ta⸗
cebunt: qui reminiſcimini
dñi: ne taceatis, & ne detis
ſilentiū ei, donec ſtabiliat:
& donec ponat Hieruſalē
a laudē in terra. Iurauit dñs
in dextera ſua, & in bra⸗
chio fortitudinis ſuæ: Si
dedero triticū tuū ultra ci⸗
bū inimicis tuis, & ſi bibe⸗
rint filij alieni uinum tuū,
in quo laboraſti: quia qui
cōgregant illud, comedēt
& laudabunt dominū, &
qui cōportant illud, bibēt
b in atrijs ſāctis meis. Trān⸗
ſite, trāſite per portas: præ
parate uiam populo: pla⸗
num facite iter, & eligite
lapides: eleuate ſignum
ad populos. Ecce domi⸗
nus auditum fecit in extre
mis terræ: dicite filiæ Si⸗

SEP. ſtodes: tota die & to⸗
ta nocte qui nunquam ta⸗
cebunt: recordantes do⸗
mini: non eſt ēm ueſtri ſi⸗
milis ſi correxerit, & faciet
Hieruſalem gaudium ſu⸗
per terram. Iurauit domi⸗
nus per dexteram ſuam,
& per fortitudinem bra⸗
chij ſui: Si ultra dedero tri
ticum meum, ut ſit in ci⸗
bum inimicis tuis, & ſi ul⸗
tra biberint filij alieni ui⸗
nū tuū, in quo laboraſti:
ſed qui cōgregauerint, co⸗
medent ea & laudabunt
dñm: & q cōgregauerint,
bibent ea in atrijs ſanctis
meis. Ite per portas meas,
& uiā facite ppl'o meo: &
lapides de uia ꝓijcite. Le⸗
uate ſignum in gētes: ecce
enim dñs fecit auditū uſq;
ad extremū terræ. Dicite
filiæ Sion



A omnia tollant impedimenta de uia, ut abſq; aliquo
ſcādalo populus eccleſiā ſaluatoris introëat. Vnde
Ioan.1.c & Ioannes clamabat in eremo: Ego ſum uox clamā
Supra.40.a tis in deſerto, ſicut Eſaias dixit: Parate uiam dñi: re⸗
ctas facite ſemitas eius: Omnis uallis implebitur, &
omnis mons & col
lis humiliabit. A⸗
lijsq; uerbis nunc
idem ſenſus dicit.
Elegit lapides uir
eccleſiaſticus: qui
omnem emollit de
credētiū corde du⸗
riciā. De qbus idē
Baptiſta dicebat:
Matth.3.b Potens eſt deus de
lapidibus iſtis ſuſci
tare filios Abrahā.
Vľ iuxta Lxx. Pro
ijcit de uia lapides
qui infideles à cre⸗
dentibus ſeparat.
Quod ne putarēt
Iudæi de ſe dici, iū⸗
git: Leuate ſignū
in gentes, & ad populos nationū, ut nequaq; unius
terræ Iudæ ad ſalutē prouocentur anguſtiæ, ſed au
ditum fiat in extremis terræ, ut paſſionem omniū
creatoris totus mundus exaudiat. Dicite, inquit, fi
B liæ Sion. Quæ uel ideo appellat filia Sion: quia pri⸗
mum orta eſt ex Iudæis. De qua dicit in Canticocā
Canti.1.b ticorum: Filij matris meæ pugnauerunt aduerſum
me. Vel certe ꝓpterea filia: quia à deo adoptiōis no
Ioan.1. men accepit. Quotquot enim ſuſceperunt eū, dedit
eis poteſtatē ut filij dei fierēt. Quid eſt aūt quod iu⸗
bentur magiſtri atq; doctores Sion filiæ nunciare?
Ecce ſaluator tuus uenit, qui in Hebraico dicit Ie⸗
Matth.1.d ſus. Vnde & Gabriel ad Ioſeph: Et uocabis, inquit,
Ibid.16.d nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluū faciet populum
ſuum à peccatis eoꝝ. Qui ſaluator credentiū iudex
eſt omniū, ut reddat unicuiq; ſecundū opera ſua. Iu
ſtis præmia: peccatoribus, æterna ſupplicia. Et uo⸗
cabit, inquit, eos ipſe dñs atque ſaluator. Siue iuxta
Hebraicum: Vocabūt eos, apoſtoli & apoſtolici ui⸗
ri: populum ſanctū & redemptū à dño: qui redēpti
ſunt Chriſti ſanguine. Ipſa quoq; ciuitas nequaquā
appellabitur derelicta, ut prius uocata fuerat: uel in
Iudæis, propter negociationē: uel in gentibus, pro⸗
pter idololatriam: ſed requiſita, ut Hebraice dicitur
דרושה, ut pro augmentis & uarietate uirtutū, no⸗
ua ſemper accipiant nomina. Cap. LXIII.
QVis eſt iſte qui uenit de Edom &c.) Omnem
hunc locum ab eo loco ubi iuxta Lxx. dicit:
Supra.60. Illuminare illuminare Hieruſalem: quia uenit lumē
tuum, & gloria domini ſuper te orta eſt: uſq; ad pręſens capitulum, ubi dicitur: Quis eſt iſte qui uenit
de Edom, tinctis ueſtibus de Boſra? multi noſtrorū
referunt ad finem mundi: in quo ſiue carnaliter, ſi⸗
ue ſpiritualiter: diuerſa enim ſententia plurimorum
eſt, explenda contendunt. Nos aūt, quia & ſupra in C
hoc eodē capitulo legimus: Spiritus dñi ſuper me,
propter quod unxit me: annūciare pauperibus mi⸗
ſit me. Quod dñs atq; ſaluator lecto Eſaiæ uolumi⸗
ne in ſynagoga Iudæoꝝ ſuper ſe expletū eſſe mon⸗
ſtrauit dicens: Ho⸗ Luc.4.d
die cōpleta eſt hæc
ſcriptura in auri⸗
bus ueſtris: Et nūc
de eodem dicitur:
quod poſt paſſio⸗
nē ad patrē cruen⸗
tus aſcenderit: ne⸗
ceſſitate compelli⸗
mur, omnia quę di
cunt in primo acci
pere ſaluatoris ad⸗
uentu. Neq; enim
fieri poteſt, qđ ple
riq; noſtroꝝ face⸗
re nituntur, ut ua⸗
rietur tēpore quæ
operibus copulata
ſunt: nec negamus
ſudoris eſſe maxi⸗
mi, hæc omnia ſibi cōiungere, & ſic ſpiritualiter ex⸗
plenda in cōſummatione monſtrare, ut Chriſto &
iuxta carnē & iuxta ſpiritū, iam cōpleta doceamus.
Quia igitur uenit filiæ Sion ſaluator: cuius merces
cum eo eſt, & opus illius corā illo, & egreſſus eſt iu⸗ D
ſtus ut ſplendor, & ſaluator accenſus eſt ut lampas:
gauiſusq; ſpōſus ſuper ſpōſa ſua eccleſia, imò exul⸗
tauit ſuper eā deus ſuus, qui ipſe & ſponſus & dñs
eſt: Propterea ſecundū aſſumptionē carnis & paſſi⸗
onem crucis dicitur ad eū: Vt intingatur pes tuus Pſal.67.e
in ſanguine. Et ſub Iudæ uocabulo in Geneſi pro⸗
phetatur: Iuda, te laudabunt fratres tui: Manus tuæ Gene.49.b
in ceruicibus inimicorū tuorū: adorabunt te filij pa
tris tui: Catulus leonis Iuda: ad prædā fili mi aſcen⸗
diſti, requieſcens accubuiſti ut leo & quaſi leæna:
quis ſuſcitauit eū? Et iterū: Ligans ad uineā pullum
ſuum, & ad uitē ò fili mi aſinā ſuā: lauabit uino ſtolā
ſuā & ſanguinæ uuæ palliū ſuū. Iſte eſt quē angeli⸗
cæ poteſtates uidentes ad patrē aſcendere cruentū:
teri, cæteros: quorum benedictũ ſemen eſt, & huc-
uſq; benedicitur, & permanẽt filij filiorum. De qui
Pſal. 111. a bus propheta dicit: Beatus uir qui timet dominũ:
in mandatis eius uolet nimis. Potens in terra erit ſe
men eius: generatio rectorum benedicetur. Et ali-
Ibid. 127. a bi: Filij tui ſicut nouellæ oliuarum: in circuitu men
ſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo qui timet domi-
num. Econtrario de Iuda dicit̃ proditore, & omni-
Ibid. 108. a bus qui ſimiles eius ſunt: Fiant filij eius pupilli, &
Iob. 15. d uxor eius uidua. Commoueantur & transferantur
filij eius: & mendicent: eijciantur de domibus ſuis.
Generationis enim malæ, finis eſt peſſimus. Qui cõ
cipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem. De quo-
Pſal. 7. d rum ſcriptũ eſt principe: Ecce parturijt iniuſticiam,
concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Si autem
1. Reg. 8. a hoc de impijs dicitur, quomodo Samuel uir beatus
& iuſtus, filios peſſimos genuit: qui non ambulaue
2. Reg. 13. e runt per uiã patris: Et Dauid, de cuius Chriſtus na
& 15. d. 16. c tus eſt ſemine, duos genuit filios, Amnon & Abeſ-
ſalon: quorũ alter fratris, alter patris extitit parrici-
da? Ex quibus omnibus diſcimus, filios & nepotes
ſecundum id intelligi debere quod diximus. Iuxta
Gala. 4. c quod & Paulus filios parturit: donec Chriſtus for
metur in eis: & Oneſimum in uinculis generat. Qui
cum clamauerint, ſtatim exaudientur: & illis loquẽ

tibus, dicet dominus: adſum. Quæ omnia etiam iu- G
xta literam in Actibus apoſtolorum cernimus eſſe
completa. Neq; enim potuiſſent omnes gentes in
tam breui tempore credere, niſi ſignorum miracu-
lis fides eorum quodammodo eſſet extorta. Loquẽ
tibus enim & cla-
mantibus apoſto-
lis & apoſtolicis ui
ris, dominus ſigno
rum magnitudine
rñdebat, ut Dor- Act. 9. g
cas ad preces Petri
ſurgeret: ut Publij Ibid. 28. b
pater in inſula Me
leta febribus & dy
ſenteria: qui mor-
bi inter ſe cõtrarij
ſunt, Pauli preci-
bus ſanaretur: & ut
eos totus orbis, de
os ĩter homines di
ceret ãbulare. Tũc
lupus & agnus pa
ſcebant̃ ſimul, per-
ſecutor Paulus, & Ananias diſcipulus. Ille lupus de Ibid. 9. c
quo ſcriptum eſt: Beniamin lupus rapax, mane co- Gene. 49. d
medet prædam, & ad ueſperam dabit eſcas, ſiue ut
in Hebraico dicitur: diuidet ſpolia. Cuius doctrina
cibus fuit credentium, & qui in toto orbe de ſupe- H
ratis aduerſarijs triumphauit. Agni autem creden-
di ſunt omnes, qui in ueſtibus candidis ſequuntur Apoca. 14. a
agnum quocunq; uadit: Quos dominus Petro tra
didit ad paſcendum dicens: Paſce agnos meos. Leo Ioan. 21. d
quoq; ut bos comedet paleas, quando uiri diſertiſſi
mi, & quondam apud ſeculum potentes, ſcriptura-
rum ſe tradunt ruſticitati, ut nequaq̃ ſeculari paſcã
tur eloquentia, quæ inſtar mellis ſtillat de labijs me
retricis, ſed uilitatem & paleas ſequantur hiſtoriæ:
donec multo labore atq; induſtria mereãtur ad fru-
mentum ſenſuũ peruenire. De quibus paleis & fru
mento Hieremias loquitur: Quid paleis ad triticũ, Hiere. 23. f
dicit dominus? Et conſiderandum, quod non bos
uertatur in rabiem, ſed leo mutetur in manſuetudi
nem. Serpens etiam qui obſeruabat hominis calca- Gene. 3. c
neum, & cuius ab homine obſeruabatur caput, ne-
quaq̃ aliorum nutrietur interitu, ſed terrã ſiue pul
uerem quaſi panẽ comedet. Aut certe ſic intelligen
dum, quod diabolus qui prius hominũ mortibus
paſcebatur: eos tantum comedat, qui puluis ac ter-
ra ſunt: Per quæ omnia demonſtratur malorum in
bonum commutatio: qui innoxij erunt antiqua fe-
ritate depoſita: non foris, ſed in monte ſancto domi
ni, hoc eſt, in eccleſia & in cõfeſſione eius montis, à
quo uulneratus eſt princeps Tyri: & qui exciſus de
monte ſine manibus, creuit in mõtem magnum, &
impleuit orbem. Interrogemus in hoc loco Iudęos, Dani. 2. g
& omnes qui ſub nomine Chriſtiano adhuc paleas
comedunt ſcripturarum, quæ uentilabro domini à
tritico ſeparatæ, uento tradẽtur & flãmis, quæ bea-
titudo



A titudo ſit æſtimanda, ut in mille annorum regno in
Sion monte ciuitate Chriſti præſentis Hieruſalẽ: &
in templo auguſtiſſimo, lupi & agni, leones & bo-
ues, ſerpentes & homines ſimul comedãt: pariterq;
commorentur? & hi tantũ innoxij ſint, qui in mõte

a HAec dicit dominus: Cœlum ſedes Ca. LXVI.
mea, & terra ſcabellum pedum meorum. Quæ eſt
iſta domus quam ædificabitis mihi, & quis eſt iſte lo-
cus requietionis meæ? Omnia hæc manus mea fecit: &
facta ſunt uniuerſa iſta, dicit dominus.

b HEB. Ad quem autem re
ſpiciã, niſi ad pauperculũ
& contritum ſpiritu, & tre
mentem ſermones meos?
Qui immolat bouẽ, quaſi
qui interficiat hominem.

SEP. Et ſuper quem reſpi-
ciam, niſi humilẽ & quie-
tum, & trementem ſermo
nes meos? Iniquus autem
qui immolat uitulũ, quaſi
percutiens uirum.

Sacri

ſancto domini ha-
bitauerint. Ex quo
intelligimus om̃es
qui extra montem
fuerint occidẽdos.
Nudabiť ergo lu-
pis, leonibus, ur-
ſis, pardis, atq; ſer-
pentibus, & cæte-
ris beſtijs uniuer-
ſus orbis: & immẽ
ſi ſaltus, & Aegy-
ptiæ uaſtitas ſolitu
dinis, quæ uenena
torum animantiũ
fertilis eſt, & pro
ſumma felicitate ciuitas ſancta: non ſolum hominũ,
ſed & beſtiarum ac ſerpentium erit habitaculum, ut
Supra. 11. b iuxta ſuperiorem prophetiam: Habitet lupus cum
agno, & pardus cum hœdo: uitulus & leo, & oues
cum urſis ſimul morentur, & puer paruulus regat
eos: & infans ab ubere mittat manum in foramen
aſpidis, & in cauerna ſua interficiat regulum. Cau-
B ſaq; ſit tantæ felicitatis: quia repleta eſt omnis terra
ſcientia domini. Cap. LXVI.
HAec dicit dñs &c.) Ne montem ſanctũ intelli-
geremus Sion & Iudaico operiremur errore:
qui putant extruendam Hieruſalẽ, & omnia quæ
dñs pollicetur ibi explenda carnaliter: aufert nobis
hanc ſuſpicionem: & ponit teſtimonium, quo uſus
Act. 7. f eſt Stephanus primus martyr in Chriſto aduerſum
Iudaicam cõtentionem. Salomon ædificauit ei do-
mum: haud dubium quin deo: ſed non in manufa-
ctis excelſus habitat, ſicut propheta ait: Cœlum mi
hi thronus eſt: terra autem ſcabellum pedum meo-
rum. Et Paulus in eodem uolumine: Deus qui fecit
mundum & quæ in eo ſunt, nequaq̃ in templis ma
nufactis habitat. Si enim inſtar ſedentis in ſolio atq;
regnantis, cœlum thronus eius eſt, & terra ſcabellũ
pedum illius: Quomodo paruo claudetur loco, qui
cõplet omnia, & in quo ſunt omnia? Vnde & Moy
Deute. 4. f ſes: Ne dicas, inquit, in corde tuo, longe eſt: Deus
enim in cœlo ſurſum: & ſuper terrã deorſum, & nõ
Pſal. 138. b eſt alius præter eum deus. Et pſalmiſta: Quò ibo à
ſpiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si aſcendero
in cœlum, illic es: ſi ad inferna deſcẽdero, ades. Cui
Hiere. 23. c & Hieremias ex dei perſona cõgruit, dicens: Deus
appropinquans ego: & non de longe deus. Nun-
quid latere quis poterit in abſconditis, & ego nõ ui
debo eum? Nõnne cœlum & terram ego impleo?
Act. 17. f In ipſo enim omnes ſumus, & mouemur. Hoc autẽ
dicit, ut Iudaicum conuincat errorẽ: qui putant in-
uiſibilem & incorporalem, & incomprehenſibilem
deum, templo Hieruſalẽ poſſe cõcludi. Quod qui-

dem & ipſe Salomon extructor templi, in oratione C
ſua ad dominum prolixius confitetur. Ac ne arbi- 3. Reg. 8. c
tremur cœlo quoq; & terra dei magnitudinem me
tiendam, in alio loco de eo legimus: Qui tenet cœlũ Supra. 40. c
palmo, & terram pugillo. Per quæ oſtenditur deus
& forinſecus, & in
trinſecus & ĩfuſus
& circũfuſus, dum
& ſolio ambiente
non cõcluditur, &
pugillo cõcludit ac
palmo. Qui nõ ſo-
lum cœli & terræ,
ſed & inuiſibilium
creator eſt angelo-
rum, & archange-
lorum, dominatio
num, poteſtatum,
& cunctorum ho-
minum, de quibus
Apoſtolus loquiť:
Quæ omnia dei manus operata eſt. De qua & Iob Coloſ. 1. b
& pſalmiſta commemorant: Manus tua fecit me, & Iob. 10. b
plaſmauit me. Omnia enim per ipſum facta ſunt, & Pſal. 118. k
ſine ipſo factum eſt nihil. De quo rurſum Ioannes:
In mundo, ait, erat: & mundus per ipſum factus eſt. Ioan. 1.
Ipſe enim dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & crea- Pſal. 32. b
ta ſunt. Et hoc qđ ſcriptura Geneſeos myſtico ſer-
mone demonſtrat: Dixit deus, & fecit deus. Verbo D
enim domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius
omnis uirtus eorum. Nullusq; locus eſt requietio-
nis dñi, niſi iſte quẽ propheta ſubnectit. b ¶ Ad
quem autẽ reſpiciam &c.) Sublato altari temploq;
terreno, quod humana conſtruxerat manus: recte
auferuntur & uictimæ Iudæorum, ne forſitan dice
rent: Non tam ſtulti ſumus, ut deum putemus loco
poſſe concludi, ſed in ſeparato ad ſacrificandum lo-
co deo uictimas immolamus, quæ lege præcepta
ſunt. Habitator igitur cœli, imò creator omniũ qui
in terris templũ habere ſe denegat: humilẽ & quie-
tum, & trementem ſermones ſuos hominem liben-
ter aſſumit in templum. Iuxta illud Apoſtoli: Vos 1. Cor. 3. c
autem eſtis templũ dei, & ſpiritus ſanctus habitat in
uobis. Si quis uiolat templũ dei, uiolabit illũ deus.
Templũ enim dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Qui-
cunq; ergo humilis eſt & quietus, & tremẽs ſermo-
nes dei, ipſum reſpicit dominus: & de ipſo dictũ in-
telligi poteſt, quod ſub terræ nomine prophetatur:
Terra tremuit et quieuit, cum reſurgeret ad iudiciũ Pſal. 75. b
deus: Habitatores enim eius pro quibus μετωνυμι-
κῶς terra dicitur: conſiderantes iudicium dei, quie-
tẽ agunt à malis operibus: & ſedẽtes in domo, æter
norequieſcunt ſabbato, ne moueant ſe ad opus ſer
uile peccati: ſicut ędificatores turris mouerũt quon
dam de oriente pedes ſuos, & ortum ueri luminis
reliquerunt: Nec audierunt illud quod ad Cain di-
citur: Peccaſti, quieſce. Sed iuxta prouerbia Salo- Gene. 4. a
monis: Qui audit deũ, habitabit confidens, & quie- Prouer. 1. d
ſcet abſq; timore & omni malo. Iſte eſt humilis atq;

E pauperculus,& contritus ſpiritu,tremensq́ ſermones domini,de quo ſcriptum eſt in euangelio:Beati *Matth.5.a* pauperes ſpiritu:quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum.Et alibi:Beatus qui intelligit ſuper egenum & *Pſal.40.a* pauperẽ.Et rurſum:Spiritus domini ſuper me,pro- *Supra.61.a* pter qđ unxit me, euangelizare pauperibus miſit me. Quodq́ ſequit̃ in æditione uulgata: Iniquus aũt, in Hebraico non habet̃, ſed ſimpliciter iungit & dicit:Qui immolat bouẽ, quaſi qui interficiat hominẽ. Quod & in alio ſcriptũ eſt loco: *Oſee.6.b* Miſericordiam uolo,& non ſacrificium:ſciẽtiam magis dei, ꝙ holocauſtum. Et per Malachiam: *Malach.2.c* Omnia quę oderam,faciebatis: operientes lachrymis altare meũ: nũquid dignũ eſt ut reſpiciam ad ſacrificium ueſtrum, F & ſuſcipiam placabile quid de manibus ueſtris? Audiant Iudæi quod deus nõ quærat ſacrificia, ſed offerẽtium animum. Et qui mactat,inqt,pecus, quaſi qui excerebret canem. *Deute.23.c* Vnde & per Moyſen ſcriptũ eſt: Non offeres mercedem meretricis: neq; precium canis in domo dei tui.Pulchreq́ canis & meretrix copulant̃, quia utrunq; animal pronum eſt ad libidinẽ.Simulq́ cõſideremus quod nõ dixerit: Qui immolat arietem, quaſi qui immolat canem:ſed occidat, inquit,canẽ: Quod uerbum non ponitur in ſacrificijs, ſed in his quæ trucidantur illicite.Qui offert oblationẽ & ſacrificiũ,quaſi qui ſanguinẽ ſuillũ offerat. Quod & ipſum lege prohibet̃:tales ſunt ceremoniæ Iudæorum.Qui thus tribuit quaſi blaſphemus,imò quaſi benedicens idolo.Poteſt aũt & hic eſſe ſenſus: Poſt filium meũ qui uenit manſuetus & pauper,ſedẽs ſuper pullum aſinæ:nolo carnes:uictimas deteſtor:ſacrificia Iudæorũ,umbras legis reprobo, quia delectabilis mihi eſt ueritas euãgelij. Sin autẽ hoc dicit̃, quod poſt fulgur euãgelij,uetus religio ceſſet in nube:Quid reſpondebunt,qui credẽtes ex Iudæis arbitrantur abſq; noxa ſui poſſe carnaliter offerre ſacrificia? a ¶Hæc omnia elegerũt &c.) Immolare bouem,mactare arietẽ,offerre ſacrificiũ, thura ſuccendere:quæ ita habet deus, quaſi homicidium, & oblationẽ canis: & ſuillũ ſanguinẽ atq; blaſphemiã ipſi elegerunt,& ut talia colerent,eoꝝ arbitrij fuit. Iuxta quod dicit per Ezechiel:Dedi eis iuſtificationes nõ bonas,& præcepta nõ bona:& in uijs, inqt, G ſuis ambulauerunt,non in uia dñi:Et abominationes ſuas anima eorum uoluit: ut amatores magis eſſent ſui,ꝙ amatores dei.Quam ob cauſam illis eligentibus uias ſuas, & non eum qui dicit: Ego ſum *Ioan.14.a* uia,& dominus elegit illuſiones ſiue illuſores eorũ,quæ Hebraice dicũtur תַּעֲלֻלֵי, id eſt, ἐμπαίκτη, ut cõſtituat prĩcipes peſſimos, & omnia mala eorũ: ſiue quæ timebant, pariter adducat. Cauſaſq́ reddit, cur traditi ſint ſcribis & phariſęis illuſoribus ſuis, de qbus primus pſalmus iuxta Hebræos canit: Et ĩ cathedra illuſorum non ſedit: quos appellant Lxx. Peſtilentes:quales fuerũt filij Heli, filij peſtilẽ- *1.Reg.2.c* tiæ,pro quo in Hebraico ſcriptũ eſt: בְּלִיַּעַל,hoc eſt, diaboli. H Quia,inquit, uocaui,& non erat qui reſponderet:locutus ſum,& non audierũt:feceruntq́ malum in oculis meis: & quæ nolui,elegerunt. Quos uerſus ſecundo ponit in præſenti loco & ſupra, ubi dicitur: Numerabo *Supra.65.b* uos in gladio,& omnes in cæde corruetis.Quia uocaui,& non reſpondiſtis:& cætera ſimiliter. Quod teſtimonium,quo ſenſu accipi debeat, ibi dictũ eſt. b ¶Audite uerbum dñi &c.) De quibus ante iam dixerat:Super quem reſpiciam,niſi ſuper humilem & quietum,& trementẽ ſermones meos: ipſis præcipit ut cõtemptis uictimis Iudæoꝝ,& omni ſcribarum ac phariſæorum tumore deſpecto, trãſeant ad eius cultum,quẽ uocantẽ illi audire noluerunt,atq; cõtempſerunt,& fecerunt malum in cõſpectu eius. Nec hoc præceptorũ fine cõtentus eſt, ſed imperat eis mandatũ euãgelij,ut diligant inimicos ſuos: be- *Luc.6.d* nefaciant his qui oderũt ſe,& orent pro perſecutoribus ſuis,& imitentur clementiã patris: Qui oriri *Matth.5.g* facit ſolem ſuũ ſuper iuſtos & iniuſtos:ut uidentes, inquit,opera ueſtra,glorificent patrẽ ueſtrũ qui in cœlis eſt.Quod poſt generalẽ intelligentiã ſpiritualiter apoſtolis præcipit̃ & apoſtolicis uiris, ut diligant Iudæos perſecutores ſuos,& eos qui ſe abominãtur,in loco fratrũ habeãt,dicentes cũ Petro: Viri *Act.2.d* fratres & patres audite.Et Paulo apoſtolo: Triſti- *Roma.9.a* cia mihi eſt,& cõtinuus dolor cordi meo pro fratribus meis qui ſunt Iſraëlitæ. Glorificatur aũt nomẽ domini, quando uiderint homines perſecutorum ferociã

HEB. Qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canẽ. Qui offert oblationẽ,quaſi q ſãguinẽ ſuillũ offerat. Qui recordat̃ thuris,quaſi qui benedicat idolũ. Hæc a omniã elegerũt in uijs ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorũ delectata eſt. Vnde & ego eligam illuſores eorum, & quæ timebant adducã eis. Quia uocaui,& non erat qui reſponderet:locutus ſum,& non audierunt:feceruntq́ malum in oculis meis: & b quæ nolui, elegerunt. Auᵇdite uerbum domini qui tremitis ad ſermonẽ eius.

SEP. Sacrificans de grege, quaſi qui occidat canem. Qui offert ſimilam, quaſi qui ſanguinem ſuillum. Qui dat thus in memoriale, quaſi blaſphemus. Et ipſi elegerunt uias ſuas: & abominationes ſuas anima eorum uoluit, & ego eligã illuſiones eorum,& peccata retribuam eis. Quia uocaui eos, & non obaudierunt:locutus ſum,& non audierunt.Et fecerunt malum in cõſpectu meo,& quę nolebam, elegerũt. Audite uerbum domini, qui tremitis ſermonem eius.

Dicite



A ferociam noſtra frangi patientia,& uerberantẽ manum alterius,malæ obuerſione cõfundi.Quibus in *Matth.5.b* euangelio præcipitur:Luceat lumẽ ueſtrum coram hominibus:ut uidẽtes bona opera ueſtra,glorificẽt patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.Et in Apocalypſi *Apoc.14.b* Ioãnis:Timete deum, & date ei gloriã. Paulus quoq; *1.Cor.7.d* ſcribit ad Corinthios, prouocans eos ad continentiã:Vt glorificetis deũ in corpore ueſtro.Et rurſum:Siue come- *Ibid.10.g* ditis, ſiue bibitis, omia in gloriã dei *1.Pet.2.d* facite.Vnde & dñs maledicẽtibus non remaledicebat: Et pro perſecutorib⁹ *Luc.23.c* precabatur. Quod aũt præcipit:Dicite fratribus ueſtris: nõ ſimpliciter accipiendum eſt: alioquin multi fratres uocant,& in corde B non retinent charitatẽ, de quibus ſcri- *Titum.1.d* bit apoſtolus:Deũ cõfitentur ſe ſcire, operibus autẽ ne- *Matth.7.c* gant.De quibus & dominus loqebatur:Non oĩs qui dicit mihi:domine,domine,intrabit in regnum cœlorum:ſed qui facit uolũtatem patris mei qui in *1.Cor.12.a* cœlis eſt.Sicq; ſtare poteſt illa ſententia:Nemo dicit,dominus Ieſus,niſi in ſpiritufancto. Nam cum hæretici dicant dominum Ieſum,& multi in reſurre- *Matth.7.c* ctione dicturi ſunt:Domine,nónne in nomine tuo prophetauimus.& uirtutes multas fecimus? Reſpõdebit eis dominus:Recedite à me, neſcio uos,operarij iniquitatis.Ergo dicere non ſermone, qui facilis eſt,ſed affectu & operibus comprobatur.Ex quibus diſcimus,eundem eſſe utriuſq; teſtamẽti dominum,qui præcipit, ut ſi uiderimus iumentum inimici noſtri cadere ſub onere ſuo:non tranſeamus, *Luc.14.a* ſed leuemus cum eo:& ſi bouem aut aſinum inue- *Matth.18.b* nerimus errantem, reddamus ei. Hæc iuxta Lxx. Porrò iuxta Hebraicum, hic mihi ſenſus uidetur: Audite Apoſtoli,audite diſcipuli mei qui tremitis uerbum domini:narrabo quid dixerint fratres ueſtri qui oderunt,& ſeparant uos, & arbitrãtur alienos:nõ propter mala ueſtra, ſed ꝓpter nomẽ meũ, qui immũdos exiſtimant cunctos de ſua in me gente credentes,& dicunt:Recede à me:quia immũdus es.Quid ergo eſt quod eos dixiſſe cõmemorat? Glorificetur dñs,& uidebimus in lætitia ueſtra.Cuius uerſiculi hic ſenſus eſt:Quid nobis humilem introducitis deum? quid crucifixum & uirum dolorum, & ſciẽtem ferre infirmitates? uolumus eũ in ſua (ut C dicitis) maieſtate conſpicere regnantẽ:ſuſpiciemus & in ſua gloria triumphãtẽ:humilẽ atq; deiectũ uidere nõ poſſumus.Statimq́ infert.Ipſi aũt cõfundẽtur:ſubauditur,qui loquũtur talia,qui nõ intelligũt myſteria ſcripturarũ:maliſq́ ſuis ſentient eius potẽtiã, quẽ pro humilitate contempſerant. a ¶Vox fremitus de &c.)Lxx.ꝓ fremitu, clamorẽ poſuerunt: & cætera ſimiliter.Volumus ſcire quæ ſit confuſio Iudæorũ,qui dixerũt:Glorificetur dñs,ut ueſtrã lætitiam uideamus, & triũphos regis ueſtri, nequaq; caſſis ꝓmiſſionibus, ſed oculis cõtẽplemur. Vox(inquit) clamoris de ciuitate: Haud dubiũ quin Hieruſalem ſignificet Romano exer- D citu circũdatam:& in tres partes intus ſeditione diuiſam: quando unus templũ obtinuit,& omnia prius ſancta poſſedit:forinſecus contra hoſtes, intrinſecus contra ciues dimicans.Eo tempore & in urbe,& in tẽplo,tam ſacerdotum & leuitarum, ꝙ uulgi ignobilis,mulierumq́ ac puerorũ ululatus auditus eſt: quando reddidit dominus retributionem inimicis ſuis,implens cõminationem qua dixerat:Relinque- *Luc.13.g* tur uobis domus ueſtra deſerta:Et illam prophetiã: Dereliqui domũ meã:quando præſides templi conſona angeli uoce dixerunt:Tranſeamus ex his ſedibus.De quibus non ſolũ Ioſephus Iudaicæ ſcriptor hiſtoriæ,ſed multis prius ſeculis pſalmiſta teſtatur, dicens:Vidi iniquitatem & contradictionem in ci- *Pſal.54.b* uitate,quæ circundedit muros eius tota die & tota nocte:ita ut ſubuerteretur ciuitas,& impleret̃ aliud uaticiniũ: Sion quaſi ager arabitur:& Hieruſalem *Michee.3.d* quaſi caſula in cucumerario relinquetur. b ¶Anteq; parturiret,peperit &c.)Clamore reſonante de Hieruſalẽ & tẽplo eius,qñ obſeſſa atq; ſubuerſa eſt, & inimicis Chriſti qui deum regẽ ſuſcipere noluerunt:recipiẽtibus ꝓ impietate ſua atq; blaſphemijs æterna ſupplicia:eccleſia in nomine dñi cõgregata *Pſal.86.a* de qua in pſalmo dicit̃:Homo natus in ea:& ipſe fũdauit eam altiſſimus,anteq; parturiret, peperit:anteq; ueniret partus eius,genuit maſculũ.Non enim multo tẽpore, ut populus Iudæorũ per Abrahã,& Iſaac,& Iacob, & duodecim patriarchas,& rurſum

HEB. Dixerunt fratres ueſtri q oderũt uos:& abiecerunt ꝓpter nomẽ meũ: Glorificetur dñs,& uidebimus ĩ lætitia ueſtra:ipſi autem confundentur.

SEP. Dicite fratribus ueſtris qui oderunt uos, & abominantur: ut nomen glorificetur domini:& appareat in lætitia eorum: & illi confundantur.

a Vᵃox fremitus de ciuitate,uox de templo, uox domini reddentis retributionem inimicis ſuis.

b HEB. Anteᵇq; parturiret, peperit:anteq; ueniret partus eius,peperit maſculũ. Quis andiuit unq; tale? quis uidit huic ſimilem? Nunquid parturiet terra in die una:aut parturietur gens ſimul: quia parturiuit & peperit Sion filios ſuos? Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe nõ pariam, dicit dominus?

SEP. Anteq; parturiẽs pariat: anteq; ueniat dolor parturiẽtiũ, effugiat & peperit maſculum.Quis audiuit tale, & quis uidit ſimile? ſi parturiuit terra in die una:aut ſi nata eſt gẽs ſimul,qa parturiuit & peperit Sion paruulos ſuos. Ego autem dedi expectationẽ hanc,& nõ recordata es mei, dicit dominus:

Nónne

E per liberos eorũ ac nepotes creuit in maius: ſed ad
euãgelicam prædicationem ſtatim omnis mundus
concepit, & parturiuit, & peperit maſculum, quem
Pharao & Herodes conabantur occidere; qui & in
Moyſe & in Chriſto ſaluatus in Aegypto eſt. De-
niq; Abraham &
Iſaac maſculos ha-
buere liberos, & Ia
cob multorũ filiorũ
pater, unam genuit
filiã, pro qua dura
Gen.34.c perpeſſus eſt. Qđ ſi
Num.27.b filiæ Salphaad dei
ſententia recipiunt
hæreditatẽ patris:
Hoc cõſiderãdum
eſt, quod pater ea-
rum in peccato ſuo
mortuus ſit; q nul-
lum filium genuit:
& Moyſes nihil ſu
per eis auſus fuerit
iudicare: ſed retulit
ad dominum, qui eas ne inopes permanerent, iuſſit
Gen.6.a fratribus copulari. Geneſeos quoq; narrat liber; qđ
poſtq̃ cœperunt homines multi fieri; qui numerus
ſemper in uitio eſt, & filiæ eis natæ ſunt; acceperunt
eas: non angeli, ſed filij dei; de quibus orti ſunt gigã
F tes: Siue ut in Hebræo ſcriptum eſt, נְפִילִים, id eſt,
ἐπιπίπτοντες, id eſt, irruentes. Ecõtrario ad ſanctum
Pſal.127.a dicitur: Vxor tua ſicut uitis abundans in lateribus
domus tuæ. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in cir-
cuitu menſæ tuæ. Et iterum: Videas filios filiorum
tuorum. Peperit igitur Sion, hoc eſt, reliquiæ ex Iſ-
raël & Apoſtolorum credentium fides, maſculum
dominum ſaluatorẽ; qui in toto ſimul orbe genera-
tus, qđ nullus audiuit, quod nulla narrat hiſtoria,
aut alicuius doctrina, ut omnes in breui tẽpore cre-
derent nationes. Et de uniuerſis gẽtibus, una gens
2.Cor.5.d fieret Chriſtianorum; de qua et Paulus loquitur. Si
qua in Chriſto noua creatura: uetera tranſierunt:
Pſal.21.f ecce facta ſunt noua. Iuxta illud quod alibi ſcriptũ
eſt: Et adorabunt in conſpectu eius omnes familiæ
gentium; quia dñi eſt regnum & ipſe dominabitur
gentiũ. Omnes enim (ait) gentes quas feciſti, ueniẽt
& adorabunt coram te: & glorificabunt nomẽ tuũ:
Gen.49.b de quo dicit Iacobus: Ipſe eſt expectatio gẽtium. Et
pſalmiſta: Spes omniũ finium terræ. Et idem Eſaias
Supra.11.c quem nunc ediſſerimus: Erit radix Ieſſe: & qui ſur-
get, ut princeps ſit gentiũ; in ipſo gentes ſperabunt:
Matt.28.d Implentibus Apoſtolis quod præceptum eſt: Do-
cete omnes gẽtes, baptizantes eas in nomine patris
& filij & ſpiritusſancti: ut naſcatur nouus populus,
de quo & uiceſimusprimus pſalmus canit: Annun
Pſal.21.g ciabunt cœli iuſticiã eius populo qui naſcetur quẽ
Pſal.101.c fecit dominus. Et iterum: Populus qui creabitur,
laudabit dominũ. Hic aũt populus uno creatus eſt
Eſa.60.d die, quem illuſtrat ſol iuſticiæ, dicẽte ſcriptura: Erit
tibi dñs lux ſempiterna. Poſſumus hoc quod dicit:

HEB. Si ego qui genera-
tionem cæteris tribuo, ſte
rilis ero, ait dñs deus tuus.
a Lætãmini cũ Hieruſalẽ:
& exultate in ea omes qui
diligitis eã. Gaudete cum
ea gaudio uniuerſi qui lu-
getis ſuper eam; ut ſugatis
& repleamini ab ubere cõ
ſolationis eius: ut mulge-
atis, et delicijs affluatis, ab
omnimoda gloria eius.

SEP. Nónne ego parien-
tem & ſterilem feci, dicit
deus tuus. Lætare Hieru-
ſalem & conuentum faci-
te omnes qui diligitis eã.
Gaudete gaudio omnes
qui lugetis ſuper eam, ut
ſugatis & impleamini ab
ubere conſolationis eius:
ut poſtquàm ſuxeritis, de
lectemini ab introitu glo-
riæ eius.

Quia

Orietur gens ſimul; quia parturiuit & peperit Sion G
filios ſuos: Et ad illud tempus referre, quando una
die tria milia & quinq; milia de Iudaico populo cre
diderunt. Dicitur quoq; in eodem Actuum apoſto Act.2.g
lorum libro: quod de uniuerſis gentibus quæ ſub Ibidem.a
cœlo ſunt, fuerint
in Hieruſalem; qui
audiebãt uarijs lin
guis loquentes ma
gnalia dei. Quodq́;
ſequit̃ iuxta Lxx.
Ego autẽ dedi ex-
pectationem hanc;
& nõ recordata es
mei, dicit dñs: Nõ-
ne ego parientem
& ſterilẽ feci, dixit
deus tuus: Manife
ſtius in Hebraico
ponitur: cui et reli-
qui interpretes cõ-
gruunt: Nunquid
ego qui alios pare-
re facio, ipſe nõ pariam, dicit dñs? Si ego qui genera
tionẽ cæteris tribuo, ſterilis ero, ait dñs deus tuus:
ſecundũ illud quod alibi dicitur. Qui plãtauit aurẽ, Pſal.93.b
non audiet: qui finxit oculum, non cõſiderat: quod
ſcilicet qui omnes homines creauit ex nihili, poſſit
de uniuerſis gentibus unam partem in ſe credentiũ
eccleſiã facere. Deniq; in uiceſimooctauo pſalmo, H
ubi nos legimus: Vox dñi cõcutientis deſertum, in
Hebræo ſcriptũ eſt: Vox dñi parere faciẽs deſertũ,
ut deſerta prius eccleſia generet, & pficiantur cerui
apertis ſaltibus atq; contritis. Porrò iuxta Lxx. hic
ſenſus eſt, quod uno tempore ad prædicationem
euangeliorum, una gens totius orbis oriatur. Per
multos prophetas ſæpe promiſi: & non meminiſti
promiſſionis meæ. O urbs quæ clamoribus es ple-
na. O templum quod à domino derelictũ eſt. O po
pule cui reddidi uiciſſitudinem ſuam: Nónne ego,
inquit, feci parturiẽtem & ſterilẽ, quæ prius fuerat
ſterilis: poſtea parturiuit & peperit. De qua in pſal-
mo ſcribitur: Qui habitare facit ſterilem in domo, Pſal.112.a
matrem filiorum lætantem. Vel certe rerũ ordo cõ
uerſus eſt: Pariens facta eſt ſterilis, & quondam ſte-
rilis peperit plurimos, quia domini iſta ſentẽtia eſt.
a ¶ Lætamini cum Hieruſalẽ &c.) Apoſtolis præ
cipitur & apoſtolicis uiris: qui diligunt utrãq; Hie-
ruſalem, & eam quæ corruit plangẽtibus atq; lugẽ-
tibus, & illã quæ ſurrectura eſt, omni deſiderio præ
ſtolantibus, ut gaudeant cum ea & in ea quæ ædifi-
cata ſit uiuis lapidibus, qui uoluũtur ſuper terram,
& in rotarum Cherubin ſimilitudinem, ſequuntur
ſpiritum præcedentem: non in his qui in æternos
cineres diſſoluti ſunt. De quibus dominus loqueba
tur: Amen, amen dico uobis: non permanebit lapis Matt.24.a
ſuper lapidem, donec compleãtur omnia hæc. Gau-
dete (inquit) cum ea gaudio, uniuerſi qui lugetis
eam. Quales ſupra Petrum & Paulũ apoſtolos do-
cuimus



A cuimus, & omnes qui expectabant redemptionem
Iſraël, ut ſugant & repleãtur uberibus cõſolationis
eius. Neq; enim poterat fieri: ut quæ genuit maſcu
lum, & erat puerpera, careret lactis abundantia in
educationem eius gentis & paruulorum, qui ſimul
nati fuerãt: ut præ-
beret eis duo ube-
ra, nequaq̃, ut prius
in Aegypto fracta
& iacẽtia, ſed inte-
gra & uirginali de-
core ſtantia ueteris
ac noui inſtrumẽti
ad præbẽdum ra-
tionale lac. De qui-
bus ſpõſus ad eam
loquit̃: Bona ube-
ra tua ſuper uinũ.
Iſti erãt, de quibus
ſpecialiter dicebat̃:
Matth.5.a Beati lugẽtes; quo-
niam ipſi conſola-
buntur. Et hoc no-
tandum quod qui
paruuli ſunt, conſolationis indigent lacte, & adhuc
in mortali uerſantur loco. Qui uero poſt lac conſo-
lationis ad ſolidum profecerint cibum, delicijs af-
B fluent ueritatis; & ſcientia omnimodæ gloriæ, quæ
Hebraice dicitur זִיז. Pro qua Lxx. introitũ: Sym-
machus pinguedinem; Theodotio, multitudinẽ in-
terpretati ſunt. Hoc diximus, ut pſalmi ſeptuageſi-
minoni uerbum panderemus ambiguum, in quo
ſcriptum eſt: Vaſtauit eam aper de ſylua, & ſingula
ris ferus depaſtus eſt eam. Pro eo enim, ubi in no-
ſtris Græcis codicibus legitur μόνιος ἄγριος, id eſt,
ſingularis ferus, in Hebraico ſcriptum eſt זִיז שָׂדַי.
Quod Aquila tranſtulit παντοδαπὴν χώρας, hoc eſt,
omnimodum regionis; ut ſignificaret non ſolum à
Romanis, ſed à cunctis gentibus Iſraëlem eſſe uaſta
tam. Introitus autem glorioſus eccleſiæ, ille intelli-
Apoc.21.d gendus eſt: de quo ſcribit Ioannes Apoſtolus: Et in
duodecim portis erãt duodecim margaritæ, & pla-
teæ ciuitatis auro mũdo ſicut uitrum perſpicuum.
Matth.7.c Iſtas margaritas prohibet dominus mitti ante por-
Ibid.13.f cos, quas negociator bonus cum in prophetis inue
nerit & Apoſtolis, pergit ad unum præcioſiſſimũ
margaritum nõ priores abijciens, ſed per illas quæ-
rens precioſius. a ¶ Quia hæc dicit dominus &c.)
Extructa per Apoſtolos Hieruſalem, & inſtaurata
in priorem ſtatum; poſtquã filij & habitatores eius
uberibus fuerint conſolati: & lactis abundantia ad
delicias peruenerint ueritatis: per quas peruenitur
Pſal.64.c ad gloriam dei: Tũc dominus declinabit ſuper eam
fluuium pacis, de quo crebro diximus: Flumen dei
Ibid.45.a repletum eſt aquis: Et: Fluminis impetus lætificat ci
uitatem dei: ut pace omnia poſſidẽte, & nationum
Ibid.67.g ceſſantibus bellis; de quibus ſcriptura dicit: Diſſipa
gentes quæ bella uolunt: torrens doctrinarum dei
irriget arua credentium. Tunc filij eius ſiue paruuli

a HEB. Quia hæc dicit do-
minus: Ecce ego declino
ſuper eam quaſi fluuiũ pa
cis: & quaſi torrentẽ inun
dantem gloriam gẽtium
quam ſugetis, ab ubere
portabimini: & ſuper ge-
nua blandientur uobis.

SEP. Quia hæc dicit do-
minus: Ecce ego declina-
bo ad eos quaſi fluuius pa
cis, & quaſi torrens inun-
dans gloriã gentium. Par
uuli eorũ in humeris por
tabuntur & ſuper genua
conſolabuntur.

b Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor
uos, & in Hieruſalem conſolabimini. Videbitis, & gau
debit cor ueſtrum, & oſſa ueſtra ſicut herba germina-
bunt. Et cognoſcetur manus domini ſeruis eius, & indi
gnabitur inimicis ſuis.

Quia

(ut Lxx. tranſtulerunt) in humeris portabuntur, & C
ſuper genua conſolationem accipient in humeris.
De quibus & in priori prophetia dictũ eſt: Et quos
Iacob imprecatur filio ſuo Iſachar: Quia ſuppoſuit Gene.49.c
humerum ſuũ ad laborandũ, & uocatus eſt uir agri
cola. Sudore enim
& labore nimio ad
ubertatem fructuũ
peruenimus. Vn-
de & ad Sion per
Hieremiã dicitur: Hier.24.b
Da cor tuum in hu Act.1.a
meros tuos; ut à mã
datis intelligat do-
minum, imitans eũ
de quo ſcriptũ eſt:
Ieſus cœpit facere
& docere: ut non
ocioſa ſit fides, ſed
per opera currat ad
præmium. Genua
autẽ & ſinus quid
ſignificẽt: & ſupra
breuiter expoſui:
& nunc Abraham exemplum docere nos poterit:
in cuius ſinu Lazarus requieſcit: & omnes de oriẽ- Luc.16.e
te & occidente uenientes, qui accumbent cũ Abra- Matth.8.b
ham, Iſaac, & Iacob, b ¶ Quomodo ſi cui mater
blãdiatur &c. Et cognoſcetur manus domini ſeruis D
eius & indignabitur inimicis ſuis.) Lxx. pro ſeruis,
poſuerũt timentes, pro inimicis, incredulos: cætera
ſimiliter. Miſericordiã creatoris in creaturas ſuas,
exemplo matrum diſcimus: quæ liberos amore in
ſinu nutrientes, omnem ſuperant charitatem. De-
niq; uolens deus oſtendere, quomodo diligat quos
creauit: Nunquid obliuiſcetur, ait, mulier, ut miſe- Supra.49.d
reatur ſobolis uteri ſui, ſed & ſi illa fuerit oblita, ego
tamen non obliuiſcar tui. Quem ſenſum & illud ha
bet euangelicum, in quo dominus loquitur ad Hie
ruſalem: Quoties uolui congregare filios tuos, ſi- Matth.23.d
cut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & Deut.32.b
noluiſti? Et Deuteronomium in quo tale quid re-
ſonat: Sicut Aquila proteget nidum ſuum: & pul-
los ſuos deſiderauit: expandens alas, ſuſcepit eos, &
portauit in humeris ſuis. Aiunt qui de animãtium
ſcripſere naturis, omnium quidem beſtiarum, & iu
mentorum, & pecudum auiumq́; ingenitum eſſe
in filios pulloſq́; ſuos affectum: ſed maximum eſſe
amorem Aquilarum, quæ in excelſis & inacceſſis
locis nidos collocant: ne coluber fœtus uiolet:
Amethiſten quoq; inter pullos eius lapidem re-
periri, quo omnia uenena ſuperentur. Si hoc ue-
rum eſt, recte affectus dei in ſuas creaturas aquilis
comparatus eſt: qui omni cuſtodia protegit libe-
ros ſuos, ne draco & coluber antiquus, diabolus &
ſatanas obrepat nouellis fœtibus, ut ad nomen lapi
dis qui ponitur in fundamentis Sion, omnes aduer
ſariorum frangãtur inſidiæ. Hæc autem Hieruſalẽ
in qua cõſolabuntur à matre filij, & in genibus pal-
pabuntur

E pabuntur:illa eſt de qua ſcribit Apoſtolus:Quæ au
Gal.4.d tem ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt,quæ eſt mater
omnium noſtrum. Cuius conſolationis lacte ſatu-
ratus,cõſolabatur cæteros,qui eius ſermonibus in-
2.Cor.1.a digebant,dicens:Benedictus deus,pater miſericor-
diarum:& deus o-
mnis cõſolationis,
qui conſolatur nos
in om̃i tribulatiõe:
ut & nos poſſimus
cõſolari eos qui in
omni ſunt tribula-
tione ꝑ cõſolationẽ
qua ipſi cõſolamur
à deo:ꝗ poſtq́ꝫ fue-
rint cõſolati, dicet
Ioan.16.c ad eos:Et uidebitis
& gaudebit cor ue
ſtrũ: & oſſa ueſtra
quaſi herba germinabũt ſiue orient:aut iuxta Sym
machum florebunt. Videbunt autẽ haud dubium
quin deum,quæ uera lætícia eſt.De quibus dñs lo-
Matth.5. quebatur:Beati mundo corde:quoniã ipſi deum ui
debunt.Cuius uiſio perfectum eſt gaudiũ,quod in
plenæ fidei corde uerſatur, & oſſium germinatio
ſubſequitur.De quibus ante iam diximus. Quorũ
ſi lector oblitus eſt,recurrat ad explanationem pri-
ſtinam:Melius eſt enim illum ſcripta relegere,quã
nos dicta replicare.Et nota,inquit, erit manus do-
F mini ſeruis eius,uel timẽtibus eum:& cõminabitur
inimicis ſiue incredulis ſuis.Manus autem uel pro
potẽtia accipit,quod poſſit deus omnia facere quæ
promittit iuxta illud quod ex perſona dei Moyſes
Exod.4.f loquitur ad Pharaonem:Nunc mittam manum &
percutiam te:& populũ tuũ interficiã, & deleberis
Ibid.9.d de terra.Et rurſum ipſe ad eundẽ tyrannũ:Ecce ma
nus domini erit ſuper iumẽta tua:de qua ad deum
Pſal.43.a pſalmiſta dicebat:Manus tua gẽtes interfecit,& plã
taſti eos. Aut certe manus dñi Chriſtus intelligen-
dus eſt:de quo & ſupra legimus:Manus mea fecit
Supra eo.a hæc omnia.Quã notam faciet dominus ſeruis ſuis
& timentibus ſe:& cõminabitur incredulis & inimi
cis ſuis:ut alijs promittat præmia,alijs ſupplícia cõ-
minetur. In quo cõſideranda uerborum ꝓprietas,
ꝙ nõ dixerit:Inferet inimicis ſuis:ſed cõminabitur:
ut per cõminationẽ deterriti,& ipſi ad dñi tranſeãt
ſeruitutẽ. a ¶Quia ecce dñs &c.) Manus domi-
ni quæ nota fiet ſeruis eius & timentibus eum,ipſa
cõminatur incredulis ſiue inimicis eius:ut ſi nõ ege
rint pœnitẽtiam,ſuſtineãt quæ ſequũtur:Ecce em̃,
inquit,dñs in igne ueniet, & quaſi turbo ſiue tẽpe-
ſtas currus eius:Quas debemus intelligere angeli-
cas poteſtates,quãdo uenturus eſt dñs in gloria pa-
tris cũ angelis ſuis,iudicare uiuos & mortuos:non
quo dñs ignis ſit,ſed quo ſuſtinentibus pœnas eſſe
ignis uideatur.Et licet Moyſes dixerit,idipſum A-
Deut.4.d poſtolo cõfirmãte:Deus ignis cõſumẽs eſt:Attamẽ
ſaluator exprimẽs diuinitatis ſubſtãtiam, ait:Spiri-
Ioan.4.d tus eſt deus.Inter ſpiritũ autẽ & ignem ſecundũ in-

a HEB. Quiá ecce dominus
in igne ueniet:& quaſi tur
bo quadrigæ eius,redde-
re in indignatione furo-
rem ſuum, & increpatio-
nem ſuam in flãma ignis.
Quia in igne dominus di-
iudicatur,& in gladio ſuo
ad omnem carnem; &

SEP. Ecce dominus quaſi
ignis ueniet,& quaſi tem-
peſtas currus eius, redde-
re in furore ultionem ſu-
am; & increpationem in
flamma ignis. In igne em̃
domini iudicabitur o-
mnis terra; & in gladio
illius cadet uniuerſa caro:
mul

telligẽtiam corporalẽ,multa diuerſitas eſt. Quod ſi G
ignis,aut ſpiritus eſt:quomodo oculos,& aures, &
manus,& pedes,& uentrem,& cætera corporis mẽ
bra habere dicitur:cum hæc ſpiritus ignisq́ꝫ nõ ha-
beant:Ignis ergo cõſumens appellatur deus:ut q̃c-
quid in nobis uitio
rũ eſt,fœnũ, ligna,
ſtipulamq́ꝫ conſu-
mat:et ſpinas,id eſt
ſolicitudines ſeculi
huius, quas ꝓ bo-
no ſemine terra at-
tulit infœcũda; de
qua ad Hebręos di
citur:Quæ autẽ af- Hebre.6.b
fert ſpinas & tribu
los,reproba eſt, &
maledicto ꝓxima:
cuius finis cõſum-
ptio eſt.De hoc igne et in euãgelio dñs loquebatur:
Ignem ueni mittere ſuper terrã. Et ſupra legimus: Luc.12.f
Ardebit ſicut ignis iniquitas,& ſicut gramen aridũ Supra.9.d
conſumetur igni, & omnia zizania quæ inimicus Matth.13.d
homo ſuperſeminauit, dormiente patrefamilias.
De quo & in epiſtola Iacobi ſcribitur:Paruus ignis Iacobi.3.a
q̃ꝫ grandem ſuccendit materiam. Et in Prouerbijs: Prouer.26.c
In multis lignis uiget ignis. Quanq́ꝫ in eo quod ꝓ- Eccle.28.b
uerbium eſt,aliud poſſit intelligi. Hũc puto ignem Act.2.a
ſediſſe ſuper linguas Apoſtolorum omniumq́ꝫ cre
dentium,quando linguis uarijs loquebantur:& o- H
mnes erroris fugabat tenebras, & illuminabat cor-
da eorum,qui recipiebant ſermonẽ domini.Quod
autem ſequitur; Quaſi tempeſtas currus ſiue qua-
drigæ eius,pſalmorum ediſſeremus exemplis:in q-
bus ſcriptum eſt:Deus manifeſte ueniet, deus no- Pſal.49.a
ſter & non tacebit,Ignis ante eum ardebit:& in cir-
cuitu eius tempeſtas ualida.Et alibi:Currus dei de- Pſal.67.d
cem milibus multiplex milia lætantium. His curri-
bus & equis Heliſæus erat circundatus,quos puer
eius uidere non poterat. Vnde ait:Domine, aperi 4.Reg.6.d
oculos pueri huius ut uideat.Et apertis (inquit) o-
culis uidit currus,& quadrigas, & equos per circui
tum.Hoc curru igneo & Helias raptus ad cœlum 4.Reg.2.b
eſt,quando clamabat Heliſæus:Pater mi,pater mi,
currus Iſraël & auriga eius. Hæc autem uniuerſa
narrantur:nõ quo deus aut currus habeat,aut qua-
drigas aut equorũ uelocitate portetur:de quo alibi
ſcriptum eſt:Qui ambulat ſuper pennas uẽtorum: Pſal.103.a
Sed quomodo in ſolio ſedere dicitur,quando aſſu-
mit habitum iudicantis:ſic quando ad uindictã ue-
nit,ut debellet aduerſarios ſuos, in habitu uictoris
& triumphãtis oſtẽditur.De furore domini crebro
diximus,quod ſic accipi debeat:quomodo obliuio
eius,& pœnitentia,& cõtriſtatio,& affectus cæteri,
qui dei nõ cõueniunt maieſtati. Et in hoc igit̃ igne
& furore,in his curribus & in flãma ignis iudicabit̃
omnis caro,ſiue ipſe dñs cum creaturis ſuis:ut non
potentia,ſed iudicij ueritate uideatur ferre ſentẽtiã:
iuxta illud quod in Michea prolixius, & in quin-
quage



A quageſimo pſalmo breuius dicitur:Vt iuſtificeris
in ſermonibus tuis:& uincas cum fueris iudicatus.
Gladius autem quo omnis caro eſt iudicãda,ille ac-
cipiendus eſt:de quo & prius diximus:& nunc di-
Pſal.7.c cemus ex parte. Niſi conuerſi fueritis,gladium ſuũ
uibrabit.Hunc gla
dium punitorẽ car
nis peccatricis om̃i
umq́ꝫ uitiorũ, Iſra-
ëlitę in manus Pha
raonis datum que-
runtur: Dicuntq́ꝫ
Exod.4.d Moyſi & Aaron:
Videat deus uos et
iudicet; quia abo-
minabilem feciſtis
odorem noſtrum
coram Pharaone:
ut daretur gladius
in manus eius & in
Amos.9.c terficeret nos.De hoc gladio & in Amos ſcriptum
eſt:Gladio interibunt omnes peccatores populi:cũ
utiq́ꝫ & alia ſint genera pœnarum. Quicquid ergo
pungit,& percutit,& torquet,& cruciat:in ſcriptu-
ris ſanctis,gladius appellatur:quo gladio uulnera-
buntur ſiue interficientur,qui dei non fecerint uo-
luntatem:& omiſſo lumine ueritatis,tenebris ſe er-
B roris inuoluerint. De quibus ſcriptum eſt in Hie-
Hiere.13.d remia:Si mutauit Aethiops pellem ſuam.Et in So-
Soph.2.c phonia:Et uos Aethiopes uulnerati ſiue interfecti
gladio meo eritis. Omnem loci iſtius cõtinentiam:
quo ſenſu accipienda ſit, Apoſtolus prolixius ediſ-
ſerit,ſcribens ad Romanos:Iuxta duritiam autem
Rom.2.a tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in
die iræ,& reuelationis iuſti iudicij dei: qui reddet
unicuiq́ꝫ ſecundum opera ſua. His quidem qui iu-
xta patientiam operis boni,gloriam & honorem &
incorruptionem quærẽtibus uitam æternam.Qui
autem ex contentione & increduli ſunt ueritati,ac-
quieſcunt autem iniquitati,ira,& furor, tribulatio,
& anguſtia ſuper omnes homines qui operantur
malum:Iudæi primum & ethnici. a ¶Qui ſancti-
ficabantur & mundos &c.) Symmachus & Theo-
dotio hunc locum ita interpretati ſunt:Qui ſancti-
ficamini & luſtramini in hortis alter poſt alterũ in-
ter eos qui comedunt carnem ſuillam & abomina-
tionem & murem, ſimul deficient, dicit dominus:
uolentes oſtendere, non ipſos comedere carnem
ſuillam, & abominationem & murem qui ſanctifi-
cantur in hortis alter poſt alterum; ſed eos qui lu-
ſtrantur uerſari cum eis qui comedunt quæ prohi-
bita ſunt. Arguit autem ſermo diuinus populos Iu
dæorum,imò ſcribas & phariſæos: quos & domi-
Luc.16.d nus arguebat,dicens:Vos eſtis qui iuſtificatis uoſ-
metipſos coram hominibus:deus autem ſcit corda
ueſtra:quoniam quod in hominibus excelſum eſt,
abominatio eſt apud deum. Vnde increpabat eos
Matth.23.c atq́ꝫ dicebat:Væ uobis ſcribæ & phariſæi,hypocri-
tæ,qui mũdatis quod foris eſt calicis & parapſidis,

HEB. multiplicabũtur in-
a terfecti à dño. Qui ſancti-
ficabãtur & mũdos ſe pu-
tabant in hortis; poſt ia-
nuam intrinſecus qui co-
medebant carnẽ ſuillã,&
abominationẽ & murẽ,ſi-
mul cõſumẽtur,dicit dñs.
b Egõ autẽ opera eorum &
cogitatiões eorum uenio

SEP. multi uulnerati erũt
à domino. Qui ſanctifi-
cantur & purificantur in
hortis & liminibus:come
dẽtes carnem porcinam:
& abominationes & mu-
rem,ſimul conſumentur,
dicit dominus. Et ego o-
pera eorum & cogitatio-
nes eorum noui:& uenio
congrega

& intus pleni eſtis immũdicia. Et iterum:Qui eſtis C
ſepulchra dealbata; intus autem pleni eſtis oſſibus
mortuorum,& omni ſpurcitia:qui ore ſuo benedi Pſal.61.a
cebant,& corde ſuo maledicebãt:qui dño loquebã-
tur pacifica:& molliebant uerba ſua ſuper oleũ,ipſi
aũt erant iacula:de
quibus rectiſſime
dicebatur; Popu- Eſa.29.d
lus hic labijs me ho
norat:cor uero eiꝰ
lõge eſt à me. Præ- Num.19.a
ceperat autem per
Moyſen deus:ut ſi
quis præuẽtus fuiſ
ſet in peccato:uac-
cæ rufæ aſperſus ci
nere,& alijs expia-
tiõis modis,per ſa-
crificia & uictimas
rediret ad tẽplum,
quod illi negligẽtes,in locis deliciarum & uolupta-
tum,hoc eſt,in hortis amœniſſimis; uel baptiſteria
extruebãt,uel piſcinas ad areolas irrigãdas:adulte-
ria & omnẽ libidinũ turpitudinẽ,ſimplicibus aquis
abluere ſe putãtes:quibus rectiſſime illud aptabit̃:
& noctẽ flumine purgant. Nec alicui uideatur incõ
gruum,ſi quæ geruntur turpiter,manifeſtius expli
cẽtur in correctionẽ eorum,qui talia cõmittere nõ
erubeſcũt:quæ turpe eſt & dicere,dũ ſcortis adhæ- D
rent in modũ canũ:& maſculi in maſculos exercent
turpitudinẽ,retributionẽ peccati in ſemetipſos re-
cipientes:qui hæc opera faciunt,uolũtate & ſceleri-
bus,cũ his ſunt qui carnẽ ſuillã comedũt:& omnia
quæ lege prohibentur et murem,quẽ nos glirẽ uo- Leui.11.
camus,uel iuxta orientis ꝓuincias μυόξους. Et illi igi
tur qui hæc comedunt, & hi qui exercẽtes omnem
turpitudinẽ, talia agũt q̃ & ethnici forte nõ faciunt Tropol.
pariter cõſumentur,ſecudũ Tropologiã poſſumus
dicere:Om̃es uoluptatis magis amatores, q̃ꝫ amato
res dei,ſanctificari in hortis & in liminibus:qa my-
ſteria ueritatis nõ ualẽt introire & comedere cibos
impietatis,dum non ſunt ſancti corpore & ſpiritu:
nec comedũt carnẽ Ieſu,neq́ꝫ bibunt ſanguinẽ eius.
De quo ipſe loquitur:Qui comedit carnẽ meã & bi Ioan.6.f
bit ſanguinẽ meũ,habet uitã æternam. Etenim pa-
ſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Qui non fo- 1.Cor.5.c
ris,ſed in domo una & intus comeditur. b ¶Ego
autem opera eorum & cogitationes eorum uenio
&c.) Priuſq́ꝫ exponam quid ſignificet enumeratio
gentium plurimarum:breuiter de interpretationis
uarietate dicẽdum eſt:Tharſis lingua Hebræa,ma- תַּרְשִׁישׁ
re appellatur:& (ut aiunt) Indiæ regio; licet Ioſe-
phus litera commutata,Tharſum putet nuncupari
pro Tharſis urbem Ciliciæ:ad quam Ionas de Iop- Ione.1.
pe fugiens,ire cupiebat.Phud autem ſiue Phul,Li- פּוּל
byes,omniſq́ꝫ Aphrica uſq́ꝫ ad mare Mauritaniæ,
in qua fluuius hodie qui Phud dicitur:& cũcta cir-
ca eum regio Phutenſis appellatur,Lud aũt Lydos
uocant:quorum coloni Hetruſci, qui nunc Thuſci
appellan

E appellãtur, quondam mittendarũ ſagittarum periſſimi, & nunc dicũtur tendẽtes ſagittã. Pro quo in Hebraico legit̃ מֹשְׁכֵי קֶשֶׁת, quod abſq; Lxx. oẽs ſimiliter tranſtulerũt, tendentes arcum: Et Lxx. poſuerunt μοσόχ, nomen pro uerbo interpretãtes: Qđ ſi accipiatur, Cappadocas ſignificat: quorũ metropolis Mazaca, q̃ poſtea à Cęſare Auguſto, Cæſarea nomẽ accepit. Qui neſcio quid uolẽtes, etiam in Geneſi ultimum Gene.10.d filiũ Aram, id eſt, Syrorũ Damaſci, q appellatur Mes, interpretati ſunt μοσόχ: ꝓ quo nos rectius Mœonas tranſ-תובל ferim⁹. Thubal autẽ ſiue Thobel, aut Italia ĩterpretatur: aut Iberia, hoc eſt, Hiſpania, ab Ibero flumine: unde & hodie Hiſpaniarum regio appellatur Celtiberia. De quibus pulchre Lucanus: Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberi: quos nos poſſumus Gallohi-יון ſpanos dicere. Græci autem qui ſermone Hebrai-

F co appellantur Iauan, Ionas ſignificãt: unde & Græci Iones, & mare Ionium. Et hoc cõſiderandũ, quod maxime oriẽtales de Iaphet poſuerit nationes, uno filiorum Noë: licet in Tharſis & Phud, Sem quoq; & Cham, id eſt, Indiæ & Aphricæ nominum fuerit recordatus, ut totum orbem oſtẽderet. Venit ergo dominus, ut opera cogitationes congreget ſingulorum. Ex quo diſcimus nõ ſolum opera, ſed & cogitationes eſſe in die iudicij iudicandas. Qui enim Matth.5.d uiderit mulierem ad concupiſcendum, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. De quibus dicitur: Nunc circundederunt eos cogitationes ſuæ, quando iudicabit dominus abſcondita hominum ſecundum euangelium Ieſu Chriſti: ut illud quod Apoſtolus Rom.2.c ſcribit, ueritate iudicij comprobetur: inuicem cogitationibus accuſantibus & ſatisfacientibus, in die qua iudicabit deus abſcondita hominum: ut cogitationes noſtræ omnes uno tempore congregatæ, iuſto iudice probẽtur: dum aut accuſat nos noſtra cõſcientia: aut ſatisfacit pro delicto, utrum plura ſint peccata, an bona opera: & utrum uetera an noua: utrum deleta pœnitẽtia, an nouis ſceleribus inſtau-Osee.4.b rata, quando dicit dominus: Vias eorum dedi in ca-Psal.32.c pita eorum: & cogitatiões eorum reddam eis. Qui finxit ſigillatim corda eorum, & intelligit omnia opera eorum. De quibus & in alio loco legimus: Tu 2.Para.6.f cognoſcis corda hominũ ſolus. Nemo eñ ſcit quæ 1.Cor.2.c ſint in homine, niſi ſpiritus hominis qui eſt in eo. Hier.23.e Vnde & per Hieremiã loquitur deus: Ego deus appropinquans, & nõ de lõge, dicit dñs: Nũquid abſcondet ſe in abſconditis homo, & ego ignorabo?

HEB. ut cõgregẽ cũ omnibus gentibus & linguis: et uenient & uidebunt gloriam meam. Et ponam in eis ſignũ: & mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes in mari, in Aphricã, in Lydiã tenẽtes ſagittam, in Italiã & Græciã, ad inſulas longe: ad eos qui non audierunt de me: & non uiderunt gloriam meam.

Deniq; ad ſcribas dicitur & ad phariſæos: Vos eſtis G qui iuſtificatis uoſmetipſos corã hominibus: deus Luc.16.d autem cognoſcit corda ueſtra. In quo conſiderãdũ, quod nõ dixerit, pater iuxta hæreticorum blaſphemias, ne filium uideretur excludere, ſed deus: quod patri filioq; cõmune eſt. In principio Ioan.1. eñ erat uerbum, et uerbum erat apud deum, & deus erat uerbũ: hoc erat in prĩcipio apud deũ. Ibi.8.c.10.c De quo idẽ Ioãnes ſcribit: Ipſe autem Ieſus non credebat ſe eis, quia ſciebat omnes, & nõ habebat neceſſe, ut aliqs teſtimoniũ daret ei de homine. Ipſe eñ nouerat quid eſſet in homine. Cui & Luc.6.b illud cõgruit: Sciẽs Matt.22.b autem Ieſus cogitationes eorũ: Et in alio loco: Sciẽs autem Ieſus maliciã eorum. Ac ne aliqua ſit dubitatio hæreticis, calumniam facientibus de uerbo dei, quod nouerit omnia in epiſtola quæ ad Hebræos Hebre.4.c ſcribitur, prolixius dicitur: Viuẽs enim ſermo dei, & euidens & acutus ſuper omnem gladium bicipitem, & diuidens uſq; ad partitionem animæ & ſpi- H ritus: artuum quoq; & medullarum & iudex cogitationũ & ſenſuũ cordis. Nullaq; eſt creatura inuiſibilis in cõſpectu eius. Omnia autem nuda & aperta ſunt oculis illius, de quo nobis ſermo eſt. Poſtq; aũt omnes cogitationes in unum fuerint congregatæ, accuſantes nos uel defendentes: tunc omnes gẽtes & linguæ cum cogitationibus ſuis pariter adducentur in medium. Linguas aũt iuxta Apoſtolũ Pau- 1.Cor.13.a lum: nõ ſolum hominum legimus, ſed & angelorũ. Ex quo intelligi datur, omnes creaturas à dño iudicandas: nõ ſolum ſuper terrã, ſed in aëre & in cœleſtibus: iuxta quod ipſe in ſuperioribus dixerat: In- Supra.34.a ebriatus eſt gladius meus in cœlo ad terramq; deſcendet. Venient aũt omnes, ut uideãt gloriam dei: & ponet in eis ſignũ quod in Ezechiele principio Ezech.9.b ſub ה literæ Hebraicæ interpretatione mõſtratur: Exod.12.b Quo ſigno qui fuerit impreſſus, manus percutiẽtis effugiet. Hoc & poſtes domorum in Aegypto ſignabantur: quãdo pereunte Aegypto, ſolus Iſraël, manſit illæſus. De hoc ſigno quod Achaz rex Iuda Supra.7.b nolebat accipere, Eſaias ꝓpheta teſtatur: Propterea dabit dominus uobis ſignum: Ecce uirgo in utero cõcipiet & pariet. Vnde & propheta quod pro- Psal.85.c miſſum fuerat, deprecatur: Fac mecum ſignum in bonum. Et in alio loco: Dediſti metuentibus te ſi- Ibid.59.a gnificationem, ut fugeret à facie arcus. Hoc nobis ad patrem aſcendẽs dominus dereliquit, ſiue in noſtris frõtibus poſuit, ut libere diceremus: Signatum Psal.4.b eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Quod autem

SEP. cõgregare omnes gẽtes & omes linguas: & uenient & uidebũt gloriam meam, & dimittam ſuper eos ſignum: & emittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes, in Tharſis, & Phud, & Lud, et Moſoch & Thobel, & ĩ Græciã, & in inſulas lõge, qui nõ audierũt nomẽ meum, neq; uiderunt gloriam meam.

Et annun



A tem ſequitur: Et mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gẽtes: & ſingulas enumerat: uidetur expoſitioni noſtræ eſſe contrarium. Si enim de die iudicij dicitur: Quomodo rurſum ad primum recurrit ſaluatoris aduentũ, quãdo apoſtoli dirigunt̃ ad gentes, Matth.28. & audiũt à dño: Ite docete oẽs gentes baptizantes eas in nomine patris & filij & ſpũs ſancti? Quod ita ſoluitur: Iudicij prædicatur dies, imò cõminatur: ut metu futuræ pœnæ, recipiãt ſaluatoris aduẽtũ, & apoſtolorũ euãgeliũ: qui ante mittendi ſunt. Pulchre autem dixit: Et mittam ex eis Supra.1.c qui ſaluati fuerint. Niſi eñ dñs nobis reliqſſet ſemen: quaſi Sodoma eſſemus, & ſimiles Gomorræ Roma.9.f fuiſſemus. Et Apoſtolus: Reliquiæ, inquit, ſaluæ factæ ſunt. Iſti mittuntur ad gentes in Tharſis, & Phud, & Lud, & Moſoch, & Thobel, & Græcias, & inſulas plurimas quæ lõge ſunt: & quæ nõ audierũt nomen dñi: neq; uiderunt gloriã eius. De qui- Supra.52.d bus iuxta hiſtoriã ſupra diximus: Nunc ſtringẽda Anagog. eſt Anagoge. Tharſis interpretat̃, exploratio gau- B dij: ut cõſideremus nõ ea quæ in præſenti ſunt, ſed Matth.25.b quæ in futuro: & audire mereamur: Quia in paucis fuiſtis fideles, ingrediemini in gaudium dñi ueſtri. 1.Pe.1.b De quo & Petrus apoſtolus ſcribit: Exultate gaudio ineffabili & glorioſo: ut laudemus deũ dicẽtes: Psal.125.a Impletũ eſt gaudio os noſtrũ: & lingua noſtra exultatione. Quodq; ſequit̃: Phud, interpretat̃, oris excluſio: ut omnem excludẽtes blaſphemiã, ea loqua- Ibi.70.c mur quæ bona ſunt, atq; dicamus: Os meũ annunciabit iuſticiã tuam dñe: tota die ſalutare tuum. Et Ibi.39.c rurſum: Non abſcõdi in corde meo ueritatẽ tuam, & ſalutare tuum dixi. Lud quoq; in lingua noſtra, utilitas uertit̃: & Moſoch, extẽſio: & Thubal ſiue Thobel, ductus ad luctũ, uel cõuerſus ad uniuerſa: quæ omnia uocationi gentiũ cõgruunt: ut utilitatem ſequant̃ per cõfeſſionẽ animæ ſuæ: & præteritorũ obliti, ad futura extẽdant̃. Lugeantq; antiqua peccata: & trahãtur ad luctum atq; triſticiã, quæ du- Matth.5. cit ad uitã. Beati quippe lugẽtes: quoniã ipſi ridebũt. Et cõuertant̃ omnes ad dñm: ut poſtea trãſeãt Roma.2.b ad gratiam, & ſciant dictum ab Apoſtolo: Gloria & honor & pax omni operanti bonum: Iudæo primum & Græco: quoniã non ſolũ Iudæorum deus, ſed & gẽtiũ. Porrò illud quod dicit̃: Et inſulis procul, quæ non audierũt nomen meũ, neq; uiderunt gloriã meã: Illis cõuenit de quibus ſupra legimus: Supra.52.d Quibus nõ eſt nunciatũ de eo uidebũt: & qui non Supra.65.a audierũt, intelligẽt: Et iterum: Apparui his qui me nõ interrogabãt: inuentus ſum ab his qui me non quærebãt. Dixi: Ecce adſum, his qui nõ inuocabãt nomen meũ. Inſulas aũt ſignificari, uel totius orbis

a HEB. Et annũciabũt gloriam meam in gentibus: & adducent omnes fratres ueſtros de cunctis gentibus donum dño: in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem ſanctum

gentes, uel eccleſias in toto orbe diſperſas, crebro C diximus. a ¶Et annunciabũt gloriã meam gentibus &c.) Hi qui ſalui fuerint & miſſi ad uarias nationes: & ad eos qui nõ audierant primũ: neq; uiderant gloriã dñi: Annũciabũt eam cunctis gẽtibus: & adducẽt fratres ppli Iudaici: quorũ reliquiæ ſaluæ factæ ſunt, munus dño de uniuerſis gẽtibus: uel ipſos qui idololatriæ errore cõtẽpto, ueri dei noticiam ſunt ſecuti: uel qui de toto orbe ex Iſraël populo crediderũt: Ad quos ſcribit & apoſtolus Petrus. Adducent autem eos in 1.Pet.1.a equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & carrucis. Pro carrucis, quas ſolus interpretatus eſt Symmachus: quem nos in hoc loco ſecuti ſumus: Aquila, Lxx. & Theodotio, mulos, trãſtulerũt. Et ubi poſuere Lxx. cum umbraculis, quæ nos dormitoria interpretari poſſumus; uel baſternas: Alij uoce conſona trãſtulerũt φορεῖα, quæ nos uarij generis interpretamur uehicula: ubi autẽ Lxx. & Theodotio dixerũt, lampenas: pro quibus Symmachus, lecticas interpretatus eſt: Aquila, σκέπαστα poſuit, D quod & ipſum lecticas opertas pellibus ſignificat. Hoc de uarietate translationũ dictũ ſit. Equos autem, & quadrigas, & lecticas, & mulos atq; carrucas, & diuerſi generis uehicula, angelica poſſumus intelligere miniſteria: de quibus alibi ad deũ dicit̃: Ab. [illegible]c.3.b Aſcende ſuper equos tuos: & equitatio tua ſalus. 4.Reg.2.b His equis, curribus, & quadrigis, Helias raptus ad cœlum eſt: & Heliſeus circũdari ſe atq; ſeruari, neſcienti puero demonſtrauit. Et Zacharias uidit in nocte: Ecce uir aſcẽdens ſuper equũ rufum: & iſte Zach.1.b ſtabat in medio duorũ montiũ umbroſorũ: & poſt eum equi rufi, & ſturnini, & uarij, & albi: & dixi, inquit: Quid ſunt iſti dñe? Et ait ad me angelus qui loquebat̃ in me: Ego oſtẽdã tibi quid ſint iſti. Et reſpõdit uir qui ſtabat in medio mõtiũ, & ait ad me: Iſti ſunt quos miſit dñs, ut perambulent terrã. Ioannes quoq; in Apocalypſi hæc ſe uidiſſe teſtat̃: Vidi Apoc.19.b cœlum apertũ, & ecce equus albus: & qui ſedebat ſuper eum uocabat̃ fidelis & uerus, & iuſticia iudicãs, & bellator: Oculi aũt eius quaſi flamma ignis: & ſuper caput eius diademata plurima: habens nomen ſcriptũ, quod nemo nouit niſi ipſe: & amictus erat ueſte aſperſa ſanguine: & uocabat̃ nomen eius uerbum dei: & exercitus in cœlo ſequebat̃ eum in equis albis, ueſtitus byſſo albo atq; mundiſſimo: & de ore eius egrediebatur gladius acutus: ut in ipſo percuteret gentes. Equo rufo ſedebat dñs atq; ſaluator, humanũ corpus aſſumens: cui dicit̃: Quare Supra.63.a rubra ſunt ueſtimẽta tua? Et: Quis eſt iſte qui aſcẽdit de Edom, fulua ueſtimenta eius de Boſra? Et ſe-

SEP. Et annunciabunt gloriam meam in gentibus: & addũcẽt fratres ueſtros de cunctis nationibus donum domino: cum equis & rhedis, in lampenis mulorum, cum umbraculis in ſanctam ciuitatem Hieruſalem

E quebantur cum uariorū colorū equi:uel in marty
rio rubri:uel ſturnini,in uolatu:uel uarij,in uirtu
tibus:uel candidi in uirginitate.Equo aūt ſedebat
albo,qñ poſt reſurrectionē,immortale & incorru-
ptū corpus aſſumpſit.Et quicunq; eum ſequeban-
tur,cādidis utebā-
tur equis:incorru
ptis uidelicet im-
mortalibusq; cor-
poribus.Lōgū eſt,
ſi uelimus utrūq;
explanare teſtimo
nium:hoc ſolū di-
cam:quod diuerſa
uehicula,qbus ho
mines adducūtur

HEB.meum Hieruſalem, a dicit dominus. Quōmodo ſi inferāt filij Iſraël munus in uaſe mundo in domum domini. Et aſſumā ex eis in ſacerdotes,& leuitas dicit dominus.

ad fidem,angeli ſint,uel ſancti uiri qui de homini-
bus in angelos profecerunt.Quod aūt unuſquiſq;
noſtrum habeat angelos,multæ ſcripturæ docēt:ē
Matth.18.b quibus illud eſt:Nolite cōtemnere unum de mini
mis iſtis:quia angeli eorum uidēt quotidie faciem
Act.12.c patris,qui eſt in cœlis.Et puella Rode Petrū apo-
ſtolum nunciāte,alij angelum ipſius eſſe credebāt.
Sin autem hoc de minimis dicitur,& de uno homi
ne,quāto magis de omnibus ſanctis:Et præcipue
de apoſtolis ſentiendum eſt:quorum angeli quoti-
die uidēt faciem patris:iuxta illud quod ſcriptum
Pſal.33.b eſt:Circūdat angelus dñi in circuitu timētiū eum.
Gal.4.d Et Iacob de ſe loquit:Angelus qui liberauit me.
Iſti ſunt qui aſcendūt & deſcendunt ſuper filiū ho-
F minis.Qui ueloces ſunt in fide,equis uehūtur:qui
multiplices in gratia,quadrigis:qui conſolatione
indigēt,tectis lecticis & umbraculis,ut audire me-
Pſal.120.b reantur:Per diem ſol non uret te:neq; luna per no
ctem.Mulos autem in ſcripturis ſanctis dupliciter
accipimus:Vel in ſterilitate & cōtinētia:qualibus
ſedit Dauid & Salomon:quorum alter interpreta-
tur,fortis manu:alter,pacificus.Vel in mala parte,
Pſal.31.c de quibus dicit:Nolite fieri ſicut equus & mulus,
quibus nō eſt intellectus.Quibus præpoſitus erat
1.Reg.21.c Dohec.Carrucæ aūt pro qbus(ut ſupra diximus)
Lxx.tecta uehicula,cæteri uehicula ſimpliciter
trāſtulerūt:illi intelligēdi,de quibus Apoſtolus lo
Gal.6.a quitur:Inuicem onera ueſtra portate.Porrò lam-
penæ,ſplendentia ſanctorū intelligēda ſunt corpo
ra,& animæ fide dñi illuminatæ:qbus dici poteſt:
Matth.5.b Vos eſtis lux mundi.Hic autem omnis apparatus
illò proficit,ut ingrediamur ſanctam ciuitatē dei,
ſiue ſanctum mōtem dñi Hieruſalē:nō illam quæ
occidit prophetas:& quæ lapidat miſſos ad ſe,ſed
Gal.4.d Hieruſalē cœleſtem:De qua crebro diximus:Quæ
aūt ſurſum eſt Hieruſalem,libera eſt,quæ eſt mater
Heb.12.f noſtra.Et iterum:Sed acceſſiſtis ad Sion montē &
ciuitatē dei uiuentis Hieruſalem cœleſtem.Quod
uel de præſenti eccleſia poſſumus intelligere:quæ
toto orbe per apl'os cōgregata eſt,uel de futura:ut
impleat illud quod Apoſtolus ſancto ſpiritu pro-
1.Theſſ.4.d phetauit:Rapiemur in nubibus obuiā dño in aë-
re:& ſic ſemper cum dño erimus.Iudæi & Iudaici

erroris heredes Hebionitæ,qui pro humilitate ſen G
ſus nomen pauperū ſuſceperūt:omneſq; mille an-
norū delicias præſtolantes:equos & quadrigas,&
rhedas, & lecticas, ſiue baſternas, & dormitoria,
muloſq; & mulas,& carrucas,& diuerſi generis ue
hicula, ſic intelli-
gūt,ut ſcripta ſūt:
Quod uidelicet in
cōſummatiōe mū-
di,quādo Chriſtus
Hieruſalem regna
turus aduenerit:&
templū fuerit in-
ſtauratum: & im-
molatæ Iudaicæ ui
ctimæ,de toto or-

SEP.ruſalem,dicit dominus.Quomodo ſi offerant filij Iſraël uictimas ſuas mihi cum pſalmis in domo domini: & ex eis ſumam ſacerdotes & leuitas, dicit dominus.

Sicut

be reducātur filij Iſraël:nequaq; aſſumptis alis:ſed
Sarraco Gallico,couiniſq; bellicis & equis Cappa
dociæ atq; Hiſpaniæ,ac rhedis Italiæ,& matronæ
eorum lecticis referātur atq; baſternis:nequaq; ſu-
per equos,ſed ſuper mulos Numidiæ.Qui aūt ſe-
natoriæ fuerint dignitatis,& locum principū obti
nuerint:de Britannis,Hiſpanis,Galliſq; extremis
hominū Morinis,& ubi bicornis findit Rhenus,
in carrucis ueniāt,occurrentibus ſibi cunctis gen
tibus,quæ eorum ſeruituti fuerint præparatæ.
a ¶Quomodo ſi inferant filij Iſraël munus &c.)
Qui ad gētes,ait,directi fuerint,& annunciauerint
eis gloriā meā:Sic adducent fratres ueſtros de uni-
uerſis nationibus munus dño:cum equis,& qua- H
drigis,& lecticis,& mulis & carrucis,& diuerſis ue
hiculis in montē ſanctum Hieruſalē:quomodo ſo
lebāt filij Iſraël,dum eorū ſtaret religio:& templi
cæremoniæ ſeruarētur,offerre uictimas cum pſal-
mis in domo dñi.Siue ut habetur in Hebræo:& o-
mnes uoce cōſona trāſtulerūt,in uaſe mūdo:quod
& uſq; hodie offerūt in domo dei,quæ eſt eccleſia,
filij Iſraël qui mēte conſpiciūt deū,hoſtias ſpūales
cum fructibus atq; uirtutibus animæ ſuæ in uaſis
mundis,hoc eſt,in ſanctis corporibus. De quibus
Apoſtolus ſcribit:An ignoratis quia templū dei 1.Cor.3.c
eſtis:& ſpiritus ſanctus habitat in uobis:Et ſumā,
inquit,ex eis ſacerdotes & leuitas,dicit dñs:ut qui
ſaluati fuerint,gētibus prædicarēt.De qbus unus
loquebat: Sic nos reputet homo quaſi miniſtros 1.Cor.4.a
Chriſti,& diſpēſatores myſteriorum dei.Et Lucas
euangeliſta:Sicut tradiderunt,inquit,nobis, qui à
principio uiderūt & miniſtri fuerūt ſermonis.De
qbus & ſupra legimus:Vos eritis mihi ſacerdotes Supra.61.b
dñi.Quomodo enim in abſcondito Iudæus eſt,qui Roma.2.d
ſpiritu circuncidit:de quo ſcriptū eſt: Nos ſumus Phil.3.a
circunciſio,qui ſpiritu deo ſeruimus:& offerimus
ſpirituales uictimas placētes deo:pſallimuſq; ſpiri
tu & ſenſu:Sic & ſacerdotes & leuitæ in abſcōdito
ſunt:qui nō ſeriē generis ſequūt,ſed ordinē fidei.
Vel certe nō dicit de apl'is & apl'icis uiris,qui prin
cipes fuerūt eccleſiæ ex populo Iudæorū:ſed de enu
meratis ſupra gētibus:de mari,de Aphrica,de Li-
bya,de Cappadocia,de Italia,de Græcia,de cunctis
inſulis



A inſulis:quarum habitatores primum nō audierant
dñm:nec uiderant gloriā eius:& poſtea uertentur
in ſacerdotes,ut qui fuerāt cauda,ſint caput:& qui
caput,uertantur in caudam. a ¶Quia ſicut cœli
noui & terra &c.)Quādo dicit:Aſſumā ex eis in ſa
cerdotes & leui-
tas:oſtendit uetus
ſacerdotiū præter-
miſſum:quod tri-
bui leuiticæ debe-
batur ubi non eſt
electio, ſed ordo
naturæ: & ſeries
eſt familiæ per po
ſteros deſcendens.
Tranſlato enim ſa
cerdotio, neceſſe
eſt ut & legis trāſ-
latio fiat:& electio

a HEB.Quia ſicut cœli noui & terra noua:quæ ego facio ſtare coram me,dicit dominus:ſic ſtabit ſemen ueſtrum,& nomen ueſtrū. Et erit menſis ex menſe:& ſabbatum ex ſabbato:ueniet omnis caro,ut adoret corā facie,dicit dominus.

ad eos pertineat:quibus nequaq; iuxta ſanguinē,
ſed iuxta merita atq; uirtutes ſacerdotiū defertur:
qui uenīēt de inſulis gētiū,& gloriā dñi nūciabūt:
Et adducent in equis,& in quadrigis,& in lecticis,
& in mulis,& in carrucis.Quomodo aūt cœlū no-
uum,& terra noua erit,& noua Hieruſalem,ut ne-
Matth.24.c quaq; dicat:Cœlū & terra pertrāſibunt.Et iterum:
Apoc.6.d Inuoluet cœlū quaſi liber:& corruptione diſſipa-
B bit terra:Sic in omnibus nouis,nouus fiet & ppl's
Supra.43.c dei:dicente ſcriptura:Vetera trāſierunt:ecce facta
2.Cor.5.d ſunt omnia noua.Et in alio loco:Si qua in Chriſto
noua creatura:eritq; & ppl's nouus:Primitiæ enim
Chriſtus.Deinde qui ſunt Chriſti in aduentu eius
cœlumq; & terra noua:de quibus inter octo beati-
Matth.5. tudines dicit:Beati pauperes ſpiritu:qm ipſorū eſt
regnū cœlorū.Beati mites,qm ipſi poſſidebūt ter-
Roma.8.d rā.Si quidē omnis creatura nūc ſubiecta eſt uanita
ti in ſpe,ꝓpter eū qui ſubiecit eā.Liberabunt aūt à
ſeruitute corruptionis in gloria filiorū dei,qui fīēt
de hoībus filij eius:& ſtabūt in cōſpectu illius ſem
per:& nomē eorū iugiter ꝑmanebit:ut nequaq; il-
lis gēs ſuccedat alia,qđ factū eſt in Iudæis:ſed ma-
neāt in æternū.Et erit,inquit,mēſis ex mēſe,& ſab
batum ex ſabbato:ut de carnalibus ſabbatis mēſi-
buſq; fiāt ſpiritualia ſabbata delicata,qui ſabbatiſ-
mus dei ppl'o reſeruat:Et mēſis ſpūalis,qñ à pūcto
uſq; ad punctū luna cōplebit:& ſuo curret ordine,
ut efficiat menſem:id eſt,kalendas,quæ Græce ap-
pellant νεομηνίαν,hoc eſt,mēſis noui exordiū:apud
quos initiū Kalendarū,nō iuxta ſolis curſum,& di
uerſa menſiū ſpacia,ſed iuxta lunæ circuitū incipit
& finit.Hæc eſt luna,de qua in laude ueri Salomo
Pſal.71.a nis dicit:Et permanebit cum ſole & ante lunā in
generationes generationū.Quæ in cātico cantico-
Can.6.d rū appellat electa:Quæ eſt hæc quæ ꝓceſſit quaſi
diluculū:pulchra ut luna:& electa ut ſol admirabi-
lis:Aiunt Phyſici,& quorū curæ eſt de cœleſtibus
diſputare:lunam nō habere propriū lumē,ſed ſolis
radijs illuſtrari.Ab ea em̄ ſemꝑ orbis parte cōplet
& fulget,à qua ſoli uicinior eſt:nec umbra terræ

obſcurat:quod & Poëta uno uerſiculo demonſtra C
uit: Nec fratris radijs obnoxia ſurgere luna. Si
hoc uerū eſt:& nos Tropologice poſſumus dicere: Tropol.
eccleſiā quæ pace & perſecutiōibus creſcit atq; de-
creſcit:& oppreſſa tentationū tenebris rurſum pri
ſtinum lumen aſſu
mit:habere ſplen-
dorem à ſole iuſti-
ciæ:& hoc eſſe qđ
dicitur: Splēdebit Supra.30.f
luna quaſi ſol,ha-
bitatoreſq; eius iu
ſtos fulgere quaſi
ſolem in regno pa
tris ſui.Et per hos
menſes ſemē dñi,
qđ inſtauratū eſt
in æternum,ueni-
re ad ſolennitates

SEP.Sicut em̄ cœlū nouū & terra noua quæ ego facio permanere in cōſpectu meo,dicit dñs:ſic ſtabit ſemē ueſtrū & nomē ueſtrū. Et erit mēſis ex mēſe:& ſabbatū ex ſabbato:ueniet oīs caro ut adoret in cōſpectu meo in Hieruſalem dñm.

Et egre

ſuas:quas ſanctus myſtico ore reſonabat, dicens:
Annos æternos in mēte habui,& meditatus ſum. Pſal.76.b
De ſabbato aūt quod ſignificat requiem,pleno ſer Supra.56.b
mone tractauimus,in eunuchorū & aduenarū pro
phetia:Et nūc breuiter eſt dicēdū,eos uenire in ne-
omenijs & in ſabbatis:qui ſex diebus in quibus fa
ctus eſt mūdus,tranſcenſis atq; præteritis, feſtināt
ad ſeptimū diem,id eſt,ſabbatū:in quo uera eſt re- D
quies.De his ſolēnitatibus,credētes Paulus apoſto
lus inſtruebat,dicēs:Vmbrā em̄ habēs lex futuro- Heb.10.a
rū bonorū.Et iterū:Ne qs ergo uos iudicet in ci- Gal.2.c
bo,aut potu,aut in parte diei feſti,aut meomeniæ,
aut ſabbatorū,q̄ ſunt umbræ futurorū.Si aūt hæc
in umbra futurorū bonorū,& in imagine ꝓceſſe-
rūt:omnis lex ſpūaliter intelligēda eſt:de qua idem
dicebat Apl's:Scimus quia lex ſpiritualis eſt:cuius Roma.7.c
myſteria & Dauid noſſe cupiebat: Reuela oculos Pſal.118.c
meos,& cōſiderabo mirabilia de lege tua.Quæ em̄ 2.Cor.4.d
uident,tēporalia ſunt,quæ aūt nō uident,æterna.
De qbus omnia celeri diſputatione percurrere,nō
eſt huius tēporis.Si em̄ nec oculus uidit:nec auris Supra.64.d
audiuit:nec in cor hoīs aſcēderūt,quæ præparauit et.1.Cor.2.b
deus diligētibus ſe,quomodo nos totius legis q̄ſi
uniuerſi orbis deſcriptionē in breui tabella cona-
mur oſtēdere:Quodq; ſequit:Veniet omnis caro,
ut adoret in cōſpectu meo in Hierl'm:Sciendū qđ
in Hebraico non ſit ſcriptū,Hieruſalē:ut decutia-
mus ſuperciliū Iudæorū:ſed tātū in cōſpectu meo,
ut ſermo dñi compleat,dicētis in euāgelio: Amen Ioan.4.c
amen dico uobis:qm̄ ueniet hora qñ neq; in mōte
iſto,neq; in Hieroſolymis adorabitis patrē.Et ite-
rum:Spiritus eſt deus.Et eos qui adorāt eū,in ſpi-
ritu & ueritate oportet adorare.Et illud Apoſtoli:
Leuātes ſanctas manus in omni loco.Omnis autē 1.Tim.2.c
caro nō populū Iudæorū,ſed omne hominū ſigni-
ficat genus:iuxta illud qđ ſupra dictū eſt:Videbit Supra.40.b
omnis caro ſalutare tuū.Et in Ioële:Effundā de ſpi Ioel.2.g
ritu meo ſuper omnē carnē:& prophetabūt filij ue
ſtri & filiæ ueſtræ.Et in Zacharia:Timeat oīs ca- Zach.2.d
ro à facie dñi.Et in Pſalmis:Ad te omnis caro ue- Pſal.64.a

a Et egrẽdientur & uidebũt cadauera uirorum
qui præuaricati ſunt in me. Vermis eorũ non
morietur: & ignis eorum non extinguetur. Et
erunt uſq; ad ſatietatem uiſionis omni carni.

E niet. Quod alijs uerbis in alio pſalmo dicit: Omnes
Eſa.56.b gentes quas feciſti, uenient & adorabunt in con-
ſpectu tuo: & glorificabunt nomen tuum domine.
Menſem ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato: in qui-
bus ueniet omnis caro, ut adoret deum: ridicule
interpretantur χιλιασαὶ,
quos nos dicere poſſu-
mus miliarios: ut qui in
uicino ſunt, omni ſabba
to ueniãt in Hieruſalẽ:
qui longius, per menſes,
id eſt, kalendarum orbe
cõpleto, qui ualde pro-
cul, per annos ſingulos: hoc eſt, diebus paſchæ ſiue
Zach.14.c tabernaculorum: Iuxta illud quod in Zacharia di-
citur: Aſcendent ab anno in annum, ut adorent do
minum regem exercituum: & celebrent feſtiuita-
tem tabernaculorũ. Et ut maiorem riſum præbeãt
audiẽtibus: quod in ultimo eiuſdem prophetæ uo-
lumine ſcribitur: Et non erit mercator ultra in do-
mo domini exercituum in die illo: Sic interpretan
tur: ut negociatores in mille annis eſſe deſiſtant,
quia omnia naſcantur in omnibus locis: quo ſcili-
cet nec nos indigeamus folio amomo, & pipere,
nec Indi à nobis puleium deſiderent. a ¶Et egre-
dientur & uidebũt cadauera &c.) Omnis caro quæ
F adoratura eſt in conſpectu domini, uel in Hieruſa
lem cœleſti, uel in omni loco in quo leuãtur mun-
dæ manus: egredietur, ut uideat cadauera hominũ
mortuorũ, qui præuaricati fuerint in deum. Quod
uel de Iudæis intelligi poteſt, de quibus dictũ eſt:
Supra.1.a Filios genui & exaltaui: ipſi autem me ſpreuerunt.
Vel de omnibus qui habentes noticiam dei in cor-
dibus ſuis: auerſi ſunt in uanitatem: ut adorẽt crea
turam potius quàm creatorem. Egrediẽtur autem
non loco, ſed intelligentia. Neque enim cadauera
mortuorũ poſſunt intus eſſe cum domino. Quod
ſi omnis caro adoratura eſt dominum: & ecõtrario
cadauera uirorũ, qui præuaricati ſunt in domino,
æternis tradẽtur ardoribus: in utrãq; partem, ueræ
carnis erit reſurrectio. Vermis autem qui non mo
rietur, & ignis qui non extinguetur, à pleriſq; con
ſcientia accipitur peccatorũ quæ torqueat in ſup-
plicijs conſtitutos: quare uitio ſuo atq; peccato ca-
Pſal.31.a ruerint electorũ bono: iuxta illud quod dicit: Ver
ſatus ſum in miſeria, dum infigitur mihi ſpina. Et
Prouer.25.d in Prouerbijs: Tinea oſſium cor intelligens. Et ite-
rum ſub obelo: Sicut tinea, ueſtimentũ: & uermis,
lignum: ſic mœror excruciat cor uiri: Ita duntaxat,
ut nõ negent præuaricatorũ, & dominũ negantiũ,
æterna ſupplicia: Dicente domino in euangelio:
Matth.25.d Ite in ignem æternum qui præparatus eſt diabolo
Ibi.22.b & angelis eius. Et in alio loco. Ligate manus eius
& pedes, & mittite eum in tenebras exteriores: ibi
erit fletus & ſtridor dentium. Si manus audiuimus
& pedes, & tenebras exteriores, quæ oculorũ pœ- C
na eſt lumen deo non uidentiũ: & fletum qui utiq;
& ipſe ad oculos pertinet, & ſtridorem dentium:
Miror quoſdam aẽreum corpus: & paulatim in au
ras tenues diſſoluendum poſt reſurrectionem in-
troducere: quia domi-
nus potentia maieſtatis
ſuæ, ad apoſtolos clauſis
ingreſſus eſt ianuis: Qui Ioan.20.e
certe & ante reſurrectio
nem pendulo ſuper ma-
re ambulauit inceſſu: &
hoc ipſum apoſtolo præ-
buit Petro: ut qui fide ambulabat, infidelitate poſt-
ea mergeretur: cui dictum eſt: Quare dubitaſti mo Matth.14.c
dicæ fidei? Ignis quoq; iuxta id accipiendus, quod
& uermis: qui tam diu ſuccenditur, quàm diu ha-
bet materiam, qua uorax flamma paſcatur. Si quis Ibi.13.d
igitur habeat in conſcientia ſua zizania, quæ ini-
micus homo dormiente patrefamilias ſuperſemina
uit: hæc ignis exuret: hæc uorabit incendium: Et
omnium ſanctorum oculis eorum ſupplicia mon-
ſtrabuntur: qui pro auro & argento, & lapide pre-
cioſo, ædificauerunt ſuper fundamentũ domini, fœ
num, ligna, ſtipulam, ignis pabulum ſempiterni.
Porrò qui uolunt ſupplicia aliquãdo finiri: & licet
poſt multa tempora, tamen terminum habere tor-
menta, his utũtur teſtimonijs. Cum intrauerit ple- Roma.11.e
nitudo gentiũ, tunc omnis Iſraël ſaluus fiet. Et ite- H
rum: Concluſit deus omnia ſub peccato, ut omni- Gal.3.d
bus miſereat. Et in alio loco ſanctus loquitur: Iram Michee.7.b
domini ſuſtinebo: quia peccaui ei, donec iuſtificet
cauſam meam: & auferat iudicium meum: & edu-
cat me in lucem. Et rurſum: Benedicã te domine: Supra.12.a
quoniam iratus es mihi. Auertiſti faciem tuã à me,
& miſertus es mei. Dominus quoq; loquit ad pec-
catorem: Cum ira furoris mei fuerit, rurſum ſana-
bo. Et hoc eſt quod in alio loco dicit: Quàm gran- Pſal.30.c
dis multitudo bonitatis tuæ domine: quam abſcon
diſti timẽtibus te. Quæ omnia replicant, aſſeuerare
cupientes: poſt cruciatus atq; tormẽta, futura refri
geria: quæ nũc abſcondenda ſunt ab his quibus ti-
mor utilis eſt: ut dum ſupplicia reformidant, pecca
re deſiſtant. Quod nos dei ſolius debemus ſciẽtiæ
derelinquere: cuius nõ ſolum miſericordiæ, ſed &
tormẽta in põdere ſunt: & nouit, quem, quomodo,
aut q̃diu debeat iudicare. Solumq; dicamus, quod
humanæ cõuenit fragilitati: Domine ne in furore Pſal.6.et.37.
tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Et ſi-
cut diaboli & omnium negatorũ atq; impiorũ, qui
dixerũt in corde ſuo: Non eſt deus, credimus æter Pſal.13.
na tormenta: Sic peccatorum atq; impiorum & ta-
men Chriſtianorum, quorum opera in igne pro-
banda ſunt atque purganda, moderatã arbitramur
& mixtam clementiæ ſententiam iudicis.

COMMENTARIORVM DIVI HIERONYMI
in Eſaiam prophetam, finis.



A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMMEN- C
tariorum Hieremiæ ad Euſebium procemium.

POſt explanationes duodecim prophetarũ, Eſaiæ, Danielis, & Ezechielis, ad extremũ
in Hieremiam manum mittimus: tibi frater Euſebi eoſdem cõmentariolos dedicãtes:
ut euangelicum uirum Matthæo euãgeliſtæ copules: quem ante annos plurimos ſtri-
ctis ſenſibus te hortãte diſſerui. Et quia uolumen longiſſimũ eſt, & in pleriſq; manife-
ſta hiſtoria texitur: illud prudentiã tuam admoneo: ne quæras in hoc latam explanationẽ: ſuper
his maxime, quæ iam & in prophetis alijs dicta ſunt: & per ſe patent intelligẽtiæ. Sicq; conabor
notariorum manu ſcribere: ut nihil deſit in ſenſibus, cum multũ deſit in uerbis. Stamina tibi atq;
ſubtegmina & licia præparabo: tu pulcherrimã ueſtem ipſe cõficito: ut non ſolum nos audire, ſed
etiam docere poſſis & alios. Libellum autem Baruch, qui uulgo æditioni Lxx. copulatur: nec ha
betur apud Hebræos, & ψευδόγραφον epiſtolam Hieremiæ nequaq; cenſui diſſerendam, ſed magis
Hieremiæ ordinem librariorum errore cõfuſum: multaq; quæ deſunt, ex Hebræis fontibus dige
rere, ordinare: deducere, ac complere: ut nouum ex ueteri, uerumq; pro corruptuo atque falſato
prophetam teneas: paruipendens obtrectatorũ rabiem, qui non ſolum uerba, ſed ſyllabas quoq;
noſtrorum uerborum calumniantur: in eo ſe ſcire aliquid arbitrantes, ſi de alienis operibus detra
hant: ut nuper indoctus calumniator erupit: qui cõmentarios meos in epiſtolam Pauli ad Ephe-
ſios reprehendendos putat: Nec intelligit, nimia ſtertens uecordia, leges cõmentariorum: in qui-
bus multæ diuerſorum ponuntur opiniones, uel tacitis, uel expreſſis autorum nominibus: ut le-
ctoris arbitrium ſit quid potiſſimum eligere debeat decernere: quanq; & in primo eiuſdem ope-
ris libro præfatus ſim, me uel propria uel aliena dicturum: & ipſos cõmentarios, tam ueterũ ſcri-
ptorum eſſe quàm noſtros. Quod non uidens præcurſor eius Grunnius, olim niſus eſt carpere.
Cui duobus reſpondi libris, quæ iſte quaſi ſua profert: & alio iam calumniante purgata ſunt: ut
prætercam contra Iouinianum uolumina: in quibus dolet uirginitatem nuptijs: & nuptias diga-
B miæ, digamiam polygamiæ eſſe prælatam. Nec recordatur ſtolidiſſimus & ſcortorum pultibus D
prægrauatus nos in ipſo dixiſſe opere: Non damno digamos: imò nec trigamos: & ſi fieri poteſt
octogamos: plus aliquid inferam, etiam ſcortatorem recipio pœnitentem: quicquid æqualiter li-
cet, æquali lance penſandum eſt. Legat eiuſdem operis Apologiam: quam ante annos plurimos
aduerſus magiſtrũ eius, gaudens Roma ſuſcepit: & tunc animaduertet alienis ſe uocibus blaſphe
mare: & in tantum eſſe imperitum: ut ne maledicta quidem habeat propria: ſed inimicorũ etiam
olim ſepultorum contra nos utatur rabie. Sed iam propoſitum opus aggregiendum eſt.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
IN HIEREMIAM PROPHETAM
LIBER PRIMVS.

a VERBA HIEREMIAE filij Helkiæ de ſacerdotibus qui fuerũt in Anathot in terra Beniamin: quod factum eſt uerbum domini ad eum in diebus Ioſie filij Amon regis Iuda in tertiodecimo anno regni eius. Et factũ eſt in diebus Ioachim filij Ioſie regis

VERBA Hieremiæ filij Helkiæ de ſa-
cerdotibus qui &c.) Cæteri prophetæ
ut Eſaias,
Oſee, Ioël,
fuerũt ante
captiuitatem decem tri-
buum Iſraël: ſiue duarũ
tribuum, Iudæ & Benia
min. Alij poſt captiuita
tem: ut Daniel, Aggeus
& Zacharias. Hieremias
autem & Ezechiel im-
minente captiuitate ua-
ticinium texuerunt: ſed
alter eorum in terra Iu-
da: alter in Babylone. Hieremias cum eſſet adhuc
puer, prophetare cœpit anno tertiodecimo Ioſie fi-
lij Amon regis Iudæ. Prophetauitq; in imperio
eius annis decem & nouem: & poſtea ſub Ioachim
filio eius annis undecim: & ſub Sedechia, qui ulti-
mus fuit regũ Iuda, annis undecim, uſq; ad quintũ
menſem, quando à Ba-
bylonijs capta eſt Hie-
ruſalem, Ioachaz uero
& Iechoniæ terni men-
ſes (quorũ alter in Ae-
gyptũ: alter cum matre
ductus eſt in Babylonẽ)
in ſupradictis annis cõ-
putantur: ac per hoc ab
exordio prophetiæ ſuæ
uſque ad captiuitatem
Hieruſalem, in qua &
ipſe captus eſt, propheta
uit annis quadraginta & uno: præter illud tempus

E quando ductus eſt in Aegyptũ. Ibiq; prophetauit in Taphnis, ut hoc ipſo uolumine continetur. Pro uerbis Hieremiæ: Lxx. poſuerunt, uerbũ dei quod factum eſt ad Hieremiã: hoc uidelicet ſenſu, quod uerba Hieremiæ uerbũ ſit dñi. Fuit aũt de genere ſacerdotũ qui habitabãt cõtra ſeptentrionẽ Hieruſalẽ in tertio miliario in uiculo Anathot. Simulq; admirabilis clemẽtia dñi, ꝙ iam captiuitate uicina & Babylonio exercitu uallante Hieruſalem: nihilominus populũ ad pœnitẽtiã prouocat: malens ſaluare cõuerſos, q̃ perdere delinquẽtes. Pro tranſmigratione quod omnes alij uoce cõſona trãſtulerũt: Lxx. poſuere, captiuitatem. Poſt exordium aũt uaticinationis Hieremiæ, triceſimoqnto prophetiæ eius anno, Ezechiel in Babylone his qui cum eo capti fuerãt

F exorſus eſt prophetare. a ¶Et factum eſt uerbũ dñi ad me, dicẽs: Priuſq; te formarem &c.) Non quo ante conceptionem, ut hæreſis ſuſpicatur, fuerit Hieremias: ſed quo præſciret eum futurũ dñs: cui necdum facta, iam facta ſunt: ſecundũ illud qđ

Roma. 4. c Apoſtolus loquit̃: Qui uocauit ea quæ non erant quaſi ea quæ eſſent. Quod aũt ſanctificatur in utero:

Gal. 1. c iuxta illud Apoſtoli debemus accipere: Poſtq; autẽ placuit ei qui me ſegregauit de utero matris meæ, & uocauit per gratiã ſuam, ut reuelaret filiũ ſuum in me: ut euangelizarem illum in gentibus.

Luc. 1. b Ioãnes quoq; baptiſta ſanctificatur in utero: & ſanctum ſpiritũ accipit, & mouetur in uulua, & per os

Hiere. 1. a matris loquitur. Quod aũt dixit: prophetã gẽtibus dedi te: illud uult intelligi, quod in ipſo poſtea propheta lecturi ſumus, quod non ſolum Hieruſalem, ſed & multis in circuitu gentibus ꝓphetarit. Quidam hunc locũ ſuper ſaluatore intelligũt: qui proprie propheta gẽtiũ fuit: & per apoſtolos uocauit omnes nationes. Iſte eñ uere priuſq; in utero uirginali formaret̃ & anteq; exiret de uulua matris, ſanctificatus in utero eſt: & notus patri: quippe qui ſemper in patre, & in quo ſemper eſt pater.

b ¶Et dixi: ah, ah, ah, domine deus &c.) Deteſtatur officium quod pro ætate nõ poteſt ſuſtinere: eadẽ

Exo. 4. c. 6. b uerecundia qua & Moyſes tenuis & gracilis uocis eſſe ſe dicit. Sed ille quaſi magnæ robuſtæq; ætatis corripitur: huic pueritiæ datur uenia: quæ uerecũdia & pudore decoratur. c ¶Et dixit dominus ad me: noli dicere, quia puer ſum &c.) Ne ætatem,

regis Iuda, uſq; ad conſummationem undecimi anni Sedechiæ filij Ioſie regis Iuda, uſq; ad tranſmigrationem Hieruſalem, in menſe

a quinto. Et factũm eſt uerbum domini ad me, dicens: Priuſquàm te formarem in utero, noui te: & antequàm exires de uulua, ſanctificaui te: prophetam gentibus dedi te.

b HEB. Et dixi: ãh ah ah dñe deus, ecce neſcio loq, qa puer ego ſum. SEP. Et dixi, ò domine deus, neſcio loq, quia iuuenis ſum.

c Et dixit dñs ad me: Noli dicere, puer ſum: quoniã ad omnia quæ mittam te ibis: & uniuerſa quæcunque mandauero tibi loqueris. Ne timeas à facie eorum quia ego tecũ ſum:

d ut eruam te, dicit dominus. Et miſit dominus manum ſuam & tetigit os meũ: & dixit dñs

e ad me: Ecce dedi uerba mea in ore tuo. Ecce ego conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna: ut euellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes,

inquit, conſideres: alio enim propheta loquente didiciſti: Cani hominis ſunt, ſapiẽtia eius: tuæ ſit tan G

Sapien. 4. b tum uoluntatis ut pergas: me habebis comitem: quo cuncta adiuuante complebis: aperi os tuum & implebo illud. Nec cõſideres multitudinem eo- Pſal. 80. b

rum ad quos & contra quos locuturus es: ſed me qui tecum ſum, ut eruam te, dicit dñs. Liberat aũt dñs, nõ quo propheta perſecutiõibus careat & anguſtijs: quippe cum legamus eum multa perpeſſum: ſed ut patiens omnia ſuperet, nec cedat anguſtiæ. d ¶Et miſit dñs manum ſuã & tetigit os meũ &c.) Notandũ ꝙ hic manus mittatur dei quæ tangat os prophetæ, & dicatur ei: Ecce dedi uerba mea in ore tuo. In Eſaia aũt ſcriptũ ſit: Et miſſus eſt ad Eſa. 6. b

me unus de Seraphim, & in manu habebat carbonem quem forcipe tulerat de altari: & tetigit H

os meũ & dixit: Ecce tetigit iſte labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua mundabit. Ibi enim quia ſolidæ & perfectæ ætatis erat: & ipſe ſimpliciter cõfitetur ꝙ immũda labia habeat: & habitet in medio populi polluta labia habẽtis: mittitur unus de Seraphim qui non manu, ſed forcipe & carbone tangat os eius: & iniquitates auferat & mundet peccata. Hic autẽ Eſa. 44. d

ipſius dei manus mittitur, per quam cuncta operatus eſt: & quæ in alio loco brachium dicitur: nõ ut peccata auferat quæ per pueritiã multa nõ fecerat: ſed ut loquendi gratiã tribuat. Porrò Ezechiel li- Ezech. 2. d

brum deuorat & intus & foris ſcriptum: tam ſacramenta diuina, q̃ ſimplicem hiſtoriã cõtinentẽ. Hieremiæ os tangitur & domini uerba tribuuntur, ut confidentiam accipiat prædicãdi. Pulchreq; iuxta literam manus mittitur, ut humanorũ artuum uidens ſimilitudinem, tactum manus nõ reformidet.

e ¶Ecce ego cõſtitui te hodie ſuper gẽtes: ut euellas & deſtruas, & diſperdas &c.) Hoc quod nos de Hebraico addidimus, diſſipes ſiue deponas: in Lxx. non habetur. Et conſiderandũ quod quatuor triſtibus duo læta ſuccedant. Neq; enim ædificari poterant bona, niſi deſtructa eſſent mala: nec plantari optima niſi eradicarẽtur peſſima. Omnis enim Matth. 15. b

plantatio quam non plantauit cœleſtis pater eradicabitur: & ædificatio quæ ſupra petram non habet fundamentum: ſed in arena extructa eſt, ſermone dei ſuffoditur atq; deſtruitur. Illam autem quam cõſumet Ieſus ſpiritu oris ſui: & deſtruet aduentu præſen



A tiæ ſuæ, omnem ſcilicet ſacrilegam peruerſamq; doctrinam, diſperdet in perpetuum. Porrò ea quæ eleuantur contra ſcientiam dei: & in ſua cõfidunt ſapientia: quæ apud deum ſtulticia eſt, diſſipabit atq; deponet: ut ædificentur pro his humilia, & in locum ſuperiorum quæ deſtructa ſunt & euulſa, extruantur atque plantentur quæ eccleſiaſticæ conueniunt ueritati: & impleatur illud qđ

1. Cor. 3. b dicit Apoſtolus: Dei ædificatio, dei agricultura eſtis. Multi hunc locum ſuper perſona Chriſti

ירמיהו intelligunt: Hieremias enim interpretatur excelſus domini: qui deſtruxit regna diaboli: quæ ſibi in montis oſtenderat excelſo: aduerſarias perdidit poteſtates: delens chirographum errorũ in cruce. De quibus & in pſalmo poſt hiſtoriæ ue-

Pſal. 2. d ritatem τροπικῶς loquitur: Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerunt in unum. Pro his

B euulſis, deſtructis & perditis & in inferiora detractis, ædificatur atque plantatur eccleſia dei. Super Hieremiæ autem perſona nulla dubitatio eſt. Legi-

Infra. 25. d mus enim in conſequentibus, quod in manu accipiat calicem meri plenum: & propinare iubeatur cunctis in circuitu nationibus. a ¶Et factum eſt uerbum domini ad me, dicens: Quid tu uides Hieremia? Et dixi: uirgam uigilantem ego ui. &c.) Pro uirga uigilante: Lxx. baculum nuceum tranſtulerunt. Laborandum igitur nobis eſt, ut breuiter Hebræam etymologiam latinus lector intelligat. שָׁקֵד nux dicitur: uigilia autem uel uigil ſiue uigilare appellatur שָׁקַד: unde & in poſterioribus, pardus uigilans hoc nomine appellatur. Ab eo igitur quod dicitur nux: propter uerbi ſimilitudinem ad uigilis intelligentiam nomen alluſit: quod quidem & in Daniele iuxta Theodotionem ſcriptum eſt: ut ab arboribus σχίνου & πρίνου, ilice uidelicet & lentiſco: ſciſſio atque ſerratio adulteris preſbyteris decernatur. Alioquin & in principio Geneſeos à uiro qui dicitur אִישׁ, mulier appellatur אִשָּׁה: quaſi quædam uirago, eo quod de uiro ſumpta ſit. Pro baculo nuceo, uirgam uigilantem, Aquila & Symmachus: Theodotio uero amygdalinam tranſtulerunt. Vigilat autem uirga, cuncta populi peccata conſiderans: ut percutiat & corripiat delinquentes. Vnde & Apoſtolus ſcribit peccantibus: Quid uul-

1. Cor. 4. d tis? in uirga ueniam ad uos, an in charitate & ſpiritu manſuetudinis? Iſta eſt uirga uel baculus, de qua

Pſal. 22. b Dauid loquitur: Virga tua & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt. Pulchreq; poſuit, conſolata ſunt. Ad hoc enim dominus corripit ut emendet. Et

a diſſipes, & ædifices, & plantes. Et factũm eſt uerbum domini ad me, dicens: Quid tu uides Hieremia? Et dixi: uirgam uigilantem ego uideo. Et dixit dominus ad me: Bene uidiſti: quia uigilabo ego ſuper uerbum meum

b ut faciam illud. Et factũm eſt uerbum domini ſecundo ad me dicens: quid tu uides? & dixi: ollam ſuccenſam ego uideo: & faciem eius à facie aquilonis. Et dixit dominus ad me: ab aquilone aperientur (ſiue exardeſcent) mala

c ſuper omnes habitatores terræ. Quia ecce cõuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis:

quomodo nux ſiue amygdalum amariſſimam habet corticem, & teſta duriſſima cingitur: ut detractis auſterioribus & duris fructus dulciſſimus reperiatur: ſic omnis correptio & labor continentiæ amara quidem uidetur ad præſens: ſed fructus parit C

dulciſſimos. Vnde & uetus illa ſententia eſt: Literarum radices amaræ, fructus dulces. Quidam uirgam uigilantem atq; nuceam: intelligunt dominum: de quo dicit Eſaias: Exiet uirga de radice Ieſſe. Vnde & uirga Eſa. 11. a

Aaron quæ putabatur emortua, in reſurrectione dñi floruiſſe narrat̃. b ¶Et factum eſt uerbum domini ſecũdo ad me dicẽs: quid tu uides? & dixi: ollam ſuccenſam ego uideo & faciem eius à facie aquilonis. Et dixit dominus ad me: ab aquilone aperiẽtur, ſiue exardeſcent &c.) Quibuſdam gradibus peccantibus tormenta tribuuntur: ut paulatim ueniant ad ſalutem. Qui noluerint percutiente uirga emẽdari, mit- D

tuntur in ollam æneam atq; ſuccenſam: de qua plenius ſcribit Ezechiel: quæ à facie Aquilonis accen- Ezech. 24. d

ditur, Babyloniorum regem ſignificans & urbem Hieruſalem. Pulchreq; infertur: Ab Aquilone exardeſcent mala ſuper omnes habitatores terræ: uel terræ Iudæ: uel certe uniuerſæ terræ: de quibus in Apocalypſi ſcriptum eſt: Væ ſuper omnes habita- Apoc. 8. d

tores terræ. Sancti enim non ſunt habitatores terræ: ſed aduenæ atq; peregrini: quorum unus dicit: Aduena ego ſum ſuper terram: & peregrinus ſicut Pſal. 38. c

omnes patres mei. Et alius: Parui ſunt & peſſimi Gen. 47. b

dies mei, quibus ego peregrinor in terra. Vnde & 1. Pe. 1. a.

Petrus catholicam epiſtolam ſcribit aduenis atque peregrinis, Ponti, Galatiæ et Cappadociæ. Et iuxta myſticos intellectus Salomon loquitur: Aquilo du- Prouer. 25. d

rus uentus: nomine autem dexter uocatur, ab his uidelicet qui eius obriguere frigore & calorem fidei perdiderunt. c ¶Quia ecce conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait dominus. Et uenient & ponent unuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Hieruſalem: & ſuper omnes &c.) Nulli dubium, multas gentes & ſingularum gẽtium reges, Babylonio regi fuiſſe ſubiectos: qui obſeſſa Hieruſalem poſuerunt in circuitu & maxime in exitibus portarum thronum ſuum atq; tentoria: ne quis eorum qui clauſi erant poſſet erumpere: & non ſolum Hieruſalem, ſed & omnes urbes Iudæ ſimili obſidione uallatas: Cũq;, ait, capta fuerit ciuitas: tunc loquar ad eos recta fuiſſe iudicia mea: & recepiſſe ſingulos quæ merebantur: non pro cæteris uitijs quibus ſubiacet humana conditio: ſed maxime pro idololatria, per quam

E deſerentes me,adorauerunt opera manuū ſuarum:
Quidam hūc locum in bonam partem accipiunt,
quod uidelicet hi qui in olla ænea excocti fuerint
per cruciatus atq; purgati,poſtea prīcipes ſint Hie
ruſalem:& poſtq; miſertus eorum fuerit dñs,tūc ex
probret eis quia ſe deſer
to, ſimulacra uenerati
ſunt.Sed hæc uiolēta &
praua interp̄tatio eſt:ne
calumniam faciat tracta-
tor indoctus. a ¶Tu er
go accinge lumbos tuos
Iob.4.a &c.) Et Iob præcipit ut
Luc.12.d accingat lumbos ſuos:&
4.Reg.1.b apoſtolis,ut accinctis lū-
Matth.3.a bis:quos Helias & Ioan
nes baptiſta zonis morti
ficauere pelliceis, lucer-
nas teneant in manibus
ſuis,prędicationis uideli
cet euāgelicæ. Quicunq;
igit̄ ſermōes locutus eſt
Iob.40.b dei:debet accingere lum
bos ſuos,ſciens ꝙ diabo
li omnis uirtus in lūbis
ſit:& iuſtus dicat in pſal
Pſal.37.b mis:Lumbi mei impleti
Ephe.5.d ſunt illuſiōibus. Cūq; ac
cinxerit lumbos, audiat
illud quod ſcriptum eſt:
Surge qui dormis & ele
F uare:et illūinabit te Chri
ſtus:ut ſemper uigilans
& de ſomno conſurgēs,
loquat̄ quæ ſibi pręcepe
rit deus. b ¶Ne time-
as à facie eorū: nec enim
timere te faciā uultū eo-
rū.)Siue ut Lxx. & cæ-
teri habēt interpretes:ne
forte timere te faciā. Et
eſt ſenſus iuxta tranſlationē noſtrā. Noli timere à
facie eorū:me em̄ adiutore,eos timere non poteris.
Iuxta Lxx.Noli timere à facie eorū,habeto meæ cō
fidentiam iuſſionis.Si enim non obtuleris quod ha
bes:ut timere deſinas,derelinquam te, & tradam ti-
mori:& quodammodo uidebor timere te facere:dū
relinquo formidini.Hoc aūt ſignificat,ꝙ ſemp amā
da ſit ueritas:nec timenda hominū multitudo: qui
increpati correptionē non ſuſtinent,ſed inſidias tē
dunt ei à quo corripiuntur,Quodq; iuxta Lxx.ſe-
quitur:quia tecum ſum ut liberem te, dicit domi-
nus:in Hebraico non habetur.Et eſt ſenſus:Eruam
te non in eo ut tibi nullus inſidiet̄: ſed in eo ut pa-
tiens inſidias non delinquas. c ¶Ego quippe dedi
te hodie (ſiue,ecce poſui te ī hac die)in ciuitatē mu
nitam,& in columnā &c.)Deſcribit ſermo diuinus,
cur ꝓpheta timere nō debeat.Ego,inqt, poſui ſiue
dedi te hodie:hoc eſt,in præſenti uita donec uoca-
tur hodie,quaſi ciuitatem firmiſſimā:non ut unam
domū,nec turrem aut aliqua mœnia:ſed omnem ci G
uitatem quæ ſita ſuper montem latere non poteſt:
De qua ſcriptum eſt:Glorioſa dicta ſunt de te ciui- Matth.5.b
tas dei.Et:ego ciuitas firma,ciuitas quæ oppugna- Pſal.86.d
tur.Et in columnā, inqt,
ferream: de qua ſcribit
Apoſtolus:Columna & 1.Timo.3.d
firmamentum ueritatis. Gal.4.b
Vnde Petrus & Ioannes
qui putabantur colum-
næ eccleſiæ: dextras de-
derūt Paulo et Barnabæ
communionis. Nec hoc
ſufficit: ſed in murū, ait,
æneū qui nulla uiolatur
rubigine, nec cæſus im-
bribus deperit:ſed uetu-
ſtate fit fortior.Eris autē
talis cōtra reges & prīci
pes & populū:nō cuiuſ-
libet loci,ſed terræ: ꝗ ter
rena ſapiunt & cœleſtia
nō nouerūt:ꝗ habēt ima
ginē χοϊκοὶ et nō cœleſtis.
Hi,inqt,bellabūt aduer-
ſum te:& nō p̄ualebunt.
Cur quæſo? Quæ eſt tā
tæ fortitudinis cauſa: ut
nec reges nec principes,
nec ſacerdotes nec ppl̄i
aduerſus unū p̄ualeant? H
Sequitur: Quia tecum
ego ſum,ait dominus:ut
liberem te.Si quando re
ges Iuda quæ interpreta
tur, confeſſio, & princi-
pes eius & ſacerdotes &
popl̄i: epiſcopi uidelicet
& pręſbyteri & diaconi:
& uulgus uile atq; igno-
bile contra ſanctum uirum conſurgere uoluerint:
habeat fidei firmitatem:& timere deſiſtat: quia do-
mino auxiliante ſuperabit. Cap. II.

ET factum eſt uerbum domini ad me, dicens:
uade & clama in auribus Hieruſalem, dicens:
Hoc in Lxx.non habetur:ſed ſub aſteriſcis de The
odotionis æditione additum eſt: qui uerbum He-
braicum קָרָאתָ pro quo nos diximus clama, ſiue
prædica,interpretatus eſt, lege. Et lectionem enim
& clamorem & prædicationem pro ſui ambigui-
tate ſignificat. Aures autem Hieruſalem pro auri-
bus habitatorum eius debemus accipere.
e ¶Hæc dicit dominus:Recordatus ſum tui:mi
ſerans adoleſcentiam tuam & charitatem deſponſa
tionis tuæ:quando &c.)Plenius hoc in Ezechiel di Ezech.16
citur:quando ſibi Hieruſalem in matrimonio dñs
copulat: & ſub perſona uxoris, ſuis iungit ample-
xibus:Siue ut ardētiorem monſtret affectum:puel-
lam eam

lonis: ait dñs. Et uenient & ponēt unuſquiſq;
ſolium ſuū in introitu portarū Hieruſalem:
& ſuper oēs muros eius in circuitu: & ſuper
uniuerſas urbes Iudæ:Et loquar iudicia mea
cum eis ſuper omni malicia eorum:qui dereli
querunt me,& libauerunt dijs alienis: & ad-
a orauerunt opus manuū ſuarum. Tū ergo ac-
cinge lumbos tuos:& ſurge,& loquere ad eos
b omnia quæ ego præcipio tibi. Nē timeas à
facie eorū:nec enim timere te faciam uultū eo
rum(quia tecū ſum ut liberem te, dicit domi-
c nus.) Egō quippe dedi te hodie( ſiue,ecce po
ſui te in hac die)in ciuitatem munitā,& in co-
lumnam ferream, & in murū æneum ſuper
oēm terrā:regibus Iuda, principibus eius, &
ſacerdotibus & populo terræ. Et bellabunt
aduerſum te,& non præualebunt: quia tecū
ego ſum,ait dominus,ut liberē te. Ca. II.

d ET factūm eſt uerbum domini ad me, di-
cens: Vade & clama in auribus Hieruſa-
lem,dicens:

| | |
|---|---|
| e HEB. Hęc dicit dōmi nus: Recordatus ſum tui: miſerans adoleſcē tiam tuam & charita- tem deſponſationis tuæ: quando ſe- | SEP. Hæc dicit do- minus:Recordatus ſum miſericordiæ adoleſcētiæ tuæ: & dilectionis perfecti- onis tuæ. |

cuta me



A Iam eam & adoleſcentulam & deſponſatam uocat.
Quo enim necdū potiti ſumus, magis ut potiamur
appetimus.Qn̄,inquit,ſecuta es me in ſolitudine:&
inſtar ſponſaliorum & dotis,legis tibi ornamēta &
uerborum diſtribui monilia.Totumq; hoc, non ad
meritum eius refert: ſed
ad ſuam miſericordiam
per quā & charitatē con
ſecuta eſt.Hoc quoq; qđ
poſuimus:in deſerto in
terra quæ non ſeminat̄:
in Lxx.non habetur.
a ¶Sanctus Iſraël domi
no primitiæ frugū eius:
omnes qui deuorant eū
&c.) Quādo Iſraël dicit
primitias frugū dñi:oſtē
dit populū de gētibus cō
gregatū eſſe poſt primi-
tias: iuxta illud quod in
Pſal.73.d alio loco ſcriptū eſt:Me-
mor eſto cōgregationis
tuę,quā poſſediſti ab ini
Nūe.5.b tio.Primitiæ aūt ſemper
debētur ſacerdotibus &
non hoſtibus. Quod ſe-
quit̄:Omnes qui deuo-
B rant eū delinquent,mala
uenīēt ſup eos,dicit dñs:
hūc habet ſenſum:Quo-
modo qui primitias de-
uorāt,nequaq; de gene-
re ſacerdotali,ſceleris rei
ſunt:ſic qui cōtaminant
Iſraël, malis ſubijciētur:
iuxta illud quod in uiceſimoſexto pſalmo ſanctus
Pſal.26.d Dauid loquit̄:Dū appropinquant ſup me nocētes,
ut edant carnes meas:qui tribulant me inimici mei:
ipſi infirmati ſunt & ceciderūt. Neq; enim ex eo ꝙ
dei exequuntur ſententiā,immunes erunt à ſuppli
Matth.18.a cio:malaq; uenient ſuper eos:oportet enim uenire
ſcandala:uerum,Væ ei per quem ueniūt ſcandala.
b ¶Audite uerbū domini domus Iacob &c.)Hūc
Michee.6.a ſenſum & alius propheta teſtatur. Populus meus
quid feci tibi & quid moleſtus fui tibi? Reſpōde mi
hi:quia eduxi te de terra Aegypti:& de domo ſer-
uientiū liberaui te. Vtrūq; aūt nomē,Iacob & Iſraël
ponit̄:nō ſecundū duas & decē tribus:ſed iuxta o-
mnē populū:cū & ipſe Iacob poſtea appellatus ſit
Gen.32.g Iſraël.Offenſam autē ducit à patribus,nō quo pec-
cata patrū filijs imputent̄: ſed quo & filij habentes
patrū ſimilitudinē,& ſuo & parentū ſcelere puniā-
tur.Sæpe legimus ꝙ ꝓpter ſanctos patres,filiorum
miſereat̄ deus.Dereliquerūt aūt patres populi pec-
catoris deū:& nō breuiter ſed longo tēpore: & pro
deo ſecuti ſunt uanitatem:idola uidelicet quæ nihil
Pſal.113.c. proſunt cultoribus ſuis:& ipſis ſimiles facti ſunt:ſe
cundū illud quod ſcriptū eſt:Similes illis fiāt qui fa
ciunt ea:& omnes qui cōfidunt in eis. c ¶Et nō di
xerunt:ubi eſt dñs qui aſcendere nos &c.) Pro ho- C
mine:Lxx.filiū hominis interp̄tati ſunt:& pro ima
gine mortis, de Theodotione additum eſt, umbra
mortis.Quod cū iuxta hiſtoriā manifeſtū ſit: illud
conſiderandū eſt ſecundū Anagogen:ꝙ quādiu in Anagog.
iſto ſeculo ſumus, & de
Aegypto educimur,pau
latim aſcendimus: & pri
mū deſerta tranſimus &
terrā inhabitabilē,quam
ſanctus inhabitare nō de
bet:& inuiā,ut difficulta
tem mōſtret itineris:Per
terrā ſitis ubi ſemp maio
ra cupimus,nec pręſenti
bus cōtēti ſumus:& ima
ginem ſiue umbrā mor-
tis:ſemp em̄ in periculo
conſiſtimus:& ubiq; dia
bolus tendit laqueos ſu-
os:Per terram in qua nō
ambulauit uir qui perfe
ctæ ætatis ī Chriſto eſt.
Omnes em̄ reſurgemus
in uirū perfectū:in mēſu
ram ætatis plenitudinis
Chriſti. Neq; unq; in ea Eph.4.c
habitat ꝗ homo dei eſt,
uel filius hoīs: ſed ſemp D
ad maiora feſtinat. Ex
quo perſpicuū eſt, non
eſſe perfectionē in uia:
ſed in fine uiæ & in mā-
ſione ꝗ ſanctis in cœleſti
bus p̄parat̄:& ꝗbus dici
tur:Qui ſtatis in domo dñi:in atrijs domus dei no- Pſal.133.a
ſtri.Fruſtra igitur noua ex ueteri hæreſis ſuſpicat̄,
hic perfectam eſſe uictoriā ubi pugna eſt atq; certa
men,& incertus exitus futurorū. d ¶Et induxi
uos in terrā Carmeli &c.)Pro labore duriſſimi iti-
neris,dedi uobis omniū rerū abūdantiā.Hoc quip-
pe ſignificat Carmelus ꝗ Hebraice appellat̄ כַּרְמֶל:
& in lingua noſtra ſonat, cognitionē circunciſio-
nis.Quomodo autem ille populus terrā ſanctam &
omnium rerum fertilem,idololatria polluit atq; uio
lauit:ſic nos ueræ circunciſionis accipientes ſcien-
tiam,comedimus fructus eius: & ſi negligētia ſub-
repſerit,cōtaminamus terrā dei,& hæreditatē illius
abominabilem facimus. e ¶Sacerdotes nō dixe-
runt ubi eſt dñs &c.) Poſt tanta beneficia uerterūt
in contemptum priuilegia dignitatis:ut ſacerdotes
dñm nō quęrerēt:ut doctores legis ignorarēt eum,
qui alios docere debebāt:& paſtores per negligen-
tiam p̄uaricatores fierent:& prophetæ qui in popu
lis diſputant,nō deo loquant̄ ſed idolo:& ſua figmē
ta uenerentur.His aūt uerbis utendū eſt aduerſus
noſtri ordinis magiſtros,qui deuorant plebem dei
uelut cibū panis:& ꝑ mala opera nō inuocāt domi-
num. f ¶Propterea adhuc iudicio &c.)Ne uideat̄
percutere

cuta me es in deſerto in terra quæ non ſemi-
a natur. Sanctūs Iſraël dño primitiæ frugum
eius:oēs qui deuorant eū delinquēt:mala ue-
b nient ſuper eos,dicit dñs. Aūdite uerbū dñi
domus Iacob & omnes cogitationes domus
Iſraël.Hæc dicit dñs: Quid inuenerūt patres
ueſtri in me iniquitatis: quia elongauerunt à
me:& ambulauerunt poſt uanitatem:& uani
c facti ſunt? Et nōn dixerunt:ubi eſt dñs ꝗ aſcē
dere nos fecit de terra Aegypti: qui tranſdu-
xit nos per deſertū,per terram inhabitabilem
& inuiam:per terrā ſitis et imaginem mortis:
per terrā in qua non ambulauit uir, neq; ha-
d bitauit homo.Et indūxi uos in terram Car-
meli ut comederetis fructum eius & bona il-
lius;& ingreſſi contaminaſtis terrā meā:& hę
reditatem meā poſuiſtis in abominationem.
e Sacērdotes non dixerūt, ubi eſt dominus: &
tenētes legē meā neſcierūt me:& paſtores pręuāricati ſunt in me: & ꝓphetæ ꝓphetauerūt
f in Baal:& idola ſecuti ſunt.Prōpterea adhuc
iudicio cōtendā uobiſcū,ait dominus:& cū fi
lijs ue

E percutere per potentiã, quaſi cũ paribus rõne con=
Pſal.50. tendit: iuxta illud qđ Dauid canit & uſurpat Apo=
Rom.3.a ſtolus: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & uincas
cum iudicaris. Quodq́ꝫ poſuit, adhuc: ſæpe ſe feciſſe
teſtat̃: & ꝙ intulit, cũ filijs ueſtris: ſimilẽ oſtẽdit etiã
in filijs malorũ pertina=
ciã. Occulte autẽ ſignifi=
cat ꝙ antiquã in deũ ne=
gationẽ, etiã filij eorũ in
aduentu dñi ſint ſecuti.
a ¶Tranſite ad inſulas
Cethim &c.) Cõparatio
nẽ facit eius rei q̃ incõ=
parabilis eſt, & uerũ deũ
cõfert mẽdacibus. Ite, in
quit, ad inſulas Cethim:
quas uel Italię uel occidẽ
taliũ partiũ debemus ac
cipere: ab eo ꝙ terræ Iu=
dææ Cyprus inſula in
qua urbs hoc uocabulo
nuncupat̃ uicina ſit: De
qua & Zeno princeps
Stoicorũ fuit. Cedar aũt
regio eſt ſolitudinis &
Iſmaëlitarũ, quos nunc
Sarracenos uocãt: cõtra
quã huius ipſius ꝓphe=
F tæ in extremis partibus
texit̃ uaticiniũ. Et cuius
Infra.49.f meminit Dauid, dicens:
Pſal.119.b Habitaui cũ habitãtibus
Cedar: multũ peregrinata eſt aĩa mea. Et eſt ſenſus.
Vel ad occidentẽ pergite, uel in ſolitudinẽ mittite:
& uidete ſi qua gens hoc fecerit qđ uos feciſtis: nul
la eñ earꝫ ſpreuit deos ſuos: nec ligneos & lapideos
aureorũ cõparatione mutauit: ſed antiquũ errorẽ
ſecuta, tenuit quod à maioribus acceperat. Et certe
hoc, cũ nullus eorũ deus ſit: ſed ſimulacra hominũ
ficta manu. Populus uero meus mutauit mẽdacio
ueritatẽ: & idolũ mihi p̃tulit, qđ eis neceſſitatis tpe
ꝓdeſſe nõ poterit. Poſſumus hoc & cõtra eos dice=
re, q maiori ſtudio ſequũtur uitia q̃ uirtutes: quos
Rom.6.d monet Apoſtolus dicẽs: Humanũ loquor ꝓpter in
firmitatẽ carnis ueſtræ. Sicut exibuiſtis mẽbra ue=
ſtra ſeruiẽtia immũditiæ & iniqtati ad iniquitatẽ:
ita nũc exhibete mẽbra ura ſeruiẽtia iuſticiæ in ſan
ctificationẽ. b ¶Obſtupeſcite cœli &c.) Cœlum
cui dictũ eſt: Attẽde cœlũ & loquar. Et: audi cœlũ,
eccleſiam eius conetur euertere. d ¶ Et nũc ego C loquar iud. &c.) Apoſiopeſis eſt, iuxta illud Vergilianum: Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus. Dicturus itaq; proſpera, retinet ſe: & triſtibus iungit triſtia. Hæc enim ſunt iudicia, quæ cum populo ſuo quondam loquitur deus, ut ſciãt ſe iuſte ſuſtinere quę ſuſtinẽt. e ¶ Ecce quaſi nubes aſcẽdet, & quaſi tẽp. &c.) Ventura cernit præſentia, & Babyloniũ deſcribit exercitum: cuius curruum rotarumq́; ſtrępitus, tempeſtati ſæuiſſimę comparatur, & equorũ uelocitas aquilis iũgitur. Quod cum propheta dixiſſet, & quaſi uenientes hoſtes, digito demõſtraſſet: populus ingemiſcit, & nequaquã futura, ſed facta iam ſentit dicens: Væ nobis, quoniam uaſtati ſumus. Hoc idem refertur ad eccleſiam, quod quotidie ueri Nabuchodonoſor nos impugnet exercitus, & currus Pha- D raonis: omniſq́; eius equitatus, aquilarum impetum ſuperet. Quod ſi in- *Ezech. 33. c* telligat uir eccleſiaſticus, credẽs illi ſentẽtiæ: Cũ cõuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris, dicet: uæ nobis quoniam uaſtati ſumus. f ¶ Laua à malicia cor tuum Hieruſalem &c.) Dicenti populo: uæ nobis quoniam uaſtati ſumus, Reſpondet propheta, imò per prophetam deus: Laua à malicia cor tuum Hieruſalem, illa aqua de qua & Eſaias loquitur: Laua- *Eſa. 1. d* mini mundi eſtote, aqua baptiſmi ſalutaris, aqua pœnitentiæ. Ad metropolim autem loquitur Iudæorum, ut per urbem intelligantur populi: Vſq; quo iniquis cogitationibus ſubiaces quæ procedunt de corde tuo? Cor autem in ſcripturis ſanctis pro ſenſu & anima debemus accipere. g ¶ Vox enim annũciantis à Dan. &c.) Iuxta ſitum terræ Iudææ, diuinus ſermo nunc loquitur. Dan enim tribus iuxta montem Libanum & urbem quæ nunc dicitur Paneas, aquilonem reſpicit: unde uenturus eſt Nabuchodonoſor. Idolum autem, bel, uel dolorem uel iniquitatem de monte Ephraim uenire deſcribit. Poſt tribum quippe Dan, ſuccedit terra Ephraim, per quam uenitur Hieruſalem. Dan in- דָּן terpretatur iudicium: Ephraim, ubertas. Veniet igi- אֶפְרַיִם tur iudicium dñi in terram delinquẽtem dño, cum omni ubertate ſupplicij. h ¶ Dicite gẽtibus: ecce auditum eſt in Hieru. &c.) Vult omnes in circuitu nationes dei noſſe ſententiam, & flagellata Hieruſalem, cunctos recipere diſciplinam. Celebri, inquit,

E 4 in Hie

E in Hieruſalem ſermone narratur, aduerſarios ueni re de terra longinqua, & fremitum cōtra eam ſurge re ululantis exercitus, qui tā diligēter obſideāt ciui- tatem & claudāt urbē munitionibus, ut nō tam ad- uerſarios putes eſſe, q̄ agrorum uinearumq; cuſto des. Hoc autē totū factū eſt, nō hoſtium uiribus, ſed culpa Hieruſalē; quia deum ad iracundiā pro- Matth. 8. d uocauit. Si eñ in porcos nō habent poteſtatē ad- uerſariæ fortitudīes, quā to magis in homines, & homines quondā ciuita- tis dei? a ¶Viæ tuæ & cogit. t. f. &c.) Facit Apo ſtropham ad urbē Hieru ſalem, ꝙ uiæ illius & co- gitatiōes, quibus & ope- re & ſermone peccauit, fecerint ei uenire omnia quæ euenerūt; maliciāq; illius quæ ꝑ ſe amara ſit, tetigiſſe cor illius & ani- mæ interna penetraſſe. Quicquid ergo nobis ac cidit, noſtro accidit uitio, qui dulcem dñm in ama- F ritudinē uertimus, & co- gimus ſæuire nolentem. b ¶Ventrē meū, uēt. m. do, &c.) Vbi nos iuxta Symmachum poſuimus, turbati ſūt, & in Hebræo ſcriptū eſt: חוֹמָה, Lxx. & Theodotio poſuerūt μαιμάσσει, quod uerbum uſq; in præſentiarū quid ſigni- ficet ignoro. Aq̄la aūt poſuit ἐχλάζει, quod & ipſum tumultum ſonat. Hoc de uerbo dictū ſit; ſuper quo ſcio apud pleroſq; magnum eſſe certamē. Vox aūt prophetæ, & per prophetam dei loquentis induci- tur: quod doleat ſuper cōtritione populi ſui, & in- Ioan. 11. d Luc. 19. f ſtar hominis uiſcera eius interna lacerent: Quomo do & ſaluator ſuper Lazari morte doluit; & plāxit Hieruſalem, ne cælaret dolorem ſilentio: omniſq; clangor buccinæ & fremitus præliorū illius turbat affectum, dum mala cumulantur malis, & uniuerſa duarum tribuū terra uaſtat̄. Dum nō putabam, in- quit, tabernacula quondā & pelles meæ Babylonio exercitu furēte populata ſunt: & in prædā hoſtium, mea quondā ceſſere hoſpitia. Loquit̄ aūt hoc idem deus, qñ ſeditionis turbas atq; diſcordias cernit in eccleſia, & in conuenticulis ſuis clamare perdicē, & dei requiē in bella cōuerti. Vnde ſequit̄. c ¶Vſq; quo uidebo fu. &c.) Vel fugientes, regem Babylo- nium; uel fugiētes me, & à meo ſeruitio recedētes. d ¶Quia ſtultus pop. m. &c.) Cauſa contritionis, uaſtitatis, fugæq; & buccinæ: quia ſtultus factus eſt populus; nō natura, ſed ſtudio uolūtatis. Ipſaq; ſtul ticia hinc probatur: quia nō cognouerunt deum, & G pro filijs ſapiētibus, ſtulti filij facti ſunt et uecordes. Quæ eñ maior poteſt eſſe ſtulticia, q̄ cognoſcente boue poſſeſſorē ſuū, & aſino præſepe dñi ſui: Iſraël Eſa. 1. a dñm nō cognoſcere, & præſentē cōtemnere quem ſemper uidere cupiebat? Quodq; infert: Sapiētes ſunt ut faciāt mala; bene aūt facere neſcierūt: Hic ſapientia pro malicia ac- cipienda eſt, iuxta quod & filij ſeculi huius ſapien Luc. 16. b tiores ſunt filijs lucis: Et uillicus iniquitatis quæ- dā ſapienter feciſſe narra tur: Et ſerpens in paradi Gene. 3. a ſo, prudētior cunctis be- ſtijs legit̄. Illa eſt ergo ue- ra ſapiētia quæ dei timo- ri iungit̄. Alioquin ubi inſidiæ ſunt & tergiuer- ſatio: nō ſapiētia, ſed uer- ſutia & calliditas appellā- da eſt. Pro eo quod nos diximus, quia ſtultus po pulus meus me non co- gnouit, Lxx. trāſtulerūt: quia principes ppl̄i mei H me non cognouerunt, ut magiſtrorū ſit magis cul pa q̄ populi dei ſcientiā nō habētis. e ¶Aſpexi terrā & ecce uacua &c.) Propheta cernit in ſpiri- tu quę uētura ſunt, ut au diēs ppl̄s terreat̄, & acta pœnitētia nequaq; ſuſtineat quæ formidat. Vacua terra eſt habitatore deleto. Cœli nō habēt lumē, ter roris magnitudine, populo nō uidēte. Ipſi montes & colles intuta habēt latibula, & per ὑπερβολὴν moue ri uidētur atq; turbari. Intuitus eſt, & huc illucq; cir cūſpexit, & ne auis quidē potuit inueniri. Irā enim dei & muta ſentiunt elementa, & irrationalia perti- meſcunt animātia. Hoc uerū eſſe, nunc totus orbis demonſtrat, ut cæſa hominū multitudine, uolatilia quoq; quæ ſolēt habitatores ſequi abierint & perie rint. Ipſe quoq; Carmelus q̄ mari imminet magno: oleis cōſitus, & arbuſtis, uineiſq; cōdenſus ad tantā ueniet ſolitudinē, ut eremi habeat uaſtitatē. Omnes quoq; urbes deſertæ fient. Et uniuerſorū malorum hæc cauſa eſt, ꝙ uitio populi delinquētis ira dñi cō citata ſit. Quicquid iuxta hiſtoriā de Hieruſalē dixi mus & Iudæa, referamus ad eccleſiā dei cū offende- rit deū, & uel uitijs fuerit uel perſecutiōe uaſtata, ut ubi quondā erat uirtutū chorus atq; lætitia, ibi pec catorū & mœrorū multitudo uerſet̄. f ¶Hæc eñ dicit dñs &c.) Mixta iræ miſericordia dei, om̄is ter ra deſeritur, ſed nō fit cōſummatio ut ſint qui intel- ligant clementiā eius. Cœlū quoq; triſte uidebitur deſup,

custodes uenire de terra lōginqua, & dede- runt ſuꝑ ciuitates Iuda uocē ſuā quaſi cuſto- des agrorū facti ſunt ſuper eā in circuitu, q̄a me ad iracundiam prouocauit, ait dñs. Viæ a tuæ & cogitationes tuæ fecerūt hæc tibi: iſta b malicia tua, quia amara tetigit cor tuū. Vēn trem meū, uētrem meū doleo: ſenſus cordis mei turbati ſunt in me: non tacebo, qm̄ uocē buccinæ audiuit anima mea, clamorē prælij. Cōtritio ſuꝑ contritionē uocata eſt, & uaſta- ta eſt omnis terra. Repēte uaſtata ſunt taber- c nacula mea: ſubito pelles meæ. Vſq; quo ui- d debo fugiētes, audiā uocem buccinæ? Quia ſtultus populus meus me nō cognouit: filij inſipientes ſunt & uecordes. Sapientes ſunt ut faciant mala: bene autē facere neſcierunt. e Aſpexi terram, & ecce uacua erat & nihili: & cœlos, & nō erat lux in eis. Vidi mōtes, & ec ce mouebant̄: & oēs colles cōturbati ſunt. In- tuitus ſum: & nō erat homo, & om̄e uolatile cœli receſſit. Aſpexi, & ecce Carmelus deſer- tus, & oēs urbes eius deſtructæ ſunt à facie f dñi, & à facie iræ furoris eius. Hæc eñ, dicit dñs:



A deſuper, & ipſa terra lugebit, eo ꝙ dñi ſententia ad finem uſq; peruenerit, nec pœnituerit eū ſuper his quæ cogitauerit & locutus ſit. Pœnitentia autē dei dicitur, qñ aufert̄ prædicta ſentētia & ira ſæuiēs ad Ione. 3. finē uſq; nō peruenit. Minatus eſt per Ionā: & im- pendentem gladium, la- chrymarum & gemituū multitudo ſuperauit. a ¶A uoce equitis &c.) Quodq; ſequitur: Et in- greſſi ſunt ſaltus ſiue ſpe luncas: à Lxx. additū eſt. Deſcribit aūt ſermo diui nus Babylonij furentis exercitum, ꝙ à tremore eius cunctus populus de reliquerit ciuitatē, & ar- dua quæq; cōſcēderit, & tñ irā dñi nō potuerit de clinare. Quicq̄d aūt, ut ſu pra diximus, ī hiſtoria in telligit̄ cōtra Hieruſalē, refert̄ ad eccleſiā cū offen derit deū, & tradita fue- rit aduerſarijs: uel ꝑſecu- tionis tꝑe: uel certe uitijs atq; peccatis. b ¶Tu au B tē uaſt. quid fa. &c.) Pro uaſtata q̄d Hebraice dici tur שָׁדוּד ꝙ ſolus inter- pretatus eſt Aquila: alij trāſtulerunt, miſerā atq; miſerabilē culpa ſui, quæ clementē offenderit deū & tradita fuerit aduerſa- rijs. Denique ſequitur. c ¶Cū ueſtieris te cocci- no & or. f. &c.) Sub figu- ra mulieris adulteræ loq tur, cum ſemel offēderis deū, & quaſi uirū tuū reli queris creatorē, fruſtra ornamenta ꝑquiris. Con tempſerunt te dæmones amatores tui, & nequaq; ſtupri immundiciā, ſed animæ tuæ quærent interi- tū. Hoc idē intelligendū ſpiritualiter contra eos qui cōiugales affectus & ueræ fidei pudicitiā perdide- runt. Si te, inquit, ueſtieris coccino, id eſt, ſanguinis Chriſti aſſumpſeris fidem: Si monili ornaueris au- reo, id eſt, meditationē habueris ſenſus & intelligē- tiæ ſpūalis: & pinxeris oculos tuos ſtibio: id eſt, ha- bueris ſtudiū myſterioꝝ & dei ſecreta noſcēdi, fru- ſtra cōponeris. Hæc eñ etiā tuis amatoribus ꝑpa- raras, & idcirco lectus anguſtus utrūq; capere non poteſt: nec recipit ornamēta deus, quibus amatori- bus tuis ante placuiſti. d ¶Vocē eñ quaſi part. &c.) Ad ſimilitudinē mulieris puerperæ, id eſt, quæ primos parit fœtus: deſcribit urbē Hieruſalē eiulā- tem atq; clamantē. Quomodo eñ mulier pariēs & necdum dolorē parturitionis experta, penè morit̄, C & anguſtias ſuſtinēs, uix poteſt reſpirare: ſparſiſq; manibus collabit̄. Sic & filia Sion cū ſuos uiderit li- beros interfectos, in hæc uerba prorūpet, & dicet: Væ mihi, q̄a defecit anima mea ꝑpter interfectos. Duo aūt exempla in uno capitulo cōparata ſunt, parturiētis filios & lugē- tis, ut quicq̄d mulier pa- titur in fœtu uel morti- bus filiorū, Hieruſalē pa tiat̄ in populis. Ca. V. Circuite uias Hieru- ſalem &c.) Grandis amor iuſticiæ, ut nequaq; iuxta interrogationē A- Gene. 18. d brahæ & reſponſionē dei pro decem uiris iuſtis de us liberauerit ciuitatem, ſed ſi unum inuenerit, iā iamq; peritura Hieruſa- lem qui faciat iudiciū, & quærat fidē; ſiue ut Sym machus tranſtulit ueritatem, tamen deus miſerea tur Hieruſalem. Et quia poterat fieri ut aliqui in- D uenirētur in populo, qui ſimularēt cultū dei, & iu- rarēt per deū, hoc præue nit, quod nequaq; deus uanis ſermonibus, ſed ue ritate fidei delectet̄, & di cit: Nō eos diligo qui iu rant per me & iurant in mēdacio, ſed quorum la- bia cordaq; conſentiunt. f ¶Dñe oculi t. reſ. &c.) Poſt uerba dñi q̄bus im- perauerat dicēs: Circui- te uias Hieruſalē, & cæte ra, ꝑpheta loquit̄ ad do- minum: Dñe, oculi tui re ſpiciunt fidē, quæ Hebraice dicit̄ אֱמוּנָה, nō opera Iudæorū, in quibus iuxta legis ceremonias exulta- bant: ſed fidē Chriſtianoꝝ, per quā gratia ſalui facti ſumus. Hoc autē capitulo diſcimus, idcirco inferri ſupplicia, ut uitia corrigant̄. Deniq; ait, percuſſiſti eos, & nō doluerūt: attriuiſti eos, et renuerūt accipe re diſciplinā. Per omnia enim tormēta atq; flagella emendat̄ Hieruſalē, & ſuper hæc uniuerſa ne uere- cundiam quidē ſuorū habuere uitiorum, ſed inſtar petræ indurātes frontis impudentiā, noluerunt ad meliora conuerti. g ¶Ego aūt dixi: forſitan &c.) Pauperes hic & optimates, non inopia dicit & diui tijs, ſed populum principibus comparat. Et eſt ſen- ſus: Cernēs infidelis populi pertinaciā, & quod in- durata facie noluerit recipere diſciplinam, hoc me- cum ratione tractabā. Forſitā uulgus ignobile, dei non

dominus: Deſerta erit omnis terra, ſed tamē cōſummationē nō faciā: lugebit terra & mœ rebunt cœli deſuper eo ꝙ locutus ſim. Cogi taui, & nō pœnituit me: nec auerſus ſum ab a eo. A uoce equitis & mittētis ſagittā ſiue intē dentis arcum, fugit omnis ciuitas ſiue regio. Ingreſſi ſunt ardua & aſcēderunt rupes: (Et ingreſſi ſunt ſaltus ſiue ſpelūcas.) Vniuerſæ urbes derelictæ ſunt, & nō habitat in eis ho- b c mo. Tu aūt uaſtata quid facies? Cum ueſtie- ris te coccino & ornata fueris monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos: fruſtra cōpo- neris: contempſerunt te amatores tui: animā d tuam quærēt. Vocem enim quaſi parturien tis audiui: anguſtias (ſiue gemitus) ut puerpe ræ: uox filiæ Sion inter morientes, expāden teſq; manus ſuas: Væ mihi, quia defecit ani ma mea propter interfectos. Cap. V.

e Circuite uias Hieruſalē & aſpicite, & cōſi derate, & quærite in plateis eius, an in- ueniatis uirū qui faciat iudiciū & quærat fi- dē, & propicius ero ei. Quod ſi etiā, uiuit do minus, dixerint, & hoc falſo iurabunt. Dñe f oculi tui reſpiciunt fidē: percuſſiſti eos, & nō doluerunt: attriuiſti illos, & renuerūt accipe- re diſciplinam. Indurauerunt facies ſuas ſu- g per petram, & noluerūt reuerti. Ego aūt di- xi: forſitā pauperes ſunt & ſtulti (ſiue nō po- tuerunt) ignorātes uiā dñi, iudicium dei ſui. Ibo

E non poteſt noſſe doctrinã, & idcirco excuſabile eſt: quia propter imperitiam, dei nõ ualet ſcire mandata. Pergã igitur ad ſacerdotes & ad eos qui pręſunt populo, & loquar eis: Ipſi em̃ uoluntatẽ dñi cognouerũt, & ſciunt iudiciũ dei ſui. Hoc aũt dicit ſermone dubitantis, iuxta illud
Matth. 21. d euangelicũ: Mittã filium meũ, forſitan ipſum reuerebuntur, ut ex ambiguitate ſentẽtiæ, & ſuſpẽſiõe uerborũ, liberum hominis mõſtraretur arbitriũ.
a ¶ Et ecce magis &c.) Quos magiſtros putabã, inuenti ſunt peiores eſſe diſcipulis, & quãto in diuitibus maior autoritas, tãto maior inſolẽtia peccatorum. Confregerunt enim iugum legis, dicẽte
Act. 15. e Apoſtolo: Nũc ergo qd tentatis deum, imponere iugũ ſuper ceruicẽ diſcipulorum, quod neq; patres noſtri, neq; nos portare potuimus, ſed p gratiã dñi Ieſu credimus ſaluari, quẽadmodũ & illi:
F ruperuntq; uincula præceptorũ dei, & nõ pharisæorum, de quibus in ſecũdo pſalmo dicit: Dirũpamus uincula eorũ, & proijciamus à nobis iugum ipſorũ. Quia igitur iſta fecerunt, percuſſit eos leo de ſylua: regnum uidelicet Babyloniũ: lupus ad ueſperam uaſtauit eos, Medos Perſasq; ſignificãs, pro quo in uiſione Da-
Dani. 7. b nielis, urſa ponitur: cuius in ore tres erant ordines: pardus uigilans ſuper ciuitates eorũ, Alexãdri impetum præfigurans, & uelocẽ de occidente uſq; ad Indiam percuſſionem. Pardum aũt uocat ob uarietatem, & quia plurimis ſibi ſubditis gentibus cõtra Medos dimicauit & Perſas. Et quatuor, inquit, erãt capita in beſtia, & poteſtas data eſt ei. Et quia nõ de futuro uaticinatur, ſed de præterito, uelut iamiãq; uẽturis texit hiſtoriã, idcirco de Romano tacet imperio, de quo forſitan dicit: Omnis qui egreſſus fuerit ex eis, capiet. Cauſasq; reddit cur iſta perpeſſi ſint: Quia multiplicatæ ſunt præuaricationes eorũ, & perſeuerauerunt in tranſgreſſionibus. Vnde dicitur: Et cõfortatę ſunt auerſiones eorũ. Illud quod poſuimus in principio, uerbum Hebraicũ שָׁקֵד ſonare uigiliam, in præſenti loco oſtenditur: Vbi em̃ nos diximus: pardus uigilans, in Hebraico ſcriptũ
Tropol. eſt נָמֵר שֹׁקֵד. Iuxta Tropologiã: qui magni putãtur in eccleſia, quia cõfringunt iugum, & rumpunt uincula, idcirco tradũtur in ignominiã paſſionum, ut faciant quæ non conueniunt. b ¶ Super quo propicius tibi eſſe pot. &c.) κατάλογος peccatorum
G Hieruſalem, dum dicit ſe ignorare deus qua poſſit eius occaſione miſereri. Filij, inquit, tui dereliquerunt me. Nequaq; filij mei, ſed tui: quia iurãt in his qui nõ ſunt dij. Saturaui eos, & mœchati ſunt. Audiant hoc qui acceptis à dño diuitijs, incubãtes luxuriæ ſeruiũt. Equi amatores in fœminas facti ſunt. Pro emiſſarijs in Hebraico ſcriptum eſt מַשְׁכִּים, quod oẽs uoce cõſona ἕλκοντες, id eſt, trahẽtes, trãſtulerũt: ut oſtẽdatur magnitudo genitalium, iuxta illud Ezechielis: quaſi aſinorũ carnes, Ezech. 23. c eorũ carnes. Hoc eſt qđ in alio loco ſcriptum eſt: Aſſimilati ſunt iumentis Pſal. 48. c inſipiẽtibus, & ſimiles facti ſunt illis. Simulq; tantam oſtendit inſaniam libidinis, ut non ſolum appetitum uoluptatis, ſed χρεμετισμόν, id eſt, hinnitũ uocet, et ſeruet equorum furientium ad libidinem metaphoram. Cum hæc, H inquit, feceris, nunquid nõ uiſitatione condigna es? Et nota q̃ hic uiſitatio pro pœna ponat̃ atq; ſupplicijs, iuxta illud qđ ſcriptum eſt: Viſitabo in Pſal. 88. e uirga iniquitates eorum. Et in gente tali nõ ulciſcet̃ anima mea? Poſtq; peccatis obligata eſt, nequaquã uocatur populus dei, ſed gens à qua receſſit anima dei, ſecũdum illud quod ſcriptũ eſt: Neomenias ue- Eſa. 1. d ſtras, & ſabbata, & dies feſtos odit anima mea. Qđ autem in ueteri teſtamẽto dicitur, pro affectu: in nouo ſcriptum eſt, pro ueritate: ſaluatore dicente: Po- Ioan. 10. d teſtatem habeo ponendi animam meã, & poteſtatẽ habeo iterum ſumendi illam. c ¶ Aſcendite mur. eius &c.) Imperat gentibus, de quibus ſupra dixerat: Percuſſit eos leo de ſylua, lupus uaſtauit eos, & pardus in ciuitatibus eorum, ut aſcendant muros Hieruſalem ſiue propugnacula, & diſſipent eã: conſummationem autem non faciant, ut ſaluentur reliquiæ, & ſit qui annunciet in gentibus gloriam dei: ſeueritatiq; miſcet clemẽtiam. Quodq; intulit: Auferte propagines eius, ſiue ſuſtentacula: omnia tolli auxilia iubet, quæ ſuo uitio perdidit: eo q̃ præuaricata ſit in deum domus Iſraël, & domus Iuda: decẽ tribus & duas ſignificãs. Audiat hoc eccleſia, quod cito muri & propugnacula diſſipentur eorum, qui non habent ſpem in domino, & præuaricantur in eum, ſed tamen non fiat conſummatio propter clementiã iudicis, & nõ propter merita delinquentiũ.

Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipſi
enim cognouerunt uiã dñi, iudiciũ dei ſui. Et
a eccẽ magis hi ſimul cõfregerũt iugum: rupe
rũt uincula, idcirco percuſſit eos leo de ſylua:
lupus ad ueſperam uaſtauit eos: pardus uigi
lans ſuper ciuitates eorum: omnis qui egreſ-
ſus fuerit ex eis, capietur. Quia multiplicatæ
ſunt præuaricationes eorũ: confortatæ ſunt
b auerſiones eorum. Super quo propicius ti-
bi eſſe potero? Filij tui dereliquerunt me, &
iurant in his qui non ſunt dij: ſaturaui eos,
& mœchati ſunt, & in domo meretricis lu-
xuriabantur: equi amatores in fœminas, &
emiſſarij facti ſunt mihi. Vnuſquiſque ad
uxorem proximi ſui hinniebat. Nũquid ſu-
per his non uiſitabo, dicit dominus: & in gẽ
c te tali non ulciſcetur anima mea? Aſcẽndite
muros eius (ſiue propugnacula) & diſſipa-
te: conſummationẽ autem nolite facere. Au-
ferte propagines eius (ſiue ſuſtẽtacula) quia
nõ ſunt domini. Præuaricatione enim præ-
uaricata eſt in me domus Iſraël, & domus
Iuda

Nega



A a ¶ Negauerunt dñm &c.) Quia negauerũt dñm, ſiue mentiti ſunt dño & dixerũt: nõ eſt ipſe, cuius iudicio fiunt omnia, ſed fortuitu hæc om̃ia acciderũt: neq; euenĩet quæ nobis prophetarũ uoces minant̃: nec uidebimus gladiũ: nec famẽ ſuſtinebimus obſidionis, & quicquid locuti ſunt pphetæ, in uentũ locuti ſunt, & irrita om̃ia trãſierunt: nec habuerũt reſpõſum, hoc eſt, oraculũ, ſiue ſermo dei nõ fuit in eis, ideo ſuſtinebunt q̃ ſequens ſermo deſcribit. Audiat hoc eccleſia negligens, & puidentiã dei refutãs, q̃ & gladiũ & famem ſuſtineat, niſi futura crediderit quę dicunt̃.
b ¶ Hæc dicit dñs deus &c.) Dixiſtis: Prophetæ fuerũt locuti in uẽtũ: nec uẽtura ſunt, quæ minãt̃: propterea ò ppheta, do uerba mea in ore tuo, q̃ ignis habeãt poteſtatẽ, & populũ iſtũ in ligna conuertã, ut ſermone tuo & pphetia increduli cõcre-
B mẽtur. Sic deus ignis cõ-
Deute. 4. d ſumens dicitur, ut conſumat in nobis ſi ſup fũdamentũ Chriſti ædificauerimus ligna, fœnũ ſtipulam. c ¶ Ecce ego adducã &c.) Nequaq; multo poſt tẽpore, nec ut falſo creditis, prophetæ uobis loquent̃ in uẽtũ, ſed iam nunc adducã ſuper uos gentẽ Babyloniorum, quæ ueniet de lõginquo: gentẽ robuſtã, pro quo in Hebræo ſcriptũ eſt אֵיתָן, gentẽ antiquã: cuius quõdã
Gene. 10. b dominatus eſt Nemrod gigas. Cuius ignorabis linguã, ſiue ut in Hebræo ſcriptũ eſt: nec intelliges qd loquatur: eſt enim malorũ ſolatiũ, ſi illos habeas hoſtes, quos poſſis rogare, & qui tuas intelligant preces. Quodq; ſequit̃: Pharetra eius quaſi ſepulchrũ
C patens, & in Lxx. æditione nõ dicit̃, Babyloniam ſignificat armaturã. Nec dubiũ quin regnũ Aſſyriorũ, Babyloniorũ, Medorũ, atq; Perſarũ, ſagittãdi peritiſſimum ſit. Simulq; deſcribit uaſtitatem terræ Iudææ, ĩterfectionẽq; multorũ, abactionẽ pecorũ, ſubuerſionẽ urbiũ atque murorũ, quod gladio hoſtili, cuncta capiant̃, & tñ in tãtis malis nõ eos perdat uſq; ad internicionẽ, ſed reliquias ſaluas faciat uel eorũ qui in Babylonẽ ducti ſunt, dimiſſiq; ad agriculturã terræ Iudęę: uel eorũ qui poſt pſecutionis ardorẽ, uel fuga uel cõfeſſione fidẽ dñi ſeruauerunt. d ¶ Quod ſi dixer. &c.) Grãdis ſtulticia neſcire cur paſſi ſint, cũ tanta peccauerint: breuisq; ad ambigentes reſponſio, ſicut ſeruiuiſtis deo alieno, id eſt Baal, uel dijs alienis cunctarũ gẽtium in terra Iudæa, ſic ſeruietis dijs alienis in terra nõ ueſtra. Haud dubiũ quin
D Babylonis atq; Chaldęę. Si em̃ uos peregrina religio delectat, quid neceſſe eſt lõginquũ errorẽ ſuſcipere? Habitate cum talibus, imò ſeruite his quorũ deos colitis. Põt hoc & ſup hęreticis accipi, de quibus ſcriptũ eſt: Ex nobis exierũt, ſed nõ fuerunt ex nobis: Si em̃ fuiſſent ex nobis, mãſiſſent utiq; no- 1. Ioan. 2. e biſcũ, q̃ proijciat de eccleſia hæreticos dñs, qui multo tẽpore ſub nomine eius mendaciorũ ſuorũ ſimulacra uenerati ſunt, ut foris colãt quod intus prius uenerabantur, & paleæ ſeparentur à tritico.

a Iuda, dicit dñs. Negauẽrũt dñm & dixerũt:
non eſt ipſe (ſiue nõ ſunt hæc): nec ſuperue
niet ſuper nos malũ: gladiũ & famẽ nõ uide
bimus. Prophetæ fuerũt in uẽtũ locuti: & re
ſpõſum (ſiue ſermo) nõ fuit in eis. Hæc ergo
b euenient illis. Hẽc dicit dñs deus exercituũ,
quia locuti eſtis uerbũ iſtud: ecce ego do uer
ba mea in ore tuo in ignẽ, & populum iſtũ
c in ligna, & deuorabit eos. Eccẽ ego adducã
ſuper uos gentẽ de lõginquo domus Iſraël,
dicit dñs: gentem robuſtam, gentẽ antiquã,
gentem cuius ignorabis linguam, nec intelli
ges quid loquatur. Pharetra eius quaſi ſepul
chrum patens, uniuerſi fortes. Et comedet ſe
getes tuas & panem tuum; deuorabit filios
tuos & filias tuas: comedet gregem tuum &
armẽta tua: comedet uineã tuã & ficũ tuam,
& conteret urbes munitas tuas in quibus tu
fiduciã habes gladio. Verũtamen in diebus
illis, ait dominus: Nõ faciã uos in cõſumma
d tionem. Quod ſi dixeritis: quare fecit domi-
nus deus noſter nobis hæc om̃ia? Dices ad
eos: Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis deo
alieno (uel dijs alienis) in terra ueſtra: ſic ſer-
uietis alienis in terra non ueſtra.

Cõmentarij primi in Hieremiã prophetã finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM commentariorum Hieremiæ ad Euſebium procemium.

SEcundum frater Euſebi in Hieremiam librum celeri ſermone dictamus, auertentes parumper aures, ne audiamus iudicium ſanguinis & interfectorum animas deploremus: qui opinione uirtutum quotidie corruunt in ſuperbiam, & deo ſe ſimiles arbitrantur: ut æqualitatem, quam impia Arianorum hæreſis in filio negat, cũctis hominibus tribuant, & ponant in cœlum os ſuum, & nihil futuræ ſanctorum beatitudini amplius derelinquant. Quorum furori reſpondimus ut potuimus: & ſi dominus uitam dederit, plenius reſponſuri ſumus. Nunc cœpta carpenda eſt uia, & dictandi commentarioli, nec nimia longitudine extendentes opus: nec immoderata breuitate auferentes intelligentiam, quorum alterum onerat ſenſus legentium, alterum præpedit ſtudioſorum deſiderium.

Annun

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Hieremiam prophetam liber ſecundus.

ANnunciate hoc domui Iacob &c.) Multis modis peccãtes retrahit ad ſalutem, & ſtultũ uocat populũ, qui ſapiẽtiæ reliquit autorem: cõparatq́ eos ſimulacris, de quibus ſcriptũ eſt: Oculos habẽt & nõ uidẽt: aures habent & nõ audiũt. Similes illis fiant qui faciunt ea, & oẽs qui confidũt in eis. Proprie aũt ad Iudã loquit̃, & ad domũ Iacob: Iſraël eñ multo iã tempore in Aſſyrijs exulabat: ſimulq́ dat intelligentiam, ꝙ etiã abſq́ pręcepto, naturali ſenſu debeamus intelligere quæ recta ſunt. b ¶ Me ergo nõ ti. &c.) Narrat beneficia ut ingratos arguat. Me, inquit, nõ timebitis qui tãta uobis præſtiti? Nõ dilectionẽ deſidero perfectorꝝ, ſed timorẽ incipientiũ: qui poſui arenã terminũ mari: qui tã potẽs elementũ & immẽſas gurgitũ moles, meo pręcepto littoribus refrenaui, iuxta illud qđ ſcriptũ eſt: Præceptũ poſuit, & nõ præteribit. Audiũt me & ſentiunt, q̃ ſenſum nõ habẽt audiendi, & populus quondã meus ſuo uitio ſtultus effectus: nõ ſolũ cõtemnit, ſed & dulcẽ exaſperat deũ. Receſſerunt, ait, à me & mihi terga uerterunt, & concito abierũt gradu: nec tacita eos retraxit cõſcientia, ut dicerent in cordibus ſuis: Metuamus eũ qui dat nobis pluuiã temporaneã & ſerotinã. Per quæ omnia oſtẽdit bonam plenitudinẽ annuæ meſſis, pro quo Aquilæ prima æditio, & Symmachus, hebdomadas interpretati ſunt. In Hebræo enim ſcriptum eſt שְׁבֻעֹת, quod pro ambiguitate uerbi, & ſeptimanas ſignificat & plenitudinem. c ¶ Iniquitates ueſtræ decli. &c.) Ergo ſi quãdo & mare trãſcẽdit terminos ſuos & pluuia retrahit̃, nequaq́ abbreuiata eſt manus dñi, ut iſta non faciat: ſed peccata noſtra hæc ad nos uenientia declinarunt, ut ad alios pergerent qui nõ peccauerunt. Et prohibuerunt, inquit, iam ueniens ad nos bonum, iuxta illud quod ſecundum literam ſcriptũ eſt: Mãdabo nubibus ne pluãt ſuper eam imbrem. Poſſumus aũt imbrẽ temporaneum & ſerotinũ, legem accipere & euangeliũ, & diuerſas uocationes à prima hora uſq́ ad undecimã: in quibus operarijs uineæ, unum æternæ uitæ præmium pollicetur. d ¶ Quia inuẽti ſunt &c.) Cur declinaret ab eis imber tẽporaneus & ſerotinus, & bona omnia nõ uenirẽt, cauſæ ſubijciuntur: quia inuenti ſunt in populo eius impij. Nõ dixit, iniquos & peccatores, ut noua uult hæreſis, ſed impios. Impietas aperte negat deum: iniquitas atq́ peccatũ ſi cõfiteatur errorem, facile ad miſericordiã flectit deũ. Quodq́ nos diximus: Inſidiantes quaſi aucupes, & ĩ Lxx. nõ habet̃. Aquila & Symmachus trãſtulerunt uerbum יָשׁוּר quaſi rete aucupis, ꝙ etiã q̃ bonus inter eos uidetur & rectus, inſtar aucupis tẽdat inſidias, dũ inuicẽ ſe uenant̃ ad mortẽ, & aliorꝝ dãnis atq́ diſpendijs, ſuas complent domos, ut impleat̃ philoſophorũ illa ſententia: Omnis diues aut iniquus, aut hæres iniqui. Atq́ utinã ab his tãtum fiãt qui uident̃ foris eſſe, & quos dñs iudicat: & nõ in noſtris cõuẽticulis impleãtur, quos poſſidet radix omnium malorꝝ auaricia, ita ut uenĩẽtium ad nos nõ ora cõtẽplemur, ſed manus. e ¶ Ideo magnifi. &c.) Si uoluero annotare per ſingula quæ in Lxx. æditione prętermiſſa ſunt, longum fiet. Qui tendunt, ait, inſidias, & aliorum nuditate lętant̃, ideo magnificati ſunt & ditati, quia ſuperiora fecerũt. Incraſſati ſunt & impinguati, iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Incraſſatus & impinguatus eſt, & recalcitrauit dilectus. Et præterierunt ſermones meos, quia diuitiarũ cõſcientia illud dixerũt de euãgelio: Anima habes multa bona poſita in annos multos: requieſce, comede, bibe, epulare. Præterierunt aũt in malum ſui: cunctoſq́ homines deſpicientes, nõ poſuerunt dei iudiciũ ante oculos ſuos. Pupillum & pauperes cõtempſerunt. Pro quo Lxx. dixerunt, uiduas: quod in Hebraico non habetur, אֶבְיוֹנִים quippe proprie pauperes, non uiduas ſonat. Quod autẽ ſequitur: Nunquid ſuper his non

Pſal.113.b — Pſal.148.b — Eſa.5.g — Matth.20.a — Deute.32.b — Luc.12.c

a ANnũciate hoc domui Iacob & auditum facite in Iuda dicentes: Audi popule ſtulte qui non habes cor: qui habentes oculos, nõ b uidetis: & aures, & non auditis. Mẽ ergo nõ timebitis, ait dominus: & à facie mea nõ dolebitis (ſiue timebitis) qui poſui arenã terminum mari: præceptũ ſempiternũ quod non præteribit: Et cõmouebũtur, & nõ poterũt, (ſiue turbabit̃, & nõ poterit) & intumeſcent, (ſiue ſonabunt) fluctus eius, & nõ tranſibũt illud. Populo huic factũ eſt cor incredulũ & exaſperans: receſſerunt, & abierunt: & nõ dixerunt in corde ſuo: Metuamus dñm deum noſtrum, qui dat nobis pluuiã temporaneã & ſerotinã in tempore ſuo: plenitudinẽ an- c nuæ meſſis cuſtodientem nobis. Iniquitates ueſtræ declinauerunt hæc, & peccata ueſtra d prohibuerunt bonum à uobis. Quia inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes: laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos uiros: ſicut decipula plena auibus, e ſic domus eorũ plenæ dolo. Ideõ magnificati ſunt & ditati: incraſſati ſunt & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſime: cauſam non iudicauerunt: cauſam (ſiue iudicium) pupilli nõ direxerũt: iudiciũ pauperũ, (ſiue uiduæ) nõ iudicauerũt. Nũquid ſuper his nõ uiſitabo, dicit dominus: aut ſuper gẽtem huiuſcemodi nõ ulciſcetur anima mea?

Stupor



his nõ uiſitabo, dicit dñs: aut ſuper gentẽ huiuſcemodi nõ ulciſcet̃ anima mea? iam ſupra diſertũ eſt. a ¶ Stupor &c.) Supra dixerat: Ibo ad optimates, & loquar eis: forſitan ipſi cognouerũt uiam dñi, & ecce hi magis pariter cõfregerũt iugũ: ruperũt uincula: nũc deſcribit q̃ ſint optimates, ꝓphetę uidelicet & ſacerdotes: quorũ alij futura prædicũt: alij ex lege faciẽda decernũt. Et ecce, inquit, illis mẽdaciũ prophetãtibus, ſacerdotes manibus applauſerũt. Et ut oſtẽdat̃ nec ppl's eſſe ſine culpa, q̃ à talibus abducat̃, ſcriptũ eſt: Et ppl's meus dilexit talia: quõdã meus: & poſtq́ dilexit, meus eſſe deſiuit. Quid igit̃ faciẽt cũ nouiſſimũ iudicij tẽpus aduenerit, ſiue captiuitatis neceſſitas? Vñ ſtupor & mirabilia ſunt, qđ nec in principibus, nec in ppl'o inuẽtus ſit q̃ recta ſentiret. Ca. VI. COnfortamini filij Beniamin in medio Hieruſalẽ &c.) Hieruſalẽ in tribu Beiamin ſitã, nullus ignorat. Thecuam quoq́ uiculũ eſſe in monte ſitum: & duodecim milibus ab Hieroſolymis ſeparatũ, quotidie oculis cernimus. Inter hos alius uicus eſt, q̃ lingua Syra & Hebraica בֵּית הַכֶּרֶם nominat̃: & ipſe in monte poſitus. Quod ergo dicit, hoc eſt: q̃a ab aquilone iam iamq́ uenturus eſt Nabuchodonoſor, & imminet uicina captiuitas, ò habitatores Hieruſalẽ arma corripite, & in Thecua buccina cõcrepate: & in Bethacerẽ leuate uexillum, ait: ut cõtra hoſtes ualeatis reſiſtere. Beniamin interpretat̃ filius dexteræ: Thecua, tuba: Bethacerem: uilla uineæ. Hęc omnia referamus ad eccleſiam: ut ſi deliquerit & perſecutionis impetus fuerit, ſe præpararet ad reſiſtendum. c ¶ Speciosæ & delicatæ aſſimilaui &c.) Deſcribit̃ pulchritudo Hieruſalẽ, quæ eſt ipſa Sion: ut aliud totã urbem, aliud arcẽ urbis inſinuet eſſe: Sion enim arx, ſpecula interpretat̃: & ſpecioſæ mulieri comparat̃ & quomodo ad illam amatores, ſic ad iſtam paſtores conuenire dicuntur. Satiſq́ elegãter in Hebræo uerbũ quod quatuor literis ſcribit̃ רעים: ſi legatur רֵעִים, amatores: ſi רֹעִים, paſtores ſignificat: ut uel iuxta Metaphoram, pulchræ mulieris amatores: uel iuxta euerſionem urbis, paſtores intelligantur: quorũ alij ſcortum polluere feſtinant: alij obſidere & ſubuertere ciuitatem. In paſtoribus & gregibus eorum, principes ſentiamus: & exercitus Chaldæorum. Figent autem tẽtoria ſua in obſidione urbis in circuitu: & paſcet unuſquiſq́ eos qui ſub manu ſua ſunt: ſuas uidelicet turmas & numeros. Qui principes ſiue paſtores, dicẽt gregibus ſuis: Sanctificate ſuper Hieruſalem bellũ: domini enim imperium eſt. Conſurgite & aſcendamus in meridie: nõ per noctem & inſidias, ſed plena luce pugnemus: nullus eñ nobis põt reſiſtere. d ¶ Væ nobis q̃a &c. Surgite, & aſcendamus in nocte &c.) Illi dicũt: Surgite, & aſcendamus in meridie & clara luce pugnemus. Iſti reſpondẽt: Væ nobis, quia longiores factæ ſũt umbræ ueſperi. Secundũ illud Vergilianũ: Et iã ſumma procul uillarũ culmina fumãt: Maioreſq́ cadunt altis de montibus umbræ. Et eſt ſenſus: Si per diem hæc patimur, q̃d patiemur in nocte? Rurſumq́ qui ſupra dixerãt: Sanctificate ſuper eam bellũ atq́ conſurgite: nunc ipſi ſe prouocãt ad bellandum, dicentes: Surgite, & aſcẽdamus in nocte: ut ſciãt aduerſarij, non temporis uictoriã eſſe, ſed uirium: & diſſipemus domos, quę fruſtra murorũ firmitate uallant̃. e ¶ Quia hæc dicit dominus &c.) Idcirco, inquiũt, de uictoria ſecuri ſumus: quia præceptum domini eſt imperantis Chaldæis: ligna ſuccidite, & futuris munitionibus aggerem cõportate. Per quæ oſtẽditur anteq́ ueniat corona, nõ ſtatim urbem eſſe capiendam: ſed longa obſidione, ut poſtea legimus. f ¶ Hæc eſt ciuitas &c.) Præcepit dominus ut arbores ſuccidãtur: & ut fundant̃ per circuitũ aggeres: quia tẽpus uiſitationis eius aduenerit, ut recipiat pro peccatis ſuis: quorũ maximũ eſt συκοφαντία: ut innocentẽ opprimat per calumniã. Quomodo ergo ciſterna uel lacus, frigidã facit aquã ſuam: ſic in medio Hieruſalẽ, malicia quæ in ea eſt omnem calorẽ perdidit uitæ. Et hoc notandũ ꝙ ſancto ſpiritu accenſi, feruẽtes appellentur: mala aũt frigida ſint.

בנימין — תקוע — בית הכרם — ציון

a Stũpor & mirabilia facta ſunt in terra. Prophetæ prophetabãt mendacium (ſiue iniqua) & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis: & populus meus dilexit talia: quid ergo facietis in nouiſſimo (ſiue poſt hæc?) Cap. VI.

b COnfõrtamini filij Beniamin in medio Hieruſalem: & in Thecua clangite buccina, & ſuper Bethacerem leuate ſignum: (ſiue uexillum) quia malum uiſum eſt (ſiue apparuit) ab Aquilone & contritio magna. c Specioſæ & delicatæ aſſimilaui filiam Sion: ad eam uenient paſtores, & greges eorum: fixerunt (ſiue figent) in ea tentoria in circuitu: paſcet unuſquiſque eos qui ſub manu ſua ſunt. Sanctificate (ſiue parate) ſuper eam bellum: conſurgite, & aſcendamus in meridie. d Væ nobis, quia declinauit dies: quia longiores factæ ſunt (ſiue defecerunt) umbræ ueſperi. Surgite & aſcendamus in nocte: & diſſipemus domos eius (ſiue fundamenta illius.) e Quia hæc dicit dominus exercituum: Cædite lignũ (ſiue ligna) eius: & effundite (ſiue com- f portate) circa Hieruſalem aggerem. Hæc eſt ciuitas uiſitationis (ſiue mendax) omnis calumnia (ſiue oppreſſio) in medio eius. Sicut frigidam facit ciſterna (uel lacus) aquã ſuam: ſic frigidam fecit malicia ſua.

Iniquitas

F

a HEB. Iniquitās & uaſtitas audietur in ea coram me ſemper, infirmitas & plaga. Erudire Hieruſalē, ne forte recedat anima mea à te: ne forte ponam te deſertam terrā inhabitabilem. Hæc b dicit dn̄s exercituū: uſque ad racemū colligent quaſi in uinea reliquias Iſraël. Conuerte manū tuā quaſi uindemiator ad cartallū.

SEP. Impietas & miſeria audietur in ea contra faciē eius. Per omnē dolorē & flagellū erudieris Hieruſalem, ne forte recedat anima mea à te: ne faciā te inuiam terrā quæ nō habitetur. Quia hæc dicit dn̄s uirtutū: Racemate, racemate quaſi in uinea reliqas Iſraël. Reuertimini quaſi uindemiator in cartallū ſuū.

c Cui loquar, & quē cōteſtabor ut audiat? Ecce incircunciſæ aures eorum (ſiue ueſtræ) & audire non poſſunt. Ecce uerbū dn̄i factū eſt eis ī opprobriū, & nō ſuſcipiēt illud.

d HE. Idcirco furore dn̄i plenus ſū: laboraui ſuſtinens.

SEP. Et furorē meū īpleui & ſuſtinui: & nō cōſūpſi eū

e Effunde (ſiue effundit) ſuper paruulum furorē, & ſuper cōcilium iuuenum ſimul: uir enim cum uxore capietur, ſenex cum pleno dierum. Et tranſibunt domus eorum f ad alteros, agri & uxores pariter. Quia extendam manum meam ſuper habitātes terrā, dicit dominus. A minore quippe uſque ad maiorem omnes auariciæ ſtudent: & à propheta uſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia,

E ſint. Vnde & illud ſcriptū eſt, ꝙ in nouiſſimis diebus quando multiplicata fuerit iniquitas, refrigeſcet charitas multorū. (Matth.24.b) Quod puto & illud ſonare: Aſſimilatus ſum deſcendētibus in lacum. (Pſal.27.a) Hoc aūt latinus lector intelligat, ut ſemel dixiſſe ſufficiat: lacum nō ſtagnum ſonare, iuxta Græcos, ſed ciſternā: ꝗ ſermone Syro, & Hebraico גֶּבֶא appellat. In præſenti aūt loco pro lacu, quē oēs ſimiliter trāſtulerūt, in Hebraico dicit̃ בֹּור. a ¶Iniquitas & uaſtitas audiet̃ &c.) Per hæc diſcimus ꝙ flagellat dominus omnē filium quē recipit. Et idcirco plagis atque tormētis eruditur Hieruſalē ut corrigatur: & non recedat anima dei ab ea, & redigatur in ſolitudinē. Si quādo igitur crebris anguſtijs ſubiace- F mus, recordemur in cōſolationē noſtri iſtius uerſiculi: per omne flagellum & dolorē erudieris Hieruſalē. b ¶Hæc dicit dn̄s exercituum &c.) Alij in bonā partem, alij in malam hæc dicta ſuſcipiunt. In bonam partem cum uaſtata fuerit Hieruſalē, reliquiæ ſaluæ fiant. In malā ſic, ne unus quidē racemus, & paruus botrus remaneat in uinea, omnia colligent̃: & quodcunꝗ inueneris, inſtar uindemiatoris in cartallum colligito: ut quomodo ille racemus ad torcular, ſic tu captiuos pertrahas in Babylonem. c ¶Cui loquar &c.) Non poſſunt audire: quia aures circūcidere noluerūt: nec tamē uacat impoſſibilitas ſupplicio, quæ de cōtemptu & infidelitate deſcēdit. Si quis ergo dei uerba nō ſuſcipit, nec habet præceptorū eius intelligētiā, incircunciſis auribus eſt. Simulꝗ notādū ꝙ circuncisio tribus generibus in ſcripturis appellat̃, in præputio, in corde & in auribus. (Matth.11.b) Vnde dicit dn̄s: Qui habet aures audiēdi, audiat. Volūtate ergo noſtra uerbū dei nō ſuſcipimus: & idcirco fit nobis in opprobriū: ut qđ datū fuerat nobis ad ſalutē, noſtro uitio uertat̃ in pœnā. d ¶Idcirco furore domini plenus ſum &c.) Iuxta Hebraicū, ex perſona prophetæ dicitur: quod ue-

G niente iram dei ante proſpiciat, & plenus ſit furoris dn̄i & iracūdiæ, & ultra ſuſtinere nō poſſit: nec pro peccatoribus audeat dominū deprecari. Iuxta Lxx. aūt nouus ſenſus ponit̃, quod ipſe dominus loquatur & dicat: Furorem meum cōpleui, feriendo populū peccatorem: & tamē retinuerit illum & non totum effuderit, ut reliquiæ ſaluæ fiāt: quod mihi uidet̃ ſibi eſſe contrariū. Si enim cōpleuit furorē ſuū, quomodo ſuſtinuit ne cōpleret? e ¶Effunde ſuper paruulum furorē, & ſuper &c.) Vel propheta præcipit in ſpiritu ueniēti Chaldæo, ut effundat furorem domini ſuper paruulos, & innoxiæ quoque non parcat ætati: uel certe narrat quid factum ſit ſuper concilium iuuenū ſimul, qui ad re- H pugnandum arma corripuerant. Vir enim cum uxore capietur: dulciſſima inter ſe nomina pariter ſentient captiuitatem, ſenex cū pleno dierum. Ergo ſenectus nō eſt ætas ultima, ſed eorum qui pleni ſunt dierum: quos noſtro ſermone appellamus depoſitos, ſiue decrepitos. Sequitur: Et trāſibunt domus eorum ad alteros, captiuitatis malo, agri & uxores ſimul: ut & coniunx ad hoſtes trāſeat & poſſeſſio. Quicquid iuxta literam intelligimus ſuper Hieruſalem, iuxta intelligentiam ſpiritualem referamus ad eccleſiam, ſi offenderit deum. f ¶Quia extendam manum meam ſuper habitantes terram, dicit &c.) Quod in Hebraico dicitur: Extendam manum meam ſuper peccatores ſiue habitatores terræ: apud Lxx. ſemper eleuabo ſcribit̃, qui uterꝗ percutiētis eſt habitus. Iuxta illud quod ſcriptum eſt: Et adhuc manus domini extenta, ſiue excelſa. (Eſa.5.f) Habitatores autem terræ ſemper in uitio ſunt. Vnde & in Apocalypſi frequentius dicitur: Væ habitatoribus terræ. (Apoc.8.d) A minore uſꝗ ad maiorem omnes ſtudent auariciæ: ſecundū illud apoſtolicum: Radix omnium malorum eſt auaricia. (1.Tim.6.b) Et à propheta uſꝗ ad ſacerdotem cuncti faciūt dolum.

Alij in



ignominia, dicentes: pax, pax, & nō erat pax. a Cōfuſi ſunt, quia abominationem fecerunt: quin potius cōfuſione nō ſunt confuſi, & eru- b beſcere neſcierunt. Quamobrem cadēt inter ruentes: in tempore uiſitationis ſuæ corruēt, c dicit dominus. Hæc dicit dominus: State ſuper uias & uidete, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit uia bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium (ſiue purificationem) animabus ueſtris. Et dixerunt: non ambulabimus (ſiue non ibimus). Et conſtitui ſuper uos ſpeculatores, audite uocem tubæ. Et dixerunt, non audiemus. Ideo audite (ſiue audierunt) gentes; & cognoſce congregatio (ſiue qui paſcitis greges); (aut iuxta Symmachum: & cognoſcite teſtimonium quod in eis d eſt, quanta ego faciam eis). Audi terra: Ecce ego adducā mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum, ſiue auerſionis eius: quia uerba mea non audierunt, & legem meam e proiecerunt. Vt quid mihi thus de Saba affertis: & calamum ſuaue olētem de terra longinqua? Holocauſta ueſtra non ſunt accepta: & uictimæ ueſtræ mihi non placuerunt.

Propterea

A Alij in prophetādo mēdaciū: alij peruerſe interpretādo legem dei. Dicit eñ & in alio loco propheta: (Hiere.16.c) Quærite legē à ſacerdotibus. Et cum, inquit, tāta facerent, proſpera quæꝗ meo populo nunciabāt: & quaſi curare cupiebāt uulnus, & ignominiam filiæ meæ, dicentes: Pax, pax: cum pax omnino nō eſſet: Hoc proprie de ſacerdotibus & doctoribus intelligēdū eſt: q diuitibus & eis quos uidēt in honore maximo cōſtitutos, repromittūt proſpera, & clementē prædicāt deū: magis illos ſupplicio & iracundiæ præparātes. a ¶Cōfuſi &c.) Preſſius hoc legendū eſt iuxta Hebraicū. Et cū, inquit, tāta fecerint, nūquid cōfuſi ſunt? nunqd erubuerūt in ſceleribus ſuis? quin potius peccatum auxere cōtemptu, & erubeſcere neſcierūt. Neſcierūt aūt hic poſuit pro noluerūt: ſiue nimio B cōtemptu & uitio inoliti mali, ne intelligere quidem potuerunt. b ¶Quamobrem cadēt inter &c.) Quoniā, ait, erubeſcere neſcierūt: & nō ſolū opus, ſed ne ſciētiam quidē habuere, & ſenſum pœnitētiæ: propterea cadent qui prius ſtabant inter eos, qui uitijs ſuis corruent: & cum uiſitationis & pœnæ eorum tēpus aduenerit, cunctis ruētibus ſociabūtur. Grādis aūt impietas, nō ſolū nō cauere, ſed nec intelligere uelle peccata, & nullā habere diſtantiā bonorū malorūꝗ operum. c ¶Hæc dicit dn̄s: State ſuper &c.) Euāgelica parabola ſi fuerit intellecta, (Matth.13.f) huius loci præbebit intelligētiā: in qua negociator bonus, omnes uēdere dicit̃ margaritas: ut de precio earū unā emat precioſiſſimā margaritā: quod ſcilicet per patriarchas & ꝓphetas ueniamus ad eū qui (Ioan.14.a) dicit: Ego ſum uia. Standū eſt igit̃ in prophetis, & diligētiſſime cōtemplandū: & interrogādū de ſemitis antiquis ſiue ſempiternis, quæ multorū ſanctorum ſunt tritæ ueſtigijs: quæ ſignificātius Græce (Matth.7.b) appellant̃ τρίβοι quæ ſit uia bona in euāgelio, & ambulandū in ea: quæ uia cum inuenta fuerit, præbet refrigeriū ſiue purificationē animabus credētium. At illi ecōtrario reſpōderūt, nō ambulabimus per uiam euāgelij: proprie hoc propheta dicēte de perfidia Iudæorum. Statimꝗ infert: Et conſtitui ſuper uos ſpeculatores. Haud dubium quin apoſtolorū

C indicetur chorus: iuxta Ezechielem: Filij hominis ſpeculatorē te dedi domui Iſraël: & præcepi ut au- (Ezech.3.d) diretis uocem tubæ, uel mandata euangelij, uel doctrinā apoſtolorū: iuxta illud Eſaiæ: In mōtem ex- (Eſa.40.b) celſum aſcende, qui euangelizas Sion: exalta ſicut tuba uocē tuā, qui annūcias Hieruſalē. Qui dixerunt: Non audiemus. Et inuitati ad cœnā, noluerūt uenire: propterea dicitur: Audite gētes. Qđ ſequuti ſunt & apoſtoli, quando loquunt̃ in Lycaonia: Vobis quidem (Act.13.g) oportebat primū loqui uerbum dei: ſed quia repellitis illđ, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ: ecce conuertimur ad gentes. Et cognoſce cōgregatio, nequaꝗ Iudaica, ſed omniū nationū. Siue qui paſcitis greges epiſcopi & presbyteri & omnis ordo eccleſiaſticus. Vel cognoſcite teſtimoniū qđ in eis eſt: Teſtimoniū eñ dei fidele, D ſapientiā præſtās paruulis. Quibus loqt̃ & dn̄s: Noli timere grex paruule. Et: Ecce ego & pueri mei, quos mihi dedit deus: Cognoſcite ergo quāta faciā populo non credēti. Quodꝗ infert̃: audi terra, totus orbis ad audiendū uocat̃: ſicut & in principio Eſaiæ legimus: Audi cœlū, & auribus percipe terra: (Eſa.1.a) quę ſcilicet dn̄s facturus ſit pplo Iudęorū. d ¶Ecce ego adducā mala &c.) Mala appellat ſupplicia pœnasꝗ patiētiū nō ſuper gētes ꝗ uocant̃ ad euāgelij ueritatē, ſed ſuper populū qui reſpōdit: Nō audiemus. Et recepturus eſt fructum cogitationū, ſiue auerſionis ſuæ: dicēte Dauid: La- (Pſa.127.a) bores manuū tuarū māducabis. Cauſaꝗ perſpicua, ꝗa uerba dn̄i nō audierint, & legē eius abiecerint. e ¶Vt qd mihi thus &c.) Quod thura de Saba ueniāt nemo dubitat: unde & illud Vergilianū: Centumꝗ Sabæo thure, calent aræ. Calamū aūt qđ Hebraice dicitur קָנֶה: pro quo Lxx. & Theodotio, cinamū trāſtulerūt: de terra uenire longinqua, ꝓphetícus ſermo teſtat̃: ut intelligamus Indiā, de qua ꝑ mare rubrū plura ueniūt aromata. Hoc genus pigmēti medici, κασσίαν σύνεργον appellāt. Et eſt ſenſus: Fruſtra mihi in unguēta cōficiēda, quæ lege præcepta ſunt, ſuauiſſimi odoris pigmenta confertis, & holocauſta ſuccenditis: qui meam in lege nō facitis uoluntatem: iuxta quod ſupra dictū eſt: Ver-

 ba mea

a Prôpterea hæc dicit dominus:Ecce ego dabo in populum iſtum ruinas:& ruent in eis (ſiue infirmitatem: & infirmabuntur in ea) patres & filij ſimul,uicinus ac proximus,& b peribunt.Hæc dicit dominus: Ecce populus uenit de terra Aquilonis:& gens magna conſurget à finibus terræ. Sagittam & ſcutum (ſiue zibynam) arripiet: crudelis eſt (uel impudens) & non miſerebitur:uox eius quaſi mare ſonabit:& ſuper equos aſcendent,præparati quaſi uir ad prælium aduerſum te filia Sion. c Audiuimus famam eius: diſſolutæ ſunt manus noſtræ: tribulatio apprehen d dit nos:dolores quaſi parturientem. Nolite exire ad agros:& in uia ne ambuletis:quoniam e gladius inimici pauor in circuitu.Filia populi mei accingere cilicio,& conſpergere cinere:luctum unigeniti (ſiue dilecti) fac tibi planctum amarum(ſiue miſerabilem): quia repente ueniet uaſtator (ſiue miſeria) ſuper f nos(ſiue ſuper uos). Probatorem dedi te in populo meo robuſtum:& ſcies & probabis uiam eorum.Omnes iſti principes declinātes (ſiue inobedientes); ambulātes fraudulenter (ſiue peruerſe). Aes & ferrum,uniuerſi corrupti ſunt:defecit ſufflatorium in igne(quem ſignificantius Græci φυσητῆρα appellant):cōſumptum eſt plumbum:fruſtra conflauit conflator ſiue argētarius.Malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ:argentum reprobum uocate eos:quia dominus proiecit illos.

Cap.

E ba mea non audierunt:& legē meam proiecerunt. Hoc aūt proprie conuenit his,qui de rapinis & nudatione miſerorū offerūt ſacrificia:& eleemoſynis ex iniquitate ſe putāt redimere poſſe peccata,dicēte ſcriptura:Redēptio animæ uiri,ꝓpriæ diuitiæ: quæ non de iniquitate, ſed de labore & iuſticia cōgregantur. a ¶Propterea hæc dicit &c.) Impleta uidemus omnia quæ dominus illi pplo cōminatus eſt:quotidie enim ruunt in blaſphemijs ſuis:nihilq; in ſe habent forte,ſed oīs apud eos infirmitas eſt. Filij patrū ſequuntur blaſphemias: & quotidie recipiunt illā imprecationē: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros:& nō ſolū ipſi,ſed & uicini & proximi eorū,omnes qui legē & ꝓphetas ſequunt̃ iuxta occidētem literā,& nō iuxta ſpiritū uiuificantē:& omnes pariter peribūt:qa omnes pariter peccauerunt.

Prouer.13.b

Matth.27.c

F b ¶Hæc dicit dn̄s:Ecce populus uenit &c.)Proprie hoc de Babylonijs prophetatur,qui uēturi ſunt cōtra populū Hieruſalē:& omnis armaturæ ordo deſcribit̃:& impetus præliantiū,ut uocis terrore cōcuſſi,agant pœnitentiā:& clemētiſſimū placēt deum.Deniq; dat occaſionē rogādi dū dicit, aduerſum te filia Sion.Poſſumus hoc teſtimonio abuti perſecutionis tempore,quando omnis aduerſus nos diaboli rabies cōcitat̃,nullaq; miſericordia eſt:& quaſi uehemētiſſimi maris fluctus,ita opprimūt reſiſtentes. c ¶Audiuimus famam eius &c.) Reſpondit populus,cui propheta,imò per prophetā dominus Babylonijs cōminatus eſt:quod anteq; ueniant,timore ſuperati ſint:nec poſſint eleuare manus:& anguſtia eos cōprehēderit quaſi dolor parturiētē: quo dolore nihil affirmāt grauius quæ ſenſerunt. d ¶Nolite exire ad agros &c.)Docet euāgeliū nō eſſe exeundum in agrum,nec de tectorū altitudine deſcendendum,ſed audiendum illud:In monte ſaluum te fac.Ad quem in Eſaia & Michea iubemur currere,atq; conſcendere.Præcipitur autem iuxta

Matth.24.b

Gene.19.d

Eſa.2.a

Michee.4.a

G literam,ne foras exeant,nec deſerāt muros:ſed ut tueātur ſe firmiſſimis munitionibus. e ¶Filia populi mei &c.) Quia ſupra dixerat:Nolite exire ad agros,& in uia ne ambuletis:quoniā gladius inimici,pauor in circuitu:& fugam quoq; prohibuerat: docet qd facere debeāt: ut conuertantur ſcilicet ad pœnitentiam:& hanc firmiſſimam & ſecurā habeant armaturam. Vbi nos diximus,luctū unigeniti fac tibi:Pro unigenito,in Hebraico ſcribitur יָחִיד:quod magis ſolitarium,quàm unigenitum ſonat.Si enim eſſet dilectus ſiue amabilis,ut Septuaginta tranſtulerunt, יְדִיד poneret̃: qd' & Salomoni deus nomē impoſuit.Nihil aūt dolētius q; unū uel ſolum perdere filiū.Illud quoq; qd' nos interpretati ſumus:quia repēte ueniet uaſtator ſiue miſeria ſuꝑ nos: Septuaginta, ſuper uos,poſuerunt:cū multo deus miſericordius dixerit:ut quicqd ſuꝑ ſuū uēturum eſt populum, ſuper ſe quoq; uenire teſtetur.Vaſtatorem autē proprie, uel Nabuchodonoſor,uel diabolū ſignificat. f ¶Probatorem dedi te in pplo meo robuſtū:& ſcies & probabis &c.) Datur propheta populo incredulo ꝓbator robuſtus, quod Hebraice dicitur מִבְצָר: quod uel munitū,iuxta Aquilā,uel clauſum atq; circundatū, iuxta Symmachum & Septuaginta ſonat,inſtar urbis firmiſſime:ut nullas populi pertimeſcat inſidias:& cum probaueris,ait,& ſcieris uiam populi delinquētis,tūc intelligas argētū cōmixtū ære nulla ratione poſſe purgari.Quomodo enim plumbum miſcetur metallis quæ adulterata ſunt atq; uiolata,ut materia ſeparet̃ aliena:& ſi forſitan purgata non fuerit,plumbū omne conſumit̃, & in nihilum redigitur:ita omne eloquiū doctrinarū,& ſermo propheticus perit in his qui audire cōtemnunt.Dicamus & ſuper his,qui ſicut aſpides ſurdæ obturant aures ſuas ne audiant uoces incantantiū.Fruſtra enim cōflauit argentarius ſiue conflator:malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ.

יְדִידְיָה

2.Reg.12.f

H

Pſal.57.a

Vnde



a VErbûm quod factum eſt à dn̄o ad Hieremiā,dicēs:Sta in porta domus dn̄i:& prædica(uel lege)ibi uerbū iſtud, & dic:Audite uerbum domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has,ut adoretis b dn̄m.Hæc dicit dominus exercituū deus Iſraël:Bonas facite(ſiue dirigite)uias ueſtras & ſtudia ueſtra(ſiue adinuentiones ueſtras); & habitabo uobiſcum in loco iſto(ſiue habitare c uos faciā in loco iſto.)Nolite confidere in uerbis mendacibus,dicētes: Templum domini, templum domini,templū domini eſt:quoniā ſi benedixeritis (ſiue direxeritis) uias ueſtras & ſtudia ueſtra:ſi feceritis iudicium inter uirum & proximum ſuum.Aduenæ,& pupillo,& uiduæ,non feceritis calumniam(ſiue nō oppreſſeretis eos): nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco hoc:& poſt deos alienos non ambulaueritis in malum uobiſmetipſis.Habitabo uobiſcum(ſiue habitare uos faciam)in iſto loco,in terra quam dedi patri d bus ueſtris à ſeculo uſque in ſeculum. Ecce uos confiditis uobis in uerbis mendacij (ſiue mendacibus)quæ non proderunt uobis.Furari, occidere, adulterare, iurare mendaciter, libare Baalim,& ire poſt deos alienos quos ignoratis.Et ueniſtis,& ſtetiſtis corā me in domo hac,in qua inuocatū eſt nomen meum,& dixiſtis:Liberati ſumus(ſiue deſiuimus): eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas. e Nunquid ſpelunca latronū facta eſt domus iſta(ſiue mea)in qua inuocatum eſt nomen meū in oculis ueſtris?Ego,ego ſum:ego uidi, dicit

Cap. VII.

A Vnde nequaq; argentum,ſed argētum reprobum ſunt uocati:quia dn̄s abiecit eos.Principes aūt ſūt à dn̄o recedentes ſiue inobedientes, qui peruerſe ambulant & fraudulenter. Cap. VII. VErbum quod &c.ut adoretis dn̄m.) Hoc in æditione Lxx.nō habet̃, ſed de Theodotione ex Hebraico additū eſt.Imperat̃ aūt ꝓphetæ ut ſtet in porta dn̄i,ꝑ quā ad adorādū dn̄m ingredit̃ ppl'i multitudo: ut ꝑ hāc occaſionē poſſint audire quę dn̄s præcipit.Per quod intelligimus duritiā ppl'i Iudęorū,q; quaſi mēdaces atq; ueſanos habuerint prophetas,dū per occaſionē & celebritatē loci audire cogunt̃ uerba dn̄i:& nō ꝓpter hoc, quod uerba ſint dn̄i. b ¶Hæc dicit dn̄s exercituū &c.)Clemētiſſimus medicus omni uulneratos cupit ſanare medicamine. Quādo aūt dicit:Bonas facite

B ſiue corrigite uias ueſtras,oſtendit eas eſſe ꝑuerſas,& nihil in ſe habere boni.Et qa naturale eſt,ut unuſqſq; natale diligat ſolum:& nihil dulcius habeat patria,pollicet̃ pręmia obediētibus. Habitabo,inqt,uobiſcū, ut ſecuros de habitatione uos faciam:ſiue uoſipſos,iuxta Symmachū, firma habitatione fundabo,qui ait:Et cōfirmabo uos ī loco iſto. c ¶Nolite confidere &c.) Hoc quod Lxx.in huius capituli addidere principio:In uerbis mendacij, quæ uobis omnino non ꝓderūt:in Hebraico nō habet̃.Præcepit aūt & tūc populo Iudæorū,& hodie nobis,q uidemur in eccleſia cōſtituti,ne fiduciā habeamus in ædificiorū ſplēdore,auratiſq; laquearibus,& ueſtitis parietibus marmorū cruſtis.Et dicamus:Tēplū dn̄i,tēplū dn̄i,tēplū dn̄i eſt.Illud em̄ tēplū dn̄i eſt,in quo habitat uera fides,ſancta cōuerſatio,oīmq; uirtutū chorus.Deniq; infert:Si rectas feceritis uias ueſtras:& cogitatio ueſtra nō abierit poſt errorē,& ſequuti fueritis iuſticiā,& malū non feceritis,neq; effuderitis ſanguinē innocentē:ſim-

C plices quoſq; nō ſcandalizantes:& poſt deos alienos nō ambulaueritis,peruerſa adorātes dogmata, quæ de ueſtro corde ſimulaſtis in malū uobiſmetipſis.Vel habitabo uobiſcū in loco iſto,quē uocatis tēplū dei:& in terrā quā dedi patribus ueſtris, apoſtolis ſcilicet & apoſtolicis uiris. Vel certe firma ſtatione habitare uos faciā à prīcipio uſq; ad finem.Pōt hoc & illis uirginibus conuenire,q̄ iactāt pudicitiā:& impudēti uultu pręferūt caſtitatē,cū aliud habeat conſciētia,& neſciūt illā definitionē apoſtoli uirginalē:Vt ſit ſancta corpe & ſpū.Quid em̄ ꝓdeſt corporis pudicitia aīo conſtuprato,ſi cęteras uirtutes q̄s ꝓpheticus ſermo deſcripſit, nō habuerit? d ¶Ecce uos cōfi.&c.) Fruſtra eos in tēplo habere fiduciā,ſeq̄ntia peccata demonſtrant. Quid em̄ prodeſt audacter ingredi limen domus dei, erecta ſtare ceruice: &

1.Cor.7.f

D nō ſolū cor,ſed & manus habere pollutas, furto, homicidio,adulterio, ꝑiurio,ſacrilegio,& cultu eorum deorū quos neſcias?Hæc ſpūaliter accidere in eccleſia nemo dubitat,qn̄ præſentis tēporis cōſiderātes felicitatē, ſua peccata nō reputāt: & latere arbitrant̃ deū, qa ſtatim uindicta nō ſequit̃:quin potius in tātā prorumpūt amētiā,ut liberatos ſe putēt:qa poſt mala opera etiā à cultu dn̄i receſſerūt. e ¶Nūqd ſpelūca latronū &c.) De hoc loco in euāgelio aſſumptū puto: Scriptū eſt:Domus patris mei,domus orationis uocabit̃: uos aūt feciſtis illā ſpelūcā latronū.Siue,ut in alio euāgelio ſcriptū eſt,domū negociatiōis.Eccl'ia dei uertit̃ in ſpelūcā latronū,qn̄ furta,homicidia,adulteria,ſacrilegia,ꝑiuria,hæreſeos adinuētio,& oīa in ea ſcelera uerſant̃:qn̄ auaricię facibus principes inardeſcūt:& regū quōdā opes,uile aut certe nō uile palliolū poſſidet. Vnde infert:Ego,ego ſum,ego uidi,dicit dn̄s.Oculi mei cōtēplati ſunt,qd' uos putatis occultū:tenebræ theſaurorū,meā nō fugiūt con

Matth.21.b

Ioan.2.c



ſcientiam.

a dicit dñs. Itē ad locū meum in Silo, ubi habitauit nomē meū à principio: & uidete quæ fecerim ei propter maliciā populi mei Iſraël. Et
b nūnc quia feciſtis omnia opera hæc, dicit dominus: & loquutus ſum ad uos mane conſurgens & loquēs, & nō audiſtis: & uocaui uos, & non reſpōdiſtis: faciam domui huic in qua inuocatū eſt nomen meum: & in qua uos habetis fiduciā, & loco quē dedi uobis & patribus ueſtris, ſicut feci Silo: & proijciā uos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres ueſtros,
c uniuerſum ſemen Ephraim. Tū ergo noli orare pro populo hoc: nec aſſumas pro eis laudē & orationē (ſiue nec roges ut miſericordiam conſequantur). Et nō obſiſtas mihi: quia non
d exaudiam te. Nōnnē uides quid iſti faciāt in ciuitatibus Iuda & in plateis Hieruſalē? Filij colligūt ligna, & patres ſuccendunt ignem: & mulieres conſpergunt adipem, ut faciant placentas (ſiue chauonas) reginæ (ſiue militiæ) cœli: & libent dijs alienis: & me ad iracundiā prouocent. Nunquid me ad iracundiā prouocant, dicit dñs? Nōnne ſemetipſos in cōfuſio-
e nem uultus ſui? Idēo hęc dicit dominus deus: Ecce furor meus & indignatio mea conflata eſt (ſiue ſtillauit) ſuper locum iſtum, ſuper uiros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ: & ſuccēdetur, & nō extinguetur.

E ſcientiā. Qui cum diues eſſet, pauper pro nobis factus eſt: nunc in noſtris diuitijs erubeſcit, & dicit: (2. Cor. 8. b) (Luc. 6. d) Væ uobis diuitibus, qui habetis conſolationē ueſtram. a ¶Ite ad locū meū in Silo &c.) Ex præteritis docet præſentia, & dicētibus: Templū dñi, templū domini, tēplū domini eſt: & præcioſæ domus fulgore gaudentibus, Silo ubi primū fuit tabernaculū dei, recordatur hiſtoriæ, de qua in (Pſal. 77. g) pſalmo ſcriptū eſt: Et repulit tabernaculū Silo. (1. Reg. 4.) Vt quomodo ille locus in ruinas cineresq; collapſus eſt: ita & tēplū corruat, cū ſimiliū habitatio fuerit peccatorū. Sicut igitur Silo tēpli exemplū eſt, ita templū nobis, quū tēpus aduenerit illius teſtimonij: (Luc. 18. b) Putas ueniēs filius hoīs, inueniet fidem ſuper terrā? b ¶Et nūc &c. mane cōſurgēs &c.) Hoc qd' poſuimus, mane conſurgēs & loquēs: in Lxx. non habetur. Mane aūt cōſurget deus: nō
F quo aliquod ei tempus abſque diluculo ſit, ſed quo poſt noctis quietē uiribus corporis inſtauratis aīa hoīm uegetior ſit: & nequaq; uoluptatibus occupata, cibiq; deſiderio audire & facere ualeat quæ dicūtur. Vnde & illud in pſalmo legimus: (Pſal. 5. a) Mane exaudies uocem meā: mane aſtabo tibi & uidebo. (Eſa. 26. b) Et in Eſaia: De nocte ſiue diluculo conſurget ſpiritus meus ad te deus: qm̄ lux præcepta tua ſuper terrā. (Ephe. 5. b) Vnde & filios lucis Paulus glorioſus apoſtolus appellat, & nō noctis neq; tenebrarū, nec dormiētes, ſicut & cæteri dormiūt, q dei mādata nō ſentiūt. Quia igitur deus uocauit eos, de nocte conſurgēs, ut & eos de tenebris liberaret: cōminatur (1. Re. 3. et 4.) eis ſimilia ſe eſſe facturū tēplo in Hieroſolymis: q̄ fecit loco Silo, ubi primū fuit tabernaculū: ut peccata ſimilia pari ſentētia feriantur. Et quomodo proiecit dñs ſemē Ephraim, id eſt, decē tribus, q̄ uocabantur Iſrl': & habebāt principes, ꝓpter Hieroboā filiū Nabath de tribu Ephraim, quæ eadē appellabatur tribus Ioſeph: ſic etiā Hierl'm & tribū Iuda cū Beniamin ſe abiecturū eſſe teſtatur. Abiecit igitur Silo, abiecturus & templū: abiecit decē tribus, abiecturus & duas. Quicquid illi pplo dicitur, intelligamus & de nobis ſi ſimilia fecerimus.
G c ¶Tu ergo noli &c.) Ne uideatur rogās ꝓpheta nō impetrare quod poſtulat: præcipit deus, ne pro populo peccatore, & nullā agente pœnitentiā deprecetur. Quod aūt dicit: Et nō reſiſtas mihi: illud oſtēdit q ſanctorū preces, dei iræ poſſint reſiſtere. Vnde & dñs loqtur ad Moyſen: Dimitte me, ut (Exo. 32. c) percutiā pplm iſtū: & faciā te in gētē magnā. Et in pſalmis legitur: Et ſtetit (Pſal. 105. e) Phinees & placauit, & ceſſauit quaſſatio, & reputatū eſt ei ad iuſticiā. (Num. 16. g) Aaron quoque arrepto thuribulo, inter ignē arſurumq; populū medius ſtetit: & dei ira ceſſauit. Ac ne putemus crudelitatem dei, qui ne rogari quidē ſe permittat: reddit cauſas, cur nō exaudiat, dicēs. d ¶Nōnne uides quid iſti faciant in ciuitatibus Iuda &c.) Vis, inquit, audire propheta cur tibi dixerim: Noli orare pro populo hoc? Hæc faciūt quæ ſequuntur: Et intus & foris,
H & in plateis, & in exitibus Hieruſalē: filij ligna cōportāt, & patres ſuccēdunt ignem: & mulieres cōſpergūt adipē cū farina, ut faciant χαυῶνας, quas nos placētas interpretati ſumus, ſiue præparationes: ut omne genus oſtēdat ſacrificij reginæ cœli, quam lunam debemus accipere. Vel certe militię cœli, ut oēs ſtellas intelligamus. Et poſt hæc libēt dijs alienis: nō quo ſint, ſed quo ſub nominibus eorū, dęmonibus thura ſuccendāt: & me ad iracūdiā ꝓuocēt iſta faciētes: nec intelligūt miſeri, q iſta cōtentio nō me lædat, quē nunq; ira cōmutat: ſed ſemetipſos in cōfuſionem uultus ſui & in ignominiā ſempiternā. Quicquid igitur facimus, nō deū lædimus: qui lædi nunq; pōt, ſed nobis interitū præparamus, theſaurizātes irā in die iræ. Ideo aūt diuerſa officia filiorū patrūq; & matrū poſuit uel uxorū: ut nulla ætas ſit quæ ab impietate diſſenſerit. e ¶Ideo hæc dicit dñs &c.) Qui ſupra dixerat: Nunqd me ad iracundiā ꝓuocāt: quomodo nūc dicit: Ecce furor meus, & indignatio mea ſtillauit ſup locū iſtū. Et eſt ſenſus: Ego qdē naturaliter nō iraſcor, ſed illi ita agūt ut me ad iracundiā ꝓuocent: & meā uidear mutare naturam



a extinguetur. Hæc dicit dōminus exercituū, deus Iſraël: Holocauſtomata ueſtra addite uictimis ueſtris, & comed ite carnes. Quia non ſum loquutus cū p atribus ueſtris: & nō præcepi eis ī die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocauſtomatū & uictimarū. Sed hoc uerbum præcepi eis, dicens: Audite uocē meam, & ero uobis deus: et uos eritis mihi populus: & ambulate in omni uia quam māda-
b ui uobis, ut bene ſit uobis. Et nōn audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed abierunt in uoluntatibus (ſiue deſiderijs): & prauitate cordis ſui mali: factiq; ſunt retrorſum, & non in ante: à die qua egreſſi ſunt patres eorū de
c terra Aegypti, uſq; ad diem hanc. Et miſi ād uos omnes ſeruos meos prophetas per diem conſurgens diluculo & mittens. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed indurauerunt ceruicem ſuam: & peius opera-
d ti ſunt quàm patres eorū. Et loquēris ad eos omnia uerba hæc, & nō audiēt te: & uocabis eos, & nō reſpondebunt tibi. Et dices ad eos: Hæc eſt gens quæ nō audiuit uocem domini dei ſui: nec recepit diſciplinam. Perijt fides, &
e ablata eſt de ore eorū. Tōnde capillum tuū, & proijce, & ſume in directum (ſiue ſuper labia) plāctum: quia proiecit dñs, & reliquit ge-
f nerationem furoris ſui. Quiá fecerunt filij Iuda malum in conſpectu meo, dicit dñs. Poſuerunt offendicula ſua in domo, in qua inuocatū eſt nomen meum, ut pollūerent eam. Et ædificauerunt excelſa (ſiue arā) Thophet, quæ eſt in ualle filij Ennom: ut incēderent filios ſuos & filias ſuas igne: q̄ nō præcepi, nec cogitaui

A re naturā. Sentiant igitur iratū, quod quantum in ſe eſt, facere conantur. Pulchreq;, non, ait, effuſus eſt furor meus ſuper locū iſtū, ſed ſtillauit: ut moderatam pœnā ſignificet. Si aūt in ſtilla furoris tanta duritia eſt, quid fiet ſi omnis imber fuerit effuſus? Sed & cōflata indignatio ſic intelligi pōt: ut qd' diu facere noluit, peccatorū multitudine facere cōpellatur. Cū aūt deus iratus fuerit: & hoīes, & ea q̄ hoīm ſunt, ſimilē interitū ſuſtinebūt. Et ſuccēdetur, inqt, haud dubiū, quin furor dñi: & nō extinguetur: qa nō agit populus ꝑ quæ poſſit extingui. a ¶Hęc dicit dñs exer. &c.) Quorū reprobauit templum, cōſequenter reprobat & ſacrificia: & oblique arguit eos, q nō ueneratione ſui, ſed epularū deſiderio immolent uictimas. Quod aūt ait: Non ſum loquutus cū patribus ue-
B ſtris: & nō pręcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, ſuper uerbo holocauſti & uictimarū: manifeſte intelligitur, q primū decalogū dederit (Exod. 31. d) in tabulis lapideis, ſcriptum digito dei: & poſt offenſam idololatriæ caputq; organi uituli, poſtea iuſſerit ſibi magis fieri q̄ dæmonibus: auferens purā religionē mandatorum dei: & concedens ſanguinem uictimarū carniūq; deſideriū. b ¶Et nō audierunt &c.) Me dicēte: Audite uocē meā, & ero uobis deus, & reliqua: nō audierūt, nec inclinauerūt aurē ſuam, ſed ſui cordis fecere deſideria: & cōtra Apoſtoli ſententiam, qui præteritorum obliuiſcebatur: & in priora ſe extendebat, fecere contraria: ut præterita cuperent, & futura contemnerent. Quodq; dicit: A die qua egreſſi ſunt patres eorum de terra Aegypti uſq; ad diem hanc: omne tēpus in medio dicit eos per offenſam dñi trāſegiſſe. Vnde & neceſſaria fuit euangelij gratia, q̄ illos non ſuo merito, ſed domini miſericordia conſeruauit. c ¶Et miſi ad uos omnes ſeruos meos &c.) Iuſta ergo ira domini, quæ conflata eſt: & ſtillauit ſuper
C populum cōtemptorē duræq; ceruicis, & uerba dei audire nolētem. Quomodo aūt deus, uel de nocte, uel diluculo, & in die mittat prophetas, ſupradiximus. d ¶Et loqueris ad eos oīa uerba hæc, & non &c.) Nec dubites, inquit, eos induraſſe ceruicem: & peiora patribus ſuis operatos. Ecce do locū pœnitētiæ: nec ideo loquor ut fiant, ſed quia futura ſunt, idcirco prędico: Saltem nūc loquere eis uerbis meis, & tamē nō audient te: & uocabis eos, & nō reſpondebūt tibi. Tantæ eīm erunt ſuperbiæ, ut cū uocaueris eos ad audiendū, nullus reſpōdere dignetur. Et dices ad eos: Hæc eſt gēs q̄ non audiuit uocem dñi dei ſui, nec recepit diſciplinā. Pulchre ut ante iā dixi, nequaquā populū ſuum, ſed gentem uocat. Quod licet & in tempore prophetarum ex par-
D te ſit factū, & in umbra præceſſerit, & in imagine: tamē plenius completur in Chriſto, quando noluerūt recipere diſciplinā, et uocē ſui domini contempſerūt. Vnde eleganter infertur: Perijt fides, quæ ꝓprie chriſtianorum eſt: & abblata eſt de ore eorum: omnis uidelicet filij dei, fideiq; cōfeſſio. e ¶Tonde capillum tuum, & proijce, & ſume in directum. &c.) Et Iob audita filiorū & filiarum morte, capillos legimus totondiſſe: (Iob. 1. d) & apud ueteres hæc erat omnium conſuetudo lugentium, tondere cæſariem. At nunc econtrario comam dimittere, luctus indicium eſt. Omnis autem planctus & lamentatio prophetalis idcirco aſſumitur: quia proiecit dominus, & reliquit generationem furoris ſui. Haud dubium quin populū ſignificet Iudæorum. Et proprie hoc ad Chriſti tēpora referendum: quando perijt fides, & ablata eſt de ore populi dominum blaſphemantis. f ¶Quia fecerunt filij Iuda malum in conſpectu meo, dicit dominus. Poſuerunt offendicula ſua in domo, in qua inuo. &c.) Quod in tēplo dei filij Iuda ſtatuam

a cogitaui in corde meo. Ideo ecce dies uenient, dicit dominus, & non dicetur amplius Tophet: & uallis filij Ennom, ſed uallis interfectionis: & ſepelientur in Tophet, eo q nõ ſit locus. Et erit morticinũ populi huius in cibũ uolucribus cœli, & beſtijs terræ: & non erit
b qui abigat. Et quieſcere faciam de urbibus Iuda, & de plateis Hieruſalẽ uocem gaudij, uocem lætitiæ, & uocẽ ſponſi, & uocem ſponſę. In deſolationẽ enim erit terra. Cap. VIII.

c IN tẽmpore illo, ait dñs, eijcient oſſa regis Iuda, & oſſa principũ eius, & oſſa ſacerdotum, & oſſa prophetarũ, & oſſa eorũ qui habitauerunt Hieruſalẽ de ſepulchris ſuis. Et expandent ea ad ſolẽ & lunã & ad omnẽ militiã cœli, q̃ dilexerunt, & quibus ſeruierũt: & poſt quæ ambulauerũt: & q̃ quæſierunt, & adorauerunt. Non colligẽtur, & nõ ſepelientur: in ſterquiliniũ ſuper faciẽ terræ erunt. Et eligent magis mortem quàm uitã omnes qui reſidui fuerint de cognatione hac peſſima, in uniuerſis locis: quæ derelicta ſunt, ad quæ eieci eos,
d dicit dominus exercituũ. Et dicẽs ad eos: Hęc dicit dominus: nunquid qui cadet, non reſurget? Et qui auerſus eſt, non reuertet( ſiue non
e auertetur)? Quarẽ ergo auerſus eſt populus iſte in Hieruſalem auerſione contentioſa? apprehenderunt mendacium, & noluerũt
f reuerti. Attẽndi & auſcultaui, nemo quod bonũ

E Baal poſuerint, in Ezechielis principio diſcimus. Excelſa aũt quæ Hebraice appellantur בָּמוֹת, ſiue aram, Tophet, q̃ eſt in ualle filiorũ Ennom, illũ locũ ſignificat, q Siloë fontibus irrigatur: & eſt amœnus atq; nemoroſus: hodieq; hortorũ p̃bet delicias. Hic aũt gẽtilitatis error oẽs ꝓuincias occupauit, ut ad capita fontiũ lucós q; amœniſſimos, uictimas immolarent: & oĩs prauæ ſupſtitionis religio ſeruaret. Tophet lingua Hebręa interp̃tat, latitudo: ſcriptũq; fert in libro Ioſue filij Nun, de hoc loco qui eſt in ualle filiorum Ennom, & Hebraice dicit גֵּיא חִנֹּם גֵּיא quippe φάραγγα, hoc eſt uallem: & חִנֹּם, uel hoĩs nomen, uel gratiã ſonat. Traduntq; Hebræi ex hoc loco appellatã gehẽnam: q ſcilicet omnis populus Iudæorũ ibi perie-
F rit, offendens deum. In
4. Reg. 17.c quo loco etiã filios ſuos in igne idolis conſecrarint, ſiue holocauſtũ obtulerint: quæ non præcepit eis, nec ulla legis
Iudic. 11 f iuſſerit ſanctione. Qđ ſi Iepte obtulit filiam ſuam uirginẽ deo, nõ ſacrificium placet, ſed aĩus offerẽtis. Neq; enim ſi canis, aut aſinus, aut immũdũ quodlibet animal primũ occurriſſet patri à cæde hoſtiũ reuertenti, deo illud offerre debuerat.

a ¶Ideo ecce dies uenĩet dicit dñs &c.) Tempus obſidionis ſignificat, qđ
4. Reg. 25.a ab anno nono Sedechiæ regis uſq; ad annum undecimũ perpeſſi ſunt: & qđ nequaq̃ uocet uallis ipſa gehennom, hoc eſt, uallis Ennom, ſiue filiorum Ennom: ſed ob interfectionẽ plurimorũ, uallis occiſionis. Tanta autẽ cædes erit, ut in loco prius religionis, ſepulchra ſint innumerabilia: & quos ſepelire non potuerint, lacerent ab auibus: & à beſtijs deuorentur. Nulluſq; ſit qui abigat, ſimilia metuens, & humandi uictus officijs. Manifeſta tranſcurrimus: ut ſicubi locus fuerit, in obſcuris moremur. Ipſius enim libri magnitudo, faſtidium poteſt facere legẽtibus, quanto magis ſi à nobis latius diſſeratur?

b ¶Et quieſcere faciã de urbibus Iuda &c.) Cum locus idololatriæ uerſus fuerit in ſepulchra: ut ubi deum offenderant, ibi eorũ inhumata iaceãt cadauera: de urbe quondam Hieruſalẽ, & de cæteris urbibus, quæ ſub illius ditione erãt: auferet omnis lætitia: & mœrore gemituq; & deſolatione omnia cõplebuntur.
G
Cap. VIII.

IN tẽpore illo, ait dñs.) Omnia quæ prophetalis ſermo deſcribit, nr̃o tp̃e cernimus accidiſſe: non uni Hierl̃m q̃ iſta ꝑpeſſa ẽ à Chaldæis atq; Romanis, ſed uniuerſo orbi ita ut lachrymæ aruerit, & uniuerſa cõpleta ſint oſſibus mortuorũ. Et q a ſolebãt iuxta antiquum morẽ, aurũ, & quædã ornamẽta uel mulierũ uel uirorũ, in ſepulchris cõdere: hæc quoq; frangebat & effodiebat auaricia, ut cœlo & luci proderẽt. Et ideo primũ regũ Iuda, & principũ eius, ſacerdotũ quoq; & ꝓphetarũ, & uniuerſi populi, qui fuerant in Hieruſalẽ oſſa de tumulis ꝓferebãtur, patẽtia ſoli & lunæ,
H & omniũ ſtellarum aſpectui: ut quibus ſeruierãt derelicto deo eorũ paterẽt aſpectibus: & cõſumpti, in ſterquiliniũ & cineres ſoluerent. Si quis aũt de multitudine potuiſſet effugere: ad quæcũq; loca ueniſſet, mortem præferret uitæ: & remediũ infelicis animæ putaret interitũ. d ¶Et dices ad eos &c.) Poſt tanta mala ad pœnitentiã prouocat eos q potuerint remanere: ſiue prius q̃ ueniant quæ minatus eſt, hortatur ad conuerſionẽ: & dat locum pœnitẽtiæ. Quod aũt iuxta Hebraicũ ſcriptũ eſt: Et q auerſus eſt, nõ auertet: illud ſignificat, q à deo auerſatus eſt: ſi uoluerit ad meliora cõuerti, poſſit & dei furorem ad meliora conuertere, & uenienti obſiſtere, & plagas p̃cibus euitare. e ¶Quare ergo &c.) Quanto, inquit, magis ego ad pœnitentiã ꝓuocaui, tanto illi plus receſſerũt à me: nõ tam peccandi ſtudio, q̃ me ſuperandi. Apprehenderũt enim fortiter mẽdacium, uel idola, uel praua quæq;, ueritati iuſticiæq; cõtraria, & noluerũt reuerti. Nõ dixit: non potuerũt, ſed omni ſtudio iniqua ſectati ſunt. f ¶Attendi & auſcultaui &c.) Reuocati ad pœnitentiam, audire cõtemnũt: nec ſufficit eis cõtra dñm deliquiſſe, & loquutos eſſẽ blaſphemiam: ſed oẽs inſtar equorum &



bonũ eſt, loquit. Nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuꝑ peccato ſuo, dicẽs: quid feci? Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuũ: quaſi equus im-
a petu uadens ad prælium. Miluũs in cœlo cognouit tempus ſuũ: turtur & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autẽ meus non cognouit iudiciũ domini.
b Quomodo dicitis ſapientes ſumus: & lex dñi nobiſcũ eſt? Vere mendaciũ operatus eſt ſti-
c lus mendax ſcribarũ. Cõnfuſi ſunt ſapientes, perterriti & capti ſunt. Verbũ enim dñi pro-
d iecerunt: & ſapiẽtia nulla eſt in eis. Proptẽrea dabo mulieres( ſiue uxores) eorũ externis: agros eorũ hæredibus: quia à minimo uſq; ad maximũ, oẽs auaricię ſtudent: à ꝓpheta uſq; ad ſacerdotẽ, cuncti faciunt mendacium( ſiue iniquitatẽ). Et ſanabant contritionẽ filiæ populi mei ad ignominiã, dicentes: Pax, pax, cũ
e non eſſet pax. Cõnfuſi ſunt, quia abominationem fecerũt: quinimò cõfuſione non ſunt cõ-
f fuſi, & erubeſcere neſcierunt. Idcircõ cadent inter ruentes: in tp̃e uiſitationis ſuæ corruent,
g dicit dñs. Cõngregans cõgregabo eos, dicit dñs: Non eſt una in uitibus: & non ſunt ficus in ficulnea: folium defluxit, & dedi eis q̃ præ-
h tergreſſa ſunt. Quãre ſedemus? Conuenite, & ingredia

A rum & feruido curſu ad præliũ ruentiũ, nõ recogitant ſuꝑ peccato ſuo: nec dicũt, quid feci? Per q̃ in-
Gene. 8.d telligimus, uel de omni genere humano iſta dici, qđ pronũ ſit ad uitia: uel de tempore ſaluatoris, qñ oẽs
Pſal. 13.a declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt: nõ fuit qui faceret bonũ, nõ fuit uſq; ad unũ. Vnde & ipſe my-
Pſal. 11.a ſtice clamitat: Saluũ me fac dñe: quoniam defecit ſanctus. Sin autẽ hæc ita ſe habẽt, ubi ſunt qui in noſtra dicunt poſitũ eſſe uoluntate, omni carere
Matth. 12.c peccato? Nemo, inquit, quod bonũ eſt loquitur: quia etiã pro ocioſo uerbo reddituri ſumus rationem in die iudicij.

a ¶Miluus ĩ cœlo &c.) Pro miluo, quẽ interpretatus eſt Symmachus, Lxx. & Theodotio, ipſũ uerbũ Hebraicũ poſuere חֲסִידָה: Aquila, herodiana. Rurſum ꝓ hirundine, Symmachus, cicadam tranſtulit: quæ Hebraice dicit סוּס. Pro eo aũt q nos poſuimus ci-
B coniã, & Aquila & Symmachus ita ut ĩ Hebræo ſcriptũ eſt עָגוּר tranſtulerũt: pro quo Lxx. agri paſſeres interpretati ſũt. Vnus aũt atq; idẽ ſenſus eſt, qui & in Eſaię princi-
Eſa. 1.a pio ponit: Agnouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe dñi ſui: Iſraël autem me nõ cognouit: & populus meus non intellexit. Quod etiam paruæ aues ſua norint tẽpora: & ſciant qñ ad calida feſtinantes loca, rigorẽ hyemis debeãt declinare: & rurſus ueris principio, ad ſolitas uenire regiones. Cœlum aũt hic ꝓ aëre qui ſupra eſt, debemus accipere

b ¶Quomodo &c.) Ad ſcribas loq̃t & phariſæos, q̃ legis iactãt noticiã: & ſcribẽtes ſcribũt iniquitatẽ. Quodq; ait. c ¶Cõfuſi ſunt &c.) Nõ quo ſapiẽtes ſint q iſta faciunt: ſed ſapiẽtes uocat, ut ſuo iudicio condemnent: & ecõtrario ſapientia eorum conuin-
Rom. 2.c catur ſtulticia, dicente Paulo apoſtolo: Qui doces alium, teipſum nõ doces? Et quia uerbũ dñi proiecerũt: ideo nulla ſapientia eſt in eis. Fruſtra igitur iactant legis ſcientiã, qui doctrinã opibus deſtruunt.

d ¶Propterea dabo &c.) Receperunt mercedem operũ ſuorũ: ut q uerbũ dñi ꝓiecerũt, ipſi abijcerẽtur ab eo. Vxores, ĩquit, eorũ, & poſſeſſiones tradã hoſtibus. Et ne mea crudelis putet eſſe ſentẽtia, cauſas auditor agnoſcat: A minimo uſq; ad maximũ, oẽs auariciæ ſtudẽt. Radix eſt em̃ oĩm malorũ auaricia. A ꝓpheta uſq; ad ſacerdotẽ, q alios peccantes
C
1. Tim. 6.b ꝓhibere deberẽt, primi ſceleribus ſubiacẽt: & cũcti uel iniqua faciũt, dũ aliena diripiũt: uel certe mendaciũ, ut nõ ſit ueritas ĩ ore eorũ. Et poſt iſta quaſi boni medici, aliena uulnera uerbis ſanare cupiebãt, q ipſi erãt oĩm flagitiorũ cõfoſſi uulneribus. Hæc quotidie in nr̃o quoque popl̃o cernimus, dicẽte beato Paulo apl̃o: Qui p̃dicas nõ furãdũ, furaris:
Roma. 2.c & reliqua. Qui cũ pctõres & diuites uiderint, ſanare cupiũt cõtritionẽ filiæ ppl̃i dei, hoc eſt, eccleſiæ: ad ignominiã uel eorũ qui decipiunt, uel eorũ q alios decipiũt, ut dicãt om̃i facinore coopertis: pax, pax, cũ nulla ſit pax: & bellũ eis ĩmineat peccatorũ. e ¶Confuſi &c.) ἐρωτηματικῶς hoc eſt legẽdũ, ut ſit ſenſus: Erubuerũt ĩ ſceleribus ſuis: intellexerũt abominationes quas oꝑati ſũt? Nequaq̃, ſed in tanta erupe
D amẽtiã: ut nec cõfuſione cuperẽt emẽdare uitia: nec ſpe ueniæ ſua ſcelera cõfiteri. f ¶Idcirco &c.) Hęc ſũt p̃mia eorũ q erubeſcere neſcierũt: ut quorũ dignitas erat excelſior ppl̃is, ruinis ppl̃i miſcerent. A minimo em̃
Supra. 6.e uſq; ad maximũ, oẽs auariciæ ſtudẽt: & à ꝓpheta uſq; ad ſacerdotẽ, cũcti faciũt mẽdaciũ. Viſitatiõis aũt tp̃s, ꝓpĩqua captiuitas eſt. g ¶Cõgregãs &c.) Qđ ſit tp̃s uiſitationis ĩ quo corruẽt delinq̃ntes, manifeſtius docet, dicẽs: Cõgregãs cõgregabo eos. Haud dubiũ qn in Hierl̃m, ut obſideãt à Chaldæis lõgo tp̃e, & famis ſuſtineãt mala. Cũ, inq̃t, tp̃a p̃tereãt, & æſtati ſuccedat autũnus: & hyeme arborũ cadãt folia: uidebitis cũcta de lõge & ex his nõ capietis cibos. Nõ eſt em̃ uua ĩ uitibus uobis, q fructus uitiũ nõ ſumitis: & nõ ſunt ficus in ficulnea obſeſſo ppl̃o, qui ſuarũ arborũ poma cernit ab hoſtibus deuorari. Folia, inq̃t, defluẽt æſtate autũnoq; trãſactis. Dedi em̃ eis q̃ p̃terire cernerẽt: & maiori dolore amitterẽt, rerũ oĩm abũdantiam, quã eis tãgere nõ licebat. h ¶Quare ſe. &c.) Vox ppl̃i rñdentis inducit, & ſua uitia cõfitẽtis & cohortãtis ſe mutuo, ut ciuitates ingrediant munitas, ſiue unam ciuitatẽ hierl̃m: iam em̃ cæteræ captæ fuerãt. Et ſileamus, inquit ibi, quia dñs noſter ſilere nos fecit: non

E cit;nō em̄ habemus fiduciā deprecādi; ſiue abijciamur ibi,ſiue ꝓnūciamur inſtar ſtercoris.Ipſe potauit nos aqua fellis:quia dulcē in amaritudinē cōuertimus deū,Et ut tales biberemus aquas,cauſa ꝑſpicua eſt.Peccauimus em̄ dn̄o,& expectauinus pacē, qui nihil boni operis feceramus; putabamusq́ꝫ nobis tēpus adeſſe medicinæ,cū formidine atq́ꝫ terrore oīa cōplerent. Perſonarū mutatio & maxime in ꝓphetis, difficilē intellectū facit;q̄ ſi ſuis locis & cauſis tꝑibusq́ꝫ reddanť, plana fiēt q̄ uidebātur obſcura. a ¶A Dan auditus eſt &c.) Nō igiť ut ſupra Lxx. tranſtulerūt, dixit populus;ingrediamur ciuitates munitas, ſed ciuitatē F munitā,ut ſignificet Hieruſalē.Deniq́ꝫ & nūc infert; urbem & habitatores eius. Deſcribiť aūt à Dan ꝑ Phœnicē ueniēs cū exercitu Nabuchodonoſor,in quo loco fluuius Iordanis oritur;& q̄ Septuaginta futura, Hebraicū ꝓ ueritate rei,iā facta commeorat. b ¶Quia ecce ego &c.)Qui ſint illi qui ueniūt à Dan, & quorum auditus eſt fremitus;& qui terrā omnē ad ſolitudinē redegerūt, ſub alia figura idē ꝓphetalis ſermo demonſtrat;ſerpentes eos appellās peſſimos,ſiue mortiferos; & ut Aquila tranſtulit,regulos: qui appellantur Hebraice צִפְעֹנִים :pro quo quid ſibi uoluerit ſecūda eius æditio:ut ſpeculatores diceret,nō intelligo, niſi forte ob uerbi ſimilitudinē.Quibus nō eſt,ait, incātatio. Fruſtra em̄ ad deū ꝑces fundūt, aduerſus ſerpentē antiquū colubrū tortuoſum,qui dei ꝑcepta cōtempſerint.Vtamur hoc loco aduerſus eos q ſaluatoris eloquia contēnētes,tradunť aduerſarijs poteſtatibus. c ¶Dolor meus &c.)Pro quo ut ſupra diximus.Lxx,ſuꝑiori ſentētiæ,q̄ dicta ſunt copularūt, ut ponerēt:Et mordebūt uos,ait dn̄s, inſanabiliter

G cū dolore cordis ueſtri deficietis.In Hebraico autē nō tā dolor eſt,q Græce diciť ὠδίνη,q̄ꝫ μειδίαμα;quod nos interꝑtari poſſumus,rictū oris dolore cōtracti, & habentē riſus ſimilitudinē. ἐμφατικῶς aūt hæc ex ꝑſona dei legēda ſunt,plāgentis euerſionē Hieruſalē,& eius miſerias nō ferētis. d ¶Ecce etc.)Fletū deſcribit et ululatū urbis Hierl'm īgreſſis hoſtibus. e ¶ Nūqd etc.)Siue,dn̄s ipē ē rex.Aut certe dn̄s ad patrē,rex referť ad filiū;iuxta illud qd' ſub noīe Salomōis ſcribiť;Deus iudiciū tuū regi da Pſal.71.a & iuſticiā tuā filio regis. Vt autē uox clamoris ſit in Hieruſalem, & clamor ipſe ueniat de terra lōginqua, cauſa manifeſta ē, ꝙ dn̄s non ſit in ea,& rex illius receſſerit ab illa. H f ¶Quare ergo &c.) Receſſit aūt,inqt,ab eis dn̄s quia me qui dn̄s et rex illorū erā, idolorū cultu ad iracūdiam prouocarūt. g ¶Trāſijt meſſis. &c.) Rurſū pp̄lus loquiť,q in Hieruſalē diuturna obſidione cōcluſus eſt ꝙ mutata ſint tp̄a, & anni circulus euolutus ſit; & oīs eoꝝ ſpes irrita fuerit, atq́ꝫ tranſierit. h ¶Sup &c.) Rn̄dit deus,ꝙ in afflictiōe Hierl'm ipē uideať afflictus, & in hūanā ſı̄litudinē ſtupore cōterať, i ¶Nunqd &c.)Nō ſolū in p̄nti loco,ſed & in multis alijs teſtimonijs ſcripturarū,īuenimus reſinā Galaad ꝓ pœnitētia poni,atq́ꝫ medicamīe; mirariq́ꝫ nūc deū, q̄re uulnera Hierl'm neq̄q́ꝫ curata ſint;& necdū cicatrices obduxerint cutē,eo ꝙ nō ſint ꝓphetæ,nec ſacerdotes,quorū debeāt curari medicamine. Ca. IX.

Q Vis dabit &c.)Si totus,inqt,uertar in fletum & neq̄q́ꝫ guttæ ſint lachrymarū, ſed abundātia fluminis;tn̄ interfectos filiæ pp̄li mei digne flere nō potero.Tāta em̄ ſunt mala, ut omnē dolorē ſua uincāt magnitudine.Hoc aūt tam ex ꝓphetæ q̄ꝫ ex dn̄i ꝑſona intelligi pōt. l ¶Quis &c.)Melius, inqt eſt ha

ingrediamur ciuitatē munitā( ſiue ciuitates munitas)&
ſileamus ibi(ſiue proijciamur ibi):quia dn̄s noſter abie-
cit nos;& potū dedit nobis aquam fellis. Peccauimus
enim domino expectauimus pacē;& nō erat bonū; tem
a pus medelæ,& ecce formido.A Dān auditus eſt fremi-
tus equorum eius;à uoce hinnituū pugnatorū eius( ſiue
equitatus)commota eſt omnis terra. Et uenerunt & de-
uorauerunt(ſiue & uenient & deuorabūt)terram & ple
b nitudinem eius,urbē & habitatores eius. Quia ecce ego
mittam uobis ſerpentes regulos(ſiue peſſimos):aut (ut
Lxx. tranſtulerūt,mortiferos)quibus nō eſt incantatio:

HEB. et mordebūt uos,ait
c dn̄s.Dolor meus ſup dolo
rē;in me cor meū mœrēs.

SEP. Et mordebūt uos,ait
dn̄s inſanabiliter,cū dolo-
re cordis ueſtri deficietis.

d Ecce uox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua.
e Nunquid dominus non eſt in Sion;aut rex eius non eſt
f in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in
g ſculptilibus ſuis,& ī uanitatibus alienis? Trānſijt meſſis:
h finita eſt æſtas;& nos ſaluati non ſumus. Super contri-
tione filiæ populi mei contritus ſum & contriſtatus;ſtu-
i por obtinuit me.Nunquid reſina nō eſt in Galaad: aut
medicus non eſt ibi? Quare igitur non eſt obducta cica-
trix filiæ populi mei?

Cap. IX.

k Q Vis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontē
lachrymarum;& plorabo die ac nocte interfectos
filiæ populi mei?

l HEB. Quis dabit me in ſo
litudine, diuerſorium uia-
torū;& derelinquā popu-
lum meū & recedā ab eis?

SEP. Quis det mihi in ſo-
litudine manſionem no-
uiſſimā,ut relinquā popu-
lum meū & recedā ab eis?

Quia



A eſt habitare in extrema ſolitudine q̄ꝫ inter tāta hominū ſcelera cōmorari.Vnde & ſaluator in euangelio loquebať:Vſq́ꝫquo ſuſtinebo uos?[Matth.17.c] Et in alio loco ſcriptū eſt:[Treno 3.d] In tēpore illo qui intelligit,ſedebit,& tacebit:qm̄ tēpus peſſimū eſt.[Michee.2.a] a ¶Quia oēs adulteri ſūt &c.)De malo ad malū tranſeunt peccatores,qn̄ idolū mutāt idolo:& de peccatis ad peccata tranſcendūt; uel certe de obſidionis malo tranſeūt ad captiuitatē. Pſal.83.b Et de ſanctis quidē diciť:Ibunt de uirtute in uirtutem.De peccatoribus uero:De malo in malum egreſſi ſunt. Cauſaq́ꝫ oīm miſeriarū, ꝙ non cognouerūt dominum; cœtusq́ꝫ ſit præuaricantiū:& armantiū linguam ſuam inſtar extēti arcus in blaſphemiā;confortatiq́ꝫ ſunt in terra,ut mereantur audire: Gene.3.d Terra es, in terrā ibis. b ¶Vnuſquiſq́ꝫ ſe à proximo ſuo &c.)Hoc loco utendum B eſt in tēpore perſecutionis & anguſtiæ; qn̄ aut rara, aut nulla fides eſt: Michee.7.b qn̄ nec fratri nec proximo credendū eſt; & inimici hominis domeſtici eius;qn̄ iuxta euangeliū: Matth.10.c Tradet pater filiū & filius patrem;& diuidentur duo in tres,& tres ī duo. Quodq́ꝫ infert: Docuerunt linguam ſuā loqui mendaciū;ſiue didicit ligua eorū loqui mendacium:oſtēdit cōſuetudinē mētiendi quodāmodo ī naturā uerti; ſtudioſeq́ꝫ eos agere,ut agāt iīqua. Quodq́ꝫ ſequiť: Habitatio tua in medio doli in dolo:proprie ad prophetam ſermo dirigitur,quod habitet in medio populi mentientis;ſiue ut Lxx.tranſtulerunt:Vſura ſuper uſuram,& dolus ſuper dolum: Et ꝙ quotidie augeant ſcelera;& nequaq́ꝫ eos prioris facti pœniteat, ſed nouis præterita cumulēt.Hæc faciētes, oī agāt ſtudio,ut neſciāt dominū qui hæc nō facienda ꝑcepit. c ¶Propterea hæc dicit dn̄s &c.) Quotienſcūq́ꝫ anguſtijs ſubiacemus, mala recipimus à deo; & examinamur perſecutiōibus:ut quicquid in nobis adulterinæ materiæ eſt,tribulationū & miſeriarum

C exuratur ardoribus:Argentū em̄ dn̄i, igne examinatū,probatū terræ,purgatū ſeptupliū. d ¶Sagitta uulnerās lingua eorū &c.)Omnis hæreticus qui corda uulnerat audiētiū,& neſciētiū ſcriptū: Omni cuſtodia ſerua cor tuū;ſagittā poſſidet uulnerantē, Pro.4.d & in dolo loquiť. Cūq́ꝫ ore ſuo pacē ꝓximo repromittat, occulte tēdit inſidias.Sequētibus aūt uerſiculis in qbus dicit; Nunqd ſup his nō uiſitabo,dicit dn̄s;aut in gēte huiuſcemodi nō ulciſceť anima mea? crebro in hoc propheta abutiť, ut cū ſingula malorū operū enumerarit, inferat ſe iuſte facere qd' facit. e ¶Sup mōtes aſſumam &c.)Supueniēte Babylonio exercitu, & cūcta uaſtāte,ſolitudo ꝓuinciæ ꝓphetať; ꝙ planctus in mōtibus,fletus ſit in deſerto,ſiue ī ſemitis ſolitudinis;ꝙ uniuerſa defecerint atq́ꝫ ſuccenſa ſint, & nullus ſit qui ꝑ terrā gradiať cæſis oībus, nihilq́ꝫ D remāſerit,qd' ſpirare poſſit & uiuere.Vn̄ ꝓ poſſidēte,Lxx. tranſtulerunt ſubſtātiæ;q̄ Hebraice dicitur מִקְנֶה :& ſubſtātia hic nō pro οὐσία, hoc eſt, eſſentia accipitur, ſed ꝓ opibus atq́ꝫ diuitijs. Qd'q́ꝫ infert:A uolucre cœli uſq́ꝫ ad pecus receſſerūt & abierunt, hoc oſtēdit quod ſæpe diximus, irā dei uniuerſa ſentire, & nō ſolum aues aëris, ſed & piſces aquæ deficere. Iuxta Tropologiā,fletus Tropo. aſſumiť ſup mōtes,& lamētatio ſup ſpecioſa deſerti;qn̄ principes peccāt eccleſiæ,& nihil in ea inuenitur ſubſtātiæ dei,nec auditur uox dn̄i eccleſiā poſſidētis,per ſanctos & apoſtolicos uiros, & à uolucre cœli uſq́ꝫ ad pecora,ab his uidelicet q poſſunt in ſublime aſcendere uſq́ꝫ ad irrationales & ſimpliciores quoſq́ꝫ qui receſſerunt à conciliabulo dei. f ¶Et dabo Hieruſalē in aceruos arenæ,ſiue in trāſmigrationē &c.) Cū eccleſiaſtici uiri & doctores quiq́ꝫ defecerint;tunc datur Hieruſalem in tranſmigrationem,ſiue in aceruos arenæ, ut hæreticus in ea ſermo præualeat, & efficiatur cubile draconum & ciuitates

a Quia omnes adulteri ſunt;cœtus præuarica-
torum.Et extenderūt linguā ſuā quaſi arcum
mēdacij,& nō ueritatis;cōfortati ſunt in ter-
ra:quia de malo in malū ingreſſi ſunt; & me
b nō cognouerūt,dicit dn̄s.Vnuſquiſq́ꝫ ſe à ꝓ-
ximo ſuo cuſtodiat;& in omni fratre ſuo nō
habeat fiduciā;quia oīs frater ſupplantatione
ſupplātabit;& omnis amicus fraudulēter in-
cedet;& uir fratrē ſuū deridebit,& ueritatem
nō loquentur.Docuerūt em̄ linguā ſuam lo-
qui mendaciū:(ſiue;didicit em̄ lingua eorum
loqui mendaciū)ut inique agerent, laboraue-
rūt:(Siue inique egerūt,& non intermiſerunt
ut conuerterenť).Habitatio tua in medio do-
li:in dolo,(ſiue uſura ſuper uſuram, & dolus
in dolo)renuerunt(ſiue noluerunt) ſcire me,
c dicit dn̄s.Propterea hæc dicit dominus exer
cituum:Ecce ego cōflabo(ſiue igne examina-
bo)& probabo eos.Quid enim aliud faciam
à facie filiæ populi mei?(ſiue quid faciam à fa
d cie maliciæ filiæ populi mei?) Sagittā uulne-
rans lingua eorum,dolū locuta eſt;in ore ſuo
pacem cum amico ſuo loquitur;et occulte po
nit ei inſidias.Nunquid ſuper his non uiſita-
bo,dicit dominus;aut in gente huiuſcemodi
e non ulciſcetur anima mea? Super montes aſ-
ſumam(ſiue aſſumite) fletum & lamentum;
& ſuper ſpecioſa( ſiue ſemitas) deſerti plan-
ctum;quoniā incenſa ſunt (ſiue defecerunt),
eo ꝙ non ſit uir(ſiue homo) pertranſiens,&
nō audierūt uocē poſſidētis(ſiue ſubſtantiæ)
à uolucre cœli uſq́ꝫ ad pecora migrauerunt
f & receſſerunt. Et dabo Hieruſalē in aceruos
arenæ

E & ciuitates illius redigant̃ in ſolitudinem: nec ſit in
ea diuini ſermonis habitatio: & ille qui dicit: Inha-
Leui.26.b. bitabo & inambulabo in eis, & ero deus eorum.
2.Cor.6.d a ¶Quis eſt uir ſapiens &c.) Interrogat ꝓpheta, ſi
quẽ ſapientiũ in Hieruſalẽ ualeat reperire: & eorũ
ad quos fiat ſermo dei, et
ꝗ poſſint annũciare dñi
uoluntatẽ: & cauſas red-
dere cur Iudæa redacta
ſit in ſolitudinẽ: & omni
bus interfectis, nullus re
mãſerit qui ꝑ eam tran-
ſeat. Et inducit dñm re-
ſpondentẽ, cauſasq́ red-
dentẽ: Quia dereliquerint
rint legẽ eius quã dede-
rat eis: nec audierint uo-
cẽ eius, nec fecerint quæ
ꝓcepta ſint, ſed abierint
poſt prauitatem cordis
Infra.17.b ſui. Ergo nõ ĩ noſtra uo
Matth.15.b lũtate, ſed in dño cõfiden
dum eſt. Prauũ em̃ cor
in om̃ibus. Et: De corde
noſtro exeũt peſſimę co
gitationes. Et poſt Baa-
lim, inqt, abierunt, quos
F didicerũt à patribus ſuis.
Baal idolũ Sidoniorum
eſt, & eſt numeri ſingula
ris, Baalim uero pluralis
numeri. Ergo nec paren
tum nec maiorũ error ſe
quẽdus eſt: ſed autoritas
ſcripturarũ: & dei docen
tis imperiũ. b ¶Idcirco
hæc dicit dñs &c.) Po-
teſt & de uicino tempo-
re prophetari, quãdo ca-
pti ſunt à Chaldæis: & ꝓ
prie de hoc tẽpore, quã-
do diſperſi ſunt in genti
bus, quas non nouerant
ipſi & patres eorum, &
in toto orbe diuiſi, cibati
q́ ſunt abſinthio, ſiue ne
ceſſitatibus & anguſtijs.
Et acceperũt potũ aquã
fellis, quod aut malorũ ſi
gnificat magnitudinẽ, & ſempiternum captiuitatis
iugũ. Aut certe per ignorantiã legis dei, ꝓ Chriſto
antichriſtũ ſuſcepturi ſunt. Mittit̃ aũt gladius poſt
eos, ut uſq; ad interitũ cõſumant̃. Vel certe gladius
qui eos diuidat, & non patiatur in malũ habere con
ſenſum, ut diſpereant in eo ꝙ mali ſunt. c ¶Hæc
dicit dñs exercituũ: Cõtemplamini &c.) Propter fu
turam captiuitatẽ & euerſionem Hieruſalem, lamẽ
tatrices uocari iubet: quæ ſolent in luctu, uoce flebi
li, & lacertos manibus uerberantes, ad lachrymas
populũ prouocare. Hic em̃ mos uſq; hodie ꝑmanet G
in Iudæa: ut mulieres ſparſis crinibus, nudatisq́ pe
ctoribus, uoce modulata oẽs ad fletũ concitent. Se
aũt iungit deus cõpatientis affectu, ſiue propheta:
ut quicqd populus ſuſtinet, ipſum ſuſtinere & ſen-
tire ſe dicat. Quod autẽ
infert: Quia uox lamẽta
tiõis audita eſt de Sion:
ſtatim ſeqt̃ ꝗ iſta ſit uox.
d ¶Quõ uaſtati ſumus
& cõfuſi uehemen. &c.)
Vox iſta eſt lamẽtantiũ
Sion: quõ uaſtati ſumus,
& cõfuſi uehemẽter? Sta
timq́ ſibijpſi reſpondẽt
& cauſas ſuæ uaſtatiõis
exponũt dicentes: Quia
dereliquimus terrã nr̃o
uitio atq; peccato: & de-
iecta ſũt tabernacula no-
ſtra: ꝗ quaſi prætereun-
tes quondã poſſidebãt.
Dicãt hoc & in ꝑſecutio
ne quondã credẽtiũ tur-
bæ: quoniã idcirco uaſta
tæ ſunt atq; cõfuſæ: quia
dereliquerint terrã dñi
& deſeruerĩt tabernacu- H
la ſua. e ¶Audite ergo
mu.) In ſuꝑiori capitulo
dixerat: uocate lamenta
trices & ueniãt: & ad eas
ꝗ ſapientes ſunt mittite,
& properẽt: Nunc quaſi
ꝓſentibus loquit̃, in con
demnationẽ ſacerdotũ
atq; doctorũ & uirorum
omnium: ut illis ceſſanti
bus à doctrina, iſtæ audi
ant uerbum domini: &
aſſumant ſermones oris
eius: doceãtq́ filias & ꝓ-
ximas ſuas planctũ cau-
ſasq́ lachrymarũ: Quia
aſcendit, inquit, mors ꝑ
feneſtras noſtras: ingreſ-
ſa ẽ domus nr̃as. Quod
quanq; & ſpũaliter poſ-
ſit intelligi: eo ꝙ per oẽs
ſenſus ad animæ interitum mors introẽat peccato-
rum: tamen & de Babyloniorũ impetu intelligi po
teſt: ꝙ tanta ſit fortitudo & uelocitas præliandi, ut
non expectent reſerare fores, ſed per feneſtras & te
cta conſcendant: ut domos uaſtẽt Hieruſalẽ. Pereũt
autẽ paruuli qui foris ſunt: & egrediunt̃ de Hieru- 1.Ioan.2.b
ſalem: & iuuenes ad quos ſcribit & Ioannes, qui nõ
ingrediuntur per artã & anguſtã uiã quæ ducit ad
uitã: ſed ambulãt per plateas de quibus ſcriptũ eſt: Matth.7.b
Quam lata & ſpacioſa uia quæ ducit ad mortem.
Loquere.

arenæ( ſiue in tranſmigratione) & in cubilia
draconũ: & ciuitates Iuda dabo in deſolatio-
a nem: eo quod nõ ſit habitator. Quis eſt uir ſa
piens qui intelligat hoc: & ad quẽ uerbũ oris
dñi fiat ut annũciet iſtud: quare perijt terra &
exuſta eſt quaſi deſertum, eo ꝙ nõ ſit qui per
tranſeat? Et dixit dñs: Quia dereliquerũt legẽ
meã quã dedi eis, & non audierũt uocẽ meã:
& nõ ambulauerũt in ea: & abierũt poſt pra-
uitatẽ cordis ſui: & poſt Baalim quos didice-
b runt à patribus ſuis. Idcirco hæc dicit dñs ex-
ercituũ deus Iſraël: Ecce ego cibabo eos, popu
lum iſtũ abſinthio(ſiue anguſtijs): & potũ da
bo eis aquã fellis: & diſpergam eos in genti-
bus, quas nõ nouerunt ipſi & patres eorum:
& mittam poſt eos gladium donec cõſuman
c tur. Hæc dicit dominus exercituũ: Contem-
plamini(ſiue intelligite)& uocate lamentatri-
ces, & ueniant: & ad eas quæ ſapientes ſunt,
mittite: & properẽt( ſiue loquantur) feſtinent
& aſſumant ſuper nos(ſiue ſuper uos)lamen-
tũ: & deducant oculi noſtri(ſiue ueſtri) lachry
mas: & palpebræ noſtræ(ſiue ueſtræ) defluẽt
aquis: quoniam uox lamentationis audita eſt
d de Sion (ſiue in Sion). Quomodo uaſtati ſu-
mus & confuſi uehementer? Quia dereliqui-
mus terram: quoniam deiecta ſunt(ſiue abie-
e cimus) tabernacula noſtra. Audite ergo mu-
lieres uerbum dñi: & aſſumat auris ueſtra ſer
monem oris eius: & docete filias ueſtras lamẽ
tum: & unaquæque proximam ſuam plan-
ctum. Quia aſcẽdit mors ꝑ feneſtras noſtras:
ingreſſa eſt domus noſtras, diſperdere par-
uulos



a uulos de foris, iuuenes de plateis. Loquere:
hęc dicit dñs, & cadet morticinũ hominis(ſi
ue cadauera hominũ) quaſi ſtercus ſuper fa-
ciẽ regionis(ſiue cãpi) & quaſi fœnũ poſt ter
b gum metẽtis, & nõ eſt qui colligat. Hęc dicit
dñs: Nõ glorietur ſapiens in ſapiẽtia ſua, &
nõ glorietur fortis in fortitudine ſua, & non
glorieť diues in diuitijs ſuis. Sed in hoc glo-
rietur qui gloriatur, ſcire (ſiue intelligere) &
noſſe me: quia ego ſum dominus qui facio
miſericordiam & iudicium & iuſticiã in ter-
ra. Hæc enim placent mihi (ſiue quia in iſtis
c eſt uoluntas mea) dicit dominus. Eccẽ dies
ueniunt, dicit dominus, & uiſitabo ſuper o-
mnem qui circunciſum habent præputium:
ſuper Aegyptum, & ſuper Iudam, & ſuper
Edom, & ſuꝑ filios Ammon, & ſuꝑ Moab,
& ſuper omnes qui attonſi ſunt in comam:
habitantes in deſerto, quia omnes gentes ha
bent præputium. Omnis autem domus Iſ-
raël incircuncisi ſunt corde. Cap. X.
d AVdite uerbũ quod locutus eſt dñs ſu-
per uos domus Iſraël. Hæc dicit dñs,
iuxta uias gentium nolite diſcere, & à ſignis
cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quia
e leges populorũ uanæ ſunt. Quia lignum de
ſaltu præcidit opus manuũ artificis in aſcia:
argẽto & auro decorauit illud: clauis & mal
leis compegit: ut nõ diſſoluatur (ſiue nõ mo
ueatur.) In ſimilitudinem palmæ fabricata
ſunt, & nõ loquẽtur: portata tollentur: quia
incedere

A a ¶Loquere hæc, dicit dñs &c.) Verbũ Hebraicũ
quod tribus literis ſcribitur ד ב ר, uocales enim in
medio nõ habet: pro cõſequentia & legẽtis arbitrio
ſi legatur דָּבָר, ſermonẽ ſignificat, ſi דֶּבֶר mortẽ: ſi
דַּבֵּר loquere. Vnde & Lxx. & Theodotio iunxe-
runt illud præterito capi
tulo, ut dicerẽt: diſperdẽt
paruulos de foris: iuue-
nes de plateis morte. Aq
la uero & Symmachus
trãſtulerũt λάλησον, id eſt,
loquere: ut imperet deus
prophetæ loqui quæ ſe-
quunť: Hæc dicit dñs, &
reliqua. Et eſt ſenſus: Cũ
aſcẽderit mors per fene-
ſtras noſtras, & ingreſſa
fuerit domos Hieruſalẽ,
& paruuli iuueneſq́ de
foris perierint in plateis:
tunc erit morticinũ eoꝝ,
ſiue cadauera mortuoꝝ,
quaſi ſterquiliniũ ſuꝑ fa-
ciẽ terræ, & quaſi ſtipula
quæ poſt tergũ metentiũ
dimittiť, & ut inutilis nõ
colligiť. Per quæ oſtẽde-
re uult tantã in Hieruſa-
B lẽ & circa urbẽ cędẽ futu
rã, ut nullus ſit qui ſepe-
liat corruẽtes. b ¶Hæc
dicit dñs &c.) Omnis ho
minũ auferť ſuperbia, dũ
& ſapientia, fortitudo &
opes eoꝝ reputanť in ni
hilũ, & iſta eſt ſola gloria
tio, ut ſciat & intelligat ꝙ
ipſe ſit dñs: qui facit miſe
ricordiã & iudiciũ & iu-
ſticiã ſuper terrã, ꝙ om̃ia
dei prouidẽtia & iuſticia
gubernenť: & quę nobis
uidenť nõ habere ratio-
nẽ, iuſticiæ plena ſint at-
q; rationis. Hæc em̃ ſola
placẽt deo, & in his uolũ
tas illius eſt. Vbi ſunt ergo qui dicũt hominẽ ꝓprio
regi poſſe arbitrio, & ſic datã liberi arbitrij poteſta-
tem, ut dei miſericordia tollať atq; iuſticia? Vnde &
Apoſtolus aſſumẽs hoc teſtimoniũ, ponit exẽplũ.
1.Cor.10.d Qui gloriatur in dño glorieť. c ¶Ecce dies ue. d.
do. &c.) Multarum ex quadã parte gentiũ, & maxi
me quæ Iudææ Palæſtinæq́ confines ſunt, uſq; ho
die populi circunciduť, & Præcipue Aegyptij &
Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, & omnis regio
Sarracenoꝝ quę habitat in ſolitudine, & de quibus
dicitur: ſuꝑ oẽs qui attonſi ſunt in comã habitãtes
in deſerto. Nõ igiť gloriari debet Iuda qui mixtus
eſt cũ gentibus ſupraſcriptis, eo quod præputiũ nõ
habeat, ſed ex lege dei circũciſus ſit, cũ & alij hæc fa C
ciant qui legis mãdata nõ ſeruant & ignorãt deum
Iſraël. Nec prodeſt circũciſio quæ in ſignũ data eſt:
niſi mãdata dñi cõpleantur, ſicut & comæ quæ gen
tem ſignificant: non robora corporũ & fortitudinẽ
pugnatorum. Quodq́ ſe
quitur: Oẽs gẽtes habẽt
præputiũ: omnis aũt do-
mus Iſraël incircũciſi ſũt
corde. Hunc habet ſen-
ſum. Cum præter Aegy
ptios, Idumæos, Ammo
nitas, & Moabitas, Hiſ-
maëlitas in ſolitudine cõ
morantes: quoꝝ plerũq;
pars circũciſa eſt, oẽs alię
nationes in toto orbe in-
circũciſę ſint carne: om̃is
domus Iſraël incircũciſa
eſt corde, nõ carne: quæ
incircũciſio ducit ad mor
tem. Illa enim carnis, hæc
ſpiritus eſt. Cap. X.
AVdite uerbũ quod
locutus eſt d. &c.)
Proprie aduerſus eos lo
quitur qui uenerãtur cœ
D leſtia, et quę in ſigna ſunt
poſita annorũ, temporũ,
menſium, & dierũ, ab his
æſtimãt regi humanũ ge
nus, & ex cauſis cæleſtiũ
terrena moderari. Qđq́
ait: Leges ſiue legitima
populorũ uanæ ſunt, o-
mnem humanã ſapientiã
futilẽ eſſe demonſtrat, &
nullã in ſe habere utilita-
tem. e ¶Quia lignum
de ſaltu præ. &c.) Deſcri
ptio idolorũ quæ uenerã
tur gẽtes. Lignũ, inquit,
de ſaltu præcidit. Mate-
ria ergo idolorũ uilis at-
que corruptibilis: Opus
manuum artificis. Cũ ar-
tifex mortalis: mortalia ergo & illa quæ fabricatur.
Argẽto & auro decorauit illud, ut fulgore utriuſq;
materię decipiat ſimplices. Qui quidẽ error ad nos
uſq; trãſiuit, ut religionẽ in diuitijs arbitremur. Cla
uis & malleis cõpegit, ut nõ diſſoluatur: ſiue ut nõ
moueať. Quãta idoloꝝ potẽtia, quæ ſtare per ſe ne
queunt niſi clauis & malleis cõpinganť? In ſimilitu-
dinẽ palmæ fabricata, habẽt pulchritudinẽ metallo
rũ & picturæ arte decorata ſunt, ſed utilitatẽ nõ poſ
ſidẽt qua præbeãt aliquos fructus artifici. Et nõ lo-
quẽtur. Nihil em̃ in ſe uitale habẽt. De quibus ſcri-
ptũ eſt: Os habẽt & nõ loquenť: aures habẽt & non Pſal.113.b
audiẽt. Portata tolleneť. Fortior ille qui portat q; illa
G quæ

E quæ portantur, imò in illo ſenſus eſt, in hoc figura
ſine ſenſu. Nolite ergo timere ea, quia nec bene fa-
cere poſſunt nec male. Solẽt eñ pleriq; gentiliũ dæ-
mones colere, ne noceant, & alios exorare ut præ-
ſtent beneficia. Vnde & illud Vergilianũ eſt, Nigrã
hyemi pecudẽ zephyris
felicibus albã. Quicquid
de idolis diximus, ad o-
mnia dogmata quæ ſunt
contraria ueritati referri
poteſt. Et ipſi enim ingẽ
tia pollicentur, & ſimula
crum uani cultus de ſuo
corde cõfingunt. Iactant
grãdia, & ad decipiẽdos
ſimplices quoſque, quaſi
aureis ſẽſibus & eloquijs
argẽti ſplẽdore fulgenti-
bus, imperitorũ obſtrin-
gunt aciẽ, & à ſuis inuen
toribus ſublimant: in q-
bus nulla eſt utilitas, &
quorũ cultura ꝓprie gen
tium eſt, & eorũ qui igno
rant deũ. a ¶ Nõ eſt ſi-
milis t. dñe ma. &c.) Hæc
in Lxx. nõ habent, ſed de
F Theodotionis æditione
in pleriſq; addita ſunt, &
cũ iuxta literã uideantur
perſpicua, iuxta Anago
gen magnam habẽt diffi-
cultatẽ. Nullus eñ ſimi-
lis eſt deo uero, eorũ deo
rũ qui hæretica arte fin-
guntur. Oẽs timebũt eũ,
Prouer. 9. c quia rex gentiũ eſt. Prin
cipium enim ſapientiæ ti
mor dñi, & de eo profici
mus ad charitatẽ ueram.
Tuũ eſt, inquit, decus. In
ueritate decor: in mendacio turpitudo, q̃uis hære-
tici iuxta ſapientiã mũdi quæ deſtruet, ſibi ſapiẽtes
eſſe uideant: tamen in omnibus regnis quibus lace
rãt eccleſiã, nullus eſt ſimilis tui, dicente ſermone di
1. Cor. 1. c uino: Perdam ſapientiã ſapientium, & prudentiam
prudentium reprobabo. Simul ſapientes & fatui
ſunt. Doctrina eorũ pro qualitate ingenij uel uilis
eſt, & ligno cõparatur: uel ſimilis argẽto ꝓpter elo-
quij uenuſtatẽ. Afferẽ de Tharſis. Tharſis uel regio
Indiæ eſt, ut uult Ioſephus: uel certe omne pelagus
Tharſis appellaẽ: & cœli habet ſimilitudinẽ, & tamẽ
inuoluta eſt uerborũ artificio ſiue ꝓducta. Si enim
uoluerit decipere, nõ poterit. Et aurum de Ophaz.
Septẽ nominibus apud Hebræos appellaẽ aurum:
quorũ unũ אוּפָז dicẽ, quod nos dicere poſſumus
obrizum, ut ſplẽdeat in ſuperficie idolorum, quod
intrinſecus lignum eſt uiliſq; materiæ. Hyacintho
operiunẽ & purpura, ut ſuperficie ſui oculos deci-
piant dũ cœlorũ ſibi colorẽ & regna cœleſtia polli- G
centur, & tamen opera ſapientũ ſunt uniuerſa hæc,
qui in ſeculo ſapiẽtes putanẽ: cæterũ apud deũ ſtul-
ti ſunt. Dñs aũt deus noſter, deus uerus eſt: illa ergo
uniuerſa mẽdacia. Et ipſe deus uiuens: igiẽ illa mor
tua quæ fingũtur. Et ille
rex ſempiternus. Hæreti
corũ umbræ ad tempus
præualent, ſed lõgo tẽpo
re corrumpunẽ. Ab indi
gnatione eius cõmouebi
tur terra: hi qui terrena
habẽt opera, & terrena ſi
mulacra cõfingũt. Et nõ
ſuſtinebũt gẽtes: nequa-
q̃ populus dñi ſed gẽtiũ
multitudo, quę dei cõmi
nationẽ ferre nõ præua-
lent. b ¶ Sic ergo dice-
tis eis: dij q coel. &c.) Fal-
ſis dijs & q artificioſe cõ
poſiti ſunt, iſta dicenda
ſunt. Illi eñ nec cœlos fe-
cerũt nec terrã. Qui coo-
peratores ſunt Chriſti,
dij uocanẽ, & dñi per do
ctrinã eccleſiaſticam, ma
gna ex parte fabricãt do
mũ. c ¶ Qui facit ſiue H
q f. ter. &c.) Qui facit ter
rã in fortitudine ſua, de-
us pater eſt. Facit autẽ in
fortitudine ſua domino
ſaluatore. Chriſtus enim 1. Cor. 1. d
dei uirtus & dei ſapiẽtia.
Qui ipſe eſt & prudẽtia Pſal. 32. b
in quo extẽdit cœlũ. Ipſe
eñ dixit & facta ſunt: ipſe
mãdauit & creata ſunt lo Gene. 1. c
quens ad filiũ: Faciamus
hominẽ ad imaginẽ & ſi
militudinẽ noſtrã. Ad uocẽ ſuã dat multitudinem
aquarũ in cœlo. Omnis eñ doctrina dñi de cœleſti
bus fluit, dicẽte Dauid: Pluuiã uoluntariã ſegrega- Pſal. 67. b
bis deus hæreditati tuæ & infirmata eſt: tu uero pfe
ciſti eam. Et eleuat ſiue educit nebulas ab extremis
terræ. Nebulæ ſiue nubes quibus mãdauit deus ne Eſa. 5. b
pluerent ſuper Iſraël imbrẽ, educunẽ ab extremita-
tibus terræ, quarũ una nebula loquebaẽ: Puto eñ 1. Cor. 4. b
nos deus apoſtolos oſtẽdit nouiſſimos tanq̃ morti
deſtinatos, quia ſpectaculũ facti ſumus huic mũdo,
& angelis & hominibus. Fulgura in pluuiam fecit.
Cũ enim imber de cœlo uenerit doctrinarũ, & arẽ-
tia hominum corda ſatiarit: tũc coruſcationes inue
nies, & clara fulgura ſapiẽtię. Et educit uẽtos de the
ſauris ſuis: in quibus ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ
& ſciẽtiæ abſcõditi. Stultus factus eſt omnis homo
à ſcientia. Licet ille Paulus: licet apoſtolus Petrus: Coloſ. 2. a
licet Moyſes & Abrahã ſapientes ſint: ad compara
tionem

incedere nõ ualẽt. Nolite ergo timere ea, q̃a
a nec male facere poſſunt nec bene. Nõn eſt
ſimilis tui dñe: magnus tu, & magnũ nomẽ
tuũ in fortitudine. Quis nõ timebit te ò rex
gentium? Tuũ eſt enim decus inter cunctos
ſapientes gentiũ, & in uniuerſis regnis eorũ
nullus eſt ſimilis tui. Pariter fatui & ſapien-
tes probabũtur: doctrina uanitatis eorum li
gnum eſt. Argentũ inuolutũ ſiue productũ
de Tharſis afferẽ, & aurũ de Ophaz, opus
artificis & manus ærarij. Hyacinthus & pur
pura indumẽtum eorum: opus artificũ ſiue
ſapientium uniuerſa hæc. Dominus autem
deus uerus eſt: iſte deus uiuens & rex ſempi-
ternus. Ab indignatione eius cõmouebitur
terra: & nõ ſuſtinebunt gentes cõminationẽ
b eius. Sic ergo dicetis eis: dij qui cœlos & ter-
ram non fecerunt, pereant de terra & de his
c quæ ſub cœlo ſunt. Qui facit (ſiue qui fecit)
terrã in fortitudine ſua: præparat orbẽ in ſa-
pientia ſua, & in prudentia ſua extendit cœ-
los. Ad uocẽ ſuã dat multitudinẽ aquarum
in cœlo: & eleuat, ſiue educit, nebulas ab ex-
tremis terræ: fulgura in pluuiã fecit: & edu-
cit uentũ (ſiue uentos) de theſauris ſuis. Stul-
tus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua: con
fuſus eſt omnis artifex in ſculptili: quoniam
falſum



A tionem dei cũcta eorum ſapientia in nihilũ deputa-
bitur, unde & fatuum dei ſapiẽtius eſt hominibus.
Cõfuſus eſt omnis artifex in ſculptili, q de ſuo cor-
de ſimulacra cõfinxit: Falſumq; eſt quod conflauit.
Si autẽ ſtultus eſt omnis homo à ſciẽtia: ſtultum eſt
omne falſumq; qđ
fecit. Et nõ eſt ſpiri
tus in eis. Notãdũ
ꝙ & in iſto capitu
lo, uentus & ſpũs,
uno apud Hebræ-
os nomine appella
tur רוּחַ. Spiritum
autẽ ſanctificatio-
nis uocat, qui in hę
reticorũ mentibus
non poteſt inueni
ri. Vana ſunt & o-
pus riſu dignum.
Quis eñ nõ rideat
cũ hęreticorũ ſimu
lacra perſpexerit?
Aut eñ ruſtica ſũt
quæ dicuntur, & li
gnum eſt: aut pul-
chro ſermone com
poſita, & reperitur
argẽtum: aut certe
B de ꝓprio ſimulata
ſenſu: & fruſtra au
ri imaginẽ pollicẽ-
tur. In tẽpore uiſi-
1. Cor. 11. d tationis ſuæ peri-
bunt. Ad tẽpus ua
let hęreſis, ut electi
quiq; manifeſti fi-
ant & probati ſint.
Cum aũt uiſitatio dei uenerit & oculus eius ſtulta
perſpexerit, omnia cõticeſcunt. Non eſt ſimilis his
pars Iacob, eorũ qui ſupplantauere Iudæos & quo-
tidie deſtruũt hæreticos. Pars aũt ſanctorũ deus eſt,
Pſal. 72. d de quo propheta dicit: Pars mea dñs. Qui enim for
mauit omnia, ipſe eſt: Qui fecit omnia atq; plaſma-
uit, tam in animo q̃ in corpore. Et Iſraël uirga hęre
ditatis eius eſt. Oñis qui directus in deo eſt, uel ſen
ſu cernit deũ, ſceptrũ eſt hæreditatis eius. Cuius no
men dñs omnipotẽs eſt ſiue uirtutũ: hoc eñ ſonat
dñs exercituũ, quod in Hebraico ſcriptũ eſt, dñs ſa
baoth. a ¶ Cõgrega de terra cõfu. &c.) Præcipiẽ
Hieruſalẽ, ut quicquid habet foris ſubſtantiæ, in ur
bẽ munitiſſimã cõgreget: & longæ obſidioni paret
alimẽta. Se eñ nequaq; ut prius de futuro & longo
tẽpore cõminari: ſed iã de uicina captiuitate, quę iã
iamq; uẽtura ſit. Congrega, inquit, & de foris & de
terra, hoc eſt ex agris ſubſtantiã tuã ſiue cõfuſionẽ:
Quicquid eñ habes, cõfuſione dignũ eſt: quæ licet
præpares hæc, ſup his dñi dicta cognoſce. Ecce ego
in hac uice in iſto tpe, proijciã ſiue inſtar fundæ ia-
ciã lõge habitatores terræ huius. Pro quo Lxx. in-
terpretati ſunt: ſupplãtabo & cadere faciã. Pro quo C
uerbo Hebraico קוֹלֵעַ Aquila & Symmachus in-
terpretati ſunt σφενδονήσω. Et eſt ſenſus: Inſtar fundę
cũ oñi impetu abijciã, & ſic eos obſideri faciã: ſicq;
tribulabo & coanguſtabo, ut omnes in urbe repe-
riantur, & effuge-
re nequeant malũ.
b ¶ Væ mihi ſup
cõtr. m. &c.) Iuxta
Hebraicũ ipſa Hie
ruſalẽ loquiẽ, ꝙ ue
hemẽter afflicta ſit
& plagã ſuſtineat
inſanabilem. Iuxta
Lxx. uero ꝓpheta
loquiẽ ad Hieruſa
lem: & plãgit eam
ſup contritione &
plaga ſui. c ¶ Ego
autẽ dixi pla. &c.)
Ipſa loquiẽ Hieru
ſalem: quicquid pa
tior, mea culpa pa-
tior: intelligo uul-
nus meũ quod ap-
prehendit me: ſiue
irã dñi ſuſtinebo,
quoniã peccaui ei.
d ¶ Tabernaculũ D
meũ uaſtatũ &c.)
Subuerſionem ur
bis ſuæ tã facilẽ plã
git Hieruſalem: ut
nequaq; muros &
mœnia omnia fun
ditus eruta, ſed ta-
bernaculi atq; tẽto
rij ablationẽ putes. Tabernaculũ, inquit, hoc eſt ha-
bitatio mea, repente ſublata eſt: Oñes funiculi mei
diſrupti ſunt. Seruat tabernaculi metaphoram: ſiue
oẽs pelles meæ cõſciſſæ ſunt: Filij mei exierũt à me:
ſiue pecora, quod à Lxx. additũ, nõ ſtat iuxta hiſto
riã. In lõga eñ obſidione quomõ oues & pecora au
ferri poterãt de Hieruſalẽ, quę etiã ſi fuiſſent, fames
cõſumpſerat? Et nõ, inquit, ſubſiſtunt, ſiue nõ ſunt.
Neq; eñ trãſlati ſunt in Chaldæã: ſed magna pars
eorũ interfecta penituſq; deleta eſt. Nõ eſt qui ex-
tendat ultra tentoriũ meũ, nõ eſt qui me inſtauret:
& murorum meorũ iaciat fundamẽta: qui ad ſolum
uſq; proſtrati ſunt. e ¶ Quia ſtulte egerũt pa. &c.)
Per tranſlationẽ paſtorũ atq; ouiũ, principũ culpa
& diſperſio populi deſcribiẽ: Quia enim principes
ſtulte egerũt, nec quæſierũt dñm quẽ toto debuerãt
corde perquirere: idcirco & mala uenientia non ui-
derunt: ſiue nõ intellexerunt dñm, & omnis multi-
tudo Hieruſalẽ huc illucq; diſperſa eſt. f ¶ Vox
auditionis ecce uenit &c.) Et ut Symmachus inter-
pretatus eſt, ſirenarum: pro quo in Hebraico תַּנִּים
poſitum eſt. Verba prophetæ: Ecce, inquit, ſonitus
G 2 & fre

falſum eſt quod conflauit, & non eſt ſpiritus in eis: ua-
na ſunt, & opus riſu dignum: in tempore uiſitationis
ſuæ peribunt. Non eſt his ſimilis pars Iacob. Qui enim
formauit omnia ipſe eſt: & Iſraël uirga hęreditatis eius,
dominus exercitum nomen eſt illi.

| | |
|---|---|
| a HEB. Cõgrega de terra confuſionẽ tuã quæ habi- tas in obſidione: quia hæc dicit dñs: Ecce ego longe proijciam habitatores ter ræ in hac uice: & tribula- bo eos ut inueniãtur. Væ b mihi ſuper cõtritione mea peſſima plaga mea. | SEP. Cõgregauit de foris ſubſtantiã ſuam quæ habi tat in munitiõe. Quia hæc dicit dominus: Ecce ego ſupplantabo habitatores terræ huius: & tribulabo eos ut inueniãtur. Væ ſu- per contritione tua, peſſi- ma plaga tua. |

c Ego autem dixi: plane hæc infirmitas mea eſt (ſiue uul-
d nus meũ) & portabo illã (ſiue apprehendit me.) Taber-
naculũ meũ uaſtatum eſt: oẽs funiculi mei diſrupti ſunt
(ſiue omnes pelles meæ cõſciſſæ ſunt:) filij mei exierũt
à me (ſiue oues meæ:) & non ſunt: non eſt qui extendat
ultra tentorium meum (ſiue non eſt locus ultra taber-
e naculo meo:) & qui erigat pelles meas. Quia ſtulte ege-
rũt paſtores: & dñm nõ quæſierũt: propterea nõ intel-
f lexerũt, & omnis grex eorum diſperſus eſt. Vox audi-
tiõis: ecce uenit, & cõmotio magna de terra aquilonis:
ut ponat

E & fremitus Babylonij uenientis auditur: magnaq́;
cõmotio ſiue terræmotus de terra aquilonis; ut oẽs
urbes Iudææ habitatoribus interfectis redigat in
ſolitudinem, & faciat pro hominibus dracones ha-
bitare: & cũcta animãtia uenenata, ſiue ſtruthiones:
quod & ipſum animal ſo
litudinis familiare eſt, &
in deſertis naſcitur ac nu
tritur. Aut certe ſirenas,
monſtra quædam & dæ
monũ phãtaſmata poſſu
mus intelligere. Hæc o-
mnia quæ & præteritus
& præſens ſermo deſcri-
pſit, ad perſecutiõis eccle
ſiæ referamus tẽpora; qñ
tabernacula dñi ſubuer-
tunť: & omnis habitatio
eccleſiæ redigiť in ſolitu
dinẽ. Et ut iſta uniuerſa
ueniãt culpa paſtorꝝ eſt:
qui ſtulte egerũt & dñm
non quæſierũt nec intel-
lexerunt eum: & idcirco
grex oĩs diſperſus eſt.
a ¶ Scio dñe quia nõ eſt
ho. &c.) Erubeſcãt noui
prædicatores, qui aiunt,
F unũquẽq; ſuo arbitrio re
gi; cũ & hic propheta di-
cat: non eſt hominis uia
eius: Et Dauid in lyrico
canat carmine: A domio
Pſal.36.d greſſus hominis dirigen
tur, & uiam eius uolet ni
mis. Siue hic ſenſus eſt:
Quod à Babylonijs ſuſti
nemus, nõ eſt eorũ forti-
tudinis, ſed noſtri meriti
& indignationis tuæ.

ut ponat ciuitates Iuda in ſolitudinem; & ha
bitaculum draconũ; ſiue cubile ſtruthionũ.
a Scio[a] dñe quia non eſt hominis uia eius: nec
uiri eſt ut ambulet & dirigat greſſus ſuos.
b Corripe[b] me dñe; uerũtñ in iudicio & non in
furore tuo, ne forte ad nihilũ redigas me. Ef-
funde indignationẽ tuã ſuper gẽtes: quæ nõ
cognouerunt te, & ſuper ꝓuincias (ſiue gene
rationes) quæ nomen tuũ nõ inuocauerunt:
quia deuorauerũt Iacob & locũ eius cõſum-
pſerunt; & decus eius (uel paſcua) diſſipaue-
rũt; (ſiue ad ſolitudinẽ redegerũt.) Ca. XI.
c VErbũm[c] quod factũ eſt ad Hieremiã à
dño dicens: Audite uerba pacti (ſiue te-
ſtamenti) huius, & loquimini ad uiros Iuda
& habitatores Hieruſalem, & dices ad eos:
d Hæc dicit dominus deus Iſraël: Maledictũs[d]
uir qui nõ audierit uerba pacti huius, quod
præcepi patribus ueſtris; ĩ die qua eduxi eos
de terra Aegypti de fornace ferrea, dicẽs: au-
dite uocẽ meã, & facite omnia quę præcipio
uobis; & eritis mihi in populum, & ego ero
e uobis in dominum. Vt ſuſcitẽm[e] iuramentũ
quod iuraui patribus ueſtris, daturũ me eis
terram fluentem lacte & melle, ſicut eſt dies
f hæc. Et reſpõndi[f] & dixi: Amen domine.
Et dixit

b ¶ Corripe me dñe &c.) Hunc locũ & in pſalmo
Pſal.6.et 37. legimus: Dñe ne in furore tuo arguas me; neque in
ira tua corripias me. Et eſt ſenſus. Meremur quidẽ
omnia quæ ſuſtinemus, & multo meremur maiora
q̃ patimur. Verũtamen hoc obſecro, ut quaſi pater
me corripias, nõ quaſi aduerſarius, ut me emendes
Hebr.12.d quaſi filiũ, & nõ punias quaſi inimicũ. Caſtigas eñ
omnẽ filiũ quẽ recipis, & per omnẽ dolorẽ ac flagel
Pſal.78.b lum emẽdas Hieruſalẽ. Hoſtes aũt qui nõ nouerũt
te, & ꝓuinciæ ſiue regiones quæ nõ inuocauerunt
nomẽ tuũ; nequaq́; tuũ debẽt ſentire iudiciũ, ſed in
dignationẽ. Tradidiſti eñ nos ut emẽdaremur. Illi
aũt aggrauauerũt iugũ ſuũ; Seni nõ pepercerunt, &
paruulos afflixerũt; comederũt nos & penitus de-
uorauerũt, & in tantã ſolitudinẽ redegerunt Hieru
ſalem, ut & publicarũ & priuatarũ ædiũ omnia diſſi
parent, & populũ tuũ interficerent. Cap. XI.
VErbũ quod fa. eſt ad Hiere. &c.) Nõ quidẽ eſt
poſitũ in titulo, ſub quo tẽpore, uel ſub quo

rege & quoto anno eius, hæc ꝓphetia facta ſit: ſed G
intelligimus, uel priori ꝓphetiæ & tẽpori hæc eſſe
iungenda; uel certe poſt aliquod tẽporis interuallũ
prioris ꝓphetiæ hunc dñi ad prophetã factũ eſſe ſer
monem. Notandũ eſt aũt ꝙ uerbũ בְּרִית Aquila &
Symmachus ſemper pa-
ctũ: Lxx. & Theodotio,
teſtamẽtum interpretati
ſunt. Proprie aũt nũc ad
Hieruſalẽ & ad uiros tri
bus Iudæ ſermo dirigiť.
d ¶ Maledictus uir qui
nõ aud. &c.) Non ꝓpter
generis priuilegia; nõ ꝓ-
pter circũciſionis iniuriã
& ociũ ſabbati; ſed ꝓpter
obedientiã, & deus effici
tur populi Iſraël, & Iſraël
populus eius. Et hic qui-
dẽ quaſi ad ſeruos loqui
tur ut placeãt deo. In euã
gelio uero dñs ad diſci-
pulos: Vos, inquit, amici Ioan.15.b
mei eſtis ſi feceritis quæ
ego præcipio uobis. Iam
nõ dicã uos ſeruos, quia
ſeruus neſcit quid faciat
dñs eius. Vos autẽ dixi
amicos; quia oĩa quæ- H
cũq; audiui à patre meo
nota feci uobis. Cumq́; Ibid.1.4
amici mei fuerint, de ami
cis trãſeũt in filios. Quot
quot eñ receperũt eum,
dedit eis poteſtatẽ filios
dei fieri. Vnde amicis &
filijs p̃cipit: Eſtote pfecti Matth.5.g
ſicut & pater ueſter pfe-
ctus eſt: ſimilitudinẽ im-
perans, nõ æqualitatẽ. Et
ibi obedientia mandatorum eſt, hic ſimilitudo dei.
Quodq́; ait: In die qua eduxi eos de terra Aegypti
de fornace ferrea: dat nobis intelligẽtiã ꝙ caminus
& fornax ferrea atq; ſuccẽſa, tribulationis & pœnæ
ſignificet magnitudinẽ; nõ aliquẽ locũ pœnæ ferri
materia præparatũ. e ¶ Vt ſuſcitem iura. qđ iur.
pa. &c.) Patres uidenť accipere, qñ accipiunt filij, &
Abrahæ promiſſio cõpletur in poſteris. Terrã aũt
lacte & melle manantẽ, Hyperbolice debemus acci
pere pro rerũ omniũ abundantia, ut eſt illud: Mella Verg.in
fluant illis, ferat & rubus aſper amomũ. Et iterum: Buc.
Et paſſim riuis, currentia uina repreſſit. Aut certe
Tropologice, terrã lacte & melle manantẽ, Chriſti Tropol.
eccleſiam ſentiamus; in qua paruuli atque lactentes
educamur per fidẽ, ut poſſimus ſolidũ cibũ capere.
f ¶ Et reſpõdi & dixi: Amẽ d. &c.) Pro quo Lxx.
Fiat dñe, hoc eñ amen ſignificat, trãſtulerunt. Dixe Exod.3.b
rat dñs, iuraui patribus ueſtris daturũ me eis terrã
lacte & melle manantẽ, ſicut rebus ipſis hodie com
probatur:



A probatur: Propheta diligens populũ ſuum occu-
pat uocem dñi, & cupit uera eſſe & in perpetuum
permanere quæ data ſunt. Vnde ait: Vere dñe im-
pleſti quod pollicitus es, ſiue fiat dñe, hoc eſt ſemp
maneat quod dediſti. a ¶ Et dixit do. ad me &c.)
Clemẽtiſſimus deus fre-
quenter futura prædicit,
ut tandẽ durus ad credẽ-
dũ animus molliať. Præ-
dicit aũt tam in urbe Hie
ruſalẽ q̃ foris in agro, ut
quorũ cõmune diſcrimẽ
eſt, eadem pœnitudo ſit.
b ¶ Quia cõteſtans con
teſt. ſ. &c.) Hucuſque in
Lxx. nõ habeť. Quodq́;
ſequiť: Et nõ fecerunt; ab
eis poſitũ eſt, & cũ ſupe-
rioris capituli fine ſocia-
tũ, in quo ſcriptũ eſt: au-
dite uerba pacti huius, &
facite illa & nõ fecerunt.
Quid ſit aũt de mane cõ-
ſurgere, & dei uerba per
prophetas eis frequẽter
ingerere, & educere eos
de Aegypto, & ſæpius
admonere & dicere: au-
B dite uocẽ meam, & illos
abijſſe poſt prauitatẽ cor
dis ſui, & poſtea eis red-
dere quæ merenť & acci
pere, ante iam diximus.
c ¶ Et dixit dñs ad me:
inuenta &c.) Pro cõiura
tiõe, quã nos iuxta Sym
machũ interp̃tati ſumus:
Aquila, & Lxx. & Theo
dotio συνδεσμὸν tranſtule
runt, quã nos colligatio-
nẽ poſſumus dicere. Vn
de & Athalia cũ in tẽplo
ſibi parari inſidias depre
hẽdiſſet; eodẽ uerbo locu
ta eſt: Cõiuratio, coniura
tio. Proprie aũt hoc uer-
bo ſcriptura abutitur qñ
nõ ſubito fortuitoq́; pec
cato, ſed paratis inſidijs
& cõiuratione tendiť ad
delictum, & pari mente unoq́; ſtudio id agũt, ut dei
mandata cõtemnant. Dicitq́; & patres & filios una
mẽte pariq́; ſentẽtia, neglecto deo, idola ueneratos:
tam Iſraël uidelicet q̃ domũ Iuda, hoc eſt, tam decẽ
tribus q̃ duas, quarũ imperiũ erat in Hieruſalẽ, ut
quorũ in cõtemptu dei unũ ſtudiũ fuit: par ſit in ſu
ſtinẽda captiuitate ſuppliciũ. d ¶ Quamobrẽ hęc
dicit dñs &c.) Nõ exaudit deus in tẽpore neceſſita-
tis & anguſtiæ; qa & illi audire uocẽ dñi noluerũt.

a Et dixit dõminus[a] ad me, uociferare (uel le-
ge) oĩa uerba hæc in ciuitatibus Iuda & fo
ris Hieruſalem, dicẽs: Audite uerba pacti hu
b ius & facite illa. Qũia[b] cõteſtans conteſtatus
ſum patres ueſtros in die qua eduxi eos de
terra Aegypti; uſq; ad diẽ hanc. Mane cõſur
gens cõteſtatus ſum & dixi: Audite uocem
meã; & nõ audiuerũt, nec inclinauerũt aurẽ
ſuam, ſed abierunt unuſquiſq; in prauitate
cordis ſui mali, & induxi ſup eos omnia uer
ba pacti huius quod præcepi ut facerent (&
c nõ fecerunt.) Et dixit dõminus[c] ad me: Inuẽ-
ta eſt cõiuratio in uiris Iuda, & in habitatori
bus Hieruſalem: reuerſi ſunt ad iniquitates
patrum ſuorũ priores qui noluerunt audire
uerba mea. Et hi ergo abierũt poſt deos alie
nos ut ſeruirent eis. Irritum fecerunt domus
Iſraël & domus Iuda pactum meũ quod pe
d pigi cum patribus eorũ. Qũamobrẽ[d] hæc di-
cit dominus: Ecce ego induco ſuper eos ma-
la, de quibus exire nõ poterunt: & clamabũt
ad me, & nõ exaudiã uos. Et ibunt ciuitates
Iuda & habitatores Hieruſalẽ, & clamabunt
ad deos quibus libant: & nõ ſaluabunt eos
e in tempore afflictionis eorum. Secũndum[e]
enim numerum ciuitatũ tuarum erãt dij tui
Iuda, & ſecundum numerũ uiarum Hieruſa
lem poſuiſtis aras confuſionis ad libandum
f Baalim. Tũ[f] ergo noli orare ꝓ populo hoc,
& ne aſſumas pro eis laudẽ & orationẽ: qa
non exaudiã in tempore clamoris eorũ ad
g me: in tempore afflictionis eorum. Qũid[g] eſt
quod dilectus meus in domo mea fecit ſcele
ra multa? Nunquid carnes ſanctæ auferent
à te ma

C Quod & Saul paſſus eſt. Cũ enim Philiſtim agmi-
1.Reg.28.a na reformidans, uerbũ dñi non meruiſſet accipere:
conuerſus eſt ad Pythoniſſam, ut ab idolis diſceret,
quod inſtantia orationis ac fletuũ à dño debuit ex-
torquere. Per quæ diſcimus, etiã ſi dñs nõ exaudie-
rit, nequaq́; eſſe ceſſandũ
nec cõfugiendum ad dæ
mones qui cultores ſuos
adiuuare nõ poſſunt, ſed
ad dñi auxilium, qui cito
iratus flectitur, & mutat
ſententiã, ſi & hi quibus
iratus fuerit cõmutẽtur.
Totum aũt quod nũc di-
citur, ad tribũ Iuda perti
net, & urbem Hieruſalẽ,
quibus inſtat captiuitas.
e ¶ Secundũ eñ nu. ci. t.
4.Reg.21.a &c.) Legamus Regũ &
2.Para.33.a Paralipomenõ libros, &
inueniemus Iudã & Hie
ruſalẽ multo q̃ Iſraël pe-
iora feciſſe, ut quot habe
bant urbes, tot haberent
& idolorum ſpecies. Et
quot erãt in urbe Hieru
ſalẽ plateæ & uiarũ capi-
ta: tot haberẽt aras in cõ-
fuſionẽ ſuã, in q̃bus ido-
D lis Baalim uictimas ĩmo-
larẽt. f ¶ Tu ergo noli
ora. pro pop. &c.) Præci
pitur Hieremiæ ne uelit
pro eis dñm deprecari, in
quos iam eſt cõſummata
ſentẽtia; ne uideať oratio
eius infirma, & proprijs
ſceleribus non exaudiri.
Noli, inquit, orare ꝓ eis
nec laudem aſſumere, ut
replicando ueteris hiſto-
riæ clemẽtiã, qua eis ſem
per miſertus ſum, & lau-
dando, meã nitaris muta
re ſententiã. Et ſi eñ hoc
feceris, non exaudiã eos:
qui me neceſſitatis tẽpo-
re rogare coguntť. Ex q̃-
bus diſcimus, fruſtra ali-
quẽ rogare pro alio, cum
ille non mereatur accipere pro quo rogatur deus.
g ¶ Quid eſt ꝙ dilectus meus &c.) Dilectũ & amã
tiſſimum uocat populũ Iuda; qui in templo eius po
ſuit & ueneratus eſt idola, & in eo ſe putat iram dei
placare, ſi multas hoſtias immolet, & gloriať in ſacri
ficiorum multitudine, quæ malicias peccatorũ au-
ferre nõ poſſunt. Comparat autem Hieruſalẽ ſiue
omnem populum Iudæorũ oliuæ pulchræ atq; fru
ctiferæ, quæ exaltata per ſuperbiã: nequaq́; egit hu

 militer

à te malicias tuas in quibus gloriata es? Oliuam uberem, pulchrā, fructiferā, ſpecioſam uocauit dominus nomen tuū: ad uocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea, & combuſta ſunt fruteta eius. a Et dominus exercituū qui plantauit te locutus eſt ſuper te malum, pro malis domus Iſraël & domus Iuda quæ fecerunt ſibi ad iritandum me, libantes Baalim. b Tu autē domine demonſtraſti mihi, & cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum, & ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad uictimā, & nō cognoui quia ſuper me cogitauerūt cōſilia. Mittamus lignū ī panē eius: & cōteramus eū de terra uiuentiū, & ne memoretur nomen eius amplius. Tu autē dñe ſabaoth qui iudicas iuſte, & probas renes & cor: uideam ultionē tuā ex eis: tibi eñ reuelaui cauſam meam. c Propterea hæc dicit dñs ad uiros Anathot qui quærūt animā tuā, & dicunt: Non prophetabis in nomine dñi, & nō morieris in manibus noſtris. Propterea hæc dicit dominus exercituū: Ecce ego uiſitabo ſup eos: iuuenes moriētur in gladio: filij eorū & filiæ earū morientur in fame, & reliquiæ nō erūt ex eis. Inducā eñ malū ſuper uiros Anathot, annū uiſitationis eorum.

E militer: nec intellexit creatorē & dominatorē ſuū: ſed elata per ſuperbiam, & locuta granditer, domini igne ſuccenſa eſt, ita ut comburerentur & redigerentur ad nihilum rami ſiue fruteta eius, id eſt, omnis populus aduerſariorū gladio deleretur. Hic ſenſus & in alio loco eſt: ubi dicitur ad Hieruſalē: *Supra.2.d* Ego te plantaui uineam frugiferā, omnem uerā: quomodo cōuerſa es in amaritudinem uitis alienæ? Quādo deſtruuntur maceriæ illius & uaſtat eā *Pſal.79.b* aper de ſylua, & omnes beſtiæ deuorant fructus illius: dicamus iſtud capitulū principibus eccleſiarum, quid eſt ꝙ dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? Vel certe diuitibus, qui cum aliena diripiant & nō auferant malicias cordis ſui, putāt ſe dei clemētiam mereri: Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malicias tuas in quibus gloriata es? At nunc publice recitantur F offerētiū nomina, & redēptio peccatorū mutatur in laudē: nec meminerūt uiduæ illius in euan*Mar.12.d*gelio, quæ in gazophylacium duo æra mittendo, omniū diuitū uicit donaria. a ¶Et dñs exercituū qui plant. &c.) Oliuam, inquit, uberē, pulchram, fructiferā uocauit te dñs tuus atq; plātauit. Sed qa ad uocem loquelæ, grandis dei in te flamma deſcendit & cōſumpſit omnes ramos tuos: Propterea qui te plantauerat, nunc locutus eſt ſuper te malum: nō iniquitate ſententiæ, nec ſubita prauitate ſermonis: ſed pro malis quæ fecerunt ſibi domus Iſraël & domus Iuda, & ſtudioſe egerunt libātes Baalim, ut me ad iracundiam prouocarent. Cumq; poſſit deus facere quæ uult, reddit cauſas ne facere uideatur in*Pſal.50.*iuſte, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & uincas cum iudicaris. b ¶Tu autē domine demonſtraſti mihi & cognoui: tu &c.) Omnium eccleſiarum iſte eſt conſenſus: ut ſub perſona Hieremiæ, à Chriſto hæc dici intelligant, quod ei pater monſtrauerit quomodo eum oporteat loqui, & oſtenderit illi ſtudia Iudæorum: & ipſe quaſi agnus ductus ad uictimam, non aperuerit os ſuum: & non cognouerit, ſubauditur peccatum. Iuxta illud quod ab Apoſtolo dicitur: Qui cum non cognouiſſet peccatum, pro nobis peccatū factus eſt, & dixerint: Mittamus lignum in panem G eius: crucem uidelicet in corpus ſaluatoris. Ipſe eſt enim qui ait: Ego ſum panis qui de cœlo deſcendi. *Ioan.6.e* Et eradicemus ſiue conteramus eum de terra uiuentium. Hoc enim ſcelus animo cogitauerunt: ut nomen eius deleret in perpetuum. Sed econtrario iuxta aſſumpti corporis ſacramentum loquitur filius ad patrem: & imprecatur iudiciū eius dū laudat iuſticiam: & inſpectorem renis & cordis inuocat deum: ut ipſe reddat populo quod meret, & dicit: Videam ultionem tuā ex eis: eorum uidelicet qui in ſcelere perſeuerant: & nō eorum qui uertuntur ad pœnitentiam. De illis ait in cruce: Pater ignoſce illis, quod *Luc.23.e* enim faciunt neſciūt. Reuelátque patri & aperit cauſam ſuam: quia nullo ſuo merito, ſed ſcelere populi crucifixus eſt, dicēs: Ecce uenit princeps mūdi huius & inuenit in me H nihil. *Ioan.14.d* Iudæi & noſtri Iudaizantes hæc ex perſona Hieremiæ dici intelligunt; qui propter uaticinium futurorū, & ingruentia captiuitatis mala, hæc eum à populo ſuſtinuiſſe cōfirmant. Sed neſcio quomō poſſint approbare crucifixum eſſe Hieremiā, cū hoc ſcriptura non memoret: niſi forte cogitauerint & nō fecerint. c ¶Propterea hæc dicit do. ad ui. &c.) Videtur hoc ſuperiori ſententiæ cōtraire: qua uolumus approbare ex perſona Chriſti dicta eſſe quæ dicta ſunt, & non ex Hieremiæ: qui proprie habitabat in uiculo Anathot: qui ab Hieroſolymis tribus diſtat milibus. Sed ſi intellexerimus etymologiā oppidi Anathot, quod interpretatur obedientia; liquido ענתות monſtrabitur uiros Anathot, qui quondam domini præceptis obtemperarunt: omnes dici Iudæos & maxime habitatores urbis Hieruſalem, in quos extrema uenit ſententia: ut obſidionis malis, gladio, fame, & peſte interirent. Vt autē nos omni interpretationis moleſtia liberemur, illam ſequamur regulam: Quod omnes prophetæ in typum domini ſaluatoris pleraq; geſſerint, & quicquid iuxta præſens tempus completum ſit in Hieremia, hoc in futurū de domino prophetari.

Cōmentarij ſecundi in Hieremiā ꝓphetā finis.

Diui



A

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM commentariorum Hieremiæ ad Euſebium procemium.

C

LErnæum anguem, fabulæ ferunt, multis ex medio capite pullulaſſe ſerpentibus, & Scyllam Siculi monſtrum freti: facie quidem uirginali: ſed ſuccinctam canibus, miſerorum laceraſſe naufragia: iuncto in eodem littore Sirenarum mortifero carmine, quæ ut uitaret Vlyſſes Homericus, clauſiſſe aures dicitur, & malum inexuperabile, prudenti uitaſſe cōſilio. Hoc ego cum facere cuperē & hæreticorum rabiem declinare, * & iuxta Hiſmeniam, mihi canens & meis, illudq; propheticum reuoluerem: Cum conſiſteret aduerſum me peccator, obmutui & ſilui de bonis: non eſt paſſus diabolus me optata quiete contētum, ſcripturarum ſanctarum explanatiōi inſiſtere, & hominibus linguæ meæ, Hebræorū, Græcorūq; eruditionem tradere: ſed id, ait, diebus & noctibus, & aperte & per inſidias, ueris falſa miſcendo, imò uniuerſa mēdacia ſubdolo melle circūlinēs: ut qui audit uerborum dulcedinem, uenena pectoris non formidet, pacem pollicetur, ut grauiora bella exerceat: ridet, ut mordeat: manum offert, ut ex improuiſo ſimplicem interficiat Abner. Nimirum hoc illud eſt quod & Apoſtolus loquebatur. Non enim eius ignoramus aſtutias. Hic tacet, alibi criminatur: mittit in uniuerſum orbem epiſtolas biblinas: prius auriferas, nunc maledicas: & patientiam noſtram de Chriſti humilitate uenientem, malæ cōſcientiæ ſignum interpretatur: Ipſeq; mutus, latrat per alpinum canem, grandem & corpulentum, & qui calcibus magis poſſit ſæuire ꝙ̄ dentibus: Habet enim ꝓgeniem Scoticæ gentis, de Britannorum uicinia: qui iuxta fabulas poëtarum inſtar Cerberi ſpirituali percutiendus eſt clauo: ut æterno cum ſuo magiſtro Plutone ſilentio conticeſcat. Verū hoc aliâs. Nunc in Hieremiam tertium aggrediar librum in quo conabor frater Euſebi, latiſſimos explanationis campos, anguſta commentariorum ſemita coartare.

**Sic legēdum arbitror. Et iuxta Hiſmeniā, mihi canere & muſis. Qui non intellexit Emphaſim dicti, ex muſis fecit meis.*

B

### COMMENTARIORVM HIERONYMI in Hieremiam prophetam liber Tertius.

a IVſtus quidem es tu dñe: ſi diſputem tecum (ſiue quia ſatisfaciam tibi:) uerūtamen iudicia loquar ad te. Quid eſt ꝙ uia impiorum proſperatur: bene eſt omnibus qui præuaricantur & inique agunt? Plantaſti eos & radicem miſerūt, proficiunt (ſiue generauerūt filios, & faciunt fructū) prope es tu ori eorꝫ: & b lōge à renibus eorū. Et tū dñe noſti me: uidiſti me, & probaſti cor meū tecum: congregabo eos quaſi gregem ad uictimā: et ſanctifica c eos in die occiſionis. Vſq;quo lugebit terra & herba oīs regiōis ſiccabitur ꝓpter maliciā habitantium in ea? Cōſumptū eſt animal & uolucre

IVſtus quidem es tu dñe, ſi diſputem tecum &c.) Cōtra oēs quidē inique agētes iſta diſputatio eſt, & ſeptuageſimi ſecūdi pſalmi breuiter ſententia comprehenditur, in qua ꝓpheta ait: *Pſal.72.d* Qꝫ bonus deus Iſraël, his q recto ſunt corde. Mei autē penè moti ſunt pedes: penè effuſi ſunt greſſus mei: qa zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum uidens &c. Sed ꝓprie cōtra hæreticos dicitur: qui cū ſint impij, uia eorum proſperatur: generántq; filios eos quos in hæreſi deceperunt: & præuaricantur & inique agunt: ita ut eccleſiā ſpolient, & dum in prauitate ſententiæ perſeuerant, iactant ſe à deo eſſe plantatos, & radicem miſiſſe, generaſſe filios & attuliſſe fructum: qui cum Chriſti nomen ſæpius replicent, *Eſa.29.d* habitatorē ſuū nō habēt deū: iuxta illud Eſaiæ: Populus hic labijs me honorat: cor autē eius longe eſt à me. b ¶Et tu domine noſti me, uidiſti me &c.) Nullum, inquit, ſcandalum eſt qđ impij ſiue omnes hæretici pro tempore floreāt: Tu enim domine noſti me, & uidiſti me, & probaſti cor meum tecum. D Quē ita nouit pater deus quomodo filium ſuum? *Luc.13.d* Nemo enim cognoſcit filiū niſi pater: & nemo cognoſcit patrem niſi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Licet, inquit, proficiant, licet filios generēt, & faciant fructum hæretici, & prope ſis tu ori eorum: & longe à renibus eorum: id eſt, cōſcientia: tamen nō parua eſt cōſolatio, ꝙ quaſi pecora ſaginantur ad uictimā. Congrega eos in urbem Hieruſalē ſiue in ſua cōciliabula: ut quaſi uictimæ cędantur in mortē, & tunc ſanctificentur cum eccleſiaſtico fuerint mucrone iugulati: interfectio enim hæreticorum, ſalus eorū eſt qui decepti fuerant. c ¶Vſquequo lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur propter maliciam habitantium in ea? Conſumptum eſt animal &c.) Quicquid in mundo uel bonorum accidit uel malorum, non abſque prouidentia & fortuito caſu accidit, ſed iudicio dei. Terra nunc ſterilis eſt, herba ſiccatur. Vis noſſe rationem? Maliciæ habitatorum eius hoc

 faciunt

uolucre, quoniam dixerũt: Non uidebit nouiſſima noſtra: (ſiue nõ uidebit deus uias noſtras.) a Si cũm peditibus currẽs laboraſti: quomodo cõtendere poteris cum equis? Si in terra pacis cõfiſa es: quid facies in ſuperbia b (ſiue fremitu) Iordanis? Nam & fratres tui & domus patris tui etiam ipſi pugnauerunt aduerſum te, & clamauerunt poſt te plena uoce: ne credas eis cum locuti c fuerint tibi bona. Reliqui domum meam: dimiſi hæreditatem meam: dedi dilectã animam meã in manũ inimicorum eius. Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſylua: dedit contra me uocem: ideo odiui eam.

| | |
|---|---|
| d HEB. Nunquid auis diſcolor hæreditas mea mihi? nũquid auis tincta per totũ? uenite cõgregamini omnes beſtiæ terræ: properate ad deuorandum. | SEP. Nunquid ſpelunca hyænæ hæreditas mea mihi? an ſpelunca in circuitu eius ſup eã? Pergite, cõgregate omnes beſtias agri: & ueniant & comedãt eã. |

e Paſtores multi demoliti ſunt (ſiue diſruperunt) uineã meam, conculcauerunt (ſiue polluerunt) partem meã: dederũt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis (ſiue inuiam) Poſuerũt eam (ſiue poſita eſt) f in diſſipationem: Luxitq; ſuper me (ſiue perijt.)

| | |
|---|---|
| HEB. Deſolatione deſolata eſt omnis terra. | SEP. Propter me diſſipatione diſſipata eſt terra. |

quia

[E] faciũt: ita ut & animalia ſuper terrã & uolatilia cœli cõſumãtur, quia in uſus hominum hæc creata ſunt omnia: qui in tantã cõſurrexere blaſphemiã, ut dicerent deũ ignorare uias ſuas: & neſcire q̃d unuſquiſq; paſſurus ſit. Quod autẽ dicit uſq;quo: illud ſignificat, permanere irã dei: q̃a animus peccantiũ nõ flectebatur ad pœnitentiã. a ¶ Si cũ peditibus curr. &c.) Si, inq̃t, te crebra uicinarũ gẽtium captiuitas fatigauit, Moabitarũ & Ammonitarũ, Philiſtim & Idumæorũ, quid facies ad longã captiuitatẽ quæ te Chaldæã uſq; ductura eſt? Et cõparat pedites equitibus, quia reuera & iuxta hiſtoriam om̃is Perſis et uniuerſa Chaldæa & regionũ illarũ exercitus gaudet equitatu. Iſtæ autẽ gentes, quas ſupra memoraui, [F] ꝓpter difficultatẽ locorũ, nõ tã pugnæ aptæ ſũt ꝙ latrocinio. Seruatq; metaphoram & dicit: Si cũ peditibus currẽs laſſitudine defeciſti, quid facies ſi equis curſũ tuũ uolueris coæquare? Et ſi in terra tua aliquam habuiſti fiduciam, quid actura es cũ Iordanẽ tranſieris & illius gurgites ſuſtinueris? b ¶ Nam & fratres tui & domus patris tui &c.) Intantũ, inquit, grauiſſimis Iordanis operieris fluctibus: & equitũ te de longe uenientiũ [Gen.19.g] multitudo uaſtabit: ut fratres quoq; tui Idumæi & domus patris tui qui de Loth ſtirpe nati ſũt, Moab & Amon, etiam ipſi tẽpore neceſſitatis & anguſtiæ dimicẽt cõtra te & inſultẽt tibi. Vnde caue ne uelis eis credere: & ſpem habere cõſanguinitatis, per quã maiori in te ꝙ hoſtes odio deſæuiant. Poteſt hoc & de ſaluatore accipi, q̃d fratres eius & domus patris eius pugnauerint cõtra eũ, & clamauerint plena uo- [Ioan.19.c] ce, dicẽtes: Crucifige, crucifige eũ: nõ habemus regẽ niſi Cæſarem. c ¶ Reliqui domũ &c.) Qui in [Ioan.14.d] euãgelio locutus eſt: Surgite abeamus hinc. Et ite- [Luc.13.g] rum: Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: hic etiã in ꝓpheta eadẽ cõminatur: & q̃d facturus eſt, feciſſe ſe dicit: Hæreditas em̃ dñi Iſraël & funiculus hæreditatis eius. Quod autẽ ait: Dedi dilectã animã meã in manũ inimicorum eius. Illud eſt: poteſtatem habeo ponẽdi animã meã, & poteſtatẽ habeo reſu- [G] [Ioan.10.d] mẽdi illã. Facta eſt aũt hæreditas quondã dñi populus Iudæoꝝ cõtra eũ quaſi leo in ſylua: q̃ñ pari aduerſus illũ in paſſione uoce clamauit. Et quia dedit contra eũ uocẽ ſuã: ideo eã odio habuit & abiecit & quæ quondã fuit dilecta atq; chariſſima, nũc appellatur odioſa. d ¶ Nũquid auis diſcolor &c.) Auẽ diſcolorẽ tinctãq; per totũ iuxta literam pauum uocat. Tantã, inq̃t, habuit pulchritudinẽ Iſraël, & tãtis fuit Hieruſalẽ diſtincta uirtutibus, ut nihil eſſet bonorũ, quod non cernerẽt in ea. Quia igitur mihi facta eſt hæreditas quõdã mea, id eſt, populus Iſraël quaſi leo in ſylua: & dedit contra me uocẽ ſuã, & eã om̃i odio deteſtatus ſum, [H] idcirco uenite & congregamini cõtra eã om̃es beſtiæ terræ, diuerſarum gentiũ multitudo, & deuorate eã quæ ſuũ dominũ nõ cognouit. Sin autẽ, ut Lxx. & alij interpretes trãſtulerũt, legatur: Nũquid ſpelũca hyænæ hæreditas mea mihi: referamus ad immũdiciam nocturnæ beſtiæ: quæ uiuit cadaueribus mortuorũ: & de ſepulchris ſolet effodere corpora, nihilq; eſt immũdiciæ qua nõ ueſcatur. Talis eſt Iſraël offendẽs dñm ſuũ & omniũ beſtiarũ morſibus traditus. e ¶ Paſtores multi demoliti ſunt &c.) Audiãt hæc qui principes uolũt eſſe populorũ, ꝙ nõ ſolum pro ſe, ſed & ꝓ cõmiſſis ſibi gregibus reddituri ſunt rationem in die iudicij. Propter illos enim pars dñi conculcatur atq; polluitur: ut ubi quõdam dei erat hoſpitium: ibi ſit habitaculũ beſtiarũ. Alij uero nõ præpoſitos plæbis & ſacerdotes, ſed hoſtium intelligunt principes: qui Hieruſalem, id eſt, uineam domini diſſiparũt. f ¶ Luxitq; ſuper me ſiue perijt: deſolatione deſolata eſt omnis &c.) Hoc quod poſuimus: luxitq; ſuper me: iuxta Hebraicum priori uerſiculo copulatur, ut ſit ſenſus. Poſuerũt eã in diſſipationẽ: hoc eſt, hæreditatẽ meam: Luxitq; ſuper me, meo auxilio deſtituta. Iuxta Lxx. uero loquitur deus



quia nullus eſt qui recogitet corde. Super omnes uias deſerti uenerunt uaſtatores: quia gladius domini deuorauit ab extremo terræ uſq; ad extremum eius, non eſt pax uniuerſæ carni:

| | |
|---|---|
| a HEB. Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerũt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit. | SEP. Seminaſtis triticum, & ſpinas meſſuiſtis: Cleri eorum non proderunt eis. |

b Confundemini à fructibus (ſiue à gloriatione ueſtra:) propter iram furoris dñi (ſiue ab opprobrio in cõſpectu dñi.) Hęc dicit dñs aduerſum omnes uicinos meos peſſimos: qui tãgunt hæreditatem quã diſtribui populo meo Iſraël: Ecce ego euellam eos de terra ſua: & domum Iuda euellam (ſiue eijciam) de medio eorũ. Et cũ euulſero eos, cõuertar (ſiue reuertar) & miſerebor eoꝝ, & reducam eos (ſiue habitare faciam) uirum in hæredi- c tate ſua, et uirum in terra ſua. Et erit ſi eruditi didicerint uias populi mei, ut iurent in nomine meo, uiuit dominus: ſicut docuerunt populum meum iurare in Baal: ædificabuntur in medio populi mei. Quod ſi non audierint, euellam gentem illam euulſione & perditione, dicit dominus.

Cap. XIII.

d HAec dicit dominus ad me: Vade & poſſide tibi lũbare (ſiue cinctoriũ) lineũ, et pones illud ſup lũbos tuos, & in aquã nõ ĩferes illud (ſiue ꝑ aquã nõ trãſibit.) Et poſſedi lumbare iuxta uerbũ dñi, & poſui circa lumbos meos. Et factus eſt ſermo dñi ad me ſecũdo, dicẽs:

Tolle

[A] deus, ꝙ propter illum terra ſit diſſipata & redacta in ſolitudinẽ: quia nullus ſit q̃ corde recogitet, nec ulla pax uniuerſæ carni. a ¶ Seminauerunt triticũ & ſpinas meſſuerunt &c.) Meliora, inquit expectauerunt, & uenerũt peſſima: ſperabant ꝓſpera, & aduerſa perpeſſi ſunt: acceperunt à dño rerum omniũ abũdantiã, quæ eis nõ ꝓderit. Iuxta Lxx. uero, omnes hæretici quaſi triticum ſeminant, & ſpinas metunt: expectãte dño ut facerẽt fructum, & non fecerunt iudicium, ſed clamorẽ. Dicit aũt hoc & eccleſiaſticis, qui uerba domini & doctrinã eius mala cõuerſatione diſperdũt. De quibus infertur: Cleri eorum nõ ꝓderunt eis. Quid enim eos iuuare poterit epi- [B] ſcopi nomẽ & preſbyteri, uel reliquus ordo eccleſiaſticus, cũ magis grauẽtur dignitatibus ſuis: [Sapien.6.a] & potẽtes potẽter tormẽta patiantur, & quanto eis plus creditũ fuerit, tãto plus requiratur ab eis? b Confundemini à fructibus ſiue à gloriatione ueſtra ꝓpter &c.) Dicitur ad eos quibus cleri ſui & eccleſiaſticus ordo non proderit: ut cõfundãtur à gloriatione ſua & ab opprobrio coram dño. Quodq; infert: aduerſum omnes uicinos meos peſſimos: Iuxta literam uicini terræ ſanctæ, Idumæi ſunt, Philiſtim, Moab & A- [Tropol.] mon. Iuxta Tropologiam uero omnes hæretici qui ſub nomine Chriſti cẽſentur, & uicini magis ſunt ꝙ habitatores terræ ſanctæ: qui tãgunt hæreditatẽ dei & deuaſtant eã: diciturq; de eis quod auferantur de medio terræ et domus Iuda tollatur de medio eoꝝ. Qui cũ euulſi fuerint, & de hæreticorum faucibus liberati, cõſequẽtur miſericordiã dei, & reducentur in hæreditatẽ & in terrã ſuã. c ¶ Et erit ſi eruditi didicerint uias populi mei, ut iurẽt in nomine meo uiuit &c.) Si trãſlati de hæreſi in eccleſiã, didicerint uias populi dei: & iurauerint in nomine dñi, & non in nomine idolorũ, quæ de ſuo corde finxerũt: ædificabũtur à dño, & erunt pars populi eius. Quod ſi translati in eccleſiam, peruerſorum dogmatum reliquias tenuerint: & nõ audierint uerba dñi: euelletur gens illa de medio populi dei, euulſione & perditione perpetua: ut nequaq; eis ullus locus pœnitentiæ relinquatur. Hæc quotidie cernimus & rebus ꝓbamus: quod ideo hæretici fidei ſimulent ueritatẽ: ut ſimplices quoſq; decipiãt: & nõ ipſi cõuertãtur ad fidẽ, ſed fideles trahant ad infidelitatem. [C]

Cap. XIII.

HAec dicit dominus ad me: uade & poſſide tibi lumbare ſiue cinctoriũ lineũ, & pones illud ſup. &c.) Cinctoriũ ſiue lũbare quod dei renibus iungitur: populus Iſraël eſt: qui in lini ſimilitudinẽ aſſumptus de terra & illotus, nec mollitudinem habuit, [D] nec candorẽ: & tamen per illius miſericordiam adhæſit deo. Cumq; peccaſſet, rationale quippe eſt huiuſcemodi linum atq; lũbare, ductus eſt trans Euphratẽ: id eſt, in Aſſyrios: & ibi abſconditur, hoc eſt, magnitudine magnarũ et innumerabilium gentium quodammodo abſorptus, & nihili reputatus. Poſt multum autem tempus, ipſe ꝓpheta in typum dei liberat populum de captiuitate, qui nihilo minus & poſt reditum dei pręcepta nõ fecit: ſed ſecutus deos alienos, ad extremum etiam in dei filium miſit manus, & æterna perditione cõtabuit. Omnis quoq; uir ſanctus lũbare dei eſt: qui aſſumptus de terra & de terræ limo, dei cõſortio copulat̃ & quodãmodo quæ in eccleſia eius uidẽtur obſcœna maiori diligentia operit atq; circũdat: ne gentiliũ & Hæreticorum morſibus pateãt. Quod lũbare ſi aquam tetigerit, & Euphratis fluenta tranſierit, ita ut Aſſyriæ regionis humoribus imbuatur: perdit priſtinã fortitudinẽ, & cõputreſcit atq; diſſoluit. Et quãuis in uſum dei redeat, tamẽ priſtinã pulchritudinẽ habere nõ poteſt, nõ duricia dei ſed ſuo uitio: quia nolunt audire uerba eius: & ambulant in prauitate cordis ſui: ſiue quod ſibi rectum uidetur hoc faciunt

Tolle lūbare (ſiue cinctoriū) quod poſſediſti,
quod eſt circa lūbos tuos: & ſurgēs uade ad
Euphratem, & abſcōde ibi illud in foramine
petræ. Et abij & abſcōdi illud in Euphrate ſi
cut ꝑceperat mihi dñs. Et factū eſt poſt dies
plurimos, dixit dñs ad me: Surge & uade ad
Euphratē, & tolle inde lūbare (ſiue cinctoriū)
quod præcepi tibi ut abſcōderes illud ibi. Et
abij ad Euphratē & fodi, & tuli lūbare de lo-
co ubi abſconderam illud, & ecce cōputrue-
rat lūbare (ſiue cinctorium) ita ut nullo uſui
aptū eſſet. Et factū eſt uerbum dñi ad me, di-
cens: Hæc dicit dñs, ſic putreſcere faciam ſu-
perbiam (ſiue iniuriam) Iuda, & ſuperbiam
Hieruſalem multā & populum iſtum peſſi-
mum qui nolūt audire uerba mea, & ambu-
lant prauitate (ſiue in directione) cordis ſui
peſſimi: abieruntq; poſt deos alienos ut ſer-
uirent eis & adorarēt eos, & erunt ſicut lum-
bare iſtud, quod nullo uſui aptum eſt. Sicut
enim adhæret lumbare ad lūbos uiri: ſic ag-
glutinaui mihi omnē domū Iſraël & omnē
domum Iuda, dicit dominus; ut eſſet mihi in
populum, & in nomen, & in laudem, & in
a gloriam, & nō audierunt. Dicēs ergo ad eos
(ſiue ad populum) ſermonē iſtum: Hæc dicit
dñs deus Iſraël: Omnis laguncula (ſiue uter)
implebit uino. Et dicēt ad te: Nunqd ignora
mus quod oīs lagūcula (ſiue uter) īpleat ui-
no? Et dices ad eos: Hæc dicit dñs: Ecce ego
implebo oēs habitatores terræ huius, & re-
ges ꝗ ſedēt de ſtirpe (ſiue filios) Dauid ſuper
thronū eius, & ſacerdotes & ꝓphetas & oēs
habitatores Hieruſalē ebrietate: & diſpergā
eos: uirū à fratre ſuo, & patres & filios pari-
ter, ait dñs. Non parcā (ſiue nō deſyderabo)
& nō concedā neq; miſerebor, ut nō diſper-
b dam eos. Audite & auribus percipite: Noli-
c te eleuari, quia dñs locutus eſt. Date domino
deo

E faciunt. Sed & ipſe ſermo diuinus cur hāc poſuerit
ſimilitudinē exponit, dicēs: Sicut em̄ adhæret lūba-
re ad lumbos hominis: ſic agglutinaui & adhærere
mihi feci omnē domū Iſraël, & omnem domū Iuda,
decē uidelicet & duas tribus, ut eſſent mihi in popu
lum nominatū & in lau-
dem & in gloriā, & ꝓ his
om̄ibus nō audierūt me,
ſed ſua uitia ſunt ſecuti.
Caueat ergo ꝗ poteſt di-
cere: Mihi aūt adhærere
deo bonū eſt: ne forte ꝑ
negligētiā ab illius reni-
bus ſeparetur & tranſeat
Euphratē, & detur in po
teſtatē regis aſſyrij, et ne-
quaq; ī ſolidiſſima petra,
ſed ī foramine petræ cor
ruptæ atq; uitiatæ, hoc
eſt hæreticorū ſordibus
& uitijs occupetur, & in
tantam ueniat putredinē
ut in uſum & ī cinctoriū
dñi ultra redire nō poſſit.
a ¶Dices ergo ad eos ſi-
ue ad popu. &c.) Verbū
Hebraicum נֵבֶל, Aqui-
F læ prima æditio, lagunculā; ſecūda ipm̄ נֵבֶל: Sym
machus, craterem: Lxx.
utrē: Theodotio uas in-
terpretati ſunt; qđ omne
nō oleo, nō aqua, nō mel
le, nō lacte, nō alia quali-
bet materia liquentis ele
mēti, ſed uino & ebrieta-
te cōpletur: oſtendēs nos
uas eē fragile, iuxta Apo
2.Cor.4.b ſtolū dicētem: Habemus
theſaurū iſtū ī uaſis fictili
bus, nec poſſe fieri, ut nō
illud impleat in nobis qđ
Rom.7.d ſcriptū eſt: Non em̄ habi
tat in carne mea bonum.
Et iterū: Nō em̄ qđ uolo
bonū hoc facio: ſed quod
nolo malū hoc opor. Ac
deinde: Miſer ego hō, qs
me liberabit de corpore
mortis huius? Hac au-
tē ebrietate qua obliuiſci
mur ꝑceptorū dei, & ui-
tijs atq; peccatis oīs im-
plet humana cōditio, di-
cēte ꝓpheta: Nō iuſtifica
Pſal.142.a bit in cōſpectu tuo oīs ui
uēs: nō ad cōparationē dei (ut ueteres & noui hære
tici uolūt & patroni hæreticorū) ſed ad ſciētiā eius:
1.Reg.16.b Hō em̄ uidet in facie, deus in corde: & qđ nobis in-
terdū mūdū uidet: illius oculis ſordidū deprehēdit: G
nō ſolū uulgus ignobile uiliſq; plebecula: ſed reges
eccleſiarū de ſtirpe ſiue filij Dauid: ꝗ ſedēt reſupini
erectaq; ceruice & protento aqualiculo ſup thronū
eius, ſacerdotes quoq; ipſi: ſecundus in eccleſiaſtico
honore gradus, & ꝓphe-
tæ ꝗ uidētur habere ſciē-
tiā ſcripturarū & oēs ha-
bitatores Hieruſalē, pro
uarietate pctōrū cōplen-
tur: ſiue Iuda, ut addide-
re Lxx. Cumq; ebrij fue
rint, diſpergūtur à ſocie-
tate ſui, patreſq; à filijs,
& filij à patribus ſeparan
tur, ut diuerſis polluātur
hæreſibus, & ſub Chriſti
noīe inter ſe digladiētur,
& dimicēt cōtra matrem
ſuā quæ eos genuit eccle
ſiā. Vñ dicit Nō deſyde-
rabo eos: ſed odio habe-
bo ſempiterno: nō parcā
& nō cōcedā: neq; miſere
bor: nō crudelitate ſentē
tiæ, ſed ueritate iudicij.
Qui em̄ meos pplos tru H
cidarūt, ipſi in æternum
peribūt. Pōt hoc & iuxta
hiſtoriā ſimpliciter acci-
pi, ꝙ reges, ſacerdotes, &
ꝓphetæ & omnis popu-
lus Hieruſalē inebriādus
ſit calice Babylonio & ca
ptiuitatis obruēdus ma-
lis. b ¶Audite & auri
bus &c.) Quia ſupra di-
xerat: omnis uter imple-
bit uino: ita ut reges quo
q; & ſacerdotes & ꝓphe-
tæ & omnes habitatores
Hieruſalem implerentur
ebrietate: ꝓpterea iungit
& dicit: Audite & auri-
bus percipite, tā extrinſe
cus quā intrinſecus, tam
mēte q̄ corpore, & noli-
te eleuari ꝑ ſuperbiā, co-
gitantes fragilitatem ue-
ſtram: & quod nullus ſit
qui pro qualitate peccati
hac ebrietate careat. Vn-
de diſperditur atq; cor-
rumpitur & dei miſeri-
cordia indignus eſt, ele-
uās ſe aduerſus eum per
ſuperbiam. c ¶Date domino deo ueſtro gloriam
anteq; contenebreſcat &c.) Eos quibus dixerat ſer-
mo diuinus: Audite & auribus ꝑcipite, & nolite ele
uari



deo ueſtro gloriam anteq; cōtenebreſcat, &
anteq; offendāt pedes ueſtri ad mōtes caligi
noſos, ſiue tenebroſos. Expectabitis lucē, &
ibi umbra mortis, & ponētur in tenebris (ſi-
ue iuxta Hebraicū, & ponet eam in umbrā
mortis & in caliginē.) Quod ſi nō audieritis
in abſcōdito; plorabit anima ueſtra à facie ſu
a perbiæ ſiue iniuriæ. Plōrās plorabit Hieru-
ſalem (ſiue plorans plorabit) & deducet ocu
lus meus lachrymā; quia captus eſt grex do-
mini (doloremq; meū tacitis gemitibus diſſi
b mulare non poſſum.) Dic rēgi & dominatri
ci (ſiue dicite regi & potētibus:) Humiliami
ni, ſedete: quoniam deſcēdit (ſiue ſublata eſt)
de capite ueſtro corona gloriæ ueſtræ. Ciui-
tates auſtri clauſæ ſunt & nō eſt qui aperiat:
Translata eſt omnis Iudæa (ſiue translatus
eſt omnis Iuda) tranſmigratione (ſiue capti-
c uitate) perfecta. Leūate oculos ueſtros, & ui-
dete qui uenitis ab aquilone: ubi eſt grex qui
datus eſt tibi, pecus inclytū tuū? Quid dices
cum uiſitauerit te? Tu em̄ doces eos aduer-
d ſum te, & erudis in caput tuum. Nūnquid
non dolores apprehendent te, quaſi mulierē
parturientē

A uari: nūc ꝓuocat ad pœnitētiā: ut priuſq; ducantur
Babylonē & offendant pedes eorū ad mōtes caligi-
noſos ſiue tenebroſos dent gloriā deo. Vnde & pec
Pſal.67.g catoribus ſæpe dicit: Date gloriā deo. Qđ aūt Baby
lon & om̄is regio Chaldeorū, mōtes caliginoſi ſiue
tenebroſi appellentur in
prīcipio Eſaiæ cōtra Ba-
bylonē legimus, ubi ſcri-
Eſa.13.a ptū eſt: Sup mōtē caligi-
noſum leuate ſignum, qđ
Hebraice dicitur נִשְׁפֶּה.
Hoc itaq; præcipit: ut an
teq; ducātur in captiuita
tē & ſeruitutis mala ſen-
tiāt, agāt pœnitētiā. Cūq;
expectēt lucē, ſeſſuri ſint
in tenebris. Sin aūt, inqt,
me audire nolueritis in
abſcōdito, iuxta Aquilā
in tenebris plorabit ani-
ma ueſtra: ſiue iuxta lxx.
à facie ſuperbiæ: ut ne ge
mitus qdē & ploratus li-
ber ſit: ne uictorū offen-
dāt oculi. Poſſumus aūt
& ſic locū iſtū interpreta
Ioan.9.a ri: Saluator loquit: Ope-
B ramini dum dies eſt: ue-
niet nox qñ nullus ultra
pōt operari. De hoc tēpo
Eſa.13.b re & Eſaiæ uaticiniū eſt.
Stellæ em̄ cœli & orion,
& oīs ornatus cœli lucē
nō dabūt et tenebrabunt
orto ſole, & luna nō da-
bit lucē. Sophonias quo-
Soph.1.d que in eadē uerba cōſen-
tit, dicēs: Dies tribulatio-
nis & anguſtiæ, dies miſeriæ & perditionis: dies te-
nebrarum & turbinis: dies nubis & caliginis. Prius
ergo q̄ iudicij tēpus adueniat, & offendāt pedes ue
ſtri ad mōtes tenebroſos, aduerſarias ſcilicet fortitu
dines, quæ tormētis & cruciatibus præpoſitæ ſunt,
agamus pœnitētiam: ne expectātes lucem, noctis te
nebris inuoluamur: ſciamuſq; niſi hoc fecerimus,
ploraturā animā, uel dei uel ꝓphetæ à facie noſtræ
ſuperbiæ, dei uerba audire nolētium: Vnde & ipſe
ꝓpheta dicit. a ¶Plorās plorabit &c.) Om̄is autē
cauſa cruciatuū eſt, ꝙ captus ſit grex dñi. Dicamus
Iudæis & noſtris Iudaizantibus, qui ſimplicē tantū
Pſal.17.b & occidētem ſequūtur hiſtoriam, niſi audieritis ab-
ſcondite: hoc eſt, in myſterio ſiue in tenebris quas
poſuit deus latibulū ſuum: & iuxta Salomonem, ut
intelligāt parabolam & tenebroſum ſermonē, plo-
rabit anima ꝓphetæ ſiue ipſorꝫ à facie ſuperbiæ: dū
per cōtumaciam reſiſtūt deo. Vnde & fletus erit iu-
gis lachrymæq; perpetuæ: eo ꝙ à uero Nabucho-
donoſor captus ſit grex domini atq; corruptus.
b ¶Dic regi & dñatrici &c.) Prophetæ præcipit,
ut loquatur regi Ieconiæ & matri eius: quā dominā C
& dominatricē ſiue reginā appellat: ut humilientur
& in puluere ſedeāt: perdidiſſe em̄ eos regiā dignita
tatem & regi tradēdos Babylonio. Ciuitates auſtri
clauſæ ſunt: id eſt, tribus Iudæ & Hieruſalē: quæ iu
xta ſolitudinē ad auſtrū
uerſa eſt, & nō eſt ꝗ ape-
riat obſidiōe circūdatas.
Trāslata eſt om̄is Iudæa
ſiue omnis Iuda trāſmi-
gratione perfecta, ſiue re
cepit quod merebatur, et
cōpletū eſt ī ea, ait enim,
Lxx. trāſtulerūt. Delyrat
in hoc loco: ꝗ regē, Chri-
ſtum, & potētes angelos
uel Apoſtolos intellexe-
rit, ut aſſumāt corpus hu
militatis, & in puluere ſe
deant, & amittāt uel rex
uel potētes de capite ſuo
coronā & gloriā fortitu-
dinis. Ciuitates quoque
auſtri clauſas, interpreta-
tur infernū & quæ nulli
aperiātur, omnēq; gloriā
Iudæ eſſe translatā: qñ in
paſſione cōpletū eſt: Oēs D
declinauerūt, ſimul inuti Pſal.13.a
les facti ſunt: nō eſt qui fa
ciat bonū, non eſt uſq; ad
unū. Verbum Hebraicū
גְּבִירָה, Aquila & Sym-
machus dominatricē, &
dominā interpretati ſūt:
quod Lxx. putauerunt
גְבִירוֹת potētesq; dixe-
runt. c ¶Leuate oculos
&c.) Præcipitur habitatoribus Hieruſalē ut eleuēt
oculos ſuos, & uideant Chaldæos ab aqlonis parte
uenietes, interrogaturq; ipſa ciuitas & dicit ei: Vbi
eſt grex ꝗ datus eſt tibi, pecus inclytū tuū? Vbi eſt
populus tuus quē à deo acceperas? Vbi illa tanta &
inclyta multitudo, ut totius ꝓuinciæ turbam in unū
locū crederes cōgregatā? Quid dices cū te uiſitaue-
rit dñs in uirga ſua, & Babylonijs tradiderit hoſti-
bus: quos aduerſum te, uel in caput tuū, uel à princi
pio ipſa docuiſti, ut ad eorum auxilia cōfugeres, &
ipſorū idola ſectareris? ꝗ ſub occaſiōe amicitiæ tuæ
didicerūt per qđ iter ad te uenire deberent. Audiat
hoc eccleſia negligēs, ꝙ ipſa doceat aduerſarios ſu-
os, quomodo eā poſſint ſpiritali captiuitate cōpre-
hendere, & pecus eius beſtiarū crudelitate lacerare.
d ¶Nunquid nō &c.) Dū neſcis: quaſi mulierem
partus ſubitus, ita te captiuitas repētina cōprehen-
det. Qđ ſi cauſari uolueris & quęrere cur tradita ſis
hoſtibus, audi manifeſte multitudinē hæc tibi feciſ-
ſe iniqtatis tuę, ut quaſi mulieris meretricis ſublatis
ueſtibus, reuelaretur ignominia tua, & oſtēderētur
publice

parturiẽtem? Quod ſi dixeris in corde tuo:
quare uenerunt mihi hæc? propter multitu-
dinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt uerecun
diora tua, pollutæ ſunt (ſiue dehoneſtatæ
a ſunt) plãtæ tuæ. Si mutare poteſt Aethiops
pellem ſuam: aut pardus uarietates ſuas, &
uos poteritis benefacere cum didiceritis ma-
b lum. Et diſſeminabo eos quaſi ſtipulam quę
uento raptatur in deſerto. Hæc ſors tua
parsq; menſuræ tuæ à me, dicit dominus (ſi
ue & pars inobedientiæ tuæ aduerſum me.)
c Quia oblita es mei & confiſa es (ſiue ſpera-
ſti) in mendacio, unde & ego nudaui (ſiue
nudabo) & reuelabo fœmora, & poſteriora
tua contra faciem tuam, & apparebit igno-
minia tua: adulteria tua & hinnitus tuus: ſce-
d lus uel alienatio fornicatiõis tuæ. Super col-
les in agro uidi abominationes tuas: Væ ti-
bi Hieruſalem: non mundaberis (ſiue quia
non es mundata) poſt me uſq; quo adhuc?

## Cap. XIIII

e QVod factum eſt uerbum domini ad
Hieremiam de ſermonibus ſiccitatis.
f Luxit Iudæa (ſiue Iuda): & porte eius cor-
ruerũt (ſiue uacuæ factæ ſunt): & obſcuratæ
(ſiue

E publice fornicationes tuæ. Per quæ diſcimus, quã-
diu fuerint minora peccata, agere dominum patien
ter, & expectare pœnitudinem noſtram. Si autem
uoluerimus delictis copulare delicta, & cumulũ fa-
cere peccatorũ reuelabũtur pudẽda noſtra: & oſten
dentur cunctis plãtæ no
ſtræ, uel in præſenti ſecu
Matth.10.c lo uel in futuro. Nihil eſt
enim occultum quod nõ
reueletur: quando imple
Dan.12.a bitur illud Danielis: Iſti
reſurgent in uitã æternã:
& illi in opprobriũ & cõ
fuſionem ſempiternam.
a ¶Si mutare poteſt Ae
thiops pellẽ ſuã, aut par-
dus &c.) Hoc teſtimonio
utũtur aduerſus eccleſiã,
qui diuerſas cupiũt aſſe-
rere naturas, & tãtam di-
cunt eſſe uel nigredinem
uel uarietatẽ peccatorũ:
ut in candorem, & unius
coloris pulchritudinem
tranſire nõ poſſint, non
attendẽtes hoc quod ſeq
tur. Et uos poteritis be-
nefacere cum didiceritis
malũ. Quicquid enĩ diſci
F tur, nõ naturæ eſt, ſed ſtu
dij & ꝓpriæ uoluntatis:
quæ nimia cõſuetudine
& amore peccãdi quodã
modo in naturã cõuerti-
tur. Sed hoc quod homi-
nibus ĩpoſſibile eſt, deo
poſſibile eſt: ut nequaq;
Aethiops & pardus ſuã
uideantur mutare natu-
ram, ſed ille qui in Aethiope operatur & pardo, di-
Phil.4.c cente Apoſtolo: Omĩa poſſum in eo qui me cõfor
1.Cor.15.b tat Chriſto. Vnde & in alio loco: Amplius, inquit,
illis omĩbus laboraui: nõ ego aũt, ſed gratia dei quę
Gal.2.d in me eſt. Et uiuo iã nõ ego, uiuit uero in me Chri-
1.Cor.4.b ſtus. Et iterũ ſcriptũ legimus: Quid habes ꝙ nõ ac-
cepiſti? Si aũt accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acce
Supra.9.a peris? Quas ob cauſas nõ glorietur ſapiens in ſapiẽ
tia ſua: neq; fortis in fortitudine ſua: nec diues in di
uitijs ſuis: nec pudicus in ſua pudicitia, ſciens quod
in omnibus his Chriſti uirtus ſit, nõ eorum qui in
ſuis uirtutibus gloriãtur. b ¶Et diſſeminabo eos
quaſi ſtipulam quæ &c.) Quia nimia cõſuetudine
malorum nõ potuerũt mutare naturã, nõ uitio con
ditoris, ſed ſtudio inoliti ſceleris: ꝓpterea quaſi ſti-
pulã uento raptatã diſpergã eos in ſolitudinẽ: iuxta
Pſal.1.b illud quod alibi ſcriptũ eſt: Tanq; puluis quẽ ꝓijcit
uentus à facie terræ. Facitq; apoſtropham ad ipſam
Luc.6.f Hieruſalẽ: qđ hæc ſit ſors eius, & iſta pars quã ipſa
ſibi elegerit mẽſurã cumulatã atq; perfectã, & ſup-

effundentẽ: ſiue partẽ inobediẽtiæ ſuæ, qua noluit G
deo acquieſcere. In qua enim menſura menſurauer- Matth.7.a
rit, remetietur illi. c ¶Quia oblita es mei & confi-
ſa &c.) Cauſa diſperſionis Hieruſalem, ꝙ oblita ſit
dei & cõfiſa uel ſperauerit in mẽdacijs. Qui præter
deum in rebus cõfidit ſe-
culi, obliuiſcit̃ dei. Vnde
reuelantur fœmora uel
poſteriora eius: ut uideat
ignominiã ſuã: & quæ re
tro eſſe deberent, fiant in
prioribus: Cernatq; ipſa
quod fecit, & appareat
ignominia eius, nõ tantũ
ipſi, ſed & omĩbus. Adul
teria, inquit, tua & hinni
tus tuus, nõ ſolum libidi
nẽ, ſed inſaniã oſtẽdit libi
dinis: equarũ more quæ
ad coitum geſtiunt, ut eſt
illud Vergilij: Hippoma
nes uero quod nomĩe di
cũt Paſtores, lẽtũ diſtillat
ab inguine uirus. Roge-
mus Ieſum, ut nec in præ
ſenti nec in futuro ſeculo
reuelet fœmora et poſte-
riora noſtra: ſed ut deleat
oẽs iniquitates noſtras
& omĩa ſcelera apparere
nõ faciat. d ¶Sup col- H
les &c.) Non ſolũ in me-
dia urbe Hieruſalẽ: ſed in
omni colle cunctiſq; re-
gionibus uidi idola tua:
unde dicit̃ ad eã: Væ tibi
Hieruſalẽ: quia nõ es mũ
data poſt me: ut cũ mea te
iactares ſequi ueſtigia, &
cõfeſſionẽ mei nominis uentilares: tamẽ nunq; pur
gata ſis, quia oblita es mei & ſperaſti in mendacijs.
Vnde increpat eam & dicit: Vſq; quo adhuc? & eſt
ſenſus: quãdiu te expectabo? quãdiu ferã? uſq; quo
obliuiſceris mei in finem, & mea præcepta contem-
nes? Fornicatur in collibus & in agris, & nunq; mũ
datur qui erecta ceruice per ſuperbiam nõ humilia
tur ſub potenti manu dei: ſed in ſuis ſceleribus ui-
tijsq; confidit.

Cap. XIIII.

QVod factũ eſt uerbũ dñi ad Hieremiam &c.) Amos.8.e
Iræ dei uniuerſa cõſentiũt. Vnde & ſol ſuper
peccatores occidit meridie: & luna aſtraq; & cæte-
ra non dant lumen ſuum: Putandumq; eſt obſidio-
nis tempore pluuias nõ fuiſſe, ut ſterilitatem obſeſ-
ſi ſuſtinerẽt aquæ. Vno quippe fonte Siloë: & hoc
nõ perpetuo utitur ciuitas, & uſq; in p̃ſentẽ diẽ ſte-
rilitas pluuiarũ, nõ ſolũ frugũ, ſed & bibendi inopiã
facit. f ¶Luxit Iudæa ſiue Iuda &c.) Tẽpore ſicci
tatis, quãdo famem patitur multitudo audiendi &
diſcendi ſermonem dei, luget Iudæa cultũ dei prius
habere



(ſiue contenebratæ ſunt) ſuper terram: & cla-
mor Hieruſalem aſcendit. Maiores eius miſe-
runt minores (ſiue iuniores) ſuos ad aquã: ue
nerunt ad hauriendũ (ſiue ad puteos) & non
inuenerunt aquam: reportauerunt uaſa ſua
uacua. Confuſi ſunt & afflicti (ſiue erubue-
runt): & operuerunt capita ſua propter terrę
uaſtitatem (ſiue & opera terræ): qm̃ defece-
runt: quia non uenit (ſiue non erat) pluuia ſu-
per terram: confuſi ſunt agricolæ: operuerũt
a capita ſua. Nãm & cerua (ſiue ceruæ) in agro
peperit (ſiue pepererunt) & reliquit (ſiue reli-
querunt) quia non erat herba. Et onagri ſtete
runt in rupibus: traxerunt uẽtum quaſi dra-
cones: defecerunt oculi eorũ: quia nõ erat her
b ba (ſiue fœnum). Si iniquitates noſtræ reſpon-
derint (ſiue reſtiterint) nobis: dñe fac propter
nomen tuũ: qm̃ multæ ſunt auerſiones nr̃æ
(uel peccata noſtra). Tibi peccauimus expe-
ctatio Iſraël: ſaluator eius in tp̃e tribulationis.

c HEB. Quare futurus
es quaſi colonus in ter
ra: & quaſi uiator de-
clinans ad manendũ?
Quare futurus es ue-
lut uir uagus aut for-
tis qui non poteſt ſal-
uari?

SEP. Quare factus
es ſicut aduena ĩ ter
ra: et quaſi indigena
diuertens ad manẽ-
dum? nunquid eris
quaſi homo dormi
ens & quaſi uir qui
ſaluari non poſſit?

d Tũ autem in nobis es domine, & nomen
tuum

A habere ſe iactans, & confeſſionẽ ueræ fidei: porteq;
eius: uel uacuantur uel corruũt: quas ad ſenſus re-
ferre debemus per quos animæ cõcipitur diſcipli-
na. Tunc obſcurantur omnia: & inuoluuntur tene-
bris: & nequaq; in Hieruſalẽ ratio regnat & ſermo
doctrinæ: ſed clamor at-
q; cõfuſio. Maiores quo
q; q deberẽt ipſi pergere
ad hauriẽdas aquas, mit
tũt iuniores in qbus ca-
ni nõ ſunt ſapientiæ: &
idcirco ueniunt ad pute
os, & nõ inueniũt aquas
quas patriarchas ĩueniſ-
ſe narrat hiſtoria. Repor
tant uaſa ſua uacua: iuni
ores uidelicet: non ꝙ a-
quæ nõ fuerint: ſed ꝙ illi
inuenire nõ potuerint.
Confuſi ſunt & afflicti,
ſiue erubuerunt & ope-
ruerunt capita ſua: quia
2.Cor.3.d nõ poterãt dicere cũ A-
poſtolo: Nos aũt reuela-
ta facie gloriam domini
contemplamur. Propter
terræ uaſtitatem, ſiue &
terræ opera defecerũt: ꝑ
B quæ ad dei noticiã pergi
Eſa.5.b. mus. Cauſaq; perſpicua
quia nõ uenit, ĩquit, plu-
uia ſup terrã. Mãdatum
eſt quippe nubibus ne
pluerent ſuper eam im-
brem. Agricolæ quoq;,
quorum unus loquitur:
1.Cor.3.b Dei agricultura eſtis, dei
ædificatio eſtis. Et ĩ alio
3.Ioan.b loco: Dei cooperatores
ſumus: operiunt caput
ſuum: & confunduntur:
intelligentes ſine dei gra
tia & adiutorio fruſtra
ſe tendere. a ¶Nam &
cerua &c.) Grandis ſterilitas, quando & ceruæ in
agro pariũt & relinquũt fœtus ſuos, quia nõ ſit her
ba uel fœnum: ut quæ odore narium ſerpentes ex-
trahunt de cauernis & uenenata interficiunt animã
tia: cibo gratiæ non utantur. Onagri quoq; de qui-
bus ſcriptum eſt Iob triceſimonono: Quis dimiſit
in ſolitudine onagrum liberum: plana & cãpeſtria
relinquẽtes: ſtent in rupibus, & currere nequeãt: &
attrahant uentum in ſimilitudinẽ draconum: defi-
ciantq; oculi eorũ, & claram lucem cernere neque-
ant, rationabilibus ſubtractis cibis. Siccitas hæc ſæ
pe accidit in eccleſijs, quando cerui & onagri inue-
niuntur in populis: & magiſtrorum penuria conta
beſcunt. Sunt qui poſſunt diſcere: & non ſunt qui
poſſunt docere. b ¶Si iniquitates noſtræ reſpon

derint ſiue reſtiterint &c.) Si dubitamus quare nõ C
deſcendant pluuiæ ſuper terrã: quare cuncta aridi-
tate marceſcãt: audiamus, iniquitates noſtræ reſti-
terũt nobis: ꝓpterea dñe nõ ſecundũ opera noſtra,
ſed ſecundũ ſanctũ nomẽ tuũ uince multas auerſio
nes nr̃as. Tibi enĩ pecca-
uimus: quẽ cordis ſecre-
ta nõ fallũt: & te p̃ſtola-
mur q uera ſpes & expe
ctatio es Iſraël: & ſaluas
eos in tp̃e tribulationis,
iuxta illud qđ ſcriptum
eſt: Ad dñm cũ tribula- Pſal.119.a
rer clamaui & exaudi-
uit me. Dicamus & nos
ĩ tp̃e ſiccitatis, aquarũq;
penuria: Tibi peccaui- Pſal.50.a
mus, & malũ corã te feci
mus: tuum præſtolamur
aduẽtũ: qui ſaluas Iſraël,
non ſuo merito, ſed tua
clemẽtia. c ¶Quare fu
turus es &c.) Iudæi hũc
locũ ſic intelligũt, Quare
ſegregas te à popl'o tuo:
& q̃ſi uiator ꝓpter uni-
us horæ refrigeriũ non
curas quali utaris hoſpi
tio: ſed ad alia trãſiturus D
nõ ſaluas populũ tuũ, &
templum quondam in-
clytũ deſeris? Noſtri ue-
ro de futura Chriſti di-
ſpenſatione dici putant:
ꝙ futurus ſit ꝑegrinus
in terra: & paruo tẽpore
terræ uſurus hoſpitio:
& quaſi uir pertranſiens
ac robuſtus, relicto Iſra-
el tendat ad gentiũ mul-
titudinem: ut de loco ad
locum, de populo ad po
pulum, de templo ad ec-
cleſiam tranſeat. Quod
autem iuxta LXX. dicitur: Nunquid eris quaſi ho-
mo dormiens, & quaſi uir qui ſaluari non poſſit: ſi-
militudinem ponit & non rei ueritatem, ſecundum
illud quod ſcriptũ eſt: Surge cur dormis domine?
non quod dominus dormiat: de quo dicitur: Non Pſal.120.a
dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſraël: ſed qđ
his uideat dormire quos deſerit. Deniq; in ſequen-
tibus non ſcribitur: uir dormiens qui ſaluari non
poſſit: ſed quaſi uir: in utroque ἀνθρωποπαθῶς ſcribi-
tur. d ¶Tu aũt in nobis es dñe &c.) Qui apud
Iudæos quaſi aduena futurus es & uiator, & uir
uagus: & antiquam deſerens manſionem in nobis
habitas: & nomen tuum inuocatũ eſt ſuper nos, ut
appellemur Chriſtiani: idcirco ne derelinquas nos:
& ne obliuiſcaris noſtri, quibus de futuro aduentu
H tuo

E tuo,omnium prophetarum ora cecinerunt.

a ¶Hæc dicit dñs populo huic:quia dilexit ſiue dilexerunt mouere pedes ſuos &c.)Dicente populo: quare factus es ut aduena & uiator & uagus ut tuã deſeras manſionẽ? Reſpondet dñs populo quondã ſuo:Vis noſſe rationem, auſculta quod dicitur: Quia dilexit popl's mouere pedes ſuos, & non abſtulit eos de compede peccatorũ,ſiue nõ quieuit & ſtare nõ potuit:idcirco & ego deſerui eũ: & nulla eſt in illo mihi cõplacentia. Qui igitur diu diſtulit & per patientiam noluit punire peccãtes:quia in ſcelere permanſerũt, recordabitur iniquitatũ eorũ:& quaſi ægrotantium & deũ nõ ſentientiũ peccata uiſitabit, ut ultra peccare deſiſtant. Notandũ autẽ in

F ſcripturis ſanctis: quod

Deut.5.d ſemper peccatorum moueanẽ pedes:et ſanctis di

Pſal.134 a catur cũ Moyſe: Tu uero hic ſta mecum.Et alibi ſcriptum ſit: Laudate ſerui dominũ: qui ſtatis in domo dñi:in atrijs domus dei noſtri. b ¶Et dixit dñs ad me:Noli orare pro populo iſto in bonum.Cum ieiunauerint &c.) Stultũ eſt orare pro eo qui peccauerit

1.Ioan.5.d ad mortem, dicente Ioanne: Eſt peccatum ad mortem:non pro illo dico ut roget quis.Omnis iniquitas peccatum eſt: & eſt peccatum non ad mortem.Ieiunia & preces & uictimæ, & holocauſta tunc proficiunt, cũ recedimus à uitijs: & flemus antiqua peccata.Sin autẽ in ſceleribus permanentes,putauerimus,uotis atq; ſacrificijs redimere nos:uehemẽter erramus, iniquum arbitrãtes deum.Qui enim ſemel gladio & fami & peſti fuerit deſtinatus:nullis precibus erui poteſt.Vnde & prophetæ dicitur:ne fruſtra roget quod impetrare nõ poſſit. c ¶Et dixi ah,ah,ah,domine deus meus:ſiue qui es dñe deus:prophetæ dicunt eis:non uidebitis gladium & fames non erit in uobis:ſed pacem ueram &c.)Audiant hæc magiſtri qui peccantibus & in ſuis uitijs permanentibus proſpera pollicen-

tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos(ſiue ne obliuiſcaris noſtri). Hæc di-

a cit dominus populo huic: quia dilexit(ſiue dilexerunt)mouere pedes ſuos:& non quieuit(ſiue non pepercerunt): & domino non placuit(ſiue & deus non placuit ſibi in eis): nunc recordabitur iniquitatum eorum:& ui-

b ſitabit peccata eorum. Et dixit dominus ad me:Noli orare pro populo iſto in bonum. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum:& ſi obtulerint holocauſtomata & uictimas,non ſuſcipiam eas:quoniam gladio, fa-

c me & peſte ego conſumam eos. Et dixi ah, ah,ah,domine deus meus (ſiue qui es domine deus): prophetæ dicunt eis:non uidebitis gladium,& fames non erit in uobis: ſed pacem ueram dabit uobis in loco iſto. Et dixit dominus ad me: falſo prophetæ uaticinantur in nomine meo:non miſi eos & non præcepi eis:neque locutus ſum ad eos uiſionem mendacem:& diuinationem fraudulentam: & ſeductionem cordis ſui prophetant uobis.

d Ideo hæc dicit dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo quos ego non miſi:dicentes,gladius & fames non erit in terra hac:gladio & fame conſumentur prophetæ illi:Et populi quibus prophetarunt,proiecti erunt in uijs Hieruſalem præ fame & gladio:& non erit qui ſepeliat eos:ipſi & uxores eorum:filij & filiæ eorum, & effundam ſu-

e per eos malum ſuum(ſiue mala ſua).Et dices ad eos uerbum iſtud:Deducant oculi mei lachrymam

tur:qui dicunt diuitibus:non uidebitis gladiũ tormentorum dei,& fames non erit in uobis.Saturabimini quippe ſermonibus dei:& pacem dabit uobis dominus ueriſſimam in loco eccleſiæ ſiue Hieru- G ſalem.Quod autem dixit iuxta Hebraicum tertio אהה, a a a:ad priora reſpõdit,ubi dñs fuerat cõminatus,dicens:Gladio, & fame et peſte ego cõſumam eos.Quia igitur ꝓphetæ, imò pſeudoprophetę falſa polliciti ſunt, ideo dominus locutus ẽ per Hieremiã:Nolite audire uerba pſeudoprophetarum:qui non à me miſſi ſunt:ſed ſua uoluntate uenerunt.Vnde nequaq; prophetæ,ſed diuini ſunt appellandi:qui ſeductionem populo loquuntur.Multo eñ melius eſt timore pœnarũ emẽdare peccata: quàm ſpe proſperorũ diuinæ ſententiæ ſubiacere.

d ¶Ideo hæc dicit dñs de prophetis qui ꝓphetant in noĩe meo, quos ego non &c.) Caueant pſeudoprophetæ qui ꝓſpera ꝓmittendo ſupplãtant populum dei: ne & ipſi pereant,& deceptus populus ſimili deleatur interitu:iaceantq; in uijs Hieruſalem,& domini ꝑcepta calcantes, fame & gladio pereant: & nõ ſit q ſepeliat eos:nec ignominiam eorum puluere operiat pœnitẽtię.Et ipſi eñ ꝓphetæ & populus, uxoresq; eorum & filij & filiæ omniſq; generatio abſq; ullo pollinctore in ſterquilinium erit. Quanti iacẽt in uijs Hieruſalem:quot cernimus inſepultos recipere mala ſua:quæ domino effundente patiuntur? e ¶Et dices ad eos uerbum iſtud:Deducãt oculi mei lachrymam,ſiue deducant oculi ueſtri lachrymas per diẽ & noctẽ:& non taceant,&c.) Dupliciter hic locus intelligitur:uel quod ipſe deus plangat populũ ſuũ & oculi eius flere non ceſſent:uel certe imperet, ut populorum oculi lachrymis fluant:nec leue eſſe qđ plangendum ſit:cum uirgo filia populi ſui contritione maxima & plaga intolerabili ꝑcuſſa ſit. Alij ex perſona prophetæ hæc dici arbitrantur.





A a ¶Si egreſſus fuero ad agros,ecce occiſi gladio: & ſi introiero in ciuitatẽ:ecce attenuati fame &c.) Iuſta cauſa plangendi,quod uirgo contrita ſit: filia percuſſa:populuſq; deletus. Si enim, inquit, foras exire uoluero,interfectos uidebo:ſi ingredi ciuitatem, attenuatos & oſſibus uix hærentes, famis neceſſitate cõſpiciam. Et quid mirum hoc de plebe et ignobili uulgo dicere? cum prophetæ quoq; et ſacerdotes qui alijs ꝓſpera prophetabant,& q debebant legis aperire mãdata:ipſi ierint in terram quã ignorabant: & captiuitatis ſuſtinuerint malum.Audiant hoc noſtri prophetæ & ſacerdotes, quod nec intus nec foris ꝓpter negligentiã eorũ ſit ulla ſecuritas:qđ & eos ſcandalizent qui foris ſunt: & eos qui intus fame interire patiantur:& q autores fuerint

B peccandi, ſint cruciatuũ ſocij. b ¶Nunquid ꝓijciens abieciſti Iudã aut Sion abominata eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos,ita ut nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacẽ &c.) Miratur propheta quod Iudã & Hieruſalẽ,duarũ tribuũ uidelicet regnũ, in quo erat religio dei,& templi ceremoniæ: dñs tam repente proiecerit et tanta percuſſerit plaga:ut nulla poſſit adhiberi medicina.Expectauimus, inquit, pacem & tempus curationis:& nullum eſt bonum, ſed econtra turbatio:ut ubi prius fuerat cultus dei atq; tranquillitas,ibi ſeditionibus & hoſtili fremitu omnia complerentur.Si ergo quãdoq; noſtra Sion noſterq; Iuda abijcitur,& abominatur illum anima dei:nequaquã miremur, ſed magis dicamus quod ſequitur. c ¶Cognouimus dñe impietates noſtras:& iniquitatẽ patrum noſtrorum:quia peccauimus &c.)Et nos,inquit,& patres noſtri eadẽ dementia,dei præcepta neglexímus:& impleta eſt in nobis menſura maiorũ: ut quicquid illis defuerat, noſtro cumulo compleretur.Vnde & de Iuda dici-

Pſal.108.b tur:In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu domini:& peccatum matris eius nõ deleatur.Fiant contra dominum ſemper:& diſpereat de terra memoria eorum. d ¶Ne nos des in opprobrium propter nomen tuum: neq; facias &c.)

chrymam(ſiue deducant oculi ueſtri lachrymas)per diem & noctem & non taceant(ſiue non ceſſent)quoniam contritione magna cõtrita eſt uirgo filia populi mei, plaga peſſima

a uehementer.Si egreſſus fuero ad agros: ecce occiſi gladio:& ſi introiero in ciuitatem: ecce attenuati fame(ſiue dolore famis). Propheta quoq; & ſacerdos abierunt in terram quam

b ignorabant.Nunquid proijciens abieciſti Iudam;aut Sion abominata eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos,ita ut nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacem, & non eſt bonum: & tempus curationis , & ecce turbatio. Co-

c gnouimus domine impietates noſtras,& iniquitatem patrum noſtrorum: quia peccaui-

d mus tibi. Ne nos des in opprobrium propter nomen tuum:neque facias nobis contumeliam.Solij gloriæ tuæ recordare: ne irri-

e tum facias fœdus tuum nobiſcum.Nunquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant: aut cœli poſſunt dare imbres? Nónne tu es domine deus quem expectauimus? tu enim feciſti omnia hæc.

Cap. XV.

f ET dixit dñs ad me: Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me( ſiue contra me):

g non eſt anima mea ad populũ iſtũ.Eijce( uel

h emitte)illos à facie mea & egrediant. Quod ſi dixe

Solium gloriæ dei non ſolum arbitremur templum Iudææ,quod ſæpe deſtructum eſt,ſed omnem ſan- C ctum:iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Thronum eius in terram alliſiſti. Tunc alliditur atque deſtruitur, quando multitudine peccatorum offenderit deum: ſed tamen qui ſua culpa perijt,domini clementia ſuſtentatur: quæ mutatur ſeueritate ſententiæ, ſi irritum faciat dominus pactum ſuum: quo nos ſaluos futuros eſſe pollicitus eſt. e ¶Nunquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant:aut cœli poſſunt dare &c.) Poſt mltos uarioſq; ſermones, redit ad titulum prophetiæ, in quo ſcriptum eſt: qđ factum eſt uerbum domini ad Hieremiam de ſermonibus ſiccitatis.Ergo quod dicit,hoc eſt: quia dæmonum ſimulacra non poſſunt pluere:nec cœli per ſe dare imbrem ſuum: D ideo tu dñe deus noſter quem ſemper expectauimus: in quem ſpes noſtras conuertimus & uota,tu da pluuiam tuam. Tua enim ſunt oĩa: & quicquid boni eſt, ſine te cuius eſt,dari non poteſt.Dicamus hoc & cõtra hæreticos, qui pluuiam doctrinarum tribuere non poſſunt.Et cum ſe cœlos eſſe promittãt: & de ſe ſcriptum gloriẽ- Ibi.18.a tur:Cœli enarrant gloriam dei:tamen imbres non poſſunt donare doctrinæ.Solus eſt enim deus qui ſuum inſtruat populum,& diuerſitates gratiæ tribuat expectantibus ſe.

Cap. XV.

ET dixit dñs ad me: Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me,ſiue contra me: non eſt &c.) Hos enim legimus iræ domini pro populo reſtitiſſe:& iam impendentem auertiſſe ſententiam. Et ſi, inquit,illi ſteterint uel in conſpectu meo,uel contra Exod.32.c me:quorum uni dixit deus: Dimitte me, & percutiam populum iſtum: tamen non exaudiam: quoniam conſummata ſunt ſcelera populi delinquẽtis. g ¶Eijce uel emitte illos à facie mea & egrediantur.)Non loco recedunt à deo peccatores, ſed uoluntate:quanq; legamus & Adam & Cain eiectos Gen.3.d.4.b eſſe à facie dei. h ¶Quod ſi dixerint &c. Qui ad mortem,ad mortem &c.)Quatuor plagas quibus traditus eſt populus Iudæorum,etiã Ezechie-

E lis prophetia demonſtrat: gladium, peſtilentiam, famem, beſtias & captiuitatem. Ezech.14.g Inter beſtias autem canes quoq; & uolatilia intellige: quibus laceranda & deuoranda & diſſipanda corpora tradita ſunt. Neque enim fieri poterat, ut creatore neglecto, nõ uniuerſa creatura conſurgeret in peccatores. a ¶Et dabo eos in feruorem &c. propter Manaſſen &c.) Legimus in 2.Para.33.e dierum uolumine, Manaſſen poſt captiuitatẽ & pœnitentiam reuerſum in Hieruſalem atq; regnaſſe. Sed quomodo ſanctorum merita deſcẽdunt ad poſteros, ſicut Dauid & cæterorum: ſic peccatorum flagitia, ſi liberi nepoteſq; ſimilia geſſerit, ad poſteros perueniũt. Quod autem dicit: Dabo eos in feruorem ſiue commotionem & anguſtias uniuerſæ terræ: & ſub Babylonijs ex parte completum eſt: & nunc expletur in toto: F quando peſſimum regem: & qui repleuerit Hieruſalem à porta uſq; ad portam cruore iuſtorum, populus imitatus eſt impius. Ex quo diſcimus, regum ac principũ & præpoſitorum ſcelere populos plerunq; deleri. b ¶Quis enim miſerebitur tui Hieruſalẽ? aut quis &c.) Nullus enim poteſt offenſo deo pro flagitijs rogare peccantium, quia nec tam clemẽs poteſt creatura quã conditor eſſe: nec ita alienus externis, quomodo dominus ſuis parcere. c ¶Tu dereliquiſti me, dicit dominus: retrorſum abijſti.) Cauſa redditur quare nullus miſereatur Hieruſalem: nec contriſtetur pro ea: nec pro pace illius obſecret: quod cum Phil.3.e iuxta Apoſtolum poſteriorum obliuiſcẽs, ad priora ſe extendere debuerit: econtrario retrouerſa ſit, & Aegyptias carnes deſiderarit. d ¶Et extendam manum meam ſuper te, & interficiam te: laboraui &c.) Manus extenta percutientis indiciũ eſt: interfectio peccatorum, iram ſignificat conſummatam. Quod autem intulit: Laboraui rogatus ſiue rogans, duplicem habet ſenſum: quod iam defecerit deus, crebro eis ignoſcendo: & laſſus ſit ſemper

ſi dixerint ad te: Quò egrediemur? Dices ad eos: Hæc dicit dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatẽ. Et uiſitabo ſuper eos quatuor ſpecies, dicit dominus: gladiũ, ad occiſionem: & canes ad lacerandum: & uolatilia cœli & beſtias terræ, ad deuorandum & diſſipãdum. a Et dabo eos in feruorẽ (ſiue commotionem) & anguſtias uniuerſis regnis terræ propter Manaſſen filium Ezechiæ regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in Hieruſalem. Quis b enim miſerebitur tui Hieruſalem? aut quis cõtriſtabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum c pro pace tua? Tũ dereliquiſti me, dicit domi- d nus: retrorſum abijſti. Et extendam manum meam ſuper te, & interficiam te: laboraui rogatus (ſiue rogans: pro quo Lxx. tranſtulerunt: nequaquàm ultra dimittam eos.) Et di- e ſpergam eos uentilabro in portis terræ (ſiue populi mei.) Interfeci & perdidi populum meum: & tamen à uijs ſuis non ſunt reuer- f ſi. Multiplicatæ ſunt mihi uiduæ eius ſuper arenam maris: induxi eis ſuper matrem adoleſcentis uaſtatorem meridie: miſi ſuper ciui- g tates repente terrorem. Infirmata eſt (ſiue abiecit, aut uacua facta eſt) quæ peperit ſeptem (ſiue plurimos): defecit anima eius: occidit ei ſol cum adhuc eſſet dies (aut medius dies). Confuſa eſt & erubuit: & reſiduos eius in gladium dabo in conſpectu inimicorum eorũ, ait

eos prouocans ad ſalutem. e ¶Et diſpergam G eos uentilabro in portis terræ, ſiue populi mei. Interfeci & perdidi populum &c.) Quid prodeſt ſæpius me rogari, cum à uijs ſuis peſſimis non reuertantur nec agant pœnitentiam? Diſperſi enim eos quaſi uentilabro, ut purgarem aream meam. Et diſperſi in portis terræ, ut inferni quodammodo calcarent limina. Et interfeci & pdidi populum meum, ut coacti malorũ neceſſitate, impendentia uitarent mala. f ¶Multiplicatæ ſunt mihi uiduæ eius ſuper arenam maris: induxi eis ſuper matrem adoleſcentis uaſtatorem meri. &c.) Diuerſis medicaminibus cupit deus ſaluare peccantes: ut qui contempſerant blandientem, timeant comminantem. Viduę multiplicatæ ſunt ſuper arenam maris: interfectis uiris, matres perditis liberis H ſenſere uaſtantem: non in nocte & per inſidias, ſed clara luce: ut oſtendat apertam uim aduerſarij fortioris. Miſi, inquit, ſup ciuitates: Haud dubium quin Iuda & populi peccatoris, repente terrorem: ut quanto fuit ſubitum malũ, tanto difficilius eſſet effugium. g ¶Infirmata eſt, ſiue abiecit: aut uacua facta eſt quæ peperit ſeptẽ, ſiue plurimos: defecit anima eius: occidit &c.) Sæpe diximus uerbum Hebraicũ שבע uel ſeptem, uel iuramentum ſonare, uel plurimos. Vnde & diuerſa eſt interpretatio: Aquila, Lxx. & Theodotione, ſeptem transferentibus: Symmacho, plurimos. Quæ igitur erat diues liberis, orba ſubito facta eſt: & clara luce diſperijt: & confuſa eſt in ſolitudine ſui. Reliquum autem, ait, populum tradam gladio: ut mortem & iram dei nullus effugiat. Alij ad ſynagogam referunt quæ infirmata eſt, ut eccleſiæ creſceret multitudo: iuxta illud quod ſcriptum 1.Reg.2.a eſt: Sterilis peperit ſeptem ſiue plurimos: & quæ multos habebat liberos, infirmata eſt. Vnde & occidit ei ſol iuſticiæ: in cuius pennis eſt ſanitas: & idcirco Malach.4.a æterna confuſione cooperta eſt, perdens populum



A lum ſuum gladio ſpirituali. a ¶Væ mihi mater mea quare genuiſti me uirum rixæ &c.) Poteſt hoc, συνεκδοχικῶς de Hieremia intelligi: quod non in toto orbe terrarum, ſed in terra Iudæa ſit iudicatus. Vere autem dño competit ſaluatori, qui loqui- Ioan.9.g tur in euangelio: In iudicium ego in iſtum mundum ueni: ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant: de quo ſcriptum eſt: Ecce hic eſt Luc.2.e poſitus in ruinam, & in reſurrectionẽ multorũ in Iſraël: et in ſignum cui contradicetur. Quis enĩ philoſophorum, quis gẽtilium, quis hæreticorũ, non iudicat Chriſtum, ponentiũ ei leges natiuitatis, et paſſionis, reſurrectioniſq; ſuæ & ſubſtantiæ? Nec mirum iuxta aſſumpti corporis ueritatem Chriſtum dicere: Væ mihi mater mea: cũ & in alio loco perſpicue B perſonæ eius conueniat Michee.7.a quod dicitur: Væ mihi quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe: & ſicut racemum in uindemia: non habens ſpicam, ut comedat primitiua. Et ne putemus gemituũ uilitatem referri ad uerbum dei: qui ſit iſte qui plangat, ſtatim ſequitur: Væ mihi anima: quia perijt reuerens à terra: non quod diuidamus perſonas, ut impij faciunt: ſed quo unus atque idem filius dei, nunc iuxta carnem, nunc iuxta uerbum loquatur dei. b ¶Non fœneraui nec fœnerauit mihi quiſquam: omnes maledicunt mihi.) Pro quo Lxx. Nõ profui, neque profuit mihi quiſquam. Theodotio: Non debui, neq; debuit mihi quiſquam. Quorum omnium hic ſenſus eſt ex perſona Chriſti: Nullus ſe præbuit qui digne mea æra ſuſciperet: nec fœnerauit mihi quiſquàm in ſanctis atq; pauperibus cõfouendis, me ſibi faciens debitorem. Siue non profui nec profuit mihi quiſquàm. Nullus enim tantum uoluit accipere, quantum ego tribuere deſideraui. Nec profuit mihi quiſquàm. Salus enim creaturæ, lucrum eſt creatoris. Aut certe nõ debui, nec debuit mihi quiſquàm. Nemo dedit mihi quantum accipere cupiebam: nec me ſibi fecit in aliquo debitorem. Quodq; infert: Nec debuit mihi quiſquàm, hunc habet ſenſum. Quomodo enim poterat mihi uſuram debere, qui fœnus non eſt dignatus accipere? Omnes, inquit, maledicunt mihi. Quis enim hæreticorum, atque errantium non maledicit Chriſto peruerſa credendo: & peruerſiora blaſphemans? c ¶Dicit dñs: ſi non reliquiæ tuæ in bonum &c.) Poſſunt hæc & ex perſona Hieremiæ accipi: q peſſimo tẽpore & iam imminente captiuitate prophe-

a ait dominus. Væ mihi mater mea, quare genuiſti me uirum rixæ (ſiue iudicij): uirum diſcordiæ (ſiue qui iudicer in uniuerſa terra)?
b Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſquã:
c omnes maledicunt mihi. Dicit dominus: ſi non reliquiæ tuæ in bonum: ſi non occurri tibi in tẽpore afflictionis, & in tempore tribulationis & anguſtiæ aduerſus inimicum.
d HEB. Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone & æs?
SYM. Nunquid nocebit ferrum ferro ab Aquilone & æs? Lxx. & Theodotio.
Si cognoſcet ferrum & operimentũ æneum?
e Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionem dabo: gratis (ſiue abſq; precio) in omnibus peccatis tuis: & in cunctis terminis tuis. Et

C tare cõpulſus eſt: & dura perpeti à populo non credente. Ad id quod ſupra dixerat: Væ mihi mater, ut quid me genuiſti uirum qui iudicer & diſcernar omni terræ: & reliqua: Reſpondit dñs: Noli conſiderare præſentia, ſed futura: reliquiæ enim tuæ & nouiſſima erunt in bonum. Deniq; & in præſentiarũ cũ te cuperẽt inimici opprimere, affui tibi, & meo es ꝓtectus auxilio. Hoc autem tam ad Hieremiam, q̃ ſcd'm diſpẽſationẽ carnis aſſumptæ, referri poteſt ad ſaluatorẽ. Pro eo qđ nos iuxta Hebraicũ interpretati ſumus: Omnes maledicunt mihi: uſq; ad eũ locũ ubi ſcriptum eſt: In tẽpore tribulationis aduerſus inimicum: in æditione uulgata ita ſcriptũ reperi: Fortitudo mea defecit in his q maledicunt mihi, fiat dñe dirigentibus illis, ſi non aſtiti tibi in tẽpore afflictionis eo- D rũ: & in tẽpore tribulationis eorum in bona contra inimicum. Et eſt ſenſus: Fortitudo mea defecit in his qui maledicũt mihi. Non enim intelligunt uirtutem meã, quæ in infirmitate perficitur: & quanto plus mihi maledixerint, tanto mea in illis plus deficit fortitudo. Iungitq; uel propheta uel dñs, & ait: Fiat domine dirigentibus illis, hoc eſt, eueniant mihi maledicta quæ loquuntur inimici: & illi dirigantur in bonum, ſi non in tempore tribulationis eorũ & anguſtiæ, quando eos uaſtabat inimicus, & capere feſtinabat: ſteti in conſpectu tuo: & rogaui te pro illis, & dixi: Pater, ignoſce eis: quod enim faciunt, neſciũt. Sed & Hie- Luc.23.d remiam ſæpe deprehẽdimus in hoc uolumine rogaſſe pro populo. d ¶Nunquid fœderabitur ferrũ &c.) Varietatis cauſa perſpicua eſt: uerbũ enim ירע quod in pñti loco ſcriptũ eſt, pro ambiguitate enũciationis, & amicitiã ſonat & maliciã: qđ ſi ꝓ ר litera, q̃ ד literæ ſimilis eſt, legatũ ד, ſcientiam cognitionẽq; ſignificat. Qđ aũt dicit, ſic intelligendũ eſt: Ne doleas quod populus inimicus tuus ſit: te enim dura nũciante, nõ põt te amare q durus eſt. Siue Babylonij q ab aquilone ueniũt, ſuntq; ferrũ duriſſimũ: huic pplo duriori, & in æris ſimilitudinẽ indomito, nõ poterũt amicitia copulari. Siue ferrũ duriſſimũ, hoc eſt, populus Iſraël dei cognitiõe indignus eſt: qui in tantã peruenit maliciã: ut duriori metallo ære circũdatus ſit. e ¶Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionẽ dabo: gratis &c.) Omnem, inquit, ſubſtantiam tradam inimicis tuis abſque ullo precio propter peccata quæ feciſti in cunctis terminis tuis. Propterea adducã inimicos tuos: ſiue ſer-

E uire te faciã in terra Chaldææ: quia ignis meus qui ſemel in meo furore ſuccenſus eſt, in te ardebit: & extingui nõ poterit. Tu eñ præbuiſti materiã ardoris tui: ut meus ignis, tua quæ in te ſunt ligna cõſumat, & fœnũ, & ſtipulã: ac per hoc non eſt cauſa ardoris in dño, ſed in his q fomenta incendio miniſtrarũt. a ¶Tu ſcis dñe recordare mei & uiſita me: & tuere me ab his q perſe. &c.) Hoc quod diximus: Tu ſcis, in Lxx. nõ habetur. Felix eſt autem illa conſcientia, quæ pro deo ſuſtinet opprobriũ. Vnde dicit: Inuenti ſunt ſermones tui, quos meo ore loquebaris. Et comedi eos, hoc eſt in cibum mihi uerſi ſunt: ſiue iuxta Symmachũ: Suſcipiebã eos, ut mihi ĩ læticiam uerterentur: qui dudum fuerãt in opprobrium. Vnde & Babylonij confitentur: impleta, F quæ Hieremias futura p̃dixerat. Siue hic ſenſus eſt: Senſi anguſtias: miſerias pertuli populi perſequentis: ſed tamen gauiſus ſum me tuis paruiſſe præceptis: & propter nomen tuum dura perpeſſus ſum. b ¶Non ſedi in cõcilio ludentium: & gloria &c.) Hæc Hebræi ex perſona Hieruſalem dici arbitrantur: quod ſola ſederit, & amaritudine repleta ſit, & factus ſit dolor eius perpetuus: & quomodo aquæ pertrãſeunt, ſic uerba prophetarum, quibus ſibi proſpera pollicebantur, tranſiſſe mendaciter. Melius autem, ut ex perſona prophetæ hæc dici accipiamus, ſermonibus ſancti uiri qui non ſederit in concilio ſiue ſecreto ludentium: quod timuerit impendentem ſibi manum dei: ſiue magis gloriatus ſit ſe malorum non habere conſortium. Psal.25.a Solus, inquit, ſedebam, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: Non ſedi cum concilio uanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui eccleſiam malignantium: & cum impijs non ſedebo. Psal.140.c Et in alio loco: Solitarius ſum ego, donec pertranſeam. A facie, inquit, manus tuæ, ſolus ſedebam: dum te timeo: dum impendentem mihi manum tuam ſemper expecto. In concilio ludentium

G ſedere nolui: ſed meam amaritudinem deuorabam, ut in futuro mihi gaudium præpararem. Nec habui interualla doloris mei: ſed iugi miſeria deprimebar, ut nulla expectarem remedia. Præualuerunt enim qui contriſtabant me: & facta eſt plaga mea fortis. Sed in hoc habui conſolationem, ꝙ fuerit quaſi aqua mendax, atq; præteriens. Sicut enim aquæ prætereũtes dum fluunt, uidẽtur & dilabũtur: ſic & omnis impetus inimicorum te adiuuante præterijt. Vtinam dominus præſtet & nobis non ſedere in cõcilio ludentium, & eorum qui futura non cogitant: nec aduerſis cedere, ſed ſemper dei ſententiã formidare, et dicere cũ propheta: Solus ſedebam: quia amaritudine repletus ſũ. Gaudeat igitur in præſenti tempore, nequaq̃ concilium ſapientium, ſed arcanum ſecretumq; H ludentium: mihi adherere deo bonum ſit, ponere in deo ſpem meam, ſaturari opprobrijs: & iudicis mei expectare ſententiam: quæ cum finis aduenerit opere mõſtrabit omnem triſticiam & amaritudinem inſtar aquarum fluentium pertranſijſſe. c ¶Propter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris, conuertam te: & ante faciẽ meã ſtabis. Et ſi ſeparaueris precioſum à uili, quaſi os meũ eris &c.) Manifeſtũ eſt quod ſuperiora nequaq̃ Hieruſalẽ, ſed propheta dixerit. Cui reſpondit dominus: Si conuerteris à peccatis populum, & ego de tribulatione conuertã te in læticiam: & ſtabis ante faciem meã, ſicut angeli ſtant in conſpectu dei, quotidie uidentes faciem illius. Et ſi ſeparaueris precioſum à uili, quaſi os meum eris. Ne putes, inquit, boni operis non eſſe mercedem, ſi ſanctos quoſque meos de numero peccantium tuis ſermonibus ſegregaris: eris quaſi os meum, & meis præceptis copulaberis. Debent enim illi tui imitatores eſſe, & non tu eorum. Nec reformides, & dicas: Quare factus eſt dolor meus perpetuus: & plaga mea fortis ſiue deſperabilis: ut me deſperem poſſe curari. Dabo enim te qua

Et adducam inimicos tuos (ſiue ſeruire te faciam inimicis tuis) de terra quam neſcis: quia ignis accenſus eſt in furore meo, ſuper uos ardebit. a Tu ſcis domine: recordare mei, & uiſita me: & tuere me ab his qui perſequuntur me. Noli in patientia tua ſuſcipere me: ſcito quoniam ſuſtinui pro te opprobrium. Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos (ſiue ab his qui reprobant ſermones tuos conſume eos). Et factum eſt mihi (ſiue erit mihi) uerbum tuum in gaudium & læticiam cordis mei: quoniam inuocatum eſt nomen tuum b ſuper me domine deus exercituum. Non ſedi in concilio ludentium: & gloriatus ſum (ſiue metuebam) à facie manus tuæ: ſolus ſedebam: quoniam amaritudine repleſti me. Quare factus eſt dolor meus perpetuus (ſiue quare qui contriſtant me confortantur)? & plaga mea deſperabilis renuit curari? (ſiue plaga mea fortis, unde curabor)? Facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infidelium (ſiue quaſi aqua mendax non habens fidem). c Propter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris, conuertam te: & ante faciem meã ſtabis. Et ſi ſeparaueris precioſum à uili, quaſi os meum eris. Conuertentur ipſi ad te, et tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æneum fortem: & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum, ut ſaluum te faciam: & eruam, dicit dominus. Et liberabo te de manu peſſimorum



E te quaſi murum æneum atq; fortiſſimum: ut contra aduerſarium omni reſiſtas robore: & me habeas adiutorem: & liberem te de manu peſſimorum ſiue peſtilentium: & redimam te, uel meo ſanguine, uel in præſentiarum meo auxilio. Conſideremus quantam mercedem habeat ſermo doctoris, ſi ualuerit ab errore quempiam liberare: & de peccantium numero educere.

Cap. XVI.

Et factum eſt uerbũ domini ad me dicẽs: Noli accipere uxorem, & non ſint tibi filij, nec filiæ in loco iſto: Quia hęc dicit dominus, ſuper filios &c.) Si tempore imminentis captiuitatis uetatur propheta uxorẽ ducere, ne tribulationẽ carnis habeat: & ſuper dolorem propriũ, uxoris quoq; ac liberorũ miſerijs torqueatur: quãto magis Apoſtolus iubet: 1.Cor.7.c quia abbreuiatum tempus F eſt: & imminet conſummatio: ut etiam qui habent uxores, ſic ſint quaſi non habeãt? Vnde ſuperflua noui hæretici reprehenſio: qua docuimus digamiam & trigamiam nõ ex lege deſcendere, ſed ex indulgentia. Aliud eſt enim facere, quod per ſe bonum ſit: aliud ideo cõcedi, ne peiora faciamus. 1.Tim.5.c Dicit eñ & ipſe cauſas, cur uelit adoleſcentulas uiduas nubere, inferens: Iam enim quædam earum abierunt retro poſt ſatanam. Simulq; præceptor continentiæ & perpetuæ caſtitatis, & æqualẽ ſe blaſphemans deo, laudat terna quaternaq; coniugia: quæ ego non tam cõiugia dicam quàm miſeriarum ſolatia, & extremam tabulã naufragorum: niſi forte tribuit indulgentiam Amazonibus ſuis: ut uſque ad decrepitam ſenectutem bella libidinum experiantur. Cur autem propheta arceatur uxorem ducere, cauſa perſpicua eſt: quod obſidione uicina, peſtilentia & gladio & fame uniuerſi intereant: & tantus ſit numerus morientiũ, ut ſepulturæ uincatur officium: ſed inſtar ſterquilinij iaceant cadauera, uolatilibus beſtijſq; laceranda. Et hoc notandum, quod ægrotationibus & longa 2.Para.21.e infirmitate tabeſcere, dei ira ſit. Vnde & Ioram fi- 1.Cor.11.b lius Ioſaphat infirmitate cõſumitur. Et Apoſtolus

C docet ægrotare eos & tabeſcere & mori qui ſancta uiolarint. b ¶Hęc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij neque uadas ad plangendum, neque conſoleris eos &c.) Apoſtolus præcipit, 1.Cor.5.b cum his qui auerſentur deum, nec cibum quidem eſſe ſumendum. Et amplius: Nec aue quidẽ 2.Ioan.d huiuſmodi dixeritis. Et ſaluator apoſtolis interdicit, ne quẽquam in itinere ſalutent. Luc.10.d Vnde & Heliſeus pergenti ad ſanandum puerum Giezi ſalutationem interdicit. 4.Reg.4.c Moris autem eſt lugentibus ferre cibos, & pręparare conuiuium: quæ Græci περίδειπνα uocãt: & à noſtris uulgo appellant parentalia: eo quod parẽtibus iuſta celebrentur. Dicit & alibi ſcriptura diuina: Date uinum Prouer.31.a & his qui in luctu ſunt: ut uidelicet obliuiſcãtur doloris. Pręcipitur ergo prophetæ, ne ullum de populo cõſoletur: ne ſe miſceat inimicorum dei D conuiuijs: ne iuſta celebret ſuper funeribus defunctorũ. Aliud eſt eñ mori communi lege naturæ: aliud dei occidiſſe ſententia. Abſtuli, inquit, pacem meam de populo iſto: & miſericordia indigni ſunt: nulliq; ætati parcam: ſed & grandes & parui pariter interibũt: ita ut ſepultura quoq; careãt. Nec ſe incident, inquit, neq; caluicium fiet pro eis. Mos hic fuit apud ueteres, & uſq; hodie in quibuſdam permanet Iudæorum, ut in luctibus incidant lacertos, & caluiciũ faciant: quod etiam Iob feciſſe legimus. Iob.1.d,22.b Vnde & prophetæ dicitur: ne frangat inter eos panem: nec ingrediatur ad cõſolandum pro mortuo: neque potum tribuat: neque ingrediatur domum conuiuij: & ne miſceatur eis qui dei ſentẽtiæ præparati ſunt. Si autẽ hoc de lugentibus dicitur, quid fiet de hæreticis: quorum ſermo ſerpit ut cancer: & quotidie proſternunt in eccleſia funera deceptorũ? c ¶Quia hæc dicit dominus exercituum deus Iſraẽl: Ecce ego auferã de loco iſto in oculis ueſtris & in diebus ueſtris, uocem gaudij & uocem læticiæ: uocem ſpõſi &c.) Quando peccauerit eccleſia, aufertur de ea omne gaudium & uniuerſa læticia: de qua Apoſtolus dicit: Gaudete: iterum dico Philip.4.a gaudete

morum: & redimam te de manu fortium (ſiue peſtilentium). Cap. XVI.

a Et factum eſt uerbum domini ad me, dicens: Noli accipere uxorem: & non ſint tibi filij & filiæ in loco iſto: Quia hæc dicit dominus, ſuper filios & filias quæ generantur in loco iſto: & ſuper matres eorum quæ genuerunt eos: & ſuper patres eorum, de quorum ſtirpe nati ſunt in terra hac: mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non ſepelientur: in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt: & gladio & fame conſumentur: & erunt cadauera eorum in eſcam uolatilibus b cœli & beſtijs terræ. Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij: neque uadas ad plangendum, neque conſoleris eos: quia abſtuli pacem meam à populo iſto, dicit dominus: miſericordiam & miſerationes. Et morientur grandes & parui in terra iſta: non ſepelientur neque plangentur: & non ſe incident, neque caluitium fiet pro eis. Et non frangent inter eos lugenti panem ad conſolandum ſuper mortuum: & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo & matre. Et domum conuiuij non ingredieris, ut ſedeas cum eis, & comedas & bibas. c Quia hæc dicit dominus exercituum deus

deus Iſraël:Ecce ego auferã de loco iſto in ocu
lis ueſtris & in diebus ueſtris uocẽ gaudij,&
uocem læticiæ:uocem ſpõſi,& uocẽ ſponſæ.
Et cum annũciaueris populo huic omnia uer
ba hæc,& dixerint tibi:Quare locutus eſt do-
minus ſuper nos omne malum,grãde iſtud?
quæ iniquitas noſtra,& quod peccatum no-
ſtrũ quod peccauimus domino deo noſtro?
Dices ad eos:Quia dereliquerunt me patres
ueſtri, ait dñs: & abierunt poſt deos alienos
& ſeruierũt eis:& adorauerũt eos & me dere-
liquerunt,& legẽ meam nõ cuſtodierunt,Sed
a & uos peius operati eſtis q̃ patres ueſtri.Eccẽ
enim ambulat unuſquiſque poſt prauitatem
cordis ſui mali,ut me non audiat.Et eijciam
uos de terra hac in terram quam ignoratis
uos,& patres ueſtri:& ſeruietis ibi dijs alienis
die ac nocte: qui non dabunt uobis requiem.
b Propterea ecce dies ueniunt, dicit dominus:
& non dicetur ultra:Viuit dominus qui edu-
xit filios Iſraël de terra Aegypti:ſed uiuit do
minus qui eduxit filios Iſraël de terra Aqui-
lonis,& de uniuerſis terris ad quas eieci eos:
& reducam eos in terram ſuam quam dedi
c patribus eorum.Eccẽ ego mittam piſcatores
multos, dicit dominus, & piſcabuntur eos.
Et poſt hæc mittam eis multos uenatores:
& uena

E gaudete:Vox ſpõſi & uox ſponſæ:de quo ſcriptũ
Ioan.3.d eſt:Qui habet ſponſam,ſponſus eſt.Si aũt,inquit,
interrogauerit te populus,cur iſta patiatur:& cau
ſas miſeriarũ ſuarũ quæſierit:Reſpõdebis ei:Quia
dereliquerunt me patres ueſtri,ait dñs:qui uobis
præſunt in eccleſijs: &
abierunt poſt deos alie-
nos,quorũ deus uenter
eſt:& auaricia, & luxu-
ria,& gloria in cõfuſio-
ne eorũ:& ſeruierũt eis.
A quo eñ quis uincit,
eius & ſeruus eſt.Et ado
rauerũt eos:Adorat eñ
unuſquiſq; quod diligit.
Et me dereliquerunt:&
legem meam non cuſto-
dierunt.Sacerdotum eſt
proprie non ſolum do-
cere,ſed & facere legem:
ut nequaq̃ uerbis ſubie
ctos ſibi populos & cre
ditũ gregem,ſed exem-
Infra.31.e plis doceant.Ac ne for-
Ezech.18.a te diceret:iniuſta eſt ſen
tentia: patres comedere
uuam acerbam,& den-
F tes filiorum obſtupeſce-
re,infert:Sed & uos pe-
ius opati eſtis q̃ patres
ueſtri:ut ſuper his qui
patribus peiora peccaue
rint,iuſta ſupplicia defe
rantur. a ¶Ecce enim
ambulat unuſqſq; poſt
prauitatẽ cordis ſui ma-
li &c.)Semel à dño dere
licti,faciunt ea quæ non
cõpetunt:ut uadãt poſt
deſideria cordis ſui ma-
li:de quo exeunt cogita
tiones peſſimæ:& idcirco de eccleſia ſeparantur,ut
uadant in terram longinquam:quam nec ipſi,nec
patres eorum nouerãt priuſq; peccarent:ut ibi ſer
uiant dijs alienis,qui non ſunt dij:ſed eorum pu-
tantur errore qui eos colunt.Quod autem intulit:
die ac nocte,perpetuam peccantium oſtẽdit in ſce-
lere perſeuerantiam:dum & in diebus flagitijs,&
in noctibus libidini ſeruiunt:Qui non dabunt,in-
quit,uobis requiem.Haud dubiũ quin falſos deos
ſignificet,de quibus dixit:Et ſeruietis ibi dijs alie-
nis.Quicquid ergo peccamus,quicquid die & no-
cte facimus:& malorum operum perpetramus:im
periũ eſt dæmonũ,qui nunq̃ nobis dant requiem,
ſed ſemper impellunt delictis augere delicta:& cu
mulum facere peccatorum. b ¶Propterea ecce
dies ueniunt,dicit dominus:& non dicetur ultra:
uiuit dominus qui edu.&c.)Manifeſte futura po-
puli Iſraël reſtitutio prædicitur:& poſt captiuita-
tem miſericordia:quæ iuxta literã ſub Zorobabel G
& Ieſu pontifice & Eſdra ex parte cõpleta eſt:Iuxta
intelligentiã ſpiritualem uerius atq; perfectius in
Chriſto cõplenda deſcribitur.Veniet,inquit,tem-
pus quando nequaq̃ dicetur,quod populus redu-
ctus ſit de Aegypto per
Moyſen & Aaron: ſed
reductus de terra aquilo
nis, Cyro rege Perſarũ
laxante captiuos.Et de
uniuerſis,inquit, terris:
quod nequaq̃ Cyri tem
pore,ſed ultimo fine cõ-
plebitur: dicente Apo-
ſtolo:Poſtq̃ ſubintraue Roma.11.d
rit plenitudo gentium,
tunc omnis Iſraël ſaluus
fiet.Poſſumus hoc & de
perſecutionibus,quę no
ſtro accidere populo à
diebus Neronis,de quo
ſcribit Apoſtolus:Et li- 2.Tim.4.d
beratus ſum de ore leo-
nis:uſque ad Maximini
tẽpora dicere:quomodo
dñs miſertus ſit populo
ſuo:& reduxerit eos in
terram ſuam:Haud du- H
bium quin in eccleſiam
quam dedit patribus eo-
rum,apoſtolis & apoſto
licis uiris. c ¶Ecce ego
mittam piſcatores mul-
tos,dicit dominus,& pi-
ſcabuntur &c.) Diuerſa
huius capituli interpre-
tatio eſt.Iudæi enim au-
tumant ſignificari Chal
dæos,qui ſub piſcatorũ
nomine deſcribuntur:&
poſtea Romanos,qui ue
natoribus comparãtur:& de montibus collibuſq;
& cauernis petrarum,infelicem populum ſunt ue
nati.Hoc autem dominus feciſſe ſe dicit:Quia re-
ſpexerit uias eorum:& reddiderit iniquitates,qui-
bus contaminauerant terram,ſimulacra ueneran-
tes:& abominationibus idolorum polluerint hæ-
reditatem eius. Noſtri autem rectius & melius,
hæc de futuro uaticinatum prophetam putant.
Quia enim ſupra dixerat:Reducam eos in terram Supra eo.
ſuam quam dedi patribus eorũ:nunc oſtẽdit quo-
modo reducendi ſint:quod primum mittat apo-
ſtolos,quibus ſaluator dixit:Venite poſt me,& fa- Matth.4.c
ciam uos piſcatores hominum.Et poſtea uenato-
res,quos uel eccleſiaſticos uiros,uel angelos poſſu
mus accipere:qui poſtq̃ conſummationis tempus
aduenerit,uenentur ſanctos quoſque de montibus
dogmatum excelſorum,& de collibus bonorum
operum:& de cauernis petrarum,apoſtolis & apo
ſtolicis



& uenabuntur eos de omni mõte,& de omni
colle,& de cauernis petrarum:quia oculi mei
ſuper omnes uias eorum.Non ſunt abſcondi
ta ea à facie mea:& non fuit occulta iniquitas
eorum ab oculis meis.Et reddam primũ du-
plices iniquitates & peccata eorum: quibus
contaminauerunt terram meam in mortici-
nis idolorum ſuorum: & abominationibus
a ſuis impleuerũt hæreditatem meam.Dõmi-
ne fortitudo mea,& robur meum,& refugiũ
meum in die tribulationis(ſiue malorum).

| | |
|---|---|
| b HEB. Ad te gentes uenient ab extremis terræ,& dicent: Vere mendacium poſſede- runt patres noſtri:ua nitatem quæ eis non profuit. | SEP. Ad te gentes uenient ab extremis terræ,& dicẽt:Quo- modo falſa poſſede- runt patres noſtri idola: & non eſt in eis utilitas? |

c Nũquid faciet ſibi homo deos,& ipſi non
d ſunt dij? Idcirco ecce ego oſtendam eis per
uicem hanc:oſtendam eis manum meam &
uirtutem meam: & ſcient quoniam nomen
mihi dominus.

Cap. XVII.

e PEccatũ Iuda ſcriptum eſt ſtilo ferreo
in ungue adamantino: exaratum ſuper
latitudinem cordis eorum (ſiue in pectore
cordis eorum):& in cornibus altarium(ſiue
ararum)eorum.
Cum

A ſtolicis uiris.Non ſolum enim Chriſtus petra,ſed
1.Cor.10. & apoſtolo Petro donauit,ut uocaretur petra. In
Matth.16.c cuius ſenſibus requieſcentes,recte dicuntur tranſ-
lati eſſe de petra:Oſtenditq; uel apoſtolos,uel eos
qui poſtea uenandi ſunt,habuiſſe peccata:& rece-
piſſe duplices iniquita-
Luc.12.f tes ſuas.Seruus eñ qui
ſcit uoluntatem domini
ſui,& non facit eam,ua-
pulabit multum.Scien-
dumq; quod in Hebrai-
co poſitum ſit,primum:
& in Lxx.æditione prę-
termiſſum.Quando aũt
dicit:Reddam primũ du
plices iniquitates,& pec
cata eorũ:ſuboſtẽdit: qđ
poſtq; receperint mala,
recepturi ſint & bona.
Hi aũt qui poſtea trãſfe
rendi ſunt,cõtaminaue-
runt terrã dñi in morti-
cinis idolorum ſuorum:
& abominationibus ſuis
impleuerunt hæreditatẽ
eius:ut omnis mundus
ſubditus fiat deo:& ne-
quaq; ſuo merito,ſed il-
lius miſericordia cõſer-
B uetur.Quod hic de He-
braico poſuimus: Non
ſunt abſcõdita ea à facie
mea: in Lxx.non habe-
tur. a ¶Domine forti-
tudo mea,& robur meũ,
& refugiũ &c.) Omnis
hominũ fortitudo, ſine
dei uirtute quæ Chri-
ſtus eſt,imbecilla reputa
tur & nihili.Vnde cõfu
giendũ eſt ad dominum
Pſal.89.a atq; dicendũ eſt:Domi-
ne refugiũ factus es no-
bis:in generatione & generatione.Et in alio loco:
Ibi.90.a Qui habitat in adiutorio altiſſimi:in protectione
dei cœli cõmorabitur.Dies autem tribulationis ſi-
ue malorũ,illa intelligenda eſt:de qua dicit & Apo
Gal.1.a ſtolus:Vt eriperet nos de pręſenti ſeculo nequam:
& redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.
b ¶Ad te gentes uenient ab extremis terræ,& di
cent:Vere mẽdacium poſſederunt &c.)Poſtquàm
eiectus eſt Iſraël,& à piſcatoribus uenatoribuſq;
translatus:conſequenter uocatur ad fidem gentiũ
multitudo:& confitetur ſe,ſiue patres ſuos in prio
ri errore uerſatos.Qui autem dicunt: quomodo
falſa poſſederunt patres noſtri idola,in quibus nul
la eſt utilitas:confitentur uera eſſe ad quæ trãſeũt,
& omni ſubnixa præſidio. c ¶Nunquid faciet
ſibi homo deos,& ipſi non ſunt dij?) Et hoc gen-
tes loquuntur quæ uenerunt ad ſaluatorem ab ex- C
tremis terræ, ſugillantes ignorantiam tam ſuam,q̃
maiorũ ſuorum:qua putauerunt ab homine fieri
deos,cum dei ſit homines facere. d ¶Idcirco ecce
ego oſtẽdam eis manum meam & uir.&c.) Manus
dei per quam cũcta ope
ratus eſt & uirtus, de
qua dixit Apoſtolus:
Chriſtus dei uirtus & 1.Cor.1.d
dei ſapientia oſtenditur
gentibus, filij paſſione
completa.Pulchreq; di-
xit:Oſtendam eis per ui
cem hanc:oſtendam au-
tem manifeſte,& non ut
prius, in umbra & in
imagine,& uaticinio fu-
turorum: ut poſtq; co- Ioan.17.a
gnouerint,ſciant nomẽ
meum:audiantq; à filio:
Pater manifeſtaui nomẽ
tuum hominibus.

Cap. XVII.

PEccatum Iuda ſcri-
ptum eſt ſtilo ferreo
in ungue adamantino:
exaratum ſuper &c.)De
gentibus quæ ad domi-
num conuerſæ fuerant
ſupra dictum eſt: Ecce
ego oſtendam eis per ui D
cem hanc,oſtendam eis
manum meam & uirtu-
tem meã:Nunc de Iſraël
qui abiectus eſt,loquit:
Peccatum Iuda ſcriptũ
eſt ſtilo ferreo in ungue
adamantino &c. Quod
cur à Lxx. prætermiſ-
ſum ſit,neſcio:niſi forſi-
tan pepercerunt popu-
lo ſuo:ſicut & in Eſaia
eos feciſſe manifeſtũ eſt:
Quieſcite ergo ab homine,cuius ſpiritus in nari- Eſa.2.d
bus eius:quia excelſus reputatus eſt ipſe:multaq;
huiuſcemodi:quæ ſi uoluero cuncta digerere non
dicã libro,ſed libris opus erit.Gentiũ peccata dele
ta ſunt:quia conuerſæ ad dominum ab extremis
terræ audierunt illud:Laudate dominum omnes Pſal.116.a
gentes:Laudate eum omnes populi.Quia confir-
mata eſt ſuper nos miſericordia eius:& ueritas do-
mini manet in æternum.Et de quibus dixerat ad Exo.32.c
Moyſen:Dimitte me,ut interficiam populũ iſtum: Deut.9.c
& faciam te in gentem magnam.Peccatum autem
Iudæ indelebile:&(ut ita dicam)nulla ratione abo-
lendum,ſcriptum eſt ſtilo ferreo in ungue ada-
mantino:qui Hebraice dicitur שָׁמִיר:non quo ul
lus unguis ſit qui appelletur שָׁמִיר,ſed quo lapis
adamantinus:ex eo quod indomitus ſit & infran-
gibilis

E gibilis,hoc nomen accepit:tãtum nitorem habeat
& leuitatem,ut abſq; ullo impedimẽto in eo ſcribi
poſſit ſtilo ferreo:ut dura ferri materies ſcribat in
duriori tabula adamãtina:& duret quod ſcriptum
Matth. 27.c eſt,in perpetuũ.Ipſi enim dixerũt:Sanguis eius ſu-
per nos,& ſup filios no-
ſtros.Vnde exaratũ ſiue
inſculptum eſt in corni-
bus altariũ,ſiue ararũ eo
rum:ut opera ſacrilega
in æternam memoriam
perſeuerent.Si autẽ hoc
ita eſt:ubi illud qđ anus
delyra cõfingit:poſſe ho
minem ſine peccato eſſe
ſi uelit:& facilia dei eſſe
mandata? a ¶Cum re-
cordati fuerint filij eorũ
ararũ ſuarum & lu.&c.)
Et hæc in Lxx.non ha-
bentur:eadem(ut reor)
cauſa quam ſupra dixi-
mus: ne ſcilicet æterna
in eos ſententia perma-
neret. Relinqueris, ait,
ſola ab hæreditate tua,
quam dedi tibi:& ſerui-
F re te faciã inimicis tuis,
in terra quam ignoras:
uel ſub Babylonijs,uel
ut eſt uerius ſub Roma
nis.Ipſi enim ſuccende-
runt ignem & clemen-
tiſſimum dñm in furorẽ
prouocarunt: qui ignis
furoris eius ardebit in
æternũ.Pudet me con-
tẽtionis noſtrorum,qui
Hebraicã arguunt ueri-
tatem.Iudæi contra ſe legunt:& quid pro ſe ſit,ne-
ſcit eccleſia.Vnde nos qui ſumus filij apoſtolorũ
recordamur iniquitatũ prioris populi,& iuſte eos
perpeſſos eſſe teſtamur.Poſſunt autẽ excelſa quæ
Hebraice dicuntur במות & contra hæreticos ac-
cipi,qui poſuerũt in excelſum os ſuum:& lingua
eorum trãſiuit ſuper terrã.Qui in tantam ueſaniã
proruperunt,ut ſoli abſq; ſpiritus ſancti gratia re-
manſerint:& perdiderint hæreditatẽ domini,prio-
rem uidelicet fidei ueritatem.Vnde & æternũ eis
paratur incẽdium:& ſeruitus dæmonum qui ſunt
inimici & ultores. b ¶Hæc dicit dominus:Ma-
ledictus homo qui cõfidit in homine &c.)Si male-
dictus eſt omnis homo qui cõfidit in homine,Pau
lus aũt Samoſatenus & Fotinus:q̃uis ſanctum &
cunctis excelſum uirtutibus prædicẽt ſaluatorẽ,ta
men hominẽ cõfitentur:Ergo maledicti erũt ſpem
habentes in homine.Quod ſi nobis oppoſitũ fue-
Ioan.8.c rit,quod & nos credamus in eo qui dicit: Nunc
autem quæritis me interficere hominem,qui ueri-
tatem uobis locutus ſum,quam audiui à deo:hoc G
Abraham nõ fecit:uos facitis opera patris ueſtri.
Reſpõdebimus illud apoſtolicum.Et ſi Chriſtũ ſe- 2.Cor.5.c
cundũ carnem aliquãdo cognouimus,ſed nũc iam
nõ nouimus.Deniq; idem Apoſtolus in principio
epiſtolæ ſuæ ſcribit ad
Galatas:Paulus apoſto- 1.Cor.15.g
lus non ab hominibus:
neq; per hominẽ ſed per
Ieſum Chriſtũ & deũ pa
trem,qui ſuſcitauit eum
à mortuis,& qui mecum
ſunt oẽs fratres.Si enim Oſee.13.d
mors abſorpta eſt in ui-
ctoria:quare non carnis
humilitas, quæ propter
humanã ſalutẽ aſſumpta
eſt,in diuinitatis tranſie-
rit maieſtatem:& fecerit
utrũq; unum:ut nõ ado
remus creaturã,ſed crea
torẽ:qui eſt benedictus
in ſecula?Maledictus eſt
igitur:nõ ſolũ qui ſpem
habet in homine,ſed qui
ponit carnem brachium
ſuum,id eſt,fortitudinẽ
ſuam: & quicquid ege-
rit,non domini clemen- H
tiæ,ſed ſuæ putauerit eſ-
ſe uirtutis.Qui eñ hoc
agit, à dño recedit cor
eius:aſſerens ſe poſſe qđ
non poteſt.Et erit quaſi
myricæ, quæ Hebraice
dicitur עַרְעָר ſiue ut in-
terpretatus eſt Symma-
chus,lignum infructuo
ſum in ſolitudine.Et nõ
uidebit cum uenerint bona:quæ uiſura eſt gentiũ
multitudo:ſed habitabit in ſiccitate in deſerto.Hoc
dicitur de populo Iudæorum qui habitant in deſer
to fructusq; non faciunt:& ſunt in terra ſalſuginis
quæ nullos fructus faciat:& inhabitabili,quæ ho-
ſpitem non habet deum,nec angelorum præſidia,
nec ſpiritus ſancti gratiam,nec ſcientiam magiſtro
rum. c ¶Benedictus uir qui confidit in domi-
no:& erit dominus &c.) Illud de Iudæis dictum
ſit & hæreticis qui ſpem habẽt in homine,in Chri
ſto uidelicet ſuo:quem non filium dei,ſed purum
hominem putant eſſe uenturum. Econtrario uir
eccleſiaſticus qui confidit in domino,audit illud: Pſal.99.a
Et ſcitote:quoniam dominus ipſe eſt deus.Confi-
dit in domino,& illi ligno cõparabitur,de quo &
in primo pſalmo cãtatur:Et erit tanq; lignũ quod
plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ:quod fructũ
ſuum dabit in tempore ſuo:& folium eius non de-
fluet.Super aquas aũt,ſpiritus ſancti gratiã diuer-
ſas donationes.Quod ad humorem mittit radices
ſuas:

a Cũm recordati fuerint filij eorũ ararum ſua-
rum: & lucorum lignorumq; frondentium
in montibus excelſis:ſacrificantes in agro for-
titudinem tuam,& omnes theſauros tuos in
direptionem dabo:excelſa tua propter pec-
cata in uniuerſis finibus tuis.Et relinqueris
ſola ab hæreditate tua,quam dedi tibi:& ſer-
uire te faciã inimicis tuis in terra quam igno-
ras:quoniã ignem ſuccendiſti in furore meo,
b uſq; in æternũ ardebit.Hæc dicit dominus:
Maledictus homo qui confidit(ſiue ſpem ha
bet) in homine: & ponit carnem brachium
ſuũ:& à domino recedit cor eius.Erit enim
quaſi myricæ in deſerto:& nõ uidebit cum ue
nerit bonum:ſed habitabit in ſiccitate in de-
c ſerto:in terra ſalſuginis & inhabitabili.Benẽ-
dictus uir qui confidit in domino:& erit do-
minus ſpes(ſiue fiducia) eius:& erit quaſi li-
gnum quod tranſplantatum eſt(ſiue fructife-
rum)ſuper aquas,quod ad humorem mittit
radices ſuas:& nõ timebit cum uenerit æſtus:
& erit folium eius uiride(ſiue ramuſculi eius
frondentes):& in tempore(ſiue anno)ſiccita-
tis non erit ſolicitus(ſiue non timebit) nec ali-
quando deſinet facere fructum.

Prauum



A ſuas:ut à dño accipiat ubertatem.Sed & aliter poſ-
ſumus dicere:quod de ſiccitate Iudaica tranſlati ſi-
mus in baptiſmatis gratiam ſempiternam.Et non,
inquit,timebit cum uenerit æſtus,uel tẽpus per-
ſecutionis,uel dies iudicij.Et erit folium eius uiri-
de:ſiue erũt in eo ramu-
ſculi frondẽtes:ut nunq;
timeat ſiccitatẽ,ſed cun-
ctarum uirtutum germi
net gratiã.Cumq; tem-
pus ſiue annus uenerit
ſiccitatis,nõ metuet qñ
dominus iratus manda-
uerit nubibus ne pluãt
ſuper Iſraël imbrẽ.Qđq;
Eſa.5.b ſequitur:Nec deſinet fa
cere fructum:Illum lo-
cus q in Marco ſcriptus
Mar.11.d eſt:qđ uenerit dñs ad fi-
cũ,& nõ inuenerit in ea
fructũ:quia nondũ erat
tempus:& maledixerit
ei,ut fructus non faciat
in æternũ,exponere po
terit.Qui enim confidit
in dño, & dominus eſt
fiducia eius:etiã in tem-
pore Iudaicæ ſiccitatis
non metuet, ſed ſemper
B afferet fructum:credens
Roma.6.b in eum qui ſemel pro nobis mortuus eſt,& ultra
Ioan.14.a non moritur,& dicit:Ego ſum uita. a ¶Prauum
eſt cor omniũ,& inſcrutabile &c.)Verbũ Hebrai-
cum אֲנֻשׁ quatuor literis ſcribitur ש & א נ ו . Si
igitur legatur אֱנוֹשׁ homo dicit:ſi autem אָנֻשׁ
inſcrutabile ſiue deſperabile:eo q nullus cor ho-
minũ ualeat inuenire.Symmachus uero hunc locũ
ita interpretatus eſt:Inſcrutabile cor omniũ:uir au
tem quis eſt qui inueniat illud?Solent quidam no-
ſtri,bono quidẽ uoto,ſed nõ ſcđm ſcientiã uti hoc
loco cõtra Iudæos:qđ homo ſit dñs atq; ſaluator,
ſecundũ diſpẽſationem carnis aſſumptæ:nullusq;
poſſit natiuitatis eius ſcire myſteriũ,ſecundũ illud
Eſa.53.c quod ſcriptũ eſt:Generationẽ eius quis enarrabit?
niſi ſolus deus qui arcana rimat:& reddit unicuiq;
ſecundũ opera ſua.Melius aũt eſt ut ſimpliciter ac-
cipiamus,q nullus cogitationũ ſecreta cognoſcat
niſi ſolus deus:dixerat enim ſupra:Maledictus ho
mo qui ſpem habet in homine.Et ecõtrario:Bene-
dictus uir qui confidit in dño.Vnd ne hominum
putaremus certum eſſe iudicium,intulit omnium
propemodum corda eſſe peruerſa,dicente pſalmi-
Pſal.18.d ſta:Ab occultis meis munda me dñe:& ab alienis
parce ſeruo tuo:Haud dubium quin cogitationi-
Gene.6.a bus.Et in Geneſi.Videns autẽ deus q multa mali-
cia hominum eſſet in terra:& cũcta cogitatio cor-
dis intenta eſſet ad malũ omni tempore.Et iterum:
Ibi.8.d Senſus enim & cogitatio humani cordis ab adole-
ſcentia ſua prona ſunt in malum.Per quæ dicimus
ſolum deũ noſſe cogitationes eorũ.Si aũt de ſalua- C
tore dicit:Videns aũt cogitationes eorũ Ieſus:nul- Luc.11.b
lusq; poteſt uidere cogitationes eorum,niſi ſolus
deus:ergo Chriſtus deus eſt,qui ſcrutatur corda,& Pſal.7.c
probat renes:& reddit unicuique iuxta opera ſua. Apoc.2.f
b ¶Perdix fouit &c.)
Aiũt ſcriptores natura-
lis hiſtoriæ,tam beſtiarũ
& uolucrũ,q; arborum
herbarumq;:quorũ prin
cipes ſunt apud Grecos,
Ariſtoteles & Theophra
ſtus: apud nos Plinius
ſecundus, hanc perdicis
eſſe naturam,ut oua alte
rius perdicis,id eſt,alie-
na furet:& in eis incu-
bet foueatq;:cumq; fœ-
tus adoleuerit: auolare
ab eo:& alienum paren-
tẽ relinquere.Huiuſce-
modi diuites ſunt,q alie
na diripiũt:& abſq; cogi
tatione iudicij dei,faciũt
diuitias nõ cum iudicio,
quas in medio tẽpore re
linquunt, ſubita morte
ſubtracti,qñ dicitur eis:
Stulte,hac nocte repetẽt Luc.12.c
animã tuã à te:quæ autẽ D
præparaſti,cuius erunt?Nihilq; inſipiẽtius,q; non
prouidere nouiſſima:& breuia putare perpetua.
Alij uero & propter ſuperiorẽ hiſtoriã & propter
alterã qua dicũt:perdicem eſſe pugnaciſſimũ & im-
mundũ,ita ut uictum polluat:diabolũ ſub eius no-
mine interpretant:q alienas ſibi diuitias cõgrega-
rit,dicẽs ad dñm:Hæc omnia tibi dabo,ſi cadẽs ado Matth.4.a
raueris me.Quem relinquẽt diuitiæ ſuæ quæ male
ab eo fuerãt cõgregatæ:& per apoſtolos cõuerten
tur ad dñm,& qui ſibi uidebat eſſe prudẽtiſſimus,
erit omniũ iudicio inſipiens.Quodq; à Lxx.dicit:
Clamauit perdix:ad hæreticorũ perſonã referendũ
eſt:qđ perdix iſte diabolus clamauerit per princi-
pes hæreticorũ,& cõgregauerit quæ non peperit:
& deceptorũ ſibi multitudinem congregarit,quæ
poſtea dimittat eum:& omniũ iudicio ſtultiſſimus
cõprobetur. c ¶Soliũ gloriæ &c.expectatio Iſ-
raël &c.)Perdice propter ſuam ſtulticiã derelicto:
expectatio Iſraël,id eſt,populi dei & credentis in
dño,ipſe eſt qui fecit oĩa:Cuius ſoliũ glorioſum
eſt & excelſum à principio:locusq; ſanctificationis
omniũ credẽtiũ:ut nõ in loco ſit dñs,ſed ut ubi ille
fuerit,locus ſanctificatus ſit.Ecõtrario qui derelin
quunt dñm,cõfundent cõfuſione perpetua:& rece
dentes ſiue declinãtes ab eo,ſcribent in terra,deleti
de libro uiuentiũ.Sicut enim qui poteſt cum Apo
ſtolo dicere:Noſter autẽ municipatus in cœlo eſt, Phil.3.d
in cœleſtibus ſcribit:Sic qui derelinquit dñm uel
declinat ab eo,ſcribet in terra cũ his qui terrena ſa
piunt

a HEB. Prauum eſt cor omniũ, & inſcrutabile, qs cognoſcet illđ? — SEP. Profundũ eſt cor ſup oĩa:& hõ ẽ: qs cognoſcet eum?
Ego dominus ſcrutans cor & probans renes:
qui do unicuique iuxta uias ſuas,& iuxta fru-
ctum adinuentionum ſuarum.
b HEB. Perdix fouit(ſiue congregauit) quæ non peperit. — SEP. Clamauit perdix:cõgregauit quę non peperit.
Fecit diuitias ſuas non cum iudicio.In dimi-
dio dierum ſuorum relinquet eas(ſiue in di-
midio dierum eius relinquent eum):& in no-
c uiſſimo ſuo erit inſipiens.Sôlium gloriæ alti-
tudinis à principio,locus ſanctificationis no-
ſtræ.Expectatio Iſraël domine,omnes qui te
derelinquunt,cõfundentur:recedentes,in ter-
ra ſcribẽtur:quoniã dereliquerũt uenam(ſiue
fontem)aquarum uiuentium dominum.

Sana

E piunt. Cauſaq; manifeſta, cur ſcribantur in terra: quia dereliquerunt fontem uitæ dominũ, ſiue fontem aquarũ uiuentium dñm, qui loquit̃ in euãgelio: Ioan.7.f Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat: qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura: Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc aũt dixit de ſpiritu quẽ accepturi erant credentes. a ¶Sana me domine &c.) Multi medici in Matth.9.c euangelio hæmorrhouſam curauerãt: quæ oẽm ſubſtantiam ſuam perdiderat in eis: & tñ à nullo curari potuit, niſi ab eo qui uerus eſt medicus: & cuius ſanitas in pennis eius. Vnde & nũc ꝓpheta à populo paſſus opprobria, & crebro inſidijs circũuẽtus, ab eo curari & ſaluus fieri cupit: cuius uera laus ueraq; medicina eſt. b ¶Ecce ipſi dicunt ad me: ubi eſt uerbũ dñi? ueniat &c.) Qui non putãt uentura quæ dicta ſunt, loquunt̃ F ad ꝓphetã: Vbi eſt uerbum dñi? ueniat: diſſimulationẽ ſentẽtiæ dilationem arbitrãtes. Illis aũt, inquit, iſta dicentibus: Ego non ſum turbatus, nec laboraui te paſtorẽ ſequẽs: ſiue poſt tua ingrediens ueſtigia. Nec hoc fui ſine cõtẽtus, ſed diem hominis nõ deſideraui: uel uitã lõgiorem, uel ꝓſpera quæq; huius ſeculi: Ipſumq; uocat teſtem quẽ & iudicem: Tu noſti. Sequit̃: Qđ egreſſum eſt de labijs meis, rectum fuit in cõſpectu tuo: ut nunq; mentitus ſit: & domini uoluntati aduerſa nõ dixerit. Nõ ſis mihi, inquit, tu formidini, ſpes mea in die afflictionis. Quod perſpicuũ eſt iuxta Hebraicũ. Iuxta id uero quod Lxx. tranſtulerũt dicẽtes: Ne fias mihi alienus, parcens in die malo: eſt ſenſus: Ne parcas mihi in præſenti ſeculo, quod malum eſt: ſed redde mihi iuxta peccata mea, ut requiem habeã ſempiternã. Hebr.12.b Scio enim ſcriptum: Quem diligit dñs, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Dies aũt malus: uel omne ſeculũ eſt, uel dies iudicij, his qui propter peccata cruciantur. c ¶Confundantur qui perſequunt̃ me &c.) Imprecatur aduerſum eos propheta qui exprobrãt ei uerbum dñi, & dicunt:

Vbi eſt uerbũ dñi? ueniat: ut cõfundantur qui perſequuntur eum: & erubeſcant & redeant ad ſalutẽ: ut illi paueãt mentientes, & non iſte qui uera prædicit. Cumq; dies ultionis aduenerit, duplici contritione conterat eos, fame & gladio. G d ¶Hæc dicit dñs ad me: Vade & ſta in porta filiorũ &c.) Quoniam, inquit, uerba tũa audire contemnunt: nec ad te ueniũt, ut requirant quæ ſit ſentẽtia dei: tu perge ad locum celeberrimũ, uel portarũ tẽpli uel urbis: per quas reges & omne uulgus ingredit̃ & egredit̃, ut neceſſitate cogant̃ audire: & importune opportune prædices uerbũ dñi: nec ulla apud eos remaneat excuſatio, qđ ideo non fecerint, quia nõ audierint. e ¶Hæc dicit dñs: Cuſtodite animas ueſtras: & nolite portare pondera in die ſabbati: nec &c.) Ne præceptum ſabbati inſtauratum per Hieremiã in fruſta diſ- H cerperem, totum ponere placuit: ut ſimul omnia cognoſcamus. Cuſtodit animã ſuam, qui nõ portat pondera peccatorum in die quietis & ſabbati: Nec infert ea per portas Hieruſalem, quas uirtutes debemus accipere. Et nolite, inqt, eijcere onera de domibus ueſtris: Non eñ portanda ſunt, ſed penitus abijcienda. Et omne opus ne faciatis: uel ſeruile, uel illud de quo ſcriptũ eſt: Eſca 1.Cor.6.c uentri, & uẽter eſcis: Deus aũt & hunc & illam deſtruet: ſed illud opus operandũ: de quo ſaluator loquitur: Ioan.6.c Operamini opus quod nõ perit. Sanctificate, inquit, diem ſabbati ut omne tẽpus uitæ noſtræ in ſanctificatione ducamus: ſicut fecerũt patres noſtri Abrahã, Iſaac, & Iacob. Cumq; iſta præceperit deus, nõ inclinauerunt aurem ſuã, mentis utiq; nõ carnis: ſed indurauerunt ceruicem ſuã: reijciẽtes iugum legis: & per Metaphoram indomitorũ animaliũ habẽtes ſimilitudinẽ. Videamus quod ſit præmium eorũ qui nõ portant onera in die ſabbati, & ſanctificant illũ. Ingredient̃, inquit per portas ciuitatis Prouer.21.a huius reges, quorũ cor in manu dei eſt, & qui regnãt corporibus ſuis: & principes ſedẽtes ſuper ſolium

a Sanã me dñe, & ſanabor: ſaluũ me fac, & ſal-
b uus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me: Vbi eſt uerbum dñi? ueniat. Ego autem nõ ſum turbatus te paſtorem ſequens, (ſiue non laboraui ſequens te): & diem hominis nõ deſideraui: tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs meis, rectum fuit in cõſpectu tuo (ſiue ante faciem tuã eſt). Nõ ſis mihi formidini ſpes mea tu in die afflictionis (ſiue nõ fias mi-
c hi alienus, parcens mihi in die peſſimo). Cõfundãtur qui perſequuntur me, & non cõfundar ego. Paueãt illi, & nõ paueam ego. Induc ſuper eos diẽ afflictionis: & duplici cõtritione
d contere eos. Hæc dicit dominus ad me: Vade & ſta in porta (ſiue in portis) filiorum populi: per quam (ſiue per quas) ingrediuntur reges Iuda & egrediuntur, in cunctis portis Hieruſalem, & dices ad eos: Audite uerbum domini reges Iuda: & omnis Iuda (ſiue Iudæa) cunctiq; habitatores Hieruſalem qui ingredimi-
e ni per portas has. Hæc dicit dominus: Cuſtodite animas ueſtras: & nolite portare pondera in die ſabbati; nec inferatis per portas Hieruſalem. Et nolite eijcere onera de domibus ueſtris in die ſabbati: & omne opus non facietis: & ſanctificate diem ſabbati, ſicut præcepi patribus ueſtris. Et non audierunt: nec inclinauerunt aurem ſuam: & indurauerunt ceruicem ſuam: (& quod in Hebraico non habetur: ſuper patres ſuos) ne audirent me, & ne

acciperent



A ſolium Dauid, ut Chriſti imitẽtur exẽplum: & aſcẽdentes in curribus & equis, de quibus ſcriptum eſt: Currus dei decẽ milibus, multiplex milia lætãtium: Pſal 67.d dñs in eis in Sinai in ſancto. Et alibi: Equitatio tua Abac.3.b ſalus. Omnis uir qui cõfitetur deũ, & qui habitat in Hieruſalẽ, de qua dictũ Pſal.75.a eſt: Factus eſt in Salẽ, id eſt, in pace, locus eius, & habitatio eius in Sion, & habitabitur eccleſia dei in æternũ. Venientq; de ciuitatibus Iuda: et de circuitu Hieruſalẽ, de qbus iam diximus, & de terra Beniamin, q filius eſt uirtutis & dexteræ, et de cãpeſtribus, qđ Hebraice dicit̃ שְׁפֵלָה: & planã hiſtoriæ ſignificat intelligẽtiam: & de mõtoſis, excelſis uidelicet dogmatibus, & ab auſtro de quo ſcriptum eſt: Deus ab auſtro ueniet. Vnde calor & plena lux, & ubi oĩe frigus Abac.3.d expellitur: Portãtes, ait, holocauſta, ſeipſos cõſecrantes deo, & uictimam ſiue thymiama: ut dicãt: B Sacrificium dño ſpiritus contribulatus. Et Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Et alibi: Pſal.50.d Dirigatur oratio mea ſicut incẽ- 2.Cor.2.d ſum in cõſpectu tuo. Et ſacrificium, pro quo Lxx. Pſal.140.d ipſum uerbum Hebraicum poſuere מִנְחָה: quod peſſima conſuetudine, imò ſcriptorum negligẽtia, manna in noſtris libris legitur. Et thus, de quo ſcri- Supra.6.e ptũ eſt. Vt qd mihi thus affertis de Saba? Et inferẽt oblationẽ quæ Hebraice dicitur תּוֹדָה: & in gratiarum actionẽ uerti poteſt: & quã laudẽ Lxx. tranſtulerũt. C In domũ Dauid, haud dubiũ quin in eccleſiã. Hæc ſunt præmia eorum qui ſanctificant ſabbatũ: & nullo põdere prægrauãtur. Sin autẽ, inquit, non audieritis præcepta mea, & feceritis quæ nõ faciẽda mãdaui: Succẽdã ignẽ in portis eius, id eſt, Hie- Oſee.7.b ruſalẽ, illum de quo dicitur: Omnes adulterantes quaſi clibanus corda eorũ: qui deuorat domos, ſiue uicos Hierl'm: quos Lxx. Aquila & Symmachus βάρεις, id eſt, turritas domos interpretati ſunt: appellanturq; Hebraice אַרְמְנוֹת: Et nunq; hoc extinguetur, dicẽte Apo- 1.Cor.3.e ſtolo: uniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probabit. Et iterum: Si cuius opus arſerit, detrimentũ patietur: ipſe autẽ ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignẽ. Sin autẽ noſtri Iudaizantes, explanationẽ tropicam repudiarint: aut Iudæi eſſe cogẽtur, D & cum obſeruatiõe ſabbati circũcidere præputia: aut reprehendere certe ſaluatorẽ, qui iuſſit in ſabbato paralytico ut portaret lectulum ſuũ, Euãgeliſta dicẽte: Ioan.5.c Propterea magis Iudæi quærebãt eum interficere: non ſolum quia ſoluebat ſabbatum: ſed & patrem ſuum dicebat deum, æqualem ſe faciens deo.

acciperent diſciplinã. Et erit, inquit, ſi audieritis me, dicit dñs, ut non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die ſabbati, & ſi ſanctificaueritis diem ſabbati, ne faciatis in ea omne opus, ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes ſedentes ſuper ſoliũ Dauid: & aſcẽdẽtes in curribus & equis, ipſi & principes eorum, uiri Iuda & habitatores Hieruſalẽ, & habitabitur ciuitas hæc in ſempiternũ. Et uenient de ciuitatibus Iuda & de circuitu Hieruſalẽ, & de terra Bẽiamin, & de cãpeſtribus & de mõtoſis, & ab auſtro portantes holocauſtũ & uictimas (ſiue thymiamata:) & ſacrificiũ (ſiue manna,) & thus: & inferent oblationem (ſiue laudẽ) in domum dñi. Si autẽ non audieritis me ut ſanctificetis diem ſabbati, & ne portetis onus & ne inferatis per portas Hieruſalẽ in die ſabbati: ſuccendam ignẽ in portis eius, & deuorabit domos Hieruſalem, & non extinguetur.

Cõmentarij tertij in Hieremiã prophetã finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM commentariorum Hieremiæ ad Euſebium procemium.

SEmper diabolus bono operi imminet: ubiq; gradientibus ponit laqueos: narrante ꝓpheta de ſatellitum eius inſidijs: Iuxta ſemitam ſcãdalum poſuerunt mihi, & euangelio hoc ipſum plenius inſtruẽte, ꝗ uolatilia cœli iuxta uiam iacta ſemina diripiãt atq; diſperdant. Cur hoc principio frater Euſebi uſus ſim, ſequẽs ſermo monſtrabit. Multis & de toto huc orbe confluentiũ turbis, & ſanctorũ fratrũ monaſterijq; curis occupatus, cõmẽtarios in Hieremiã per interualla dictabam: ut quod deerat ocio, ſuperet iet induſtriæ: cum ſubito hæreſis Pythagoræ & Zenonis ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας, id eſt impaſſibilitatis & impeccãtiæ, quæ olim in Origene & dudũ in diſcipulis eius Grũnio, Euagrioq; Pontico, & Iouiniano iugulata eſt, cœpit reuiuiſcere, & nõ ſolum in occidẽtis, ſed & in oriẽtis partibus ſibilare, & in quibuſdam inſulis, præcipueq; Siciliæ & Rhodi, maculare pleroſq;, & creſcere per dies ſingulos, dũ ſecreto docẽt, & publice negãt. Cui reſpõdere, diu tacens & dolorẽ ſilentio deuorãs, crebra fratrũ expoſtulatione cõpulſus ſum: nec tamẽ hucuſq; prorupi, ut autorũ nomina ponerẽ: malens eos corrigi ꝗ infamari. Neq; eñ hominũ, ſed erroris inimicus ſum: qui mihi ut uicem talionis et genuinũ ſui doloris illiderẽt, ueteres magiſtrorũ ſuorũ calũnias cõcinnãtes: intãtũ elingues et miſeri

E demōſtrati ſunt:ut ne maledicere qdē ſuis uerbis potuerint. Quorū tunc tēporis, æditis aduerſus eos libris, næniæ confutatæ ſunt, quos qui legere uoluerint liquido peruidebunt canes eos iuxta Eſaiā eſſe mutos, qui latrare neſciāt: habētes quidē uoluntatē & rabiē mentiēdi, ſed artē fingēdi et latrādi nō habētes. Quibus loquar cōpendio: Aut bona ſunt quæ docetis aut mala. Si bona, defendite libere: ſi mala, quid occulte miſeros iugulatis errore: rectæq́ fidei ad decipiēdos ſimplices quoſq; iactatis expoſitionem? quæ ſi uera eſt, cur abſcōditur? ſi falſa, cur ſcribitur? Rogo quæ eſt iſta inſania? præcipiēte Apoſtolo, ut parati ſimus ad ſatisfaciēdū omni poſcēti nos rationē de ea quæ in nobis eſt ſpe, & ꝓpheta clamāte: Loquebar de teſtimonijs tuis in cōſpectu regum, & nō cōfundebar, iſti publicū fugiunt: & ſuſurrāt in angulis perditorū: dolentq́ quaſi ꝓ ſuis, quæ ſua metuunt cōfiteri. Cumq́ generaliter aduerſum uitia quid & hæreticos dixerimus, ſe peti querūtur: malumq́ cōſcientiæ diſſimulata diu indignatione ꝓnunciāt. Quod ſi cauēdum nobis eſt, ne ueterē lædere uideamur neceſſitudinē: ſi ſuperbiſſimam hæreſim ſpirituali mucrone truncemus: ergo ſuſtinēdæ erūt nobis cruces proditæ fidei, & dicēdum cū ꝓpheta: Verſatus ſum in miſeria, dum mihi infigitur ſpina. Quin potius audiāt illud Apoſtolicū: Obedire deo magis oportet quam hominibus. Et iterum: Si hominibus placerē Chriſti ſeruus nō eſſem. Verum hæc in ꝓprio, niſi tacuerint, opere plenius exequemur. Nunc cœptum in Hieremiā carpamus iter, & quartum in eum uolumen breuiter tranſcurrentes, in his tantum quæ obſcura fuerint immoremur. G

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Hieremiam prophetam liber quartus.

a Verbum quod factū eſt ad Hieremiā à dño, dicēs: Surge & deſcēde in domū figuli, & ibi audies uerba mea. Et deſcēdi in domū figuli: & ecce ipſe faciebat opus ſuper rotam (ſiue lapides.) Et diſſipatū eſt uas, quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis. Cōuerſusq́ (ſiue, & rurſum) fecit illud uas alterū ſicut placuerat ī oculis eius ut faceret. Et factū eſt uerbum dñi ad me, dicēs: Nūquid ſicut figulus iſte nō poſſum uobis facere domus Iſraël, ait dñs? Ecce ſicut lutū in manu figuli, ſic uos in manu mea domus Iſraël. Repente (ſiue ad ſummā) loquar aduerſum gētē & aduerſum regnū, ut eradicē (ſiue auferā:) & deſtruā & diſperdā illud. Si pœnitentiā egerit gēs illa à malo ſuo qđ locutus ſum aduerſum eā: agā & ego pœnitētiā ſuper malo quod cogitaui ut facerē ei. Et ſubito (ſiue ad ſummā) loquar de gēte & regno ut ædificē et ut plantē illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut nō audiat uocē meā: pœnitētiā agā ſuper bono qđ lo-

b cutus ſum ut facerē ei. Nūnc ergo dic uiro Iudæ

Verbum quod factū eſt &c.) Per oēs qdē ſenſus ad iudiciū & intelligētiā animi ꝑuenitur auditu, odoratu, guſtu, tactu: ſed magis mēte re-

F tinetur, quod oculis cernitur. Vnde iubetur propheta ad domū figuli ire, & ibi dñi audire præcepta. Cumq́, ait, perrexiſſem & deſcēdiſſem in domum figuli, faciebat ipſe opus ſup rotā: quā LXX. uerbi ambiguitate ſeducti, lapides trāſtulerunt: אָבְנָיִם em ꝓ qualitate loci & diuerſitate ꝓnunciationis, & organū, id eſt, rota figuli uocatur, & lapides. Cumq́, inquit, cernerē uas è luto fieri ſubito diſſipatum eſt, hoc dei agēte ꝓuidētia: ut manus artificis dū neſciret, errore ſuo parabolam figuraret. Rurſumq́ ille figulus, q uas è luto rota currēte ꝑdiderat, fecit aliud ſibi, ut ei uiſum eſt, Statimq́ dñs ad ꝓphetā: Si figulus ait, hāc habet poteſtatem, ut ex eodē luto rurſū faciat qđ fuerit diſſipatū: ego in uobis, qui quātū in uobis eſt ꝑijſſe uidemini, hoc facere nō ꝑtero? Et ut liberū ſignificaret arbitriū, dicit ſe & mala annūciare gēti & regno illi, uel illi, & rurſum bona: nec tamē hoc euenire qđ ipſe prædixerit, ſed ecōtrario fieri, ut & bona malis eueniāt, ſi egerint pœnitentiā, & bonis mala, ſi poſt repromiſſiones fuerint ad peccata conuerſi. Et hoc dicimus nō quod ignoret deus hoc uel illud, gētem aut regnū eſſe facturum, ſed quod dimittat hominem uoluntati ſuæ, ut uel præmia uel pœnas ſua uolūtate & ſuo merito recipiat. Nec ſtatim totum erit hominis qđ eueniet, ſed eius gratiæ q cūcta largitus eſt. Ita em libertas arbitrij reſeruāda eſt, ut in omnibus excellat gratia largitoris: iuxta illud ꝓpheticū: Niſi dñs ædificauerit domū in uanū laborauerūt qui ædificant eā. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatē, in uanū uigilabit q cuſtodit eā. Nō em uolētis neq́ currētis, ſed miſerētis eſt dei. H Rom. 9. c b ¶Nūc ergo dic uiro Iudæ &c.) Implet dñs parabolā quā & ſermōibus & aſpectu docuerat, & dicit: Ecce ego fingo contra uos malum quaſi figulus lutū: malū aūt iuxta Eſaiā qui dicit: Faciēs pacē, & creās malum: Non quod per ſe malū ſit, ſed quod patiētibus malū eſſe uideatur. Esa. 44. b Et cogito cōtra uos cogitationē, id eſt, ꝓ merito inferre ſententiam. Mutate opera & dirigite uias ueſtras, ut & ꝓſperis



dæ, & habitatori Hieruſalem, dicēs: Hæc (ſiue ſic) dicit dñs: Ecce ego fingo cōtra uos malum: & cogito contra uos cogitationē: reuertat unuſquiſq; à uia ſua mala, & dirigite uias ueſtras & ſtudia ueſtra. Qui dixerūt, deſperauimus (ſiue cōfortabimur:) poſt cogitatiões em nr̃as ibimus, & unuſquiſq; prauitatē (ſiue qđ placuit) cordis ſui mali faciemus. Ideo hęc dicit dñs: Interrogate gētes: qs audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis uirgo Iſraël?

a HEB. Nūnqd deficiet de petra agri nix Libani: aut auelli poſſūt aquæ erūpētes, frigidæ & defluētes?

SEP. Nūquid deficiēt de petra ubera, aut nix de Libano: aut declinabit aqua uiolenter ſublata uento?

b Quia oblitus eſt mei populus meus: fruſtra libantes & impingentes in uijs ſuis, in ſemitis ſeculi (ſiue ſempiter-

c nis) ut ambularent per eas in itinere non trito. Vt fiēret terra eorū in deſolationē, & in ſibilū ſempiternū, omis qui præterit per eā obſtupeſcet & mouebit caput ſuū.

d Sicut uentus urēs diſpergā eos corā inimico (ſiue inimicis:) dorſum & nō faciem oſtendā eis in die perditionis

e eorū. Et dixērunt: Venite & cogitemus aduerſus Hieremiam cogitationes: nō em peribit lex à ſacerdote: neq́ cōſilium à ſapiēte: nec ſermo à ꝓpheta. Venite & percutiamus eū in lingua, & nō attendamus ad uniuerſos

f ſermones eius. Attēnde dñe ad me, & audi uocē aduerſariorū meorū. Nunquid redditur ꝓ bono malū: quia foderūt foueā animæ? Recordare quod ſteterim in cōſpectu tuo, ut loquerer ꝓ eis bonū: & auerterē indignationē tuā ab eis. Propterea da filios eorū in famē, & deduc eos

A ſperis pœna mutetur. Qui, inquit, dixerunt cōtrario: Confortabimur in malis, uidelicet operibus: ſiue iuxta Aquilam, deſperauimus, & iuxta Symmachum, defecimus, quod utrūq; offendit deū, ut aut nequaq́ ſe putet poſſe ſaluari, aut ad placādum deū animo defeciſſe. Et poſt cogitationes, inquit, noſtras ibimus. Vbi eſt ergo abſq́ dei gratia liberi arbitrij poteſtas, & ꝓpriæ iudicium uolūtatis: cū grandis offenſa ſit dei, ſequi cogitationes ſuas, & praui cordis facere uoluntatem? Propterea infert, dicēs: Interrogate gētes & oīnes in circuitu natiōes: quis fecerit: quis audierit idolis ſeruiens: quę fecit nimis uirgo Iſraël. Virginem autē uocat, eo qđ uni deo ſeruierit, dicente ꝓpheta:

Psal. 75. a Notus in Iudæa

B deus, in Iſraël magnum nomē eius. a ¶Nunquid deficiet de petra agri nix Libani &c.) Tale qd & illud Vergilianū ſonat. Ante leues ergo paſcētur in æthere cerui: Et freta deſtituent nudos in littore piſces: Quam noſtro illius labatur pectore uultus. Et in alio loco: In freta dum fluuij current, dum mōtibus umbræ Luſtrabūt, cōuexa polus dū ſydera paſcet: Semper honos nomēq́ tuū laudesq́ manebūt. Quomodo (inquit) nix de Libani ſummitatibus deficere nō poteſt: nec ullo ut omnis liqueſcat ſolis ardore ſuperatur: fluentesq́ de montibus riui, nequaq́ ſiccantur in fontibus: Sic meū nomen quod per ſe ſtabile eſt atq́ perpetuū, nō poterit immutari, & tamē cū cætera naturæ ordinē ſeruēt, populus meus oblitus eſt mei. Sequit em. b ¶Quia

Ioan. 14. a oblitus eſt m. &c.) Qui obliuiſcitur dei, & relinquit illum, qui dicit: Ego ſum uia: libatq́ dijs alienis: impingit in uijs ſuis, nequaq́ dei, ſed ſuis & antiquas ſempiternasq́ ſemitas derelinquit, quæ omniū ſanctorū ſunt tritæ ueſtigijs colentiū deū. Iſti uero ambulauerūt in itinere nō trito, & relicto cultu dei, idola uenerati ſunt, ꝓpter quæ infert pœna quæ ſeqt.

C c ¶Vt fieret terra eorū in &c.) Et quia dereliquerunt (ait) cultum dei, & prauas idololatriæ ſemitas ſunt ſecuti: propterea terra eorū redacta eſt in ſolitudinem & in miraculū omniū ſibilumq́: ita ut q terram quondā & urbē florētiſſimā uiderint in deſertum & cineres eſſe collapſam, admirētur & ſtupeāt, & animæ cōfuſionem, geſtu corporis indicēt: hoc eſt enim mouere caput, & ſtuporem mētis ſibilo demonſtrare. Quod plenius & rectius poſt aduentū dñi intelligimus eſſe cōpletū: quādo nullus Iudæorum terrā quondam & urbē ſanctā ingredi lege ꝓmittitur: ſed cū ad plāctū uenerint mirantur & deflēt uaticinia, ꝓphetarū opere cōpleta. d ¶Sicut uētus urens diſpergam eos &c.) Vſq; hodie ſententia dei ꝑmanet in Iudæis. D In toto orbe diſperſi ſunt corā inimico diabolo, uel inimicis dæmonibus, & cū diebus ac noctibus in ſynagogis ſatanæ inuocēt nomē dei: dorſum & nō faciem ſuam oſtēdit eis deus: ut intelligant eū ſemp recedētem, & nunq́ ad ſe uenietem. Dies aūt perditionis Iudaicæ, omne tēpus eſt poſt paſſionē ſaluatoris, uſq; ad finē ſeculi, ut poſtq́ ſubintrauerit plenitudo gentiū tunc omnis Iſraël ſaluus fiat. Rom. 11. d e ¶Et dixerunt: Venite & cogitemus &c.) Iſta & tunc Iudæorū cōtra Hieremiā ſiue dñm ſaluatorē, & hodie Hæreticorū cōtra ſeruos eius cogitatio eſt, ut calūnias ſtruāt, & ſanctos uiros accuſatione præueniāt: nec cogitent quid illi ueritatis loquantur, ſed quid ipſi ſtruant mendacij: iactant enim in ſacerdotibus, & in ſapientibus, & in pſeudoprophetis ſuis, legem & cōſilium dei, & eloquium permanere: dicēte ſcriptura: In peruerſam animam non intrabit ſapiētia. Sapien. 1. a f ¶Attende dñe ad me &c.) In typū quidē ſaluatoris hæc à populo Iudæorū Hieremias uniuerſa perpetitur, qui poſtea Babylonio ueniēte uaſtātur. Sed plenius atq́ perfectius cōplētur in Chriſto, & urbe

E ſubuerſa,Romano gladio trucidati ſunt,nõ ob ido
lolatriã quæ eo tẽpore nõ erat,ſed ob interfectionẽ
filij dei qñ cũctus ſimul populus cõclamauit:Tolle,
Ioan.19.c tolle talẽ;regẽ nõ habemus niſi Cæſarẽ.Et impreca
Matth.27.c tio eorũ æterna dãnatione cõpleta eſt:Sanguis eius
ſuper nos, & ſuper filios
noſtros. Foderant enim
Chriſto foueã,et dixerãt:
Eſa.53.c Auferamus eũ de terra
uiuẽtium.Qui tãtæ erga
eos miſericordiæ fuit,ut
ſtans in cõſpectu patris,
loqueretur pro eis bonũ,
ut auerteret indignatio-
nẽ ſuã ab eis: ut in cruce
Luc.23.e quoque diceret: Pater,
ignoſce eis:quod em̃ fa-
ciunt, neſciũt. Manifeſta
trãſcurrimus,ut in obſcu
rioribus immoremur:ne
quaq̃ delyramenta quo-
rundã & captiuitatẽ cœ-
leſtis Hieruſalẽ interpre
tãtes:ſed perſpicuã hiſto
riam, & manifeſtiſſimam
ꝓphetiam, om̃i uerborũ
& ſenſuũ confidentia pſe
quentes. a ¶Adduces
em̃ &c.) Si de Hieremia
F intelligimus, repẽtinum
latronem referamus ad
Nabuchodonoſor: ſi de
ſaluatore quod & uerius
& melius eſt, ad Roma-
nũ exercitũ.Et ne iniuſta
uideatur ſentẽtia dei,ex-
ponit quid fecerint cõtra
filiũ dei Chriſtũ, & quid
paſſi ſint.Quod aũt ĩfert,
ne propicieris iniquitati
eorũ,& peccatũ eorũ à fa
cie tua non deleatur:ne-
quaq̃ priori ſentẽtiæ cõtrariũ eſt, in qua ꝓ populo
deprecatur patrẽ:ſed poſtq̃ datũ tẽpus pœnitẽtiæ
præterijt,& illi in ſuo ſcelere perſeuerant,populi ac
ſeniores,nõ tam ꝓ ſe puniũtur q̃ pro alijs:ne inultũ
peccatũ cæteris noceat exẽplo.Quodq́ infert. Fiãt
impingentes ſiue corruentes in cõſpectu tuo:illius
Eſa.5.c Eſaiæ & Petri apoſtoli ſimile eſt:& non impingetis
1.Pet.2.b ſicut in lapidẽ offenſionis,& petrã ſcãdali.Cuius &
Pſal.117.c in pſalmis ꝓpheta meminit:Lapidẽ quẽ reprobaue
runt ædificãtes,hic factus eſt in caput anguli:A do
mino factũ eſt hoc. Cap. XIX

HAec dicit &c.)Pro laguncula figuli,quæ He-
braice dicitur בַּקְבֻּק, Lxx.doliolũ trãſtulerũt,
& ꝓ porta fictili Aqla, Symmachus, & Theodotio
ipſum uerbũ poſuerũt Hebraicũ חַרְסִית: pro quo
Lxx.iuxta morẽ ſuũ ꝓ aſpiratione ח literæ addide-
runt χ Græcũ, ut diceret Charſith ꝓ Harſith:ſicut

eos in manus gladij. Fiãt uxores eorũ abſq̃
liberis & uiduæ,& uiri earum interficiantur
morte:iuuenes eorũ confodiantur gladio in
prælio:audiatur clamor de domibus eorũ.
a Adducẽs em̃ ſuper eos latronẽ repente:quia
foderunt foueã ut caperẽt me,& laqueos ab-
ſcõderũt pedibus meis. Tu aũt dñe ſcis om̃e
cõſiliũ eorꝝ aduerſum me in mortẽ.Ne pro-
picieris iniquitati eorꝝ:& peccatũ eorꝝ à facie
tua nõ deleatur.Fiant corruẽtes(ſiue impin-
gentes) in cõſpectu tuo:in tẽpore furoris tui
abutere eis (ſiue fac in eis.) Cap. XIX.

b HAec dicit dñs:Vade & ſume lagũculã
figuli teſteam,& de ſenioribus populi,
& de ſenioribus ſacerdotum, & egredere ad
uallẽ filij Ennom,quæ eſt iuxta introitũ por
tæ fictilis (ſiue Charſith:)& prædicabis(ſiue
clamabis,uel leges)ibi uerba quę ego loquar
ad te,& dices:Audite uerbũ dñi reges Iuda,
& habitatores Hieruſalẽ.Hæc dicit dñs exer
c citũum deus Iſraël:Ecce ego inducã afflictio-
nem(ſiue mala)ſuper locum iſtũ:ita ut om̃is
qui audierit illam ( ſiue illa ) tinniant aures
eius eo ꝙ dereliquerint me, & alienum fece-
rint locum iſtum , & libauerint in eo dijs a-
lienis,quos neſcierũt ipſi & patres eorum &
reges Iuda.Et repleuerũt locũ iſtũ ſanguine
innocẽtũ, & ædificauerũt excelſa Baalim ad
cõburẽ

illud eſt ꝓ Hebron,Chebron, & ꝓ Hiericho,Hieri- G
cho.Vult aũt ſcriptura diuina, nõ ſolũ auribus do-
ceri populũ,ſed & oculis:Magis em̃(ut iã diximus)
mẽte retinet quod uiſu,quã qđ auditu ad animũ p-
uenit.Tolle,inqt, lagũculã ſiue doliolũ teſteũ,& de
ſenioribus ppl̃i ac ſacer-
dotũ,& egredere ad uallẽ
filij Ennõ, de qua ſupra
diximus in qua erat delu
brũ Baal,& nemus ac lu-
cus,Siloë fontibus irriga Supra.7.g
tus.Ipſa aũt,inquit,uallis
iuxta portã eſt, q̃ hebrai-
ce חַרְסִית , hoc eſt,fictilis
appellaẽ. Et p̃dicabis uel
leges ibi uerba quæ ego
loquar tecũ:ut ibi audiã-
tur q̃ dicturus ſum. Ideo
aũt (ut iã diximus)& p̃di
cabis,et clamabis,et leges
ponĩẽ, qa uerbũ Hebrai-
cũ קָרָאתָ , tria ſignificat.
Vultq́ quę dicturus eſt,
& reges Iuda audire, &
habitatores Hieruſalẽ,id
eſt,& ſtirpẽ regiã,& oẽm
populũ, ut inexcuſabiles
ſint qui audire noluerĩt.
c ¶Hæc dicit d.&c.) Et
hũc locũ ſtultæ quidã ad
cœleſtẽ referũt Hierl̃m. H
Qđ ne ſemp admonea-
mus,hoc tm̃ dixiſſe ſuffi-
ciat:uitãdã iſtiuſmodi ex
planationẽ eſſe,imò hęre
ſim, quæ manifeſta ſub-
uertit & p̃ſtigias quaſdã
eccleſijs Chriſti conatur
inducere. Nulli autẽ du-
biũ qn in tẽplo dei, Baal
idolũ poſuerint:ſiue ĩ de
lubro qđ erat in ualle filij
Ennom:ubi & lucus Baal & ara eius fuit:ſuper quã
immolauerũt & incẽderũt filios ſuos. Quæ dñs nec
cogitauit,nec locutus eſt, nec aſcẽderũt in cor eius.
Non ꝙ deus futura neſcierit,ſed quod indigna ſua
noticia,ignorare ſe dicat:iuxta illud euãgelicũ:diſce
dite à me operarij iniq̃tatis , neſcio uos. Nouit em̃ Luc 13.f
dñs eos qui ſui ſunt. Et Qui ignorat,ignorabitur. 2.Tim.2.c
Vel certe ἀνθρωποπαθῶς, & hæc de deo accipiẽda,ſi- 1.Cor.14.g
cut & alia.Omnis aũt hæreticus derelinquit deũ:&
alienũ facit locũ habitatione dei quẽ ſua fraude pol
luerit,& libat dijs alienis:quos nec ipſe nouerat,nec
patres eius:Apoſtoli uidelicet & apoſtolici uiri:re-
ges aũt Iuda,hoc eſt,hæreticorũ patriarchæ, implẽt
locũ quondã dei,ſanguine deceptorũ & innocẽtiũ.
Niſi em̃ ſtultus & ſimplex fuerit,nõ cito ſubuertiẽ.
Et ædificãt excelſa Baalim dũ de ſublimibus diſpu-
tare ſe dicunt.Et cõburunt filios ſuos idolo quos in
hæreſi



A hæreſi genuerũt.Quæ oĩa ignorare ſe dicit dñs nec
unq̃ aſcendiſſe in cogitationẽ ſuã. a ¶ Propterea
ecce dies &c.) Quæ ſit uallis filij Ennom,quæ He-
braice dicitur גֵיא הִנֹּם : unde & gehennam appel-
latã putant,ſupra diximus.Miror aũt qd ſibi uolue
rĩt Lxx.Pro הַתֹּפֶת
διάπτωσιν, hoc eſt,
ruinã ponere,& ꝓ
ualle,πολυάνδριον:qđ
ſignificat uirorum
multitudinem, niſi
forte ex eo qđ ibi
populus corruerit:
& cæſa ſit hominũ
multitudo:Vel ſpi
ritualiter,in errore
idololatrię ul'iuxta
literã, à Babylonio
exercitu:qđ in cõſe
quentibus manife-
ſtius legiẽ. b ¶Et
diſſipabo cõſilium
Iudæ & Hieruſalẽ
&c.) Quamq̃ hæc
& in Babylonia ca
ptiuitate accidiſſe
populo nouerimꝰ:
B tamẽ plenius refe-
rũtur ad tẽpora ſal
uatoris , qñ obſeſſi
ſunt à Veſpaſiano
& Tito: & ciuitas
eorũ Hadriani tẽ-
poribus, ĩ æternos
cineres collapſa eſt:
ut qui obtulerãt fi-
lios ſuos idolis,ipſi
eos poſtea famis ne
ceſſitate cõpulſi,in
ciborũ uſum uerte
rent: carneſq́ oĩm
darenẽ uolatilibus
cœli & beſtijs ter-
ræ: ut q dñi mune
ribus abuſi fuerant
in impietatẽ: & ꝓ-
pria uiſcera idolis
immolarant:uẽtres ſuos ſepulchra facerẽt liberorꝝ.
c ¶ Et conteres &c.) Perſpicue nõ de Babylonia,
ſed de Romana diciẽ captiuitate. Poſt Babylonios
quippe,& urbs inſtaurata , & populus reductus in
Iudæã,& abundãtiæ priſtinæ reſtitutus eſt.Poſt ca-
ptiuitatẽ aũt quæ ſub Veſpaſiano & Tito:& poſtea
accidit ſub Hadriano uſq̃ ad cõſummationẽ ſeculi
ruinæ Hieruſalem permãſuræ ſunt:quanq̃ ſibi Iu-
dæi aureã atq̃ gẽmatam Hieruſalẽ reſtituendã pu-
tent:rurſumq̃ uictimas,& ſacrificia & cõiugia ſan-
ctorum,& regnũ in terris dñi ſaluatoris: quæ licet
non ſequamur,tamen damnare nõ poſſumus:quia

comburẽdos filios ſuos igne in holocauſtum Baalim:
quæ non præcepi (ſiue cogitaui:) nec locutus ſum:nec
aſcenderunt in cor meum.

a HEB.Propterea ecce dies
ueniũt,dicit dñs,& nõ uo
cabiẽ locus iſte amplius
Thophet et uallis filij En-
nom ſed uallis occiſionis.

SEP.Idcirco ecce dies ue-
niũt,dicit dñs, & nõ uoca
biẽ locus iſte ãplius ruina
& πολυάνδριον filij Ennom,
ſed πολυάνδριον occiſionis.

b Et diſſipabo cõſilium Iudæ & Hieruſalẽ in loco iſto:&
ſubuertã eos gladio in cõſpectu inimicorũ ſuorũ:& in
manu quærẽtium animas eorꝝ, & dabo cadauera eorũ
eſcam uolatilibus cœli & beſtijs terræ, & ponã ciuitatẽ
hanc in ſtuporẽ & in ſibilũ.Omnis qui præterit per eã
obſtupeſcet,& ſibilabit ſuper uniuerſa plaga eius. Et ci
babo eos carnibus filiorũ ſuorum,& carnibus filiarum
ſuarum,& unuſquiſq̃ carnẽ amici ſui comedet:in obſi
dione & in anguſtia,in qua cõcludent eos inimici eorꝝ,
c & qui quærunt animas eorũ:Et cõteres lagunculam in
oculis uirorũ,qui ibunt uel egrediẽtur tecũ. Et dices ad
eos:Hæc dicit dñs exercituum:Sic cõterã populũ iſtũ
&ciuitãtẽ hanc:ſicut cõteritur uas figuli:quod non po-
d teſt ultra inſtaurari.Et in Thophet ſepeliẽtur(ſiue ſepe-
lient:) eo ꝙ nõ ſit alius locus ad ſepeliẽdũ. Sic faciã lo-
co huic,ait dñs,& habitatoribus eius , & ponã ciuitatẽ
iſtam ſicut Thophet (ſiue ut ruinã:)& erũt domus Hie
ruſalẽ & domus regum Iuda,ſicut locus Thophet(ſiue
ruinæ) (oẽs domus regum Iuda ſicut locus Thophet.)
e Immũdæ oẽs domus in quarum domatibus (ſiue te-
ctis) ſacrificauerũt omni militiæ cœli,& libauerũt liba-
f mina dijs alienis. Venit autẽ Hieremias de Thophet,
quò miſerat eum dñs ad prophetandũ,& ſtetit in atrio
domus dñi:& dixit ad omnẽ populum:Hæc dicit dñs
exerci

multi eccleſiaſticorũ uirorum, & martyres iſta dixe C
rũt:Et unuſquiſq̃ in ſuo ſenſu abũdet, & dñi cũcta Rom.14.a
iudicio reſeruẽtur. Quomodo autẽ uas fictile & te-
ſteum ſi fractũ fuerit in antiquã ſpeciẽ nõ poteſt re-
formari:ſic & populus Iudæorũ & Hieruſalẽ ſub-
uerſa,ſtatũ priſtinũ
nõ habebũt. Deni-
q̃ caſſum eſt hodie
nomẽ ipſius ciuita
tis, & ab Aelio Ha
driano,Aelia diciẽ,
et cum habitatione
priſtina,priſtinum
quoq̃ nomẽ amiſit
ad decutiẽdã ſup-
biã habitatorꝝ eius.
Sanctæ autẽ crucis
& reſurrectiõis uo
cabula, nõ urbẽ ſi-
gnificant,ſed locũ:
nec diuitiarũ quon
dam magnitudinẽ,
per quã perijt po-
pulus Iudæorꝝ, ſed
gloriam ſanctitatis,
quã noſtra pauper
cula poſſidet Beth-
lehem:nõ habẽs au D
rum & gẽmas , ſed
panẽ qui in ea na-
tus eſt. d ¶ Et in
Thophet ſepelien-
tur &c. & erũt do-
mus Hier.) Quod
aũt in Lxx.inferẽ:
Omnes domus re-
gũ Iuda,ſicut locus
Thophet:ĩ Hebrai
co non habetur.Et
ſequitur. e ¶ Im-
mũdæ oẽs domus
&c.) Qđ ſupra di-
xerat:Nõ uocabiẽ
locus iſte amplius
Thophet & uallis
filij Ennom,ſed ual
lis occiſionis:nunc
ponit manifeſtius,ꝙ tanta in ipſo loco futura ſit cæ Supra.7.g
des,ut ibi aceruatim populus ſepeliaẽ:et lucus quõ-
dam religionis fiat tumulus mortuorũ. Ipſa quoq̃
ciuitas quæ huic imminet loco,fiat ſicut Tophet:ꝓ
quo Lxx.ruinã trãſtulerũt:Domus quoq̃ Hieruſa
lẽ regũq́ palatia in ruinas ſimiles cõuertãtur. Cau-
ſaq́ redditur,eo ꝙ immũdæ fuerint, & idololatriæ
pollutæ ſcelere:ꝓ eo ꝙ in domatibus & tectis earũ,
ſoli & lunæ & ſtellis cœli ĩmolauerint,& thura incẽ
derint:nec hoc fuerint errore cõtẽti:ſed immolaue- Soph.1.b
rint dæmonibus, & libamina fuderint dijs alienis.
f ¶Venit aũt &c.) Poſtq̃ in Tophet præſentibus

 populi

E populi ſenioribus,quos duxerat ſecum Hieremias
cõfregit lagũculã ſiue doliolũ, & ꝓphetauit uerbis
dñi ad cõterẽdũ populũ & ciuitatẽ Hieruſalẽ,reuer
tit & ſtat in atrio domus dñi & uniuerſæ loqt̃ mul=
titudini,quæ ad locũ Thophet ire noluerat:ꝙ indu
ctur⁹ ſit dñs ſup ciuitatẽ
Hieruſalẽ,& ſup oẽs ur=
bes eius uniuerſa mala,q̃
locutus eſt aduerſum eã.
Et ne putemus crudelẽ
eſſe ſentẽtiam,reddit cau
ſas cur inducturus ſit ma
la: Quoniam, inquit,in=
durauerũt ceruicẽ ſuã;ut
nõ audirẽt ſermões me=
os;ne poſt multas quidẽ
impietates uolẽtes agere
pœnitẽtiã. Cap. XX.
פַּשְׁחוּר ET audiuit &c.) Pro
Phashur Lxx.trãſtu
lerũt Phaſchor;q interp̃=
tatur oris nigredo, & ꝑ
neruo,quẽ nos diximus,
Lxx. & Theodotio uer=
tere,cataracten,Symma=
chus βασανιστήριον, ſiue στρε=
F βλωτήριον: quod utrunq;
tormenta ſignificat.Nos
aũt neruũ diximus more
uulgari;qđ tormenti ge
nus etiã in actibus Apo=
ſtolorũ legimus,quando
Apoſtoli Paulus & Silas
Act.16.e in cuſtodiã carceris dati
ſunt. Iſte aũt erat põtifex
tẽpli,& data ſibi ſacerdo=
tij dignitate,ĩ peruerſum
abutitur;nõ ut doceat,&
ſermone corripiat;ſed ut
cruciatibus terreat. Vn=
Ioan.19.a de & Saluator & Aplus
Act.16.e Paulus,iuſſione põtificis
uerberãtur. Nec mirũ ſi
hodie ſerui dei occidãtur
à Phaſchor;mittanturq;
in carcerẽ,& horribili cu
ſtodia reſeruẽtur. Datur
enim hæc poteſtas à deo,
ut prophetarum oſtenda
tur fides. Nec tamen maior eſt ille qui cædit,ſed for
tior iſte qui cæditur.Et patienter propheta ſuſcipit
iudicium dei;nec reclamat ad uerbera; ſed conſide=
אָמֵּר rat imperãtem.Emmer uerbum ſonat;de quo ſæpe
nigredo generatur,nõ parẽtis uitio, ſed ſcelere de=
generantis. Tormẽtum autem quo cruciatur pro=
pheta,uidetur in parte dextera;quod interpretatur
Beniamin,& in porta ſublimi, quæ non ueritatem
indicat,ſed iniuſtã pontificis poteſtatẽ. b ¶Cũq;
illuxiſſet in craſtinum &c.)Et hic tam nomen pon=
tificis q̃ tormenti genus ſimiliter omnes ut ſupra G
interpretati ſunt.Mutatur autẽ nomen pontificis,
ut ex nomine futurorum ſupplicium demõſtretur.
Nequaq;,inquit,habebis oris nigredinẽ, & iniquæ
imperium poteſtatis,ſed captiuus duceris in Baby=
lonem;hoc enim ſignifi=
cat pauor undiq; ſiue ꝑ
circuitum;ut tremens &
propriæ ſalutis incertus,
huc illucq; circunſpicias,
& uenientes contra te ad
uerſarios reformides.
Pro pauore quod in He
braico ſcriptũ eſt מָגוֹר,
Lxx.&Theodotio μέτοι=
κον, id eſt, migrãtem;A=
quilæ ſecunda æditio,pe
grinum; prima circũſpi=
cientem;Symmachus,ab
latum ſiue cõgregatũ &
coactũ,interpretati ſunt.
c ¶Quia hæc dicit do=
minus &c.)Iuxta ſuperi=
orem interpretationem,
qua Phashur nomẽ fue=
rat immutatum ut appel
laretur מָגוֹר,omnes ſi=
militer tranſtulerunt, ut H
ſignificarent uel pauorẽ,
uel peregrinationem,uel
ſublationem & trãslatio=
nem & cõgregationem.
Cõminaturq; eum cum
amicis ſuis iam iamq; ca=
piendum tradendumq;
hoſtium manibus; & cũ=
ctum populũ tribus Iu=
dæ Babylonij regis ma=
nibus obtinendũ,aliosq;
interficiendos gladio, &
alios ducendos in capti=
uitatem, & uniuerſas di=
uitias,tã urbis q̃ theſau=
rorum regiorũ ab inimi=
cis eſſe capiendas;ipſumq;
Phashur cũ omni cogna
tione ſua & familia ducẽ
dum in captiuitatẽ & in
Babylone eſſe moriturũ
eo ꝙ populum ſuũ mẽdacio deceperit, nequaq; illi
uera & triſtia;ſed per mẽdacium ꝓſpera pollicẽdo.
Simulq; animaduertẽda ꝓphetæ patiẽtia atq; pru=
dentia,ꝙ miſſus in carcerẽ tacet;& ſilẽtio uincit in=
iuriam;nec tamẽ diſſimulat quod ſcit eſſe uenturũ,
ut ſaltẽ ſic pſeudopropheta pontifex peccare deſi=
ſtat,& dei clementiã deprecetur. c ¶Seduxiſti me
dñe &c.)Dicit ſe ꝓpheta à dño eſſe deceptũ;quia in Supra.1.d
principio audiens;Prophetam in gentibus dedi te. Ibidem.
Et iterũ;Ecce cõſtitui te hodie ſuper gẽtes & ſuper
regna

exercituum deus Iſraël:Ecce ego inducã ſup
ciuitatẽ hanc & ſuper omnes urbes eius uni=
uerſa mala quę locutus ſum aduerſum eam:
quoniã indurauerũt ceruicẽ ſuã, ut nõ audi=
rent ſermones meos. Cap. XX.
a ET audiuit Phashur filius Emmer ſacer=
dos qui conſtitutus erat princeps in do=
mo domini Hieremiam prophetantem ſer=
mones iſtos.Et percuſſit Phashur prophetã
Hieremiã,& miſit eum in neruũ quod erat
in porta Beniamin ſuperiori in domo domi
b ni. Cũmq; illuxiſſet in craſtinum, eduxit
Phashur Hieremiã de neruo, & dixit ad eũ
Hieremias;Nõ Phashur uocauit dñs nomẽ
c tuum,ſed pauorem undiq;. Quia hæc dicit
dominus;Ecce ego dabo te in pauorẽ & oẽs
amicos tuos,et corruent gladio inimicorum
ſuorum,& oculi tui uidebunt,& omnẽ Iudã
dabo in manum regis Babylonis: & tradu=
cet eos in Babylonẽ & percutiet eos gladio.
Et dabo uniuerſam ſubſtantiam(ſiue fortitu
dinem) ciuitatis huius, & omnem laborem
eius omneq; precium (ſiue gloriam:) & cun
ctos theſauros regũ Iuda dabo in manu ini=
micorum eorum;& diripient eos, & tollent
& ducent in Babylonẽ. Tu autem Phashur
& oẽs habitatores domus tuæ ibitis in ca=
ptiuitatem;& in Babylonẽ uenies & ibi mo=
rieris;ibiq; ſepelieris, tu & omnes amici tui
d quibus ꝓphetaſti mendacium.Sẽduxiſti me
dñe,& ſeductus ſum:(ſiue decepiſti me dñe,
& deceptus ſum.) Fortior me fuiſti et inua=
luiſti(ſiue obtinuiſti,et potuiſti.)Factus ſum
in



A regna ut euellas & deſtruas & diſperdas & diſſipes,
& ædifices,& plãtes;arbitratus ſit nihil ſe contra po
pulum Iudæorum, ſed cõtra diuerſas in circuitu na
tiones eſſe dicturum. Vnde & prophetiam libenter
aſſumpſerit;& eueniſſe contrario: ut captiuitatem
Hieruſalem prædicans,
ꝑſecutiones & anguſtias
ſuſtineret. Quodq; intu=
lit: Factus ſum in deriſũ
tota die: oẽs ſubſannãt
me;eo ꝙ æſtiment illum
uniuerſa mentitũ, & cun
cta quæ prædixerit eſſe
uẽtura, mẽdacia fuerint.
Et propheta enim ſtatim
putauerat futurũ quod
dominus minabatur, &
populus æſtimabat ne=
quaq; ultra uẽturum, qđ
ſtatim nõ uenerat: Atq;
uociferor uaſtitatem Ba
byloniam, & iniquitatẽ
hoſtium per quã oppri=
mendus ſit populus me=
us. Sin autem ſequimur
Lxx.in eo ꝙ dixere;quia
amaro uerbo meo ride=
bo præuaricationem, &
B miſeriam inuocabo, hic
ſenſus eſt: Scio præſentẽ
triſtitiam futuro gaudio
commutandam,iuxta il=
lud quod ſcriptũ eſt;Bea
Math.5.a ti flentes,quoniam ipſi ri
debunt, & idcirco miſe=
riam & iniquitatem affli
ctionemq; libenter ſuſti=
neo;ita ut cupiã & in uo=
cem eas;& breuitatẽ iniu
riæ, felicitatis æternitate
compenſem. a ¶Quia
factus eſt mihi ſermo dñi in oppro.) Clamante me
atq; dicente,quod iam Babylonius ueniret exerci=
tus & omnia hoſtilis gladius prædaretur;uerſus eſt
mihi ſermo domini in opprobrium atque deriſum,
dum tarditatem prophetiæ putant eſſe mẽdacium:
Quamobrem in mea mente decreui, ut ultra ad po
pulum dei uerbis nõ loquerer;nec nomen illius no
minarem. Quod cum pudore ſuperatus, uerecun=
de quidẽ,ſed ſtulte conſtituiſſem;factus eſt, inquit,
in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſq; in
oſſibus meis;ſiue undiq; diſſolutus ſum,ita ut ferre
non poſſem. Conceptus enim animo ſermo diui=
nus,nec ore ꝓlatus,ardet in pectore. Vnde & Pau=
1.Cor.9.e lus loquitur; Si euangelizauero non eſt mihi glo=
ria;Neceſſitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi
eſt niſi euãgelizauero;ſi enim uolens hoc ago,mer=
cedem habeo;ſi autem inuitus,diſpenſatio mihi cre
Act.17.d dita eſt. Et in Athenis uidens idololatriæ deditam
ciuitatem, incitabatur ſpiritu & tota mente ferue= C
bat. Et poſt modicum in eodẽ uolumine legimus:
Cum ueniſſent autem de Macedonia Silas & Ti= Ibid.18.b
motheus,inſtabat uerbo Paulus,teſtificans Iudæis
eſſe Chriſtum Ieſum. Sed & pleriq; doctorum in ec
cleſia uſque hodie ſimilia
ſuſtinent;audientes uitu
perationem multorũ cõ=
gregatorũ aduerſum ſe
in circuitu atq; dicentiũ;
Perſequimini & perſe=
quamur eos. b ¶Oẽs
uiri qui erãt pacifici mei
& cuſtodientes latus me=
um; ſi quomodo decipia
tur & præ.&c.) Cum ad
uerſarij ſurrexerint,& a=
mici quondam atq; paci=
fici,fuerint ad bella con=
uerſi, uoluerintq; nobis
inſidias tendere; non ma
gnopere curemus, ſed
optemus hoc dicere, qđ
propheta loquitur: Do=
minus autem mecum eſt
quaſi bellator fortis.
c ¶Idcirco qui me perſe
quuntur,cadent & infir=
mi erunt, ſiue ideo perſe
cuti ſ.& int.&c.)Quia ꝑ= D
ſecuti ſunt,ideo prophe=
ticum nõ potuerũt intel=
ligere ſermonem;& igno
rantiam confuſio uehe=
A tionibus terreamini: pax erit uobis atqꝫ tranquillitas, & quicquid dicimus & annunciamus uobis, locutus eſt dominus: nec ueniet ſuper uos malum, qđ timetis pro mala conſcientia; ſed bonum quod uobis locutus eſt dominus. a ¶ Quis enim affuit in conſilio dñi, & uidit & au.&c.) Vbi nos interpretati ſumus, in cõſilio domini, & ĩ hebraico ſcriptũ eſt בסוד: Aquila, ſecretum: Symmachus, ſermonem: Lxx. & Theodotio, ſubſtãtiam ſiue ſubſiſtentiã interpretati ſũt. Et eſt ſenſus, Nolite credere ò uulgus indoctum prophetis, uobis falſa annunciantibus; qui dicũt, hæc locutus eſt dominus, pax erit uobis, non ueniet ſuper uos malũ. Vnde enim poſſũt dei noſſe ſecreta, aut quo annun- B ciante dei didicere conſiliũ? quomodo ad eos diuinæ diſpoſitionis ſermo peruenit? Quidã noſtrorũ in hoc loco reperiſſe ſe putant, ubi dei deſcribatur ſubſtantia. b ¶Ecce turbo ſiue tempeſtas & commotio do.&c.) Qui ſupra dixerãt; locutus eſt nobis dominus, pax erit uobis, & quos corripuerat quod nõ poſſent uentura cognoſcere, nec dei noſſe ſententiam: nunc oſtẽdit per cõtraria, eos omnino neſcire. Pro pace enim & ſecuritate, tempeſtatem uenire Babyloniam, & uenire non ſuper quoſlibet, ſed ſuper capita impiorꝫ, uel uniuerſi populi, uel eorum qui falſa populo nũciabant. Nec ſicut in præteritis temporibus dei irã furoremqꝫ placandũ; ſed quod prædixit & ſæpiſſime comminatus eſt, opere complendum, & cogitationem illius atqꝫ ſententiam, impiorum ſupplicijs comprobandam. Cum, inquit, extremum captiuitatis tẽpus aduenerit, & obtinuerit uos uictor exultans, & manus ſtridore uinxerit catenarum: tũc intelligetis conſilium eius quod uos fruſtra nũc ſcire iactatis. c ¶Nõ mittebam prophetas, & ipſi currebant &c.) Hũc ſenſum & Apoſtolus explicat ad Roma.1.d Romanos: Et ſicut nõ probauerunt deum habere in noticia: tradidit eos deus in reprobum ſenſum, ut faciant quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, nequitia, auaricia, & cæteris. Cum enim ſemel ſe tradiderint falſi doctores mendacijs atqꝫ periurijs & mortibus deceptorũ: non pedetentim nec conſiderato gradu, ſed præcipites currunt ad interitum, & ſuum & eorũ quos deceperint. Nec loquitur eis dominus, ſed ipſi lo- C quuntur quaſi ex ore domini, de quibus & dicitur: Si ſtetiſſent in cõſilio meo; hoc eſt, ſi meę uoluiſſent acquieſcere uoluntati, & nota feciſſent uerba mea populo meo, nõ blandientes eis & adulatione perdentes, ut dicerẽt, non habetis peccata: perfectam iuſticiã poſſidetis: ſanctitas & pudicitia atqꝫ iuſticia in uobis tantũmodo reperiuntur, & ego nõ tradidiſſem eos in immũdiciã & ignominiam: ut facerẽt quæ nõ cõueniũt, & ſequerentur cogitationes ſuas peſſimas. Cõtẽplemur hæreticos, quomodo ſemel deſperantes ſalutem, gulę ſe tradant & delicijs: ueſcãtur carnibus, frequentes adeant balneas; muſco fragrent; unguẽtis uarijs delibuti quærãt corporum pul- D chritudinem. Semel enim futura non ſperant: neqꝫ credunt in reſurrectionem. Quod cũ ſermone non pandant, oſtendunt operibus. Si enim crederẽt, iſta non facerent. Et in hoc loco ubi ſcriptum eſt: ſi ſteti ſſent in conſilio meo, Aquila & Symmachus & Theodotio & Lxx. ut ſupra ſimiliter tranſtulerũt. d ¶ Nunquid deus è uicino ego ſum di. do.&c.) Aquila & Symmachus ſimiliter interpretati ſunt: Nũquid deus de propinquo ſiue uicino ego ſum, & non deus de longe? Lxx. uero & Theodotio ſenſu uertere contrario, ut dicerent: Deus appropinquans ego, dicit dñs & nõ deus de longe. Quod ſcilicet ſuperiores aſſerant deum non tantum uicina, ſed & ea quæ longe ſunt cognoſcere: nec pręſentia, ſed futura conſpicere. Iſti uero ubiqꝫ deũ exiſtimãt eſſe præſentem: nec aliquem eſſe locũ ubi non adſit deus. Omnibus enim & pręcipue ſanctis appropinquat deus; quomodo ſi ueſtimentum adhæreat cuti. Peccatores autẽ longe recedentes ab eo peribũt. Hunc ſenſum & in pſalmis legimus: Quò ibo à ſpi Pſal.138.b ritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcẽdero ad infernum, tu ades. Si ſumpſero pẽnas meas diluculo & habitauero in extremis maris: Etenĩ illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Amos quoqꝫ in hæc uerba conſentit, dicens: Si deſcẽderint uſqꝫ ad infernũ, Amos.9.a inde manus mea educet eos, & ſi aſcẽderint uſqꝫ ad cœlum, inde detraham eos: Et ſi abſconditi fuerint in uertice Carmeli, inde ſcrutãs auferã eos: Et ſi cælauerint

locutus eſt dominus, pax erit uobis. Et omni qui ambulat in prauitate cordis ſui dixerunt: non uenient ſu-
a per uos mala. Quis enim affuit in conſilio domini, & uidit & audiuit ſermonem eius? quis conſiderauit uer-
b bum illius & audiuit? Ecce turbo (ſiue tempeſtas) & cõmotio dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum ueniet, & non reuertetur furor domini uſqꝫ dum faciat, & uſqꝫ dum cõpleat cogitationes cordis ſui. In nouiſſimis diebus in-
c telligetis conſilium eius. Nõn mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent uerba mea populo meo: auertiſſem utiqꝫ eos à uia ſua mala & à peſſimis cogitationibus ſuis.

| | |
|---|---|
| d HEB. Nunquid deus è uicino ego ſum, dicit dominus, & non deus de longe? Si occultabitur uir in | SEP. Deus appropinquãs ego, dicit dominus, & non deus de longe: Si abſcondetur homo in abſcõditis, |


lauerint

HEB. abſconditis: & ego non uidebo eũ, dicit dñs? Nunquid non cœlũ & terrã ego impleo, dicit dñs?

SEP. ſcõditis: & ego nõ uidebo eũ, dicit dñs? Nunquid non cœlũ & terram ego impleo, dicit dñs?

a Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium atq; dicẽtes: Somniaui (ſiue uidi ſomnium.) Vſq; quo iſtud eſt in corde prophetarũ uaticinantiũ mẽdacium, & prophetantiũ ſeductiones (ſiue uoluntates cordis ſui?) Qui uolunt (ſiue cogitant) facere ut obliuiſcatur populus meus nominis mei: propter ſomnia eorum quæ narrant unuſquiſq; ad proximum ſuum: ſicut obliti ſunt patres eorũ nominis mei b propter Baal (ſiue in Baal.) Propheta q habet ſomniũ, narret ſomnium: & qui habet ſermonem meũ, loquatur ſermonem meum uere. Quid paleis ad triticum dicit dominus? Nunquid nõ uerba mea ſunt ſicut ignis, dicit dominus? & quaſi malleus (ſiue ſecuris) conterens c petram? Propterea ecce ego ad prophetas, dicit dominus: qui furãtur uerba mea unuſquiſq; à proximo ſuo. Ecce

E lauerint ſe ab oculis meis in ꝓfundo maris, ibi mandabo ſerpenti & mordebit eos. Rurſumq; in ſuperiori pſalmo: (Pſal.138.b) Quia tenebræ ait non obſcurabunt à te, & nox ſicut dies illuminabit: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quod aũt in prophetis crebro dicitur: Hęc dicit dominus: propterea ſemp infert, ne cõtemnant quaſi uerba prophetarũ, ſed admoneantur iugiter dei eſſe ſermones quos loquuntur. a ¶ Audiui quæ dixerunt prophe. &c.) Quia ſuperior tituluscontra prophetas eſt ſiue ad prophetas: quos pſpicue pſeudoprophetas intelligimus. Sunt autẽ multa genera prophetandi: quorum unum eſt ſomniorum: quale fuit in (Dani.2.a) Daniele, idcirco & ad eos prophetalis F ſermo dirigit qui credũt ſomnijs, & omnia quę cernũt, putant reuelationem eſſe diuinã, quæ proprie ſan- (Gene.41.a) ctis & ſeruis dei aperit. Quod ſi legerimus Pharao & Nabuchodonoſor impios reges uidiſſe ſomnia quæ uera fuerint: nõ eorũ fuit meriti qui uiderunt, ſed ut per eorum occaſionem ſancti uiri Ioſeph Danielq; clareſceret, & dura corda atq; indomabilia tyrannorum, propria cõſcientia ſentirent dñi maieſtatẽ. Sunt hodie quoq; ſomniatores in eccleſia: & maxime in noſtro grege, qui errores ſuos dñi iactant prophetiã: & crebro ingerunt, ſomniaui, ſomniaui: quos corripit dñs dicens: Vſq; quo iſtud eſt in corde prophetarum uaticinantiũ mendaciũ, & prophetantium ſeductiones cordis ſui? Hoc aũt faciunt, ut quomodo antiquus populus q de Aegypto egreſſus eſt, oblitus eſt nominis dei, ſic & poſteri eorum obliuiſcant mei. Huiuſcemodi aũt prophetatio nõ eſt in nomine domini, ſed in nomine Baal, qđ proprie idolũ Sidoniorũ eſt ſiue Babyloniũ, & uicino nomine appellatur Bel. b ¶ Propheta qui habet ſomniũ, narret ſom. &c.) Eorũ eſt exponere ſomniũ qui dei merentur habere ſermonẽ, & dicere: hæc dicit dñs, quibus locutus eſt dñs: in qbus ueritas eſt, & non mendacium fraudulentũ. Quid ſibi uolunt hæreticorum paleæ ad triticum eccleſiæ? de quo Io- (Matth.3.c) annes Baptiſta plenius loquitur: quod purget dñs aream ſuam, & uentilabo paleas uentorum flatibus diſpergendas urendasq; ignibus derelinquat: triticum aũt cõdat in horrea, ut fiat cœleſtis panis & loquatur unuſquiſq; credentium: Guſtate & uidete G quoniã ſuauis eſt dñs. Et pulchre doctrina peruer- (Pſal.33.b) ſa paleis comparatur: quæ medullã non habent nec poſſunt nutrire credentium populos: ſed de inanibus ſtipulis cõteruntur. Et quia ſolent hæretici ſemper proſpera polliceri, & cœlorũ regna peccatoribus panderẽ: ut dicãt, parata ſunt tibi regna cœlorũ, potes imitari maieſtatem dei ut abſq; peccato ſis. Accepiſti enim liberi arbitrij poteſtatem & legis ſcientiam per quã cõſequaris qđ uolueris: decipiuntq; blanditijs miſeros, & maxime mulier- (Ephe.4.c) culas oneratas peccatis, quæ circũferuntur omni uẽto doctrinæ: ſemp diſcẽtes & nunq; ad ſcientiam ueritatis peruenientes, & oẽs auditores ſuos adulatiõe decipiũt. H Idcirco dñs uerba ſua hæreticorum paleis comparans dicit: Nũquid non uerba mea ſunt quaſi ignis dicit dñs: & quaſi malleus cõterens petrã? Meus enim, inquit, ſermo nũciat futura ſupplicia, ut deterreat homines à peccando: & paleis peccatorũ cõminatur incẽdium, ut hæreticorum corda dura & inſtar ſilicis indomabilia, ſermonis ſui malleo conterantur: auferens cor lapideum ut ponat pro eo cor carneum: molle uidelicet, & quod poſſit dei ſuſcipere & ſentire pręcepta. Tale quid & per Ezechielem dñs loquitur, quod (Ezech.13.c) pſeudoprophetæ blanditijs ſuis liniãt parietẽ abſq; temperamento, qui poſtea imbre uehementi & ueritate iudicij ſubruatur. Et pſeudoprophetæ conſuant ceruicalia ſub omni cubito manus, ut faciant peccatores requieſcere & nequaq; iram dei lachrymis mitigare. Pro malleo Lxx. ſecurim interpretati ſunt: illam uidelicet, de qua Baptiſta Ioannes loquitur: Iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt. Hæc (Matth.3.c) ſecuris infructuoſas ſuccidit arbores, & hic malleus conterit duriſſimos lapides. Vnde & Nahum pro- (Naum.1.b) pheta loquitur: Furor eius, haud dubium quin dei, conſumet principatus: & petræ conterentur ab eo. Hoc contra hæreticos. Cæterum de eccleſiaſticis (3.Reg.6.a) uiris ſcriptum eſt, quod malleus & ſecuris non ſint audita in domo domini. c ¶ Propterea ecce ego ad prophetas &c.) Semper imitatur mendacium ueritatem, & niſi habuerit aliquam ſimilitudinẽ recti: decipere non poteſt innocentes. Quomodo igitur in priori



Ecce ego ad ꝓphetas, dicit dominus, qui aſſumunt linguas ſuas & aiunt: dicit, (ſiue dormitant dormitationẽ.) Ecce ego ad ꝓphetas ſomniantes mendacium, ait dñs: qui narrãt ea, & ſeducunt populũ meũ in mẽdacijs ſuis & in miraculis (ſiue ſtuporibus atq; terroribus ſuis:) cum ego non miſiſſem eos nec mãdaſſem eis: qui nihil profuerũt populo huic, a dicit dñs. Si igitur interrogauerit te populus iſte uel propheta aut ſacerdos dicẽs: quod eſt onus dei (ſiue quæ eſt aſſumptio domini?) Dices ad eos: Vos eſtis onus (ſiue aſſũptio.) Projiciam quippe (ſiue allidã) uos, dicit dñs. Et propheta & ſacerdos & populus qui dicit, onus, (ſiue aſſumptio) dñi: uiſitabo (ſiue ulciſcar) ſuper uirũ illũ & ſuper domũ eius. Hæc dicetis unuſquiſq; ad amicum ſuum, & ad fratrẽ ſuũ: quid reſpondit dñs: & quid locutus eſt dñs? Et onus (ſiue aſſumptio) domini ultra non memorabitur: quia onus (ſiue b aſſumptio) erit unicuiq; ſermo ſuus. Et peruertitis uerba dei uiuentis: domini exercituũ dei noſtri. Hæc dices (ſiue dicetis) ad prophetam: Quid reſpondit tibi dominus: & quid locutus eſt dñs? Si autem onus dñi dixeritis: Propter hoc hæc dicit dominus: quia dixiſtis ſermonem iſtum, onus (ſiue aſſumptio) domini, & miſi ad uos, dicens: nolite dicere, onus (ſiue aſſumptionẽ) domini. Propterea ecce ego tollam (ſiue aſſumam) uos portans, & projiciam uos & ciuitatẽ quã dedi uobis & patribus ueſtris à facie mea, & dabo uos in opprobrium ſempiternum & ignominiã æternam: quæ nunq; obliuione delebitur.

A in priori populo mentiebantur prophetæ atq; dicebant: Hæc dicit dñs: Et uidi dñm, & uerbum dñi qđ factum eſt ad illũ ſiue illũ: Sic hæretici aſſumunt teſtimonia ſcripturarũ de ueteri & nouo teſtamento, & furantur uerba ſaluatoris unuſquiſq; à proximo ſuo, ꝓphetis & Apoſtolis & euãgeliſtis, & aſſumũt lĩguas ſuas, ut cordis uenena ore ꝓnunciẽt: & dormitãt dormitationẽ: de quibus uere dictũ eſt: (Pſal.75.a) Dormitauerũt ſomnum ſuũ, & nihil inuenerunt. Siue iuxta Hebraicũ: Et aiunt, dicit, ut ſubaudiat dñs: aut certe ſermo diuinus. Cõminatur itaq; dominus ſeipſum cõtra huiuſcemodi magiſtros eſſe uenturũ qui ſeducũt populum eius in mendacijs ſuis & in ſtuporibus atq; miraculis. Magna eñi & incredibilia & ingẽtia repromittunt, ut ſeducant miſeros qui nihil ꝓfuerunt populo dei. Et illud B implẽt apoſtolicũ: docentes quæ nõ oportet turpis lucri gratia: qui ſolẽt malis ꝓſpera & bonis cõtraria nũciare. a ¶ Si igitur interrogauerit &c.) Verbũ Hebraicũ מַשָּׂא, Aquila ἆρμα, id eſt, onus & pondus interpretatur Symmachus, Lxx. et Theodotio, aſſumptionem. Vbicunq; ergo graue eſt quod dñs cõminatur, & plenũ põderis ac laboris & importabile, in titulo quoq; ἆρμα, hoc eſt, pondus dicitur. Vbicũq; aũt ꝓſpera dñs pollicet ſiue poſt cõminationẽ meliora ꝓmittit: ibi uiſio dicit, uel certe uerbũ dñi: & ꝑſpicuũ erat ex ipſo titulo prophetiæ ponderis ſiue uiſionis & uerbi dei: qualis uaticinatio ſequeretur. Quia igitur ꝓphetæ ſolebant populo peccatori triſtia nunciare & cõminari ſupplicia: ut eos retraherent ad pœnitentiã: clemens autẽ & miſerator dñs diu ſententiã differebat: putabat deceptus populus & pſeudoprophetarũ fraude ſeductus, nõ uentura quæ dñs minabatur, & rem ſeueram, in ludum & iocum uerterant prophetãtibusq; prophetis quaſi irridentes, dicebant: Rurſum hic uidet pondus & onus dñi. Atq; ita fiebat, ut nequaq; ultra uiſio, ſed C per iocum atq; deriſum, onus & pondus appellaretur. Præcepit ergo dñs, ut ſiue populus ſiue ꝓpheta, ſiue ſacerdos interrogauerint Hieremiã, quid ſit pondus uel quæ aſſumptio dñi: reſpõdeat eis & dicat: Vos eſtis onus, et uos aſſumptio. Aſſumã eñi uos & projiciã allidamq; & interire faciã. Si qs aũt deinceps uel ꝓphetarum uel ſacerdotũ uel populi auſus fuerit onus & pondus dñi nominare: Viſitabo, inquit, ſuꝑ uirũ illũ & ſuꝑ domũ illius: & eũ delebo ĩ perpetuũ. Dicat itaq; unuſquiſq; ꝓximo & amico ſuo, nequaquã quod eſt onus domini: ſed quid reſpõdit dñs: & quid locutus eſt dominus. Veteris obliuiſcimini: onus & pondus ſiue aſſumptio in ore ueſtro ultra nõ reſonet: quia ſingulis hominibus ſermo ſuus & opus ſuũ in onus D põdusq; reputabitur, ſecundũ illud quod ſcriptũ eſt ex ore tuo iuſtificaberis, et ex ore tuo cõdẽnaberis. b ¶ Et peruertitis uerba dei uiuẽtis, dñi exercituũ dei noſtri. Hæc dices ſiue dicetis ad ꝓphetam. Quid reſpondit tibi dñs, & quid locutus eſt dñs? Si autem &c.) Huc uſq; in Lxx. nõ habetur. Præcepit dñs, ut nequaq; oneris & ponderis & aſſumptionis ſermo diceretur in populo: ſed reſponſionis & uerbi dei: quod quia populus implere cõtempſerat, ipſum uerbum interpretatur ſuper eis, & dicit: Quoniã dixiſtis qđ nolui, & hoc cum ſæpe prophetas mitterem & iuberem, ne diceretis, propterea ſermonẽ ueſtrum aſſumptionis, oneris & ponderis in uobis opere complebo. Aſſumam quippe uos & tollam atq; portabo, & allidam ac de ſublimibus in terram corruere faciã. Nõ ſolum autẽ uos, ſed & urbem ueſtrã quã dedi patribus ueſtris. Et dabo, inquit, uos in opprobriũ & ignominiã ſempiternã: quæ nunq; obliuiõe delebit. Hoc aũt & tꝑe Babyloniæ captiuitatis factũ eſſe nouimus: ſed plenius atq; perfectius

E post ſaluatoris paſſionem reſurrectionemq; cõple-
Luc. 13. g tur, quando locutus eſt dñs: Relinquetur uobis do
mus ueſtra deſerta: & uſq; ad finem eius ſententia
permanebit. Dicamus & aliter dũtaxat iuxta Lxx.
λῆμμα non ſolũ aſſumptionẽ ſed & donũ munusq;
ſignificat. Quia igitur ſibi populus ſemper proſpe-
ra promittebat: dicit eos nequaq; ultra hoc debere
dicere. Indignos enim eſſe donis dei atq; muneri-
bus: quin potius abijciendos & à dei auxilio peni-
tus relinquendos. Ex uerbis aũt & interpretatione
nominum, ſæpe res oſtenduntur: ut Abrahã, Saræ, G
& Petri & filiorum Zebedæi, uocabula cõmutata,
ſignificant rerum mutationẽ, & in hoc eodẽ ꝓphe-
ta, Phashur, dicitur pauor ſiue trãslatio, & colonus Supra. 20. d
ſiue peregrinus. Notandũ ꝙ uerba dei uiuẽtis, dñi
exercituũ, dei noſtri, Latini & Græci codices nõ ha
beant: & Hebræi in ſuis uoluminibus contra ſe le-
gant, quod proprie myſterium ſignificat trinitatis.

Cõmẽtarij quarti in Hieremiã ꝓphetã finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM commentariorum Hieremiæ ad Euſebium procemium.

QVintus cõmentariorum in Hieremiam liber, à duobus frater Euſebi calathis habebit exordium: quorum alter recte fidei dulcedinem: alter hæreticorũ perfidiæ amaritudinem demõſtrabit. Quãuis Ananias filius Azur repugnet Hieremiæ: & Semeias Nehelamites prophetã mitti iubeat in carcerem, & Sophonias ſacerdos in pſeudoprophetarum uerba coniuret: tamen ueritas claudi & ligari poteſt, uinci non poteſt: quæ & ſuorum paucitate contenta eſt: & multitudine hoſtium nõ terretur. Erige itaq; cum Moyſe ad cœlũ manus, & antiquum ſerpentem in eremo ſuſpende, ſtatimq; & Amalech delebitur, & uenenati morſus non præualebunt, ſecurusq; populus domini cum Ieſu Iordanis fluenta trãſibit, & poſt uaſtam ſolitudinem, comedet panem qui in Bethlehem noſtro natus eſt uiculo.

F COMMENTARIORVM HIERONYMI in Hieremiam prophetam liber quintus.

a OStendit mihi dñs & ecce duo calathi (ſiue cophini) pleni ficis, poſiti ante templum domini: poſtq; tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam filium Ioakim regem Iuda & prĩcipes eius, & fabrum, & incluſorem de Hieruſalem, & adduxit eos in Babylonem. Calathus unus ficus bonas habebat nimis: ut ſolent ficus eſſe primi temporis: & calathus unus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant eo quod eſſent malæ. Et dixit dominus ad me: Quid tu uides Hieremia? Et dixi: ficus bonas: bonas ualde: & malas, malas ualde, quę comedi non poſſunt, eo quod malæ ſint. Et factum eſt uerbum domini ad me dicẽs. Hæc dicit dominus deus Iſraël: Sicut ficus hæ bonæ, ſic cognoſcam tranſmigrationem Iuda quam emiſi de loco iſto, in terram

Chaldæ

OStendit mihi dominus: & ecce duo calathi, ſiue iuxta Symmachũ cophini &c.)
Duos cophinos ſiue calathos bonorum
& malorum fi-
corum: quidam interpre-
tantur in lege, & in euan
gelio, ſynagoga & eccle-
ſia, Iudæorum populo et
Chriſtianorum, gehen-
na & regno cœlorũ: quo
rum alterum ad ſuppli-
cium pertinet peccatorũ,
alterum ad ſanctorũ ha-
bitaculum. Sed nos ſcien
tes iuxta Apoſtolũ Pau-
Rom. 7. c lum legem bonam & ſan
ctam, & mandatum bo-
num & ſanctum, & unũ
eſſe utriuſque teſtamenti
deum: uel ad eos magis
referamus qui in aduen-
tu domini ſaluatoris cre-
diderunt, & nõ credide-
runt: ut qui à ſcribis & ſa
cerdotibus concitati cla-
Luc. 23. c mauerũt, dicentes: Cruci
fige, crucifige talem, ſint
calathus ficorum malo-
rum: Qui uero poſt aſcẽ
ſionem eius de populo crediderũt: ad bonas ficus:
& ad calathum cophinumq; optimum referantur.
Simplicem autem & ueram ſequamur hiſtoriam,
quod bonorum ficorum calathum dixerit Iecho-
niam: qui ſe Hieremiæ conſilio & imperio dei, tra- H
diderat regi Babylonio: cui & proſpera dominus
pollicetur. Malarum autem Sedechiam: qui con- 4. Reg. 25. b
tradicens ſententiæ dei captus ſit, cæcatusq; oculis
ductus eſt in Babylonẽ:
ibiq; mortuus eſt. Intan-
tum autem deus poſuit
oculos ſuos in bonũ qui
imperio eius acquieue-
rũt: & reduxit illos in ter
ram ſuam, & ædificauit Infra. 42. b
& non deſtruxit, & plan-
tauit & non euulſit, de-
ditq; eis cor ut ſcirent eũ
quod ipſe eſſet dñs, & fie
rent illi in populum, &
ipſe eis eſſet in deum, ut
etiã in captiuitate poſue-
rit oculos ſuos ſup illos:
& exercere terram, ædifi
care domus, plantare po
maria in Babylonia re- Danielis. 5. g
gione permiſerit: Daniel
ſignorum miraculis, de
captiuo ſubito princeps Ibid. 3. c
factus ſit: Et tres pueri
glorioſe de fornacis in-
cẽdio liberati ſint. Et ex-
pletis annis ſeptuaginta
ſub Zorobabel et Ieſu ſa
cerdote magno & Eſdra ac Neemia, plurima pars
reuerſa ſit Hieruſalem: quorum numerus in eiuſdẽ
Eſdræ uolumine continetur. Notandum quoq; 1. Eſdræ. 2.
quod



Chaldæorum in bonum. Et ponam oculos meos ſuper eos in bonũ, & reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos, et nõ deſtruã: & plantabo eos, & non euellam. Et dabo eis cor ut ſciant me quia ego ſum dñs: & erunt mihi in populũ, & ego ero eis in deum, quia reuertentur ad me in toto corde ſuo. Et ſicut ficus peſſimæ quæ comedi non poſſunt, eo quod ſint malæ: hæc dicit dñs: ſic dabo (ſiue tradam) Sedechiam regẽ Iuda & principes eius, & reliquos de Hieruſalem qui remanſerunt in urbe hac, & qui habitant in terra Aegypti. Et dabo eos in uexationem afflictionemq; (ſiue diſperſionem) omnibus regnis terræ in opprobrium, & in parabolam & in prouerbium, & in maledictionem uniuerſis locis, ad quæ eieci eos. Et mittã in eos gladium & famem & peſtem, donec cõſummantur de terra quam dedi eis & patribus eorum.

Cap. XXV.

a VErbũm quod factũ eſt ad Hieremiã de omni populo Iuda (ſiue ſuper omnem populum Iuda) in anno quarto Ioakim filij
b Ioſiæ regis Iuda: Ipſe eſt annũs primus Nabuchodonoſor regis Babylõis (qđ in Lxx. nõ habet. Et ſequit:) Quod locutus eſt Hieremias propheta ad omnẽ populũ Iuda, & ad uniuerſos habitatores Hieruſalẽ, dicens.

A tertio

A quod hæc uiſio, Sedechiæ tẽporibus facta ſit ad ꝓ-
phetam, poſtq; Iechonias ductus eſt in tranſmigra-
tionem. Non enim dixit captiuitatem: quia ſe ultro
tradiderat. Fabros autem & incluſores: uel legis in-
terpretes atq; doctores debemus accipere: uel artifi
ces incluſoresq; auri atq;
gemmarũ, quæ ars apud
Barbaras nationes pre-
cioſiſſima eſt. Pro inclu-
ſoribus Lxx. uinctos in-
terpretati ſunt, ut captiui
tatis ſignificarẽt malum,
& de ſuo addidere, diui-
tes, qđ in Hebraico non
habetur. Cõparat autem
calathũ qui bonas ficus
habebat & bonas nimis
ficis primi tẽporis, quæ
Græce appellant πρώϊμα,
Abrahæ uidelicet, Iſaac,
& Iacob & Moyſi & Aa
ron & Iob: & cæteris ſan
ctis uiris: de quibus unus
de duodecim loquitur ꝓ
Oſee. 9. c phetarum: Sicut uuam in
deſerto inueni Iſraël, & ſi
cut ficus in ficulnea inue
ni patres eorum. Vnde
Ioan. 8. c & nos appellamur filij
B Abraham. Et econtrario
dicitur ad Iudæos: Si pa-
ter ueſter eſſet Abrahã,
faceretis opa eius. Hi aũt
calathi qui bonas habe-
bant & malas ficus, non
erant foris & extra eccle-
ſiam, ſed ante tẽplũ dñi,
eo ꝙ cuncta illius ſciẽtiæ
pateant: nec tãtam habẽt
amaritudinem hæ ficus
quæ foris ſunt, quãtã illæ
quæ poſt cõfeſſionẽ fidei
præuaricatiõe mutatæ ſunt. Nec tãtã ſuauitatẽ bo-
næ ficus, quæ nõ ſunt in cõſpectu templi dei, quales
fuerunt mũdi philoſophi: qui naturali bono & intel
ligentia creatoris, nõ tam uiſi ſunt ſequi q̃ laudare
uirtutes: quantam habẽt ſuauitatem ficus quæ ſunt
in templo dei: quarum fuerunt prophetæ & Apo-
1. Cor. 3. a ſtoli de qbus una ficus loquebatur: Lac uobis dedi
Gal. 4. c non ſolidum cibum. Et: Filioli mei quos iterũ par-
turio donec Chriſtus formetur in uobis. Vnde di-
citur ꝙ in conſpectu templi dei, ficus bonæ fuerint
bonæ ualde, & ficus malæ, fuerint malæ ualde. Ac
ne putemur noſtrũ ſenſum ponere, ipſa ſcriptura ſe
pandit. Sicut, inquit, ficus hæ bonæ: ſic cognoſcam
trãſmigrationẽ Iuda quã emiſi de loco iſto in terrã
Chaldæorũ in bonũ: Iechoniã & principes q cũ eo
capti ſunt ſignificãs. Et ecõtrario de calatho q malas
habebat ficus. Et ſicut ficus, ait, peſſimæ q̃ comedi
non poſſunt, eo ꝙ ſint malæ: Sic dabo Sedechiã re- C
gem Iuda & principes eius, & eos qui in Aegyptũ
transfugerũt, & qui remanſerunt in urbe hac in ue-
xationem, afflictionemq; omnibus regnis terræ, qñ
in Aegypto quoq; capti ſunt, et Nabuchodonoſor Infra. 42. b
poſuit in Taphnis ſoliũ
ſuũ, miſitq; ſuper eos dñs
gladiũ, famẽ & peſtẽ, do-
nec cõſumerentur de ter
ra quã dedi patribus eo-
rũ. Quod aũt dixit de fi-
cis bonis: Dabo eis cor
ut ſciãt me, quia ego ſum
dñs: illi ſimile eſt apoſto-
lico: Deus eſt q operatur Philip. 2. b
in uobis & uelle & perfi-
cere: ꝙ non ſolum opera,
ſed & uolũtas noſtra dei
nitatur auxilio. Delyrat
in hoc loco allegoricus
ſemper interpres: & uim
cupiens hiſtoricæ facere
ueritati de cœleſti Hieru
ſalẽ captos refert atq; trãſ
latos in terrã Chaldæo-
rũ: rurſumq; ad locũ pri-
ſtinũ reuerſuros, ut Hie-
remiã & cæteros ſanctos
ꝓphetas, alios uero qui
peccatores fuerint, in ter
ra hac & in ualle lachry- D
marũ eſſe morituros. To
tam uiſionis huius ſimul
poſui περικοπὴν, ne ſẽſum
in expoſitione diuiderẽ.

Cap. XXV.

VErbum quod factũ
eſt ad Hiere. &c.)
Hæc priora ſunt præteri
ta uiſione: Illa enim ſub
Sedechia facta eſt, poſtq;
Iechonias translatus eſt
Babylonem, hæc aũt ſub Ioakim filio Ioſiæ, & patre
Iechoniæ. Nõ enim curæ erat (ut ante iam dixi) ꝓ-
phetiæ tempora cõſeruare, quæ hiſtoriæ leges deſi
derant: ſed ſcribere utcũq; audientibus atq; lecturis
utile nouerant. Vnde & in pſalterio male qdã iuxta
textũ hiſtoriæ pſalmorũ requirunt ordinẽ, quod in
lyrico carmine nõ obſeruatur. b ¶ Ipſe eſt annus
primus Nabuchodonoſor Regis Babylonis &c.)
Quarto anno regis Ioakim filij Ioſiæ patris Iecho-
niæ, Nabuchodonoſor in Babylone ſuſcepit impe-
rium: atq; ita factũ eſt, ut annus qui primus erat Na
buchodonoſor in Babylone, quartus eſſet in Hie-
ruſalẽ regis Ioakim. Deniq; octauo anno regni ſui. 4. Reg. 24. c
Iechoniã cũ matre & principibus duxit in captiuita
tem: q tribus tantũ poſt interfectionẽ patris Ioakim
regnarat menſibus. Interfectus eſt autem Ioakim
undecimo anno regni ſui in Hieruſalem.

A tertiodeci

a A tertiodecimo anno Ioſiæ filij Amon regis Iuda uſq; ad diẽ hanc, iſte eſt tertius & uiceſimus annus, factum eſt uerbũ dñi ad me, & locutus ſum ad uos, de nocte cõſurgens loquẽs, & nõ audiſtis. b Et miſit dñs ad uos oẽs ſeruos ſuos prophetas, conſurgens diluculo mittẽſq;, & nõ audiſtis. c Neq; inclinaſtis aures ueſtras ut audiretis, cũ dicerẽ: Reuertimini unuſquiſq; à uia ſua mala & à peſſimis cogitationibus uřis: & habitabitis in terra quã dedit dñs uobis & patribus ueſtris à ſeculo d & uſq; in ſeculũ. Et nolitẽ ire poſt deos alienos, ut ſeruiatis eis, adoretiſq; eos, neq; me ad iracundiã prouocetis in operibus manuũ ueſtrarũ, & nõ affligã uos. Et nõ audiſtis me, dicit dñs, ut me ad iracũdiã prouocaretis in operibus manuũ ueſtrarũ in malũ ueſtrum. e Propterea hæc dicit dñs exercituũ: pro eo ꝙ non audiſtis uerba mea ecce ego mittã & aſſumam uniuerſas cognationes aquilonis: ait dñs, & Nabuchodonoſor regem Babylonis f ſeruũ meũ, Et adducam eos ſup terrã iſtã, & ſuper habitatores eius, & ſuper nationes oẽs quæ in circuitu illius ſunt, & interficiã eos: & ponã eos in ſtuporẽ & in ſibilũ & in ſolitudi g nes ſempiternas. Perdamq; ex eis uocẽ gaudij, & uocẽ lætitiæ: uocẽ ſpõſi & uocẽ ſpõſę: uocẽ molæ, & lumẽ lucernæ. Et erit uniuerſa terra

E a ¶A tertiodecimo anno Ioſiæ filij Amon re. &c.) Tertiodecimo anno regis Ioſiæ q regnauit in Hieruſalem annos triginta & uno Hieremias prophetare exorſus eſt, & prophetauit ſub eo annis decem & nouem, cui ſucceſſit in regnũ filius eius Ioachaz. Quo ſtatim ducto in captiuitatem à Nechao rege Aegyptiorum, regnũ (4.Reg.23.g) obtinuit Ioakim frater eius. In cuius regni quarto anno, iſte ad Hieremiã fit ſermo domini; ac per hoc uigeſimuſtertius annus erat Hieremiæ prophetæ, ex quo loq ad populum cœpit, & nunquã prędicare ceſſauit, ſed ſingulis diebus diluculo & de nocte conſurgens, loquebatur ad populũ: Et non, inquit, audiſtis. Sin autem ut noui ex ueteribus hæretici uolunt, lex ſemel in adiutoriũ data eſt, & cõſtituta præcepta quæ noſtri arbitrij uolũ- F tate uel facimus, uel non facimus; quomodo propheta ſe ſemper ingerit, & quotidie replicat mandata dei, quæ utiq; ſemel accepta, ſuffecerãt eis quibus data fuerant: niſi ut hoc oſtẽdat, dei nos ſemper indigere auxilio: & nunq; poſſe ſufficere qđ ſemel datum eſt: niſi quotidie dñi admonitione renouetur? b ¶Et miſit &c.) Non per unũ ꝓphetam ſed per omnes pplm ſuũ deus, ſemper admonuit, & quaſi ipſe ĩ uigilijs atq; excubijs cõſtitutus, ſurrexit diluculo, ut ſuum populum cõmoneret. Et nõ, inquit, audiſtis, ut quanto crebrior admonitio, tanto contemnentium fuerint peccata maiora. c ¶Neq; inclinaſtis aures ueſtras &c.) Tanta fuit duritia populi, ut ne habitũ quidẽ audiẽtis aſſumeret, & inclinaret aurẽ ſuam: præcipue dño cõmonẽte, ut reuerteretur unuſqſq; à uia ſua mala: & à peſſimis cogitationibus ſuis. Et ò infinita clemẽtia, nõ ſuppliciũ inferre pro ſcelere, ſed ad pœnitentiã ꝓuocare, tam malorum operũ, quæ ſignificat uia mala: q; peſſimarũ cogitationum, quæ & ipſæ abſq; opere reputãtur in peccatum. Et promittit præmium, ſi fecerint qđ præceptũ eſt: ut habitẽt in terra quæ data ſit patribus, & propter filiorum uitia ſublata. Quodq; ait: A ſeculo & uſq; in ſeculũ, ſiue ab æterno & uſq; in æternum, oſtẽdit dei dona perpetua, ſi G digni extiterint hi quibus data ſunt. d ¶Et nolite ire poſt deos &c.) Et hæc, inquit, monebã cũ ſupioribus, ne dijs alienis ſeruiretis, & adoraretis eos, & ne iſta faciendo me prouocaretis ad iracundiã propter opera manuum ueſtrarũ, ut facerem quod nolebam, & affligerẽ uos, & nõ audiſtis me: Quodq; ſequitur: Dicit dñs, ut me ad iracũdiam ꝓuocaretis in operibus manuum ueſtrarum in malũ ueſtrũ, in Lxx. non habetur. e ¶Propterea hæc &c.) Quia me ad iracundiam ꝓuocaſtis: & feciſtis malum in interitũ ueſtrũ, & prouocãtem ad pœnitentiam, ſuperbo calcaſtis pede: mittam, inquit, ad uniuerſas cognationes ſiue natiões aquilonis, & adducam principẽ earum Nabuchodonoſor regẽ Babylonis ſeruum meũ. Mittit autẽ dominus uel angelos ut cõcitent gentes: uel certe huiuſmodi H mouet cognatiões, ut faciant domini uolũtatem. Quodq; uocat ſeruũ ſuũ Nabuchodonoſor, non ſic ſeruus uocatur ut ꝓphetæ & omnes ſancti, q uere ſeruiũt dño: ſed quo in euerſiõe Hieruſalem, dñi ſeruiat uolũtati, ſecũdum quod et Apoſtolus loqtur. Quos tradidi ſathanæ, ut diſcãt nõ blaſphemare. (1.Tim.1.d) In aqlonis aũt parte eſſe Chaldæos iuxta ſitũ Hieruſalem nulli dubium eſt. f ¶Et adducam eos ſu. &c.) Iſta ſunt præmia contemptorum, & dei uerba audire nolentiũ. Quicquid igitur mali ſuper nos adducitur, noſtra peccata fecerunt. Omneſq; gentes ut tũc adductæ ſunt cõtra Hieruſalẽ: ſic hodie adducuntur contra eccleſiam negligentẽ, ut interficiat eos, & ponat in ſtuporem, & in ſibilũ, & in ſolitudines ſempiternas ut in exemplo ſint omnium atq; miraculo. Sibilus aũt miraculi & ſtuporis indicium eſt, & ſolitudo ſempiterna in his deprehẽditur, qui præ ſidem non habẽt deũ. g ¶Perdamq; ex eis uocẽ gaudij &c.) Hoc in conciliabulo malignantium & hodie comprobatur: ut magiſtri eorum non doceant uerbum dei, ſed in ſtar colubri ſibilẽt: Peritq; in eis uox gaudij uoxq; lætitiæ, ut nunq; audiant illud Apoſtoli: (Phil.4.a) Gaudete, iterum dico gaudete. Vox quoq; ſponſę, (Ioan.3.d) eccleſiaſticæ fidei, & uox ſponſi, domini ſaluatoris.

Qui



terra eius in ſolitudinem & in ſtuporem. Et a ſeruient omnes gẽtes iſtæ regi Babylonis ſeptuagita annis. Cumq; impleti fuerint anni ſeptuaginta, uiſitabo ſup regẽ Babylonis: & ſuper gentẽ illã, dicit dñs, iniquitates eorũ, & ſuper terrã Chaldæorũ, & ponã illã in ſolitudines ſempiternas. Et adducã ſuper terrã illã omnia uerba mea quę locutus ſum cõtra eã: omne quod ſcriptũ eſt in libro iſto quæcũq; prophetauit Hieremias aduerſum oẽs gẽ- b tes. Quia ſeruierunt eis cũ eſſent gentes multæ, & reges magni, et reddã eis ſecundũ opera eorũ, & ſecũdum facta manuum ſuarum. c Quia ſic ait dñs deus Iſraël ad me: ſume calicem uini furoris (ſiue meri) huius de manu mea: & propinabis de illo cũctis gẽtibus, ad quas ego mittã te, & bibent, & inebriabũtur (ſiue uoment) & inſanient à facie gladij quẽ ego mittam inter eos. Et accepi calicẽ de manu domini, & propinaui cunctis gẽtibus ad d quas miſit me dominus: Hieruſalem & ciuitatibus Iuda, & regibus eius, & principibus eius, ut darem eos in ſolitudinem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in maledictionem, e ſicut eſt dies iſta: Pharaoni regi Aegypti & ſeruis eius, & principibus eius & omni po- f pulo eius, & uniuerſis generaliter: Et cun- g ctis regibus terræ Auſitidis: Et cunctis regibus terræ Philiſtim & Aſcalonis, Gazæ, h Acaronis, & reliquijs Azoti. Idumeæ, & Moab, & filijs Ammon: & cunctis regibus Tyri

A Qui enim habet ſponſam, ſpõſus eſt. Vox molæ ut non cõterantur in ea frumẽta, & populis ueſcenda tribuantur. Et lumen lucernæ; doctrina uidelicet & ſcientia ꝓphetarũ. Deniq; & de Ioanne baptiſta dicitur: Ille erat lucerna lucẽs. (Ibid.5.f) Et alius ꝓpheta: Lucerna, inquit, pedibus meis (Pſal.118.a) uerbũ tuũ dñe: & lux ſemitis meis. Vniuerſa, inquit, terra hęreticorũ erit in ſolitudinẽ & in ſtuporẽ, cũ nouiſſimũ eius inſipiens fuerit demõſtratũ. a ¶Et ſeruient oẽs &c.) Sicut Hieruſalẽ poſt ſeptuaginta annos recipit priſtinos habitatores, & expletis ſupplicijs: quia obediuit ſentẽtiæ dei, felicitate priſtina perfruĩt, ſic rex Babylonis qui elatus eſt in ſuperbiã, et ſuarum arbitratus eſt uiriũ, ꝙ regnauit in gẽtibus & nõ dñi uolũtatis, Medis Perſiſq; ueniẽtibus deſtruẽt. Deniq; uſq; hodie B urbis Babylonis reliquię tm̃ manent. Et poſuit illã dñs in ſolitudinẽ ſempiternã, & impleuit omnia uerba quæ ĩ iſtius ipſius ꝓphetæ uolumine cõtinentur. Nã in cõſequẽtibus quæ mala paſſura ſit Babylon, Hieremiæ ſermo deſcribit. b ¶Quia ſeruie. &c.) Hoc in Lxx. nõ habẽt. Significat autẽ ꝙ nõ ſolũ cõtra Babylonẽ ꝓphetauerit Hieremias, ſed contra cæteras gẽtes quæ in Babylonio fuerãt exercitu, & contra dñi populũ dimicarunt. Deniq; in ſequẽtibus dicitur contra Aegyptũ, & Philiſtim, & Moab, & Ammon, & Idumæã, & Damaſcũ, & Cedar, & regna Azor, & Elã, & ad extremũ cõtra Babylonẽ terramq; Chaldæã. c ¶Quia ſic &c. Sume.) Propinatio calicis et calicis meri, ſiue nõ mixti, quæ Græce dicitur ἀκράτου, dñici furoris indiciũ eſt, ut oẽs gẽtes quæ cõtra dei pplm̃ militarũt: bibãt de calice furoris dñi, de quo ſcribit Eſais contra Hieruſalẽ: (Eſa.51.f) Cyphũ furoris, calicẽ ruinæ ebibiſti & euacuaſti, ꝓpterea cõſurge. Iſte autẽ calix idcirco bibitur à cunctis gẽtibus, ut uomãt & inſaniãt. Qđ quidã prauus interpres in bonã partẽ accipit: ut inſtar catharticæ potiõis qcqd choleræ & pituitæ, & noxij humoris ĩ pectore eſt, foras exire cõpellat, & C reſtituat priſtinã ſanitatẽ. Pro Hieremia quoq; ſaluatorẽ accipit: ꝙ ipſe cũctis gẽtibus ꝓpinarit ad q̃s & miſſus ſit: ut abiecta idololatria, dei ſe cultui dedicarent. Qđ cõtrariũ eſſe ſcripturæ ſanctæ, mõſtrabunt ſequentia. Nõ em̃ ꝓ remedio ut ille uult ſed ꝓ pœna meraco calice ꝓpinatur. d ¶Hierl'm &c.) Putabã, inquit, ꝙ ſolis gẽtibus ꝓpinarẽ, et ideo me huic miniſterio lætus obtulerã, ſed inter cæteras gẽtes, imò ante cæteras, ꝓpinaui Hieruſalẽ, & ciuitatibus Iuda, et regibus eius & principibus, ut darem eos in ſtuporẽ, & in ſolitudinẽ & ĩ ſibilũ, & in maledictionẽ, ſicut & p̃ſenti ꝓbatur exẽplo. Vñ dicit & ſupra Seduxiſti (Supra.20.b) me dñe, & ſeductus ſum, inualuiſti & potuiſti. e ¶Pharaoni regi Aegypti & ſeruis e. &c.) Poſt Hieruſalẽ bibit Pharao rex Aegypti & ſocij eius biberũt principes & uniuerſus populus, cũctuſq; D q nõ qdẽ eſt Aegyptius, ſed in eius regionibus cõmorãt: quos Lxx. uertere συμμίκτους, id eſt, mixticios: uulg⁹ nõ Aegyptiæ regiõis, ſed peregrinũ & aduẽticiũ. f ¶Et cũctis &c.) Quæ Hebraice appellatur עוץ, de qua & Iob fuiſſe narrat hiſtoria: (Iob.1.a) Homo qdã erat in regione Auſitidi, nomĩe Iob. Et tamẽ ſciẽdũ hũc uerſiculũ in Lxx. non haberi: Theodotionemq; ꝓ Hus interpretatũ eſſe ĩſulam. g ¶Et cunctis regibus terræ Philiſtim &c.) Generaliter poſuit Philiſtim, hoc eſt, terrã Palæſtinorum, & ſpecialiter urbes eorum Aſcalonẽ Gazam, Acaron, Azotum, ſolã tacuit Geth: quæ cõtinetur in reliquijs. Hoc eſt em̃ qđ ſcriptũ eſt: Et reliquijs Azoti: uicina em̃ atq; cõfinis eſt Azoto, quæ Hebraice dicit אַשְׁדּוֹד, regio urbis Geth. Palæſtinos aũt à Babylonijs captos atq; uaſtatos, ſcribit Eſaias. h ¶Idumææ & Moab, & filij Ammon & cunctis reg. &c.) Idumæa ĩ qua ſunt mõtes Seir, & quæ Hebraice appellatur אֱדוֹם, Moab, & Amon: ipſi ſunt filij Lot, proximi maris mortui. Tyrus & Sidon in Phœnicis littore prĩcipes ciuitates, q̃ & ipſæ Babylonioueniẽte ſupatæ ſũt, quarũ Carthago colonia.

Vnde

E Vnde & Pœni ſermone corrupto quaſi Phœni ap
pellãtur: quorũ lingua, Hebrææ linguæ magna ex
parte confinis eſt. a ¶Et regibus inſularum &c.)
Trans Cyprũ & Rhodũ & inſulas, quæ appellãtur
κύκλαδες. Et hæ enim à Babylonijs occupatæ ſunt.
b ¶Et Dedã & Themã
&c.) Hæ gẽtes in ſolitu-
dine ſũt uicinæ & mixtæ
regionibus Iſmaëlitarũ,
quos nũc Sarracenos uo
cãt; & de quibus dicitur:
ꝗ attonſi ſunt in comam.
c ¶Et cũctis regibus A-
rabiæ. Hoc in Lxx. non
habeẽ. Poſt Dedan igiẽ
& Themã, & Buz, & Iſ-
maëlitas, regionũ ordinẽ
ſequitur. d ¶Et cũctis
regi. &c.) Hoc quoq; in
Lxx. nõ habetur. e ¶Et
cũctis regibus Elam cun
ctisq; regibus Medorũ
&c.) Ex eo ꝙ Zamri ſe-
quitur Elã, regesq; Me-
dorũ: arbitramur et Zãri
regionẽ eſſe Perſidis, niſi

a Tyri, & uniuerſis regibus Sidonis. Et regi-
bus inſularum quæ ſunt trans mare. Et De-
b dan & Theman, & Buz & uniuerſis qui at-
c tonſi ſunt in comã. Et cunctis regibus Ara-
biæ; & cunctis regibus occidentis qui habi-
d tant in deſerto: Et cunctis regibus Zamri:
e Et cunctis regibus Elam, cunctisq; regibus
f Medorum. Et cunctis regibus aquilonis de
g prope & de longe. Vnicuique contra fra-
trem ſuum, & omnibus regnis terræ, quæ
h ſuper faciem eius ſunt. Et rex Seſach bibet
i poſt eos. Et dices ad eos: hæc dicit domi-
nus exercituũ deus Iſraël; Bibite & inebria-
mini, & uomite & cadite, & nolite cõſurgere
k à facie gladij, que ego mittã in uos. Cumq;
nolue

F forte ex eo ꝙ præceſſit Arabia: & hi reges ſolitudi-
nis accipiẽdi ſunt. Elam aũt regio Perſidis trãs Ba-
bylonẽ. Vnde & Elamitæ. Medi quoq; atq; Perſæ,
à quibus capta & deſtructa eſt Babylon. Et ipſi ẽm
meracum calicẽ Alexãdro rege Macedonum ppi-
nante potarunt. f ¶Et cũctis &c.) Quia Perſidis
& Babylonis, Elam atq; Medorũ enumerauerat re
giones: nunc generaliter ponit omnes reges aquilo
nis, qui ppe ſunt & qui lõge. Pro aquilone, qui He
braice dicitur צפון Lxx. uertere ἀφηλιώτην: quẽ nos
ſubſolanũ poſſumus dicere. g ¶Vnicuiq; contra
&c.) Ne cũctas oriẽtalis prouinciæ regiones enu-
merare per partes lõgũ fieret: generaliter poſuit oĩa
regna terræ quæ memorantur in terra. Quod autẽ
dixit cõtra fratrẽ ſuũ, ſubaudiẽ: dedi meracã potio-
nẽ: ut oẽs furerẽt, uomerẽt, inſanirẽt, & mutuis in-
ter ſe pl̃ijs dimicarent. Quodq; intulit. h ¶Et rex
Seſach &c.) Et in Lxx. nõ habeẽ: hũc habet ſenſum.
Oẽs, inquit, in circuitu nationes Babylonio ĩperio
ſubiacebunt, & cuncta ſuæ ſubijciet poteſtati, ita ut
uniuerſæ quas pteritus ſermo narrauit gentes, ipſi
ſeruiãt & bibãt de calice eius. Vñ & in uiſione cõtra
Babylonẽ ſcribitur: Calix aureus Babylõ, inebriãs
Infra.51.a oẽm terrã. Nouiſſimus aũt rex Babylõis bibet hãc
potionẽ, propinante ſibi aſcenſore bigæ, cameli, &
aſini Cyro rege Medorũ, atq; Perſarũ. Quomõ aũt
Babylon q̃ Hebraice diciẽ בבל, intelligatur ששך:
nõ magnopere laborabit, ꝗ Hebrææ linguæ paruã
ſaltẽ habuerit ſcientiã. Sicut apud nos Græcum al-
phabetũ uſq; ad nouiſſimã literã per ordinẽ legitur
hoc eſt αβ. & cætera uſq; ad ω, rurſumq; ppter me-
moriã paruulorum ſolemus lectionis ordinem uer
tere, & primis extrema miſcere, ut dicamus αωβψ;

ſic & apud Hebræos primũ eſt א, ſecũdũ ב tertiũ ג G
uſq; ad uigeſimãſecũdã, & extremã literã ת, cui pe-
nultima eſt ש. Legimus itaq; אתבש: Cũq; uene-
rimus ad mediũ, ל literæ occurrit כ: & ut ſi recte le-
gatur, legimus Babel: ita ordine cõmutato, legimus 2.Theſ.2.b
Seſach. Vocales aũt lite-
ræ * inter ב & ב, ל & כ iu *Ita conſtã- ter habebant oẽs codices forſan legen dum inter ל et ב et כ ך et ש et ש
xta idioma linguæ He-
b. in hoc nomine nõ
ponũẽ. Arbitrorq; à ſctõ
ppheta prudenter fuiſſe
cælatũ, ne aperte eorũ cõ
tra ſe inſaniã cõmoueret
ꝗ obſidebãt Hieruſalẽ: et
iã iãq; eius potituri erãt.
Qđ & Apoſtolũ contra
imperiũ Romanũ feciſſe
legimꝰ, ſcribẽtẽ de Anti-
chriſto: nõ meminiſtis ꝙ
cũ apud uos eſſem, adhuc
hęc dicebã uobis: Et nũc
quid detineat ſcitis: ut re
ueleẽ ĩ ſuo tpe, ſubaudiẽ
Antichriſtus. Iã ẽm my-
ſteriũ iniqtatis operaẽ: tã
tũ ꝗ tenet modo, teneat
donec de medio fiat, & tũc reuelabitur ille iniquus: H
quẽ dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet
illuminatione aduẽtus ſui. Eũ ꝗ tenet, Romanũ im-
periũ oſtẽdit. Niſi enim hoc deſtructũ fuerit, ſubla-
tũq; de medio: iuxta pphetiã Danielis, Antichriſtꝰ
ante non ueniet. Qꝫ ſi aperte dicere uoluiſſet, ſtulte
pſecutiões aduerſum Chriſtianos, & tũc naſcẽtẽ ec
cleſiæ rabiẽ cõcitaſſet. Lõgius q; cõmẽtariorũ breui
tas patiẽ, de hoc capitulo diximus: ꝙ Græci forſitã
latiniq; faſtidiẽt: ꝗa in ſuis codicibus nõ habeẽ. Sed
quid pderit cũ in cõſequẽtibus hic ipſe ppheta di-
cat: Quomõ capta eſt Seſach, & cõprehẽſa eſt ĩclyta
uniuerſæ terræ? quomõ facta eſt in ſtuporẽ Babylõ
inter gentes? Allegorici interpretes iſtũ omnẽ locũ
Allego. ad cunctas referũt nationes: quas inebriauerit dia-
bolus calice peccatorũ meraciſſimo. Et nouiſſimũ
etiã ipſum bibiturũ ſupplicia atq; cruciatus: de quo
2.Theſ.2.b ſcribit Apoſtolus: Quẽ dñs Ieſus interficiet ſpiritu
1.Cor.15.d oris ſui. Et in alio loco dicit: Nouiſſimus aũt inimi-
cus deſtruetur mors. Qđ magnarũ uirĩũ eſt poſſe
diuerſarũ uocabula nationũ trãsferre ſub etymolo-
gijs ſuis: et ſingula uitia, ſingulis nominibus coapta
re. i ¶Et dices &c.) Poſtq;, inqt, cũctis gẽtibus p-
pinaueris, & impleueris præceptũ dñi, rurſum hæc
uerbis dñi imperabis, & dices: Bibite & inebriami-
ni, & uomite, & cadite, & nolite cõſurgere. Si bibere
& inebriari, uomere, & cadere ſalutis indiciũ eſt, ut
inſtar catharticæ potionis noxia quæq; pellantur:
quomõ ſequiẽ: & nolite cõſurgere? Quæ ſit aũt po-
tio quæ eos cadere faciat in æternũ: ponit manife-
ſtius, id eſt, à facie gladij quẽ ego mittam inter uos.
k ¶Cumq; noluerint accip. &c.) Latẽter oſtendit
præceptũ dei qui uolũtate facere noluerint, ſuſce-
pturos



rint accipere calicem de manu tua ut bi
bant, dices ad eos: Hæc dicit dominus exerci-
tuum; Bibentes bibetis; quia ecce in ciuitate in
qua inuocatũ eſt nomẽ meum, ego incipio af-
fligere; & uos quaſi innocentes immunes eri-
tis? (ſiue, & uos mundicia mundi eritis?) Nõ
a eritis immunes (ſiue non eritis mundi). Gla-
dium enim ego uoco ſuper omnes habitato-
b res terræ, dicit dominus exercituũ. Et tu pro-
phetabis ad eos omnia uerba hæc, & dices ad
illos; Dñs de excelſo rugiet; (ſiue, reſponſum
dabit); & de habitaculo ſancto ſuo dabit uo-
cem ſuam. Rugiens rugiet ſuper decorem ſuũ
(ſiue, reſpõdebit ſuper locum ſuum); celeuma
quaſi calcantiũ concinetur aduerſum omnes
habitatores terræ. Peruenit ſonitus (ſiue, inte-
ritus) uſq; ad extrema (ſiue, ſuper partem) ter-
ræ; quia iudiciũ dño cum gentibus: iudicatur
ipſe cum omni carne; impios tradidit gladio,
c dicit dñs. Hæc dicit dominus exercituũ; Ecce
afflictio (ſiue, malũ) egredietur de gẽte in gen-
tem: & turbo magnus (ſiue, tempeſtas) egre-
dietur à ſummitatibus (ſiue, extremis) terræ.
Et erũt interfecti domini (ſiue, uulnerati à do-
mino) in die illa à ſummo terræ uſq; ad ſum-
mum eius. Nõ plãgẽtur, & nõ colligent, neq;
ſepelientur: in ſterquiliniũ ſuper faciem terræ
d iacebũt. Vlulate (ſiue, iubilate) paſtores; & cla-
mate & aſpergite uos cinere optimates gre-
gis (ſiue, plangite arietes ouium): quia cõpleti
ſunt dies ueſtri ut interficiamini; & diſſipatio-
nes ueſtræ; & cadetis quaſi uaſa precioſa (ſiue,
quaſi arietes electi). Et peribit fuga à paſtori-
bus: & ſaluatio ab optimatibus (ſiue, arieti-
bus)

A pturos neceſſitate, & audituros: Bibentes bibetis.
Velitis, inquit, nolitis, dei ſententia cõplenda eſt. Si
enim ciuitas Hieruſalẽ, in qua notũ fuit nomẽ dei,
Pſal.75.a dicente ppheta: Notus in Iudæa deus: in Iſraël no-
mẽ magnũ eius: bibit meracũ calicẽ furoris: quãto
magis uos nõ eritis mũ-
di, ꝗ pro dei nomine ido
la colitis? a ¶Gladium
enim ego uoco &c.) Iſta
eſt potio meraciſſima:
iſte calix furoris dñi qui
nõ ſup ſolã Hieruſalem,
ſed ſuper omnẽ uocatur
terrã: & cũctas in circui
tu natiões. De quo ſupra
dixerat: Et mittã ad Na-
buchodonoſor regẽ Ba
bylonis, ſeruũ meum: &
adducã eũ ſup terrã iſtã,
& ſup habitatores eius,
& ſuper omnes natiões
q̃ in circuitu illius ſunt.
b ¶Et tu prophe. &c.)
Primũ dicamus, ut ſe in-
terpretatiõis ueritas ha-
bet. Cunctis, inquit, gen
tibus prophetabis, & di-
ces: ꝙ dñs de excelſo ru-
giat, hoc eſt, det ſui furo
B ris indicium: iuxta illud
Amos.3.b quod ſcriptũ eſt: Leo ru
giet, & qs non timebit?
Dñs loquutus eſt, & qs
nõ pphetabit? Et de ha-
bitaculo ſancto ſuo da-
bit uocem ſuã ut cũctos
terreat audiẽtes. Rugiet
aũt ſup decorẽ ſuũ, hoc
eſt, ſuper tẽplũ. Cũq; ille
rugierit, inſtar calcantiũ
in torcularibus celeuma
cãtabiẽ: & in effuſiõe ſan
guinis mutui, carmẽ lu-
gubre cõcineẽ: qđ Sym-
machus, κατάληγμα, Aqui
la ἰασμὸν uocat. Cuius ce
leumatis & carminis ſo-
nitus uſq; ad terræ extre
ma perueniet: quia iudi-
Oſee.4.a ciũ dñi cũ gẽtibus. Si aũt
iudiciũ dñi cum gẽtibus eſt, ſunt & gentium meri-
ta diuerſa. Ad exponendũ illũ locũ, ut quidam uo-
Ioan.3.c lunt: Qui nõ credit, iam iudicatus eſt. Iudicatus q-
dem eſt in eo ꝙ nõ credidit: ſed ipſi qui nõ credunt
inter ſe, diuerſis afficienẽ ſupplicijs. Iudicaẽ ipſe cũ
omni carne, ut nullus iniudicatus abeat. Impios au
tem, hoc eſt, qui dño nõ credunt, tradit gladio ſem-
Allegor. piterno. Allegorici interpretes iuxta Lxx. hunc lo
cum ſic ediſſerunt: ut ad bonã partẽ referant, aper-

tam dñi cõminationẽ. Dñs, inquiũt, de excelſo re- C
ſpõſum dabit, his uidelicet quos ſaluaturus eſt. Et
de loco ſancto ſuo dabit uocẽ ſuã: reſpõdebitq; ſer-
monẽ in loco ſuo. Illi aũt quaſi uindemiãtes pleni
fructibus, illius ſentẽtiæ reſpõdebũt: Sup oẽs habi
tatores terræ ueniet in-
teritus, nõ ſup uniuerſã
terrã, ſed ſup partẽ ter-
ræ, eorũ uidelicet qui nõ
credũt. Iudiciũ enim erit
in gẽtibus: & ipſe iudica
biẽ cum omni carne. Im
pij aũt tradẽtur gladio.
c ¶Hæc dicit dñs exer-
cituũ &c.) Erubeſcant ꝗ
uim ſcripturæ ſanctæ fa
cere conãtur: in bonam
partẽ ea quæ cõminatio
nis plena ſũt, diſſerẽtes.
De hoc aũt loco puto di
xiſſe & dñm: Conſurget Luc.21.b
gẽs aduerſus gẽtẽ, & re-
gnũ cõtra regnũ: & cæte
ra quæ in ipſius euãgelij
ſentẽtia cõtinenẽ. Intelli
gamus aũt hæc facta iu-
xta hiſtoriam, qñ à rege
Babylonio cũctæ natio-
nes in circuitu ſubiuga-
tæ ſunt: & imperiũ eius D
ſenſere crudele. Vel iu-
xta pphetiã lõgo poſt tẽ
pore in conſummatione
mũdi futura. Dicũturq;
interfecti à dño: non ꝙ
dñs ipſe pcutiat, ſed quo
in interitu peſſimorũ uo
luntas & imperiũ dñi cõ
pleaẽ. d ¶Vlulate ſiue
iubilate &c.) Notãdũ ꝙ
in hoc tãtũ loco Lxx. iu
bilũ, in malã partẽ poſue
runt: pro quo alij inter-
pretes, ululatũ (ut in He
bræo ſcriptũ eſt) tranſtu
lere. Inter paſtores & arie
tes ſiue optimates gre-
gis iſta diſtãtia eſt: ꝙ pa-
ſtores rationalium ſunt:
arietes aũt & optimates
referunẽ ad diuites, ꝗ & ipſi pars gregis appellanẽ.
Quodq; infert: Cõpleti ſunt dies ueſtri, ut interfi-
ciamini. Tũc cõplebunẽ dies eorũ, qñ fuerint pec-
cata cõpleta: & diſpergenẽ & cadẽt, ſicut uaſa pre-
cioſa: ut cõfracta nõ ualeãt inſtaurari: & quãto ante
fuere precioſa, tãto maius eorum in cõfractione ſit
dãnũ: ſiue quaſi arietes electi, ut pinguis hoſtia ſit
deuorare cupiẽtium. Peribit, inquit, fuga à paſtori
bus, quãdo nõ egerint pœnitentiã. Deniq; diciẽ ad
L pharifæos

E phariſæos: Genimina uiperarũ, quis oſtẽdit uobis Pſal.141.b fugere à uentura ira? Et in pſalmis legimus: Perijt fuga à me. Et ſaluatio, inquit, ab optimatibus gregis ſiue arietibus: ἀπὸ κοινοῦ, ſubauditur, peribit.

a ¶Vox clamoris &c.) Et hic notandum ꝙ apud Lxx. iubilũ pro ululatu poſitũ ſit. Inter paſtores aũt & arietes, iſta diuerſitas eſt: ꝙ paſtores putentur in eccl'ia qui pręſunt gregi cũ ſapientia & eruditione atque doctrina. Arietes uero ꝗ prĩcipes quidem uident in ppl'o, ſed nihil habent in ſe doctrinæ atq; ſapientiæ: & per nimiã ſimplicitatem propemodũ ſtulticiæ uicini ſunt. Quãdo aũt habuerimus pacẽ, & nõ intellexerimus, uel bona, uel ſpecioſa pacis: ſed luxurię nos & ocio & uoluptatibus dederimus, tũc cõquieſcent ſiue conticeſcent bona pacis: & auferenť à nobis ꝓpter iram furoris dñi: & implebiť 1.Theſſ.5.a illud qđ ſcriptũ eſt: Cũ dixerint, pax & ſecuritas F tũc repẽtinus eis ſuperueniet interitus, quo ueniẽte, omnia cõticeſcẽt.

b ¶Dereliquit &c.) Dominus de quo ſupra dixerat: de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit uocem ſuã. Rugiẽs rugiet ſup decorẽ ſuũ, ipſe derelinquet tabernaculũ Pſal.75.a ſuũ: de quo ſcriptũ eſt: Factus eſt in pace, ſiue in Salem locus eius, & habitatio eius in Sion. Ipſe relinquet ſedẽ ſuã: & cõplebit qđ per eũdẽ hũc ꝓphetã Supra.12.b locutus eſt: Dimiſi domũ meã, dereliqui hęreditatẽ meã. Reliquit aũt quaſi leo cubile ſuũ, ut oẽs beſtię, uaſtãdi terrã eius habeãt poteſtatẽ. Leone em̃ cuſtode & præſide, nullus ad eandẽ audet accedere. Facta, eſt, inquit, terra eorũ, haud dubiũ quin uel ppl'i Iudæorũ, uel certe uniuerſarũ gẽtiũ in deſolationẽ, & in inuiũ à facie iræ colũbæ. Nõ mirabiť colũbã dñi intelligi Nabuchodonoſor, qui ſupra eũ uocari ſeruũ dñi legerit. Pro quo Lxx. trãſtulerunt, gladiũ magnũ. Licet colũbã & in perſona Hieruſalem poſſimus accipere: quod iraſcať & triſtis ſit ſe leonis ſui perdidiſſe cuſtodiã, & terram ſuam ueniſſe in deſolationem.

Cap. XXVI.

IN principio regis &c.) Hæc prophetia ſuperior eſt priore: licet ſub eodẽ rege ſit facta. Illa enim facta eſt in anno quarto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda: hæc aũt in principio eiuſdem regis, ſcriptura dicente: In principio regis Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt uerbũ iſtud à dño. Nõ igitur (ut ſæpe iam diximus) in prophetis hiſtoriæ ordo texendus G eſt: cũ in præſentiarũ ſub eodẽ rege priora poſtea, & poſteriora ante dicanť. Qui aũt uerbũ dicturus Deut.5.d eſt dñi, debet ſtare cum Moyſe, & audire cũ pſalmiſta: Qui ſtatis in domo dñi, in atrijs domus dei no- Pſal.134.a ſtri. Et pręcipiť illi ut loquať ad oẽs ciuitates Iuda: licet ciuitates Lxx. nõ trãſtulerint: ne indecorum forte uidereť, in atrio domus dñi loqui ad urbes quæ corãm nõ erant: ſed qñ ad ppl'm, & ad ciues loquiť, ipſis ciuitatibus loqť. Pulchre aũt ſtat in atrio atq; ueſtibulo templi domini: ut per occaſionẽ orationis domini, & adorãdi eum ſermones ꝓphetæ audire cogãtur. Noli, inquit, ſubtrahere uerbum: licet triſte ſit, licet aduerſum te audientium rabies cõcitetur, tamen dicito qđ tibi imperatũ eſt: nõ formidãs perſecutiones eorum qui aduerſum te cõcitandi ſunt, ſed domini iubentis imperiũ. Forſitan, inquit, audiãt & cõ- H uertantur. Verbũ ambiguum, for ſitan, maieſtati domini nõ poteſt conuenire, ſed noſtro loquitur affectu: ut liberũ homini ſeruetur arbitriũ: ne ex præſciẽtia eius, quaſi neceſſitate uel facere quid uel non facere cogať. Non em̃ ex eo quod deus ſcit futurũ aliquid, idcirco futurũ eſt: ſed quia futurũ eſt, deus nouit: quaſi præſcius futurorũ. Et tamẽ ſciendũ iuxta hũc eundem Hieremiã: & ſi mala prædixerit dñs, & egerit ppl's pœnitentiã, qđ & ipſe acturus ſit pœnitẽtiã ſuper his quæ facere cõminatus eſt. Et ſi ꝓſpera pollicitus fuerit: & egerit ppl's negligẽter, mutet deus ſententiã: & pro bonis mala inferat. Tale quid & illud in euangelio eſt: Mittã filiũ meũ, forſitan uerebunť Luc.20.b eum. Quod utiq; ex perſona dei omnipotẽtis dicitur. Deniq; & in præſenti ait: Si forte audiãt & cõuertanť unuſquiſq; à uia ſua mala: ut cũ illi cõuerſi fuerint, & meæ ſentẽtiæ me pœniteat: & non faciã quod eis facere cogito. Cogito autẽ facere propter malicias ſtudiorũ illorum: quæ ſi fuerint immutatæ, & mea ſententia cõmutabiť. Legamus hiſtoriã Ionæ & Niniue. d ¶Et dices ad eos &c.) In noſtra ergo poſitũ eſt poteſtate, uel facere qđ uel non facere: ita duntaxat ut quicqđ boni opis uolumus, appetimus, explemus, ad dei gratiã referamus: qui iuxta Apl'm dedit nobis & uelle & perficere. Sin- Phil.2.b aũt ſufficit ſemel ambulare in lege quæ nobis data eſt per

a bus) gregis. Vox clamoris paſtorum, & ululatus optimatũ gregis (ſiue iubilum arietum): quia uaſtauit dominus paſcua eorũ. Et conticuerunt arua (ſiue ſpecioſa) pacis à facie iræ furoris domini. b Dereliquit quaſi oleo umbraculum (ſiue cubile) ſuum. (Et ut uerius eſt, tabernaculum: hoc enim סֻכּוֹ Hebraicũ ſonat). Quia facta eſt terra eorũ in deſolationem (uel inuia) à facie iræ colũbæ (ſiue à facie gladij magni) & à facie furoris domini. Cap. XXVI.

c IN principio regis Ioakim, filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt uerbum iſtud à domino dicens: Hæc dicit dñs: Sta in atrio domus dñi, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus ueniunt ut adorent in domo dñi uniuerſos ſermones, quos ego mãdaui tibi ut loquaris ad eos: Noli ſubtrahere uerbũ, ſi forte audiant: & conuertantur unuſquiſque à uia ſua mala: & pœniteat me mali (ſiue quieſcam à malo): quod cogito facere eis ꝓpter malicias d ſtudiorũ eorum. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus



A eſt per Moyſen, ut ſtulta hæreſis ſuſpicať: quomodo addidit: Vt audiatis ſermones ſeruorũ meorum ꝓphetarũ? Qui utiq; poſt legẽ miſſi ſunt: & nõ ſemel, ſed frequẽter: nec ocioſe & à ſecuro, ſed ſemp & à ſolicito. Miſi, inquit, ad uos ſeruos meos prophetas quotidie, & de nocte cõſurgẽs: quos ſi audire nolueritis, dabo domum iſtã, hoc eſt, tẽplũ dei: ſicut Silo, ubi fuit tabernaculũ. Cumq; tẽplũ deſtructũ fuerit, cõſeqñter & ciuitas erit in maledictionẽ cũctis gentibus terræ. Sicut aũt extructo tẽplo in area Ornæ, & in monte Moria, hoc eſt, uiſionis: in quo 2.Para.3.a Abrahã filiũ ſuum Iſaac obtuliſſe narrať, ceſſauit religio Silo: nec poſtea ibi ſunt celebrata ſacrificia: ſic extructa eccl'ia & ſpũalibus in ea uictimis immolatis, ceſſauerũt legis ceremonię: & data eſt urbs Iudæorũ in maledi- B ctionẽ cunctis gentibus terræ: de qua nos dñs li- Gal.3.b berauit, dicẽte apoſtolo: Chriſtus redemit nos de maledictiõe legis, factus pro nobis maledictio.

a ¶Et audierũt ſacerdotes &c.) Sacerdotes & prophetæ, quos pſeudoprophetas manifeſtius Lxx. trãſtulerũt, iraſcuntur Hieremiæ qđ uera prædicat: & ſubuerſo tẽplo & ciuitate deſerta, ſit peritura religio, & lucra ex religione ueniẽtia: idcirco apprehẽdũt eum: & conſentiẽte ſibi ppl'o, morti deſtinãt: quare dixerit in noĩe dñi, ſicut Silo erit domus hæc: & urbs deſolabiť, eo ꝙ nõ ſit habitator. Si quãdo igiť ꝓpter mãdata dñi, & fidei ueritatẽ, uel ſacerdotes nobis uel pſeudoprophetæ, uel deceptus populus iraſciť, nõ magnopere curemus: ſed exequamur ſententiam dei, nequaq; præſentia mala, ſed futura bona animo cogitantes. b ¶Et congregatus eſt omnis &c.) Hieremias in templo uerba dñi prophetabat, & dixerat: domum iſtam, ſicut Silo, & urbem hãc in maledictionẽ dabo cunctis gentibus terræ; ſtatimq; à ſacerdotibus & prophetis & populo, ſeditione cõmota, omne uulgus aduerſus ꝓphetã cõgregať in templũ ubi erat propheta: & ſacerdotũ ac ꝓphetarũ uulgiq; manibus tenebať. Quod cũ audiſſent principes ciuitatis, qui C in domo regia uerſabanť, tranſierũt ſiue aſcẽderũt de domo regis in domũ dñi. Notandumq; ꝙ ire ad domũ dñi, ſemper aſcẽſus ſit. Sederũtq; in introitu portæ dñi nouæ. Principũ enim erat officiũ ſedere in porta domus dñi: & ibi negocij & ſeditionis cognoſcere ueritatẽ. Noua aũt porta diciť: qa qui ſedebant in ea & iudicio præerant, ſacerdotum & pſeudoprophetarũ calũniæ reſiſtebãt. c ¶Et loquuti ſũt ſacer. &c.) Sedẽtibus urbis principibus in porta tẽpli & in porta noua: qui de regis palatio ad tẽplũ cucurrerãt, ut ſeditio ppl'i ſedareť: & cõcione ppl'i congregata, accuſant ſacerdotes & pſeudoprophetæ Hieremiã: perieratq; ꝓpheta, quãtũ fuit in ſacerdotibus & ꝓphetis, ſi accuſatores ipſi habuiſſent iudicij poteſtatẽ. Ex quo intelligimus crudeliores fuiſſe in ꝓphetã ꝑ inuidiã ſanctitatis ꝗ religiõe uidebanť dediti, ꝗ̃ D qui neceſſitatibus publicis præerãt. d ¶Et ait Hieremias ad oẽs &c.) Cũ præſente ppl'o ſederẽt ĩ porta ciuitatis principes, & accuſarẽt ſacerdotes & ꝓphetæ Hieremiã prophetã, & mortis crimẽ intẽderẽt: Hieremias ad principes loquitur, & ad uniuerſum populũ quos ſacerdotũ & pſeudoprophetarum factio cõcitauerat, prudenter pariter & humiliter, atq; cõſtanter. Prudenter, quod à domino miſſum eſſe ſe diceret: ut cõtra templum & ciuitatem loquereť, daretq; conſiliũ: quod ſi eius uellent audire conſilium, & agere pœnitentiam, dominus quoq; ſuam ſententiam cõmutaret. Humiliter autem in eo quod ait: Ecce in manibus ueſtris ſum: facite mihi, ut bonum & rectum eſt in oculis ueſtris. Porrò cõſtanter: In ueritate miſit me dñs ad uos, ut loquerer in auribus ueſtris omnia uerba hæc. Alijsq; ſermonibus loquiť: Si iraſcimini quod contra templũ & urbẽ domini ſim loquutus: & curæ uobis eſt ſalus urbis & templi: cur augetis peccata peccatis: & ſanguinis mei tam urbem quàm habitatores eius reos facitis? Si quando igitur

minus: Si non audieritis me, & ambuletis in lege mea quam dedi uobis: ut audiatis ſermones ſeruorum meorum prophetarum: quos ego miſi ad uos de nocte conſurgens & dirigens, & non audiſtis: dabo domum iſtam ſicut Silo: & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. a Et audierunt ſacerdotes & ꝓphetæ (ſiue pſeudoprophetæ), & omnis populus Hieremiam loquẽtem uerba hæc in domo domini. Cumq; compleſſet Hieremias loquens omnia quæ præceperat ei dominus ut loqueretur ad uniuerſum populum: apprehẽderũt eum ſacerdotes & prophetæ (ſiue pſeudoprophetæ): & omnis populus, dicẽs: Morte moriatur: quia prophetauit in nomine domini, dicẽs: Sicut Silo erit domus hęc: & urbs iſta deſolabitur, eo quod nõ b ſit habitator. Et congregatus eſt omnis populus aduerſus Hieremiã in domum domini: & audierunt principes Iuda uerba hæc: & aſcenderũt de domo regis in domum dñi: & ſede- c runt in introitu portæ domini nouæ. Et loquuti ſunt ſacerdotes & prophetæ ad principes & ad omnẽ populũ dicẽtes: Iudiciũ mortis eſt uiro huic: quia prophetauit aduerſus ci- d uitatẽ iſtã, ſicut audiſtis auribus ueſtris. Et ait Hieremias ad omnes principes & ad uniuerſum populũ, dicẽs: Dñs miſit me ut ꝓphetarem ad domũ (ſiue ſup domũ) iſtã: & ad ciuitatem (ſiue ſup ciuitatẽ) hanc omnia uerba quæ audiſtis

E tur & nobis pro neceſſitatis anguſtijs, humilitate opus eſt: ſic eam aſſumamus, ne ueritatẽ & conſtantiã deſeramus. Aliud eſt enĩ ſuperbe cõtumeliam facere iudicãti qđ ſignũ ſtulticię eſt. Aliud ſic impendẽs uitare diſcrimẽ, ut de ueritate nihil ſubtrahas. a ¶Et dixerũt principes &c.) Populus qui prius à ſacerdotibus & pſeudoprophetis fuerat ſupplantatus, iungiẗ principibus ciuitatis: & pro Hieremia loquiẗ, ꝙ nequaq̃ reus mortis ſit: ſed in nomine dñi & ex ore illius ꝓphetarit. Cito enĩ uulgus indoctum accepta ratiõe mutat ſententiã. Dolor aũt accuſantiũ, præcipue ſacerdotũ & pſeudoprophetarum nõ poteſt immutari. Et ideo illis accuſantibus & in accuſatione perſeuerãtibus, populus cõmutatur: qđ ſpem eis dederat
F indulgẽtiæ dñs, ſi bonas facerẽt uias ſuas, & audirẽt uocẽ dñi dei ſui: ut & dñs ſuã ſententiã flecteret. b ¶Surrexeruntq; uiri de ſenioribus &c.) Principes ciuitatis & populus intelligunt iudicij ueritatem. Senes aũt quorũ ꝓprie erat noſſe uetera, replicãt hiſtoriã: & prophetiam Micheæ de Moraſthi, qui ꝓphetauit ſub rege Ezechia, cõparãt prophetiæ Hieremię, pro qua ei mortis diſcrimen intendiẗ: oſtẽduntq; illum dixiſſe grauiora: & tamẽ à iuſto rege Ezechia nihil eſſe perpeſſum: ſed cõuerſos ad pœnitentiã, dñi in bonã partẽ uertiſſe ſentẽtiam.
Michea. 3. d Micheas enĩ dixit: Sion quaſi ager arabitur: & Hieruſalẽ in aceruũ lapidum erit: & mõs domus in excelſa ſyluarũ. Porrò
Supra. 24. d Hieremias: Dabo, inqt, domũ iſtam ſicut Silo: & urbem hãc dabo in maledictionẽ cunctis gẽtibus terræ. Dantq; conſiliũ, G putãtes nequaq̃ futurũ, quod Micheas prædixerat: quia multo tempore nõ ſit factũ ꝓpter populi pœnitentiam. Et hoc quoq; qđ Hieremias loquutus eſt, nequaq̃ fore, ſi iuxta cõſiliũ eius bonas faciãt uias ſuas, & ſtudia ſua: & audiãt uocem dñi dei ſui, ut dominus non inferat malũ qđ eis fuerat comminatus. Simulq; frãgũt accuſatorũ rabiem: & ſe miſcẽt cum eis: dicentes: Itaq; nos facimus malũ grande contra animas noſtras: non quo facere debeant, ſed quia ſi fecerint, nequaq̃ noceãt accuſato, ſed animabus ſuis, quas mutatione ſentẽtiæ potuerint liberare. c ¶Fuit quoque uir ꝓphetãs in noĩe dñi Vrias, filius Semei de Cariat &c.) Quodq; ſequiẗ: Et miſit rex Ioakim uiros in Aegyptũ, H Elnathan filiũ Achabor, & uiros cũ eo in Aegyptum. In Lxx. nõ habeẗ. Quæriẗ cur cũ Vrias filius Semei de oppido Cariathiarim, eadem quæ Hieremias ꝓphetarit timore ꝑterritus, fugerit in Aegyptũ: & inde retractus, occiſus ſit. Hieremias potuerit euadere: q certe nõ fugerat, ſed audacter in priori ſentẽtia perſeuerãs, liberatus ſit tã uulgi principũq; iudicio ꝙ̃ cõſilio ſeniorũ aduerſũ accuſatores, ſacerdotes, & pſeudoprophetas. Ad qđ breuiter reſpondendũ: nequaq̃ dei ſciri poſſe iudiciũ, dum eadẽ cauſa, eademq; ſententia alius punitur, & alius liberaẗ. Niſi forte hoc reſpondere poſſumus, quod Vrias in condẽnationẽ accuſatorũ & ppl̃i trucidatus ſit: Hieremias autẽ reſeruatus iudicio dei, ut reliquijs infelicis

audiſtis. Nunc ergo bonas facite uias ueſtras & ſtudia ueſtra: & audite uocem domini dei ueſtri: & pœnitebit dominum mali quod loquutus eſt aduerſum uos: (ſiue, & quieſcet dominus à malis quæ loquutus eſt contra uos.) Ego autem ecce in manibus ueſtris ſum: facite mihi ut bonum & rectum eſt in oculis ueſtris (ſiue, ut expedit uobis). Verumtamen ſcitote & cognoſcite, quod ſi occideretis me, ſanguinem innocentem tradetis cõtra uoſmetipſos: & contra ciuitatem iſtam & habitatores eius. In ueritate enim miſit me dominus ad uos, ut loquerer in auribus ueſtris omnia uerba hæc.
a Et dixẽrunt principes & omnis populus ad ſacerdotes & prophetas: Non eſt uiro huic iudiciũ mortis: quia in nomine domini dei no-
b ſtri loquutus eſt ad nos. Sũrrexerũtq; uiri de ſenioribus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum populi loquentes: Micheas de Moraſthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda: & ait ad omnem populum Iudæ, dicẽs: Hæc dicit dominus exercituum: Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem in aceruum lapidum erit: & mons domus in excelſa ſyluarũ. Nunquid morte cõdemnauit eum Ezechias rex Iudæ, & omnis Iuda? Nunquid non timuerunt dominum, & deprecati ſunt faciem domini? Et pœnituit dominum mali, quod loquutus fuerat aduerſum eos. Itaq; nos facimus malũ
c grande cõtra animas noſtras. Fũit quoq; uir prophetans in nomine domini Vrias, filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam, & aduerſum terram hãc, iuxta uniuerſa uerba Hieremiæ. Et audiuit rex Ioakim & omnes potentes & principes eius uerba hæc: & quæſiuit rex interficere eũ: & audiuit Vrias, & timuit, fugitq; & ingreſſus eſt Aegyptum. Et miſit rex Ioakim uiros in Aegyptũ: Elnathan filiũ Achabor, & uiros cũ eo in Aegyptũ. Et eduxerũt Vriã de Aegypto, & adduxerunt eum ad regem Ioakim, & percuſſit eũ gladio: & proiecit cadauer eius in ſepulchris uulgi ignobilis. Verũtamẽ manus Ahikã filij Saphan erat cum Hieremia, ut nõ tradereẗ in manus populi, & interficerẽt eum.
In princi



A infelicis populi prædicaret: & eos retraheret ad pœ-
Act. 12. a nitudinẽ. Quod quidem & in apoſtolorũ Actibus legimus, Iacobum apoſtolũ ſtatim Herodis pertuliſſe ſententiam: & martyrio coronatum: beatũ autem Petrum & cæteros apoſtolos, doctrinæ domini reſeruatos. Et animaduertenda conſtantia ꝓphetalis, ꝙ ne de Aegypto quidem retractus Vrias mutauerit ſententiam: ſed uidẽs ſibi intentari mortẽ, nihilominus ſit locutus quæ præceperat dñs. Quodq; timuit & fugit & ingreſſus eſt Aegyptum: non infidelitatis, ſed prudentiæ indiciũ eſt: ne fruſtra nos offeramus periculis. Alioquin & dominũ ſaluatorem de manibus perſe-
Luc. 4. e quẽtiũ lapſum legimus:
Ioan. 8. g & præcipientem apoſto-
Matth. 7. c lis: Cum uos perſequuti fuerint in hac ciuitate, fugite ad aliam. Quæritur quoq; quomodo Ioakim rex Iuda parui imperij & debilitati, & iam iamq; perituri, mittẽdi in Aegy-
B ptum habuerit poteſtatem, & inde Vriam educendi: Quod facile ſoluitur, ſi conſideremus eum à rege Aegypti Nechao principem conſtitutũ: & hãc prophetiam factam eſſe in principio regni eius. Quanquàm autem Hieremias domini adiutorio liberatus ſit, tamen & illi reputatur in mercedem per quem prophetã ſuũ dominus liberauit, Achikam uidelicet filio Saphan: quod in poſterioribus
Infra. 38. b lecturi ſumus, quando de ciſterna luti Abdemelech ſpadonis conſilio atq; præſidio, Hieremias de mortis periculo liberatur. Cap. XXVII.

IN principio regni Ioakim, filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt &c.) Hoc in æditione Lxx. nõ habeẗ. Et multi putant ſequẽtis capituli eſſe principium: quod nequaq̃ ita eſt, ſed iungendum ſuperiori: ut quicquid dictũ refertur & factũ, in principio regni Ioakim factum eſſe credamus. Vnde & mittendi in Aegyptũ, quaſi ad amicũ regem habuit poteſtatẽ. Vidẽtur aũt mihi Lxx. titulum iſtum hac ratione ſiluiſſe, ne ſecũdo dicere uidereẗ. Iam enim in principio poſuerãt: In principio regis Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda: factum eſt uerbum iſtud ad Hieremiã à domino, dicens: b ¶Hæc dicit dominus ad me: Fac tibi uincula & catenas. Siue κλοιοὺς, qui Hebraice appellantur מוטות: & ſermone uulgari Boias uocant. c ¶Poneſq; eas in collo tuo, & mittes eas ad regem Edom &c.) Præterita uiſio in principio facta eſt ad prophetam regni Ioakim, filij Ioſiæ regis Iuda. Hæc autem ſub Sedechia, qui extremus regnauit in Hieruſalem: & ſub quo urbs capta eſt atq; ſubuerſa. Præcipiturq; Hieremiæ, ut C catenas ſiue furcas ligneas: quæ Hebraice, ut diximus, appellãtur מוטה: imponat collo ſuo, & mittat eas ad reges Edom, Moab filiorum Ammon, Tyri, Sidonis, per legatos, qui uenerant ad Sedechiam: & præcipiat ſuis dominis nunciare, quod regi Nabuchodonoſor ſeruire debeant: & audire: quæ ſequens prophetæ ſermo ꝓſequitur. Ac ne forſitã legati & reges iſtarum gentium reſpõderent: cur hoc tuo populo nõ præcipis? Sedechiæ quoq; regi ſimilia loquitur, & ſacerdotibus ac prophetis. Hunc locũ allegoricus ſemꝑ inter- Allegor. pres & hiſtoriæ fugiens ueritatem, interpretatur de cœleſti Hieruſalem, quod debeant habitatores eius ſponte aſſumere corpora, & deſcẽdere in Babylonem, id eſt, cõfuſionem mũdi iſtius, qui in maligno poſitus eſt: & ſeruire regi Babylonio: haud dubiũ quin diabo-
D lo. Quod ſi hoc facere noluerint, nequaq̃ eos grauia corpora portaturos: ſed perituros gladio, & fame, & peſte: & nequaq̃ homines futuros, ſed dæmones. Hoc ille dixerit, ne defenſores eius nobis calũniam faciãt. Cæterũ nos ſimplicẽ & uerã ſequamur hiſtoriã, ne quibuſdã nubibus atq; præſtigijs inuoluamur. d ¶Ego feci terrã & hominem, & iumenta &c.) Licet ἀνθρωποπαθῶς hæc ſcriptura loquatur, quomodo nos homines loqui poſſumus & intelligere: tamẽ fortitudo dei & brachiũ eius ille eſt, de quo & Apl̃s loquitur: Chriſtus dei uirtus, & dei 1. Cor. 1. d ſapientia. Et Eſaias: Domine quis credidit auditui Eſa. 53. a noſtro: & brachiũ domini cui reuelatũ eſt? Scribit & Ioannes euãgeliſta: Omnia per ipſum facta ſunt, Ioan. 1. & ſine ipſo factũ eſt nihil. Dauid quoq; in ſuo carmine loquitur: Verbo domini cœli firmati ſunt: & Pſal. 32. b ſpiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Quod aũt ait: Dedi eam ei cui placuit in oculis meis: hoc ſignificat, quod omnia humano generi per dei gratiã ſint tributa. Ego, inquit, feci terram, & hominem, & iu- Ibi. 35. b menta. Ordo cõtrarius. In Geneſi enim primũ fiũt Gene. 1. animantia, & extremus homo: ſed hic prius hominem nominat, & poſtea quæ ſubiecta ſunt homini. e ¶Nunc itaq; ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis &c.) Cuius infelicitatis eſt Iſraël, quãdo comparatione eius Nabuchodonoſor ſeruus dei appellatur. Scriptũ eſt in euangelio: Mundus per ipſum factus eſt, & mũdus eum Ioan. 1. non cognouit. In propria uenit, & ſui eum non receperunt. Recte itaq; cõditor creaturam ſuam tradit

a IN principiò regni Ioakim, filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt uerbum hoc ad Hie-
b remiam à domino, dicens: Hæc dicit dõmi-
c nus ad me: Fac tibi uincula & catenas. Põneſq; eas in collo tuo: & mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis per manum nunciorum: qui uenerunt Hieruſalem ad Sedechiam regem Iuda. Et præcipies eis, ut ad dominos ſuos loquantur: Hæc dicit dominus exercituum, deus Iſraël: hæc dicetis ad dominos ueſtros:
d Ego feci tẽrram, & hominem, & iumẽta, quæ ſunt ſuper faciem terræ in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi
e eam ei cui placuit in oculis meis. Nũnc itaque
ego

E dit cui uoluerit, Deniq; & diabolus in cuius typũ præcessit Nabuchodonoſor, cõfitetur: hæc omnia mihi tradita ſunt, Quod aũt intulit: Inſuper & beſtias agri dedi ei ut ſeruiãt illi: uel ſimpliciter omne genus animaliũ intelligere debemus: Cum homine enim & ea traduntur quæ ei ſubdita ſũt, Aut certe beſtias, feras gẽtes accipiamus: ꝙ etiam illæ ſeruiãt quæ prius ſeruire non nouerant, Filium aũt eius, & filiũ filij iuxta Hebraicũ Balthaſar uocat, & Euilmerodach: de quibus ſcribit Daniel. a ¶Donec ueniat tẽpus terræ eius & ipſius.) Pulchre ne perpetuũ Nabuchodonoſor putaret imperium: & ipſum dicit à Medis Perſisq; capiendũ. Hoc eſt enim qđ ſignificat: Donec ueniat tp̃s terræ eius & ipſius: ſed nec hoc habetur in Lxx. b ¶Et ſeruiẽt ei

F gẽtes multę, & reges magni.) Non dixit, oẽs: hoc eñ ꝓprie Chriſti debet̃ impio: quãq; iuxta Symmachum nõ legatur: Seruient ei gẽtes multæ, & reges magni: ſed ſubijciẽt eum ſeruituti gẽtes multæ & reges magni: ut ipſe quoque ſeruiat Medis & Perſis, cui ante oẽs gẽtes ſeruierãt. Hoc qđ ex Hebraico poſuimus: Dedi ei ut ſeruiant illi: & ſeruient ei, omnes gẽtes & filio eius, & filio filij eius: donec ueniat tẽpus terræ eius & ipſius: & ſeruituti eũ ſubijciẽt gẽtes multę, & reges magni, in Lxx. (ut iã diximus) æditione: nõ legit̃.

c ¶Gens aũt & re, &c.) Nõ ſolum dñs peccatrices gentes ſubijcit Nabuchodonoſor, ſed Apoſtolus

1. Tim. 1. d de peccatoribus loquitur: Quos tradidi ſatanæ, ut

1. Cor. 5. b diſcant non blaſphemare. Et in alio loco: Tradidi huiuſmodi ſatanæ in interitũ carnis, ut ſpiritus ſaluus fiat. Poteſtatibus quoq; obediendum monet: nõ ſolũ propter irã, ſed & ꝓpter cõſcientiã, ne condemnemur ab eis. d ¶Vos ergo nolite audire prophetas &c.) Delyrat & in hoc loco allegoricus interpres: & hortatur in cœleſti poſitos Hieruſalẽ ne audiant prophetas ſuos atq; diuinos & ſomniatores, & augures, & maleficos: ſed ut potius ſeruiãt

G Nabuchodonoſor: & corpus humilitatis aſſumãt, infantiũ uagitus, & incunabula paruulorũ. Si enim hæc fecerint, expleto famulatu, & cõditione mortalitatis humanæ, reuerſuros eos ad terrã ſuã, & habitaturos in ea: & operaturos quæ prius operati ſunt. Dicitq; ſe ſuſpicari eos qui dei præcepta cõtẽpſerint, humanis corporibus prægrauari, futuros dæmones, & immundos ſpiritus: & ſedẽ priſtinã nequaq; recepturos. Nos aũt ſimpliciter exponamus: & ꝓphetas eſſe in gẽtibus, qui ſimulent ſe diuino ſpiritu futura prædicere: & diuinos, de qbus & uulgare prouerbiũ eſt: A iũt diuinare ſapiẽtes: Et ſomniatores, qui imitant̃ Ioſeph & Daniel: Et augures, q uolatu auiũ & oſcinũ uocibus, faciendũ quid uel nõ faciendũ denunciãt, Et maleficos, quos uel ueneficos poſſumus appellare: uel dęmonũ phãtaſmatibus ſeruiẽtes, qui

H Hebraice dicunt̃ כַּשָּׁפִ. Omnes iſti, inquit, decipiũt uos, atq; ſupplãtãt: ne ſeruiatis regi Babylonis. Multo enim melius eſt ſeruitutẽ ſpõte ſuſcipere, & amicũ habere cui ſeruiatis & genitalẽ terrã colere ꝙ ui & neceſſitate ſeruire captiuos. e ¶Et ad Sedechiã &c.) Poſt uniuerſas gentes trãſit ad Sedechiã regem Iuda: & hiſdẽ quibus gẽtibus cõminatus eſt ſermonibus loquit̃: Neque enim meret̃ priuilegiũ gẽtis Iſraëliticæ, qui cæteris gentibus aut ſimilia, aut maiora peccauit. Deniq; quia audire cõtempſit populus perduellis, gladio, fame, & peſte, conſumptus eſt. Obſeruandũ aũt in ſcriptura ſancta, quod pro pſeudoprophetis appellet prophetas, qui uaticinentur in nomine domini mẽdaciter. Hoc autẽ, inquit, faciunt, ut eijciant uos: & pereatis tam uos quàm prophetæ, qui uaticinãtur uobis. Et eorum igit̃ qui decipiunt̃, & eorũ qui decipiũt, ſimilis interitus eſt. Hoc quod de Hebraico poſuimus: Sub iugo regis Babylonis: & ſeruite ei, & populo eius, & uiuetis

ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſerui mei: inſuper & beſtias agri dedi ei ut ſeruiant illi. Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio
a filij eius: donec[a] ueniat tempus terræ eius &
b ipſius. Et ſeruiẽnt[b] ei gẽtes multæ, & reges ma-
c gni. Gẽns autem & regnum quod non ſeruierit Nabuchodonoſor regi Babylonis: & quicunq; non curuauerit collum ſuum ſub iugo regis Babylonis in gladio, & fame, & peſte: uiſitabo ſuper gẽtem illam, ait dominus, donec
d conſumam eos in manu eius. Vos ẽrgo[d] nolite audire prophetas ueſtros & diuinos & ſomniatores, & augures, & maleficos, qui dicunt uobis: Nõ ſeruietis regi Babylonis: quia mendacium prophetant uobis, ut longe faciãt uos de terra ueſtra: & eijciant uos & pereatis. Gens autem quæ ſubiecerit ceruicem ſuam ſub iugo regis Babylonis, & ſeruierit ei: dimittam eam in terra ſua, dicit dominus: & colet
e eam, & habitabit in ea. Et ẽd[e] Sedechiam regem Iuda loquutus ſum ſecundũ omnia uerba hæc, dicens: Subijcite colla ueſtra ſub iugo regis Babylonis: & ſeruite ei & populo eius, & uiuetis. Quare moriemini tu & populus tuus, gladio & fame, & peſte: ſicut locutus eſt dñs ad gentem, quæ ſeruire noluerit regi Babylonis: Nolite audire uerba prophetarum dicentium uobis: Nolite ſeruire regi Babylonis: quia mendaciũ ipſi loquuntur uobis: quia non miſi eos, ait dominus: & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter, ut eijciant uos: & pereatis tam uos, quàm prophetæ qui uaticinantur



A & uiuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peſte: ſicut loquutus eſt dñs ad gẽtẽ quæ ſeruire noluerit regi Babylonis: nolite audire uerba ꝓphetarũ dicẽtiũ uobis: in Lxx. nõ habet̃. Et idcirco admoneo, ut prudẽs lector intelligat quãtũ deſit per ſingula Græcis codicibus & Latinis. a ¶Et ad ſacerdot. &c.) Poſt gẽtes aũt & regẽ, ſacerdotibus loquit̃ & populo: q iã ꝓphetis ſupra īteritũ nũciauerat, dicẽs: ut eijciã uos & pereatis: tam uos ꝙ ꝓphetæ, q uaticinantur uobis. Loquitur aũt eadẽ quæ loquutus fuerat regi & gẽtibus ne audiant uerba ꝓphetarum ſuorũ: & dicãt uaſa templi domini reportanda iam, quæ cũ Iechonia principibusq; & matre eius fuerant aſportata: monetq; ut deſeruiãt regi Babylonis & uiuãt: & ciuitas ſpõte ſubiecta, nequaq; tradat̃ incẽdio.

B Et in hoc clementia dñi, leuiori pœnę tradere, ne ſuſtineant grauiorem. b ¶Et ſi ꝓphetę ſũt &c.) Quodq; ſequit̃: & ſubdituri ſumus uſq; ad finẽ huius capituli, in Lxx. non habet̃. c ¶Domino exercituũ &c.) Hæc, ut diximus, in Lxx. non habentur, ſed de Hebraica ueritate translata ſunt: ꝓ quo aliud quod ſcriptũ nõ erat, poſuere dicẽtes: Mihi quia ſic dixit dñs: Et reliqua uaſa quę non tulit rex Babylonis, quãdo tranſtulit Iechoniam de Hieruſalem in Babylonem intrabũt, dicit dominus: ſenſum magis ꝙ uerba ponentes: forſitan irrationale arbitrati, ut deus loqueretur ad columnas, et ad mare, et ad baſes, & ad reliqua uaſa quæ remãſerant in Hie-

Ionæ. 4. ruſalem: quaſi nõ legamus: Et uermi matutino in-

Mar. 4. d crepuiſſe dñm: & mari loquutum: Tace & obmuteſce. Quodq; ait: Occurant mihi ſiue dño exercituũ: illud oſtendit, uerum prophetam poſſe dño p̃cibus

Exo. 32. c reſiſtere: ſecũdũ qđ & Moyſes ſtetit in percuſſione cõtra dñm, ut auerteret irã furoris eius. Samuel quo

C q; idẽ fecit. Et dñs ad Moyſen: Dimitte me, ait, ut percutiã pplm̃ iſtũ. Qñ aũt dicit: Dimitte me oſtẽdit ſe precibus ſanctorũ poſſe retineri. Occurrãt, inqt, ꝓphetæ: & quæcũq; prędicũt, ope cõpleta demõſtrẽt: & tũc ueritate uaticiniũ cõprobabit̃. Colũnas au- 4. Reg. ult. tẽ & mare, & baſes, & reliqua uaſorum, in Malachim, & in extremo huius prophetæ uolumine legimus. Et enumerãtur uaſa quæ trãslata ſint in Babylonẽ, qñ captus eſt Sedechias, & incẽſa ciuitas tẽplũq; ſubuerſum.

Cap. XXVIII.

ET factũ &c.) Quos Hebraicum ꝓphetas hoc ẽ, נְבִיאִים Lxx. pſeudoprophetas interp̃tati ſũt: ut manifeſtiorẽ facerẽt intelligẽtiã. Deniq; & in p̃ſenti loco ꝓpheta dicitur, hoc eſt, נָבִיא & nõ pſeudopropheta. Fit aũt ſermo dñi ſub rege Sedechia, ī quarto ãno regni eius, & ī mẽſe qnto: nec

D dũ ꝓpheta Ezechiel uaticinante in Babylone ad eos q cũ Iechonia fuerãt trãſmigrati: habetq; fiduciã in tẽplo dñi loqui cõtra ꝓphetã: quia ꝓſpera populo pollicet̃: & libenter audiũt̃ mẽdacia, pręſertim quę læta promittunt. Hieremias dixerat etiã cætera uaſa uel tẽpli uel domus regiæ & uniuerſi popl̃i, q̃ Nabuchodonoſor dimiſerat, tranſferẽda Babylonem. Hic aũt ecõtrario, etiam ea q̃ trãslata fuerãt, referẽda ꝓmittit. e ¶Quæ tranſtulit &c.) Pro quibus Septuaginta tranſtulerunt Iechoniã, & tranſmigrationẽ Iudæ: quia cõterã iugum regis Babylonis: breuiter Hebraicæ ueritatis ſenſũ, magis quàm uerba ponentes. Pollicetur autem Ananias, qui ꝓphetes tunc populo uidebatur non ſolum uaſa, ſed & regem Iechoniam reducendũ eſſe Hieruſalem: & iugum regis Babylonis conterendum, hoc eſt, deſtruendum eius imperium: & hoc necdum completo futurũ

a ticinãt uobis. Et ẽd[a] ſacerdotes, & ad populũ iſtũ locutus ſum, dicẽs: hæc dicit dñs. Nolite audire uerba ꝓphetarũ ueſtrorũ q ꝓphetãt uobis, dicẽtes: Ecce uaſa dñi reuertent̃ de Babylone nunc cito: mendaciũ eñ prophetant uobis. (Hoc quod poſuimus, nũc cito, ī Lxx. nõ habetur. Et illud quod ſequit̃: ) Nolite audire eos, ſed ſeruite regi Babylonis, ut uiuatis.
b Quare dat̃ hec ciuitas in ſolitudinẽ? Et ſi prõ[b]phetę ſunt, & eſt uerbum dñi in eis, occurrãt
c dõ[c]mino exercituũ: ut nõ ueniãt uaſa quæ de relicta fuerant in domo dñi, & in domo regis Iuda, & in Hieruſalem, & in Babylonem. Quia hæc dicit dñs exercituũ: ad colũnas, & ad mare, & ad baſes. (Pro quibus in Hebraico ſcriptũ eſt מְכֹנוֹת), & ad reliqua uaſorum, quæ remãſerunt in ciuitate hac: quæ nõ tulit Nabuchodonoſor rex Babylonis, cũ trãſferret Iechoniam filiũ Ioakim regem iuda à Hieruſalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Hieruſalem. Quia hęc dicit dominus exercituum, deus Iſraël ad uaſa quæ derelicta ſunt in domo domini, & in domo regis Iuda & Hieruſalem. In Babylonem transferentur: & ibi erunt uſq; ad diem uiſitationis ſuæ, dicit dominus: & afferri faciam ea, & reſtitui in loco iſto.

Cap. XXVIII.

d ET factũ[d] eſt in anno illo in principio regni Sedechiæ regis Iuda, in anno quarto, in menſe quinto, dixit ad me Ananias filius Azur: propheta de Gabaon in domo domini, coram ſacerdotibus & omni populo, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Iſraël: Cõtriui iugum regis Babylonis: adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam
e ad locum iſtum omnia uaſa domini. Q̃uæ[e] tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis de loco

E to futurum biennio: ut gaudij magnitudinē, uici-nū tēpus repromiſſionis augeret. a ¶Et dixit Hie remias &c.)Optat fieri quod pſeudopropheta mē-titur:hoc eñ ſignificat Amen:quo uerbo ſæpe dñs
Io.5.c utit in euāgelio:Amē amē dico uobis:Et cupit pro rerū proſperitate, magis illū ꝙ ſe uera dicere. Vñ & alius propheta teſtat,
Michcæ.2.c dicens:Vtinā non eſſem uir habens ſpiritū:& mē dacium potius loquerer.
Ionæ.3.b Econtrario Ionas contri ſtatur quare mētitus ſit: & arguit à domino, uti-lius prophetæ eſſe men-dacium, ꝙ tantæ ruinæ multitudinē. Ac ne uide ret pſeudoprophetæ cō probare uaticinium,ſub aliorū exēplo abſq; iniu ria mentientis aſſerit ue ritatem. b ¶Verūtamē audi uerbū &c.)Poterat Hieremias Ananiæ dice re:Falſum loqueris: deci pis populū:nō es ꝓphe-
F ta,ſed pſeudopropheta. Quod ſi dixiſſet, pote-rat & pſeudopropheta ī Hieremiā eadē retorque re:ergo nō facit iniuriā. Et quaſi ad prophetam loquitur. Non ſolum, in quit, ego ſum propheta & tu,ſed fuerunt ante te & me multi alij,quorum fuit Eſaias, Oſee, Ioël,& Amos,& cæteri. Prophe tauerunt, inquit, contra terras multas, & regna nō parua,ſed magna:bel lum illis & aduerſa,& re rum omniū penuriā nū-ciantes. Et ecōtrario fue rūt alij,qui pacē pollice-rentur & proſpera. Vtro runq; ſententia, nō adu-latione mendacij, ſed re-rū exitu cōprobata eſt. Sub aliorum ergo exem plo de ſe loquit & Ana-nia:quod cum rerū finis aduenerit,tunc ꝓpheta-rum ueritas oſtendatur. Hoc idē & dominus lo-quutus eſt per Moyſen, quod ꝓpheta uaticinij fi-ne monſtretur. Et ad hoc animaduertēdū,ꝙ nō mi-naciter,nō truculēter,ſed fiducia ueritatis increpet mentientē,& differat in futurū:ut qui audiunt,rerū exitū præſtolent. c ¶Et tulit Ananias &c.)Duos

G annos,nō trāſtulerūt Lxx. ꝓphetā quoq; nō dixere Ananiā:ne ſcilicet ꝓphetā uiderent dicere, qui pro Supra.24.b
pheta nō erat:quaſi nō multa ī ſcripturis ſanctis di-cant iuxta opinionē illius tēporis,quo geſta referū tur:& nō iuxta quod rei ueritas cōtinebat. Deniq; & Ioſeph in euāgelio, pater dñi uocat: & ipſa Maria quæ ſciebat ſe de ſpiritu ſancto cōcepiſſe, & rñderat angelo:Quo- Luc.1.d
modo erit iſtud, quoniā Ibi.2.g
uirū nō cognoſco:loqui tur ad filiū:Fili,quid feci ſti nobis ſic:ecce ego & pater tuus dolētes quæ-rebamus te. Simulq; cōſi deranda prudētia Hiere miæ,& humilitas atq; pa tientia. Pſeudopropheta rebus facit iniuriā:& ar-reptam furcam de ceruī ce eius cōterit:quod uti-q; in ferrea facere nō po terat. Iſte tacet, doloreq; diſſimulat: nec dū enim ei à dño qd loqueret fue
rat reuelatū, ut tacite ſan H
cta ſcriptura demōſtret, nequaq; ꝓphetas ſuo tā-tū arbitrio loqui, ſed ex dñi uolūtate:maxime de futuris:quorū ſolius dei noticia eſt. Abijt, īquit, & receſſit in uiam ſuam, quaſi uictus:& illud im-
plens ꝓpheticū: Factus Pſal.37.c
ſum quaſi homo non au diens,& nō habēs in ore ſuo increpatiōes. d ¶Et factum eſt uerbū domi ni &c.)Quodq; ſeqtur: Et ſeruient ei, inſuper & beſtias terræ dedi illi: In Lxx. non habetur. Et in preſenti loco iuxta Lxx. Ananias ꝓpheta nō ſcri bitur,& in cōſequētibus ne ſcilicet(ut prius dixi) pſeudoprophetā appel-lare uiderent prophetā. Sed qd ad Hebraicā ue-ritatē: poſtq; abijt Hie-remias ꝓphetes in uiam & iniuriam ſilētio deuorauit, factus eſt ſermo dñi ad eū:ut non ſuis uerbis ꝓpheta loqueret ad pſeu-doprophetā mendacio gloriantem,ſed diceret: hæc dicit dñs:quāq; & Ananias confringens furcam li-gneam

de loco iſto:& tranſtulit ea in Babylonem. Et Iechoniam filium Ioakim,regem Iuda:& om nem tranſmigrationē Iudæ,qui ingreſſi ſunt Babylonem:ego conuertam in locum iſtum,
ait dñs. Conteram enim iugum regis Babylo
a nis. Et dixit Hieremias propheta ad Ananiā prophetā,in oculis ſacerdotū & in oculis om nis populi qui ſtabat in domo domini. Et ait Hieremias propheta:Amen,ſic faciat domi-nus. Suſcitet dominus uerba tua quæ prophe taſti:ut referantur uaſa in domum domini:& omnis tranſmigratio Babylonis ad locum
b iſtum. Verūtamē audi uerbum hoc quod ego loquor in auribus tuis,& in auribus uni-uerſi populi:Prophetæ qui fuerunt ante me & te ab initio: & prophetauerunt ſuper ter-ras multas,& ſuper regna magna de prælio, & de afflictione,& de fame. Propheta qui ua-ticinatus eſt pacem, cum uenerit uerbū eius, ſcietur propheta quem miſerit dominus in
c ueritate. Et tulit Ananias ꝓpheta catenā( uel furcam,quæ Hebraice dicitur המוטה.)de col lo Hieremiæ prophetæ,& confregit eā. Et ait Ananias in conſpectu omnis populi,dicens: Hæc dicit dominus: ſic confringam iugum Nabuchodonoſor regis Babylonis duobus annis dierum de collo omnium gentium. Et
d abijt Hieremias in uiam ſuam. Et factum eſt uerbum domini ad Hieremiam poſtq; con-fregit Ananias propheta catenā(uel furcam) de collo Hieremiæ prophetæ, dicens: Vade & dices Ananiæ: hec dicit dominus: Cate-nas(uel furcas)ligneas contriuiſti:& facies (ſi-ue faciam)pro eis furcas ferreas. Quia hæc di cit dominus exercituū deus Iſraël:Iugum fer-reum poſui ſuper collum cunctarum genti-um iſtarum, ut ſeruiant Nabuchodonoſor regi Babylonis, & ſeruiant ei: inſuper & be-ſtias



A gneā:eadē autoritate in cōſpectu domini ſit loquu-tus: hæc dicit dñs. Imitat enim ſemp mēdaciū ueri-tatē. Quodq; ītulit: Furcas lingeas cōtriuiſti:& fa-cies ſiue feciſti ꝓ eis catenas ferreas:hoc oſtendit,ꝙ minorē renuēs pœnā,maioris ſupplicij cauſa fuerit in pplo. Delyrat & ī hoc loco allegoricus interps, furcas & catenas ligneas æthera appellans & aē-rea corpa:dæmonū uide licet & aduerſariarū po-teſtatum. Furcas aūt ſiue catenas ferreas, nr̄a cor-pora craſſiora, q̄ neruis et oſſibus carnis uenisq; contexta ſint:ut qui no-luerint de cœleſti Hieru ſalē ꝓ qualitate peccati, minores ſubire crucia-mus, ī catenas noſtrorū corporū condēnētur: & infantiæ uagitus, panno rū uincula ſordesq; ſuſti neāt & ſeruiāt diabolo re gi Babylonis:id eſt,mun di huius: dicēte ſcriptu-ra:Mundus in maligno
B poſitus eſt:cū beſtijs ter-ræ,quæ in brutorū ani-mantiū corpa ſint religa tæ. Cōpulit me tractator indoctus,& ſectator calū niæ Grunnianæ, aperte ponere aliena uitia quæ prius cū diſſimulatione dicebā,lectoris pruden-tiæ derelinquēs. a ¶Et dixit Hiere. &c). Quod q; ſequit: (Quia aduer-ſum dñm loquutus es,& mortuus eſt Ananias ꝓ pheta in āno illo,ī mēſe ſeptimo.)In Lxx. nō ha-betur. Pro quo tantū po ſuerunt:Et mortuus eſt mēſe ſeptimo. Et hic in Lxx. Ananias ꝓpheta nō dicit, cū ſecundū Hebrai cum ſcriptura ſancta ꝓphetā uocet:licet in eo qđ ar guit eum Hieremias,dicēs:Audi Anania, nō miſit te dñs:ꝓphetā tacuerit. Quomodo eñ ꝓphetā pote rat appellare,quē miſſum à dño denegabat:Sed hi-ſtoriæ ueritas & ordo ſeruat,ſicut prædiximus:nō iuxta id quod erat,ſed iuxta id quod illo tēpore pu tabat. Decepiſti,inquit,populum mendacio, ne dei ſentētiæ acquieſceret. Vnde ſcias te hoc anno eſſe moriturū. Si quando morimur, de carceribus cor-porum liberamur:ſecundum illud teſtimonium qđ
Pſal.141.d male interpretant hæretici: Educ de carcere animā meam:quomodo nūc pſeudo prophetæ pro ſuppli-cio mors irrogat:Sed hoc loco notādum, ꝙ Hiere- C
mias à pſeudopropheta paſſus iniuriā, necdum ad ſe facto ſermone dñi ſilet:poſtea uero miſſus à dño, audacter arguit mentientē, & mortē ꝓpinquā nū-ciat. Quodq; in mēſe ſeptimo mortuus eſt, q ſemp interp̄tari ſolet requiē, ſub hoc numero demon ſtrari:forſitan eū idcirco menſe ſeptimo, mortuū mētient,ut de malis cor poris liberaret: iuxta il-lud qđ ſcriptū ꝓferunt:
Mors uiro requies. Nos Eccli.22.e
aūt nouimus corpa cre-dētiū tēpla eſſe dei:ſi ta-men ſpiritus ſanctus ha-bitat ī illis. Cap. XXIX.
ET hæc ſunt uerba li bri &c.)Hæc epiſto la,imò libellus Hieremię ꝓphetę per legatos Sede chiæ Ellaſſa & Gamaria mittit in Babylonem,ad eos q cū Iechonia & ma-tre eius trāſlati fuerant à Nabuchodonoſor: ut ꝑ occaſionē legationis re-
giæ,ſuū quoq; opus pro D
pheta cōpleret:& mone-ret pplm tranſmigratū q̄ ſibi à dño fuerāt impata. Pulchreq; dixit: Egreſ-ſus eſt Iechonias rex,& dña,& eunuchi,& princi pes Iudæ, & cæteri. Et, hæc dicit dñs exercituū, deus Iſraël: oī trāſmigra tioni quā trāſtuli de Hie ruſalē ī Babylonē:ut nō potētia regis Babylōis, ſed dñi uoluntate trāſla-ti eſſe uideant. Et primo ad ſenes, deinde ad ſacer dotes:tertio ad prophe-tas:quarto ad omnē po-pulū dei ſermo dirigitur ut ſecūdū ordinē ætatis,ꝓphetæ quoq; ad eos qui monebant literæ ꝓuenirēt. Monet aūt eos non ſuis uerbis,ſed dñi:ut ædificēt domos & habitēt in eis: & plātēt hortos,ſiue pomaria,& comedāt fructū eo rū:accipiāt uxores & generēt filios & filias: & mul tiplicētur in loco trāſmigrationis:& non ſint pauci numero:quærātq; pacē ciuitatis ſiue terræ,ad quā eos tranſtulerit dñs:& orent pro eis ad dominum. Cauſasq; reddens, ait,quia in pace illius terræ erit pax uobis. Hieremiæ quia poſt breue tempus erat Hieruſalē ſequutura captiuitas īperat,ne accipiat uxorē,nec faciat filios. Vnde & nobis ꝑ Aplm dici
tur:Tēpus breue eſt:ſupereſt, ut q habent uxores, 1.Cor.7.d
tanq;

a ſtias terræ dedi illi. Et dixit Hieremias pro-pheta ad Ananiam prophetam:Audi Ana-nia:Non miſit te dominus:& tu cōfidere fe-ciſti populum iſtum in mēdacio. Idcirco hæc dicit dominus: Ecce mittam(ſiue eijciam) te à facie terræ:hoc anno morieris. (Quodq; ſe quitur): quia aduerſum dominum loquutus es. Et mortuus eſt Ananias propheta in an-no illo,in mēſe ſeptimo, (In Septuaginta nō habetur.) Cap. XXIX.
b ET hæc ſunt uerba libri quem miſit Hie remias propheta de Hieruſalem, ad reli-quias ſeniorum trāſmigrationis: & ad ſacer-dotes & ad prophetas, & ad omnē populū quem traduxerat Nabuchodonoſor de Hie ruſalem in Babylonem. Poſtq; egreſſus eſt Iechonias rex,& domina(ſiue regina)& eu-nuchi,& principes Iudæ & Hieruſalem, ſiue optimates & artifices de Hieruſalem, in ma-nu Ellaſſa filij Saphan,& Gamariæ filij Hel-chiæ:quos miſit Sedechias rex Iuda ad Na-buchodonoſor regem Babylonis, in Babylo nem,dicens:Hec dicit dñs exercituum, deus Iſraël:Omni trāſmigrationi quā tranſtuli de Hieruſalem ī Babylonem:ædificate domos & habitate(ſiue plantate) hortos(ſiue poma ria)& comedite fructum eorū:Accipite uxo-res & generate filios & filias: date filijs ue-ſtris uxores:& filias ueſtras date uiris, & pa-riāt filios & filias:& multiplicemini:& nolite eſſe pauci nūero. Et q̄rite pacē ciuitatis (ſiue terræ

E tanq̃ nõ habentes ſint. Quod ſi propter anguſtiam
temporis habentibus uſus uxorũ tollitur: quãtoma
gis nõ habentibus ne accipiãt imperat̃? Hoc aũt to
tũ præcipit uaticiniũ ꝓphetale, ne acquieſcant pſeu
doprophetis, qui eis poſt breue tempus in Hieru⸗
ſalẽ reditũ promittebãt:
ſed ut ſciant multo ſe in
Babylone tẽpore mora⸗
turos: ita ut uxores acci⸗
pere, plantare pomaria,
hortosq̃ ſerere, ædifica⸗
re domos, & generare fi
lios debeant. Quodq̃ in
tulit: Quærite pacẽ ciui⸗
tatis, ſiue terræ. Et iterũ:
Quia in pace illius erit
pax uobis: illud apoſtoli
cũ cõprobat̃, in quo iu⸗
1. Timo. 2. a bet: Obſecro igitur pri⸗
mũ omniũ fieri obſecra
tiones, orationes, poſtu⸗
lationes, gratiarũ actio⸗
nes, pro omnibus homi
nibus, ꝓ regibus & cun⸗
ctis, qui ſunt ĩ ſublimita
te: ut quietã & tranquillã
uitã agamus in omni pie
F tate & caſtitate: Porrò ſe
cundũ myſticos intelle⸗
ctus, poſtq̃ de Hieruſa⸗
lem, id eſt, eccleſia, ꝓpter peccata noſtra eiecti fueri⸗
mus, & traditi Nabuchodonoſor: de quo dicit idẽ
1. Cor. 5. a Apoſtolus: Tradidi huiuſcemodi ſatanæ in ĩteritũ
carnis, ut ſpiritus ſaluus fiat in die dñi. Et iterum:
1. Timo. 1. d Quos tradidi ſatanæ, ut diſcãt nõ blaſphemare: nõ
debemus eſſe ſecuri, nec torpẽtes ocio, ſalutẽ peni⸗
tus deſperare, ſed primũ ædificare domos, nõ ſuper
arenam, ſed ſuper petrã: & tales domos, quales ædi⸗
ficauerũt obſtetrices ĩ Exodo: quia timebant dñm.
Exod. 1. d Deinde plantare hortos ſiue pomaria, qualẽ & dñs
plantauit paradiſum in Eden & poſuit in eo lignũ
Prouer. 3. c uitæ: de quo ſcriptũ eſt: Lignũ uitæ eſt his qui ap⸗
prehenderint eã: & q tenuerit eã, beatus. Tertio ac⸗
cipere uxores, quarũ una eſt ſapientia: de qua ſcri⸗
Ibi. 4. b. bit Salomõ: Ama illã, & ſeruabit te: & circunda illã,
& exaltabit te. Et in alio loco: Hãc exq̃ſiui ſponſam
Sapiẽ. 8. a accipe mihi: & amator factus ſũ decoris eius. Nec
ſufficit nobis una cõiunx ſapiẽtia, niſi habeamus &
reliqua: fortitudinẽ, tẽperãtiã atq̃ iuſticiam: ut plu⸗
res ex eis generemus filios. Filias quoq̃ noſtras de
mus uiris, ut & fidei ueritas quæ interp̃tat̃ in filijs,
bonis operibus copulet̃: quæ referũtur ad filias: &
opera bona iungant̃ fidei ſanitati, talesq̃ filios gene
rãtes & filias, multiplicemur in numero: ut deſtruẽ
tes ea quæ paruuli ſunt, & in ꝑfectũ creſcẽtes uirũ,
1. Cor. 4. d audire mereamur: Scribo uobis patres: qm̃ agnoui⸗
ſtis eũ, qui ab initio eſt: & cũ Apoſtolo dicamus libe
ris noſtris: in Chriſto em̃ Ieſu per euangelium ego
uos genui. Quæramus quoq̃ pacem eccleſiæ, ciuita

ti & terræ noſtræ: ut ad eam redire mereamur: de G
qua dñi iudicio tranſlati ſumus, ut habitaremus in
cõfuſionis errore. Si em̃ illa ſuſceperit nos, habebi⸗
mus pacẽ. Simulq̃ cõſideranda clemẽtia dñi: orare
præcepit ꝓ inimicis noſtris: & bñfacere his q ꝑſe⸗ Luc. 6. d
quuntur nos: ut non ſi⸗
mus noſtra tantũ ſalute
cõtẽti, ſed ĩimicorũ quo⸗
que quæramus ſalutem.
a ¶Hæc em̃ dicit domi⸗
nus ex. &c.) Prophetas,
imò pſeudoprophetas,
& diuinos & ſomniato⸗
res fuiſſe in Babylone, in
ter eos quos Nabucho⸗
donoſor cũ Iechonia &
matre eius adduxerat,
Ezechiel ꝓpheta teſtat̃, Ezech. 15.
ſcribẽs cõtra eos, quibus
Hieremias quoq̃ præci
pit nõ credendũ. Nec dũ
aũt eo tempore quo hæc
epiſtola dirigebatur Eze
chiel in Babylone cœpe
rat ꝓphetare. Hic em̃ ſer
mo in principio Sede⸗
chiæ regis mittitur. Eze
chiel aũt q̃nto anno trãſ⸗ H
migratiõis Iechoniæ, ex
orſus eſt ꝓphetare: q idẽ
annus regni Sedechiæ erat. Porrò ſecundũ Tropo Tropo.
logiã pſeudo prophetas eos debemus accipere: qui
aliter ſcripturarũ uerba accipiũt q̃ ſpũs ſanctus ſo⸗
nat: Et diuinos eos, q cõiecturã mentis ſuæ, & incer
ta futurorũ quaſi uera ꝓnunciant abſq̃ diuinorum
autoritate uerborũ. Sõniatores quoq̃, q nõ audiũt Prouer. 6. a
illud ſcriptũ: Nec dederis ſomnum oculis tuis, neq̃
dormitationẽ palpebris tuis: de q̃bus Iudas apoſto Iudæ. c
lus loquit̃: Similiter & hi ſomniãtes, carnẽ quidẽ ma
culant: dñationẽ aũt ſpernunt: quorũ mẽs nequaq̃
uigilat, ſed arrogantiæ & ſoporis errore depreſſa,
noctis horrore circundat̃: quibus loquit̃ & apoſto⸗
lus Paulus: Eleuare, quid dormis? & exurge à mor⸗ Ephe. 5. d
tuis, & illuminabit te Chriſtus. b ¶Quia hæc dicit
dñs &c.) Nolite, inquit, credere pſeudoprophetis,
diuinis & ſomniatoribus ueſtris, q uobis uicinũ in
Hieruſalẽ reditũ pollicent̃. Niſi em̃ ſeptuaginta an
ni expleti fuerint, Cyro rege Perſarũ laxante capti⸗
uos, nequaq̃ in patriã reuertemini: & tũc mea pro⸗
miſſa cõplebo, ut reducã uos ad locũ iſtũ: Ego em̃
ſcio cogitationes, quas cogito ſuꝑ uos, ait dñs. Se di
cit noſſe quid cogitet: illos aũt cũ ſuis prophetis, di
uinis & ſomniatoribus ignorare. Futurorũ igitur
ſciẽtia ſoli deo cõpetit. Vt dem uobis, ait, finẽ & pa
tiẽtiam: Finẽ captiuitatis, & patiẽtiam laborũ præ⸗
ſentiũ, ſiue ſpem futurorũ. Tunc inuocabitis me, &
ibitis Hieruſalẽ: & orabitis, & exaudiam uos. Cer⸗
te abſq̃ inuocatione & oratione captiuorum pote⸗
rat implere dñs quod promiſerat, ſed hortatur eos
ad preces

terræ) ad quam tranſtuli uos: & orate pro ea
ad dominum: quia in pace illius erit pax uo⸗
a bis. Hæc ẽnim dicit dominus exercituũ, deus
Iſraël: Non uos ſeducãt prophetæ ueſtri, qui
ſunt in medio ueſtrum & diuini ueſtri: & ne
attendatis ad ſomnia ueſtra quæ uos ſomnia
tis: quia falſa iſti prophetãt uobis in nomine
b meo: & non miſi eos, dicit dominus. Quia
hæc dicit dominus: Cum cœperint impleri
in Babylone ſeptuaginta anni, uiſitabo uos:
& ſuſcitabo ſuper uos uerbum meum bo⸗
num, ut reducam uos ad locũ iſtum. Ego em̃
ſcio cogitatiões quas cogito ſuper uos, ait do
minus: cogitationes pacis, & nõ afflictiõis: ut
dẽ uobis finẽ & patientiã (ſiue ſpem). Et inuo⸗
cabitis me & ibitis (ſiue iuxta Symmachũ, in⸗
uenietis): & adorabitis me, & exaudiam uos.
Quæretis me, & inuenietis, cum q̃ſieritis me
in toto



A ad preces ut quod promiſſum eſt, mereant̃ accipe⸗
re. Quæretis me & inuenietis, cum quæſieritis in
Matth. 7. a toto corde ueſtro: iuxta illud euangelicũ: Petite, &
accipietis: quærite & inuenietis: pulſate & aperiet̃
Anagog. uobis. Secundũ Anagogen: tandiu in ſeculi huius
cõfuſione uerſamur quã
diu requiẽ ſeptenarij nu
meri mereamur accipe⸗
re: & accepta pœnitẽtia
deus impleat qđ ꝓmiſit:
& reducamur ad locum
noſtrũ eccleſiã. Idcirco
em̃ dñs percutere uiſus
eſt, ut ſanaret: dabitq̃ no
bis finẽ laboris noſtri at
q̃ patiẽtiæ. & inuocabi⸗
mus eũ: & reuertemur ĩ
eccleſiã: & orabimus, &
exaudiemur: q̃remus, &
inueniemus eũ: cũ toto
corde quæſierimus illũ:
& tunc apparebit nobis.
Quidam ſeptuaginta an
nos, iuxta illud interpre
Pſal. 89. c tant̃ qđ ſcriptũ eſt: Dies
annorum noſtrorum in
ipſis ſeptuaginta anni: q
cum fuerint expleti, tũc
B ad dñm reuertamur ĩ to
to corde nr̃o & exaudia
mur: & finis ſit laboris
noſtri atq̃ patiẽtiæ: nũc
em̃ in umbra nos oĩa &
in imagine poſſidere.
a ¶Et reducã, &c. quam
emiſi de Hieruſalem in
Bab.) Hucuſq̃ in Lxx. nõ habetur, q̃ aſteriſcis præ
notaui. Cætera em̃ in quibus uel ſinguli uerſus, uel
pauca ab eis prætermiſſa ſunt uerba, uictus tædio,
annotare nolui, ne faſtidiũ legẽtibus facerẽ. Pollice
tur aũt dñs his qui erant in tranſmigratione, quod
poſt ſeptuaginta ãnos captiuitatis redire eos faciat
de uniuerſis gentibus, & de cunctis locis, ad q̃ expu
lerit eos: & captiuitate laxata priſtinũ ſtatũ & patriã
recipere. Et cũ ego hæc, inquit, mea ſpõte facturus
ſim, & certo tempore redituros uos, fruſtra decipi⸗
mini: & putatis uos habere ꝓphetas in Babylone, q
uobis falſa promittũt. Ita aũt ſciatis nequaq̃ uos re
ditum nũc ſperare debere, ſed ædificare domos: plã
tare pomaria: accipere uxores, & generare filios: &
multiplicari numero: & tẽpus expectare ꝓmiſſum.
Audite quid dñs loquat̃ ad Sedechiã, q nũc regnat
in Hieruſalẽ: & ad oẽs habitatores urbis eius, id eſt,
ad fratres ueſtros qui noluerũt meæ obedire ſentẽ⸗
tiæ, & Babylonẽ migrare uobiſcum: ꝙ nequaq̃ ca⸗
ptiuitatem poſſint effugere: ſed gladio & fame & pe
ſte moriantur. Et ponã eos quaſi ficus malas: quas
Theodotio interp̃tatus eſt ſudrinas: ſecunda, peſſi⸗
mas: Symmachus, nouiſſimas: quæ Hebraice appel

lantur שׁעֲרִים ſed ſcriptorũ uitio pro media ſylla C
ba ſiue litera α Græcum δ inoleuit: ut pro ſuarim le
gatur ſudrim. Quomodo autẽ cophinus ſiue cala⸗ Supra. 24. b
thus, q habebat ficus bonas, primitiuas habuiſſe di⸗
citur: ſic alter cophinus qui habebat ficus malas, ha
buiſſe ficus nouiſſimas
ſcribit̃. Et ꝑſequar, inq̃t,
eos q nũc in Hieruſalẽ
urbe uerſant̃: gladio, fa⸗
me, & peſtilentia: ut pri⸗
mũ obſidione, confeſtim
q remanere & effugere
potuerint, diſpergant̃ in
uniuerſas terras: & exẽ⸗
plo ſint oĩbus maledicti
onis, ſtuporis, & ſibili, &
opprobrij: ad quos ego
eijciã eos: q̃a non audie⸗
rũt uerba mea, dicit dñs:
q̃ ꝑ ſeruos meos loquu⸗
tus ſum ad eos de nocte
conſurgẽs, et mittens: &
nũq̃ monere ceſſaui, ut
imitarent̃ uos q nũc in
trãſmigratiõe ſecuro o⸗
cio ꝑfruimini, donec ꝓ⸗
miſſio dñi cõpleat̃. Vos
aũt q meæ obediſtis ſen⸗
tẽtiæ & regi uos Babylo D
nio tradidiſtis, audite q̃
dicturus ſim. Et ĩ hoc lo
co delyrus interp̃s ſom⸗
niat ruinã cœleſtis hieru
ſalẽ: & ad eos ꝓphetiã di
rigi ſuſpicat̃, q in huius
mũdi Babylonia regiõe
uerſant̃: ꝙ bene fecerint in hęc corpora ſpõte deſcẽ
dere: & in terra Chaldæorũ ædificare domos: plan⸗
tare pomaria: accipe uxores, filios gñare, bonisq̃ o
peribus reſtitui poſt ſeptuaginta annos in locũ pri
ſtinũ, & in cœleſtẽ Hierl̃m. Illos aũt q noluerint ꝓ⸗
pria uolũtate ad terrena deſcendere, hæc paſſuros,
q̃ dñs Sedechiæ & eius ppl̃o cõminat̃: Qui nolue⸗
rint imitari fratres ſuos, nec uenire in Babylonẽ, ꝙ
mittat in eos gladiũ, & famẽ, & peſtẽ: hoc eſt, rerum
oĩm penuriã: & ponat quaſi ficus peſſimas, q̃ peni⸗
tus comedi nõ poſſunt: et ꝑſequat̃ eos gladio ſempi
terno: & det in uexationem uniuerſis regnis terrę:
quo ſcilicet nequaq̃ hoĩes, ſed dæmones fiãt aëriæ
ptãtes: & ſint apud cũctos angelos q p̃ſint ſingulis
ꝓuincijs in maledictionẽ, & in ſtuporẽ, & in ſibilũ,
& in opprobriũ cunctis gẽtibus. Et hoc eos idcirco
paſſuros, q̃a uerba ꝓphetarũ in cœleſti Hieruſalem
audire noluerint, q eos hortabant̃, ut ad terrena de⸗
ſcenderẽt, & corpus humilitatis aſſumerent: & acta
pœnitẽtia poſt uerũ ſabbatiſmũ, locũ priſtinũ poſ⸗
ſiderẽt. Hæc ille dixerit. Quæ cũ audiunt diſcipuli
eius, & Grunnianæ familiæ ſtercora, putant ſe di⸗
uina audire myſteria. Nosq̃ qui iſta cõtemnimus,
quaſi

in toto corde ueſtro, & inueniar à uobis (ſiue
a apparebo uobis) dicit dñs. Et rẽducã captiui⸗
tatem ueſtrã: & congregabo uos de uniuerſis
gẽtibus, & de cũctis locis ad quæ expuli uos,
dicit dominus. Et reuerti uos faciam de loco
ad quem trãſmigrare uos feci. Quia dixiſtis:
Suſcitabit nobis dominus prophetas in Ba⸗
bylone: Hæc enim dicit dominus ad regem,
qui ſedet ſuper ſolium Dauid: & ad oẽm po⸗
pulum habitatorẽ urbis huius: & ad fratres
ueſtros qui nõ ſunt egreſſi uobiſcum in tranſ
migrationẽ. Hæc dicit dominus exercituum:
Ecce ego mittã in eos gladium, famẽ, & peſtẽ:
& ponam eos quaſi ficus malas, quæ comedi
non poſſunt: eo ꝙ peſſimæ ſint. Et perſequar
eos in gladio, & in fame, & in peſtilentia: &
dabo eos in uexationem uniuerſis regnis ter⸗
ræ: in maledictionem, & in ſtuporẽ, et in ſibi⸗
lũ, & in opprobriũ cunctis gentibus: ad quas
ego eijciam eos: eo ꝙ nõ audierũt uerba mea
dicit dominus, q̃ miſi ad eos per ſeruos meos
ꝓphetas, de nocte cõſurgẽs, & mittẽs, & nõ
audiſtis, dicit dñs. Vos ergo audite uerbum
domini

E quaſi pro brutis habent animantibus: & uocãt πηλυσιώτας: eo quod in luto iſtius corporis conſtituti non poſſimus ſentire cœleſtia. a ¶Hæc dicit dñs exercituũ &c.) Aiũt Hebræi hos eſſe preſbyteros qui fecerint ſtulticiã in Iſraël & mœchati ſunt uxores ciuiũ ſuorũ: quorum Dan.13.f uni loquit̃ Daniel: Inueterate dierũ malorũ, & alteri: Semen Chanaan, & nõ Iuda: ſpecies decepit te: & cõcupiſcentia ſubuertit cor tuũ. Sic faciebatis filiabus Iſraël: et illę metuẽtes loq̃bantur uobiſcũ: Sed nõ filia Iuda ſuſtinuit iniquitatẽ ueſtrã. Quodq́ ꝓpheta nũc loquit̃: Et loquuti ſũt uerbum in noĩe meo mẽdaciter, qđ nõ mãdaui eis: illud ſignificari putãt, qđ miſeras mulierculas quę circũferũtur omni uẽto doctrinę: ſic deceperint, quo dicerent eis: quia de tribu erãt Iuda, Chriſtũ de ſuo ſemine eſſe generandũ, quæ illectæ cupi- F dine præbebãt corpora ſua, quaſi matres futuræ Chriſti. Sed illud quod in p̃ſentiarũ dicit̃: quos frixit rex Babylonis in igne, uidet̃ Danielis hiſtoriæ cõtraire. Ille enim aſſerit eos ad ſententiam Danielis à populo eſſe lapidatos: hic uero ſcriptũ eſt, ꝙ frixerit eos rex Babylonis in igne. Vnde & à pleriſque ac penè omnibus Hebræis, ipſa quaſi fabula nõ recipit̃: nec legitur in ſynagogis eorum. Qui em̃, inquiunt, fieri poterat, ut captiui, lapidãdi principes & prophetas ſuos haberẽt poteſtatẽ? Et magis hoc eſſe uerũ affirmãt, ꝙ ſcribit Hieremias, cõuictos quidẽ eſſe presbyteros à Daniele: ſed latam in eos ſententiã à rege Babylonis: qui in captiuos ut uictor & dñs habebat imperiũ. Quanti & de noſtro grege ſimiles Achab & Sedechiæ, prophetãt in nomine dñi mendaciũ, & faciunt ſtulticiã in Iſraël: & mœchantur uxores ciuiũ ſuorũ: qui in eadẽ eccle- G ſiæ ſunt urbe generati: quos uerus Nabuchodonoſor friget in igne peccati, dicẽte Oſee propheta: Oſee.7.d Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccẽſus à coquẽ- Tren.3.e te. Felix qui tollit iugũ ab adoleſcẽtia ſua & ſedet ſolus: quia amaritudine repletus eſt: poteſtq́ dicere cũ Dauid: Pſal.25.a Nõ ſedi in cõcilio malignãtiũ: & cum iniqua gerẽtibus nõ introibo. Quodq́ intulit nũc ꝓpheta: Ego ſum iudex & teſtis, dicit dñs: hunc habet ſenſum: Hęc q̃ dico de duobus pſeudoprophetis qui loquũtur uerbũ in noĩe meo mẽdaciter, quod nõ mãdaueram eis, nequaq́ opinione cognoui: ſed ipſe ſcio uera eſſe quæ celare nemo poteſt, nec effugere mei iudicij ueritatem. b ¶Et ad Semeiã Neelamitẽ dices &c.) Semeias de loco Neelami, נחלמי qui interpretat̃ torrens, cũ rege Iechonia ductus fuerat in Babylonẽ: & prophetabat populo mẽdaciter, eo quod celeriter eſſent Hieruſalẽ reuerſuri. H Fuiſſe aũt eũ pſeudoprophetã, ſequẽtia Hieremiæ uerba demõſtrãt: Hæc dicit dñs ad Semeiam Neelamitẽ, ꝓ eo qđ ꝓphetauit uobis Semeias, & ego non miſi eum. Quia igit̃ Hieremias ad eos qui erant in Babylone literas miſerat, dicẽs: Aedificate domos, & habitate: plãtate hortos, & comedite fructus eorũ: accipite uxores, & generate filios. Et poſt alia iũxerat: Non uos ſeducãt prophetę ueſtri qui ſunt in medio ueſtri, & diuini ueſtri. Ac deinde: quia iſti falſo prophetant uobis in nomĩe meo, & nõ miſi eos, dicit dñs: intelligens Semeias ſub cõmuni nomine pſeudoprophetarũ cõtra ſe ſcriptũ: mittit literas Hieruſalẽ ad Sophoniã filiũ Maaſiæ ſacerdotẽ, & ad reliquos ſacerdotes contra Hieremiã: quare non increpet̃ à Sophonia ſacerdote: cuius officiũ eſt diſcernẽdi inter prophetas, qui ſpiritu ſancto

domini omnis tranſmigratio quam emiſi de a Hieruſalẽ in Babylonẽ. Hæc dicit dominus exercituũ, deus Iſraël ad Achab filiũ Coliæ, & ad Sedechiã filium Maaſiæ; qui prophetãt uobis in nomine meo mẽdaciter: Ecce ego tradã eos in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis: & percutiet eos in oculis ueſtris. Et aſſumet̃ ex eis maledictio omni trãſmigrationi Iudæ, quæ eſt in Babylone dicentium: Ponat te dñs ſicut Sedechiã et ſicut Achab: quos frixit rex Babylonis in igne: pro eo quod fecerunt ſtulticiã (ſiue iniquitatẽ) in Iſraël: & mœchati ſunt uxores amicorum (ſiue ciuiũ) ſuorum: & loquuti ſunt uerbum in nomine meo mendaciter: quod non mandaui eis: ego ſum b iudex & teſtis, dicit dominus. Et ad Semeiam Neelamitem dices. (Et quod ſequitur): Hæc dicit dominus exercituũ, deus Iſraël: Pro eo quod miſiſti in nomine tuo libros ad omnẽ populum qui eſt in Hieruſalẽ. (In Lxx. non habetur. Rurſumq́ addidere de ſuo) Nõ miſi te in nomine meo. (Et conſequenter iuxta ordinem): Et ad Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem. (Et iterũ de Hebræo): Et ad oẽs ſacerdotes. (Ac deinde hiſtoria texitur): Dominus dedit te ſacerdotẽ pro Ioiade ſacerdote: ut ſis dux (ſiue, præceptor & epiſcopus) in domo domini ſuper omnem uirum arreptiũ & prophetantẽ: ut mittas eum in neruũ & in carcerẽ (ſiue, in cuſtodiam, & in cataractẽn: quẽ Symmachus μόχλον: Aquila ipſum uerbum Hebraicum poſuit צִינֹק). Et nunc quare non increpuiſti Hieremiam Anathotitem, qui prophetat uobis? Quia ſuper hoc miſit ad nos in Babylonem, dicens: Longũ eſt: ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorum. Legit ergo Sophonias ſacerdos librum iſtũ in auribus Hieremiæ



A tu ſancto loquantur, qui cõtrario: & recludi iubeatur in carcerem, ut mendacij ſui pœnas luat: & populũ ultra ſupplantare deſiſtat. 4.Reg.11.d 2.Para.23. Ioiade ſacerdos fuit, qui Ioias poſt interfectionem Athaliæ imperiũ tradidit: & interfecit ſacerdotes Baal. Hoc eſt ergo qđ ſcribit: Quare nõ imitaris Ioiadem ſacerdotẽ & interficis Hieremiã pſeudoprophetam? Dñs em̃ te pro Ioiade cõſtituit: ut habeas curam templi: & præcipue diſcernas qui ſancto ſpiritu loquãtur, qui dæmoniaco. Diſcretiones aũt ſpirituũ diuinæ eſſe gratiæ: & Apo- 1.Ioan.4.a ſtolus memorat. Cur, inquit, nõ increpuiſti Hieremiã Anathotitẽ? Qđ ipſe merebat̃ quaſi pſeudopropheta, refert in ꝓphetã: & præuenit men- Luc.16.b dacio ueritatẽ. Vnde & prudẽtiores putantur filij tenebrarum filijs lucis in generatione hac. Nobiſq́ agentibus patiẽter & expectãtibus miſerorũ ſalutẽ, præueniunt hæretici, & nos ſuo appellant nomine, ducẽtes cæci cæcos in foueam. Miſit, inquit, ad nos in Babylonem, dicẽs: Lõge eſt. Hoc eſt omne quod dolet: quare aduerſum ſuũ mendacium Hieremias ſcripſerit ueritatem: longe eſſe reditũ: & poſt ſeptuaginta annos redituros in Hieruſalem: unde debe- B re eos ædificare domos: plantare pomaria, & comedere fructus eorũ, accipere uxores: & facere filios, quæ præteritus ſermo narrauit. Quas literas cum accepiſſet Sophonias ſacerdos, ad cuius ſpecialiter nomen ſcriptæ erant: legit Hieremiæ, quodammodo ſugillans eum: & ipſa increpans lectione, quare auderet in Babylonẽ talia ſcribere. a ¶Et factum eſt uerbum dñi ad Hieremiam, dicens: Mitte &c.) Pſeudopropheta Semeias uere Neelamites, qui de torrente alienas et turbidas aquas ſumpſerat, iraſci- C tur contra mendacium ſuum uera ſcripſiſſe Hieremiam: & ad Sophoniam ſacerdotẽ mittit epiſtolas: cur auſus ſit ꝓpheta ſcribere ueritatem: & cupit eũ recludi in carcerem ne loquatur. Sophonias quoq́ prophetam latenter accuſat dum legit epiſtolã mentiẽtis: & accuſationẽ eius habere ſe iactitat. Quãto magis ſceleris rei ſunt, q defendũt pſeudoprophetas: & mentientes fouẽt: & ad aliorum male inuẽta, ſua faciũt eſſe peccata? Audiat itaq́ pſeudopropheta, intelligat ſacerdos quid per eum & ipſe audire mereatur: Hæc dicit dñs: Ecce ego uiſitabo ſuper Semeiam. Hoc dñs loquitur, nõ ꝓpheta, qđ uiſitet ſuper Semeiam Neelamitem, nõ in remedium, ſed in ſupplicium mentientis: iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Viſitabo in Pſal.88.c uirga iniquitates eorũ: & in flagellis peccata eorũ. Nec ſolum ſuper pſeudoprophetã uiſitat: ſed & ſuper ſemen eius, omnes diſcipulos quos ſuo errore decepit. Nõ erit, inquit, uir ſedens in medio populi huius. Deleatur de ſanctorũ cõciliabulo ſtirps peſſima: nec ſedeat in medio quieſcentium: qui cũ ſtantibus ſtare nõ potuit: nec audiuit illud: Si ſtetiſſet in ſubſtãtia mea. D Cumq́ dñs perfectionem uirtutum omnium finito ſeptenario tempore promittat: ille non uidebit bonũ quod ſibi in præſenti tẽpore uẽdicabat. Hoc aũt totum fiet, quia præuaricationem locutus eſt aduerſus dñm, ut diceret iam ſoluta peccatorum captiuitate: reuerſuros eſſe in Hieruſalẽ: quibus Apoſtolus cõminatur: Iam ſaturati eſtis: iã 1.Cor.4.b diuites facti eſtis: ſine nobis regnaſtis: & utinam regnaretis ut & nos regnaremus uobiſcum.

a Hieremiæ prophetæ. Et factũm eſt uerbum dñi ad Hieremiam, dicẽs: Mitte ad omnem tranſmigrationem, dicens: Hæc dicit dñs ad Semeiam Neelamitem: pro eo quod ꝓphetauit uobis Semeias, & ego non miſi eum: & fecit uos confidere in mendacio: idcirco hæc dicit dñs: Ecce ego uiſitabo ſuper Semeiam Neelamitem & ſuper ſemen eius. Non erit ei uir ſedens in medio populi huius: & non uidebit bonum quod ego faciam populo meo, ait dominus: quia præuaricationem locutus eſt aduerſus dominum.

Cõmẽtarij quinti in Hieremiã ꝓphetam, finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVM commentariorum Hieremiæ ad Euſebium procemium.

PRolixitas uoluminis Hieremiæ ꝓphetæ uincit noſtrũ propoſitum: ut q̃uis breuiter, tamen multa dicamus. Vnde & præſens ſextus liber cõmentariorũ in Hieremiam, repromiſſiones myſticas cõtinebit: quas Iudæi putant & noſtri Iudaizantes, in conſummatione mundi eſſe cõplendas: necdum enim ſub Zorobabel poſſunt expletas conuincere. Nos aũt ſequẽtes autoritatẽ Apoſtolorꝝ & euãgeliſtarũ & maxime Apoſtoli Pauli: quicquid populo Iſraël carnaliter repromittitur, in nobis ſpiritualiter cõpletũ eſſe, mõſtramus, hodieq́ cõpleri: nec inter Iudæos et Chriſtianos ullũ aliud eſſe certamen, niſi hoc: ut cũ illi noſq́ credamus Chriſtum dei filium repromiſſum: et ea quæ ſunt futura ſub Chriſto: à nobis expleta, ab illis explenda dicantur. Qui igitur Chriſtum ueniſſe iam credimus: neceſſe eſt ut ea quæ ſub Chriſto futura dicuntur expleta doceamus: Noſq́ eſſe filios Abraham de quibus ſcriptum eſt: Potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahã: ad quẽ facta eſt repromiſſio: Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quã benedictionẽ uas electionis in Chriſto expletã docens:

E non dixit,inquit,in ſeminibus;ſed in ſemine qui eſt Chriſtus. Ora igitur frater Euſebi dominum G
Ieſum Chriſtum;ut eodem labore & ſpiritus gratia quo aliorum ꝓphetarum,& præcipue Eſaiæ repromiſſiones interpretati ſumus;etiã huius prophetæ explanare ualeamus. Qui quantum in uerbis ſimplex uidetur & facilis;tantum in maieſtate ſenſuum profundiſſimus eſt.

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Hieremiam prophetam liber Sextus.

a HOc uerbũm quod factum eſt ad Hieremiam à dño, dicens;hæc dicit dñs deus Iſraël,dicens;Scribe tibi omnia uerba quæ locutus ſum ad te in libro. Ecce enim dies ueniũt dicit dñs;& conuertam conuerſionẽ populi mei Iſraël & Iuda,ait dominus;& cõuertam eos (ſiue ſedere faciam) in terra quã dedi patribus eorꝫ,& poſſidebũt eam.
b Et hæc uerbã quæ locutus eſt dñs ad Iſraël et ad Iudã;quoniam hæc dicit dominus;uocem terroris (ſiue timoris) audiuimus; formido,& non eſt pax. Interrogate & uidete ſi generat maſculus. Quare ergo uidi omnis uiri manum ſuꝑ lumbos ſuos quaſi parientis;et cõuerſæ ſunt
c uniuerſæ facies in auruginem? Væ quia magna dies illa,nec eſt ſimilis eius; tẽpusq́ tribulationis eſt Iacob; & ex ipſo ſaluabitur.
d Et erit in die illa,ait dominus exercituũ;conterã iugum eius de collo tuo,et uincula illius diſrumpã;& nõ dominabũtur eis amplius alieni;ſed ſeruient(ſiue operabũtur)domino deo ſuo, & Dauid regi ſuo quem ſuſcitabo
e eis. Tũ ergo ne timeas ſerue meus Iacob,ait dominus

HOc uerbum quod factũ eſt ad Hieremiã à domino &c.) Promittentibus in Babylone pſeudoprophetis cito populum qui cum Iechonia captus fuerat reuerſurũ; & Anania filio Azur in Hieruſalem eadem prædicante;Hieremias propheta & illud quidem futurum aſſeruit; nõ intra bienniũ,ut illi mentiebãtur,ſed finitis ſeptuaginta annis. Et nunc iubetur in libro ſcribere et memoriæ tradere quæ dñs uentura prenunciet. Ex quo manifeſtum eſt, nequaq̃ uicinum tempus eſſe uaticinij,ſed multa poſt tẽ-
F pora hæc explendã;quãdo Iſraël & Iuda reuerſuri ſunt in terram ſuam;et implendũ illud qđ Eze-
Ezech.37.d chiel ꝓphetauit;duas uirgas ſibi pariter copulandas;& imperaturum Dauid regẽ; de quo ſcribit: Et ſeruus meus Dauid rex ſuper eos & paſtor unus erit omnium eorũ. Si quid igitur in illa prophetia diximus;etiam in præſenti loco intelligẽdũ eſt;præſertim cũ eadẽ & eo tempore Ezechiel in Babylone;& Hieremias in Hieruſalẽ ꝓphetauerit.
b ¶Et hæc uerba quæ locutus eſt dñs ad Iſraël & ad Iudam;quoniã &c.) Primum triſtia annũciãtur, ut poſt malorum magitudinem,læta ſuccedãt. Gratior quippe eſt ſanitas ægrotatione depulſa; & doloris magnitudo,in magnitudinẽ uertitur gaudiorum. Quod autem dicit,hoc eſt;tantus erit timor,tãtaq́ formido;ut fugata pace,bellis & ſanguine omnia compleantur;& uiros quoq(quorum propriũ eſt cõtra aduerſarios dimicare)muliebris timor obtineat;manusq́ nequaq̃ ad arma,ſed ad renes tenẽdos conferant;quaſi ſi mulier pariens ilia lumbosq́ contineat. Vnde & cunctorum facies uertentur in auruginem;pauorem cordis,uultus pallore teſtan-
Tropol. tes. Quidam hunc locum ſecundũ Tropologiã ſic
Eſa.26.c interpretãtur;ut putent illud teſtimoniũ; A timore tuo domine concepimus & parturiuimus & peperimus;ſpiritum ſalutis tuæ fecimus ſuper terram;& illud apoſtolicum in quo dicit;Filioli mei quos ite- Gala.4.c
rum parturio donec Chriſtus formetur in uobis; huic exemplo comparari;quod manifeſtum eſt nõ ad terrorem,ſed ad gaudium pertinere, cũ præſens ſcriptura uaſtatiõis Iſraël & ruinæ tempus ſignificet. c ¶Væ quia magna dies illa nec eſt ſimilis eius &c.) Prædicit tempus miſeriæ, ut inferat tẽpus gaudij. Cum, inquit, tãta præceſſerint mala,ut dolor uirorũ omnium dolori parturiẽtis fœminæ comparetur;tamen tempus tribulationis Iacob,hoc eſt populi dei;mutabitur in proſpera;& ex ipſo quoq ſaluabitur,ſubauditur tempo- H
re;de quo ſermo proceſſerat. Iacob autẽ duodecim tribus intellige;q̃ nequaq̃ ſub Zorobabel,ut non nulli falſo putãt;ſed de euangelica uocatione ſaluatæ ſũt. d ¶Et erit in die illa,ait dñs exercituum; conteram iugum eius de collo tuo & uincula &c.) Iſte eſt Dauid Luc.1.g
cuius & euangelium meminit,daturum ſe nobis ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorũ liberati ſeruiamus illi;In ſanctitate & iuſticia corã ipõ,omnibus diebus noſtris. Quomodo eñi primus Adam & ſecundus Adam ſcribũtur iuxta corporis ueritatẽ;ſic & Dauid dñs atq ſaluator;quia iuxta carnẽ ex Dauid, totum in eo ſancta Maria conferente quicquid fuit ex ſtirpe Dauid,& habẽte originẽ atq cõceptum de ſpiritu ſancto. Quodq́ ait;Conterã iugũ eius de collo tuo; & uincula illius diſrumpam;Nõ dubium quin ſub typo Nabuchodonoſor de diabolo ſentiendum ſit.
e ¶Tu ergo ne timeas ſerue meus Iacob,ait dominus &c.) Hæc περικοπὴ in Lxx.nõ habetur;& in pleriſq codicibus uulgatæ æditionis ſub aſteriſcis de Theodotione addita eſt. Pollicetur aũt ſermo diuinus & familiarẽ uocat ſeruũ ſuũ Iacob & Iſraël;ſicut Abraham,Iſaac & Iacob uocãtur ſerui dei. Moyſes quoq



dñs;neq paueas Iſraël. Quia ecce ego ſaluũ te faciam de terra longinqua;& ſemen tuum de terra captiuitatis eorum;& reuertetur Iacob & requieſcet;& cunctis affluet bonis;& non erit quem formidet; quoniam tecũ ego ſum,ait dñs,ut ſaluem te. Faciam enim conſummationem in cunctis gẽtibus in quibus diſperſi te. Te autem non faciam in conſummationem,ſed caſtigabo(ſiue erudiam)te in iudicio;ut nõ tibi uidearis innoxius (ſiue &
a mundans nõ mundabo te.) Quia hæc dicit dominus inſanabilis fractura tua; peſſima plaga tua. Nõ eſt qui iudicet iudicium tuum ad alligandum;curationum utilitas non eſt tibi. Omnes amatores tui obliti ſunt tui; te non quærẽt. Plaga enim inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli (ſiue forti;) ꝓpter multitudinem iniquitatis tuæ;dura facta ſunt (ſiue multiplicata ſunt) peccata tua. Quid clamas ſuper contritione tua? Inſanabilis eſt dolor tuus;ꝓpter multitudinẽ iniquitatis tuæ;
b & ꝓpter dura peccata tua feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te deuorabuntur;& uniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducẽtur;& qui te uaſtãt uaſtabũtur;cunctosq́ prædatores tuos dabo in prædam. Obducã eñi cicatricem tibi;& à uulneribus tuis ſanabo te,dicit dominus. Quia eiectam (ſiue diſperſam) uocauerunt te Sion. Hæc eſt quæ
c nõ habebat requirentẽ. Hæc dicit dominus: Ecce ego cõuertam cõuerſionem tabernaculorũ Iacob;& tectis (ſiue captiuitati)eorũ miſerebor. Et ædificabitᷣ ciuitas in excelſo ſuo; & templũ iuxta ordinẽ ſuum fundabitur. Et egredietur

A quoq & alij ꝓphetæ & Apoſtolus Paulus in principio epiſtolarum ſuarũ hoc titulo gloriatur, ut duæ & decem tribus;id eſt duodecim ſciãt ſe de terra lõginqua eſſe ſaluandas;& ſoluendam captiuitatẽ reddendamq́ pacem;& omni eas replendas abundantia; iuxta illud quod in
Pſal.121.b pſalmo dicitur. Fiat pax in uirtute tua;& abundãtia in turribus tuis. Hoc autẽ erit quia præſentia dñi perfruentur;quando & gẽtes aduerſariæ quæ eos ceperant diſperibũt; & iſti liberabũtur ex gẽtibus. Docetq́ eos nequaq̃ pœnæ, ſed eruditioni traditos,ut iudicarentur quaſi proprij;nõ perde-
Ioan.3.c rentur quaſi alieni; Qui enim non credit, iam iudicatus eſt;hoc eſt præiudicatus in interitum. Qđ autem intulit;Vt nõ tibi uidearis innoxius, ſiue iuxta Symmachũ;& mũdans non mũdabo te;uel iuxta Aquilam;cũ te erudiero per iudiciũ nequaquã innocentem faciam;
B illud ſignificat,qđ omnis mundus indigeat miſericordia dei;et nullus quãuis ſanctus ſit,ſecurus ꝑgat ad iudicẽ;contra nouam ex ueteri hæreſim, quæ putat in iſto ſeculo & in iſta carne mortali, anteq corruptiuum hoc induat incorruptionem; & mortale ĩduat immortalitatem; perfectionem eſſe in quoq;& omnes ſimul iuſtũ poſſe implere uirtutes. a ¶Quia hæc dicit dñs;inſanabilis fractura tua; peſſima plaga tua &c.) Quaſi ad ſpecioſam mulierem loquitur; cui ſupra dixerat;Caſtigabo te in iudicio, ut nõ tibi uidearis innoxius ſiue innoxia;& ꝑ Metaphoram ad Hieruſalẽ;quod dei iudicio peſſime uulnerata ſit;& nequaq̃ alio niſi ipſo qui percuſſerat poſſit curante ſanari. Non eſt,ait dñs,qui iudicet iudicium tuum;nec altiſſimo uulneri ualeat cutẽ cicatricis obducere. Quocunq te conuerteris, utilitas nõ eſt tibi;quia offendiſti eũ qui uerus & ſolus eſt medicus. Omnes amatores tui obliti ſunt tui;uel ſacerdotes uel principes,aut certe angelorum præſidia; C
quibus priusq offenderes dñm uallabaris. Te non quærent,facientes contra Apoſtolũ, qui quærebat credentes,& non ea quæ erãt credẽtium. Plaga eñi 2.Cor.12.c
inimici percuſſi te,caſtigatione crudeli. Aliter amicus,aliter inimicus ꝑcutit;aliter pater; aliter hoſtis. Ille cædit ut corrigat; iſte ꝑcutit ut occidat. Vñ & ꝓpheta lachrymabiliter dicit;Dñe ne ĩ furore tuo Pſal.6.37.
arguas me;neq in ira tua corripias me. Hoc aũt factum eſt;quia ꝓpter multitudinẽ iniquitatis tuæ, dura facta ſunt peccata tua; Quodq́ ſequitur; Quid clamas ſuper cõtritione tua; inſanabilis eſt dolor tuus ꝓpter multitudinẽ iniquitatis tuæ;in Lxx.nõ habetur;uidelicet quia ſecundo dicitur, ꝓpter multitudinẽ iniq̃tatis tuæ & dura peccata tua; & qui ſcribebant à principio additum putauerũt. Et eſt ſenſus;ut inimici te plaga percuterẽ, & cæderem caſtigatione crudeli, fecit multitudo D
iniquitatis tuæ, & dura peccata tua; quæ ſanari nõ poterãt;niſi mordaciſſimo puluere & ardenti cauterio & ferro acutiſſimo quo putridas carnes & inſanabiles amputarẽ; Et tamẽ ꝓpter multitudinem iniq̃tatis tuæ,& dura peccata tua feci hæc tibi;nõ mea uoluntate,ſed medicinæ ratiõe cogẽte. b ¶Propterea omnes qui comedũt te deuorabuntur;& uniuerſi &c.) Et ſub Zorobabel hæc facta cognoſcimus,quando Aſſyrios,hoc eſt,Niniuen uaſtauere Babylonij atq Chaldæi;& rurſum Babylonios & Chaldæos Medi,Perſæq́ cæperunt,& Babylon deſtructa eſt. Tunc Sion cœpit habere dominum requirẽtem & obducta eſt cicatrix uulneribus illius;& ſanata eſt à plagis ſuis, quod plenius atq perfectius complebitur in Chriſto. c ¶Hæc dicit dñs;Ecce ego conuertam conuerſionem tabernaculorum Iacob &c.) Quorũ typus præceſſit in Zorobabel & Eſdra; quando reuerſus eſt populus, & cœpta eſt ædificari ciuitas in excelſo ſuo;templiq́ obſeruari

 religio

E religio:& cætera quæ ipſius Eſdræ uolumine continentur. Plenius aũt atq; perfectius in dño ſaluatore Apoſtoliſq; cõpletum eſt:quãdo ædificata eſt ci-
Matth.5.b uitas in excelſo ſuo:de qua ſcriptũ eſt:Nõ poteſt abſcondi ciuitas quæ in monte ſita eſt:& templũ iuxta ordinẽ ſuum, ceremoniaſq; fundatũ: ut quicqd in priori populo fiebat carnaliter, in eccleſia ſpiritualiter cõpleretur. Tũc egreſſa eſt laus ſiue gratiarum actio: Hoc enim ſignificat תוֹדָה ut om̃es
1.Cor.1.a Apoſtoli dicerẽt:Gratia
Exod.32.b uobis & pax. Voxq; ludẽtium, nõ illo ludo quo manducauit populus & bibit & ſurrexit ut luderet:ſed eo quo corã arca
2.Reg.6.a dñi luſit Dauid. Et multiplicati ſunt & nõ imminuti:ut totus orbis crederet in dominũ ſaluatorẽ; & glorificati ſunt, ut impleretur qđ ſcriptũ eſt:
Pſal.86.a Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Fuerũtq; filij eius:hoc eſt Apoſtoli ſicut fuerunt à principio,
F Abrahã, et Iſaac et Iacob, principes generis Iſraëlitici. Tũc uiſitauit dñs aduerſum omnes qui tribulauerunt populũ dei:aduerſarias uidelicet poteſtates. Et fuit dux eius ex eo:Haud dubiũ quin dominus & ſaluator ſecũdũ carnẽ ex genere Iſraël. Et princeps de medio eius ꝓductus eſt. Applicauit eum pater ad ſe & acceſſit ad eum:ut diceret filius:
Ioan.14.b Ego in patre, & pater in me: quia nullus poteſt ſic cor ſuũ applicare deo, nec ita ut filius patri eſſe coniunctus. Quodq; dicit iuxta Lxx. Et eritis mihi in populum, & ego ero uobis in deũ:cernimus opere completum ex parte in Iſraël:& ex toto in gentium multitudine. a ¶Ecce turbo domini furor egrediens &c.) Turbo furoris domini & procella ruens atq; tempeſtas, requieſcet in capite eorũ, uel dæmonum uel eorum qui dei filium blaſphemauerunt:& non auertet iram indignationis ſuæ, donec faciat & compleat cogitationem cordis ſui: & circundetur exercitu Hieruſalem & penitus deleatur. Quomodo autem artifex non poteſt intelligi niſi opere cõpleto:nec medicinæ induſtria niſi poſtq; fuerit ſanitas conſecuta:ita cum euerſio fuerit Hieruſalem & prioris populi abiectio:tunc intelligent credentes quod repulſio Iudæorũ, noſtræ ſalutis occaſio ſit.

egredietur de eis laus uoxq; ludentium. Et multiplicabo eos & nõ minuẽtur. (Quodq; ſequitur:) Et glorificabo eos & non attenuabuntur: (in Lxx. non habetur:) Et erunt, inquit, filij eius ſicut à principio:& cœtus eius corã me permanebit:& uiſitabo aduerſum omnes q̃ tribulãt eũ. Et erit dux eius ex eo:et princeps de medio eius ꝓducetur. Et applicabo eum & accedet ad me. Quis em̃ iſte eſt qui applicet cor ſuum:ut appropinquet mihi, ait dñs? (Rurſumq; & hoc in Hebraico non habetur.) Et eritis mihi in populum &
a ego ero uobis in deum. Eccẽ turbo domini furor egrediens:& procella ruens, in capite impiorum cõquieſcet. Non auertet iram indignationis dominus: donec faciat & compleat cogitationem cordis ſui: in nouiſſimo dierum intelligetis ea. Cap. XXXI.

b IN tempore illo dicit dñs, ero deus uniuerſis cognatiõibus Iſraël:(ſiue generi Iſraël) & ipſi erunt mihi in populum.

c HEB. Hæc dicit dñs: Inuenit gratiã in deſerto populus q̃ remanſerat gladio:uadat ad requiẽ ſuam Iſraël.

SEP. Sic dicit dominus:Inueni calidum in deſerto cũ his qui perierant gladio. Ite & nolite interficere Iſraël.

Longe

Cap. XXXI.

G IN tempore illo, dicit dñs, ero deus uniuerſis cognationibus Iſraël, ſiue generi Iſraël, & ipſi erunt mihi &c.) Niſi cogitatio dñi fuerit impleta, & furor eius requieuerit ſuper impiorũ caput:uniuerſitatis dñs, cognatiõibus Iſraël deus eſſe nõ poterit. Hoc autẽ dicit reliquijs, quæ ſaluæ factę ſunt. Quod ſi opponit̃ nobis id quod dictum eſt:Ero deus generi Iſraël:ſiue uniuerſis cognationibus Iſraël:aſſumamus exemplũ:ſi filij eſſetis Abrahę, faceretis opera patris ueſtri. Ioan.8.e Et Apoſtolus ſcribit:Videte Iſraël ſecundum carnẽ. 1.Cor.10. Ex quo docet eſſe alium Iſraël ſecundũ ſpiritũ. Ille igitur Iſraël eſt, qui mẽte cernit deum:ſiue rectiſſimus dñi eſt; & huiuſcemodi Iſraël erit ppl̃s dei. c ¶Hæc dicit dñs:Inuenit gratiã in deſerto populus qui remanſer. &c.) Ridicule Latini codices in hoc loco, ambiguitate uerbi Græci, pro calido H lupinos ĩterpretati ſunt: Græcum enim θερμὸν utrunq; ſignificat: Quod & ipſum non habetur in Hebræo. Eſt em̃ ſcriptũ חֵן quod Aquila, Symmachus & Theodotio χάριν, hoc eſt, gratiam interpretati ſunt. Soli Lxx. poſuerunt calidum putãtes ultimam literã ם, eſſe. Si enim legamus חֵן per literam ן, gratia dicitur:ſi per ם, calor interpretatur. Eſt autem ſenſus iuxta Hebraicum. Cum populus Iudæorum qui Romano remanſerat gladio:uel certe iram furoris domini potuerat euitare, inuenit gratiam in deſerto gentium:ut intra turbã nationum in eccleſia ſaluetur: unde uadet & inueniet requiem ſuam Iſraël:quam ſemper ſperauerat:quam ei prophetarum promiſerant uaticinia. Porrò iuxta Lxx. hæc intelligentia eſt; Dominus inuenit calidos atq; uiuentes Apoſtolos & ſocios eorum in deſerto gẽtium, inter eos qui infidelitate ſua interfecti fuerant, nec habebant calorem uitæ:Vnde præcipitur angelis & his qui in miniſterio dei ſunt, ne omnes interficiãt, ne Iſraël penitus deleatur:diciturq; eis:Ite & nolite interficere Iſraël:Sint aliqui qui uiuant:Sint qui caleant ardore fidei:ſint qui frigus infidelitatis & mortis effugiant, quos dominus inueniat in deſerto.

Longe



A a ¶Longe dñs apparuit mihi ſiue ei:& in charitate &c.) Quia offenderat Iſraël dñm, & dixerat:Non
Ioan.19.c habemus regem niſi cæſarem:Et:Venite & interfi-
Marc.12.a ciamus eũ & noſtra erit hæreditas:& longe receſſerat à deo, propterea dñs poſt multum tempus apparuit ei:nõ tempore Zorobabel & Eſdræ, poſtq; rurſum capti ſunt:ſed in charitate perpetua dilexit eũ:quæ nullo fine delebitur. Et attraxit eũ miſerãs. Nequaq; em̃ merito, ſed clementia ſaluatus eſt. Rurſumq; ait:Aedificabo te & ædificaberis uirgo Iſraël. Hoc ꝓprie intelligamus in eccleſia. Delyrãt em̃ qui auream atq; gemmatam ſuſpirãt Hieruſalẽ, ſuã auariciã in myſterio urbis dñi cõſecrãtes. Adhuc ornaberis tympanis tuis, ut canas dño in eccleſijs:om̃i in te malorum operum carne cõſumpta. Et egredieris in choro ludentiũ cũ gen-
B tium turbis:plantabis uineas in montibus Samariæ. Nequaq; in uallibus & humilibus locis, ſed in montibus Samariæ: qui poſt captiuitatem populi Iſraël ab alienigenis poſſeſſi ſunt:quibus dicitur: plantate plantaria & uindemiate. Tunc fuit dies dñi, in qua clamauerunt cuſtodes, Apoſtoli uidelicet & apoſtolici uiri in mõ-
שמרון te Samariæ & in monte Ephraim:quorum alterum
אֶפְרַיִם cuſtodiam:alterũ ubertatẽ ſonat. Quid uero dicunt cuſtodes Samariæ:imò qd clamãt in monte Ephraim? Surgite qui iacetis:humilia relinquite:uictimarum hoſtias ſpernite:Sacrificium dño ſpiritus cõtri-
Pſal.50.d bulatus. Aſcẽdamus in Sion:hoc eſt in eccleſiã ubi eſt ſpeculatio & intuitus dei. Cũq; fuerimus in Siõ imò aſcẽderimus ad eam, aſcẽdamus pariter ad dominum deum noſtrũ. b ¶Quia hæc dicit dñs:Exultate in lætitia Iacob & hinnite &c.) Significanter non totus ſaluatur Iſraël, ſed reliquiæ Iſraël:præcipiente dño atq; dicente:Exultate in lætitia qui eſtis de Iacob:& hinnite, ad caput gentium referrentes cuncta:quia cauda quõdã uerſa eſt in caput. Perſonate, canite & dicite. Quid eſt illud quod iubentur
Rom.9.f dicere? Saluum fac dñe populũ tuũ. Quem popolũ?
Eſa.1.c Vtiq; reliquias Iſraël:quæ ſecundũ electionẽ ſaluæ factæ ſunt. De quibus & Paulus aſſumens teſtimonium Eſaiæ loquitur:Niſi dñs ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus:& ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. c ¶Ecce ego adducam eos de terra aquilonis & congregabo eos &c. C Quod ſequitur. In ſolennitate Phaſæ, & generabit filios multos.) In Hebraico nõ habetur:ſed in Lxx. tantum legitur:pro quo apud Hebræos ſcriptũ eſt.

a Longe dominus apparuit mihi (ſiue ei:) & in charitate perpetua dilexi te:ideo attraxi te miſerans. Rurſumq; ædificabo te, & ædificaberis uirgo Iſraël: adhuc ornaberis tympanis tuis (ſiue aſſumes tympana tua:) & egredieris in choro ludentium:adhuc plantabis uineas in montibus Samariæ:plantate plantaria & uindemiate:etem̃ dies in qua clamabunt cuſtodes in monte Ephraim. Surgite & aſcendamus in Sion ad dominum deum
b noſtrum. Quia hæc dicit dominus:Exultate in lætitia Iacob:& hinnite contra caput gentium:perſonate, canite & dicite: Saluum fac
c domine populum tuũ reliquias Iſraël. Eccẽ ego adducam eos de terra aquilonis:& congregabo eos ab extremis terræ. In ſolennitate Phaſæ & generabit filios multos. Inter
d quos erunt cæcus & claudus, & prægnans & pariens ſimul:eccleſia magna reuertentiũ
e huc. In fletu uenient (ſiue egredientur:) & in miſericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in uia recta: & non impingent (ſiue nono errabunt) in ea. Quia factus ſum Iſraël pater: & Ephraim primogenitus

d ¶Inter quos erũt cæcus & claudus &c.) Congregãtur reliquiæ populi Iſraël per Apoſtolos & apoſtolicos uiros:de quibus ſupra legimus:Clamabũt cuſtodes in mõte: & quibus præcipit̃, Perſonate, canite & dicite, ut ſaluæ fiãt reliquiæ Iſraël. Ipſe quoq; dñs pollicetur ſe reducturũ eos de terra aquilonis, qui eſt uentus duriſſimus, nomine autẽ dexter uocatur:de incredulitate, de frigore dñicę charitatis:& congregare eos ab extremis terrę:nõ in alio tempore, ſed in ſolẽnitate Phaſæ:hoc eſt ferijs dñicæ paſſionis:quãdo crucifixus dñs eſt, im-
D pletumq; illud qđ ipſe in euãgelio repromiſit: Cũ Ioan.12.e exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me. Tũc generauit multum populum, ut illud impleretur Eſaiæ: Quia nata eſt gẽs Act.2.g.4.a ſemel. Vno enim die tria milia, altero quinq; milia hominum crediderunt. Quodq; ĩ Hebraico ſcribitur:inter quos erũt cæcus & claudus, & prægnãs & pariẽs ſimul, eccleſia magna reuertẽtiũ huc:quãq; & iuxta literã impletũ ſit quod cæci uiderint:claudi ambulauerint:tamẽ melius iuxta Anagogẽ intelli- Anagog. gi poteſt, qđ qui prius erãt cæci perfidia:poſtea crediderint ſaluatori:& qui claudi, quibus quondã loquebatur Helias:Vſq;quo claudicatis utroq; pede: 3.Reg.18.d poſtea ambulauerint:& populus qui ſedebat in te- Eſa.9.a nebris & umbra mortis, magnum lumẽ aſpexerint: claudiq; cucurrerint:& prægnans pepererit filios, eccleſiã magnam reuertẽtium ad fidẽ. Iudæi putant hoc eſſe cõpletum:quãdo ſub Eſdra poſt diẽ Phaſæ egreſſi ſunt de Babylone ut reuerterent̃ Hieruſalẽ: in quo typus fuit & nõ ueritas. Neq; em̃ in illo tempore uniuerſa quæ legimus & lecturi ſumus, fuiſſe cõpleta poterũt approbare. e ¶In fletu uenient ſiue egrediẽtur &c.) Si iuxta Hebraicũ legerimus, in fletu ueniẽt:hoc enim indicat יָבֹאוּ. Dicemus qđ interdum & nimij gaudij fletus indicium ſit; iuxta illud:lachrymor gaudio. Sin autẽ iuxta Lxx. qui dixerunt:in fletu egrediẽtur & in miſericordia ſiue in

E consolatione reducam eos:illum ſenſum ponemus, Pſal.125.d qui & in pſalmis dicitur:Euntes ibant & flebāt mittentes ſemina ſua: Venientes autem uenient cum exultatione,portantes manipulos ſuos. Fleuerunt enim,quando captiui ducti ſunt:& conſolationem Ioan.9.g maximā receperūt,quando miſericordia domini ſunt reducti. Et adduxit eos dominus per Apoſtolos & apoſtolicos uiros,plenos aquarū & largiſſimi fluminis:in uia recta,uidelicet fidei, nō in perfidia Iudæorū. Et nō inquit, impingent in ea: quia cæci eſſe ceſſarunt: quibus quōdam dictum eſt:Si cæci eſſetis, nō haberetis peccatum:Nunc uero quia dicitis, uidemus, peccatum ueſtrum manet. Poſſumus uiā rectam & Chriſtum intelligere:in qua quicūqꝫ ambulauerit,non impinget. Factus ſum,ait,Iſraël pater, qui reductus eſt: & F Ephraim primogenitus Roma.5.d meus eſt. Vbi enim quōdam abundauit peccatū, ſuperabūdauit gratia. Ephraim autem in typo eſſe populi de gentibus congregati, ſcriptura teſtatur. Fuit em̄ poſterior filius Ioſeph,& ſurripuit primogenita Manaſſe:qui natura primitiuus erat:ſed in Gen.48.b myſterio crucis decuſatis manibus,qui ſtabat ad ſiniſtram Iacob,dextræ manus eius ſuſcepit benedictionem. Et qui ſteterat ad dexteram,ſiniſtra benedictus in ſecundum redactus eſt gradum. Et quomodo Iacob Eſau:ſic Ephraim Manaſſe rapuit pri Ibid.27.b mogenita. Omniſqꝫ populus decē tribuū uocatus eſt Ephraim:quia Hieroboā filius Nabath, ex hac tribu regnū primus obtinuit in Samaria. a ¶Audite uerbum domini gentes:& annunciate in inſulis quæ procul ſunt & dicite &c.) Perſpicue uocatio gentium demōſtratur, ſcriptura dicēte:Audite uerbum domini gentes,& annūciate in inſulis quæ procul ſunt,& dicite:Quid annunciant inſulis quæ ꝓcul ſitæ ſunt?Quod dominus qui diſperſit Iſraël, ipſe congregabit eum. Nequaqꝫ ergo ut diſpergerentur potētiæ fuit aduerſariorum,ſed domini uo Eſa.40.c luntatis. Et cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuū. Ioan.10.b Paſtor enim bonus ponit animam ſuam ꝓ ouibus ſuis. Quia redemit dominus Iacob, ꝓcio ſanguinis ſui:& liberauit eum de manu potentioris ſiue fortioris. Per quæ oſtēdūtur fortiores aduerſariæ poteſtates natura fragilitatis humanæ. Et quantum in utriſqꝫ uirium eſt:illas fortiores eſſe natura,ſed nos fortiores fide:ſi tñ mereamur liberari ab eo qui poteſt alligare fortē & domū eius diripere. Et uenient, G inquit,haud dubium quin liberati de manu potentium:& laudabunt liberatorem ſuū in monte Sion, hoc eſt,in eccleſia:& confluent ad bona domini:rerum omnium abundantiam:quæ non in frugibus & cibis carnis iſtius:ſed in uirtutum uarietate ſentitur. Super frumento,inquit, & uino & oleo, de quo conficitur panis domini,& ſanguinis eius īpletur typus & benedictio ſanctificationis oſtēditur: dicente ſcriptura: Pſal.44. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ cōſortibus tuis. Et fœtu peccorum, qui in eccleſia ſimplices ſunt:& armētorū: quæ cornuta ſunt,& aduerſarios uentilant. Vt autē ſciamus benedictiones has nequaqꝫ ad corpus,ſed ad animam pertinere, ſequitur:Eritqꝫ anima eorum quaſi hortus irriguus,ſiue quaſi lignū fructiferū,quod plantatū eſt ſecus decurſus aquarum & paradiſus dñi in H delicijs. Et ultra,ait,non eſurient. Nequaqꝫ ea eſurie:de qua ſcriptum eſt:Beati qui eſuriunt & ſitiunt Matth.5. iuſticiam:ſed ea quæ ſaturitate mutatur, & rerum omnium excludit penuriam. Tunc lætabitur uirgo in choro,de qua ſcribit Apoſtolus:Deſpondi enim 2.Cor.11.a uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto. Et iuuenes,ad quos loquitur Ioannes:Scribo uobis iu 1.Ioan.2.b uenes,quoniā uiciſtis malignum. Et ſenes,ad quos idem myſtico ſermōe teſtatur:Scribo uobis patres, quoniam cognouiſtis eum qui ab initio eſt. Et conuertam,inquit,luctum eorum in gaudium,ut quos terruerat crux,lætificet reſurrectio. Et conſolabor eos & lætificabo à dolore ſuo:iuxta illud ꝙ dñs loquitur:Beati lugentes,quoniam ipſi conſolabūtur. Et inebriabo animam ſacerdotū qui habēt ſciētiam dei:de quorū ore interrogant legem dñi qui credūt in eum:ad quem propheta canit:Tu es ſacerdos in Pſal.108. æternū ſecundum ordinē Melchiſedech. Quod aūt ſequitur iuxta Lxx, Filiorum Leui, in Hebraico nō habetur. Et perſpicuum eſt,nequaqꝫ id dici de his ſacerdotibus qui ſunt filij Leui:ſed de his in quorum typum præceſſit Melchiſedech. Ebrietas autē ſacerdotū & in Apoſtolis cōprobatur:quādo feruebant Act.2.b fide et muſto pleni dicebātur. Vnde & locus in quo Matth.26.d cōprehenſus dñs eſt, uocatur Gethſemani,quod in lingua noſtra uallem pinguedinis ſonat. Cumqꝫ ſacerdotes pingues fuerint doctrina dñi:& inebriati Gen.43.44 in cōuiuio Ioſeph dixerint:Calix tuus inebrians ꝙ Pſal.22.b præclarus eſt:tūc erit & hoc qđ nūc dñs pollicet̄:Et populus meus bonis meis adimplebitur. Quæ oīa nunc

a genitus meus eſt. Audite[a] uerbū domini gentes:& annūciate in inſulis quæ procul ſunt, & dicite:Qui diſperſit Iſraël congregabit eū: & cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuum: quia redemit dominus Iacob & liberauit eū de manu potentioris (ſiue de manu fortioris.) Et uenīēt & laudabunt in monte Sion: &confluent ad bona domini ſuper frumento:& uino & oleo & fœtu pecorum & armētorum. Eritqꝫ anima eorum quaſi hortus irriguus (ſiue quaſi lignum fructiferum:) & ultra non eſurient. Tunc lætabitur uirgo in choro (ſiue uirgines) & iuuenes ac ſenes ſimul:& conuertam luctum eorꝫ in gaudium & cōſolabor eos:& lætificabo à dolore ſuo. Et inebriabo animam ſacerdotum pinguedine (ſiue filiorum Leui:)& populus meus bonis meis adimplebitur,ait dominus.

Hæc



A nunc ex parte tribuuntur:tunc autem dabuntur in pleno:quādo uiderimus facie ad faciem, & corpus humilitatis noſtræ fuerit reſurrectionis gloria commutatum. a ¶Hæc dicit dñs:Vox in excelſo audita eſt &c.) Nec iuxta Hebraicum,nec iuxta Lxx. Matthæus ſumpſit teſtimonium. Legimus enim in eo poſt deſcriptionem Matth.2.c infantiū necis:Tūc impletū eſt quod dictū eſt per Hieremiam prophetā dicentē:Vox in Rhama audita eſt, ploratus & ululatus multus: Rachel flētis filios ſuos:& noluit cōſolari quia nō ſunt. Ex quo perſpicuū eſt,euāgeliſtas & apoſtolos, nequaqꝫ ex Hebræo interpretationē alicuius ſecutos:ſed quaſi Hebræos ex Hebræis quod legebāt Hebraice, ſuis ſermonibus expreſ Gen.35.c ſiſſe. Rachel mater Ioſeph cum ueniret Bethlehem,ſubito partus dolore correpta, peperit filiū: quem obſtetrix quia mo B riebatur pariēs, uocauit בֶּן־אוֹנִי Benoni: hoc eſt filius doloris mei. Pater autem Iacob mutauit uocabulū, בִּנְיָמִין & appellauit eum Beniamin,hoc eſt filius dextræ. Quæritur itaqꝫ quomodo Matthæus euāgeliſta teſtimoniū prophetæ ad interfectionem tranſtulerit paruulorum: cū perſpicue de decē tribubus ſcriptum ſit: quarū princeps fuit Ephrata,et nequaqꝫ ſit in tribu Ephraim,ſed in tribu Iuda:ipſa eſt em̄ & Bethlehem ὁμωνυμῶς. Vnde & nomina utriuſqꝫ cōcordant. בֵּית־לֶחֶם Bethlehem uocatur domus panis. Ephrata καρποφορία, quā nos uber אֶפְרָתָה tatē poſſumus dicere. Quia igitur Rachel in Ephrata:hoc eſt in Bethlehem cōdita eſt,ſicut & ſcriptura ſancta & titulus ſepulchri eius hodieqꝫ teſtant̄:flere dicitur pueros qui iuxta ſe et in ſuis regionibus interfecti ſunt. Quidam Iudæorꝫ hunc locū ſic interpretātur,quod capta Hieruſalem ſub Veſpaſiano, per hanc uiam Gazam & Alexandriam infinita millia captiuorū Romam directa ſint. Alij uero, quod ultima captiuitate ſub Hadriano: quando & urbs Hieruſalem ſubuerſa eſt,innumerabilis populus diuerſæ ætatis & utriuſqꝫ ſexus, in mercato terebinthi uenūdatus ſit. Et idcirco execrabile eſſe Iudæis mercatum celeberrimū uiſere. Dicant illi quod uolunt:nos recte teſtimonium ſumpſiſſe dicemus euāgeliſtam Matthæū:pro loco in quo Rachel condita eſt:& uicinarum in circuitu uillarū filios,quaſi ſuos fleuerit. b ¶Hæc dicit dñs:Quieſcat uox tua à C plo.&c.)Hoc iuxta literam necdum factū eſt:Neqꝫ enim decē tribus quæ in ciuitatibus Medorū exulant atqꝫ Perſarum,reuerſas in terram Iudæam legimus:ſed iuxta ſpiritū & in paſſione dñi cōpletum eſt, & hucuſqꝫ cōplet̄: qm̄ de toto orbe ſaluatur Iſraël,&Rachel dicit̄:Quieſcat uox tua à ploratu & oculi tui à lachrymis. Et eſt ſenſus:Plorare deſiſte: priora em̄ opa tua reſpexit dñs: Et reuertētur filij tui de terra inimici:ne præſenti dolore tenearis. Eſt enim ſpes nouiſſimis tuis, ait dñs. Et reuertent̄ filij tui ad terminos ſuos: quos habuerūt patres eorū Abrahā, Iſaac,& Iacob. Melius autem de paruulis intelligimus ꝙ mercedē habeant effuſi ſanguinis ꝓ Chriſto,& pro terra Herodis inimici,teneāt regna cœlorū, & reuerſuri ſint in ſedē priſtinā,qm̄ pro cor D pore humilitatis, corpus receperint glorioſū. Iſta Sapi.3.b eſt ſpes nouiſſima,qm̄ iuſti fulgebunt ſicut ſol, & infantes quondā paruuli atqꝫ lactētes, abſqꝫ ætatū Ephe.4.c incremēto & iniurijs ac labore corporeo reſurgēt in uirū perfectum,in menſuram plenitudinis Chriſti. c ¶Audiens audiui Ephraim trāſmigr.&c.) Loquitur deus quod Ephraim dicentē audierit & lamentantē. Nulli aūt dubium quin decē tribus ſignificet,quibus primus imperauit Hieroboā filius Nabath: qui & uitulos aureos fecit in Dan & Bethel:ut hoc populus errore ſeductus, deū Iſraël colere & adorare deſiſteret. Caſtigaſti me,inquit,& caſtigatus ſum. Omnis correptio ꝓficit in ſalutē:quæ ad præſens uidet̄ eſſe triſticiæ:& poſtea fructus affert pacificos. Quodqꝫ ait: Quaſi iuuēcus indomitus ſiue ſicut uitulus,& non didici:hoc ſignificat, quod multo labore atqꝫ uerberibus eruditus ſit:ut ad pœnitentiā conuerteret̄, & non profecerit. Cōuerte,inquit,me:& cōuertar. Ergo idipſum quod agimus pœnitentiā,niſi dei nitamur auxilio,implere non poſſumus. Poſtqꝫ em̄ cōuerteris me,& ad te conuerſus fuero: tunc cognoſcam,quia tu dñs deus meus es, & nequaqꝫ errores mei atqꝫ peccata interficient me. Et poſtqꝫ cōuertiſti me,egi pœnitentiā. Vide quātum ſit auxiliū dei & ꝙ fragilis humana conditio: ut hoc ipſum quod agimus pœnitentiam, niſi nos dñs ante conuerterit,

a HEB. Hæc dicit dō[a]minus:Vox in excelſo audita eſt lamentationis, fletus & luctus,Rachel plorantis filios ſuos: & noluit cōſolari ſuper filijs ſuis qa non ſunt.

SEP. Sic dixit dominus: Vox ī Rhama audita eſt: lamentatio & fletus et luctus Rachel plorantis filios ſuos: & noluit cōquieſcere quia nō ſunt.

b Hæc dicit dō[b]minus:quieſcat uox tua à ploratu:& oculi tui à lachrymis:quia eſt merces operi tuo,ait dñs. Et reuertentur de terra inimici (ſiue inimicorū):& erit ſpes nouiſſimis tuis,ait dominus: & reuertentur filij ad ter c minos ſuos. Audiens[c] audiui Ephraim trāſmigrantem (ſiue lamentantē):caſtigaſti me, & eruditus ſum ſicut iuuencus indomitus(ſiue ſicut uitulus, & non didici):conuerte me & conuertar: quia tu dominus deus meus. Poſtqꝫ enim cōuertiſti me(ſiue captus ſum) egi pœnitentiam. Et poſtquā cognoui (ſiue oſtendiſti mihi):percuſſi fœmur meum (ſiue ingemui):confuſus ſum:& erubui(ſiue ex die confuſionis, & oſtendi te):quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ.

Si filius

a Si filiũs honorabilis (ſiue dilectus) mihi
Ephraim; ſi puer delicatus; quia ex quo lo=
cutus ſum de eo (ſiue uerba mea in eo;) re=
cordans recordabor eius adhuc; idcirco cõ=
turbata ſunt uiſcera mea ſuper eo; miſerans
miſerebor eius, ait dominus.

| | |
|---|---|
| b HEB. Statue tibi ſpeculas; pone tibi amaritudines; dirige cor tuum in uiam directam in qua ambulaſti. Reuertere uirgo Iſraël; reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſquequo delicijs diſſolueris filia uaga? quia creauit dominus nouũ ſuper terrã; fœmina circũ- | SEP. Statue tibi ſpeculatores; fac pœnã; da cor tuũ in humeros tuos; uiã in qua ambulaſti. Reuertere uirgo Iſraël; reuertere in ciuitates tuas lugens. Vſq;quo cõuerteris filia deſpecta? quoniã creauit te dominus ſalute in plantationem nouam; in ſalute tua circuibũt |

E rit, nequaq; implere ualeamus. Et poſtq;, inq̃t, oſtẽ=
diſti mihi; uel ipſam pœnitentiam uel tui noticiam;
ſiue cognoui te; percuſſi fœmur meũ. Quod dolen
tis & plangẽtis & ſuper errore priſtino plorãtis in=
dicium eſt; ut fœmur manu percutiat, & ſtultum ſe
ante fuiſſe fateat̃. Confu
ſus, inq̃t, ſum, & erubui,
ſiue ex die confuſionis.
Quod enim tempus nõ
eſt confuſionis noſtræ; ſi
recordemur antiqua pec
cata, & omniũ quæ male
egimus capiamus memo
riã? Quodq; dixere Lxx.
& oſtendi te; ſignificat ꝙ
poſtq; ĩgemuit et ſua de=
licta cognouit; tũc intãtũ
profectũ uenerit, ut etiã
alijs ignorantibus deum
oſtẽderit, iuxta id quod
Dauid pœnitens loquit̃;
Pſal. 50. c Docebo iniquos uias tu=
as; & impij ad te conuer=
Ibid. 24. d tent̃. Et quod dicit; Quo
niam ſuſtinui opprobriũ
adoleſcentiæ meæ; p̃ æta
tis ignorantiã peccaſſe ſe
dicit, ut facilius ueniã cõ
F ſequatur, iuxta illud qđ
Dauid canit, Delicta iu=
uentutis meæ, & ignorã=
tias meas ne memineris. Vnde & in cõſequentibus
deus paruulum eũ uocat & delicijs affluentẽ. Hoc
autem dicit ꝓpter diuitiarũ magnitudinẽ & terræ
fertilitatẽ, qua Ephraim tribus uſq; hodie luxuriat.
a ¶Si filius honorabilis ſiue dilectus mihi Ephra=
im &c.) Pœnitentiam agẽte Ephraim & dicente; In
principio erudiſti me, & eruditus ſum quaſi iuuen=
cus indomitus. Et in fine; Quoniã ſuſtinui oppro=
brium adoleſcẽtiæ meæ. Reſpõdit dñs; & plena ad
ſe mẽte cõuerſum, tali ſuſtẽtat oraculo. Filius dile=
ctus mihi Ephraim; quẽ intantũ dilexi ab initio, ut
Gene. 48. b fratri præferrẽ Manaſſe. Filius honorabilis, qui cõ=
tra naturæ ordinẽ honorẽ primogeniti dñi digna=
Pſal. 77. b tione ſuſcepit. Puer delicatus, de quo ſcribitur; Filij
Ephraim intẽdentes & mittentes arcũ, cõuerſi ſunt
in die belli. Contra quẽ & ad quẽ, totus Oſee liber
eſt ꝓphetæ, cui benedicit Iacob. Delicias aũt in hoc
loco iuxta illud accipiamus, quod in pſalmo dicit̃;
Ibid. 36. d Delectare in dño, & dabit tibi petitiões cordis tui.
Pro quo in Græco & in Hebraico habetur, delicijs
afflue. Vnde & paradiſus in Eden, deliciarũ paradi
ſus appellat̃. Quia, inquit, fuerunt uerba mea in eo;
recordatione memor ero eius adhuc. Ne putarẽt
gratuita benedictio & ex indulgentia potius largi=
toris q̃ merito eius in quẽ cõferebatur eſſe collata,
ideo ait; Recordabor eius; quia uerba mea fuerunt
in eo. Nõ in ore eius; nõ in labijs, ſed in imo cordis
affectu. Propter quã cauſam & cõturbata ſunt ui=
ſcera mea ſuper eo. Cui loquit̃ & per Oſee; Quid ti G
bi faciã Ephraim? quid tibi faciã Iſraël? quaſi adamã Oſee. 6. b
ponã te & quaſi Seboim; Conuerſum eſt in me cor & 11. c
meũ; cõturbata ſunt uiſcera mea; Non faciã furorẽ
iræ meæ & nõ diſperdã Ephraim. Miſerãs miſere=
bor eius, ait dñs. Fuerũt
quidem ſermones mei in
eo, & omnia mãdata mea
auido ſuſcepit animo, &
in ſuo corde ſeruauit, &
tamen miſerans miſere=
bor eius, ait dñs, ut oſten
deret omnem hominũ iu
ſticiã indigere miſericor=
dia dei. b ¶Statue tibi
ſpeculas; pone tibi amari
tudines &c. Vſq;quo de
licijs diſſolueris filia ua=
ga &c.) Vbi nos dixeri=
mus, uſq;quo delicijs diſ
ſolueris; Symmachus po
ſuit; Vſq;quo demerge=
ris in profundũ? Vtrãq;
autem æditionẽ ex toto
poſui, ut caput obſcuriſſi
mũ & eccleſiæ cõtinẽs ſa
cramẽta; à Lxx. ſiue quis
alius hũc prophetã inter
pretatus eſt; aut ignora= H
tum aut obmiſſum oſten
derem. Verbum Hebrai
cum צירים uel in ſpeculatores uel in ſpeculas uer
titur, ut Aquila & Symmachus interpretati ſunt.
Vnde miror quid ſibi uoluerit uulgata æditio, ut
pro צירים hoc eſt, pro ſpeculatoribus, Sion pone
ret; turbaretq; lectoris intelligentiam, quo putaret
poſt Ephraim ad Siõ & ad tribũ Iuda repẽte dei fa
ctũ eſſe ſermonẽ; cũ ꝑpetua oratio ſit Ephraim; cui
ſupra locutus eſt; Audiẽs audiui Ephraim; Et filius
honorabilis mihi Ephraim ſiue puer delicatus; cui
& nunc loquit̃; Statue tibi ſpeculas ſiue ſpeculato=
res, qui tibi prænũcient aduenire tantã rerũ omniũ
felicitatẽ. Quodq; ſequitur, amaritudines, quæ He
braice dicunt̃ תמרורים; pro quibus Symmachus
interpretatus eſt, trãſmutationes; hoc indicat, ꝙ fle=
re debeat uel antiqua peccata; uel gaudij magnitu=
dine, & tota ad dñm mẽte cõuerti, & ponere ſiue di
rigere cor ſuũ in uiã per quã profecta eſt; inde enim
illã eſſe rediturã. Quodq; pro hoc dixere Lxx. Da
cor tuũ in humeros; illud ſignificat, ꝙ cogitationes
debeat operibus iũgere ſiue humeros contemplari
portantium ſe, de captiuitate reducentium. Quod
Eſaias plenius exequit̃ in camelis & curribus ac ba Eſa. 60. a
ſternis eos aſſerẽs reducẽdos. Reuertere, inquit, uir
go Iſraël, reuertere ad ciuitates tuas quas captiuus
deſeruiſti; uſq;quo negligẽtia diſſolueris, & profun
do errore uagaberis? Reſpice quid dicturus ſum;
& unde tibi tanta beatitudo expectanda ſit diligen
ter attende. Audi quod nunquã ante cognoueras.
Nouam



| | |
|---|---|
| HEB. dabit uirum. a Hæc dicit dominus exercituũ deus Iſraël. Adhuc dicent uerbũ iſtud in terra Iuda, & in urbibus eius, cũ conuertero captiuitatem eorum; benedicat tibi dñs pulchritudo iuſticiæ, mons ſanctus. Et habitabũt in eo Iudas & omnes ciuitates eius ſimul; agricolę & minantes greges. | SEP. cuibunt hoĩes. Sic dixit dñs uirtutũ deus Iſraël. Adhuc dicent ſermonẽ iſtũ in terra Iuda & in urbibus eius, quãdo reduxero trãſmigrationem eius; benedictus dominus ſuper iuſtum montem ſanctum eius & qui habitãt in terra Iudæa & in omni ciuitate eius cum agricola; & eleuabitur in grege. |

b Quia inebriaui animã laſſam; (ſiue quia ine=
briaui omnem animã ſitientem); & omnem
animam eſurientem ſaturaui (ſiue repleui.)
Ideo expergefactus ſum & uidi; & ſomnus
c meus dulcis fuit mihi. Eccẽ dies ueniunt, di=
cit dominus; & ſeminabo domum Iſraël &
domum Iuda ſemine hominum & ſemine
iumentorum. Et ſicut uigilaui ſuper eos ut
euellerẽ & demollirer & diſſiparẽ & diſꝑde=
rem & affligerẽ; ſic uigilabo ſuper eos ut ædi
ficem & plantem, ait dñs. In diebus illis non
dicent

A Nouam rem creauit dominus ſuper terram. Abſq;
uiri ſemine, abſq; ullo coitu atq; conceptu; fœmina
circũdabit uirum gremio uteri ſui; qui iuxta incre=
menta quidem ætatis per uagitus & infantiã profi=
cere uidebitur ſapientia & ætate, ſed perfectus uir
in uentre fœmineo ſoli=
tis menſibus continebi=
tur. Vnde Symmachus
& Aquila iuxta noſtram
æditionem interpretati
ſunt. Quid ſibi autem in
loco hoc uoluerit æditio
uulgata, poſſem dicere;
& ſenſum aliquem repe=
rire; niſi de uerbis dei hu
mano ſenſu argumenta=
ri eſſet ſacrilegum. Theo
dotio autem & ipſe uul=
gatæ æditioni cõſentiẽs,
interpretatus eſt; Crea=
uit dominus ſalutem no
uã, in ſalute circuibit ho=
mo; ſingulare ponẽs pro
plurali. Simulq; & hoc
notandum quod natiui=
tas ſaluatoris atq; conce=
ptus dei, creatio nuncu=
petur. a ¶Hæc dicit
B dominus exercituũ deus
Iſraël; Adhuc dicent uer
bum iſtud in ter. Iu. &c.)
Iuxta Hebraicum mani=
feſtum eſt quod in redi=
tu Iſraël, & in terrã ſuam
captiuitate conuerſa ha=
bitent urbes Iuda, & dica
tur eis per ſingula; Bene=
dicat tibi dominus q̃ eſt
uere pulchritudo iuſticię
& mons ſanctus; in quo
q̃ habitauerit, nullas timebit inſidias; Et habitabit
abſq; iniq̃tate Iudas in ciuitatibus ſuis; erũtq; agri=
colæ & pecorum multitudo, qđ ex parte uidet̃ ſub
Zorobabel & Eſdra eſſe completum. Plenitudo au
tem uaticinij ad Chriſti tẽpora referatur; uel in pri
mo aduentu, quãdo ſpiritualiter hæc facta ſunt; uel
in ſecundo uniuerſa complentur; Iuxta nos ſpiri=
tualiter; iuxta Iudæos & noſtros Iudaizantes carna
liter. Porrò iuxta Lxx. hic ſenſus eſt. Adhuc ſermo
iſte dicetur in terra Iuda & in ciuitatibus eius, quan
do conuertero captiuitatem eius. Quid dicetur? be
nedictus dominus ſuper iuſtum montem ſanctum
eius. Mons qui iuſticiæ & ſanctitatis mereat̃ ſignifi
cationem accipere; nullus eſt alius niſi ſaluator. Cæ
E tis magni, quando Aggeus & Zacharias prophetauerunt ſub Ezra ſacerdote cōpletum, qn̄ ædificatum eſt templū, & ſub Neemia extructi muri p̄ circuitum: ut quos ante deiecerat in furore, & ira, & in indignatione grandi de Hieruſalē, & in toto orbe diſperſerat: poſtea reductos habitare fecerit confidentes, & fuiſſe eos in pp̄lm dei: & dominū fuiſſe in deū eorū, & cætera quæ ſcriptura cōtexit. Sed quomodo hoc poſſit illi tēpori coaptari: Habitare eos faciā cōfidenter, & feriam eis pactū ſempiternum, ſiue diſponā illis teſtamentum æternū: penitus non poteſt approbari: quippe quos legerimus, & ſacra narrat hiſtoria, non ſolū à uicinis gentibus, ſed à Perſis quoq; & Macedonibus, & Aegyptijs Romaniſq; ſæpe captos, & hucuſq; ſeruire. Oīa igitur ad aduentum referēda ſunt ſaluatoris: quę noſtro & fidei tēpore uidemus expleta, & electio Rom.9.f iuxta apoſtolū reliquiarum F ſalua facta eſt. Et q̄ in Chriſto habitant confidenter: datum eſt illis cor unū, iuxta illud qđ Act.4 f ſcriptum eſt: Multitudinis autem credentiū erat cor unum & anima una. Et uiam, inquit, unam illū Ioan.14.a q dicit: Ego ſum uia ueritas & uita. Vt timeāt me uniuerſis diebus. Pricipium Prouer.9.c enim ſapientiæ, timor dn̄i. Vniuerſis ait diebus. Quod ſi Iudæis nō cōpetit, de noſtro pp̄lo accipiendū eſt: cui & bn̄ fuit, & eſt, & erit, nō ſolū ipſis, ſed & filijs eorū poſt eos. Nobiſcū em̄ pactū pepigit ſempiternū: nec deſinet nobis ultra bn̄ facere. Quodq; ſeqt̄: Et timorē meum dabo in corde eorū, ut nō recedant à me. Sic liberū donat arbitriū, ut tamē ipſe timor q tribuit, gratia p̄maneat largitoris. Cūq;, inquit, eis benefecero, lætabor. Gaudet quippe quia uidet creaturam Luc.15.b. ſuā eſſe ſaluatā. Vnde & gaudiū angelorū eſt in cœlis ſuper uno peccatore pœnitentiā agente. Et plantabo, inquit, eos in terra iſta ī ueritate: ſiue (ut Lxx. trāſtulerūt) in fide, ut p̄prie ſignificet populū Chriſtianum cuius religio fides eſt. In toto corde meo, & in tota anima mea: Si domini uerba ſunt ſaluatoris, recte cor & anima eius creditur, qui dicit in G euangelio: Poteſtatem habeo ponendi animā meā, Ioan.10.d & poteſtatem habeo iterum ſumendi illam. Sin autem ex perſona dei patris accipimus: ſecundum illud intelligendum eſt: Neomenias ueſtras & ſabbata Eſa.1.d & dies feſtos odit anima mea a ¶Quia hæc dicit dominus: Sicut adduxi ſup populum iſtū omne malum hoc grande, ſic adducā ſuper eos omne bonum &c.) Hęc iuxta literam, licet in typo præceſſerint poſt reditum de Chaldæis, quādo ad Cyri regis imperium reuerſus eſt populus in Iudæam: tamē ſpiritualiter in Chriſto & apoſtolis uerius pleniuſq; complentur. Tunc & homines & iumenta reducti ſunt in eccleſiam: iuxta illud quod ſcriptū eſt: Homines & iumenta Pſal.35.b ſaluos facies domine, rationales quiq; & ſimplices. Tunc agri empti ſunt pecunia, ut faceremus nobis amicos de iniquo mammona, qui nos Luc.16.c reciperent in æterna tabernacula. H Et ſcripti in libro, haud dubium qn̄ uiuētium. Et impreſſum eſt ſignum uexilli dominicæ crucis atq; uictorię & teſtes adhibiti ſūt martyres, & omnis ſanctorū chorus. In terra Beniamin, ubi eſt domini fortitudo, & in circuitu Hieruſalē, in qua eſt uiſio pacis, & ęterna ſecuritas, in ciuitatibus Iuda in qbus eſt Chriſti uera cōfeſſio. Et in ciuitatibus mōtanis, Matth.5.b de qbus una eſt de qua dicit̄: Nō pōt ciuitas abſcōdi in mōte poſita. Et in ciuitatibus cāpeſtribus, quæ Hebraice appellant̄ שְׁפֵלָה: ut de p̄fundis atq; depſſis, p̄ cāporū æqualitatē ad ſumma gradiamur. Et ciuitatibus q̄ ad auſtrū ſunt: qđ nageb Lxx. trāſtulerūt נֶגֶב ubi eſt meridies & plena lux ueritatis. Cū autē hæc oīa facta fuerint, implebitur qđ ſcriptū eſt: Cōuertam captiuitatem eorum, ait dominus: de quo ſcriptum eſt: Aſcendens in altū captiuam duxit captiuitatem. Pſal.67.d Accepit ſiue (ut Apoſtolus ait) dedit dona hominibus. Epſeſ.4.b

Commētarij ſexti in Hieremiam prophetam finis.



A

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN LAMENTATIONES Hieremiæ ad Euſebium procemium.

C

HAbes in lamentationibus Hieremiæ quatuor alphabeta: è quibus duo prima quaſi ſapphico metro ſcripta ſunt: quia tres uerſiculos qui ſibi connexi ſunt, & ab una tantum litera incipiunt, heroici coma concludit. Tertium uero alphabetum trimetro ſcriptum eſt: & à ternis literis, ſed eiſdem trini uerſus incipiunt. Quartum alphabetum ſimile eſt Primo & ſecundo. Prouerbia quoq; Salomonis extremum concludit alphabetū, quod tetrametro iambico ſupputatur, ab eo loco ubi ait: Mulierem fortem quis inueniet? Quomodo autem in his noſtris literis non poteſt quis ad legenda uerba texendaq; procedere: niſi prius ab elementis cœperit: ita in ſcripturis diuinis non ualemus ea quæ maiora ſunt noſſe: niſi ab ethica in ipſas habuerimus exordium, ſecundum illud quod propheta dicit: A mandatis tuis intellexi. Quod uidelicet poſt opera cœperit habere ſcientiam ſecretorum. Verum iam complendum eſt quod petiſti, ut ſenſum uniuſcuiuſq; elementi interpretatio annexa ſignificet. אָלֶף Aleph, doctrina interpretatur: בֵּית Beth, domus: גִּימֶל Gimel, plenitudo: דָּלֶת Daleth, tabularum: הֵא He, iſta: וָיו Vau, &: זַיִן Zain, hæc: חֵית Heth, uita: טֵית Teth, bonum: יוֹד Iod, principiū: כַּף Caph, manus: לָמֶד Lamed, diſciplinæ, ſiue cordis: מֵם Mem, ex ipſis: נוּן Nun, ſempiternum: סָמֶךְ Samech, adiutorium: עַיִן Ain, fons, ſiue oculus: פֵּא Phe, os, ab ore, non ab oſſe: צָדִיק Zadik, iuſticiæ: קוֹף Coph, uocatio: רֵישׁ Res, capitis: שִׁין Sin, dentium: תָּו Thau, ſigna. Ecce intellige, ne literarum ambiguitate fallaris. Poſt interpretationem elementorum, intelligentiæ ordo dicendus eſt. Aleph, Beth, Gimel, Daleth, prima connexio eſt: doctrina domus: plenitudo tabularum, quod uidelicet doctrina eccleſiæ quæ domus dei eſt, in librorum reperiatur plenitudine diuinorum. Secunda connexio eſt, He, Vau, Zain, Heth, iſta & hæc uita. Quæ enim alia poteſt eſſe uita ſine ſcientia ſcripturarum: per quam etiam ipſe Chriſtus cognoſcitur, qui eſt uita credentium? Tertia connexio habet, Teth, Iod, bonum principium: quia q̄uis nunc ſciamus

B ... D

uniuerſa quæ ſcripta ſunt: tamen ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus: & nūc per ſpeculum uidemus in ænigmate. Cum autem meruerimus eſſe cum Chriſto, & ſimiles angelis fuerimus: tunc librorum doctrina ceſſabit. Quarta connexio eſt, Caph, Lamed, manus cordis, ſiue diſciplinæ. Manus intelliguntur in opere: cor & diſciplina interpretantur in ſenſu: quia nihil facere poſſumus, niſi quæ prius facienda ſint fecerimus. Quinta connexio eſt, Mem, Nun, Samech, ex ipſis ſempiternum adiutorium. Hoc explanatione non indiget: ſed omni luce manifeſtius eſt, ſcripturis æterna ſubſidia miniſtrari. Sexta connexio habet, Ain, Phe, Sade, fons ſiue oculus oris iuſticiæ, ſecundum illud quod in tertio numero expoſuimus. Septima connexio eſt quæ & extrema: quo & in ipſo quoq; ſeptenario numero ſit myſticus intellectus, Coph, Res, Sin, Thau, uocatio capitis dentium ſigna. Per dentes articulata uox promitur, & his ſignis ad caput omnium, qui eſt Chriſtus, itur: per quem uenitur ad regnum ſempiternum. Verum hæc idcirco inſeruimus, ut inſtruant lectorem: quo ſciat non fruſtra iuxta ſeriem literarum à propheta hæc eſſe ædita: ſed uniuerſa quæ ſcripta ſunt, ad Chriſti & eccleſiæ pertinere ſacramenta. Quod enim lamentationes prædictæ, non ſolū ſuper urbis Hieruſalem uaſtatione & Iudaici populi captiuitate: ſed etiam ſuper Ioſiæ regis occaſum conſcriptæ ſint: liber uerborum dierum demōſtrat, ubi ita legitur: Mortuus eſt rex Ioſias, & ſepultus in mauſoleo patrum ſuorum, & uniuerſus Iuda & Hieruſalem luxerūt eum, Hieremias maxime, cuius omnes cantores atq; cantatrices uſq; in præſentem diem, lamentationes ſuper Ioſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſraël. Vnde primū iuxta hiſtoriam in explanatione retexemus. Deinde Allegoriam per cōgrua loca: ſiue ad Ioſiam, qui interpretatur ſalus domini, uel fortitudo domini: ſiue ad Iudæos, hoc eſt, cōfitentes pertinēt, inſeremus. Opportunius ergo multo nūc à nobis, quàm tunc à propheta dei lamētatur: licet nō urbes multæ, non gens integra, ſed anima hominis Chriſtiani multis gentibus nobilior, multiſq; urbibus precioſior. Nam ſeruus qui facit uoluntatem dei, melior eſt quàm multitudo iniquorū. Melior erat anima quondā fidelis in qua deus inhabitabat, quàm multitudines Iudæorū, qui ingrati

E beneficijs dei,ſemper contraria agebant. Vnde legiſlator eorum perfidiam exprobrando,taliter ad eos loquitur dicens:Ego enim ſcio contentionem ueſtram contra dominum.Et Stephanus: Dura,inquit,ceruice,& incircuncisi cordibus ueſtris.Si quis templum corporis,hominis dei contemplatus eſt tunc,cum caſtitatis ſplendore refulgeret;paruam profecto & ualde inferiorem illam propheticam lamentationem putabit;in qua barbaricæ manus ſanctaſanctorum polluiſſe deflentur,& ſacras ædes ignem populaſſe hoſtilem;ubi contaminata cherubim:& arca ac propiciatorium,tabulæqꝫ duæ lapideæ,& urna aurea lamentantur.Hæc lamentatio quam nos deflemus,tanto illa durior & amarior eſſe probatur:quanto uerius cuncta hæc & euidentius in fideli anima quàm intra illius templi parietes erant.Hoc ſanctius multo fuit,quod in ea erat templum. Non enim auri & argenti metallo,ſed uirtutibus animi radiabat:habebat enim arcam intra ſe:& duo cherubim,id eſt fidem patris & filij & ſpiritus ſancti ſitam.Sed nunc nihil eorum apparet. Ablata ſunt hæc cuncta,nudata eſt domus dei omnibus ornamentis ſuis,cunctisqꝫ quæ diuinitus conſecuta fuerat ſpoliata muneribus,remanſit deformis ac turpis;perijt ab ea omne munimen,omnisqꝫ cuſtodia.Et iam non clauditur oſtium:in ea nõ ſeruatur,ſed patet ingreſſus omnibus malis ſpiritibus ad corruptelam animæ feſtinantibus;nulla inde turpis cogitatio,nulla cupiditas fœda repellitur.Sed ſi uenerit fornicationis ſpiritus,ingreditur:ſi iactantiæ,ſi auariciæ,& horum nequiores & impuriores uenerint;nemo prohibet,nemo propellit;nullus enim cuſtos, nullus remanſit æditiuus.Nam prius ſicut ad cœli ſecreta nullus huiuſcemodi malis indulgebatur acceſſus;ita nec puriſſimam mentem huiuſcemodi penetrare poterat ulla cogitatio.Sed iam nunc quomodo textus ipſius hiſtoriæ incipiat,uideamus. G

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in lamentationes Hieremiæ liber primus.

א Aleph.

a Quômodo ſedet ſola ciuitas plena populo;facta eſt quaſi uidua;domina gẽtium,princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. b ב Beth. Plõrans plorauit in nocte; & lachrymæ eius in maxillis eius. Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius. Omnes amici eius ſpreuerunt eam,& facti ſunt ei inimici.

Gimel

F Quomodo ſedet ſola ciuitas plena &c.) Deplorat,propheta ruinã peruerſi populi,& ſubuerſionem perfidæ ciuitatis;quæ ſemper cõtraria dño ſuo ſentiebat,& præceptis ſuis aduerſabat̃;ingrata beneficiorũ dei,prophetas eius perſequebat̃;ipſumqꝫ hæredem nouiſſime trucidabat.Vnde in manus hoſtium tradita, deuaſtata eſt,ita ut quæ prius diuerſis gẽtibus & prouincijs imperabat,poſtmodum dura ſeruitute premeretur. Quod tamen ante aduentũ domini ſub Chaldaica captiuitate ex parte gerebat̃;nunc aũt poſt incarnationẽ dominicam,paſſionẽ,reſurrectionẽ,& aſcenſionẽ Chriſti ad cœlos,plenius factũ eſt;cum per Veſpaſianũ & Titũ,Romanos principes,in ultionẽ dñici ſanguinis urbe ſuccẽſa,tota gẽs ſimul,partim occiſa,partim in captiuitatẽ ducta eſt,iuxta illud quod in Danielis uiſione ſcriptũ eſt,ubi angelus ad prophetã *Dan.9.g* ita loquit̃,dicens:Poſt hebdomadas ſexagintaquatuor occidet̃ Chriſtus,& nõ erit eius populus qui eũ negaturus eſt,& ciuitatẽ & ſanctuariũ diſſipabit ppl̃s cum duce uẽturo;& finis eius uaſtitas,& poſt finem belli ſtatuta deſolatio.Et paulopoſt:Vſqꝫ ad cõſummationẽ,inquit,& finẽ perſeuerabit deſolatio.*Myſtice.* Myſtice aũt plangitur anima fidelis hominis, H quæ quondã plena fuit numeroſitate uirtutum;& imperabat diuerſis affectibus,dominãs cõcupiſcentijs carnis;poſtea aũt à malignis ſpiritibus flammis libidinis ſuccẽſa,deſtituta angelorũ ſolatio,& carẽs diuino conſortio:tot ſeruit ſceptris dedita quot uitijs. b ¶Plorans plorauit in nocte &c.) Adueniente tribulatione captiuitatis propter idololatriam & enormitatem ſcelerũ,plebs Iudaica ſero doluit: cum ſæpius prophetarũ atteſtationibus conuenta,ſatius illi eſſet præuaricationis noxam cauere,quàm poſt cõmiſſa pœnaliter lugere. Falſa ergo numina quæ diuerſæ gẽtes in ſimulacris colebãt cauſæ fuerunt illi ſcandali & deceptionis,cum relicto uero deo,falſis dijs in idolorum cultura ſeruierint,qui eis nihil in tẽpore uindictæ profuerũt,imò plurimũ nocuerũt:intantum ut eos ludibrio & confuſione dignos,inter hoſtes cõſtituerẽt.Hinc quoqꝫ per Ezechielem peccãti Iudææ dicitur:*Ezech.16.c* Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos cõtra te,de quibus ſatiata eſt anima tua,& cõgregabo eos aduerſum te in circuitu,& agent tecũ in odio,& tollẽt omnes labores tuos,& dimittẽt te nudã & ignominia plenã.Iuxta Allegoriam uero *Allegor.* decepta anima diabolica ſuggeſtione,in noctem ueniet futuræ perditionis,ubi gemitum dabit perpetuum ſine ulla conſolatione.Ipſi enim ſpiritus maligni qui eam ante per illecebras uoluptatũ in diuerſa



a ג Gimel. Migrâuit Iudas propter afflictionem & multitudinem ſeruitutis. Habitauit inter gẽtes;nec inuenit requiem.Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias. b ד Daleth. Viæ Siõn lugẽt;eo quod non ſint qui ueniãt ad ſolennitatem.Omnes portæ eius deſtructæ;ſacerdotes eius gementes, uirgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine. c ה He. Fâcti ſunt hoſtes eius in capite;inimici illius locupletati ſunt: quia dominus locutus eſt ſuper eam;propter multitudinem iniquitatum eius,paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. d ו Vau. Et ẽgreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius. Facti ſunt principes eius uelut arietes non inuenientes paſcua. Et abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis. e ז Zain. Rẽcordata eſt Hieruſalem afflictionis ſuæ,& præuaricationis omnium deſiderabiliũ ſuorũ:quæ habuerat à diebus antiquis, cum

A uerſa trahebant;tandem in tenebris exterioribus conſtitutam,perpetuis cruciatibus punire nõ ceſſant.Vt ergo hũc dolorem maximum deuitet,neceſſe eſt quod in præſenti ſalubriter doleat:quatenus immenſa bonitas dei pro fletu præſentis temporis,conſolationem illi prębeat ſempiternã.Beati qui lugẽt;quoniã ipſi conſolabuntur. Maxilla quippe ſancti prædicatores ſunt,de qua nunc dicitur:Plorãs plorauit in nocte,& lachrymæ eius in maxillis eius;qa ĩ aduerſitate eccleſiæ,illi amplius plangunt,qui uitã carnaliũ cõfringere prędicando nouerunt. Per ipſos qppe ſancta eccleſia,iniquos à uitijs cõterit,& quaſi glutiẽs ĩ ſua membra conuertit.Vnde ipſi quoqꝫ primo prędicatori uelut maxillæ eccleſiæ dicit̃:*Act.10.b* Occide & mãduca. a ¶Migrauit Iudas propter affli.&c.) Migrauit ergo Iudæorũ B populus in diſperſionẽ gentiũ propter afflictionem captiuitatis,& qui ante regni principatui multis nationibus præerat;poſtea inter diuerſas gẽtes ſeruitio laborabat:quia ſcelerũ ſuorũ merita,uindicta eos inueniebat.Spiritualis autem Iuda ideo de terra ſua migrauit;quia peccãdo dñm iritauit;& iniquitatibus ſuis eum ad uindictam prouocauit.De quo ipſe per Eſaiã prophetã locutus ait: *Esa.43.d* Seruire me feciſti in peccatis tuis;præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.Vnde inter gentes deputata,& ſordibus eorum polluta,libertatẽ perdidit;& in hoſtiũ ſuorũ manus incidit;qui eam per diuerſos errores ducẽtes,nequaqꝫ requieſcere uel paululum reſpirare cõcedebant. b ¶Viæ Sion lugent;eo quod non &c.)Vias Sion dicit lugere,hoc eſt,lugubres exiſtere;eo quod non ſint qui ueniãt ad ſolennitatem,ut feſtiua gaudia celebrent:uel ſacerdotum officia in templo expleant;quia templo ſuccẽſo,muri ciuitatis funditus diruti,& portę deſtructæ ſunt.Vnde omnis decor eius ſqualeſcit,& ipſa oppreſſa amaritudine in filijs ſuis fortiter gemit.*Myſtice.* Myſtice autẽ uiæ Sion lugent;quando animæ quondam in arce mentis deum ſpeculantis actiones exteriores,poſt lapſum peccati,turpes atqꝫ lugubres apparẽt;eo quod nõ priſtino more affectus eius ad interna gaudia celebranda occurrant.Sed quinqꝫ ſenſibus corporeis,qui portarũ nomine hic notãtur,per deſidiam deſtructis,pateſcat aditus uarijs delictis;eccleſiaſticum quoqꝫ officiũ uileſcat,& C continentiæ uirtus molleſcat.Vnde ſpiritus ſancti ſuauitate priuata,tota in amaritudine uitiorũ uerſatur. c ¶Facti ſunt hoſtes eius in capite &c.)Facti ſunt hoſtes Hieruſalem in capite,quãdo inimici illius ſuperiores effecti,uniuerſam gentem diuitijs ſpoliãdo,uinculis captiuitatis ſubiecerũt, & in alienã terrã ſimul cũ mulieribus & paruulis ire compulerũt:dño cui peccauerũt,iuſtũ iudiciũ eis retribuente.Animæ uero deceptæ,hoſtes fiũt in capite;qñ maligni ſpiritus eius gaudẽt dominatione;qui ſpoliãtes eã uirtutibus,paruulos cogitatus eius p̱ uaria deſideria huc illucqꝫ trahendo,nullã qetẽ eã in animo habere permittunt. d ¶Et egreſſus eſt à filia Sion oĩs decor &c.) Obſeſſa Hierl̃m ab hoſte extrinſecus, omnem decorem iocũditatis ſuæ perdidit intrinſecus;maxime cum fame,& peſtilentia laborans, nullius D ope ſuſtentabatur;quoniam principes & rectores illius diſſolutis uiribus,pauido corde,non defenſionem ciuium,ſed fugam inertem meditabantur.*Myſtice.* Myſtice aũt filia Sion reliquit decorem ſuum,quando per incuriam cogitationum,uirtutum perdidit ornamentum;nec ei ſubueniebãt principes ſui,hoc eſt,rationabiles tractatus:cum quibus reſiſtere debuit inimicis perſequentibus,ſed defecto robore fortitudinis coràm hoſte perſequente,propulſa eſt in foueam deceptionis.Hac etiam ſententia arguuntur negligẽtes rectores eccleſiæ dei,ob quorũ incuriam perit omnis decor populi Chriſtiani,cũ nec in meditatione legis diuinæ,nec in cultu pietatis,neqꝫ in ſacrarum uirtutũ exercitio laborare conãtur:ſed in luxu uoluptatũ per uaria ſcelera,iuxta ſuggeſtionẽ hoſtis cogẽtis,abducuntur.Cuius periculi malũ,illos maxime reſpicit,qui in loco regiminis conſtituti,potius ſecularia deſideria,quàm mandatorũ dei ſequi ueſtigia elegerũt.Vnde cœleſtis regni gloriã cum ſanctis doctoribus non merẽtur accipere,ſed cum diabolo & angelis eius,pœnam gehennæ cogẽtur recipere,de qua & ſubditur. e ¶Recordata eſt Hieruſalem afflictionis ſuæ &c.)Non ſolum enim Hieruſalẽ illa terrena doluit ſe perdere iocunditatem ſuã,& deliciarũ affluentiã inter hoſtes cõſtituta,ſed etiã hæc myſtica:& maximo dolore torquet̃. cum in pœnis cõſtituta,iam ſero dolet ſe tũc negligentẽ fuiſſe quãdo per bona opera & rectã cõuerſationem

cum caderet populus eius in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator. Viderunt eam hoſtes, a & deriſerūt ſabbata eius. ח Heth. Peccatum peccauit Hieruſalem: propterea inſtabilis facta eſt. Omnes qui glorificauerunt eam, ſpreuerunt illam: quia uiderūt ignominiam eius: ipſa autem gemens conuerſa eſt retrorſum. b ט Teth. Sordes eius in pedibus eius: nec recordata eſt finis ſui: depoſita eſt uehementer, non habens conſolatorem. Vide domine afflictionem meam: quoniam erectus eſt c inimicus. י Iod. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia uidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas, ne intrarent in eccleſiam tuam. Caph.

E ſationem potuit ſibimetipſi ſubuenire. Non enim cum ſanctis angelis nō exultat, ſed in inferno cum dæmonibus cruciata infructuoſe præterita peccata deplorat, iuxta illud quod ſcriptura teſte, impij Sapien. 5. a in inferno dicturi ſunt: Ergo errauimus à uia ueritatis: & iuſticię lumē nō luxit nobis: & ſol nō eſt ortus nobis: laſſati ſumus in uia iniqtatis & perditiōis: & ambulauimus uias difficiles: Viā autē dñi ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia: aut qd diuitiarū opulētia cōtulit nobis? Trāſierūt omnia illa tanq̄ umbra mortis: in malignitate autē noſtra conſumpti ſumus. Tunc & ipſi ſpiritus maligni deridēt ociū, quod negligētes inutiliter duxerūt p̄ præſentis uitæ ſpacium. Vnde & nūc per p̄phetam dicit: Viderunt eam hoſtes, & deriſerūt ſabbata eius. Præcepto etenim legis, ab exteriori opere F in ſabbato ceſſatur. Hoſtes eñ ſabbata uidētes irrident. Cū maligni ſpiritus uacationis ocia ad cogitationes illicitas pertrahūt: unaquæq; anima quæ remota ab externis actiōibus ſeruire deo credit: eo magis eorū tyrānidi illicita cogitādo famulat. Sancti aūt uiri qui mūdi operibus nō corpore, ſed uirtute ſopiūtur: laborioſius dormiunt, q̄ uigilare potuerūt: quia in eo quod actiones huius ſeculi deſerētes ſuperāt, robuſto cōflictu quotidie contra ſemetipſos pugnāt: ne mens per negligētiā torpeat: ne ſubacto ocio ad deſideria immunda frigeſcat: ne ipſis deſiderijs bonis plus iuſto inſeruiat: ne ſub diſtrictionis ſpecie ſibimet parcēdo, à perfectione lāgueſcat. Agit hæc, & à mūdi huius inquieta cōcupiſcentia ſe penitus ſubtrahit: ac terrenarū actionū ſtrepitū deſerit, & per quietis ſtudiū, uirtutibus intenta uigilās dormit. Neq; eñ ad cōtēplāda interna perducit: niſi ab his quæ exterius implicāt, ſtudioſe ſubtrahat. Hinc eſt eñ quod per ſemetipſam Matth. 6. c ueritas dicit: Nemo pōt duobus dñis ſeruire. Hinc 2. Tim. 2. a Paulus, ait: Nemo militās deo implicat ſe ſecularibus deſiderijs. a ¶Peccatū peccauit Hieruſ. &c.) Cauſam uindictæ expreſſit in principio huius ſententiæ: quia ob magnitudinē ſcelerū, Hieruſalē promeruit trāſmigrationis excidiū: ipſiq; qui eā deridebāt, nec cōdolentes illi, gemitui eius ullā conſo-Eſa. 3. b lationem præbebāt. Hinc eſt quod per Eſaiā plebi Iudaicæ dñs dicit: Popule meus qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt, & uiam greſſuū tuorū diſſipant ſiue cōturbant. Scribæ & phariſæi, quos ante idem propheta exactores appellauerat, non magiſtros, & ſupra illuſores: qui propter munera quæ

excæcant oculos etiam ſapientium: nō ſolum pecG catores in populo nō corripiebāt, ſed pro diuitijs Deut. 16. d atq; compendijs efferebant laudibus: & ipſi econtrario, beatos uocabant eos: & columnas domus dei, & cætera quæ ſolent adulatores dicere. Sed tales fautores, nullā in die tribulationis laborantibus cōſolationem præbebant, imò confuſionē ſcelerum eorum denudabant, & cordis ignominiam manifeſtabant. Ille eſt ergo doctor eccleſiaſticus: qui lachrymas, nō riſum mouet: qui corripit peccatores: qui nullum beatum, nullum dicit eſſe felicem: nec præuenit ſententiam iudicis ſui, dicente ſcriptura ſancta: Ne beatum iudices Eccl's. 11. d quēquā hominem ante mortē. Sed & in alio loco legimus: Qui benedi Prouer. 27. b cit amico mane grādi uoce, à maledicēte nihil differt. Vnde ſpernentes hominum iudicia: nec laudibus eorum extollamur: nec obtrectationibus conH triſtemur, ſed ingrediamur rectam uiam, & tritas à ſanctis prophetis ſemitas. Audiamus hūc prophetam alio loco dicentem: State in uijs: & uidete, & Supra. 6. d interrogate ſemitas dñi ſempiternas: quæ ſit uia bona, & ambulate in ea. b ¶Sordes eius in pedibus eius: nec recordata eſt &c.) Sordes geſtat in pedibus, qui greſſum conuerſationis ſuæ malis polluit operibus: nec recordatur finis ſui, & temporis iuſti iudicij dei. Vnde depoſita uehemēter & hoſtiū manibus tradita, nullum cōſolatorem habet: quia tempore opportuno, cultu pietatis honorare noluit ſuum autorem. Solus in ea dominator inimicus: quoniā deus uerus eam deſeruit amicus. Vnde maximo dolore cōtrita, miſerabiliter ad dominū clamat: Vide domine afflictionem meam: quoniā erectus eſt inimicus. Nullo enim ſibi reſiſtente, hoſtis de uictoria gaudet iniquus, & de potentia ſua contra dominum erigitur ſuperbus: proprijs hoc deputans uiribus, non iuſto iudicio dei: quoniam iuxta pſalmiſtam: Non eſt deus in cōſpectu eius: pol-Pſal. 9. e luuntur uiæ eius in omni tempore: auferuntur iudicia dei à facie eius. c ¶Manum ſuā miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia uidit gentes &c.) Propter peccata populi, hoſtilis exercitus deuaſtat templum domini: & omnem ornatum eius deiecit: quod nec ingredi, nec in aliquo cōtingere debuit. Infra. 2. c Repulit enim dominus tabernaculum ſuū in quo habitauit inter homines, & tradidit in captiuitatem uirtutes eorum, & pulchritudines ſpreuit. Sed & nos ſi non obſeruauerimus diligenter clauſtra cordis noſtri, & per aliquem ſenſuum noſtrorum hoſtis



a כ Caph. Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt precioſa quæque pro cibo ad refocillādam animam. Vide domine & conſidera: quoniam facta ſum uilis. b ל Lamed. O uos omnes qui tranſitis per uiam, attendite & uidete ſi eſt dolor ſicut dolor meus, quoniam uindemiauit me, ut locutus eſt dñs in die iræ furoris ſui. מ Mem. c Dē excelſo miſit ignē in oſſibus meis, & erudiuit me. Expandit rete pedibus meis: cōuertit me retrorſum. Poſuit me deſolatam tota d die mœrore cōfectā. נ Nun. Vigilauit iugū iniquitatū mearū in manu eius: cōuolutę ſunt & impoſitæ collo meo. Infirmata eſt uirtus mea: dedit me dñs in manu de qua non pote tero ſurgere. ס Samech. Abſtulit omnes magnificos

A hoſtis antiquus patentem inuenerit introitum, ingreditur per ſuggeſtiones prauas & illicitas concupiſcentias in ſacrariū animæ noſtræ: ubi ſancta trinitas per fidem uerā habitare cōſueuit: & ſpoliat illud decore ſapiētiæ, & ornatu uirtutum: erimusq; miſerabiles, & omni cōfuſione digniſſimi. a ¶Omnis ppl's eius gemens, & quærens &c.) Quāta mala paſſa ſit gēs Iudæorū in fame, peſtilētia, & clade: diuini expoſuerūt libri, & Ioſephi non tacet hiſtoria. Spiritualiter uero pro pane iocunditas humanæ delectationis recipit. Vnde & nūc propheta, cū ſynagogæ perditos mores defleret dixit: Omnis ppl's eius gemēs & quærēs panē. Praua quippe hominum multitudo affligit: quia nō ad uotū de præſentis uitæ iocūditate ſatiatur. Sed & precioſa quæq; pro cibo dat: quia uirtutes mentis in appetitu B trāſitoriæ delectationis inclinat: & refocillari animam nitit: quia peruerſis ſuis deſiderijs ſutiſfacere conat. Vnde bene mox ex uoce illius electæ multitudinis ſubditur: Vide dñe & cōſidera, quoniā facta ſum uilis. Vilis quippe plebs dei efficit, quādo prauorū numero creſcēte in eis: non ſumma cœleſtia, ſed abiecta & terrena ſectat. b ¶O uos omnes qui tranſitis &c.) Propriū hoc eſt dolentiū, ut laborem ſuū eo maiorem cæteris æſtimēt, quo aliorum paſſionem nō cognoſcunt: quia quāto plus dolorē ſuum ſentiūt, tāto minus aliorū huic adæquari nō ſentiūt. Vindemiare in die iræ furoris ſui illos dominū dicit: quia iuſticiæ norma dictāte laboris ſui fructū iam eos metere decreuit. Sed hoc cōſiderandū eſt, quare eos tantū qui trāſeūt uiā ad aſpiciēdū dolorem ſuū inuitet. Qui eñ præſentem uitā non quaſi uiā trāſeunt, ſed quaſi ad patriā tēdunt: luctū cordis electorum cōſiderare neſciunt. Illos enim ut dolorem ſuū cōſiderēt exquirit: quos in hoc mūdo cōtingit animā non fixiſſe. Hinc per Salomonē di-Prouer. 31. d citur: Aperi os tuū muto, & cauſis omniū filiorum qui pertrāſeunt. Muti enim dicūtur, qui prædicatorum uerbis cōtradicēdo minime reſiſtūt. Qui etiā pertrāſeuntes ſunt, quia intētionē mētis in amore uitæ præſentis dedignātur figere. c ¶De excelſo miſit ignē in oſſibus meis &c.) Quod de cœlo miſiſſe ignem in oſſibus eius ait: ſupernā uindictam eſſe inſinuat: quæ eos interius cruciādo caſtigauit, quatenus agnoſcerent cui omni modo ſubijci deberent. Rete pedibus ſuis expandit, quia eos uoluptatem ſuam uſq; ad finem uitæ ſequi nō permiſit.

C Cōuertit eos retrorſum, ut dolorē pro luxuria ſentirent: & deſolati amicorum ſolatio malum quod fecerant omni tēpore uitæ inter hoſtes plangerēt. Myſtice aūt anima peccatis obnoxia: dū pro iniquitatibus ſuis à dño corripitur, ſi introrſus rediēs ſalubri dolori compungit abſtinendo ſe à peccatis, omnē luxū priſtinū in lachrymas uertit, & tāto fortius cōſtringendo ſemetipſam plāgit: quāto laxius p̄ uaria deſideria ſe diutius erraſſe recolit. d ¶Vigilauit iugū iniquitatum mearū in &c.) Vigilare iugū iniquitatum ſuarū in manu dñi dicit, quia tēpus diu dilatæ uindictæ tandē in eam aduenit. Quaſi dormire eñ eſt, in corpore nequitiæ ſecure & impunite queſcere: & quaſi uigilare eſt, pro commiſſo piaculo pœnas ultionis ſentiēdo ſuſtinere. Vnde cōuolutas & impoſitas collo ſuo iniqtates ſuas D aſſerit: pro quo uigor uirtutis eius defecerit: quia cumulum peccatorū quem diuturno tempore uarijs trāſgreſſionibus collegit, opprimere ſe & infirmum facere ſentit. Vnde ſcriptū eſt: Funibus pec-Prouer. 5. d catorū ſuorum unuſquiſq; tenetur: quia diſtrictus iudex, facinus quod per pœnitētiā nō corrigitur: inultum eſſe nequaq; patitur. De quo etiam in Iob legitur: Nullum peccatū deus impunitū dimittit. Quod autem ſequitur: Dedit me deus in manu de qua nō potero ſurgere: hoc ſiue ualidam captiuitatem Chaldæorū, ſiue Romanorū nimis Iudæos opprimentem oſtēdit. Spiritualiter aūt indicat, quod extrema ultio omnibus impijs & peccatoribus infinitæ calamitatis ſit, nec aliquādo à cruciādi moleſtia ceſſet: quia in exterioribus tenebris uermis impiorum nō moritur, & ignis nō extinguitur. Vbi qui ſemel ingreditur, ulterius iam egredi non permittitur. Quod ipſa ueritas in euāgelio oſtēdit, dicens: Eſto cōſentiens cū aduerſario. & reliqua, uſq; Matth. 5. d ad nouiſſimum quadrantē. Quēadmodū ibi intelligitur, ubi dictum eſt: Oportet eum regnare donec 1. Cor. 15. d ponat omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis: ſemper illum regnaturū, quoniā ſemper illi erūt inimici ſub pedibus, ita & hic accipi poteſt dictum: Non exies inde donec ſoluas nouiſſimū quadrantē: ſemper nō exiturū eſſe, quia ſemper ſoluat nouiſſimū quadrātē, dum ſempiternas pœnas terrenorū peccatorum luit. e ¶Abſtulit omnes magnificos meos &c.) Abſtulit dominus magnificos plebis Iudaicæ in tēpore captiuitatis ſuæ: quādo prophetas & ſacerdotes, quorum ope & doctrina maxime ſuſtentati

E ſtentati ſunt, propter maliciam eorum & ſcelerum multitudinem apud illos habitare non permiſit, ſicut propheta Daniel in oratione ſua teſtat̃, dicens: Dan.3.d Domine nō eſt in tempore hoc princeps, nec propheta & dux, necꝫ holocauſtum, necꝫ ſacrificium, necꝫ incēſum, necꝫ locus primitiarū coram te, ut poſſimus inuenire miſericordiā. Sic & ab anima diabolica fraude decepta: poſtq̃ eam inimicus intus captiuā à ſtatu rectæ fidei & bonæ cōuerſationis in cōfuſionē erroris abduxerit, ſanctorum prædicatorū doctrinam & exempla ab aſpectu cordis eius per obliuionē aufert: quatenus eam ſpoliatā uirtutibus, facilius ĩ terra aliena poſſideat, ne per recordationē ſani dogmatis & meliorationem uitæ ad ſtatum priſtinū reuertatur.

gnificos meos dominus de medio mei: uocauit aduerſum me tempus ut contereret ele-
a ctos meos. Tõrcular calcauit dominus uir-
b gini filiæ Iuda. ע Ain. Idcircõ ego plorans,
& oculus meus deducens aquam: quia longe
factus eſt à me conſolator, cõuertens animam
meam. Facti ſunt filij mei perditi, quoniam
c inualuit inimicus. פ Phe. Expãndit Sion ma
nus ſuas: non eſt qui conſoletur eam. Manda
uit dominus aduerſum Iacob: in circuitu eius
hoſtes eius. Facta eſt Hieruſalem quaſi pollu-
d ta menſtruis inter eos. צ Zadik. Iũſtus eſt
dominus, quia os eius ad iracundiam pro-
uocaui. Audite obſecro uniuerſi populi, &
uidete

a ¶Torcular calcauit dn̄s uirg. fi. Iuda &c.) Dicendū eſt itacꝫ de torculari, quod iuxta ſcripturæ ſanctæ cōſuetudinem: interdū pro ultione atcꝫ ſuppli- F cijs ponitur peccatorū: Interdum in cōgregatione nouorū fructuū, pro pœnis ponitur atcꝫ tormētis, ut Hieremias in præſenti lamētatione plãgēs euerſionem Hieruſalē loquitur: Torcular calcauit dn̄s uirgini filiæ Iuda: idcirco ego ploro. In bonam partem ſcribuntur pſalmi pro torcularibus, octauus, octogeſimustertius. In quo torculari, & malis ſupplicia, & bonis præmia à dn̄o ſaluatore calcant̃. Solus ipſe calcauit nullūcꝫ habuit adiutorē. Necꝫ em̃ angeli, aut archãgeli, throni, dominationes, aut ulla cœleſtium poteſtatū humanū corpus aſſumpſit, & pro nobis paſſa eſt, & calcauit aduerſarias poteſtates atcꝫ cōtriuit, ſed ille ſolus qui loquit̃ in pſalmo: Pſal.11.a Saluū me fac dn̄e quoniã defecit ſanctus: intantum quod etiã cōfidētiſſimus & in fide firmiſſimus apo- Matth.26.f ſtolus Petrus timore perterritus fugeret, imò dn̄m negaret. Torcular ergo calcauit dn̄s uirgini filiæ Iuda: quãdo uiti infructuoſæ Iudæorū & diu ſterili Eſa 5.b permanēti, cui per Eſaiã dicit̃: Expectaui ut faceret uuas & fecit labruſcas: captiuitatis oppreſſionem præparauit. Myſtice aūt animæ uirtutibus infœcūdæ, & bonis operibus uacuæ, nec fidei fructū gignenti, dn̄s torcular calcat: quãdo eã pro ſterilitate ſua & ocioſitate inimica, pœnas cōdignæ uindictæ luere fecit. Vnde ſequitur. b ¶Idcirco ego plorans &c.) Ideo quocꝫ fletus ingens animæ dolentis deſcribitur: quia poſt uanam læticiam huius mundi, omnis cōſolatio præſentis uitæ illi aufertur: fructus malorum operū diſſipatur, & ſolus inimicus in tormēta uaria illius dominatur. c ¶Expandit Sion manus ſuas: & nō eſt qui conſo. &c.) Circundata Sion captiuitate Chaldæorū, quæſiuit ſe cōſolantem, & non inuenit: eo quod dn̄m peccatis exigentibus uerum nō meruit habere cōſolatorē: qui G eam tradidit hoſtibus ſuis ad puniendū. Ita & anima hominis credētis quæ quondam erat ſpeculum dei & ſupplantatrix uitiorū cum pro malis meritis tradit̃ ſpiritualibus nequitijs, fruſtra forinſecus quęrit cōſolatorem, quæ ſpiritualē interius perdidit cōſolationē. Facta eſt, inquit, Hieruſalē quaſi polluta menſtruis inter eos. Polluta Hieruſalē dicitur mēſtrua fœditate: quia ſanguinolenta opera & carnalia deſideria noluit uitare ĩ praua conuerſatione. Menſtrua enim fœditas eſt, cū per ſingulos menſes grauia atcꝫ torpētia mulierū corpora immundi ſanguinis effuſione releuantur. Quo tēpore ſi uir coierit cum muliere: dicunt̃ cōcepti fœtus uitiū ſeminis trahere: ita ut leproſi, & elephantiaci ex hac cōceptione naſcant̃, & fœda in utrocꝫ ſexu corpora paruitate uel enormi- H tate mēbrorū ſanies corrupta degeneret. Præcipit̃ ergo in lege dn̄i uiris, ut nō ſolū in alienis mulieribus ſed in ſuis quocꝫ, quibus uident̃ legaliter coniungi, ſcriptura dicēte: Creſcite & multiplicamini Leuit.15.e & replete terrã, certa cōcubitus nouerint tēpora: quãdo coëundū, quãdó ue ab uxoribus abſtinēdū ſit. Quod q̄dē & Apoſtolus & Eccleſiaſtes ſonãt: 1.Cor.7.e tempus amplexãdi, & tēpus lōge fieri ab amplexi- Eccl.3.a bus. Caueat ergo & uxor ne forte uicta deſiderio coëundi, alliciat uirū, & maritus ne uim faciat uxori, putãs omni tēpore ſubiectã ſibi eſſe debere cōiugis uoluptatem. Vnde & Paulus ait: Vt nouerit 1.Theſſ.4.a unuſquiſcꝫ ſuū uas poſſidere. d ¶Iuſtus eſt dn̄s: quia os eius ad irac. &c.) Querimonia flebilis producitur ad agnitionē ſententiæ iuſti iudicis. Poſtq̃ enim lamentatrix calumniã enumerauit, merito ſe hãc pati cōmemorauit, quia iuſtus iudex non aliã ferre poteſt quàm iuſtã ſententiã. Iuſtus eſt, inquit, dn̄s: quia os eius ad iracūdiã prouocaui: hoc eſt iuſtū iudicē & natura clementē, meis prauis meritis compuli durã cōtra me ferre ſentētiã. Mēbra enim hominis ſicut & affectus humani, tropice deo aſſcribūtur nō proprie: quia incircūſcriptū lumē, & immenſa maieſtas, liniamētis corporis circūſcribi nō nouit. Audite, ait, uniuerſi & uidete dolorē meū, quia uirgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Plurimos ad uidendum dolorem ſuum inuitat, quia calamitatē ſuam ultra modū grandem eſſe exiſtimat, ut aliorū compaſſione, anxietatem ſuã quodãmodo leuiget: dum cōſolatores & ſubleuatores



A uatores anguſtiæ ſuæ ſibi adhibet. Talis eſt em̃ humanus affectus, ut doloris ſui ſiue gaudij alios quęrat eſſe participes: quatenus eoꝝ ſolatio, illatū onus triſticiæ ſiue læticiæ facilius portet. Vnde in euãge- Luc.15.b lio ille qui ouem perditã requiſiuit: ſeu mulier quæ drachmam perditã inuenit, cōuocat amicas & uicinas, ut teſtes aſſiſtãt, & gaudij eorum participes fiãt. Quod ergo uirgines & iuuenes abire in captiuitatē deplorat, oſtendit ſe inde maxime dolere, q̃ ſpem ſtatus ſui uidit ſubito corruiſſe. Quãdo em̃ ſobolem ſuã ſubito interire conſpexit, ſpem futuræ generationis amiſit. a ¶Vocaui amicos meos &c.) Quærendum eſt quomodo amici dici poſſint, qui amatoribus ſuis decipulã parauerunt. Verus enim amicus & fidelis, ut ſcriptura teſtatur,

uidete dolorem meum. Virgines meæ & iu
uenes mei abierunt in captiuitatē. ק Coph.
a Võcaui amicos meos, & ipſi deceperūt me.
Sacerdotes mei, & ſenes mei in urbe cōſum-
pti ſunt: quia quæſierunt cibum ſibi ut refo-
b cillarent animam ſuam. ר Res. Vidẽ domi
ne quoniam tribulor: uenter meus cõturba-
tus eſt, Subuerſum eſt cor meum in memet-
ipſa: quoniã amaritudine plena ſum. Foris
interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt.
c ש Sin. Aũdierunt quia ingemiſco ego:
& non eſt qui conſoletur me. Omnes inimi-
ci mei audierunt malum meum: lætati ſunt
quia tu feciſti. Adduxiſti diem conſolatio-
nis,

protectio eſt fortis: medicamentū uitæ & immortalitatis. Vnde patet quod per antiphraſim iſte amicus dicatur, qui deceptor eſſe ꝓbetur. Sunt em̃ qui B dicuntur amici, ſed magis oſtendūtur eſſe inimici: quia egrediunt̃ ad inimicitiã, odiū, & rixã, & conuitia denudãt: cōuiuæ fiunt, & ſocij mēſæ, ſed nō permanent in die neceſſitatis. Tales ſunt qui hodiete-nus carnaliter uiuētes, ſuis executoribus blandiuntur, ut uoluptatū amatores magis ſint q̃ dei. Et dū hoc cōſentiunt, in peccati uoraginē eos ſecū trahūt: ita ut ſceleris ſui cōſortes, cruciatus æterni faciãt illos eſſe participes. Quãta aūt uis ueræ amicitiæ ſit, ex hoc intelligi maxime poteſt, quod ex infinita ſocietate generis humani, quã cōciliauit ipſa natura, ita cōtracta res eſt & adducta in anguſtū, ut omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungeret̃. Eſt em̃ amicitia, ut quidã ait, nihil aliud niſi omniū diuinarū humanarumcꝫ rerū cū beneuolētia & cha- Eccli.6.b ritate cōſenſio. Vnde recte ſcriptū eſt: Amico fideli nulla eſt cōparatio: & nō eſt digna ponderatio auri & argēti cōtra bonitatē fidei illius. Quod aūt dicit: Sacerdotes & ſenes in urbe conſumptos: oſtendit quia ob tenuitatē uictus, fame & ſiti perierūt. Sicut in obſidione hoſtium in Hieroſolymis (ut hiſtoriæ tradunt) ſæpius cōtigit. Myſtice aūt anima quæ uoluptatibus & deſiderijs innitit̃, ſacerdotij dignitatē & maturitatē cōſilij ꝓpter indigentiam ſapiētiæ & 1.Ioan.2.e inopiã uirtutū perdit. Mundus em̃ trãſit & cōcupiſcentia eius. Aegyptus uane auxiliabit̃, & baculus arūdineus atcꝫ cōfractus innitētes lacerat ac manū eorum perforat: nec unquã perfectã proſperitatem ſuis amatoribus cōferre poteſt. b ¶Vide dn̄e q̃m tribulor &c.) Quid eſt quod propheta ex perſona plebis loquens, ad uidendū tribulationē ſuam dn̄m inuitat: niſi quod anxietatē ſuã nimiã & immēſam C agnoſcens, ipſius ſolūmodo opem & miſericordiã ſubuenire exoptat. Sciēdū eſt quod in ſacro eloq̄o uentris uel uteri nomine, mens ſolet intelligi. Hinc eſt em̃ quod per Salomonē dicit̃: Lucerna dn̄i ſpi- Prou.20.d raculū hominis, quæ inueſtigat om̃ia ſecreta uētris. Lux em̃ gratiæ quæ deſuper uenit, ſpiraculū hominis præſtat ad uitã. Quæ uidelicet lux, om̃ia ſecreta uētris inueſtigare dicitur: quia occulta mētis penetrat: ut ea que de ipſa lædebãt animã ante eius flendo oculos reducat. Hinc ipſe Hieremias Hiere.4.c in anterioribus ait: Ventrē meū doleo: q̄ ut uētrē ſuū quid dixiſſet oſtēderet, adiūxit: Sēſus cordis mei turbati ſūt. Vteri uticꝫ noĩe, mēs recte accipitur: q̄a ſicut proles in utero concipit̃, ſic cogitatio in mēte generat̃. Et ſicut in uētre cibi, ita cōtinētur in mēte cogitationes. Fidelis em̃ anima tētatiōibus uarijs fatigata, merito ſe intus foriſcꝫ morte ſimili D attritam deplorat. Quia foris ꝑſecutiōibus, & intus anguſtijs lacerari ſe non ignorat. Sæpe em̃ foris flagellis atterimur: & intus carnali ſuggeſtione fatigamur. Vnde nūc Hieremias in præſenti lamentatione deplorat, dicēs: Foris interficit gladius: & domi mors ſimilis eſt. Foris em̃ gladius interficit, cū nos exterius feriēs uindicta cōficit. Sed domi mors ſimilis eſt: quia & flagella quidē ſuſtinet: & tamen intus cōſcientia à tentationis ſordibus conſentiendo mūda non eſt. c ¶Audierūt q̄a ingemiſco &c.) Anxiãti animæ & laboribus afflictæ, hoc uidetur eſſe augmentum doloris, quod ille in quo ſpem habuit cōſolationis, differt opem afferre ſolatij. Necnon & hoc maxime illi dolorem ingerit, quod eam inimici deridēt: quaſi ſpe fruſtrata à domino ſuo hanc haberet calumniam. Tale eſt illud pſalmiſtæ: Qui cuſto- Pſal.70.b diebant animã meã, conſiliū fecerunt in unū. Et in euangelio, Iudæi dominum in cruce ſuſpenſum irri- Matth.27.e debãt, dicentes: Alios ſaluos fecit. Sed talis loquela, manifeſta eſt blaſphemia: quæ non lædit periclitantem, ſed interficit blaſphemãtē. Nō enim eſt in ullo reprehendendū iudiciū dei, quod ſemper iuſtū eſt, & iuſte diſponit omnia: ſed uenerandū atcꝫ timendū: quia omnia quæcūcꝫ uult facit in cœlo: cum ſit iuſtus in omnibus uijs ipſiùs: nec derelinquat oēs ſperantes in ſe, imò orationes eorū exaudiat, & ſaluos faciat eos. Sed cū iuſte dn̄s unicuicꝫ ſecundum opera ſua retribuit, uidendū eſt quid ſequatur: Adduxiſti, inquit, diem conſolationis, & fient ſimiles mei. Conſolatio ergo quæ iniuſte oppreſſis à domino confertur: & pœna quæ oppreſſoribus eorum

E merito infligitur,ex iuſto iudicio dei procedunt:ut
recipiat unuſquiſq; propria corporis prout geſſit,
ſiue malũ,ſiue bonũ:pœna eſt reproborũ, qui alie-
na felicitate cruciatur. Adducit ergo diuina clemẽ-
tia poſt illatã ſeruis ſuis flagelli correptionẽ piæ cõ
uerſationis paternam cõ
ſolationem: ut poſt diu-
turnum laborem,habeãt
reſpirandi poteſtatem:&
ecõtrario tortoribus eo-
rum poſt uanã mundi læ
ticiam,iuſtæ damnatiõis
reddet diuturnæ calami-
tatis mœſticiam,ut reci-
piant in ſemetipſis quod
inique geſſerãt in proxi-
mis. Sicq; fit ut patientia
ſanctorum coronetur:&
iniuſticia iniquorum pu
niatur. a ¶Ingrediatur
omne malũ corã te &c.)
Hoc quippe orat fideliũ
turba, ut rememoreẽ in
conſpectu dei perſecuto-
rum ſuorũ plaga:quatenus eos per condignam uin
dictã iuſtum iudiciũ dei corripiẽdo humiliet:qui ſu
perbiẽdo multiplici perſecutione nõ timuerunt cõ
feſſores dei fatigare. Vindemiare em̃ eſt unũquẽq;
operũ ſuorum fructũ metere. Vindemiat enim do-
F minus hoſtes ſuos q ſanctos eius uindemiauerunt,
quando pro contritione temporali,qua illos appro
batione opprimere permiſſi ſunt,in futuro iudicio
perpetuam faciet recipere ultionẽ. Sed hoc intimã-
dum eſt,quod quando ſancti uiri deprecatorio mo
re contra hoſtes ſuos rogant:non uoto maliciæ,ſed
ſpiritu prophetiæ,hoc quod eis præſciũt futurum
prædicunt:uel etiã contra ſpiritales nequitias orãt:
quas incorrigibiles eſſe ſciunt ut iuſtam à domino
recipiant ſententiam. Hinc eſt illud quod in pſalmo
Pſal.34.d propheta dominum contra nocentes ſe precatur,
dicens: Iudica domine nocẽtes me. Aſſumpta pro
nobis clamat infirmitas, ut damnẽtur nocentes:id
eſt,diabolus cum miniſtris ſuis, quod nouerat eſſe
uenturum. Malos enim iudicari damnari eſt:quia
nequeunt in diſceptatione liberari,qui ſemper pra
uis actionibus probantur impliciti. Sed hoc,ut di-
ctum eſt,ad diabolum pertinet cũ ſequacibus ſuis:
per quos prouenit Iudaicæ uolũtatis iniquitas. Nã
cũ ipſe præcipiat,pro inimicis ueſtris orate:homi-
nibus hæc non poteſt conuenire ſententia. Ipſos er
go debere petit damnari,quos uirtute præſcientiæ
ſuæ nouit ad pœnitudinis remedia non uenire. Nã
& in ſubſequẽtibus ubi uenit ad homines, cõuerti
Pſal.39.d eos deſiderat,nõ perire:ut eſt illud: Confundantur
& reuereãtur qui quærunt mihi mala. Hic iam ubi
uenit ad homines corrigibiles,nõ maledictio fundi
tur,ſed correctio poſtulatur. Cõfundi,eſt facta ſua
erubeſcere,& in meliorẽ ſententiã cõmutari. Nam
& illi confuſi dicũtur,qui cõuincuntur ad pœnam.

a nis,& fient ſimiles mei. ת Thau. Ingrẽdia
tur omne malum coram te:& uindemia eos
ſicut uindemiaſti me,ꝓpter omnes iniquita-
tes meas. Multi em̃ gemitus mei:& cor meũ
mœrens. Cap. II. א Aleph.
b QVomodo obtexit caligine in furore
ſuo dominus filiam Sion: proiecit de
cœlo in terram inclytam Iſraël:& non eſt re-
cordatus ſcabelli pedum ſuorum,in die fu-
c roris ſui. ב Beth. Præcipitauit dominus
nec pepercit,omnia ſpecioſa Iacob. Deſtru-
xit in furore ſuo munitiones uirginis Iudæ
& deiecit in terrã:polluit regnũ & principes
eius

Sed ut hoc magis ad conuerſionem intelligere de- G
buiſſes,addidit:reuereantur:id eſt,emendati colant
quẽ perſequendũ eſſe putauerant. Cap. II.
QVomodo obtexit &c.) Ventũ eſt ad ſecundũ
alphabetũ,ubi ſub primo obſtupeſcẽdo Hie-
roſolymitanæ urbis im-
prouiſam ruinam,& ple-
bis Iudaicæ inſperatũ ca-
ſum ꝓpheta deplorabat:
ſicut etiã nunc admirãdo
quæritat, quomodo pul
cherrima habitatio Sion
& inclyta Iſraëlitarũ gẽs:
quæ angelico miniſterio
ſuffulta,ꝑ ipſius dñi du-
catũ,de terra Aegypti ꝑ
mare rubrũ translata eſt:
& in deſerto multis mi-
raculis ac diuinis ſolatijs
diutiſſime ꝑ Moyſen &
Aaron educata:ita ut uo
cabulo ſcabelli pedũ dñi,
propter ſtatũ diuini cul-
tus,qui in ipſa plebe tũc
præcipuus erat,merito nuncupareẽ:nũc de ſumma
felicitate in maximã miſeriam in die furoris dñi &
uindictæ in eã prolatæ quaſi de cœlo in terrã pro-
iecta & cõculcata ſit. Myſtice autẽ anima peccatrix
quæ quõdã habuit lumẽ ſciẽtiæ:& ſpeculũ diuinæ H
cõtemplationis,qñ pedes dñi,hoc eſt,ueſtigia præ-
ceptorũ eius in cordis illius ſecreta cõſiſtebãt:nunc
propter cæcitatem cordis & nequitiã prauæ actio-
nis de culmine uirtutũ in fœditatẽ terrenorum deſi
deriorũ ꝓlapſa:iuſto iudicio dei ſpreta atq; dereli-
cta ab hoſtibus cõculcatur. Vnde propheta merito
eius deflet ruinam:quia à ſummo honore ad maxi-
mã deuoluta eſt miſeriã,per quã omniũ iam deſpe-
ctui patet & irriſiõi. c ¶Præcipitauit dñs nec pe-
percit &c.) Propter peccata em̃ Iudæorũ & tranſ-
greſſiones qbus tranſgrediẽtes legẽ dei teſtimonia
eius non cuſtodierũt ſeruiẽdo dijs alienis:& adorã
tes idola & ſimulacra eorũ uenerãtes,ad ſimilitudi-
nem gentiũ quæ circa eos erãt:iritatus dñs tradidit
ipſum populũ ſuũ in manus gentiũ,& dominati ſũt
eorũ qui oderunt eos:omniaq; ſpecioſa Iacob quæ
habebat in ornatu famoſiſſimi templi,& cultu cele-
berrimo,quo ſe nobiliores cæteris gẽtibus eſſe cre-
debant:dñs præcipitauit & deſtruxit in furore ſuo,
munitiones urbiũ Iuda,ſtatũ murorũ ac turrium in
terrã deijciens:polluitq; honorẽ regni & principa-
tum eius,ita ut nobiliores eorũ,hoſtes captiuos du
centes in ſeruitutẽ ſui redigerent:& eunuchos face
rẽt atq; deformes:ſicut liber Eſaiæ teſtatur,ubi ipſe
propheta ad regẽ Ezechiã loquutus eſt,dicẽs:Ecce Eſa.39.c
dies ueniũt & auferentur omnia quæ in domo tua
ſunt,& quæ theſaurizauerũt patres tui uſq; ad diẽ
hãc in Babylonẽ:non derelinqueẽ quicq;,dicit dñs:
& de filijs tuis q exibũt de te quos genueris, tollẽt:
& erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Myſti
ce aũt



A ce aũt deſtruit dñs ſpecioſa Iacob,cũ decorẽ animæ
diabolica arte deceptæ ſpernit:& munitionẽ doctri
næ,ſeculari ſapiẽtia cõditæ,in qua maxime cõfide-
bat diruit:& polluit honorẽ regni & principatum
eius quẽ habuit in perceptione baptiſmatis & ſacri
unctiõe chriſmatis:ita ut
iã nõ mereaẽ cũ cæteris fi
delibus ab apoſtolo Pe-
1.Pet.2.b tro audire: Vos eſtis ge-
nus electum:qñ diuerſis
ſeruit uitijs: & obtẽperat
hoſtis antiqui ſuaſiõibus
malignis:de quo & ſub-
ditur: a ¶Confregit in
ira &c.) Nõ ſolũ em̃ uni-
uerſum regnũ Iudæorũ
dñs deſtruxit:& defenſio
nẽ dexteræ ſuæ ab eis au
ferẽs,terrã eorum in ma-
nus hoſtiũ ad deuaſtãdũ
tradidit:ſed & Hieruſalẽ
myſticã,qñ à dño receſſe
rit & dijs alienis in diuer
ſis ſceleribus ſeruierit de
fenſione cœleſtis auxilij
priuatã, flãmæ libidinis,
& furori hoſtiũ ad ſuccẽ-
dendũ tradidit. Dextera
B em̃ dei patris unigenitus
filius eſt:ꝑ quẽ & ſolatiũ & defẽſionẽ fidelibus ſuis
præſtat. Sed qñ offenſo illo non meremur ab inimi
cis liberari,quaſi traditi uidemur,cũ defenſorẽ nul-
lũ habemus. Vñ & ꝓpheta quaſi deſertũ à dño po-
Pſal.73.c pulũ Iudæorũ cõqueſtus,in pſalmis ait: Vt qđ auer
tis faciẽ tuã de medio ſinu tuo? Quaſi offenſo,quaſi
irato dño dicit,q nolit peccatores pplõs intueri: ut
adhuc in ſua uideanẽ ꝑmanere neqtia. Ille em̃ quos
diſpenſatione mirabili placatus attẽderit, corrigit:
quos ꝓpicius intueẽ emẽdat. Quod aũt dicit,dexte
rã tuã de medio ſinu tuo in finẽ:ſignificat qđ ſicut
Moyſi manus dextra dñi iuſſu de ſinu ꝓlata lepro-
ſa cõſpecta eſt,iterũq; in ſinũ retracta curata:ita po
pulus Iudæorũ exiẽs à dño Chriſto immũdus fiat:
ad eũ uero conuerſus,ad priſtinã redeat ſanitatem.
b ¶Tetẽdit dñs arcũ &c.) Tetendit dñs arcũ ſuum
quaſi inimicus,& dexterã ſuã quaſi hoſtis firmauit:
cũ dimicãtes cõtra Hieruſalẽ Chaldæos ſiue Roma
nos ſuperiores fecit,data illis poteſtate ut incẽderẽt
tẽplũ,& deſtruerẽt muros ciuitatis,eo q ipſe iratus
nõ parceret illis:q aliqñ patribus eorũ placatus,ter-
ram diuerſarũ gentiũ ad poſſidẽdũ diſtribuit: ſicut
pſalmiſta teſtatur ad dñm,dicẽs: Manus tua gentes
diſperdidit. Ne em̃ putarẽt Hebræi ſe triumphato-
res ſuis urbibus extitiſſe:ꝓfitetur illos nõ in ſuo gla
dio fuiſſe uictores:nec terrã gentiũ ſibi ꝓpria forti-
tudine uẽdicaſſe. Brachium ꝓ robore dicimus: qm̃
ipſo dimicãte pugnaẽ. Sed illud brachiũ non eos ab
inimicis ſuis liberare præualuit,quos ſpũaliter uir-
tus diuina ſaluauit:ſic dũ Hebræorũ actus exponi-
tur,hũano generi ꝓficua doctrina præſtaẽ. Dexte- C
ra em̃ ſignificat ꝓſperã partẽ:brachiũ fortitudinẽ:
illuminatio cõſiliũ:quæ dñs præliantibus cõfert,qñ
uictoriam donare dignatur. Sed ne dicerent,patres
noſtri ſuo merito placuerunt,ideo tanta ſunt à dño
cõſecuti,intulit,nõ meri-
tis datum,ſed quia ita ſit
deo placitũ:cuius eſt gra
tuitũ omne qđ ꝓſtat. Cõ-
placeat etiã in illis quãdo
de toto mundo ſola gens
electa eſt:de qua ſaluator
dñs adueniret q brachiũ
uictoria & fortitudo eſt
noſtra. Cui ſi peccaueri-
mus & diutius ꝑ patiẽtiã
eius expectati,ad eũ per
pœnitẽtiã reuerti nolue-
rimus:tendit arcũ iudicij
ſui cõtra nos, & dextera
potẽtiæ ſuæ qcqd orna-
tus ſciẽtiæ uel uirtutũ ui
ſi ſumus habere,totũ diſ-
ſipat:& exercet in nobis
uindictam indignationis
ſuę:eo quod noluerimus
ĩtelligere miſericordiã &
beneficẽtiã immẽſæ cle-
mẽtiæ ſuæ. c ¶Factus D
eſt dñs &c.) Factus eſt dñs uelut inimicus ſynago-
gæ Iudæorũ qñ eã hoſtili gladio deuaſtari fecit. De-
iecit mœnia & deſtruxit munitiões eius:& repleuit
in ipſo pplõ humiliatũ & humiliatã:hoc eſt, utrũq;
ſexũ multiplici cõfuſiõe deſpicabilẽ reddidit. Iuxta
allegoriã uero,ſicut mœnia in urbibus ꝓ ornamen
to ſunt,munitiões uero in defenſionẽ:ita alia ſũt do
na q̃ nos muniũt,alia que ornãt. Prophetiæ quippe
doctrina,genera linguarũ,curationũ uirtus, quaſi
q̃dã mœnia mẽtis ſũt:q̃ etſi qſq; nõ habeat,ſtare mu
nitus ꝑ fidẽ & iuſticiã põt:q̃uis ornatus uirtutũ al-
titudine minime eſſe uideaẽ:fides uero ſpes & cha-
ritas,nõ noſtra mœnia,ſed munitiões ſũt:q̃ ſi habe-
re negligimus,hoſtiũ inſidijs patemus. De Iudæa er
go quia ꝓphetiã atq; doctrinã uel miraculorũ ſigna
abſtulit mœnia præcipitauit. Quia uero fidẽ,ſpem
atq; charitatẽ ꝓpter eius duritiã auferre ꝑmiſit:mu
nitiões eius diſſipare ſtuduit. Rectus uero ordo ſer
uatus eſt,ut prius mœnia & poſt munitiões diſſipa
re dicerẽtur:qa cũ peccatrix anima relinqtur:prius
ab ea uirtutũ dona (q̃ ad manifeſtationẽ ſpũs data
fuerũt) & poſt fidei,ſpei atq; charitatis fundamenta
deſtruũtur. Quæ cũcta dñs à ꝑfidis ablata,gẽtilitati
tribuit:atq; ex his q̃ infidelibus abſtulit,mẽtes fide-
liũ ornauit. Vñ & ſcriptũ eſt: Speciei domus diuide
re ſpolia. Cũ em̃ uirtutũ ſpolia à Iudæis abſtulit, do
mui cordis gentiliũ:quã ꝑ fidẽ inhabitare dignatus
eſt,ſpeciẽ donorũ dedit. Quod uidelicet geſtũ eſt,cũ
uerba dei & Iudæorũ ppls ad ſolã literã que occidit
acciperet:& cõuerſa gẽtilitas ꝑ ſpiritum q uiuificat
penetraret.

a eius. ג Gimel. Cõnfregit in ira furoris o-
mne cornu Iſraël. Auertit retrorſum dexte-
ram ſuam à facie inimici: & ſuccendit in Ia-
cob quaſi ignem flãmæ deuorãtis in gyro.
b ד Daleth. Tetẽndit dñs arcũ ſuũ quaſi ini-
micus: firmauit dexterã ſuã quaſi hoſtis: &
occidit omne quod pulchrũ erat uiſu in ta-
bernaculo filiæ Sion:effudit quaſi ignẽ indi
c gnationem ſuã. ה He. Factus eſt dñs ue-
lut inimicus: præcipitauit Iſraël: præcipita-
uit omnia mœnia eius: diſſipauit munitio-
nes eius:& repleuit in filia Iuda humiliatum
d & humiliatã. ו Vau. Et diſſipauit quaſi
hortũ tentoriũ ſuũ:demolitus eſt tabernacu
lum ſuũ. Obliuioni tradidit dñs in Sion fe-
ſtiuitatẽ & ſabbatũ: & in opprobriũ & indi
gnationem furoris ſui regem & ſacerdotẽ.
ז Zain

a ז Zain. Repũlit dominus altare ſuum: maledixit ſanctificationi: tradidit in manus inimici muros turrium eius. Vocem dederunt in domo dñi ſicut in die ſolenni. ח Heth.
b Cõgitauit dominus diſſipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum ſuũ: & non auertit manum ſuam à perditione: luxitq́; antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt. ט Thet.
c Dẽfixæ ſunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit uectes eius: regem eius, & principes eius in gentibus. Non eſt lex, & ꝓphetæ eius nõ inuenerunt uiſionem à dño. י Iod. Sederũt

E penetraret. d ¶Et diſſipauit quaſi hortum &c.) Propter peccata eñ Iſraëlitarũ diſſipauit tẽtorium ſuũ quaſi hortũ: demolitus eſt tabernaculũ, in obliuionẽ tradidit feſtiuitates & ſabbata: & totã gẽtem ſpernẽs ſimul cũ regibus & ſacerdotibus in opprobriũ captiuitatis dedit. In tẽtorij eñ noĩe & tabernaculi, ꝗuis unũ uideat ſonare, eo ꝙ tabernacula Iudæ ſint dicta: ꝙ cortinæ diſtẽtę funibus tabernaculis intra ſtãtibus appẽderent, quæ tẽtoria ſuſtinerẽt: tñ in tentorio illud tabernaculũ qđ Moyſes in deſerto fabricauit, & in tabernaculo hoc tẽplũ qđ Salomon in terra repromiſſionis ædificauit, poſſumus accipere: quæ utraq; ꝓpter ſcelera habitatorũ dñs in manus hoſtium tradidit: ſicut in
Pſal. 77. g pſalterio legĩt: Repulit tabernaculũ Silo tabernaculũ ſuũ, ubi habitauit in hominibus: & tradidit in captiuitatẽ uirtutẽ eorũ, & pulchritudinẽ eoꝝ in manus inimici. Rurſumq́; ꝑ præſentẽ prophetã dñs in
Hiere. 26. b ſuperioribus dicit: Faciã domui huic in qua inuocatũ eſt nomẽ meũ, & in qua uos habetis fiduciã, & lo-
F co quẽ dedi uobis & patribus ueſtris, ſicut feci Silo: & proijciã uos à facie mea, ſicut ꝓieci oẽs fratres ueſtros, uniuerſum ſemẽ Ephraim. Vñ uidẽdũ nobis eſt, ne ꝓpter iniqtates noſtras habitaculũ pectoris noſtri deſerat in habitator ſpũs ſanctus: reſpuat ſacerdotiũ: & deſpiciat ordinẽ regiminis noſtri: ſiamuſq́; ſicut hortus diſſipatus, ubi nullus uirtutum gignitur fructus. Metuẽdũ igĩt ne tãta ſuauitate & iocũditate priuati, in amaritudinẽ & fœditatẽ perueniamus ſempiternã. Dicit eñ Corinthijs manife-
1. Cor. 3. d ſte Paulus apoſtolus: Neſcitis quia tẽplũ dei eſtis? Si quis aũt templum dei uiolauerit, diſperdet illum deus. Templũ eñ dei ſanctũ eſt, quod eſtis uos. Et
1. Cor. 6. d idem: An neſcitis quia mẽbra ueſtra templũ ſunt ſpũs ſancti, quẽ habetis, & nõ eſtis ueſtri? Empti eñ eſtis precio magno: glorificate ergo & portate deũ in corpore ueſtro. a ¶Repulit dñs altare ſuũ &c.) Altare ſuũ repuliſſe & ſanctificationi ſuæ maledixiſſe dñs dicĩt: quia hoſtias ſecundum legẽ oblatas quas ſalutares ibidẽ appellat, & altare in quo eædẽ hoſtiæ offerebañt, ſpreuit: diripiendaq́; hoſtiũ manibus tradidit, ſimul cum urbe atq; propugnaculis eius: clamoremq́; blaſphemię, id eſt, hoſtes in domo dñi dederunt, ubi quondã laudes in ſolennitatibus uarijs per diuerſa organa, ſacerdotes & leuitæ templo & ritu inuiolato canebãt. Quod olim Eſaias ꝓ-
Eſa. 64. e pheta deplorat, dicens: Ecce reſpice, populus tuus oẽs nos, & ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta Sion. Deſerta facta eſt Hieruſalẽ: diſſoluta eſt domus ſanctificationis noſtræ & gloriæ noſtræ, ubi laudauerunt te patres noſtri: facta eſt in exuſtionẽ ignis, & G
oĩa deſiderabilia noſtra uerſa ſunt in ruinas. Myſtice autẽ repulit dñs altare ſuum: quando peccatis noſtris exigẽtibus, quaſi ingratã deſpicit arã cordis noſtri, & auertit faciem ſuã à nobis, unde ſalui fieri debueramus, ſicut ſcriptum eſt: Oſtende nobis Pſal. 79. b
faciẽ tuã & ſalui erimus: nec preces noſtras attendit, neq; oblationes recipit. Maledicit ſanctificationi ſuæ, qñ Chriſtianũ nomen in quo gloriabamur, & quod in ſacro baptiſmate per ſancti chriſmatis unctionẽ ſuſcepimus pollutum duxerit: ꝗa facinora noſtra & praui actus noſtri hoc ꝓmeruerunt. Tradidit in manus inimicorũ noſtrorũ oĩa arma noſtra & munitiones in quibus confidebamus: quoniã in omni conuerſatione noſtra ad nihilum redacti ſumus: nec præpoſitos, neq; defenſores iã utiles habere meremur: quia in domo dñi, ubi laus, honor & gloria cõfeſſionis ſonare debuit: ibi clamor & blaſphemiæ reſultãt, & negociatio terrena exercẽt pro quo iritatus dñs flagellũ de funicu- H
lis faciẽs, oẽs eiecit de tẽplo, & nũmularioꝝ effudit Ioan. 2. c
æs. b ¶Cogitauit dñs &c.) Vrbs iſta cuius dñs cogitauit diſſipare murũ, tetenditq́; funiculum, hoc eſt, rectã & cõdignã mercedẽ nequitiæ ſuæ reddere ei diſpoſuit, ſynagoga eſt Iudæoꝝ, quæ ſemper ſuperbe & cõtentioſe agebat cõtra dñm: ꝓphetas eius & nũcios ad ſe miſſos perſequens: nouiſſime uero ipſum hæredẽ, hoc eſt, unicũ filium eius interfecit. Vnde & ipſe dñs iuſtus iudex & iuſticiã diligẽs, nõ auertit manũ ſuã à perditione eius: ſed terram illius funiculo metiens hoſtibus partiendã diuidit. Murũ & antemurale diſſipauit, cũ angeloꝝ cuſtodiã & defenſionẽ quã dñi pietate & patrũ ſuoꝝ merito olim habuerãt ab ipſa ſecedere fecit. Ecõtrario uero alibi eſt urbs illa, de qua in Eſaia ſcriptũ eſt: poſt cõtritionẽ Moab canticũ celebre cõpoſitũ eſſe, ubi ita legĩt:
In illa die cantabĩt canticũ iſtud in terra Iuda: Vrbs Eſa. 26. a
fortitudinis noſtræ, ſaluator ponẽt in ea: bonorum operũ murus & antemurale. Aperite portas & ingrediaẽ gens iuſta cuſtodiẽs ueritatẽ. c ¶Defixæ ſunt in terra &c.) Hoc deſcribit ſermo ꝓpheticus, ꝙ deſtructa Hieruſalẽ terrena imò ſynagoga Iudęorum, doctores eius & defenſores, quos portarũ & uectiũ nomina denotãt, cõtriti ſunt atq; diſſipati: reges eius, & principes, atq; ꝓphetæ iam nõ ſint in illa: ſed nec legẽ inuiolatã habeant, neq; uiſionem & prophetiã à dño mereantur habere: quia ipſum uerum legislatorem, & dñm prophetarum præſentialiter ad ſe uenientẽ recipere dedignabãtur. Ipſe eñ finis eſt legis ad iuſticiã omni credẽti, uerusq́; propheta



a Sẽderunt in terra: conticuerunt ſenes filiæ Sion: cõſperſerũt cinere capita ſua: accinctæ ſunt cilicijs: abiecerunt in terra capita ſua uir-
b gines Hieruſalẽ. כ Caph. Defecẽrũt præ lachrymis oculi mei: conturbata ſunt uiſcera mea: effuſum eſt in terra iecur meũ ſuper cõtritione filiæ populi mei: cũ deficeret paruulus & lactẽs in plateis oppidi. ל Lamed.
c Matribũs ſuis dixerunt, ubi eſt triticũ & uinum: cum deficerent quaſi uulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas ſuas in
d ſinu matrum ſuarum. מ Mem. Cũi comparabo te: uel cui aſſimilabo te filia Hieruſalem: cui exæquabo te, & conſolabor te uirgo filia Sion? Magna enim uelut mare con-
e tritio tua: quis medebitur tui? נ Nun. Prõphetæ tui uiderũt tibi falſa & ſtulta: nec aperiebant iniquitatẽ ut te ad pœnitẽtiam prouocarent. Viderunt autẽ tibi aſſumptiones falſas

A pheta paternam & ſuã credentibus annũcians uolũ-
Deute. 18. d tatem. De quo Moyſes olim Iſraëlitis ait: Prophetã uobis ſuſcitabit dñs de fratribus ueſtris, tanq; me: ipſum audietis. Et erit omnis quicunq; nõ audierit prophetam illũ, exterminabitur anima eius de populo ſuo. a ¶Sederunt in terra &c.) Sederunt in terra, qui terrena nõ cœleſtia ſequuti ſunt deſideria. Conticuerunt ſenes etiã, quia non habuerũt ſpiritualẽ ſcientiam legis dei: unde nec iam deſerta ueritate cõſilium utile auditoribus ſuis p̃bere ualebant. Filiæ Sion conſperſerunt cinere capita ſua: accinctæq́; cilicijs, lugubri indutæ ſunt tegumẽto: quoniã ornatum uirtutũ & ſapiẽtiæ ſpiritualis quo ad cœleſtis regni thalamũ ſe percingere debuerant, non ſeruauerũt: idcirco abiecerũt in terra capita ſua uirgines Hieruſalem: cum mẽtes triſticia terrena grauatas in ima depreſſerunt, nec iã
B ad cœleſte gaudium ullo modo aſpirare præſumpſerunt. Hæc ergo omnia admonent nos, ne ſimus ſegnes & tepidi ad diſcendã diuinã ſapientiã, & uirtutum opera exercenda: ne forte propter inertiam noſtram ſpernendo deſerat nos autor noſter, deſtituamurq́; omni ſolatio: nec habeamus iã portis & uectibus deſtructis reges & principes qui nos ducant in uiã iuſticiæ: nec iam lex dei, & ꝓphetarũ oracula illuminẽt corda noſtra: ſedeamusq́; in terra carnis noſtræ deſiderijs quaſi cinere polluti: & uitioꝝ ſetis amicti, totã gloriã quã in cœleſti regno habere potueramus, perdamus: iaceamusq́; in terra donec caro noſtra in puluerẽ unde ſumpta eſt reuertaẽ, & finis fiat interitus ſempiternus. b ¶Defecerunt præ lachrymis &c.) Videns propheta nimiã contritionem gentis ſuæ, templumq́; incẽſum, & ciuitatẽ deuaſtatã, nulliq́; ſexui uel ætati hoſtes in nece parcere: ingenti dolore turbatus, fletu maximo deplorat: ita ut oculi præ lachrymis deficiant, & omnis iocunditas deſiderij uertaẽ in anxietatẽ cordis. Quid enim magis dolendũ fuit, ꝗ quod natio antiqua & ſemen patriarcharum atq; amicoꝝ dei diuinis legibus erudita: & prophetarũ oraculis ſæpius confortata, intantã apoſtaſiã uenerit, ut dei ſui oblita, propter immanitatẽ ſcelerũ traderẽt in manus hoſtiũ, dei nomen blaſphemantiũ? Sed & nunc pari modo deflenda eſt ruina animarũ quondã fideliũ, quę precioſo ſanguine Chriſti redẽptæ, & unda baptiſmatis à ſorde peccatorum ablutæ, myſticaq́; unctione conſecratæ: iterum nunc in cœnũ & ſordes uitiorũ C
deuolutæ ſunt: ita ut hi qui innocentiã & ſimplicitatem paruuloꝝ uidebañt imitari: in plateis mundi & ſeculi deſiderijs ab hoſtibus ſpũalibus enecẽtur. c ¶Matribus ſuis dixerunt &c.) Fruſtra tunc auditores negligẽtes quærũt à doctoribus ſuis triticũ & uinũ uerbi gratiæ ſpiritualis cũ in terrenis negocijs & uoluptatibus ſeculi ad effectum peruenerint pręſentis uitę: & ſub ipſo magiſtroꝝ nutrimine, tẽpus indultum perdiderunt in praua cõuerſatione. Nõ enim tũc tempus eſt remedij, ſed ultionis: quando diſtrictus iudex ueniet ſingulorum actus & uitã diſcutere, ꝑ diſcretionem iuſti examinis. d ¶Cui comparabo te: uel cui aſſimi. &c.) Magna eñ dignitate ſynagoga Iudæoꝝ, tẽporibus legis & ꝓphetaꝝ ſub regibus & ſacerdotibus multis gentibus & nationibus excellebat: cui lex diuina, regni ducatus, & D
cultus pietatis erat: cuiq́; per angelicã oſtenſionẽ & propheticã uiſionem ſecreta ſua ipſe dñs reuelauit: & quæ uitanda quæue agenda erant ſuo oraculo demonſtrauit. At poſtq; deſeruit deũ, & uano errore deluſa ad idololatriam declinauit: ualida colliſione cõtrita eſt, & fluctibus perſecutionum quaſi maris tẽpeſtatibus cõquaſſata atq; ſubmerſa eſt. Similiter & animæ Chriſtianæ, cuius à ſtatu rectæ fidei & celſitudine uirtutũ immẽſa ruina fuit: nullius eſt miſeriæ coæquãda, quę ex conſortio diuino & ſocietate ſanctorũ angelorũ in malignoꝝ ſpirituũ decidit dominiũ: qui eam uarijs uitijs atq; ſceleribus captiuatã, huc illucq́; per ſeculi undãtes luxus ac caſus uertẽdo, in foueã perditionis propellunt, in barathrumq́; gehennæ perpetualiter puniendã præcipitare cõtendunt. Hinc ergo unde tanta mala ſuperuenerint, ꝓpheta ſubiungendo oſtẽdit, dicens: e ¶Prophetæ tui uiderũt tibi fal. &c.) Sicut eñ quondã pſeudoprophetæ falſis uaticinijs & mẽdacibus promiſſis gentẽ Iudæorum ſeducebãt: ita & nũc hæretici atq; ſchiſmatici fictis opinionibus & doloſis argumẽtationibus corda ſimpliciũ à ueritate rectæ fidei & ſtatu bonorũ operum ſubuertere certant. Hoc atteſtante Petro
apoſtolo, q in epiſtola ſua ita ait: Fuerũt uero pſeu- 2. Pet. 2. a
doprophetæ in populo, ſicut & in uobis erunt magiſtri mendaces, qui inducent ſectas perditionis: & eum qui emit eos dominum negant, ſuperducẽtes ſibi celerem perditionem, & multi ſequẽtur eorum

E luxurias,per quos uia ueritatis blaſphemabitur,& in auaricia fictis uerbis de uobis negociabunt̃,quibus iudiciũ iam olim nõ ceſſat,& perditio non dormitat. Hinc & per Eſaiã dicit̃: Eſa.5.c Væ qui dicitis malũ bonum,& bonum malũ:ponentes tenebras lucẽ,& lucem tenebras: ponẽtes amarum in dulce,& dulce in amarum. Qui enim peccanti & iniquis operibus attẽdenti ꝓmittit impunitatis ſecuritatẽ,propheticæ maledictiõi ſubiacebit. Similiter & ille, q bonum actũ per inuidiã detrahit, & benefacienti cõtradicẽdo aduerſat̃: uę ſempiternũ ſi nõ ſe correxerit habebit. Vnde cauẽdum eſt ne pro ueritate ſequamur mẽdacium: Prouer.14.b ne pro lumine tenebras. Multæ eñ ſunt uiæ quæ uident̃ hominibus rectę, & nouiſſima eorũ perueniunt in ꝓfundũ inferni. Eſt quoq; periẽs in iuſticia ſua,cui dicitur: Eccles.7.c Nę ſis iuſtus multum. Quas ob F cauſas Iſraël promittit ſe uia ambulaturum regia: nec ad dexterã nec ad ſiniſtrã declinaturũ. Et ut loquar quod ſentio, difficile hoc maledicto quis carere poteſt,cũ & malis frequenter adulemur ꝓpter potentiã,& bonos deſpiciamus ꝓpter inopiã. a ¶Plauſerunt ſuper te manibus oẽs tranſeuntes &c.)Gaudiũ exprimit inimicorum,quo lætati ſunt de caſu Iſraëlitarũ;qui plaudentes manibus,ore ſibilantes,caputq; mouẽtes,in manus inimicoꝝ de ſumma felicitate eos decidiſſe cum irriſione inſultabant. Motus aũt capitis ad cõſuetudinem pertinet nimis iraſcentium, & inuidia æſtuantium. Nã quoties furore ſuccẽdimur,turbubulenta cõmotione capitis cõminamur. Vnde eſt Matth.27.e illud quod Iudæi dñm Chriſtum in cruce pendentem prætereuntes blaſphemabant. Ad eundẽ ſenſum reſpicit hoc quod ſubiungit. b ¶Aperuerũt ſuper te os ſuũ &c.) Illam enim diem hoſtes ſemper deſiderabant inuenire,qua liceret eis totã ſimul gẽtem Iudæoꝝ gladio occiſionis & uaſtationis deuorare. Sed quia hoc minime euenire ita potuiſſet,niſi pro multitudine impietatum ſuarũ dñs hoc iuſto iudicio fieri permiſiſſet;cõtinuo ꝓpheta ſubiungit. c ¶Fecit dñs quæ cogitauit &c.) Sæpius ergo ſynagoga Iudæorum dñm iritans iamdudũ iuſtã pœnam promeruiſſet,niſi eã cõditoris ſui bonitas diu toleraſſet,ac pie & patiẽter ſufferret. Sed quoniam conuerti noluit,& ceſſare à cœpta nequitia renuit; tandem ſecundum merita ſua, cõdignam ultionem

a falſas & eiectiones. ס Samech. Plau[a]ſerunt
ſuper te manibus omnes tranſeuntes per uiam:ſibilauerunt & mouerũt caput ſuum ſuper filiam Hieruſalem:Hæccine urbs dicentes,perfecti decoris,gaudium uniuerſæ ter-
b ræ? פ Phe. Ape[b]ruerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui:ſibilauerunt & fremuerũt dentibus ſuis:dixerũt,deuorabimus. En iſta eſt dies quam expectabamus; inuenimus,
c uidimus. ע Ain. Fecit dõ[c]minus quæ cogitauit:compleuit ſermonẽ ſuũ quem præceperat à diebus antiquis. Deſtruxit, & non pepercit:& lætificauit ſuper te inimicũ:exaltauit cornu hoſtium tuorum. צ Zadik.
d Clamã[d]uit cor eorum ad dominũ ſuper mu-
e ros filiæ Sion:Dedũ[e]c quaſi torrentẽ lachrymas per diem & per noctem: nõ des requiẽ tibi:neq; taceat pupilla oculi tui. ק Coph.
f Cõ[f]ſurge,lauda in nocte in principio uigiliarum; effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectũ

recepit,ſicut olim ad Moyſen famulum ſuũ quãdo G populo ad idololatriã cõuerſo orabat: dñs reſpondit,dicens:Dimittã iuxta uerbũ tuũ: uerũtamen in Exod.32.g die ultionis uiſitabo & hoc peccatũ eoꝝ. Vnde nũc dicit;Fecit dñs quæ cogitauit: cõpleuit ſermonem ſuum, quẽ præceperat à diebus antiquis: deſtruxit & nõ pepercit. Quoniã plagas quas in ꝓphetis & lege frequẽter comminando prædixerat,tãdem ad iracundiã prouocatus ſuper eos inducebat. Igitur ſi hęc corporales inimici contra Hieruſalẽ terrenã tunc fecerũt; quid ſpirituales nequitię & miniſtri antiqui hoſtis facturi ſunt erga ſpũalẽ Hieruſalẽ;hoc eſt,animã Chriſtianã: qñ eã ꝓ ſuis iniquitatibus ſibi à dño traditam, undiq; pœnis, undiq; doloribus circũdant;nec eã quicq; tũc iuuat qđ in præterita ætate aliquid de terrena felicitate habuerat? Vnde eã dominus ſub typo periH turæ ciuitatis defleuit,dicẽs:Si cognouiſſes & tu. Luc.19.g d ¶Clamauit cor eorũ &c.)Clamor hic intẽtionem mẽtis,nõ exaltationẽ uocis ſignificat. Clamãt enim peruerſi homines,ſiue nequitiæ ſpũales corã dño ſuper muros filiæ Sion: cũ poteſtatẽ qñ minantur plebi uel animæ peccatrici ſuæ aſſcribunt potẽtiæ,nõ iudicio permiſſionis diuinæ;quorũ blaſphemia qua cõtra dñm clamãt,cõdigna nõ euadet tormẽta. Cũ enim expleuerint ſuperni arbitri in aduerſarijs ſuis ſecreta iudicia,tunc & ipſi reatus ſui iuſta recipient præmia. Nulli eñ perſonæ parcunt: quia omnibus quibus poſſunt & quantũ permittuntur nocere cupiunt,eoſq; perditionis ſuæ conſortes habere quærunt. e ¶Deduc quaſi torrentem &c.) Omni tẽpore lachrymas per compunctionẽ cordis effundere debemus;q autorẽ noſtrũ noſtris offenſum iniquitatibus nõ ignoramus. Nõ diſſoluamur pigra inertia,nec per deſidiã & uanã ſecuritatẽ ceſſet à lachrymis oculi noſtri pupilla;præoccupemus faciẽ eius;lauemus ꝑ ſingulas noctes lectũ noſtrũ, lachrymis ſtratũ noſtrũ rigemus;miſericordiæ operibus inſiſtamus,& eleemoſynam pauperibus largiter tribuamus,& tam pro nobis q̃ pro ꝓximis noſtris,& nobis cõmiſſis,miſericordiam dñi deprecemur. Vnde ſequit̃: f ¶Cõſurge,lauda in nocte in princip.&c.)Conſurgit in nocte, qui in tribulatione præſentis uitæ torporem à ſe excutit negligentiæ. Laudat in principio uigiliarũ,qui in omni conuerſatione



A uerſatione ſua ſtrenuũ ſe adhibet & cautũ;& quicquid aduerſitatis patitur,totũ ad confeſſionẽ laudis dei cõuertere nititur. Sed effundit ſicut aquam cor ſuũ ante cõſpectũ dñi;qui ex intimo affectu cordis Pſal.50. producit lachrymas cõpunctionis. Sacrificiũ enim deo ſpiritus contribulatus,cor cõtritũ & humiliatum deus non ſpernit. Leuat ad dominum manus ſuas pro animabus paruulorũ ſuorũ,qui defecerunt fame in capite omnium compitorũ;qui operationẽ miſericordię ꝓ humilibus & paruulis Chriſti membris,fame et ſiti uſq;quaq; in terminis mũdi laborãtibus,curam adhibet ex ſyncera dilectiõe. Nullum enim munus deo acceptabilius eſt quàm cõpunctio cordis prolata ex radice ueræ dilectionis. Hinc eſt illud quod in euangelio dominus cum ingreſſus domũ phariſæi ad prandium diſcubuit, magis lachrymas Luc.7.f mulieris peccatricis quàm delicias epularum phariB ſæi probauit,ubi ita legitur;Ingreſſus domũ phariſæi diſcubuit;et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix ut cognouit quod recubuiſſet in domo phariſæi attulit alabaſtrum unguenti;& ſtans retro ſecus pedes domini,unguento ungebat;uidẽs autem phariſæus &c. Igitur poſtq; propheta ciuitatem miſeram ad pœnitẽtiæ & orationis lachrymas prouocauit;ad ipſum dominum, ſi quomodo à uindicta eum placaret,uerba deprecationis cõuertit,dicens: a ¶Vide dñe & cõſidera quẽ uindemiaueris &c.) Inter cætera quoq; mala quæ miſeræ genti Iudæorum accidere, illud quoq; contigit quod mulieres eorum paruulos infantes & fructũ uteri ſui ꝓpter 4.Reg.6.f famis inopiam comederint. Vnde eſt illud quod in obſidione Samariæ mulier ad Ioram regem clamauit pro occiſione filij ſui;quẽ cum uicina ſua comedit,expetens ut ipſius filius ſimiliter ad comeſtionem ambabus daretur. Sic quoq; & in captiuitate ultima Romanorum ſub Tito & Veſpaſiano principibus mulier quædam ex plebe trans Iordanẽ habitãtium incolarũ Maria nomine,Eleazari filia,genere ac diuitijs nobilis,cum alia multitudine fugiẽs Hieroſolymam recepta cum cæteris obſidebatur: ubi cum à raptoribus rebus oĩbus & uictualibus expoliata fuerat;ad extremum neceſſitate famis cogente proprium filium lactẽtem interfecit, partẽq; eius coquens comedit;partem uero in futurum ad comedendum reſeruauit;unde & nidore aſſatæ carnis ipſi raptores excitati, cum factum reperiſſent, nimis exhorreſcentes receſſerunt. Quod autem in ſanctuario domini ſacerdotes & prophetæ, pueri

conſpectum domini;leua ad eũ manus tuas pro anima paruulorum tuorum,qui defecerunt in fame,in capite omnium compitorũ.
a ר Res. Vidẽ[a] domine & cõſidera quem uindemiaueris ita. Ergó ne comedent mulieres fructum ſuũ:paruulos ad menſurã palmæ? Si occiditur in ſanctuario dñi ſacerdos & ꝓ-
b pheta. ש Sin. Iac[b]uerunt in terra foris puer et ſenex. Virgines meæ,& iuuenes mei ceciderunt in gladio. Interfeciſti in die furoris tui:
c percuſſiſti,nec miſertus es. ת Thau. Võ[c]caſti quaſi ad diẽ ſolennẽ,qui terrerent me de circuitu;& nõ fuit in die furoris domini qui effugeret & relinqueretur. Quos educaui & enutriui,inimicus meus conſumpſit eos.

& ſenes,iuuenes & uirgines, gladio ceciderunt;hi- C ſtoriæ diuinæ,necnon & libri Ioſephi hiſtoriographi de excidio urbis Hieroſolymæ manifeſte docẽt. Myſtice autẽ mulieres fructum ſuum comedẽt, quãdo animæ peccatrices iuſto iudice deo retribuẽte,operum ſuorum condignam mercedem recipiẽt. Occiditur ſacerdos & ꝓpheta in ſanctuario domini,cum ipi miniſtri altaris & prædicatores uerbi dei, propter negligentiam ſuam atq; deſidiam,de ſuo officio unde coronari debuerãt meritam pœnam ultionis ſortiũtur. b ¶Iacuerũt in terra foris puer & ſenex &c.) Iacent in terra foris puer & ſenex, cũ illi qui innocẽtiam puerilem ſimulabãt, ut illi qui uidebantur cõſilio plebem regere, terrenis deſiderijs incumbentes,ꝓpter facinoroſam uitã de ciuitate domini eiecti,terræ cui animo inhæſerant coæquabuntur;puluiſq; puluери reddetur. Similiter & qui continẽtiam uirgineam uidebãtur habere;& robur D iuuẽtutis in operatione bona exercere;propter hypocriſim quam coram oculis hominum geſſerant, gladio futuræ dãnationis occidẽtur. Interficit enim uindicta cœleſtis in die furoris dñi fictos ſimulatores,non ueros executores ſacrarũ uirtutũ. Vnde in Matth.25.a euãgelio,uirgines ſtultæ in aduentu ſpõſi leguntur mẽdicantes extra ianuã nuptiarum foris remãſiſſe; Pſal.77.g & in pſalmis ſcriptũ eſt;Iuuenes ignẽ comediſſe;& uirgines earũ lamẽtatas nõ eſſe. c ¶Vocaſti quaſi ad diẽ ſolennẽ,qui terrer.&c.)Quaſi ad diẽ ſolennẽ hoſtes uocati ſunt ad ſubuerſionẽ perfidæ ciuitatis;quia id quod deſiderabant, domino permittẽte eueniebat. Interitum enim Iudæorũ qui appetebãt, cõſpicere meruerũt. Aliter. Hoſtes quaſi uocati ad ſolẽnitatem ueniũt,cũ maligni ſpiritus in die iudicij ad puniẽdos peccatores exultãtes cõueniunt. Gaudẽt illi de ruina animarũ;quia nõ ignorãt ad ſupplectionem ſupernæ ciuitatis,unde illi corruerãt,creatũ eſſe humanum genus;& ob hoc ſe priuatos æterna felicitate conſpicientes, homines ne paradiſum habeant,toto niſu per inuidiam præcipitare feſtinant. Hoc tamẽ nõ ſine grandi dolore ſancta eccleſia ſuſtinet;cum filios ſuos quos baptiſmate genuit;& ſacramentis diuinis imbuit,ſub inimicorum manu ꝑ diuerſa ſcelera quotidie cadere uidet. Quod in ſequentis libri initio ſatis lucide demõſtrabitur;quoniam præſentem librum hic finire cenſemus.

Commentarij primi in lamentationes Hieremiæ Finis.

E

## IN SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIORVM lamentationum Hieremiæ prooemium.

G

PRimam partem lamentationis Hieremiæ, quæ duobus alphabetis quaſi ſapphico metro ſcripta conſtat; quia tres uerſiculos, qui ſibi connexi ſunt, & ab una litera tantum incipiunt, heroici comma concludit: ſicut iam ſupra oſtenſum eſt, exponendo tranſcurrimus. Recte ergo ad ſecundam partem, ubi tertium alphabetum, quod trimetro ſcriptum eſt; & à ternis literis, ſed eiſdem terni uerſus incipiunt, explanandam ueniamus. Hoc in primis uolentes ſciri, q̄ hæc pars primū calamitatē gentis Iudææ, ſeu potius humani generis deflendo pronunciat; deinde ſacramētum dominicæ incarnationis ac paſſionis manifeſte exprimit; ubi Iudæorum perſecutio, & innocentis Chriſti pœna ac mors deſcribitur.

### COMMENTARIORVM IN LAMENtationes Hieremiæ liber Secundus.

EGo uir uidens paupertatem meam &c.) Cōqueritur ergo populus fidelis paupertatē ſuā in correptiōe indignationis dn̄i; quia plurimos à ſtatu rectæ fidei & ſtudio bonorū operū in tenebras erroris, & uitiorū barathrū cernit deuolui. Multi em̄ ſūt uocati, pauci uero electi. b ¶ Me minauit et adduxit in teneb. &c.) Hoc eſt, in tribulationē cadere p̄miſit; & nō in p̄ſperitatē ſeruauit. c ¶ Tātū in me &c.) Hoc em̄ ſentit iuſti iudicis ſentētia decernēte ſibi iuxta merita ſua euenire, quod ſe recolit proprijs actionibus promereri. Illud tamen cōſiderādum eſt quod dicit: Tātum in me uertit & cōuertit manum ſuā. Conuertere enim *Pſal.89.c* ſæpe in ſcripturis ponitur p̄ placare; ut eſt illud: Cōuertere dn̄e aliquātulum; & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Vertit em̄ dn̄s manū ſuā, quando iuſte *1.Reg.2.b* in reos debitā ultionē immittit. Et cōuertit manum ſuā, quādo miſericorditer à uindicta ſentētiā ſuſpendit. Scriptū eſt enim de illo: Dn̄s mortificat & uiuificat, *Deut.32.f* humiliat et ſublimat. Et in Deuteronomio dicit, Ego occidā, & ego uiuere faciā. d ¶ Vetuſtā fecit pellē meam &c.) In pelle & carne, exteriora & mollia quæq; exprimit; in oſſibus, robur internū. Vetuſtam ergo fecit dn̄s pellē Iudæorū & carnē, quando in exterioribus rebus per indigētiā fecit deformen. Cōtriuit oſſa eorū, quādo duritiam mētis eorū cōminuit. Hinc quoq; per beatum Iob dicitur: Cutis mea denigrata eſt ſuper me; & oſſa mea aruerunt præ caumate. e ¶ Aedificauit in gyro &c.) Quid eſt ædificare in gyro, niſi undiq; preſſuris coartare? Et quid eſt circundare felle & labore, niſi amaritudine & labore repletū coanguſtare? Vnde & ſubdit; f ¶ In tenebroſis collocauit me, quaſi mortu, &c.)

F

Cap. III. א Aleph.

a EGo uir uidens paupertatem me-
am in uirga indignationis eius.
b א Aleph. Me minauit & addu-
xit in tenebras, & non in lucem.
c א Aleph. Tantum in me uertit & conuertit
d manum ſuam tota die. ב Beth. Vetuſtam
fecit pellē meā; contriuit oſſa mea. ב Beth.
e Aedificauit in gyro meo, & circundedit me
f felle & labore. ב Beth. In tenebroſis col-
locauit me, quaſi mortuos ſempiternos. ג
g Gimel, Circūædificauit aduerſum me, ut
non egrediar; aggrauauit compedē meum.
ג Gimel

In tenebroſis collocat quaſi mortuos ſempiternos, quando omni ſolatio deſtitutos, nullā ſinit de præſenti uita conſolationem ſperare afflictos. De quo adhuc ſubiūgit: g ¶ Circūædificauit aduerſ. &c.) Cum aduerſum ſe obſidionem uallo & aggeribus circūædificatā conſpicit, cōpedē ſuū aggrauatum aſſerit; q̄a eius exitū quomodo calamitatē euadat, non inuenit. Qd' ſanctus Iob ſimilibus uerbis expreſſit, dicēs: Semitā meā *Iob.19.d* circunſepſit; ita ut trāſire nō poſſim; et in calle meo tenebras poſuit. Qd' ad infirma quoq; membra ſanctæ eccleſiæ nō incongrue infertur, quādo per hoc quod praue ſeſe egiſſe meminerunt, à bono opere retardantur; & ex infirmitate propria timidi, bona contra hæc fortia aggredi non præſumunt. Timent enim magna bona incipere, qui ſe in ſuis actibus infirmos eſſe meminerunt. Et cum plerunq; etiam bonum quod eligant, neſciūt; quaſi in calle ſuo poſitas tenebras perhorreſcūt. Nam ſæpe ita de ſuo opere fit animus incertus, ut ignoret omino quid uirtus, quid culpa ſit. In calle ergo ſuo tenebras inuenit, qui in his quæ agere appetit, quid eligere debeat neſcit. Quia igitur ſæpe infirmitate, nōnunq; uero ignorantia peccatur; ex infirmantibus membris dicit: Semitā meā circūſepſit, & trāſire nō poſſum. Ex eis uero quæ ad ipſum opus bonū qd' eligunt, caligant, ſubditur: Et in calle meo tenebras *Iob.19.b* poſuit. Ea pœna etenim culpa eſt, uidere bonū qd' agere debeat, & tamen implere nō poſſe; & rurſum ex grauiore pœna culpa eſt quod agere debeat, nec uidere. Vnde & contra hæc utraq;, pſalmiſtæ uoce dicitur: Dominus illuminatio mea, & cætera. Con- *Pſal.26.a* tra ignorantiæ enim tenebras illuminatio: contra infirmitatē uero ſalus eſt dominus; quando & oſtēdit quid debeat ad agēdum appeti, & uires præbet; ut quod oſtenderat, poſſit implere.

H

Sed



A

a ¶ Sed & cum clamauero &c.) Omnipotens deus quid nobis profuturū eſſe ualeat ſciens, diſſimulat exaudire dolentiū uocē, ut augeat utilitatē, ut purgetur uita per pœnā; & quietis trāquillitas, quia hic inueniri nō ualet, alibi quæratur. Sed hāc diſpēſationis gratiā nōnulli etiā fideliū ignorāt. Ex quorū etiā perſona ad beatum *Iob.19.d* Iob alibi dicitur: Ecce clamabo uim patiēs, & nemo audiet: uociferabor, & nō eſt qui iudicet. Nō eſt em̄ qui iudicare dicit, quādo iudicare diſſimulat ipſe q̄ eſt; quia cauſam noſtrā contra aduerſariū præter eū qui iudicet nō eſt; nec tātum hoc ſine iudicio non eſt, qd' iudiciū differunt; quia & cū hæc beatus Iob diceret; & ſancti uiri merita & aduerſarij pœna creſcebat. Hoc ipſo ergo iudiciū iudicis differre fuit, ut ſinguli iuxta merita ſua condignam mercedem reciperent. b ¶ Cōcluſit uias meas lapidibus quadris &c.) Vt oſtēderet ſe ualidis tribulationibus coartatā, lapidibus quadris ſe clauſam dicit; & ſemitam greſſuum ſuorū ſubuerſam; quia petræ ſolidā formā quadratam habētes ubicūq; poſitæ fuerint, fixæ iacent; nec

B

alibi relabi poſſunt. Myſtice aūt electorū populus lapidibus quadris apud iniquū cōcluditur; cū eius caro antiqui hoſtis perſecutionibus tēporaliter dat̄. Cuius ſemitā ſubuertit; quia tormēta ſua eū euadere nō permittit; nec cōtētus eſt ſolūmodo carnē cruciatibus affligere; imò etiā dolo & inſidijs eius animam funditus quærit ſubuertere. Vn̄ ſubiungitur; c ¶ Vrſus inſidiās &c.) Per duas beſtias ferociſſimas, nimis doloſam & crudelē p̄ſecutionē antiq̄ hoſtis exprimit; q̄ per miniſtros ſuos, aliū blandimētis, alium minis, aliū uero ſupplicijs à ſemita rectæ fidei ſubuertit; & à ſpe cœleſtis auxilij quaſi deſolatos atterere cupit. Vnde ſeq̄tur: d ¶ Semitas meas &c.) *Pſal.9.e* De huius leonis inſidijs p̄pheta in pſalmis teſtatur, dicēs: Sedet in inſidijs cū diuitibus ī occultis. Actus antichriſti, latronum conſuetudini comparauit, qui occultas uias inſident, ut interficiant innocentes. e ¶ Tetendit arcū ſuū; & poſuit me quaſi ſignū ad ſagittam.) Hoc eſt, ſentētiā iudicij ſui in me detexit; & certo ictu caſtigationis corripuit. Arcus autē nomine in ſacro eloquio aliquādo malorū inſidiæ, aliquando dies iudicij, aliquādo uero ipſa eadem ſacra eloquia deſignātur. Per arcum quippe, inſidiæ figu- *Pſal.36.c* rantur; ſicut per pſalmiſtā dicitur: Intēderūt arcum, rem amarā. Per arcū quoq;, iudicij dies deſignatur; *Pſal.59.a* ſicut per eundē rurſum pſalmiſtā dicitur: Oſtēdiſti populo tuo; potaſti nos uino cōpunctionis. Dediſti metuētibus te ſignificationē, ut fugiāt à facie arcus. In arcu em̄ quāto longius trahitur chorda, tanto de eo diſtrictior exit ſagitta. Sed nimirū ſic extremi iudicij dies, quāto longe differtur ut ueniat, tāto cum

a ג Gimel. Sed & cum clamauero & rogaue-
b ro, excluſit orationē meam. ג Gimel. Cōn-
cluſit uias meas lapidibus quadris, ſemitas
c meas ſubuertit. ד Daleth. Vrſus inſidiāns
factus eſt mihi, leo in abſconditis. ד Daleth.
d Semitas meas ſubuertit & confregit; poſuit
e me deſolatam. ד Daleth. Tetendit ar-
cum ſuum; & poſuit me quaſi ſignum ad ſa-
f gittam. ה He. Miſit in renibus meis filias
pharetræ

C

uenerit de illo diſtrictior ſentētia procedit. Idcirco aūt diuerſis nunc cladibus percutimur; ut his correcti, paratiores tunc inueniri ualeamus. Vnde illic præmiſſum eſt: Oſtendiſti populo tuo dura; flagella uidelicet ſeculi, quæ ſecuturū grauius iudicij diē præcurrunt. Potaſti nos uino cōpūctionis, ut terrena gaudia in lachrymis uerterentur. Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiāt à facie arcus; ac ſi diceret; hoc tempus miſericordiæ eſt, illud iudicij erit. Per iſta ergo huius temporis flagella ſignificās, quomodo tunc perſecuturus es, quando nō parcēs iudicas; q̄ ſic diſtricte modo percutis, quando parcis? Aliquādo autē per arcum etiā ſacra ſcriptura deſignatur. Ipſa quippe arcus eccleſiæ, ipſa arcus dn̄i; de quo ad corda hominū ſicut ferientes ſagittæ, ſic terrentes ſentētiæ ueniunt. Vnde recte per pſalmiſtā dicitur: Arcum ſuū teten- *Pſal.7.d* dit, & parauit illū; & in eo parauit uaſa mortis; ſagittas ſuas ardētibus effecit. Arcum nāq; ſuū dn̄s tetēdit; quia cunctis peccatoribus per ſcripturā ſacram minas exhibuit. In quo arcu ſcilicet uaſa mortis pręparat; quia ſecundum eloquij ſui ſentētiam, eos qui nūc corrigi negligūt, reprobos damnat. In quo etiā ſagittas ſuas ardētibus effecit; quia ad eos quos per terrorem corrigit, accenſas uerborū ſentētias emittit. Et poſuit me, inquit, quaſi ſignum ad ſagittam. Cōſtat nimirum quod idcirco ſignum ponit, ut ſagittarum emiſſione feriatur. Fidelis itaq; populus in ſignum hoſti ſuo eſt poſitus; quia eum ſemp̄ ſuis ictibus impetit, eum ſuis perſecutionibus affligit. Qui enim in hac uita aſſidue mala tolerat, uelut in ſigno poſitus, ictus ſuſcipit ferientis. Vnde & prædicator egregius, cum perſecutionum mala toleraret, atq; ſub perſecutione aduerſariorū gemeret; teneram diſcipulorum mētem de ſuis afflictionibus conſolans ait: Ipſi enim ſcitis quod in hoc poſiti ſumus; *1.Theſ.3.a* ac ſi eis aperte dicat: Quid in hoc tempore uulnera noſtra miramini; qui ſi æterna gaudia quærimus, huc ad hoc uenimus ut feriamur? f ¶ Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.) Filias pharetræ, ſagittas dicit. Miſit ergo in renibus filias pharetræ, cum carnalia deſideria in hominibus iuxta modū diſpēſationis ſuæ cōgrua caſtigatione corripuit. De hac quippe pharetra in Iob ita ſcriptū eſt: Phare- *Iob.30.b* tram em̄ ſuā aperuit & afflixit me. Quid per pharetram dei, niſi occultū iudiciū, uel cōſilium deſignatur? Sagittam uero de pharetra dn̄s eijcit, quādo de occulto iudicij conſilio apertam ſentētiam emittit. Quia em̄ flagellatur quiſq;, agnoſcimus; ſed ex qua cauſa flagellū ueniat, ignoramus. Cū uero poſt flagella uitæ correctio ſequitur, & ipſa cōſilij uirtus aperitur. Pharetra igitur clauſa, eſt cōſilium occultū.

D

Sed

E Sed aperta pharetra affligimur, quãdo per id quod poſt flagellũ ſequitur: quo cõſilio flagellamur, uidemus. Cum peccata dñs uidet, & tamẽ manũ ad uindictam nõ cõmouet, quaſi clauſam pharetrã tenet: ſed feriendo indicat: quãtum ei in nobis diſplicuit, hoc quod diu uidẽdo tolerauit. a ¶Factus ſum in deriſum &c.) Deriſionem populi ſui propheta paſſus eſt, quãdo uerbis eius non crediderũt: imò repugnabant dicẽtes ad eum: Mendacium tu loqueris; non miſit te dñs deus noſter. Aut his uerbis illud ſanctæ eccleſiæ tempus exprimitur, quo publice reprobis irridetur, quando iniquis creſcẽtibus in opprobriũ fides & ueritas erit in crimine. Tanto quippe unuſquiſq; deſpectior erit, quãto iuſtior eſſe potuerit: tãto abominabilis, quanto laudabilis. Sancta quippe electorum eccleſia afflictionis tempore ꝓuerbium prauis efficitur: quia cũ bonos mori per tormẽta cõſpiciũt, ab eis ſimilitudinẽ maledictionis ſumũt. Quo enim tranſitoriã mortẽ uidẽt, ſed permanẽtem uitam nõ uident: tãto magis deridẽdo mala præſentia fugiũt, quanto per intellectũ intrinſecus ad bona permanẽtia nõ pertingunt. Sed ſancta eccleſia ſcit in paſſionibus creſcere: atq; inter opprobria honorabilẽ uitã
F tenere. Scit nec de aduerſis deijci, nec de proſperis gloriari. Nouit circa proſpera mentem ſuã in deiectione ſternere: nouit cõtra aduerſa, animũ ad ſpem superni culminis exaltare. Scit bona ſua miſericordiæ redemptoris: ſcit mala ſua iuſticiæ retribuere iudicis: quod & bona illo largiente habeat, et mala illo permittẽte patiatur. b ¶Repleuit me amaritudinibus &c.) Amaritudine repletũ ſe ꝓpheta aſſerit: quia non tam de ſua calamitate q̃ de cõtritione populi ſui dolore anxiatus eſt. Vnde trahit ad ſimilitudinem potionis amariſſimæ herbæ: quia ualde afflictum ſe uidet inimicoꝝ deuaſtatione. Myſtice autẽ Hieremias totius in ſe humanæ cõuerſationis ſpeciem tenẽs, per lamẽtum queritur, dicẽs: Inebriauit me abſinthio. Ebrius q́ſq; quod patitur, neſcit. Qui uero abſinthio inebriat̃, & hoc quod ſumpſit, amarũ eſt: & tamẽ nõ intelligit eãdem amaritudinem qua repletur. Humanũ quoq; genus recto dei iudicio in calamitatibus ſuis ſibi dimiſſum: atq; p̱ eaſdẽ uoluptates ſpontaneis tribulationibus traditũ, abſinthio eſt ebrium: quia & amara ſunt, quæ ꝓ huius uitæ amore tolerat: & tamẽ eandẽ amaritudinẽ cæcitate cupiditatis quaſi ĩſenſibilitate ebrietatis ignorat. Mundi em̃ gloriã ſitiens, dũ multas ꝓ ea tribulationes reperit, amarum eſt quod bibit: ſed quia hoc nimis inaniter ſumpſit, eiuſdẽ amaritudinis malum diſcernere iam præ ipſa ebrietate nõ ſufficit. Amãt enim peruerſi homines ꝓ huius mũdi gloria & tribulationes, cũctisq; ꝓ ea ſudoribus libẽter ſeruiũt:

Hiere. 43.d

a pharetræ ſuæ. ה He. Fãctus ſum in deriſum omni populo meo, canticum eorum tota die. ה He. Rẽpleuit me amaritudinibus: & inebriauit me abſinthio. ו Vau. c Confrẽgit ad numerum dentes meos: cibauit me cinere. ו Vau. Et rẽpulſa eſt anima mea: oblitus ſum bonorum. ו Vau. Et dixi: Perijt finis meus; & ſpes mea à domino. ז Zain

G & grauium laborũ iugo, deuotiſſime colla ſubmittunt: de quo adhuc ſubditur: c ¶Cõfregit ad numerũ dentes meos &c.) Hoc eſt, abſtulit mihi uſum edendi, & pauit paſtu inutili. Myſtice aũt in ſcriptura ſacra, dentes aliquando prædicatores, aliquando uero ĩterni accipi ſenſus ſolẽt: de ſanctis em̃ prædicatoribus, ſpõſæ dictum eſt: Dentes tui ſicut greges tonſarũ, quæ aſcẽderunt de lauacro. Vnde et uni eoꝝ oſtẽſis in figura gentibus dicitur: Macta & mãduca, id eſt, uetuſtatem earũ cõtere: & in corpus eccleſiæ uidelicet & tua mẽbra cõuerte. Rurſum quia dentes, interiores ſenſus accipi ſolent, Hieremias ꝓpheta nunc teſtatur, dicens: Fregit ad numerum dẽtes meos. Per dentes etenim cibus frãgitur ut glutiatur. Vnde nõ immerito dentibus internos ſenſus accipimus: qui ſingula quæ cogitant quaſi mãdunt & cõminuunt: atq; ad uentrem memoriæ tranſmittũt. Quos propheta ad numerũ fractos dicit: quia iuxta mẽſuram uniuſcuiuſq; peccati, intelligẽtiæ cæcitas generatur in ſenſibus: & ſecũdũ qđ quiſq; egit exterius, in eo obſtupeſcit quod interius atq; in inuiſibilibus intelligere potuit. Vnde recte & ſcriptum eſt: Omnis homo qui comederit uuam acerbã, obſtupeſcunt dentes eius. Quid nanq; uua acerba, niſi peccatum eſt? Vua quippe acerba, eſt fructus ante tempus. Quiſquis enim præſentis uitæ delectatiõibus ſatiari deſiderat, quaſi fructus ante tempus comedere feſtinat. Qui igitur uuam acerbam comedit, dẽtes eius obſtupeſcunt: quia qui præſentis mundi delectatione paſcitur, interni eius ſenſus ligãtur: ut iam ſpiritualia mãdere, id eſt, intelligere nequeat: quia unde in exterioribus delectati ſunt, inde in intimis obſtupeſcunt. Et dum peccato anima paſcitur, panem iuſticiæ edere nõ ualet: quoniã ligati dẽtes ex peccati cõſuetudine, iuſtũ quod intus ſapit, edere nequaq̃ poſſunt. Hoc igitur loco, dentes (ut diximus) internos ſenſus accipimus. Conſiderare magnopere q́d agere iuſti ſoleant, debemus; qui plerunq; ſi qua in ſe quomodolibet carnalia eſſe deprehendunt, hæc internis ſenſibus retrectantes, uehemẽter in ſemetipſis inſequũtur. Afflictione ſe cõterunt magniſq; cruciatibus, uel minima in ſe praua dijudicant, atq; hæc per pœnitentiam damnãt: quod idcirco agunt, ut in cõſpectu æterni iudicis & ipſi inueniri inquãtum eſt poſſibile, irreprehenſibiles debeãt: & hi qui eos ſic ſe iudicari conſpiciunt, emẽdare ſemetipſos à culpis grauioribus inardeſcãt. Cibauit, inquit, me cinere, hoc eſt, fragili & minus utili ſuſtentabat me ciborum adminiculo. d ¶Et repulſa eſt anima mea: oblitus ſum bonorum &c.) Si hæc iuxta hiſtoriam cõſiderentur, magna anguſtia Iudaici populi exprimit̃: qui ſe repulſum ab om̃i felicitate terrena: & oblitum

Cant. 4.a

Act. 10.b

Hiere. 31.e

H



A & oblitum bonorum præteritorum propter imminentem captiuitatis tribulationem aſſerit; nec iam finẽ præſentis tribulationis ullum, uel cõſolationis ſpem habere ſe dicit. Iuxta myſticos uero ĩtellectus, electorũ cœtus repulſum ſe à ſeculi ꝓſperitate fatetur; & oblitum bonorũ præſentiũ, nec ꝓ præſenti labore tranſitoriũ præmiũ à dño, ſed futurã cœleſtis regni gloriam oſtẽdit ſe quæſiturũ. Mũdus enim perit & cõcupiſcentia eius: qui autẽ facit uolũtatẽ dñi, manet in æternum. Hinc per beatũ Iob dicitur: Elegit ſuſpendiũ anima mea, & mortẽ oſſa mea; deſperaui, nequaq̃ ultra iam uiuã. Quid per animam, niſi mentis intentio: quid per oſſa, niſi carnis fortitudo deſignat̃? Omne autẽ quod ſuſpẽdit̃, proculdubio ab imis eleuatur. Anima ergo ſuſpendium elegit, ut oſſa moriãtur: quia dum mẽtis intẽtio ad alta ſe ſubleuat, omnem in ſe fortitudinẽ uitæ exterioris necat. Sancti enim uiri certiſſime ſciunt, quia habere in hac uita requiem nequaq̃ poſſunt: & idcirco ſuſpendium eligũt, quia nimirũ deſideria terrena deſerentes, ad alta animum tollunt. Suſpẽſi
B aũt mortem ſuis oſſibus inferũt, qui amore ſupernę patriæ in uirtutum ſtudijs accincti, hoc quo fortes prius in mundo fuerãt uinculo humilitatis inſequũtur. a ¶Recordare dñe pauper. &c.) Mutata locutione ad ipſum dñm pro populi calamitate ꝓpheta orationis uerba cõuertit: ut ipſe qui flagella peccãtibus iuſte intorſit, afflictis opem miſericorditer impendat. Propter trãſgreſſionẽ ergo ad paupertatem uenerunt: & amaritudinẽ uaſtationis & captiuitatis, quæ abſinthij & fellis nomina exprimũt, pati meruerunt. Sed quia diuinitatis natura clemẽs eſt & pia, magiſq; ad indulgẽtiã q̃ ad uindictã prona: quia nõ uult mortẽ peccatoris, ſed ut cõuertatur & uiuat: ſi quis poſt lapſum peccatorum ad uerã pœnitẽtiam ſe cõuertit, cito à miſericorde iudice ueniã impetrauit: quod & propheta in ſequẽtibus oſtendit, cum dicit: b ¶Memoria memor ero &c.) Qui enim ſemetipſum diligẽter inſpicit: & pro peccatis ſuis carnem macerare, & deſideria mortificare non deſpicit: nõ ſolum ueniam delictorũ, ſed & ſupernũ præmium à uero ſaluatore & clementiſſimo iudice ſperare debebit: qui oẽs homines uult ſaluos facere. Miſericors & miſerator dñs, patiẽs & multũ miſericors. Ideo & ꝓpheta hanc inueſtigabilẽ ꝓfunditatẽ bonitatis dei cõſiderans, & populi ſui reatũ, & proterua non ignorans uitia, ſubdidit dicẽs: c ¶Miſericordiæ dñi &c.) Toties enim gens praua & peruerſa Iudæorũ, dñm ad iracũdiam prouocando irritauit: ut ſi eã ſecundũ iudiciũ uellet iudicare: & non per miſericordiã eligeret patienter ſufferre: iamdudum pœnis deficeret: nec reſtauratiõis ſpem ullam

1. Ioan. 2.c

Iob. 7.c

Exod. 34.a

a ז Zain. Recõrdare domine paupertatis, & trãſgreſſiõis meæ abſinthij, & fellis. ז Zain. b Memõria memor ero: & tabeſcet in me anima mea. ז Zain. Hæc recolens in corde c meo, in deo ſperabo. ח Heth. Miſericõrdiæ domini quia non ſumus cõſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius. ח Heth. d Nõui diluculo, multa eſt fides tua. ח Heth. e Pãrs mea dñs, dixit anima mea: ꝓpterea expectabo

C haberet: quod Eſaias oſtendit, dicens: Væ gẽti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequã, filijs ſceleratis: dereliquerunt deum: blaſphemauerũt ſanctum Iſraël; abalienati ſunt retrorſum. Super quo percutiã uos ultra, addẽtes præuaricationẽ. Omne caput languidũ, & omne cor mœrens: à planta pedis uſq; ad uerticem non eſt in eo ſanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Et poſt paululũ: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſem⁹, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus. d ¶Noui diluculo &c.) Loquitur ergo propheta ad primitiuam in Hieruſalem eccleſiam, laudans ſpeciem eius: quæ poſt diluculum reſurrectionis Chriſti, ueterem hominẽ exuens, noui hominis pulchritudinẽ ortu ſuo declarabat: cuius etiam multa eſt fides: quia per gratiã ſancti ſpiritus confortata uerbo prædicationis, et uirtutum ſignis plurimos ad ſocietatẽ fidei, & religionẽ Chriſtianã cõuocabat. Vnde in Actibus apoſtolorum ſcriptũ eſt: Verbũ dñi creſcebat, & multiplicabatur nume-
D rus diſcipulorũ in Hieruſalẽ ualde, & multa turba ſacerdotũ obediebat fidei. Et rurſum: Multitudinis aũt credentiũ erat cor unum: nec quiſq; eorum quæ poſſidebat aliquid ſuũ eſſe dicebat: ſed erant illis oĩa communia. Et uirtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti dñi noſtri: & gratia magna erat in omnibus illis. Vnde ipſe cõſequenter dicit: e ¶Pars mea dominus, dixit anima mea &c.) Nam portio domini, eccleſiaſticus eſt populus ſanguine Chriſti redemptus; de quo in cantico Deuteronomij Moyſes ait; Pars domini, populus eius Iacob: funiculus hæreditatis eius Iſraël. Vel potius ipſe dominus pars eius eſt, cuius amore omnia terrena deſpicit; & ipſum ſolum præ omnibus habere elegit: ad cuius aſpectum futurum & ſe peruẽturum ſperat. Ex cuius perſona propheta in pſalmis ait: Defecit cor meum & caro mea: deus cordis mei, & pars mea deus in ſecula. Defectus dictus eſt, quoniam deeſt illi effectus: & iure cogitatio carnalis defecerat, quæ ſe erraſſe noſcebat. Sed illi confitetur, cui culpam reuelare remedium eſt, delicta confiteri ſecuritas. Et notandum quod in uno uerſu, cor & in bono ponitur & in malo. Defecit cor utiq; mala cogitatio: deus autem cordis, hoc eſt, autor boni intellectus; quia eum ſine eius gratia nemo habet. Illius uero hominis de⁹ eſt pars, qui ſe maieſtati ipſius & credulitati conſociat, & ꝓbabili actione commendat. In ſecula uero quod addidit, ſemper ſe ipſi adhærere promiſit: quod reuera perfectorum eſt, nũquam ab illo uelle diſcedere, ſine quo contingit ſemper erraſſe.

Eſa. 1.a

Act. 6.b

Ibi. 4.f

Deut. 32.b

Pſal. 72.c

Bonus

E a ¶Bonus eſt dñs ſperātibus in eū &c.) Bonus eſt
itaqꝫ dñs ſperātibus in eum: quia beneplacitum eſt
dño ſuper timentes eū. Quē qui quærit, inueniet, &
Pſal.68.g ad beatā uitā perueniet. Vnde dicit pſalmiſta: Quæ
rite dñm, et uiuet anima ueſtra. De quo et Eſaias ait:
Eſa.40.g Sancti qui ſperāt in dño,
mutabunt fortitudinem:
aſſumēt pennas, ut aqlæ
uolabūt, & nō deficient.
Sed quia bonū eſt illi qui
ſperat in dño, & ad futu-
ram uiſionem peruenire
certat; ut patiēter omnia
aduerſa ſuſtineat; ut ſine
moleſtia aliorū præſentē
uitā ducat, imitans illum
Eſa.42.a de quo ſcriptum eſt; Ecce ſeruus meus, ſuſcipiā eū:
electus meus, cōplacuit ſibi in illo anima mea. Dedi
ſpiritum meū ſuper eū, iudiciū gentibus ꝓferet. Nō
clamabit, neqꝫ accipiet perſonā; neqꝫ audietur foris
uox eius. Calamū quaſſatū nō cōteret & linū fumi-
gans nō extinguet. Propterea dicit: b ¶Bonū eſt
præſtolari cum ſilētio ſalutare dñi.) Omnis em̃ bo-
norum uita tranquilla eſt & placida; inter ſuperbos
uero ſemper iurgia ſunt. Idcirco Paulus Theſſaloni
1.Theſ.4.a cenſibus ait; Rogamus aūt uos fratres, ut abūdetis
magis & operā detis, ut quieti ſitis, & ut ueſtrū ne-
gocium agatis; & operemini manibus ueſtris, ſicut
F præcepimus uobis; & ut honeſte ambuletis ad eos
qui foris ſunt; & nullius aliquid deſideretis. Quod
quia nemo perfecte agere ualet, niſi qui ſe à mundi
concupiſcētijs & ſeculi negocijs ſequeſtrat, ſubſeq-
tur dicere. c ¶Bonū eſt uiro cū portauerit iugū
ab adoleſcentia.) Militū ergo Chriſti perfectio, eſt
exutā mētem habere à cunctis terrenis negocijs, &
2.Tim.2.a tumultu ſeculi; iuxta illud Apoſtoli; Nemo militās
deo implicat ſe negocijs ſecularibus, & cætera; eāqꝫ
quātum humana imbecillitas ſinit, feſtinat unire cū
Chriſto. Quā quidem ſpeciē cōuerſatiōis boni ere-
mitæ & monachi, qui uoto monaſticæ diſciplinæ
obligati ſunt, imitari cōtendunt; ſed rara eſt, & pau-
ciſſimis dono dei hæc perfectio cōceſſa. Is em̃ uere
& nō ex parte perfectus eſt; qui & in eremo ſqualo-
rem ſolitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrū
æquali magnanimitate ſuſtentat. Et ideo in utraqꝫ
profeſſione per omnia cōſummationē inuenire dif
ficile eſt; quia nec Anachorita cōtemptū ac priua-
tionem materialiū rerū, nec cœnobita Theoricā ad
integrū poteſt aſſequi puritatē. Sed tamē quantum
ſuperexcellat ſerenitas tranquillæ uitæ turbulentiā
ſecularis cōuerſationis, nouit qui hāc expertus eſt;
& dominicū iudiciū in euāgelio dñs inter duas mu-
Luc.10.g lieres cernit ad Martham, dicēs: Martha Martha ſo-
licita es, & turbaris circa plurima; Maria optimam
partē elegit, quæ nō auferetur ab ea. Et beatus Da-
uid ſolū hoc neceſſariū homini eſſe definiēs, deo iu-
Pſal.72.d giter adhærere deſiderat, dicens, Mihi autem adhæ
rere deo bonū eſt; ponere in dño deo ſpem meam.
Ibid.26.b Et alibi; Vnam petij à domino, & cętera. Vna ergo

a pectabo eū. ט Teth. Bonus eſt dñs ſperanti-
bus in eum, animæ quærenti illum. ט Teth.
b Bonum eſt præſtolari cū ſilētio ſalutare dñi.
c ט Teth. Bonum eſt uiro cum portauerit iu-
gum ab adoleſcentia ſua. י Iod. Sedebit ſo-
litarius, & tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe. י
d Iod. Ponet in puluere os ſuū, ſi forte ſit ſpes.
י Iod

& ſola eſt Theorica, id eſt, cōtemplatio dei: cui meri G
to omnia iuſtificationum merita, uniuerſa uirtutū
ſtudia poſtponuntur. Actiua etenim uita cū corpo
re deficit; cōtemplatiua autē uita hic incipitur, ut in
cœleſti patria perficiatur; quia amoris ignis qui hic
ardere inchoat, cū ipſum
quē amat uiderit, in amo
re eius amplius igneſcit.
Cōtemplatiua ergo uita
minime aufertur; qa ſub-
tracta præſentis ſeculi lu
ce perficitur: ſed ante o-
mnia, humilitas & patien
tiæ cuſtodia ſeruis dei ne
ceſſaria eſt; quia qui ſe ex
altat, humiliabit̃: qui aūt
in patientiæ uirtute perſeuerauerit, hic ſaluus erit.
Vnde ſubiungitur: d ¶Ponet in puluere os &c.)
Ille quippe in puluere ponit os ſuum, qui humiliter
ſentiēs, fragilem ſe cognoſcit; & de puluere ſe factū,
iterum in puluerē reuerſurū fatetur; dicēs cū patri-
archa Abrahā; Loquar ad dñm meū, cū ſim puluis Gen.18.c
& cinis; cui & ſpes erit futuræ reſurrectionis; qui cū
ſemper pœnitentia caſtigādo carnē macerat, ſpiritū
remiſſionis & futuræ gloriæ per dñm miſericordiā
habere debebit. Hinc eſt quod beatus Iob ſapientes Iob.42.a
dñi audiēs, ſe cognoſcēdo nō eſſe ſapiētē, ſemetipſm
reprehēdit, dicēs; Ideo inſipienter loquutus ſum; &
quæ ultra modū excederēt ſcientiam meā. Sed quia H
nulla eſt cognitio reprehēſionis, ſi nō ſequitur & la
mentatio pœnitudinis eorū quæ fecit, poſt reprehē
ſionem ſubditur; Et ago pœnitentiā in fauilla & ci-
nere. In fauilla em̃ & cinere pœnitentiā agere, eſt cō
templata ſumma eſſentia nihil aliud ꝙ̄ fauillā cine-
remqꝫ ſe cognoſcere. Vnde & ciuitati reprobæ in
euāgelio dñs dicit; Si in Tyro & Sidone factæ fuiſ- Matth.11.c
ſent uirtutes, quæ factæ ſunt ĩ uobis, olim in cilicio
& cinere pœnitētiā egiſſent. In cilicio quippe aſperi
tas & cōpunctio peccatorꝝ; in cinere aūt puluis oſtē
ditur mortuorū. Et idcirco utrūqꝫ hoc adhiberi ad
pœnitētiā ſolet; ut in cōpūctiōe cilicij, cognoſcamus
quid per culpā fecimus; & in fauilla cineris perpen-
damus, quod per uitiū facti ſumus. Conſiderentur
ergo in cilicio pūgētia uitia; cōſiderēt in cinere per
mortis ſentētiā ſubſequēs iuſta pœna uitiorꝝ. Quia
em̃ poſt peccatū carnis cōtumeliæ ſurrexerūt, uide-
at homo in aſperitate cilicij ſuperbiēdo qd fecit; ui-
deat in cinere uſqꝫquo peccando ꝑuenit. Pōt quoqꝫ
cilicio ipſa in reprehēſiōe atqꝫ pœnitētia dolorꝝ cō-
punctio deſignari. Nā hoc quod ait beatus Iob; Ipſe Iob.42.a
me reprehēdo, quaſi quodā cilicio pungitur, dū in
mēte ſua aſperis redargutionū ſtimulis cōfricat̃. In
cinere aūt agit pœnitētiā; quia ex primo peccato qd
ꝑ iuſtū iudiciū factus ſit, ſolerter attēdit; dicēs; Ago
pœnitentiā in fauilla & cinere. Ac ſi aperte dicat, de
nullo autoris dono ſupbio; qa ſumptus ex puluere,
per illatæ mortis ſentētiam ad puluerē me redire co
gnoſco. Et quia neceſſarium eſt ut humilitatē comi
tetur patientia, oſtendit præſens propheta, dicens:
Dabit



A a ¶Dabit percutienti ſe maxillam, ſatura. &c.) Vt
Matth.5.f impleat euangelicū uirum cui dicitur: Qui te per-
cuſſerit in unam maxillā, præbe ei & alterā. Quod
illi quoqꝫ in culpa ſint qui reddunt malum pro ma
lo, & dentem pro dente; oculum pro oculo, oſtēdit
Pſal.7.b Dauid dicens: Si reddidi
retribuentibus mihi ma
la, decidā merito ab ini-
micis meis inanis. Qua-
propter illa apl̃ica ſen-
tentia magis tenēda eſt,
Roma.12.d quæ dicit: Si eſurierit ini
micus tuus, ciba illū. Et
quoniam poſt calamita-
tem huius mūdi, miſeri-
cordia domini, electos
ſuos de præſenti tribula
tione ſubleuabit: ſequit̃.
b ¶Quia non repellet
dñs in ſempi. &c.) Non
enim in ſempiternū dñs
repellet eos qui ſe corri
gere uolunt, & cohibere
à peccatis; quia ſi abiecit
ad tēpus, & digne corri-
pi ab hoſtibus reos per-
miſit; iterum cōuerſis ſecundū multitudinē miſeri-
cordiarum ſuarū beneficia præſtat. Huic ſimile eſt
Pſal.102.b illud quod in pſalmis Dauid ait: Nō in finē iraſcet̃
B dñs, neqꝫ in æternum indignabitur. Non ſecūdum
peccata noſtra fecit nobis &c. c ¶Nō enim humi
liauit ex corde ſuo &c.) Nō enim ita deſpexit deus
ex corde ſuo genus humanū, & abiecit à procura-
tione ſolatij ſui, ut ultra propter trāſgreſſiones no
lit eorū curam habere, & ope ſuæ pietatis ſuſtenta-
re, ſed propter bonitatē ſuam ſuſtinet eos in multa
patientia ſua; ut de uaſis iræ efficiat uaſa miſericor
Pſal.144.a diæ. Quia miſericors & miſerator dñs, patiens &
Sapi.11.d multum miſericors. De qua alia ſcriptura ait: Mi-
ſereris omniū dñe, quia omnia potes; & diſſimulas
peccata hominū propter pœnitētiā; diligis omnia
quæ ſunt, & nihil odiſti horū quæ feciſti; nec odiēs
aliquid cōſtituiſti. Quomodo enim poſſet aliquid
permanere, niſi tu uoluiſſes; aut quod à te uocatū
nō eſſet, cōſeruaretur? Parcis aūt omnibus, quoniā
tua ſunt dñe; qui animas amas. Bonus & ſuauis eſt
dñe ſpiritus tuus in omnibus; propter quod hos
qui exerrant partibus corripis, & de quibus pec-
cant, admonēs alloqueris, ut relicta malicia credāt
in te dñe. Proinde nullo modo exiſtimandum eſt,
quod creator clementiſſimus, cauſa ſit perditionis
hominū iniquorū; qui ad eum per pœnitentiā no-
lunt cōuerti, ſed unuſquiſqꝫ in peccato ſuo interi-
Prouer.5.d bit. Funiculis enim peccatorū ſuorum unuſquiſqꝫ
Ezech.18.a conſtringitur. Et anima quæ peccauerit, morietur.
d ¶Vt cōtereret ſub pedibus ſuis omnes uin. &c.)
Nec plāgit eos qui peccare cœperāt, ſtatimqꝫ deſie
Eccl's.7.c rant. Nō eſt enim iuſtus ſuper terrā qui faciat bo-
num, & aliquādo nō peccet, ſed qui lōgo funiculo

a י Iod. Dabit percutienti ſe maxillam, ſatu-
b rabitur opprobrijs. כ Caph. Quia non re-
pellet dominus in ſempiternum. כ Caph.
Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecundum mul
titudinem miſericordiarū ſuarum. כ Caph.
c Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit
d filios hominum. ל Lamed. Vt contereret
ſub pedibus ſuis omnes uinctos terræ. ל La
e med. Vt declinaret iudicium uiri in cōſpectu
uultus altiſſimi. ל Lamed. Vt peruerteret
hominem in iudicio ſuo dominus ignorauit.
f מ Mem. Quis eſt iſte qui dixit, ut fieret dño
nō iubēte? מ Mem. Ex ore altiſſimi nō egre
dientur nec bona nec mala. מ Mem. Quid
murmurauit homo uiuens, uir pro peccatis
ſuis.

peccata protraxerant. Vnde & in Numeris legi- C
mus uaccam rufam, cuius cinis expiatio eſt popu- Num.19.a
li, non aliter immolari & offerri ad altare dñi, niſi
quæ terrena opera nō fecerit; iugumqꝫ non traxe-
rit; nec uinculis iugi Nabuchodonoſor fuerit alli-
gata. Et in Eſaia prophe Eſa.3.d.5.e
ta pro cingulo ueritatis
filiæ Sion cingunt̃ funi-
culo. Achitophel quoqꝫ 2.Reg.17.f
& Iudas; quorū alter Da Matth.27.a
uid, alter dñm prodide-
runt, fune lōgiſſimo tra-
hentes peccata ſua perie
re ſuſpēdio, putātes ma-
lum cōſcientiæ præſenti
morte finiri, & nihil eſſe
poſt mortē. Dñi enim iu
dicium nullo modo erra
bit; nec aliquid fit in ter-
ra ſine cauſa; neminē in-
iuſte damnat, neminem
ſpernit, neminēqꝫ inde-
bite relinquit; qa omnia
numero, mēſura, & pon
dere diſponit, ordinat,
atqꝫ gubernat. Nec ullo
modo credendū eſt, quod aliquid per ignorātiā au
toris ſui cōtingat in rebus humanis, quod ſequens
ſentētia ſonare uidetur. e ¶Vt declinaret iudiciū
uiri &c.) Huic quoqꝫ ſimile eſt quod in libro Iob D
in Eliphaz uerbis legit̃, ubi ita ſcriptū eſt; An cogi Iob.22.b
tas quod deus excelſior cœlo & ſuper ſtellarū uer-
tices ſublimet̃? & dicis; Quid enim nouit deus? &
quaſi per caliginē iudicat, nubes latibulū eius; nec
noſtra cōſiderat, & circa cardines cœli perambulat.
Sunt pleriqꝫ ita hebetes, ut formidare neſciant, niſi
quod corporaliter uidēt, unde fit ut deum nō me-
tuant quem uidere non poſſunt. f ¶Quis eſt iſte
qui di. &c.) Fuerunt enim hæretici qui dixerūt deū
nō facere mala; cōtra illud quod ſcriptū eſt; Ego do Eſa.45.b
minus formās lucem, & creans tenebras; faciens pa
cem, & creās malum. Ecōtrario fuerūt alij qui dixe Gen.1.d
runt deū creaſſe mala; contra id quod ſcriptum eſt; Eccl's.3.b
Fecit deus omnia bona. Fuere itē alij qui dixerūt
duas naturas, & duas ſubſtantias ab initio fuiſſe, id
eſt, bonā & malā; cum omnis creatura aut creator
ſit, aut creatura. Vnde falſum eſt quod natura ulla
mala ſit, cum creator ſummus & optimus, creauerit
bonā creaturā. Quia uidit deus cūcta quæ fecit, & Gen.1.d
erāt ualde bona. Tropice igitur deus dicit̃ facere
mala, hoc eſt, aduerſa merētibus infligere. Iuxta il-
lud quod in Eſaia ſcriptū eſt; Ego dñs, & nō eſt al- Eſa.45.b
ter, formans lucē, & cætera. Mala quæ nulla ſua na
tura ſubſiſtūt, à dño nō creantur; ſed creāte ſe ma-
la, dñs iudicat; cū res bene cōditas, nobis male agen
tibus, in flagellū format; ut ea ipſa & per dolores
quo feriūt, delinquentibus mala ſint, & per naturā
qua exiſtunt bona. Venenū quidē mors ſcilicet eſt
homini, ſed tamen uita ſerpenti. Amore enim præ-
P ſentium

E ſentium ab autoris noſtri dilectione receſſimus:&
peruerſa mens,dum delectatione creaturæ ſe ſub-
didit,à creatoris ſe ſocietate diſiunxit.Ex his ergo
ab autore ferienda erat, quæ errans autori præpo
ſuerat,ut unde homo culpam nō timuit ſuperbus
admittere,inde pœnam
corrigēdus inueniret,ut
tāto ocius reſpiceret ad
illa quæ perdidit, quāto
doloris pœnam eſſe con
ſpiceret quæ quæſiuit.
a ¶Scrutemur uias no-
ſtras:& quæra.&c.)Sciē
dū uero eſt,quod quiſq;
à præceptis dñicis diſcor
dat opere:quoties ea ui-
det corde ſuo reprehēdi
tur,atq; cōfunditur:qui
id quod fecerit,memora
tur.Nā in quo ſe erraſſe
cōſiderat,ipſa ſe cōſcien
tia latēter accuſat.Vnde
Dauid propheta depre-
Pſal.118.a catur dicēs:Tunc nō cōfundar,dum perſpexero in
omnibus mādatis.Grauiter nanq; unuſquiſq; con
funditur,quādo mādata dei uel legēdo,uel audien
do reſpicit,quæ uiuēdo cōtempſit.Hinc enim Ioan
1.Ioan.3.d nis uoce dicit:Si cor noſtrū non reprehēderit nos,
fiduciā habemus ad dominū:& quicqd petierimus
F ab eo,accipiemus.Ac ſi diceret:Si id quod præci-
pit, facimus:id quod petimus, obtinemus. Valde
nāq; apud dñm utraq; hæc ſibi neceſſario cōgruūt,
& ut oratione operatio:& operatione fulciat ora-
tio.Hinc & modo Hieremias ait:Scrutemur.& re-
liqua.Vias etenim noſtras ſcrutari,eſt cogitationū
interna diſcutere.Cor uero cū manibus leuat,qui
orationē ſuā operibus roborat.Nā quiſquis orat,
ſed operari diſſimulat:cor leuat,& manus non le-
uat.Quiſquis uero operat & nō orat,manus leuat
& cor nō leuat.Iuxta ergo Ioannis uocē,tūc cor fi-
duciā in oratione accipit,cū ſibi uitæ prauitas nul
la cōtradicit,& bonorū operū ratio orationi conci
nit. b ¶Nos inique egimus,& ad irac.&c.) Pro-
pter peccata enim populi & tranſgreſſiones pluri-
mas,quas ab initio fecerūt dñm ad iracūdiā prouo
cātes,ſimul cū ciuitate diſperdi meruerūt:nec iam
digni fuerūt uenia,qui filiū dei ad ſe uenientē ſper
nentes,tanta afficiūt cōtumelia,ſicut alius prophe-
ta oſtēdit dicēs.Propter peccata enim noſtra & ini
quitates patrum noſtrorū Hieruſalem & populus
tuus in opprobriū ſunt omnibus per circuitū no-
ſtrum.Vnde etiā nobis timēdū eſt,ne & ipſi ſi con
tempſerimus præcepta dñi:& inobedientes fueri-
mus euāgelio Chriſti,durā gehēnæ ſentiamus uin
dictā:qui corrigi nolumus de peccatis ad iuſticiā.
Heb.10.e Dicit enim Apoſtolus:Volūtarie enim nobis pec
cantibus poſt acceptā noticiā ueritatis,iam nō de-
relinquit pro peccatis hoſtia:terribilis aūt quædā
expectatio iudicij,& ignis cumulatio:quæ cōſum

a ſuis. נ Nun.Scrutemur uias noſtras,& quæ
ramus:& reuertamur ad dominum. נ Nun.
Leuemus corda noſtra cum manibus ad do-
b minum in cœlos. נ Nun. Nos inique egi-
mus,& ad iracundiā prouocauimus, idcirco
c tu inexorabilis es. ס Samech. Operuiſti in
furore,& percuſſiſti nos:occidiſti,nec peperci
d ſti. ס Samech.Oppoſuiſti nubē tibi,ne trāſ-
e eat oratio. ס Samech.Eradicationem & abie
ctionem poſuiſti me in medio populorum.
f פ Phe.Aperuerūt ſuper nos os ſuū oēs inimi
ci noſtri. פ Phe.Formido & laqueus factus
eſt no

ptura eſt aduerſarios.Et item:Irritā,inquit,quis fa G
ciens legē Moyſi,ſine ulla miſeratiōe,duobus uel
tribus teſtibus moriebatur.Quāto magis putatis
deteriora mereri ſupplicia,qui filiū dei cōculcaue-
rit:& ſanguinē teſtamenti pollutū duxerit,in quo
ſanctificatus eſt,& ſpiri-
tui gratiæ cōtumeliā fe-
cerit? c ¶Operuiſti in
furore &c.)Vbicūq; enī
furor,uel ira dei in ſcri-
pturis legit:nō pertur-
batio mentis,ſed illa uin
dicta in pœna patientis
exprimit:Deus enim na
turaliter pius ſemp bo-
nus & placidus eſt: &
ſemp idē ipſe eſt,& anni
eius nō deficiēt.De quo
alibi legitur:Tu aūt dñe Sapi.12.c
uniuerſorū,cū trāquilli
tate iudicas & diſponis
omnia.Ideo dū percutit
quēlibet uel occidit,nec
parcit,non perturbationē ullā in ſemetipſo ſentit:
ſed quietus & placidus,reos debitas pœnas ſolue-
re cogit,de quo adhuc ſubditur. d ¶Oppoſuiſti
nubem &c.)Nubem ſibi opponere deus dicit,cum
ingratas preces petentiū exaudire dedignat.Item
nubes oppoſita orationi uidetur,cū caligine qua-
dam & nubilo cæcitatis mens obuoluitur,ne radio H
diuinæ cōtēplationis illuſtrari mereatur. e ¶Era
dicationē & abiectionem &c.) Eradicatā ſe aſſerit
& abiectā plebs Iudaica,quæ in Chaldaica captiui-
tate ſæpe pro ſceleribus ſuis cōtrita eſt:primū ſub
Ioakim:deinde ſub Iekonia:tertio ſub Sedechia:qñ
urbs uaſtata tēplumq; incenſum eſt,& muri deſtru
cti.Poſtremo reliquiæ quæ ſub Godolia ad habi-
tandā terrā à Nabuzardan principe militiæ relictæ
ſunt cōtra præceptū domini,quod eis per prophe-
tam mādauerat in Aegyptū pergētes ibi diſperie-
runt.In Romana uero captiuitate ita urbs tota &
terra deuaſtata eſt,& plebs diſſipata:ut nullā ultra
ſpem reſtaurationis haberet:ſed uſq; in finē perſe-
uerauerit eius deſolatio.Myſtice aūt eradicationē
& abiectionē à domino patitur anima peccatrix in
medio populorū cōſtituta,quādo à malignis ſpiri-
tibus ita uirtutibus ſpoliatur,& radice fidei tenua
tur:ut iam nō honori,ſed pateat omniū irriſioni:&
ipſi inimici dominētur illius,& deceptæ inſultent:
quia iuxta merita ſua pœnas quas ei ſcriptura ſa-
cra prædixit,& laqueum perditionis ſuſtinere co-
gatur.Vnde ſequitur. f ¶Aperuerunt ſuper nos
os ſuū omnes inimici &c.)Aperuerūt enim tūc ini
mici os ſuum ſuper peccatores,quādo eos diuerſis
laniatibus & cruciatibus deuorare feſtināt debito-
res.Nec eis in aliquo miſerātes parcūt,ſed in formi
dinem pœnarum,& laqueum perditionis,iuxta id
quod propheticus ſermo peccantibus prædixit,
præcipitare ſtudent.Vnde nunc propheta interi-
tum



A tum populi ſui multipliciter plorauit,& nunc ſan-
cta eccleſia animarum peccantiū ruinam inceſſabi-
liter plangit:ſicut in ſequenti ſententia demonſtra
tur. a ¶Diuiſiones aquarū deduxit oculus &c.)
Diuiſiones ergo aquarū deducere ſe ab oculis per-
hibet propheta in cōtri-
tiōe filiæ populi ſui:qui
& peruerſitatem cordis
illius defleuit:& ruinam
in peccatis,& contritio-
nem in deuaſtātione.Sic
& nunc electorum tur-
ba pro anima in pecca-
tis perdita, multiplices
gemitus fundit: qui in
diuerſis facinoribus eam
erraſſe cōſpicit,& ſi quo
modo eā à cœpta nequi
tia reuocare poſſit,toto
niſu & labore cōtendit.
b ¶Oculus meus affli-
ctus eſt &c.)Inſtantiam orationis & perſeuerantiā
nos habere propheta docet.Qui ad cupita perue-
nire ueluerit,reflectere mentem à ſtudio orationis
non debet:ſed magis perſeuerare in intentione cœ
pta illum oportet.Hinc eſt quod in libro Regum
1.Reg.1.c de Anna ſcriptum eſt,quod poſtquàm orauerat,
uultus eius non ſunt amplius in diuerſa mutati.
Luc.18.f Hinc & in euangelio,cæcus ille qui in Hiericho
B tranſeuntem Ieſum audierat,miſereri ſibi ab eo pe-
tebat,ſed cum à prætereūtibus ſibi iuberetur ut ta
ceret,ipſe multo magis clamabat dicens:Miſerere
mei fili Dauid:unde & lumen quod expetit,nullo
modo eius fructu carebit.Reſpicit enim dñs de cœ
lis:& fidelis ſui oratoris preces ſuſcipiens,ſaluū fe-
cit eum,quoniā ſperauit in ipſum:Dicit enim ipſa
Mar.11.c ueritas:Amen dico uobis:quicquid orātes petitis,
fiet uobis.Et quia per oculorū aſpectum,ſæpe no-
xia concupiſcentia intrat. Sequitur. c ¶Oculus
meus deprædatus eſt &c.)Nūc reddit cauſam qua-
re prædixerit oculum ſuū afflictū eſſe,eo quod nō
eſſet requies:quoniā cum per incuriā aſpectus pa-
tefactus fuerit tētationi aditus,uix trāquillitatem
inueniet animus turbatus,niſi illi ſubuenerit diui-
næ pietatis intuitus.Hinc eſt quod beatus Iob ait:
Iob.31.a Pepigi fœdus cum oculis meis,ut ne cogitarē qui-
dem de uirgine.Vt enim cogitationes cordis caſte
ſeruare potuiſſet,fœdus cū oculis pepigit:ne prius
incaute aſpiceret,quod poſtmodū inuitus amaret.
Valde nāq; eſt quod caro deorſum trahit,& ſemel
ſpecies formæ cordi per oculos alligata,uix ma-
gnitudinis manu ſoluitur.Ne ergo quædā lubri-
ca in cogitatione uerſemus,prouidendū nobis eſt:
quia intueri nō debet,quod nō licet cōcupiſci.Vt
enim mūda mēs in cogitatione ſeruetur à laſciuia
uoluptatis ſuæ,deprimendi ſunt oculi,quaſi quidā
raptores ad culpam.Neq; enim Eua lignū uetitum
cōtigiſſet,niſi hoc prius incaute reſpiceret.Scriptū
Gene.3.b quippe eſt:Vidit mulier quod bonum eſſet lignū

eſt nobis uaticinatio & contritio. פ Phe. Di-
a uiſiones aquarū deduxit oculus meus,in con
b tritione filiæ populi mei. ע Ain. Oculus
meus afflictus eſt,nec tacuit:eo quod nō eſſet
requies. ע Ain. Donec reſpiceret & uideret
c dominus de cœlis. ע Ain.Oculus meus de-
prædatus eſt animam meam in cunctis filia-
d bus urbis meæ. צ Zadik. Venatione cepe-
rūt me quaſi auem inimici mei gratis. צ Za-
e dik. Lapſa eſt in lacum uita mea,& poſuerūt
f lapidem ſuper me. צ Zadik. Inundauerunt
aquæ

ad ueſcendum:& pulchrum oculis,aſpectuq; dele- C
ctabile:& tulit de fructu illius,& comedit.Hinc er
go penſandum eſt quanto debemus moderamine
erga illicita uiſum reſtringere,nos qui mortaliter
uiuimus:ſi & mater uiuentium per oculos ad mor
tem uenit.Hinc etiā mo
do ſub Iudææ uoce,quæ
exteriora uidendo cōcu
piſcēs,bona interiora p-
diderat, propheta dicit:
Oculus meus deprædat-
tus eſt animā meā.Con-
cupiſcendo enī uiſibilia,
inuiſibiles uirtutes ami-
ſit.Quæ ergo interiorē
fructum per exteriorem
uiſum perdidit,per ocu
lū corporis ptulit præ-
dam cordis.Vnde nobis
ad cuſtodiendam cordis
mundiciam,exteriorum
quoq; ſenſuum diſciplina ſeruāda eſt.Nam quan-
talibet grauitate mens uigeat,carnales tamen ſen-
ſus pueriliter exterius perſtrepūt,& niſi interioris
grauitatis pondere,& quaſi iuuenili quodā uigore
refrenentur:ad fluxa quæq; & leuia mentem ener-
uem trahunt. d ¶Venatione ceperunt me quaſi
auem &c.) Auis enim nomine ipſe dñs ſignifica-
tur:qui licet in terra de uirgine matre ſit æditus:ta
men cœleſtia, doctrina ſua & exemplo ſemper pe-
tit:membraq; ſua fide & ſpe quaſi duabus alis ad D
ſuperna ſemper ſubleuat,dicens in euangelio:Re- Ioan.18.g
gnum meum nō eſt de hoc mundo.Et item:Exiui, Ibid.16.f
inquit,à patre,& cætera.Et rurſum:Qui uult ue- Matth.16.d
nire poſt me.De hac aue in Iob ſcriptū eſt:Semitā Iob.28.b
ignorauit auis:nec intuitus eſt oculus uulturis.
e ¶Lapſa eſt in lacū uita mea &c.) Cum ſuperius
dixiſſet uenatione ſe quaſi auem captū,nunc addit
uitā ſuam lapſam in lacū & lapidem ſuperpoſitum:
Quid eſt ergo uitā labi in lacum,niſi corporalē ui
tam uenire uſque ad defectum?Lapſa eſt ergo uita
Chriſti in lacum,quādo eius caro peruenit uſq; ad
mortis occubitū.Cui ſuperpoſuerūt lapidē:quādo Matth.27.g
eo ſepulto,petierunt à Pilato ut iuberet cuſtodiri
ſepulchrū:ne forte uenirēt diſcipuli & furarentur
eum:quibus cum ipſe reſponderet:Habetis cuſto-
diam,ite cuſtodite ſicut ſcitis:illi abeuntes,munie-
runt ſepulchrū,ſignātes lapidem cum cuſtodibus.
Poteſt & in laci nomine,uel infernus deſignatus
accipi,uel calamitas profunda iſtius mundi.Lacus
dicitur,cuius fundus latet,dum in unā foueam cir
cundatus includitur:Hic plano tergo intuentium
oculis,falſa trāquillitate blāditur:ſed quantum ſit
profundus,abſconditur.Hinc & in pſalmo ſcriptū
eſt:Poſuerūt me in lacu inferiori &c. f ¶Inunda- Pſal.87.b
uerunt aquæ ſuper cap.&c.)Aquæ in ſcriptura ſa
cra,aliquando ſpiritum ſanctum,aliquando ſcien-
tiam ſacram,aliquando ſcientiam paruam,aliquan
do tribulationem,aliquando defluentes populos,

E aliquando mentes fidem ſequentium demonſtrare
ſolent. Per aquam quippe ſancti ſpiritus infuſio
Ioan.7.f deſignatur, ſicut in euãgelio dicitur: Qui credit in
me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de uẽtre eius fluẽt
aquæ uiuæ, & cætera. Rurſum per aquam, ſancta
ſcientia deſignatur, ſicut
Eccl's.15.a dicit: Aqua ſapientiæ ſa
lutaris potauit eos. Per
aquã quoq; praua ſcien-
tia appellari ſolet, ſicut
apud Salomonẽ: mulier
quæ typum hereſeos te-
net, callidis ſuaſionibus
Prouer.9.d blanditur, dicens: Aquæ
furtiuæ dulciores ſunt.
Aquarum ergo nomine
nonnunq; ſolent tribu-
lationes intelligi, ſicut
per pſalmiſtam dicitur:
Pſal.68.a Saluũ me fac deus: quo-
niam intrauerunt aquæ
uſq; ad animã meã. Per
aquam, populi deſignan
tur, ſicut per Ioãnem di-
Apoc.17.d citur: Aquæ uero popu
li ſunt. Per aquã quoq;
non ſolum fluxus decurrentium populorum, ſed
etiam bonorũ mentes fidei prædicamenta ſequen-
Eſa.32.d tium deſignãtur, ſicut propheta ait: Beati qui ſemi
Pſal.28.a natis ſuper omnes aquas: & per pſalmiſtã dicitur:
F Vox domini ſuper aquas. Aquæ uero ſuper caput
redẽptoris inundauerunt, quando ſeditioſi populi
Iudæorum perſecutionem mouentes, diuinitati re-
demptoris detraxerunt. Caput uero Chriſti, deus
eſt, ut Apoſtolus teſtatur: eum uidẽtes Iudæi, dixe
Ioan.19.b runt ad Pilatum: Nos legem habemus, & ſecundũ
legem debet mori: quia filium dei ſe fecit. a ¶In-
uocaui nomen tuum domine de lacu nouiſſ. &c.)
Quid enim lacum nouiſſimum, niſi infernum infe
riorem intelligere debemus, de quo in pſalmo ſcri
Pſal.85.c ptum eſt: Eruiſti animã meam ex inferno inferiori?
Inuocauit ergo redemptor noſter nomen domini
de lacu nouiſſimo, cum in uirtute diuinitatis deſcẽ
dit ad inferos, & deſtructis clauſtris tartari, ſuos
quos ibi reperit eruens, uictor ad ſuperos aſcẽdit.
b ¶Vocem meam audiſti &c.) Vocem enim do-
minicæ incarnationis diuinitas ipſius audiuit: qui
ſalutem humani generis quam ſecundum humani-
tatem poſtulauit, ſecundum diuinitatem tribuit.
Ioan.11.e Proinde ipſe ad patrem dicit in euangelio: Pater,
gratias ago tibi, quoniã audiſti me: ego aũt ſciebã,
quoniam ſemper me audis. c ¶Appropinquaſti
in die &c.) Appropinquauit diuinitas ſaluatoris
humanitati ipſius, quãdo eam ſubita reſurrectione
iuxta uotum ſuum de morte triumphare fecit. Ali
ter: Appropinquauit dominus ſeruis ſuis cum tri
bularentur, & de neceſſitatibus eorum liberauit
eos: quoniam à timore inimici, animas eorum eri-
Pſal.63.a puit, ſic enim ipſi orabant in pſalmo: Exaudi deus

aquæ ſuper caput meũ, dixi: perij. ק Coph.
a Inuocaui nomẽ tuum dñe de lacu nouiſſimo.
b ק Coph. Vocem meã audiſti: ne auertas aurẽ
tuã à ſingultu meo & clamoribus. ק Coph.
c Appropinquaſti in die quando inuocaui te,
d dixiſti: ne timeas. ר Res. Iudicaſti domine
cauſam animæ meæ, redemptor uitæ meæ.
e ר Res. Vidiſti domine iniquitatem illorũ ad-
uerſum me, iudica iudicium meum. ר Res.
Vidiſti omnem furorem, aduerſas cogitatio-
f nes eorum aduerſum me. ש Sin. Audiſti op
probrium eorum domine, omnes cogitatio-
nes eorũ aduerſum me. ש Sin. Labia inſur-
gentiũ mihi, & meditationes eorũ aduerſum
g me tota die. ש Sin. Seſſionem eorũ & reſur-
rectionem

orationem cum precor: à timore inimici eripe ani G
mam meam. d ¶Iudicaſti domine cauſam animæ
meæ &c.) Iudicauit ergo dominus cauſam animæ
Chriſti, quando innocentis mortem peruenire fe-
cit ad ſalutem generis humani, & triumpho ſuæ
reſurrectionis confudit
autores eius interẽptio-
nis. Aliter: Iudicauit do-
minus cauſam fidelium
ſuorum, quãdo redemit
animas eorum: & non
dereliquit omnes qui in
ſe ſperauerunt: cõfeſſo-
res ſuos ad cœleſtẽ trãſ-
tulit gloriam, & perſecu
tores eorum in pœnam
demerſit perpetuã. Ini-
quitas enim illorũ hoc
promeruit: quia timere
& honorare autorẽ ſuũ,
temeritas mentis eorum
eos non permiſit. Inſur-
rexerunt enim primum
cum furoris ſui inſania
in ipſum paſtorem dicẽ-
tes: Hic eſt hæres, & cæ- Matth.21.d
tera. Ex ſeruis uero eius alium cæciderunt: aliũ oc-
ciderunt: alium uero lapidauerunt, & ſic diſſipatæ
ſunt oues gregis. Quapropter nunc dicit. e ¶Vi
diſti domine iniquitatem illorum &c.) Cogitatio H
enim illorum maligna erat, & ſermones pleni inſa
nia, autorem uitæ interficere cogitantes, & ſermo-
nibus ueritatis exprobrare nitentes. De quo ſe-
quitur. f ¶Audiſti opprobrium eorum dñe &c.)
Hinc & in euangelio ſcriptum eſt: Principes au- Matth.26.a
tem & ſeniores populi conſilium fecerũt, ut Ieſum
dolo tenerent & occiderent. Et iterum: Principes
ſacerdotum & omne conſilium quærebant falſum
teſtimonium contra Ieſum, & cætera. Vnde eo cru
cifixo, prætereuntes blaſphemabant: Vah qui de- Ibid.27.e
ſtruis templum dei, dicentes. Similiter & principes
ſacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus di
cebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum ſaluum faciat. Si
rex Iſraẽl eſt, deſcendat nunc de cruce. Talis enim
fuit meditatio eorum, ut contra ueritatem inſtitue
rent teſtes falſos, & malum pro bono redderẽt gra
tis. Quæ pſalmiſta dudũ præcinebat, dicens: Quo- Pſal.34.a
niam gratis abſconderunt mihi interitum laquei
ſui. Gratis reuera, quibus mali nihil fecerat. Illud
enim gratuitum dicimus, quod nõ alicuius rei cõ-
penſatione tribuitur. Abſconderũt mihi, ut illi pu
tabant, qui diuinitatis eius potentiam non crede-
bant. Nam quid poteſt aſcondi, cui nihil occultum
eſt? g ¶Seſſionem eorum & reſurrectionem eo-
rum uide &c.) In ſeſſione exprimit habitum iudi-
cantis: in reſurrectione uero ſtudium id quod mo-
liebantur perficiendi. Sed quia in cathedra peſtilen Pſal.1.
tiæ pontifices & principes Iudæorum ſederunt in-
ſidiantes ut interficerent innocentem: ad hoc ſur-
rexerunt,



A rexerunt, ut quod nequiter tractarent, opere nefa-
rio conſummarent. Infelicitas fuit in uijs eorum &
uiam pacis non cognouerunt. Sed quicquid ipſe
coram eis ueracibus uerbis proferebat, totum in
calumniam & in opprobrium uertere ſtudebant.
Matth.26. Vnde cũ diceret: Amo-
do uidebitis filiũ homi-
nis ſedentẽ à dextris uir
tutis dei, & uenietem in
nubibus cœli: tũc expue
rũt in faciem eius, & ac-
ceperunt arundinem, &
percuſſerũt caput eius,
dicẽtes: Prophetiza no-
bis, quis eſt qui te per-
cuſſit? Quod etiã propheta dudum in ſpiritu præ-
Pſal.68.c uidens, oſtendit dicens: Aduerſum me exerceban-
tur qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui
bibebant uinum. Dicit enim paſſionem ſuam gen-
ti Iudaicæ fuiſſe fabulam: qui quaſi impleta cogita
tione ſua, de nece domini temulentiſſime garrie-
bant. Sed his qui incorrigibiles erãt: & magis per-
ſeuerare in malo, quàm inde recedere eligebant: ſu
perba ſe intẽtione defendentes, quaſi iuſticiæ exe-
cutores, per Hieremiam dicitur. a ¶Redde eis
domine uicem iuxta &c.) Moxq; eandem uicem
expreſſius ſubdidit dicens. b ¶Dabo eis ſcutum
cordis laborem tuum.) Labor quippe domini ap-
B parens inter homines, paſſibilis eius humanitas
fuit: quam Iudæi ſuperbe ſapientes, dum diſcerne-
rent deſpexerunt: eumq; immortalem credere de-
dignati ſunt, quem natura paſſibili mortalem uide
runt. Cumq; eius humilitatem cõſpicerent, ſuper-
biæ faſtu indurati, ſumma cura moliti ſunt: ne eorũ
mentes ſancta prædicantiũ uerba penetrarẽt. Dum
ergo eis dominus uicem malorum operum redde-
ret, dedit illis ſcutum cordis laborem ſuũ: quia re-
cto iudicio inde illos contra ſe ſuperbe obſtinatos
exhibuit: unde ipſe pro nobis in infirmitate labo-
rauit. Repulerunt quippe à ſe uerba prædicantiũ,
qui dedignati ſunt in domino infirma paſſionum.
Laborem igitur domini cõtra eundem dominum
ſcutum cordis habuerunt: qui ſuperbe ſapientibus
eo deſpectius apparuit, quo propter eos humilis

rectionem eorum uide: ego ſum pſalmus
a eorum. ת Thau. Redde eis domine uicem
b iuxta opera manuum ſuarum. ת Thau. Da-
bis eis ſcutũ cordis laborem tuum. ת Thau.
c Perſequeris in furore: & conteres eos ſub cœ-
lis domine.

fuit. Hoc ſicut iam ſuperius diximus, prius ille pec C
cator tenuit: qui requirenti domino, cur lignum
uetitum contigiſſet, non ad ſe culpam reddidit: ſed
à muliere quam ei dederat ſe accepiſſe reſpondit:
ut quaſi reatum ſuum oblique in autorem relide-
ret: qui ei mulierẽ dede-
rat quæ talia perſuade-
ret. Hoc ſcutũ etiã requi
ſita mulier tenuit: quan-
do neq; ipſa ad ſe culpã
retulit, ſed ſerpẽtis illud
perſuaſionibus replica-
uit, dicens: Serpens dece Gene.3.c
pit me, & comedi: ut ipſa
quoq; reatũ ſuum obli-
que in creatorem duceret: qui illic intrare ſerpen-
tem perſuaſurum talia permiſiſſet. Serpens uero
iam non requiritur, quia nec eius pœnitẽtia quæ-
rebatur. Hi autem quorum pœnitentia quæſita
eſt, ſcutum nequiſſimæ defenſionis contra iuſtiſſi-
mæ correptionis uerba protulerunt. Vnde nunc
uſque in uſum peccantium trahitur: ut culpa cum
arguitur, defendatur: & unde finiri reatus debuit,
inde cumuletur. c ¶Perſequeris in furore, & con
teres eos ſub cœlis domine.) His tribus ſententijs
quas modo enumerauimus, quæ ſub Thau litera
prænotatæ ſunt: reſpõdet ad ſuperiores: quibus ini
quitatem Iudæorum, & doloſam meditationem
expreſſerat: oſtendens quoniam in furore, diuino D
iudicio diſponente, hoſtes eorum illos perſecuti
ſunt, & in præſenti uita fortiter cõtriuerunt, ita ut
hactenus per totum orbem diſperſi, malum exilij
patiantur: ſedentes ſine rege ac ſacerdotio regali,
& ſine templo, & ſine cultu pietatis. Qui autem ad
Chriſtum conuertuntur, promiſſionem illam quæ
ad patres eorum facta eſt, ſpiritualiter hæredita-
bunt. Denique tribus alphabetis, quibus anterio-
rem partem lamentationis propheta explicauit
enarratis, iam quid quartum inſinuat, conſide-
randum eſt.

Commentarij ſecundi in lamenta-
tiones Hieremiæ finis.

## IN TERTIVM LIBRVM COMMENTARIORVM LAMENTA- tionum Hieremiæ prooemium.

EXtremus liber tractatus Hieremiæ inchoandus eſt à quarto alphabeto, quod ſicut primum & ſecundum ſapphico metro decurrit: in quo ſimili modo, ut in cæteris caſum populi Iudaici, atque uaſtationem urbis, lamentabili uoce propheta hiſtorialiter deplorat. Spiritualiter autem lapſum animæ fidelis, atque ruinam in peccatis miſerabiliter plangit: ſubnectens orationem quam fudit lachrymoſa uoce propter interitum ſuorum ad pias aures domini: quatenus ipſe benignus miſeris manus ſolatij porrigendo, in ſtatum priſtinum erigat, atque perfectæ ſanitati reſtituat.

E COMMENTARIORVM HIERONYMI in lamentationes Hieremiæ liber tertius.

א Aleph. Cap. IIII.

a QVomodo obſcuratum eſt aurum: mutatus eſt color optimus. Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum. ב Beth. b Filij Sion inclyti & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in uaſa teſtea, opus manuum figuli? c ג Gimel. Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerũt catulos ſuos: filia populi mei crudelis quaſi ſtruthio in deſerto. ד Daleth. Adhæſit

QVomodo obſcuratum eſt aurum &c.) Nam licet hæc hiſtorialiter urbis Hieroſolymitanæ deſtructionẽ & tẽpli concremationẽ uideãtur ſonare: ubi totus ille ornatus ueterũ diſſipatus eſt, & ad nihilum redactus: tamen altiori ſenſu templi myſtici deiectionẽ ſignificat, quod quotidie in reproborũ uita & moribus obfuſcatur atque deſtruit̃. Quid nancꝫ auro, quod metallis cæteris præeminet, niſi excellentia ſanctitatis: quid colore optimo, niſi cunctis amabilis reuerẽtia religionis exprimitur? quid per ſanctuarij lapides, niſi ſacrorũ ordinum perſonæ ſignantur? quid platearum nomine, niſi præſentis uitæ latitudo dicitur? profecto à latitudine plateæ ſunt uocatæ. Per ſemetipſam uero dicit ueritas: (Matth. 7. b) Lata & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad perditionem. Aurum igitur obſcuratur, cũ terrenis actibus ſanctitatis uita polluitur. Color optimus (F) commutatur: cum quorundam qui agere religioſe credebantur, exiſtimatio ante acta minuitur. Nam cum quilibet poſt ſanctitatis habitum terrenis ſe actibus inſerit: quaſi colore permutato ante humanos oculos eius reuerẽtia deſpecta palleſcit. Sanctuarij quocꝫ lapides in plateas diſperguntur, cum cauſa ſecularium foras lata itinera expetũt: hi qui ad ornamenta eccleſiæ internis myſterijs quaſi in ſecretis ſanctuarij uacare debuerant. Ad hoc quippe ſanctuarij lapides fiebãt, ut intra ſancta ſanctorum in ueſtimẽto ſummi ſacerdotes apparerẽt. Cum uero miniſtri religionis à ſubditis honorem redemptoris ſui, ex merito uitæ non exigunt: ſanctuarij lapides in ornamento pontificis non ſunt. Qui nimirũ ſanctuarij lapides diſperſi per plateas iacent, cum perſonæ ſacrorũ ordinum uoluptatum ſuarũ latitudini deditæ, terrenis negocijs inhærẽt. Et notãdum quod non hos diſperſos in plateis, ſed in capite platearum dicit: quia cum terrena agunt, ſummi uideri appetũt, ut & lata itinera teneant ex uoluptate delectationis, & tamen in platearum ſint capite ex honore ſanctitatis. Nihil quocꝫ obſtat, ſi ſanctuarij lapides, eoſdem ipſos, quibus cõſtructũ ſanctuarium exiſtebat, accipimus: qui diſperſi in capite platearũ iacent, quando ſacrorum ordinũ uiri terrenis actibus ex deſiderio inſeruiunt: ex quorũ prius officio ſanctitatis gloria ſtare uidebatur. Secularia itacꝫ negocia aliquãdo ex cõpaſſione tolleranda ſunt: nunquàm uero ex amore requirẽda: ne cum mentem diligẽtius aggrauãt, hanc ſuo uictam pondere ad ima de cœleſtibus mergant. b ¶Filij (G) Sion inclyti & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in uaſa teſt. &c.) Ad eundem ſenſum hæc ſententia pertinet, ad quem ſuperior, quod filij eccleſiæ qui inclyti fuerunt Chriſtiana religione & ornati ſapiẽtiæ fulgore, & decore uirtutum, nunc emolliti carnalibus deſiderijs, & terrenis cupiditatibus tabefacti, uaſis teſteis cõparentur, quæ dominicæ correptionis uirga in futuro examine conterens franget, & ad nihilum rediget: taliter ut non inueniri poſſit fragmen teſtæ, quo igniculus ferri poſſit de incẽdio. c ¶Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerũt catulos ſuos: filia populi mei &c.) In lamia quippe duplicitas Iudæorum, & fictio hypocritarum exprimitur. Lamia enim humanam faciem habet, ſed corpus beſtiale, ſic & populus Iudæorum ſpecietenus culturam dei ſimulabat: ſed feroci animo ſemper illi contrarius exiſtebat. Quod bene per Eſaiam oſtẽditur cum dicitur: (Eſa. 29. d) Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe eſt à me. Similiter omnes hypocritæ in prima facie quod oſtendũt, quaſi ex ratione (H) ſanctitatis eſt, beſtiale eſt quod ſequit̃ corpus, quia ualde iniqua ſunt quæ ſub boni ſpecie moliũtur. Poſſunt & in lamia, hæretici accipi: qui humanam quidem faciem, ſed beluina per impietatem corda geſtant. Hi tunc mammam nudant, quando errorem ſuum libere prædicant. Tunc catulos lactant, quando male ſequaces paruulorum animas, dum peruerſa inſinuant, ad impietatem nutriendo cõfirmant. Filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto. Sicut in lamia, ſic & in ſtruthione fictio & immanitas hiſtorialiter Iudæorũ. Et ſecundũ myſticum ſenſum, ſimulatio & immanitas hypocritarum deſignatur: qui fingere ſciunt uirtutũ opera nõ ueraciter agere. De hoc ſtruthione inter alia & in libro Iob legitur: (Iob. 39. b) Induratur ad filios ſuos quaſi nõ ſint ſui: fruſtra laborauit nullo timore cogente. Indurata eſt ergo crudelis ſynagoga Iudæorũ contra apoſtolos & prædicatores noui teſtamenti, qui de ipſa gente nati fuerãt, quaſi non eſſent ſui filij: odio eos habẽs, & externos deputans: crudeliter illos ubicꝫ in deſerto gentiũ perſequebatur propter euangeliũ Chriſti, quod & ipſa ueritas uidetur eis prænunciare, cum ait: (Ioan. 16. a) Hæc locutus ſum uobis, ut nõ ſcãdalizemini, abſqꝫ ſynagogis faciẽt uos, ſed uenit hora: ut omnis qui interficit uos arbitretur obſequiũ ſe præſtare: Et hæc faciẽt uobis: quia nõ nouerũt patrem neqꝫ me. Fruſtra ergo laborat nullo timore cogẽte: quia cũ Chriſtũ perſecuta eſt quaſi euerſorem gẽtis, & deſtructorem regni: nec ſtatum regni, nec ſalutẽ gẽtis ſeruauit, ſed magis perdidit.

Adhæſit



a Adhæſit linguã lactantis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierũt panem, & non erat qui frangeret eis. ה He. b Qui ueſcebantur uoluptuoſe, interierunt in uijs, qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. ו Vau. c Et maior effecta eſt iniqtas filiæ populi mei peccato Sodomorũ: quæ ſubuerſa eſt in momẽto, & nõ ceperunt in ea manus. ז Zain. d Candidiores nazaræi eius niue: nitidiores lacte: rubicũdiores ebore antiquo, Sapphiro pulchriores

A a ¶Adhæſit lingua &c.) Hoc notat iuxta hiſtoriã, ꝙ lactantes atqꝫ paruuli infantes Iudæorum deſtituti matrum atqꝫ nutricum ſolatio, fame & ſiti laborauerunt. Iuxta allegoriam uero ſignificat, quod hi ꝗ infirmi adhuc ſunt intellectu & minus ualidi ad percipiendum fortiorem cibũ, qualibus ait apoſtolus: (1. Cor. 3. a) Lac uobis potum dedi: propter inertiã & deſidiã doctorum, ſpiritualis intelligẽtiæ carent alimonia. Paruuli, inquit, petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, id eſt, infirmi quicꝫ ſcripturæ ſacræ fortiores ſentẽtias petierunt ſibi exponendo comminui: ſed ꝗ exponere ſtudeat, nõ ualet īueniri. Potum uidit (Eſa. 55. a) ſcripturã ſacram propheta cũ diceret: Omnes ſitientes uenite ad aquas. Si potus aperta mãdata non eſſent, (Ioan. 7. b) per ſemetipſam ueritas nõ clamaret: Si quis ſitit, ueniat & bibat. Quaſi cibũ & potũ intellexit (Eſa. 5. b) ꝓpheta Iudææ defuiſſe cũ diceret: Nobiles eius interierunt fame & multitudo ſiti exaruit. Paucorũ qppe eſt fortia & occulta cognoſcere, multorũ uero hiſtoriæ aperta ſentire. Idcirco Iudææ nobiles nõ ſiti, (B) ſed fame interijſſe aſſerit: quia hi præeſſe uidebãtur dum totos ſe exteriori intelligẽtiæ dederant: quod de minimis diſcutiendo mandarent, non habebant. b ¶Qui ueſcebantur &c.) Qui ſunt illi qui ueſcebantur uoluptuoſe, niſi illi Iudæi qui ſemper terrenis concupiſcentijs, & ſeculi uoluptatibus dediti erant, & pro cibo & potu ſæpius murmurabant, dicẽtes ad Moyſen: (Nume. 16. b) Reuera induxiſti nos in terrã, ꝗ fluit riuis lactis, & mellis: & dediſti nobis poſſeſſiones agrorũ & uinearũ. (Ibidem. 11. b) Et iterum: Quis dabit nobis ad ueſcendum carnes? Recordamur piſcium quos comedabamus in Aegypto gratis. In mente nobis ueniũt cucumeres & pepones porricꝫ & cepe & allia. Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciũt oculi noſtri niſi Man. Ipſi interierũt in uijs: quia in lata & ſpacioſa uia ꝗ ducit ad mortẽ, exterminati ſunt. Et qui nutriebant̃ in croceis, amplexati ſunt ſtercora: cũ uanã iſtius mundi pompã appetẽtes, & hiſtoricam traditionẽ legis ſequẽtes, ſpiritualẽ intelligẽtiam ſpernebant. Quod eñ uetus obſeruantia ceremoniarũ legis ſtercoribus cõparet̃, oſtendit Paulus (Phili. 3. b) dicens: Quæ ergo mihi fuerũt lucra, propter Chriſtum arbitratus ſum ut ſtercora. Tropologice uero quicũqꝫ auariciam terrenã & delicias uoluptatũ ſecutus, uiam iſtius uitæ incorrectus expleuerit: nõ ad æternæ uitæ gaudia, ſed ad fœditatũ pœnarum peruenturus erit. c ¶Et maior effecta eſt &c.) Maior ergo effecta eſt iniquitas populi Iudæorum peccato Sodomorũ, qa illi tm̃modo legẽ naturalẽ: iſti aũt & naturalẽ & ſcriptã tranſgreſſi ſunt. Videntes, mirabilia dei, & cibo cœleſti paſti, ingrati ſem- (C) per eius beneficijs extiterunt. Vnde & doctores nõ ceperunt in eius manus, qui condignos laboris ſui in ipſis nõ inuenerũt fructus. Nã ipſum legiſlatorẽ ſuũ Moyſen plurimis conuitijs iritauerũt, & prophetas dei ad ſe miſſos ꝑſecuti ſunt: nouiſſime uero ipſum hæredem, hoc eſt unigenitũ filiũ patris ad ſe uenientẽ ut eos ſaluaret, & ab errore corrigeret, ſpernebãt, & diuerſis calumnijs inſequẽtes ad extremũ ꝑ inuidiã occiderunt. Qualiter aũt iniquitas Iudęorum maior ſit peccato Sodomorũ, oſtendit euãgelium, ubi ita legitur: Tunc cœpit Ieſus exprobrare ciuitatibus in ꝗbus factæ ſunt plurimę uirtutes eius: qa non egiſſent pœnitentiam: (Matth. 11. c) Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethſaida, qa ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent uirtutes, ꝗ factæ ſunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitẽtiam egiſſent. Verũtamen dico uobis, Tyro & Sidoni remiſſius erit ī die iudicij, ꝗ̃ uobis. (Luc. 10. c) Et tu Capharnaũ nũquid uſqꝫ in cœlũ exaltaberis? uſqꝫ in infernum deſcẽdes: quia ſi in Sodomis factę fuiſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent uſqꝫ in hũc diẽ: Verũtamẽ dico: qa terræ Sodomorũ remiſſius erit in die iudicij ꝗ̃ tibi. (D) d ¶Candidiores &c.) His duabus ſentẽtijs oſtendit̃, quomodo omnis decor prioris populi, quẽ habebãt in ornatu tẽpli, & cultu diuino, propter peccata eorũ emarcuerit, & deſtruẽtibus hoſtibus, ad nihilum redactus ſit. Myſtice autem caſus animarum quorũdam fideliũ à propheta deplorat̃. Quid eñ Nazaræorũ nomine, niſi abſtinentium & cõtinentium uita ſignat̃: quæ niue & lacte nitidior dicitur? Nix eñ ex aqua congelaſcit, quæ deſuper uenit. Lac autem ex carne exprimit̃, quæ de inferioribus nutrit̃. Quid eñ per niuẽ, niſi candor uitæ cœleſtis? Quid per lac, niſi temporalis diſpẽſationis adminiſtratio demonſtratur? Et quia plerũqꝫ continentes uiri in eccleſia tam mira opera faciunt: ut multi qui cœleſtem uitam tenuerũt, multi qui terrena bene diſpẽſauerunt, ſuperari uideantur, & cãdidiores niue & nitidiores lacte referuntur: qui etiam quia per feruorem ſpũs, antiquorum ac fortiũ patrũ nonnunꝗ̃ uincere uitam uideantur, recte adiũgit: Rubicũdiores ebore antiquo. Dum eñ ruboris nomen imprimitur, ſancti deſiderij flãma ſignatur. Ebur uero eſſe os magnorũ animaliũ non ignoramus. Ebore utiqꝫ antiquo rubicũdiores ſunt: quia ſæpe ante humanos oculos nõnullis præcedentibus patribus ſtudij feruentioris exiſtũt. De quibus ut totũ ſimul oſtendatur, adiungitur: Sapphiro pulchriores. Et aërei quippe coloris eſt Sapphirus. Et quia præcedentes multos, atque ad ſuperna tendẽtes, per cœleſtem conuerſationem uidentur uincere, narrantur

P 4 Sapphi-

res. ח Heth. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis. Adhæſit cutis eorum oſſibus: aruit, & facta
a eſt quaſi lignum. ט Teth. Melius fuit occiſis gladio q̃ interfectis fame: quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ. י Iod.
b Manus mulierum miſericordiũ coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum in cõtritione
c filiæ populi mei. כ Caph. Cõpleuit dñs furorem ſuum; effudit iram indignationis ſuæ, & ſuccendit ignem in Sion, & deuorauit fun-
d damenta eius. ל Lamed. Non crediderũt reges terræ, & uniuerſi habitatores orbis: quoniã ingrederetur hoſtis ꝑ portas Hieruſalem.
e מ Mem. Propter peccata prophetarũ eius: & iniquitates ſacerdotum eius, q effuderunt in

E Sapphiro pulchiores extitiſſe. Sed plerũq; dum uirtutum copia, etiam plus q̃ expedit proſperatur, in quandam ſui fiduciam mens adducitur, & decepta præſumptione propria, repente peccato ſurripiente infuſcatur: Vnde recte ſubiungitur: Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum. Nigri enim poſt candorẽ fiũt: quia amiſſa dei iuſticia cũ de ſe præſumunt, in ea etiam quæ non intelligunt, dilabuntur peccata. Et qui poſt amoris ignem ad frigus torporis ueniunt, extinctis carbonibus ex comparatione præferuntur. nonnũq; eñ dum timorem dei per ſui fiduciam deſerũt, etiã frigidis mẽtibus frigidiores fiũt. De quibus recte ſubiungit: Non ſunt cogniti in plateis. Platea ꝗppe ſermonis Græci ratione pro latitudine dicit. Quid uero eſt humanæ menti anguſtius, q̃ uolũtates proprias frangere? De qua fractione ueritas dicit: intrate per anguſtam portam.
F Quid autem latius, q̃ nullis proprijs uoluntatibus reluctari, & quaq; uerſum ĩpulſus arbitrij duxerit, ſe ſine retractione diffundere? Qui ergo per fiduciam ſanctitatis poſtpoſito meliorum iudicio ſe ſequuntur: quaſi per plateas pergũt: ſed nõ ſunt cogniti in plateis, quia de uita ſua aliud oſtenderũt quando frangendo uolũtates proprias in anguſto ſe calle retinebãt. Et bene additur: Adhæſit cutis eorum oſſibus. Quid in cute, niſi mollicies exprimit infirmitatis? Cutis ergo eorũ adhærere oſſibus dicitur: quia ab eis praua ſentientibus, infirmitas uitij, duricia uirtutis putatur. Infirma enim ſunt quæ faciunt: ſed elationis fiducia decepta, fortibus ea ſuſpicietibus iungunt, & quo de ſe magna exiſtimari cupiunt, eo de ſua nequitia emendari contemnunt. Vnde recte adiungitur: Aruit & facta eſt quaſi lignum. Culpa ꝗppe eorum tanto inſenſibilior redditur, quãto apud eos etiã laudabilis habet. Quam recte aridã aſſerit, quia nulla ſui cogitatione uirideſcit. a ¶Melius fuit occiſis gladio, q̃ interfectis fame &c.) Quantum ad compẽdium mortis reſpicit, breuior fuit pœna ſubito gladio occiſorũ, q̃ fame & ſiti diu excruciatorum. Quantum uero ad ſpiritualẽ ſenſum pertinet, melius fuit apoſtolis & prædicatoribus euãgelij, breuiori pœna corporis, pro Chriſti nomine ad tempus plecti, & poſtea in æterna læticia coronari: q̃ perſecutoribus eorũ, longa inedia uerbi dei tabefieri, & propter ſterilitatem & infœcunditatem bonorum operũ ad extremum æterno incẽdio cõcremari. b ¶Manus &c.)

G Hoc hiſtorialiter recapitulat, quod ſuperius iam dixerat: quia ĩ captiuitate Chaldaica, necnõ & in Romana: ad talem neceſſitatem propter inopiam cibi, plebs Iudæorum peruenit: ut aliquæ ex mulieribus eorum, filios ſuos trucidarent, & carnes eorum coctas comederent. Iuxta ſpiritualẽ uero ĩtellectũ: non parui eſt delicti, ꝙ doctores mali auditores ſuos, rebus terrenis & ſubſtãtijs ſuis ꝓpter uoracitatẽ ſuã ſpoliant: nec eis pabulum uerbi tribuũt, quo illi ad uitã nutriantur ęternã: cũ dñs ꝑ Ezechielẽ dicat: Væ paſtoribus Iſraël qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges paſcũtur à paſtoribus? Lac comedebatis & lanis operiebamini: & quod craſſum erat, occidebatis, gregem aũt non paſcebatis: qđ infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis: quod fractũ eſt non alligaſtis, & qđ abierat, non reduxiſtis: quod perierat, non quæſitis: ſed Eze.34.a
H cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ, eo quodnon eſſet paſtor: factę ſunt in deuorationem omnium beſtiarũ agri, & reliqua. Sed quia talis actio iram dñi meretur, ſequitur. c ¶Compleuit dñs furorem ſuum: effudit &c.) Cõpleuit dñs furorẽ ſuũ, & effudit iram indignationis ſuæ in gentẽ peccatricem: qñ non ſolum populum exterminauit, ſed etiã habitacula per hoſtes eorũ uſq; ad fundamenta deſtruxit, & tẽplum atq; urbẽ incendio conſumpſit. Cõplet etiam & in malis doctoribus furorẽ ſuũ, qñ pro negligentia & deſidia ſua, incẽdio eos tradet perpetuo, & nõ ſolũ pro operibus malis eos punit, ſed uſq; ad fundamẽta peruerſarum cogitationum, eius uindicta peruenit. d ¶Non crediderunt &c.) Qñ ergo ſtatus regni Iudaici mãſit incolumis, & cultus dei ibi erat celeberrimus, difficile fuit nationibus gentium circũquaq; poſitarum credere, ꝙ externus hoſtis dominaturus eſſet urbi inſigniſſimæ & templo famoſiſſimo, maxime cum uiderent & audirẽt ab initio gentem illam ſignis clareſcẽtibus diuina ope ſuſtẽtatã atq; protectã. Myſtice aũt cũ animã cuiuslibet fidelis uiderimus ſpirituali ſcientia, atq; omniũ uirtutũ decore adornatam: uix credere poſſumus tam ſubitaneo caſu eam corruere: q̃ ut quondam imperabat ſpiritualibus ĩimicis, eos ab obſeſſis corporibus uerbo oratiõis eijciebat: nũc eorũdẽ hoſtiũ prę da fiat: & tota illorũ neqſſimæ ſubdita uolũtati. Sed unñ hæc ruina maxime ꝓueniat, ſequẽs ſermo ꝓphetæ demõſtrat. e ¶Propter pec. &c.) Propter peccata eñ



in medio eius ſanguinem iuſtorum. נ Nun.
a Errauerunt cæci in plateis polluti ſunt ſanguine. Cumq; non poſſent, tenuerunt laci-
b nias ſuas. ס Samech: Recedite polluti, clamauerunt eis: recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe ſunt & commoti dixerunt inter gentes: Non addet ultra ut habitet in eis פ Phe. Facies dominini diuiſit eos: non addet ut reſpiciat eos. Facies ſacerdotum non erubuerunt: neq; ſenum miſerti ſunt. ע Ain

A ta eñ ſcribarũ & Phariſæorũ, necnõ & pontificum Iudæorũ: qui ſanguinẽ redemptoris & prophetarũ atq; apoſtolorum eius effuderunt: captiuitas Hieruſalem, atq; deuaſtatio maxime euenit. Similiter & nũc in eccleſia ꝓpter peccata prophetarũ, & iniquitates ſacerdotũ eius, portarũ ſpiritualis Hieruſalẽ patet ĩtroitus: qñ propter ignauiã p̃dicatorũ, & negligentiã ſacerdotũ dei: q nõ curãt ppl'o annũciare uiã dñi, & cõpeſcere eũ à peccatis: hoſtis malignus ꝑ ſenſus exteriores aditũ intrãdi ĩ animã inuenit, & occaſionẽ habet ꝑ diuerſas fraudes eã ſeducendi. Vñ ſcriptũ
Tren.2.b eſt: Cauſa ruinæ populi, ſacerdotes mali. Qui merito dicũtur effundere ſanguinẽ iuſtorũ, quia dum ſimplicibus q forte ꝑ innocentiã iuſti eſſe poſſent, ſi rectitudinẽ uiarũ dñi ſcirẽt, ſubtrahũt uerbũ ſolacij, rei dicunt eſſe ſanguinis effuſi. Quod ſermo diuinus ad Ezechielẽ ꝓphetã liquido demonſtrat di-
Ezech.3.d cẽs: Fili hominis, ſpeculatorẽ dedi te domui Iſraël: & audies de ore meo uerba & annunciabis eiſdẽ. Si dicẽte me ad impiũ, morte morieris: nõ annũciaue-
B ris ei, neq; locutus fueris, ut auertat à uia ſua ĩpia & uiuat: ipſe ĩpius ĩ iniqtate ſua moriet: ſanguinẽ aũt eius de manu tua requirã. Si aũt annũciaueris ĩpio, & ille nõ fuerit conuerſus ab ĩpietate ſua, & uia ſua impia: ipſe qdẽ in iniqtate ſua moriet: tu aũt animã tuã liberaſti. Sed & ſi cõuerſus fuerit iuſtus à iuſticia ſua, & fecerit iniqtatẽ, ponã offẽndiculũ corã eo: ipſe moriet: qa nõ annũciaſti ei, in peccato ſuo morieт, & nõ erũt in memoria iuſticiæ eius quas fecit: ſanguinẽ uero eius de manu tua requirã. Si autẽ tu annũciaueris iuſto, ut nõ peccet, & ille nõ peccauerit, uiuẽs uiuet: qa tu annũciaſti ei, & tu aĩam tuã liberaſti. a ¶Errauerũt &c.) Per inertiã ergo doctorum, tenebris ignorãtiæ ex cæcitate errauerunt in plateis turmæ plebiũ: qa dum ſe ad illecebras tradunt uoluptatũ, rectũ callẽ nõ tenẽt diuinorũ p̃ceptorũ. Et bene dicitur: Polluti ſunt ſanguine: quia ſanguinolentorũ operũ cõtaminati ſunt cõmixtione. Cũq; nõ poſſent, inqt, ſubauditur, recto tramite incedere: tenuerũt lacinias ſuas, hoc eſt, aliorũ ducatum expetebãt, ut eorũ actuũ exẽplis, quaſi qbuſdã lacinijs tracti, greſſum imitent p̃cedentiũ. Sed quia frequenter illi qui p̃eunt, & ſequentes ſe uerbo doctrinæ & bonis exẽplis docere debuerant, ipſos ſecutores ſuos per faſtũ ſuperbiæ ſpernẽtes in deſperationẽ mittunt. Sequitur. b ¶Recedite polluti, clamauerũt eis &c.) Talis eſt uox ſuperborũ magiſtrorũ: qui pecus quod craſſum eſt, de grege aſſumunt, & quod debile, proijciunt: quod infirmũ, nõ conſolidant, & quod ægrotum, non ſanant. Recedite, inquiũt, polluti, recedite, abite, nolite nos tangere, no-

C lite in aliquo nobis communicare: inſanabilia ſunt uulnera ueſtra, & incurabiles plagæ, nõ eſtis digni communione Chriſtiana, ut ultra in uobis inhabitet ſpirituſſanctus. Facies dñi diuidit eos ac reſpuit: nec addet ultra ut recipiat, qa facies ſacerdotũ ueſtrorũ nõ erubuiſtis: nec ſeniorũ urorꝫ admonitionẽ mãſuete ſuſcepiſtis. Talis loquela eñ nõ illuminat cæcũ, nõ ſanat ægrotũ, nõ curat infirmũ: ſed magis occidit, atq; in deſperationẽ periclitantẽ mittit. Boni etenim rectores ex ſua infirmitate aliorũ infirmitates pẽſantes, magis per humilitatis & mãſuetudinis lenimentũ, ſtudẽt peccantes ab erroris laq̃o eruere, q̃ per auſteritatẽ in foueam perditionis nutãtes propellere. Vnde & doctor gentiũ qualiter ſubditis 1.Cor.9.d
ſuis p̃fuerit, oſtẽdit, dicens: Factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrificarẽ: oĩa oĩbus factus ſũ, ut oẽs facerẽ ſaluos. Quis infirmatur, & ego nõ in- 2.Cor.11.g
firmor? Quis ſcandalizat, & ego non uror? Debet rector eſſe bene agentibus per humilitatem ſocius: contra delinquentiũ uitia, per zelũ iuſticiæ erectus ut & bonis in nullo ſe præferat, & cum prauorum culpa exigit, poteſtatẽ protinus ſui prioratus agnoſcat: quatenus & honore ſuppreſſo, æqualẽ ſe ſubditis bene uiuentibus deputet, & erga peruerſos iura rectitudinis nõ exercere formidet. Nã liquet ꝙ oẽs homines natura æquales ſunt geniti, ſed uariantur meritorum ordine, alios alijs culpa poſtponit. Ipſa autẽ diuerſitas acceſſit ex uitio, diuino iudicio diſpenſante: ut quia omnis homo æque ſtare nõ ualet, alter regatur ab altero. Vnde cũcti qui præſunt non in ſe poteſtatem debent ordinis penſare, ſed æqualitatem cõditionis: nec præeſſe hoĩbus ſe gaudeant, ſed prodeſſe. Antiqui etenim patres noſtri, non reges hominũ, ſed paſtores pecorũ fuiſſe memorãt. Et cũ Noë dñs & filijs eius diceret: Creſcite & multiplicamini, & replete terrã, protinus adiũ- Gen.9.a
xit: Et terror ueſter, ac tremor ſit ſuper cuncta aĩalia terræ. Quorũ uidelicet terror ac tremor eſſe ſup animalia terræ præcipitur, profecto eſſe ſuper homines ꝓhibetur. Homo quippe brutis animalibus nõ autem hominibus cæteris natura prælatus eſt. Et idcirco ei dicit ut aĩalibus, & nõ ab hominibus timeat quia cõtra naturã ſupbire eſt ab æquali uelle timeri, & tamen neceſſe eſt, ut rectores à ſubditis timeantur, & quando ab eis minime ſe timeri deprehẽdunt: in humana ſaltẽ formidine peccare metuant, qui iudicia diuina nõ formidant. Poſſunt & ſuperiores ſententiæ, quæ clamãdo recedere pollutos iubent, & iurgantes illis denunciant, quod ultra dñs eos nõ recipiat, neq; in eis habitet, ex ꝑſona hoſtiũ Iudæorum accipi, qui inſultabant captiuis, quando

a ע Ain. Cum adhuc ſubſiſteremus, defece-
runt oculi noſtri ad auxilium noſtrum uanū
cū reſpiceremus attenti ad gētem, quæ ſalua-
b re nos non poterat. צ Zadik. Lubricauerunt
ueſtigia noſtra in itinere platearum noſtra-
rum. Appropinquauit finis noſter. Comple-
ti ſunt dies noſtri, quia uenit finis noſter. ק
c Coph. Velociores fuerunt perſecutores no
ſtri aquilis cœli: ſuper montes perſecuti ſunt
nos: in deſerto inſidiati ſunt nobis. ר Res.
d Spiritus oris noſtri Chriſtus dñs captus eſt
in peccatis noſtris: cui diximus: in umbra tua
e uiuemus in gentibus. ש Sin. Gaude & lætare
filia Edom, quæ habitas in terra Huz. Ad te
quoqꝫ perueniet calix: inebriaberis, atqꝫ nu-
f daberis. ת Thau. Completa eſt iniquitas tua
filia Sion: non addet ultra ut tranſmigret te:
uiſitauit iniquitatem tuam filia Edom: diſco-
operuit peccata tua.

E quādo per uiolētiam, aut à terra ſua eos eiecerāt & in terrā alienā adduxerant: quod deſerti & derelicti ſint à deo, & diuino auxilio deſtituti, nec ſpem reuerſionis ullam eis remanere, ſed in perpetuum dānatos fore. Quare aūt deſerti à domino ſint: ſequēs ſententia prophetæ manifeſtat. a ¶Cum adhuc ſubſiſteremus, defecerūt oculi &c.) Hoc narrat ꝙ quando à dño arguebātur pro ſceleribus ſuis non ad ipſum conuerſi ſunt per pœnitētiam: neqꝫ ad eius miſericordiam confugerunt quatenus eius ope ab hoſtibus eriperentur, ſed forinſecus ab alijs gentibus auxiliū quærebāt: ab Aegyptijs uidelicet uel Aſſyrijs: q̄ nullo modo eos liberare poterāt. Vnde dicit: Defecerūt ocl'i noſtri ad auxilium noſtrum uanum, cum reſpiceremus attenti ad gētem quæ ſaluare non poterat. Fruſtra em̄ ab illis ſolatia quærebāt, qui ſemetipſos defendere nō poterāt.

F Hinc quoqꝫ factum eſt, quod reliquiæ Iudæorū, quæ poſt uaſtationē urbis Hieruſa-
4.Reg.25.f lem, derelictæ ſunt à Nabuzardan principe militię ad colendā terram, interfecto ab Iſmahele Godolia: quē præfecit memoratus Nabuzardā terræ & ipſis reliquijs quæ ibi remanſerant mœtu exteritæ con-
Hierer.40.c tra uerbū dñi: quod eis ꝑ Hieremiā mandauerat, in Aegyptū trāſierūt, quaſi ab Aegyptijs cōtra Chaldęorum arma poſſint tueri. Sed uana fuit hæc ſpes eorum: Quinto ſiquidē anno captiuitatis Hieroſolymorum: ut Ioſephus refert: qui eſt tertius & uiceſimus regni Nabuchodonoſor, īferiora Syrię caſtrametatus eſt idem Nabuchodonoſor: eamqꝫ detinēs expugnauit & Ammonitas & Moabitas. Cumqꝫ ſubdidiſſet has gentes, perrexit ad Aegyptum eamqꝫ ſubuertit, & regem quidē qui tunc ibi erat, occidit: aliūqꝫ ei in ea conſtituens, denuo Iudæos captiuos duxit in Babyloniā, & Hebræorū genus huiuſmodi habuit terminū. Vnde ſequitur. b ¶Lubricauerūt ueſtigia &c.) Myſtice autem qſquis deſerto uno uero deo, adiutoriū quærit à ſpirituali Aegypto, hoc eſt, ab hoc mundo, & lubrica ſeculi huius pergit ueſtigia: uana ſpe deluſus, hoſtiū ſpiritua-
Eſa.30.b liū fit præda. Vñ ſcriptum eſt: Aegyptus uane auxi-
Hiere.17.a liabitur. Et iterū: Maledictus homo qui confidit in homine, & cætera. c ¶Velociores fuerunt &c.) Per rapidū uolatū auiū, ualidā & uelocem ſignificat ꝑſecutionē hoſtium: qui infra patriā conſtitutos, & deſerta patria fugitiuos, nimia crudelitate inſecuti

G ſunt. d ¶Spiritus oris &c.) Hanc ſententiā diuerſi autores, diuerſis modis expoſuerunt. Nam alij ſuper reges Iudæorum, qui Chriſti, hoc eſt, uncti dicebantur, ſub quorum protectione gens Iudæorum uidebat̃ degere, interpretati ſunt: quaſi propter peccata ppl'i ipſi īterierint: ut Ioſias q iuſtus eſſe legit̃, & cæteri huiuſmodi. Alij aūt ſuper Ieſu Chriſto uero uniuerſorū dño ac uita animarū fideliū, dictū intelligunt: ſub cuius tutela ī uniuerſis gētibus uerſatur eccleſia. Ipſe aūt ſpūs oris noſtri (Act.17.f) eſt: in quo uiuimus, mouemur, & ſumus, ex cuius ſapore quicqd recte ſentimus, ſapimus: q traditus ē ꝓpter delicta noſtra: & reſurrexit ꝓpter iuſtificationē noſtram: Scripſit em̄ hoc pleniſſime ꝓpheta Eſaias, ita di- (Eſa.53.b) cens: Vere lāguores noſtros ipſe tulit, & dolores nr̃os ipe portauit, et nos putauimus eum quaſi leproſum & percuſſum à deo & humiliatū, ipe autem uulneratus eſt ꝓpter

H iniqtates noſtras: attritus eſt ꝓpter ſcelera nr̃a, diſciplina pacis nr̃æ ſup eū, & liuore eius ſanati ſumus. e ¶Gaude & lætare &c.) Edom idē fuit q Eſau frater Iacob, à quo Idumæi hoſtes Iſrl'orti ſunt: huic er- Gene.25.c go fuit filius Chore, Traconitidis & Damaſci cōditor, inter Palæſtinā & Cœleſyriā tenēs principatū. Qd' aūt dicit filiā Edō gaudere & lætari, eo ꝙ puenerit ad eā calix dñi: ꝑ Ironiā legēdū eſt, ut eſt illud in epiſtola Iacobi apl'i: Glorieẽ aūt frater hūilis in exal- Iaco.1.b tatione ſua: diues aūt in hūilitate ſua, ſubaudit̃, à ſuperiore glorieẽ, qd' non tñ ad gloriā, ſed ad hūilitatē eius & dānationē ptinet. Venit aūt calix dñi, hoc ē, uindicta ad Idumæos, qñ Nabuchodonoſor uaſtata Iudæa, cæteras gentes ſimili modo deuaſtauit, & dignū fuit, ꝙ hoſtes ppl'i dei q eius ſubuerſione gauiſi ſunt, ipſi quoqꝫ meritā ꝓ eo ab hoſtibus reciperēt uindictā. Myſtice aūt in filia Edō, q ſanguineus uel terrenus interptat̃: ſynagogā Iudæorū uel etiā gñaliter turba oīum ꝑſecutorū eccleſię exprimit̃, q acerbiſſimis ꝑſecutionibus fideliū turbā in toto corde inſectant̃: qbus tñ certa in gehēna ignis ęterni remanebit uīdicta. De hac etiā Edō filia, Dauid ꝓpheta in pſalmis meminit, dicēs: Memēto dñe filiorum Pſal.136.b Edō ī die Hierl'm: q dicūt exīanite uſqꝫ ad fundamētū in ea. f ¶Cōpleta eſt &c.) Cōpleta ergo ꝑſecutione qua hoſtes in hoc ſeculo pmittūtur perſeq electos dei: ad ꝓbationē ſcilicet eorū, nō ad damnationem: iam ultra nō addent, ut tranſmigrent per eos.

Quoniā



A Quoniam abſterget deus omnem lachrymā ab oculis ſanctorū ſuorū, & neqꝫ luctus, neqꝫ clamor, neqꝫ
Apoc.21.b dolor erit ultra, q̄ prima abierunt: Sed exultēt iuſti in iuſticia: impij aūt & peccatores cū diabolo mittant̃ ī ſtagnū ignis & ſulphuris, ubi eſt beſtia & pſeudoprophetę: & cruciabūt̃ die ac nocte in ſecula ſeculorum. C

Cōmētarij tertij in lamētationes Hieremiæ finis.

## IN ORATIONEM HIEREMIAE PROOEMIVM.

POſt lamentationem ergo (quæ literis Hebraicis ſecūdū ſeriem earundem literarum quadruplicū, opportunis locis ut diximus, prænotata eſt) ſequitur oratio ꝓphetæ, quæ uaſtationem urbis Hieruſalem, & caſum populi Iudæorum, hiſtorialiter deplorat. Et ſpiritualiter ruiuam animarum fidelium, & uaſtationem quam paſſæ ſunt à nequitijs ſpiritualibus flebiliter commemorat. Ad extremum uero ipſius domini opem & miſericordiā ſubuenire afflictis humiliter deprecatur.

## Caput. V.

a REcordare dñe quid acciderit no-
bis: intuere, & reſpice opprobri-
b um noſtrum. Hæreditas noſtra
uerſa eſt ad alienos: domus no-
c ſtræ ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſ-
d qꝫ patre, matres noſtræ quaſi uiduæ. Aquam
noſtrā pecunia bibimus; ligna noſtra precio
e cōparauimus. Ceruicibus minabamur: laſſis
f nō dabat̃ requies. Aegypto dedimus manum
& Aſſy-

### COMMENTARIA IN ORATIONEM Hieremiæ

REcordare dñe &c.) uſus prophetarū eſt, frequenter per humanas conſuetudines dominum ſupplicare: recordare em̄ uel memento illi dicitur, q nullius aliquādo potuit obliuiſci. Nō enim ut ad memoriā redeat diuinitas cōmonetur, corā qua omne præteritum & futurum ſemper præſens eſt. Non eſt dignum in illa maieſtate
B ponere obliuionis iniuriam: ſed ideo recordari uel meminiſſe poſtulat̃, ut cito auxilium indigētibus conferat: & palam faciat quod antea fuit occultum. Has em̄ Tropologias frequēter in ſcriptu-
Gen.9.c. ris diuinis inuenies, ut eſt illud in Geneſi: Recorda-
Exo.6.a bor fœderis mei. Vel in Exodo: Recordatus eſt do-
Ibidem.32.c minus pacti quod pepigerat cū Abraham, Iſaac, & Iacob. Siue illud quod Moyſes ad deū dicit: Recordare Abraham, Iſaac, & Iacob. Recordare, īquit, domine quid acciderit nobis in calumnia uaſtationis, intuere & reſpice opprobrium noſtrum: quod paſſi ſumus ab his qui duxerunt nos quaſi ſeruos captiuos in terram alienam, & abuſi ſunt noſtri ad ſeruitium ſuum. b ¶Hæreditas noſtra uerſa eſt ad alienos: domus noſtræ ad extraneos. &c.) Cum diuerſæ gentes undiqꝫ congregatę, poſſident terram inclytam: quam promiſiſti patribus noſtris dare in poſſeſſionem. c ¶Pupilli facti ſumus abſque patre, matres noſtræ quaſi uiduæ. &c.) Quia defenſore deſtituti ſumus quaſi pupilli: nec perſonas habemus, quæ nobis nutriminis ſolatia ſolebant conferre: ſed quaſi uiduæ omni prouiſione ac conſolatione priuati ſumus. d ¶Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra precio &c.) Duo elementa in quibus maxime nutritur uita humana, & quorum uſus omnibus communis eſt, ſibi dicit propter captiuitatis penuriam difficilem eſſe adempta: ita ut nec aquam ad bibendum, nec ligna ad focum ſine precij redemptione habere poſſent. e ¶Ceruicibus minabamur: laſſis non dabatur req. &c.) More iumentorum ceruicibus ligatis ſeminari dicit: quia hoſtis eorum, nullam dominationem ſui habere permittit, ſed trahuntur quocunque impetus dirigentis uoluerit: nec laſſis ad refrigerandum, ulla datur facultas, et unde ſolatiū quæſierunt, mox ſubdit dicens. f ¶Aegypto dedimus man. &c.) Semp em̄ Iſraëlitæ auerſi ſunt cordibus in Aegyptū, & ab Aſſyrijs ſæpius auxilia petebāt. Vnde merito ab eis ſunt flagelati: quibus deſerto deo propter cupiditatē terrenam, elegerunt eſſe D ſubiecti. Iuxta Allegoriā uero hæc querimonia con- Allego. uenit his qui propter peccata ſua uirtutibus ſpoliati, traditi ſunt in manus hoſtium ſpiritualium: & maxime Iudæis, qui poſt Chriſti aduentum innitētes ueteri traditioni, ipſam legem Moyſi & benedictionem paternam quam hæreditario iure uidebātur poſſidere, perdiderunt, & data eſt gētibus, quæ in Chriſto crediderunt: quia in ſemine Abrahę benedicentur omnes cognationes terræ. Vnde repugnantibus illis & contradicentibus prædicationi Pauli & Barnabæ, reſponſum eſt: Vobis oportebat Act.13.g primum prædicare uerbum dei: ſed quia repuliſtis illud: ecce conuertimur ad gentes. Iſti ergo quaſi pupilli facti ſunt abſqꝫ patre: quoniam deum uerum patrem habere renuerunt, & alium patrem elegerunt. De quo ad illos dictum eſt: Vos ex patre Ioan.8.f diabolo eſtis. Horum matres nimirum ſynagogæ, factæ ſunt quaſi uiduæ: quia priorem uirum, hoc eſt, deum propter fornicationem idololatriæ habere non meruerunt. Hi aquā ſcientiæ uoto diſcendi, quaſi pecunia ad bibendū redimunt: ſed quia Chriſtum in ea non inueniunt, æterna ſiti diſpereunt: ſemper quidem diſcentes, & nunqꝫ ad ſcientiam ueritatis peruenientes. Similiter etiam ligna precio cōparant, cum exercendis uirtutibus operam dant.

Sed

> a & Aſſyrijs, ut ſaturaremur pane. Patres no-
> ſtri peccauerũt & non ſunt, & nos iniquitates
> b eorum portauimus. Serui dominati ſunt no-
> ſtri: non fuit qui redimeret de manu eorum.
> c In animabus noſtris afferebamus panem
> d nobis a facie gladij in deſerto. Pellis no-
> ſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempe-
> e ſtatum famis. Mulieres in Sion humiliaue-
> runt, uirgines in ciuitatibus Iuda. Principes
> manu ſuſpenſi ſunt: facies ſenum nõ erubue
> runt. Adoleſcentibus impudice abuſi ſunt:
> f & pueri in ligno corruerunt. Senes defece-
> runt de portis: iuuenes de choro pſallẽtium.
> g Defecit gaudium cordis noſtri: uerſus eſt in
> luctum chorus noſter. Cecidit corona capi-
> tis

E Sed quia ardorem charitatis in eo habere deſpiciũt in uacuum totum laborem expendunt. Hos quidẽ ſcribæ eorũ & Phariſæi ꝑ uarias ſectas & traditiões inutiles, ceu ceruicibus iunctis minabant: nec laſſis in eo dabant requiẽ. Et quoniã Aegypto ſpirituali & Aſſyrijs propter gulam ſeruire magis q̃ deo eligunt, æterna egeſtate peribunt. Sic enim patres eorũ terrenis negocijs atq; uoluptatibus dediti fecerunt: & filij eorũ adhuc facere nõ deſinũt. Ideo ſequitur. a ¶Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt: & nos iniquitates &c.) Ideo iniquitates eorum portauerunt, quia imitatores eorũ in nequitia extiterunt: iuxta illud quod ſcriptum (Hier. 31.c) eſt: Patres nr̃i comederunt uuam acerbam, & dẽtes filiorum obſtupuerunt. (Exo. 20.a) Et in Exodo: Ego ſum, ait, dñs deus tuus æmulator, qui reddo peccata patrũ ſuper filios uſq; ad tertiam & quartam generationem, his qui oderunt me, & faciam miſericordiam in milia his qui diligunt & cuſtodiunt præcepta mea. F Nec cõtrarius eſt iſte locus illi teſtimonio Ezechielis (Ezech. 18.a), ubi dicitur: Filius aũt non portabit iniquitatem patris: nec pater iniquitatẽ filij: quia mox ſequitur: Iuſticia iuſti erit ſuper eum. b ¶Serui dñati &c.) Seruos appellat gentiles, qui idolis ſeruiebant, & dæmonibus immolabant: in quorum dominium propter peccata ſua traditi ſunt Iſraëlitę, qui quõdam fuerunt in loco filiorum deputati. Vnde ſcriptum eſt: Ex Aegy- (Oſee. 11.a) pto uocaui filiũ meũ primogenitũ Iſraël. Nec fuit qui redimeret illos de manibus eorũ. Quoniam defenſorem & liberatorẽ deũ habere non meruerunt. c ¶In animabus noſtris afferebamus panem nobis à facie gladij in &c.) Hoc eſt cũ animarũ noſtrarum periculo quæſiuimus nobis uictum in deſerto gentium cõſtituti. Merito ergo ſeruis ſubijcitur qui libertatẽ ſponte perdidit. Si eñ in Chriſtũ Iudæi crederent, uere liberi eſſent: & pane uitæ paſti, periculum animarum ſuarum ueraciter deuitarent. Nunc aũt quia uerum liberatorẽ ſpreuerunt: imò crucifixerunt, de terra ſua eiecti, uagi & profugi in toto uerſantur orbe, & ſedibus incertis diſcurrentes, ui- (Gene. 4.b) ctum cum periculo uitæ acquirunt. Quod bñ Cain parricida præfigurabat: cui data eſt ſententia: ut uagus & profugus, pauens & tremens, per loca uaria diſcurreret: nec uſq; tutus & ſecurus maneret. d ¶Pellis noſtra quaſi clibanus &c.) In pelle exuſta deformitatem obſcœnam oſtendit, quam fame & ſiti & nuditate inter hoſtes poſiti paſſi ſunt. Clibanus eſt coquendis panibus ænei uaſculi deducta G rotunditas, quæ ſub urentibus flãmis ardet intrinſecus. In qua ſimilitudine merito peccatores Iudæi ponuntur, qui in futuro iudicio, & mœrore animi & pœnali excruciatione torquendi ſunt: quia contra regulas dñi obſtinata mẽte uixerunt. Vnde ſcri- (Pſal. 20.b) ptum eſt in Pſalmis: Pones eos ut clibanũ ignis in tempore uultus tui. Tẽpus uero uultus domini, dies iudicij eſt, quã do filius hominis uidebitur ab hominibus: ſed ſoli eum iuſti etiam diuinitatis ſuæ cõtemplatione reſpiciũt. Veraciter eñ fame cõficitur, quiſquis cœleſti pane ſatiari non meretᷣ. e ¶Mulieres in Sion humilia. &c.) Diuerſas ſpecies calamitatis enumerat, quas gens nefanda in deuaſtatione Chaldæorũ ſiue Romanorũ perpeſſa eſt. Ibi eñ mulieres eorum cõnſtupratæ ſunt, uirgines ĩ ciuitatibus oppreſſæ, prĩcipes manibus uincti: ſenes ſine honore, adoleſcentes & pueri in turpis officij abuſione. Hoc eñ ideo eis contingit, quia creatorẽ H ſuum honorare noluerunt, ſed falſis dijs atq; ſimulacris humana arte cõfictis, diuinum honorẽ impartierunt: ut qui propter libidinẽ ſuam in cultura falſorum deorũ impudice uixerũt, hoſtium manibus traditi, omni turpitudine & cõfuſione afficerentur. Sed iuxta Allegoriam, quiſquis ſæuitiam ſpiritualium hoſtiũ intelligit ueraciter, ingentẽ confuſionẽ quã in animabus ſua fraude deceptis gerunt agnoſcit: ubi omnis impudicitia atq; immundicia, inſolẽtia & inhoneſtas regnat: ubi tot apparent confuſiones, quot ſunt uitiorum facies. f ¶Senes defecerũt de portis, iuuenes de choro pſallentium &c.) Nec enim ibi poteſt maturitas eſſe cõſilij, ubi nullus eſt ordo iudicij: nec pſallentium chorus ibi conſiſtere poteſt, ubi dolor & gemitus pręſens eſt. Muſica eñ in luctu, ut quidam ait, importuna narratio. Vnde & ſequitur. g ¶Defecit gaudiũ cordis noſtri: uerſus &c.) Bene ergo ibi dicitur chorum in luctum conuerſum eſſe, ubi conſtat gaudiũ cordis defeciſſe & honorem uerę religionis perijſſe: quia ubi nõ eſt lætitia mẽtis, fruſtra ſonat melodia carminis. Vnde ꝓpheta ex perſona captiuorũ in pſalmis ait: (Pſal. 136) Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur Siõ, in ſalicibus in medio eius ſuſpẽdimus organa noſtra. Et quia propheta luctum ſibi inditum, & gloriam depoſitam conqueſtus eſt, cauſam addit afflictiõis ſuæ & doloris: Væ, inquit, nobis quia peccauimus. Peccato enim commiſſo & non per condignam pœnitẽtiam & correctionem uitæ emẽdato: merita uindicta ſucceſſit: quia quod homo



> a tis noſtri: uæ nobis quia peccauimus. Pro-
> pterea mœſtum factum eſt in dolore cor no
> ſtrum: ideo contenebrati ſunt oculi noſtri.
> b Propter montem Sion, quia diſperijt uul-
> c pes, ambulauerunt in eo. Tu autem domi-
> ne in æternum permanebis: & ſolium tuum
> in generatione & generationem. Quare in
> perpetuũ obliuiſceris noſtri? ne derelinquas
> d nos in longitudine dierũ. Conuerte nos dñe
> ad te: & conuertemur: innoua dies noſtros
> e ſicut à principio. Sed proijciẽs repuliſti nos:
> iratus es contra nos uehementer.

A homo pœnitendo nõ corrigit, diuinæ ultionis ſententiam expectabit: atteſtãte Apoſtolo qui ait: (Rom. 2.a) Exiſtimas ò homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ & longanimitatis contẽnis? ignoras quoniam benignitas dei te ad pœnitentiam adducit? a ¶Propterea mœſtum factum eſt in dolore cor noſtrũ, ideo contenebrati ſunt &c.) Rectæ ergo ꝓpter peccatum, mœſtum cor factum eſſe dicitur: quia ubi iniquitas premendo inſidet cordi: ibi non eſt habitatio ſpiritus ſancti: ſed animus totus caligine obſcuratur peccati: cũ in eo dedignatur ſplẽdorem ſuum infundere gratia ſummi paracleti. Spi- (Sap. 1.b) ritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum: & in maliuolam animam nõ introibit ſapientia. Nam aliam adhuc ſubiungendo pandit mœroris cauſam. b ¶Propter montem B Sion, quia diſperijt uulpes: ambulauerunt in eo.) Iuxta hiſtoriam ergo digna fuit doloris mœſticia: quod in loco ubi ſanctuarium domini cõſtitutum erat: & cultura dei celeberrima, beſtiarum ibi fuerũt latibula. Secundum Allegoriam autem non minus imò magis dolẽdum eſt, quod in anima Chriſtiana ubi contemplatio fuit diuina, erroris regnet inſipiẽtia. Vulpes enim non alios quàm hæreticos ꝓpter dolum & calliditatem intelligere debemus, qui ubicunq; cum dogmate ſuo intrauerint totum animũ turbant, & tenebris erroris obcæcant. c ¶Tu autem domine in æternum permanebis: & ſoliũ &c.) Enumerata multitudine tribulationum, quas ſupra retulit propheta, æternam domini potẽtiam & maieſtatem & ſolium eius, uerbis ſimplicibus commemorãdo prædicat: quatenus eum humili petitione ad miſerãdum prouocet ad accelerationem opportuni auxilij: ne diu ſub hoſtium dominatione conſtituti, penitus deſperatione deficiant. Quod autem dicit: Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri? more humano loquitur, quod quaſi oblitus omnino ſpernere uideatur, qui eis cito non auxiliatur: cum alibi de eo ſcriptum ſit: Non in finem iraſcetur. Et (Pſa. 102.b) iterum: Non repellit dominus plebem ſuam. Non (Ibid. 94.a) enim Iudaicam plebẽ dominus ita repulit, ut ultra eis miſereri nolit: ſed cæcitas ex parte contingit in Iſraël, donec plenitudo gentium ſubintraret. Nunc C quoq; quotidie, ſicut dudum fecerat, aliquos ad fidem Chriſti, & eccleſiaſticam unitatem conuertit, ut electio ſalua fiat: nam ex ipſa plebe quam ſibi dominus in patribus cognoſcitur elegiſſe: extiterunt prophetæ: inde ſunt & Apoſtoli multi fideles, qui domino ſyncera mente crediderũt: ſicut doctor gentium teſtatur, dicens: Nunquid repulit dominus plebem ſuam quam (Rom. 11.a) præſciuit? Abſit: nam & ego Iſraëlita ſum ex ſemine Abraham de tribu Beniamin, et reliqua. Sed unde eis uera ſalus prouenire poſſit, ſubiungendo manifeſtat. d ¶Cõuerte nos domine ad te & conuertemur: innoua dies &c.) Quẽ enim dominus cõuerterit, ille ueraciter ſaluus erit: quem aũt ipſe deſpexerit, nemo corrigere poterit. Quod autem dicit: Innoua dies noſtros ſicut à principio: hoc poſtulare uidetur: ut ſicut à principio primos patriarchas eorum Abra- D ham, Iſaac, & Iacob plena fide & dilectione ſibi eſſe fecit deuotos: ita & ipſos eodem munere ſibi fideles ac deuotos facere dignetur. Quod in aduentu Heliæ per Malachiam prophetam illis promiſſum eſſe (Mala. 4.b) plerique arbitrantur, ubi dicitur: Ecce ego mittã uobis Heliam prophetam, antequàm ueniat dies domini magnus et horribilis: & conuertet cor patrum ad filios: & cor filiorum ad patres eorum, ne forte ueniam & percutiam terrã anathemate. e ¶Sed proijciens repuliſti nos: iratus es contra nos uehementer.) Non enim hæc quaſi deſperando de ſalute populi ſui locutus eſt: ſed ut dolorem ſuum nimium de contritione & abiectione diutina gentis ſuæ manifeſtaret. Vidit enim prophetico ſpiritu quod ipſi Iudæi in aduentu Chriſti non eſſent credituri: ſed euangelio contradicturi: & ipſum hæredem morte tradituri, ſicut in pleriſq; locis iſtius libri ante declarauit. Cæterum de conuerſione eius ultima nullo modo dubitauit: ſed pleniſſime credidit: quod in ſemine Abrahæ benedicentur omnes cognationes terræ: in qua uniuerſitate nimirum & ipſi Iudæi comprehenduntur.

Commentariorum in lamentationes Hieremiæ prophetæ, Finis.

E

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMmentariorum Ezechielis ad Euſtochium procemium.

G

Finitis in Eſaiam decem & octo explanationū uoluminibus: ad Ezechiel, quod tibi & ſanctæ memoriæ matri tuæ Paulæ ò uirgo Chriſti Euſtochium ſæpe pollicitus ſum, tranſire cupiebam: & extremā, ut dicitur, manū operi imponere ꝓphetali: & ecce ſubito mors mihi Pammachij atq; Marcellæ, Romanæ urbis obſidio, multorumq́; fratrū & ſororū dormitio nunciata eſt. Atq; ita cōſternatus obſtupui: ut nihil aliud diebus ac noctibus niſi de ſalute omniū cogitarē: meq́; in captiuitate ſanctorū putarem eſſe captiuum: nec poſſem prius ora reſerare, niſi aliquid certius diſcerē: dum inter ſpem & deſperationē ſollicitus pēdeo: aliorumq́; malis me crucio. Poſtq; uero clariſſimū terrarū omniū lumen extinctum eſt: imò Romani imperij truncatum caput: & ut uerius dicam, in una urbe totus orbis interijt: obmutui & humiliatus ſum: & ſilui de bonis, & dolor meus renouatus eſt: concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exarſit ignis: nec putaui illam ſentētiam negligendam: muſica in luctu importuna narratio. Verum quia & tu indeſinēter hoc flagitas: & magno uulneri cicatrix paulatim obducitur: ſcorpiusq́; inter Enceladum & Porphyriū Trinacriæ humo premitur: & Hydra multorꝝ capitum cōtra nos aliquando ſibilare ceſſauit: datumq́; tēpus quo nō hæreticorum reſpōdere inſidijs, ſed ſcripturarū expoſitioni incumbere debeamus: aggrediar Ezechiel ꝓphetam, cuius difficultatē Hebræorum ꝓbat traditio. Nam niſi quis apud eos ætatem ſacerdotalis miniſterij: id eſt, triceſimū annū impleuerit: nec principia geneſeos, nec canticum canticorum, nec huius uoluminis exordium, & finem legere permittitur: ut ad perfectam ſcientiam & myſticos intellectus, plenum humanæ naturæ tempus accedat. Quod opus ſi per domini miſericordiam ad calcem uſq; perduxero: tranſibo ad Hieremiam qui in lamentationibus ſuis ſub typo Hieruſalem quatuor plagas mundi, quadruplici plangit alphabeto.

F

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber primus.

H

a Et factvm est in triceſimo anno, in quarto in b quinta menſis. Cum[b] eſſem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar: aperti ſunt cœli & uidi uiſiones dei in quinta menſis: ipſe eſt annus quintus tranſmigrationis regis Ioachin.

Factum

Et factū eſt in triceſimo anno, in quarto in qnta menſis.) Triceſimus annus, non ut pleriq; exiſtimant ætatis prophetæ dicitur: nec iubilei qui eſt annus remiſſionis, ſed à duodeuiceſimo anno Ioſiæ regis Iuda: (4.Reg.22.b) quando inuētus eſt liber Deuteronomij in tēplo dei, (2.Para.34.c) uſq; ad quintum captiuitatis ānum Ioachin cognomento Iechoniæ, (4.Reg.24.d) qui cum matre ductus eſt in Babylonem: et cum Daniele tribusq́; pueris, & Ezechiel: quæ eſt tribus Iudæ prima captiuitas: quando ſtillauit ira dei ſuper Hieruſalem. Secundū Anagogen uero præfiguratur dn̄s atq; ſaluator, (Luc.3.e) qui triginta annos natus uenit ad baptiſmum, quæ in homine perfecta ætas eſt. Vnde & in Numerorum uolumine iuxta Hebræos, (Nume.4.) non ut in Lxx. continetur, à uiceſimo quinto ætatis anno, ſed à triceſimo incipiunt ſacerdotes in tabernaculo miniſtrare. (Gen.41.f) In quod ſignum præceſſit & Ioſeph quando in Aegypto eſurienti populo frumenta largitus eſt: & Ioannes baptiſta uenit ad fluenta Iordanis: (Luc.3.e) prædicauitq́; baptiſmum pœnitentiæ. Quodq́; ſcriptū eſt: in quarto, pendente ſentētia ſubauditur, menſe. Statim enim ſequitur, in quinta menſis. Quod ut manifeſtius fieret: ſupra addidere Lxx. b ¶Cū eſſem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar &c.) Captiuum ſediſſe populum ſuper flumina Babylonis: Dauid prophetat in ſpiritu: Sup flumina Babylonis ibi ſedimus et fleuimus. (Pſal.136.a) Chobar autē, aut nomen eſt fluminis: aut certe iuxta interpretationem ſuam, qua in graue uertitur: Tygrum ſignificat & Euphratē: & oīa magna & grauiſſima flumina quæ in terra Chaldęorum eſſe perhibētur. Apertosq́; cœlos nō diuiſione firmamenti: ſed fide credentis intellige: eo quod cœleſtia ſint illi reſerata myſteria. Vnde & in baptiſmate ſaluatoris, quādo ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendit ſuper eum: (Matth.3.d) apertos cœlos legimus: quibus reſeratis panduntur uiſiones dei: nō una uiſio ſed plures: dicente dn̄o per prophetam: Ego uiſiones multiplicabo, & in manibus prophetarū aſſimilatus ſum. (Oſee.12.e) Iſtæ ſunt uiſiones quas omnis Ezechielis prophetia contexuit. Significantiusq́; iuxta Hebræos & cæteros interpretes tranſmigratio dicitur Ioachin, & nō captiuitas: quod Lxx. trāſtulerūt. Non enim captus urbe ſuperata: ſed uolūtate



A

a Factūm[a] eſt uerbum domini ad Ezechiel filium Buzi ſacerdotem in terra Chaldæorum, ſecus flumen Chobar.

| b HEB. | SEP. |
| --- | --- |
| Et facta[b] eſt ſuper eum ibi manus c domini. Et uidi[c], et ecce uētus turbinis ueniebat ab aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens: & ſplendor in circuitu | Et facta eſt ſuper me manus dn̄i. Et uidi, & ecce ſpūs auferens (ſiue attollēs) ueniebat ab aquilone: & nubes magna in eo: et ignis micās & ſplēdor in circuitu |

C

tate ſe tradens, ductus eſt in Babylonem. Igitur Ioachin, id eſt Iechoniæ dicatur prima tranſmigratio: Sedechiæ autem ſecunda, uel extrema captiuitas. a ¶Factum eſt uerbum domini ad Ezechiel filium Buzi ſacerdotē in terra Chaldæorum &c.) Et Danieli & Ezechieli qui in Babylone erant iuxta flumina futurorum ſacramenta panduntur ſuper aquas, imò in aqs puriſſimis: ut baptiſmatis potentia mōſtraretur. Alioquin & Apoſtolus Paulus quando ab Anania lotus in domino eſt: (Act.9.c) tegētibus prius oculos eius ſquamis, caruit cæcitate. Et in Geneſi, prima quæ uiuerēt, de aquis egreſſa ſunt. Illud quoq; intelligendum, quod in triceſimo ætatis ſuæ anno dominus ad baptiſma uenerit: in quarto menſe, qui apud nos uocatur Ianuarius: eſt in anni primus exordio, præter niſan menſem nouorum, in quo paſcha celebratur. Apud orientales enim populos, poſt collectionem frugum & torcularia; quando decimæ deferebantur in templum. October erat primus menſis, & Ianuarius quartus. Quintam autem diem menſis adiungit: ut ſignificet baptiſma, in quo aperti ſunt Chriſto cœli: & epiphaniorum dies hucuſq; uenerabilis eſt: nō ut quidam putant natalis in carne: tunc enim abſconditus eſt & non apparuit: Quod huic tempori congruit, quando dictum eſt: (Matth.3.d) Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. Porrò Buzi in linguam noſtram uertitur ſpretus atq; contemptus: (בוזי) (יחזקאל) Ezechiel roboratus à deo. Qđ ſic domino coaptabitur; ut dicamus creatorem mundi qui pater eſt ſaluatoris, ab omnibus hæreticis ſperni atque contemni: qui uetus non recipiunt teſtamentum. Nec mirum robuſtum dei eſſe dominū: (1.Cor.1.d) cum ipſe ſit dei uirtus, deiq́; ſapientia. b ¶Et facta eſt ſuper eum ibi manus domini.) Vt cernere uiſiones dei & intelligere poſſimus: manu & fortitudine dei ſuper nos opus eſt. In qua manu & brachio, eductus eſt populus Iſraël de Aegypto: cuius fortitudinis partem etiam magi intellexerunt, dicentes: Digitus dei eſt. (Exod.8.c) Et ſaluator in euangelio; Si ego in digito dei eijcio (Luc.11.c) dæmonia. Pro quo in altero euāgelio ſcriptum eſt: (Matth.12.c) Si ego in ſpiritu dei eijcio dæmonia. c ¶Et uidi, & ecce uentus turbinis ueniebat ab aquilone & nubes magna &c.) In conſolationem populi tranſmigrantis & reuelationem ſententiæ dei: propheta uidet maximam uiſionem. In cuius interpretatione omnes ſynagogæ Iudæorum mutæ ſunt, ultra hominem eſſe dicētium: & de hac & de ædificatione tēpli quod in ultimo ꝓphetiæ huius ſcribitur, aliquid uelle conari. Nos autem quæ à maioribus accepimus: & iuxta modū ingenioli noſtri, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes, ſuſpicari magis poſſumus quàm explanare: Beniuolis credimus fidiſq́; lectoribus ueniam deprecantes: ut temeritati imò fidei neſcienti mēſuram ſuam, faueant magis quàm iraſcantur. Ac primum ſciendum, ſpiritum auferētem ſiue attollentem: quē nos iuxta Aquilam interpretati ſumus, uentum turbinis; & iuxta Symmachum & Theodotionem flatum ac ſpiritum tempeſtatis, ab alijs in bonā, ab alijs in contrariā partem accipi. Verbum eīn Hebraicum רוח pro locorum qualitate: uel ſpiritus, uel anima, uel uentus accipitur. Spiritus, ut ibi; Emitte ſpiritum tuū (Pſal.103.d) & creabuntur. Anima: Egredietur ſpiritus eius & reuertetur in terrā ſuā. Ventus: In ſpiritu uiolento conteres naues Tharſis. Et alibi: Ignis & ſulphur & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. Qui uētum & flatum tempeſtatis legunt: hoc ſentiūt, iram & furorem dei uenire ab aquilone: hoc eſt Nabuchodonoſor, & Hieruſalem poſt ſex annos huius uiſionis eſſe capiendam. Cernitur enim uiſio quinto anno tranſmigrationis regis Ioachin, qui & Sedechiæ regnāti in Hieruſalē quintus erat: quē legimus poſt ſex ſimiliter annos, id eſt anno undecimo imperij ſui: urbe capta ductum in Babylonem. His ergo qui habitabant propè flumen Chobar, & ſpōte ſe regi tradiderant: reuelatur quod benefecerint obedire ſententiæ dei. In breui enim & Iudæam ꝓuinciam, & urbem Hieruſalem eſſe capiendam. Quodq́; nubes magna deſcribitur; intelligimus eā imbres euerſionum ſuper Iudæam pluuiasq́; alliſionum portare. Et inuolutus ignis, monſtrat uentura ſupplicia, & captiuitatis mala. Splendorq́; in circuitu eius: ſignificat dei aperta iudicia. Qui autem in contrariam partem ſentiunt, hoc eſt, bonam: ſpiritū auferentem ſiue extollentem, ſpiritum ſanctum intelligunt: qui auferat ab hominibus uitia atq; peccata, ſiue iacentes attollat ad ſublimia: faciatq́; recedere ab aquilone uento frigidiſſimo, à quo exardeſcūt mala ſuper omnem terram: (Eccli.43.b) Et in Hieremia, olla illa terribilis à facie aquilonis accenditur. (Hiere.1.c) Nubē quoq; magnam ad perſonam Chriſti referunt: qui uenit in Aegyptum huius ſeculi ſuper nubem leuem: magnamq́; proprie dici ad comparationem minorum prophetarum uidelicet & apoſtolorum omniumq́; ſanctorum: de quibus ſcriptum eſt; Et ueritas tua (Eſa.5.b) uſq; ad nubes. Et, Mandabo nubibus ne pluant ſuper Iſraël imbrem. (Naum.1.a) Et alibi; Nubes puluis pedum eius. (Pſal.96.a) Et iterum; Nubes & caligo in circuitu illius. Ignem quoq; micantem & ſplendorem in circuitu eius: iuxta illud accipi quod ſcriptū eſt: Deus ignis conſumens eſt. (Deut.4.d) Ad quem mittendum ſuper terram

B

D

E ſaluator ueniſſe ſe dicit;& in nobis omnibusq; credentibus ardere deſiderat;qui cum terrorem peccatoribus inferat atq; ſupplicia;tamen ſplendore rutilet,& lumine ac fulgore ſit plenus,Idcirco nos excoquens, ut puris atq; purgatis tribuat lætiora. (Luc.12.f)

a ¶Et ĩ medio eius quaſi uiſio electri: in medio ignis.)Quodq; ſequitur: Et ſplendor in eo: obelo prænotandum eſt. Niſi addidiſſet ſcriptura dicẽs;id eſt,de medio ignis: propter ambiguitatẽ uerbi errare poteramus: ut putaremus ſpeciẽ uel uiſionem electri eſſe in medio uẽti uel ſpiritus,Ergo hoc ſentiẽdum, quod in medio ignis & tormẽtorum dei, electri ſimilitudo ſit: quod eſt auro argentoq; precioſius: ut poſt iudiciũ atq; tormenta,quæ patiẽtibus triſtia uidentur et dura,precioſius electri fulgor appareat: dum prouidentia dei omnia gubernantur;& quæ putatur pœna medicina eſt.

F b ¶Et in medio eius ſimilitudo quatuor &c.) In medio eius ſubauditur quidem electri;Sed melius ut ignis intelligamus;qui credentibus lumẽ, incredulis ſuppliciũ eſt. In huius ergo ignis medio erat ſimilitudo quatuor animalium;ſimilitudo non natura;quatuorq; animalium quæ poſtea dicũtur quadriformia;una ſimilitudo eſt hominis;ut omnia in mundo rationabilia demonſtrentur. Faciamus enim,inquit,hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,Imago autem & ſimilitudo dei, non eſt corporis forma,ſed mentis;deſcripta ad ſimilitudinem ueræ imaginis Chriſti qui eſt imago dei inuiſibilis,Hæ rationales creaturæ in quatuor uerſantur locis;ſiue propter quatuor cardines mũdi quibus orbis includitur;ſiue propter quatuor loca,cœleſtium,terreſtrium, & infernorum, & ſupercœleſtium;de quibus & Paulus Apoſtolus loquitur:Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur;cœleſtium terreſtrium,& infernorum. De tribus, Pauli teſtimonium eſt.Videamus & quartum. Laudate dominũ cœli cœlorum,& aqua quæ ſuper cœlos eſt,laudet nomen dñi.Rurſumq; ab Apoſtolo dicũtur cœleſtia;& alia ſupercœleſtia. (Philip.2.b; Pſal.148.a; 1.Cor.15.e)

c ¶Quatuor facies uni, & quatuor pẽnæ uni &c.)De quatuor animalibus, quorum aſpectus erat ſimilitudo hominis;ita duntaxat ut ſingula haberent quaternas facies, & quaternas alas,pedesq; rectos;& plantam pedis, quaſi ueſtigiũ pedis uituli;ſiue ut interpretatus eſt Aqla, rotundam;quod Lxx.penitus omiſerunt;de ſcintillis quoq; æris ſplendore rutilantibus;& de leuibus pẽnis eorũ,quod in Hebraico nõ habetur;de manu quoq; hominis ſub alis eorum in quatuor partes;et

G reliquis quæ propheticus ſermo deſcribit;conabimur quid nobis uideatur dicere;cum opiniões ſingulorum breuiter ſtrinxerimus. Quidam quatuor euangelia,quos nos quoq; in procemio commẽtariorum Matthæi ſecuti ſumus;horum animaliũ putant nominibus deſignari;Matthæi, quod quaſi hominẽ deſcripſerit: Liber generatiõis Ieſu Chriſti,filij Dauid,filij Abraham. Leonis, ad Marcũ referunt;Initium euãgelij Ieſu Chriſti filij dei,ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta;Vox clamãtis in deſerto,parate uiã domini; rectas facite ſemitas eius. Vituli, ad Lucæ euãgelium, quod à Zachariæ ĩcipit ſacerdotio. Aquilæ,ad Ioannis exordium: qui ad excelſum euolans cœpit;In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum;& deus erat uerbũ;Super quo quid nobis uideretur; in ſupra dicto opere diximus;pleniusq; in Apocalypſi Ioannis horum animãtium ſpecies ac nomina referuntur ad quatuor euangelia. Quibus quomodo poſſit omnium animalium deſcriptio coaptari; tentabimus ſuo loco dicere. Alij uero qui philoſophorũ ſtultam ſequuntur ſapiẽtiam;duo hemiſphæria in duobus templi Cherubim,nos & Antipodas quaſi ſupinos & cadentes homines ſuſpicantur. Pleriq; iuxta Platonem, rationale animæ & iraſcitiuũ & concupiſcitiuum;quod ille λογικὸν & θυμικὸν & ἐπιθυμητικὸν uocat;ad hominem & leonem ac uitulũ referunt: rationem & cognitionem & mentem, & conſilium,eandemq; uirtutem atq; ſapiẽtiam in cerebri arce ponentes;feritatem uero & iracundiam atq; uiolentiã in leone;quæ conſiſtat in felle. Porrò libidinem,luxuriam & omnium uoluptatum cupidinem in iecore;id eſt,in uitulo qui terræ operibus hæreat. Quartamq; ponũt quæ ſuper hæc & extra hæc tria eſt;quam Græci uocant σωτήρησιν, quæ ſcintilla conſcientiæ in Cain quoq; pectore poſtq; eiectus eſt de paradiſo nõ extinguitur;& qua uicti uoluptatibus uel furore ipſaq; interdum rationis decepti ſimilitudine,nos peccare ſentimus. Quã proprie aquilæ deputant,non ſe miſcẽtẽ tribus;ſed tria errantia corrigentem quã in ſcripturis interdũ uocari legimus ſpiritum,qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus;Nemo eñ ſcit ea quæ hominis ſunt;niſi ſpiritus qui in eo eſt. Quẽ & Paulus ad Theſſalonicenſes ſcribẽs;cum anima & corpore ſeruari integrum deprecatur. Et tamen hanc quoq; ipſam conſcientiam, iuxta illud quod in prouerbijs ſcriptum eſt;Impius cum uenerit in profundũ peccatorum contemnit; cernimus præcipitari apud quoſdã (Eſa.40.a; H; Apoc.4.; 1.Theſ.5.d; Prouer.18.a)

HEB. eius,Et de medio eius quaſi ſpecies electri: id eſt, de medio ignis.

SEP. cuitu eius. Et in a medio eius q̃ſi uiſio electri ĩ medio ignis ÷ & ſplẽdor in eo.

b Et in medio eius ſimilitudo quatuor animalium;& hic aſpectus eorum; ſimilitudo hominis in eis.

c HEB. Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni, & pedes eorum pedes recti: & planta pedis eorum quaſi planta pedis uituli; & ſcin-

SEP. Et quatuor facies uni: & quatuor alæ uni: & crura eorum recta;& pennati pedes eorum. Et ſcintillæ quaſi fulgurans æramentum



A quoſdam & ſuum locum amittere;qui ne pudorem quidem & uerecundiã habẽt in delictis, & merẽtur audire:Facies meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Hanc igitur quadrigam in aurigæ modum deus regit,& incõpoſitis currẽtem gradibus refrenat;docilẽq; facit, & ſuo parere cogit ĩperio. Quã diſputationem partium animæ;id eſt, hominis q minor mũdus ab iiſdem philoſophis appellatur, etiã nos attingemus. Sũt qui ſimpliciter ĩ quatuor animalibus iuxta Hippocratis ſententiam;quatuor arbitrantur elementa mundi mõſtrari, de quibus cõſtant omnia;ignẽ, aërem,aquã, terrã. Quæ quomodo ſibi miſceanẽ, & cũ ſingula ſint,ſibi iuncta uideantur inuicemq; ſe tangant;& in una perſona animantium quatuor ſpecies habeant ac figuras;non eſt propoſiti operis. Quatuor quoq; rotas de terrenis ad ſublimia cõſurgẽtes, ſingulis & quadriformibus iunctas animalibus;uel eorundem elementorum commixtionem æſtimant: uel quatuor temporum circulum;qui ternis conficitur menſibus;annumq; uertentem, qui ab eo quod ſemper uertatur & in ſe redeat,nomẽ acceperit. De quibus pulchre uno uerſiculo dictum eſt:Ver,æſtas, autũnus,hyems,& mẽſis & annus. Quodq; dicitur,erat rota in rota;annum in anno ſignificari putant. De quo alius Poëta;Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus. Firmamenti etiam ſimilitudinem Cryſtallo comparatam,cœlum hoc quod ſuſpicimus intelligi uolunt;ſub quo uoluuntur & trãſeunt quatuor animantia. Thronumq; coloris ſapphiri,& ſedentem deſuper hominem ſub humana ſimilitudine;imperium cuncta regẽtis omniaq; habentis ſub pedibus ſuis,omnipotentiæ dei deſcribi autumant; diciq; ad extremum;Hæc uiſio ſimilitudinis gloriȩ dei;per quæ quaſi per picturam quandam & imaginem,prouidentiam demonſtrari. Quodq; pedes animantium recti eſſe dicantur,& planta pedis uituli ſeu rotunda;terrena quæq; ad cœleſtia ſubuolare;& omnibus angulis amputatis,rotunditatem ſequi;quæ omnium figurarum pulcherrima eſt;Scintillas rutilantes, cuncta plena luminis indicare;& manus hominis ſub pennis tam ipſius hominis q̃ leonis & uituli & aquilæ;ut ratio cuncta ſuſtentet, ac de humilitate terrena ad cœleſtia ſubleuet. Hæc & ad euangelia & ad cũcta quæ ſupra poſuimus referre poſſumus. Audiſſe me memini quatuor perturbationes,de quibus pleniſſime Cicero in Tuſculanis diſputat,gaudij,ægritudinis, cupidinis, & timoris;quorum duo præſentia,duo futura ſunt,per quatuor ſignificari animalia;de qbus & Vergilius (Hiere.3.b; B)

C breuiter: Hinc metuunt cupiuntq; dolentq;, gaudentq;: quæ regi debeant ratione & potentia dei: quibusq; oppoſitæ ſint;imò impoſitȩ uirtutes quatuor;prudentia,iuſticia, fortitudo, temperantia,ut harum gubernẽtur arbitrio. Quæ quomodo uultibus hominis,leonis,uituliq; & aquilæ coaptẽtur, omnino tacuerũt. Super quibus idẽ philoſophus & orator in tribus ad filium officiorum libris diſputat. Legi & cuiuſdam Catinæ quẽ Syrij λεπτὸν, id eſt, acutũ & ingenioſum uocant,breuẽ diſputatiunculam, putãtis caſtrorum ordinem duodecim tribuum deſcribi in ſolitudine, ad oriẽtem & occidentem: ſeptentrionem, & meridiem; quæ ſibi inuicem & charitate & conſanguinitate ſociẽtur;& hoc eſſe rotã in rota;quæ ducantur à ſpiritu, & nube protegantur in eremo,& columna ignis illuminentur in nocte;nec reuertantur in Aegyptũ; ſed ſemper ad terram repromiſſionis ire feſtinent. Electri autem in medio ſimilitudinẽ, interpretatur ſancta ſanctorum,faciemq; hominis refert ad totũ Iſraël;leonis ad regale ſceptrum Iudæ; uituli ad ſacerdotalem et leuiticam tribum;extra quæ ſit facies aquilæ,uindicta & ultio dei de cœlo cuncta proſpiciens;& quæ parata ſit laniare peccantem de qua & in Oſee dicatur;Sicut aquila ſuper domũ dei, id eſt, templum. Et in hoc eodem propheta;Aquilam magnam magnarum alarum & unguium;quæ habeat ductum intrandi in Libanũ;Nabuchodonoſor intelligi;quẽ & nunc ſignificet eſſe uẽturum;ac ſuper huiuſcemodi quadrigam inſtar aurigæ ſedere deũ; & facienda uel non facienda præcipere. Hoc autẽ, inquit,populo dicitur, qui in Babylone uerſatur; quod ſi deo colla ſubiecerit;ipſiusq; paruerit retinaculis;rurſum eius mereatur auxiliũ; & terram quã amiſerat recipiat. (D; Oſee.8.a; Infra.17.a)

a ¶Et facies & pẽnas per quatuor partes habebant &c.) Iuncta ſibi ſunt euangelia hærentq; mutuo;& in toto orbe uolitantia huc illucq; diſcurrunt;nec habent finem uolatus;nec aliquãdo ſuperãtur & recedũt, ſed ſemper ad ulteriora procedunt. Vnde & Paulus dicit;Præteritorum obliuiſcens,& in futurum me extẽdens. Hoc idem & de uirtutibus animi poſſumus dicere;& de uolatu temporum cõmixtioneq; elementorum: quod præterita relinquentes,ſemper ad priora feſtinent. Quod aũt tempora labantur & fugiant,breui uerſiculo demonſtratur;Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Et in carmine lyrico. Heu heu fugaces poſthume,poſthume labũtur anni. (Philip.3.c)

b ¶Similitudo autẽ uultus eorũ,facies hominis &c.) Facies principia dicit euãgeliorum;è quibus homo & leo;hoc

HEB. tillȩ quaſi aſpectus æris candentis. Et manus hominis ſub pẽnis eorum in quatuor partibus.

SEP. tũ;et leues pennæ eorũ: & manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus eorum.

a Et faciẽs & pennas per quatuor partes habebant;iunctæq; erant pennæ eius alterius ad alterum. Non reuertebantur cum incederẽt; ſed unumquodq; ante faciem ſuam gradiebatur. b Similitudo autem uultus eorum, facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor;facies autem bouis à ſiniſtris ipſorum

ipſorum quatuor:& facies aquilæ deſuper
a ipſorum quatuor. Et facies eorum & pennæ eorum extentæ deſuper: duæ pennæ ſingulorum iungebantur: & duæ tegebant corpora eorum. b Et unumquodq; coram facie ſua gradiebatur. Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cum ambularent.

HEB. Et ſimilitudo animalium & aſpectus eorũ quaſi carbonum ignis ardētiũ:& quaſi aſpectus lampadarũ. Hæc erat uiſio diſcurrens in medio animalium: ſplēdor ignis & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant et reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.

c SEP. Et in mẽdio animalium uiſio, ſicut carbonũ ignis ardentium: ſicut facies lampadarũ diſcurrentiũ in medio animalium: & ſplēdor ignis et ex igne egrediebatur, quaſi fulgur: & animalia currebant & reuertebantur quaſi ſpecies ζεβέκ.

Et uidi

E leo: hoc eſt, natiuitas Chriſti & ꝓphetæ uox tonantis in eremo dextras partes tenent. Vituli autem: id eſt, uictimarum & ſacerdotij Iudæorum, in ſiniſtris eſt: quod abolitum trãſiuit ad ſacerdotiũ ſpirituale: Pſal.109. de quo dictum eſt: Tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinē Melchiſedek: ita dũtaxat: ut omnia ſibi hæreant uno quoq; corpore cenſeantur. Aquila autem, quæ & ſuper natiuitatem & ſuper prophetiam eſt: quæ domini expletur aduentu, & ſuper ſacerdotiũ quod ꝓterijt, & extra hæc omnia eſt, de natiuitate referens ſpirituali; quomodo pater in filio, & filius in patre Eſa.53.c ſit. De qua rectiſſime dicitur: Generationē eius Apoc.4.c quis enarrabit? Iſta ſunt iuxta Apocalypſim, ut ante iam diximus, quatuor animalia plena oculis ante & retro: quorum unum animal ſimile leoni: & ſecũdum ſimile uitulo: F & tertium habere faciem quaſi hominis: & quartum ſimile aquilæ uolãtis. Ibiq; dicuntur in modum Seraphim ſenas habere alas: duabus faciem, & duabus pedes operientia: duabus autem uolantia: & nec in die: nec in nocte ceſſantia atq; dicētia: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus omnipotens: qui erat, & qui eſt, & qui uenturus eſt. a ¶ Et facies eorum & pennæ eorum extentæ deſuper: duæ pennæ ſingulorũ iungebantur: & duæ tegeb. &c.) Et ſupra diximus iuncta ſibi eſſe euangelia & tempora: & omnes ratiõales creaturas quatuorq; uirtutes: ita ut qui una caruerit, omnibus careat. Quodq; duæ extētę ſunt, & in altum ſe eleuant: prædicationem cœleſtem ſignificat, & omnia ad dei tendere maieſtatem. Duæ autem quibus teguntur corpora, humana excluditur ſcientia, nec perfectus præbetur intuitus: dicēte 1.Cor.13.c Apoſtolo: Ex parte cognoſcimus: & ex parte prophetamus. Cum autē uenerit quod perfectum eſt: deſtruentur ea quæ ex parte ſunt. b ¶ Et unumquodq; coram facie ſua gradiebatur. Vbi erat impetus ſpiritus illuc &c.) Luc.9.g Qui aratri ſtiuam tenet, non Gene.19.f debet reſpicere poſt tergum: nec imitari uxorem Lot: ne incidat in plagam Deuteronomij: & pereat 1.Reg.4.d ὀπισοτόνῳ inſanabili, quo cecidit & Heli: quia uitio filiorum offenderat deum: quanto magis quatuor animalia quæ plena erãt lumine atq; pennata: quæ ſequuntur ſpiritũ ſanctũ præcedentem: quæ ita per orbem uolitãt & ſe ad excelſa ſuſtollunt, ut corpora G ſua protegant pennis hiſtoriæ, nec nobis aſpectum tribuant pleniorem? Quod autem ſecundo dicitur: Non reuertebantur cum incederēt: utriuſq; inſtrumenti indicat ſacramentum, quod in quatuor iſtis animantibus & lex & euãgelium ad futura feſtinēt: & nunq; retro motũ accipiant. c ¶ Et in medio animaliũ &c. & ſplendor ignis & ex igne egrediebatur quaſi fulgur &c.) Quodq; ſequitur: Et animalia currebãt et reuertebãt quaſi ſpecies zebek: de æditione Theodotionis in Lxx. additum eſt. Qui, ne contra priores duas ſententias propheta dicere uideretur: hoc quod putabant eſſe contrarium, id eſt, & animalia currebant & reuertebantur, ſilendum putauerunt: ne legenti ſcandalũ facerent. Melius eſt autē in diuinis libris transferre quod dictum eſt: licet non intelligas quare dictum ſit; q̃ auferre quod H neſcias. Alioquin & multa alia quæ ineffabilia ſũt; & humanus animus capere nõ poteſt, hac licentia delebuntur. Nos autē hoc dicimus, quod quomodo in Prouerbijs in eodem loco ſcriptũ eſt: Ne reſpondeas ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam: ne ſimilis ei fias. Et rurſum ponitur quod nobis uidetur Prouer.26.a eſſe contrarium: Reſpõde ſtulto ſecundũ ſtulticiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe uideatur: & utrunq; ꝓ temporum & perſonarum diuerſitate concordat, dum & ſtultus cõtemnitur, quia nõ recipit ſapiētiam: & ſtulta ſuperbia alia decutitur ſtulticia: iuxta quod et 2.Cor.12.c Apoſtolus dicit: Factus ſum inſipiēs, uos me coëgiſtis: Ita & in hoc loco debere nos quærere quare ſupra ſecũdo dictum ſit: Non reuertebantur animalia cum incederent: & nunc ſemel, animalia currebant & reuertebãtur. Eſſetq; quæſtio niſi ſequeretur, in ſimilitudinem fulguris coruſcãtis: quod Hebraico ſermone dicitur בָּזָק, & interpretatus eſt Symmachus quaſi ſpecies radij fulguris. Quomodo igitur crebris micat ignibus æther: & in ictu oculi atq; momento diſcurrunt fulgura & reuertuntur, nõ amittentia matricem: & ut ita dicam, fontem ignis atq; materiam: ita & hæc animalia cũ inoffenſo pergant pede ad priora feſtinant. Sin autem conatui ſuo aliquid obſitum uiderint, non tam reuertuntur q̃ cõtrahunt ſe: extendenda rurſum & præbitura lumen quod parumper abſconderant: ut dent ſeruis cibaria in tempore ſuo, nec tribuant ſanctũ canibus: nec mittant



a HEB. Cumq; aſpicerē animalia apparuit rota una ſuper terram iuxta animalia habentia quatuor facies. Et aſpectus rotarum & opus earum: quaſi uiſio maris: & una ſimilitudo ipſarũ quatuor, & aſpectus earum & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibãt, & non reuertebantur cum ambularent. Statura quoque erat rotis & altitudo & horribilis aſpectus: & totũ corpus plenum oculis in circuitu ipſarum quatuor.

SEP. Et uidi: & ecce rota una ſuper terram ſequēs animalia quatuor. Et aſpectus rotarum & factura earum, quaſi ſpecies Tharſis. Et ſimilitudo ĩ quatuor: & opus earũ erat ſicut ſolet eſſe rota in rota. In quatuor partes earum ambulabant: & non reuertebantur cũ ambularēt. Et dorſa earũ & altitudo erat eis. Et uidi eas, & dorſa earũ plena oculis, in circuitu ipſarum quatuor.

b Cumq; ambularent animalia: ambulabant pariter & rotæ iuxta ea. Et cum eleuarentur animalia de terra: eleuabantur ſimul & rotæ. Quocunque ibat ſpiritus: illuc eunte ſpiritu

A mittãt margaritas ante porcos. Vnde & Paulus di- 1.Cor.3.a cit: Lac uobis potũ dedi non eſcã: nec dũ ẽm capere poteratis. Electioq; Iudæ & Saulis unctio non arguunt deũ ignorãtiæ futurorũ, ſed præſentiũ mon- Matth.10.b ſtrant eſſe iudicē. Vnde & Apoſtolis præcipit: ut ſi indignã domũ ſalutatione perſpexerint: excutiãt prius pedes: & pax quã domui dederãt reuertat̃ ad eos. Carbones autem ignis ardentis & lãpades in medio animaliũ diſcurrētes, de illo loco interp̃- Eſa.5.f tãdę ſunt Eſaiæ: Et comedet ignis ſicut fœnũ materiã: & ſanctificabo eos in igne ardēte. De q̃bus Pſal.139.c & alibi ſcriptũ eſt: Cadēt ſup̃ eos carbones ignis. Et contra labia doloſa, in Ibid.119.a alio pſalmo dicit̃: Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguã doloſam? Sagittæ potētis acutæ, cũ carbonibus deſola- Eſa.47.d torijs. Et in alio loco: Habes carbones ignis, ſede- B bis ſupra eos: hi erũt tibi in adiutoriũ. Quãcunq; creaturã aſpexerimꝰ, fulgurat dei noticiam, dũ ex creaturis creator agnoſcitur. De medioq; animantium ſplēdor ignis & fulgur egredit̃. Si ẽm euãgelia ſibi colliſeris: in medio literæ uiliſq; hiſtoriæ ſpiritus ſancti ſacramēta reperies. a ¶ Cumq; aſpicerē animalia: apparuit rota &c.) Huc uſq; quatuor animantium quæ quaternas habebãt facies, pictura deſcribitur, ſequentiũ ſpiritũ & nubem quæ erat in medio ſpiritus: nunc per ſingula animalia ſingulæ ponuntur rotæ, quæ nõ erãt iunctę animãtibus, ſed ſequebantur ea. Siue una rota apparuit ſup̃ terrã, quæ diuiſa per quatuor, tot habebat facies, quot animalia ſequebatur. Tãtaq; ſimilitudo erat rotarũ quatuor ſequentiũ animalia quatuor, ut una rota uerisſime crederet̃. Opuſq; earũ erat atq; factura, quaſi uiſio Tharſis: quã nos in mare uertimus: A q̃la hyacinthũ poſuit: qui lapis cœli habet ſimilitudinem. Aſpectuſq; earũ erat quaſi rota in rota: ut nõ unam rotã crederes, ſed alterã alteri copulatam. Per quatuor partes ibant: & nõ trahebant̃, nec reuertebantur retrorſum. Qui enim fieri poterat ut reuerterentur, cum ſequerētur animalia quæ ſemper ad priora ſe tēderent? Statura quoq; rotarũ & altitudo tanta erat: ut miraculũ uidētibus faceret. Totumq; corpus & dorſa erãt plena lucis in circuitu, ut nullũ C membrorũ aſpiceres quod oculos luminis nõ haberet: Qualemq; deſcribũt fabulæ poëtarum Argum fuiſſe centoculũ ſiue multorũ oculorũ: quē Iuno in pauum uertit ob negligentē cuſtodiã, ut quod miraculũ eſt cõditoris dei, hoc cõdemnatio eſſet inulti adulterij. Om̃ia cœleſtia & terreſtria: & quicquid ſub humanam cadit intelligentiã, ſolis rotis uoluitur. Solis annuũ circulum, per ſingulos mēſes luna decurrit. Lucifer q̃ ipſe ueſper eſt, dũ ad orientem & ad occidentē rutilus micat: & noctis tenebras paruo tēperat lumine: duobus annis eũdem cõficit curſũ: aliaq; aſtra quatuor quæ uocant̃ errãtia: & quicquid fulget in cœlo, ſegetũ quoq; & arborũ herbarũq; uarietates per quatuor tēpora ſuis currũt rotis: nihilq; aſpicimus quod ante nõ fuerit. Gyrans gyrando uadit ſpiritus: & in circulos ſuos reuertit̃. Omnes torrentes uadũt in mare, D & mare non adimpletur. Quare? q̃a ad fontes ſuos de matrice abyſſo reuertunt̃. Euãgeliorũ aũt, id eſt, quatuor animaliũ quæ ſpirant, uiuũt, intelligunt: ſi quis rotã curſũq; cõſideret: in breui tp̃e uidebit mũdũ eſſe cõpletũ ſermone Ap̃lico. Rota quoq; in rota, uel duorũ iũctura teſtamētorũ eſt, qđ Gene.28.c indicat ſcala Iacob & forceps Eſaiæ, & gladius bis Eſa.6.b acutus: uel euãgelia ſibi cohærētia quorum curſus & ſtatura tēdit ad cœlũ: paululũq; quid attingit in terra: & ſemp̃ properãs, ad excelſa feſtinat. De q̃bus Apoc.1.b & alibi dicit̃: Lapides ſancti uoluũtur ſup̃ terrã: ex q̃bus ædificat̃ cœleſtis Hieruſalē. Hoc ip̃m puto ſi- Pſal.76.d gnificare & illud qđ in pſalmo canit̃: Vox tonitrui Zach.9.d tui in rota. Et alibi: Quæ inflãmat rotã natiuitatis. Quæ teſtimonia: quē ſenſum in ſuis locis habeant: nõ huius eſt tēporis. Totũ aũt corpus & dorſa plena oculis approbabit, qui uiderit nihil eſſe in euãgelijs qđ nõ luceat, & ſplēdore ſuo mundũ illuminet: ut etiã quæ parua putant̃ & uilia, ſpiritus ſancti fulgeãt maieſtate. b ¶ Cũq; ambularēt &c. Quocũq; ibat ſp̃us &c.) Quatuor animalia ſpiritũ ſequebãtur, & nubē quæ erat in ſp̃ũ. Rurſumq; rotæ cũ animalia ſequerentur eleuãtia ſe de terra: nequaq; animalia, ſed ſpiritum ſequebantur: ut oſtenderēt propriam uoluntatem: quia ſpiritus uitæ erat in rotis.

E Tria autem & in animalibus & in rotis pariter indicantur: cum ſtarent, cum ambularent, cum eleuarētur, quæ & animalia & rotæ in commune faciebāt. Neq; enim ſtantibus animalibus rotæ poterāt ambulare: nec ambulātibus ſuper terram animalibus, eleuare ſe rotæ: ſed quorum una erat actio, una erat & requies, & curſus, & eleuatio. Secūdoq; dicitur quia ſpiritus uitæ erat in rotis: ut nequaq; uas aliquod arbitremur rotarū quaſi in carpentis plauſtrorū, rhedarumq; & curruū aſpicimus: ſed animantia imò ſuper animantia. Animalis eñ homo non percipit ea quæ ſpiritus ſunt. Iſtę ergo rotæ in quibus erat ſpūs uitæ, omnia ordine faciunt atq; menſura: habētq; cū animalibus concordiā ſequentes ea, & per ea ſpiritum ſanctū: imò medijs prætermiſſis ſancti ſpiritus ſocietate gaudentes. Quæ omnia iuxta priorem intelligentiam, uarię interpretationi prudens lector poterit coaptare. [1.Cor.2.d]

F

ſpiritu & rotæ pariter leuabantur, ſequentes eum: ſpiritus enim uitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant: & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ ſequentes ea: quia ſpiritus uitæ erat in a rotis. Et ſimilitudo ſuper caput animalium firmamenti quaſi aſpectus cryſtalli horribilis & extenti ſuper capita eorum deſuper. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. Vnumquodq; duabus alis uelabat corpus ſuum: & alterum ſimiliter uelabatur. Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarū multarum: quaſi ſonum ſublimis dei. Cum ambularent, quaſi ſonus erat multitudinis, ut ſonus caſtrorum: cumq; ſtarent, demittebantur pennæ eorum. Nam cum fieret uox ſupra firmamentum quod erat ſuper caput eorum: ſtabant & ſubmitebant alas ſuas. Et ſuper firma

a ¶ Et ſimilitudo ſuper caput animaliū firmamēti quaſi aſpectus cryſtalli horribilis &c. Sub firmamēto aūt pennæ &c.) Vbi nos poſuimus, pennæ eorū rectæ: & quaſi ſonū uel uocē ſublimis dei: Lxx. tranſtulerunt, alæ eorū extētæ & uolātes, & quaſi uocē fortis, quod in Hebraico dicit͂ שַׁדַּי. Multaq; & in hoc & in alijs capitulis ab eis prætermiſſa ſunt: quæ ob longitudinem ponere ſuperſedi. Quod aūt nos manifeſtius interpretati ſumus, alterius ad alterū, unumquodq; duabus alis uelabat corpus ſuum, & alterum ſimiliter uelabat͂, pro quo in Hebræo ſcriptum eſt: mulieris ad ſororē ſuā: uir duabus alis uelabat corpus ſuū, & uir uelabat͂ ſimiliter: Ideo poſt mulierem uirū poſuit in perſona eadem: ne ſexū in cœleſtibus putaremus: cum in uno atq; eodē iuxta proprietatem Hebraicam, idem & uir & mulier appellatur. Videtur aūt ſuper quatuor animalia & rotas totidē, ſimilitudo firmamenti, quod nos appellamus cœlum: habēs ſpeciē cryſtalli, quod eſt puriſſimum, & ex aquis mundis atq; lucētibus, nimio frigore cōcreſcere dicitur: intantū ut etiā gelu conſtricta aqua, Græco ſermone κρύσταλλος nominet͂. Decebat autem in ſuperioribus eſſe eximiam puritatē; quæ cuncta protegat, id eſt rationales ſapientesq; uirtutes & quatuor temporū curſum, & mundi plagas, & rerum omniū ordinem; & euangelicā prædicationē, quæ ex parte intelligitur: & ex parte uelatur. Voxq; audit͂ alarū uolantiū, quaſi uox aquarū multarum, quæ iuxta Apocalypſim Ioannis populos ſignificāt: paulatimq; proficiēs dicit͂ quaſi uox caſtrorū: & quaſi uox ſublimis dei: quod Hebraice appellat͂ שַׁדַּי, & iuxta Lxx. φωνὴ τοῦ λόγου, id eſt, uox uerbi: ut uniuerſa quæ prædicant͂ in mūdo, uocē filij dei eſſe credamus. Stātibus autem animalibus, demittebantur alæ eorū. Vocē enim dei omnipotentis reſonantē in cœleſtibus ferre nō poterant, ſed ſtabant & mirabant͂: & ſilentio ſuo, dei potentiam demonſtrabāt: qui ſedebat ſuper firmamentum. Quod firmamentū his qui deorſum erāt, habebat ſimilitudinem cryſtalli: his aūt qui ſupra, inſtar lapidis ſapphiri uidebat͂. Quæ ſimilitudo ſapphiri, thronus erat eius qui ſedebat in ſimilitudinem hominis. Ex quo intelligimus, & firmamentū, & cryſtallū, & ſapphirum, & hominem, in ſimilitudine, non in ueritate monſtrari. Hominē autē deum patrē debere intelligi, multa docēt teſtimonia. E quibus illud eſt in euāgelio: Homo quidam plantauit uineā & locauit eā agricolis. Et poſt pauxillum: Miſit ſeruos, & ſuper omnes filiū ſuū. Rurſumq;: Homo quidam fecit nuptias filio ſuo. Non qđ filius excludat͂ à regno, de quo ſcripſit Eſaias: Vidi dñm ſedentem ſuper thronū excelſum & eleuatum. Et Ioānes: Hæc autem, inquit, dixit Eſaias: quando uidit gloriam filij dei: ſed quod in patre regnet & filius. Omnia eñ filij patris ſunt, qui eſt imago dei patris inuiſibilis. Nam & in Daniele deus pater ſedens inducitur: & offertur ei filius hominis, ut accipiat regnū. Et in Apocalypſi Ioannis, eadem de filio ſcribuntur. Et ad pugnam primi martyris Stephani: ſtans ad dexteram patris. De quo canitur in pſalmo: Dixit dominus domino meo: ſede ad dexteram meam: Donec ponā inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorū. Sicut aūt cryſtallo puriſſima quæq; atque lucentia in cœleſtibus demonſtrantur: quæ noſtrum oculatum corpus illuminant: ſic in ſapphiro, id eſt, in throno dei, & ſuper firmamētum quod cœlum accipimus: abſcondita atq; ſecreta & incomprehenſibilia dei ſacramenta monſtrantur: Qui poſuit tenebras latibulum ſuum: & in nube uidetur & caligine. Vnde & in Exodo ſcribitur: Et ſub pedibus dei erat quaſi opus lateris ſapphiri: & ſicut ſpecies firmamēti cœli mūdiſſimi. Vnde & ſponſa pulchritudinem ſponſi deſcribit in Cantico: Venter eius quaſi tabula eburnea ſuper lapidē ſapphirum.

G [Apoc.17.d] H [Matth.21.d] [Ibid.22.a] [Eſa.6.a] [Ioan.12.f] [Col.1.b] [Dani.7.] [Apoc.3.d] [Act.7.g] [Pſal.109.] [Ibid.17.b] [Exod.24.] [Canti.5.d]

Et in



A Et in Ioannis Apocalypſi primum fundamentum iaſpidis: ſecundum, ſapphiri ſcribitur. Et in rationali pontificis, in uerſu & ordine lapidum ſingulorum: ſecundus ordo carbunculum habet, & ſapphirum, & iaſpidem. De quibus ex parte lapidibus, in Eſaiæ explanatiōibus diximus. [Apoc.21.] [Exo.28.c]

a ¶ Et uidi quaſi ſpeciem electri &c. Hæc uiſio ſimilitudinis gloriæ domini.) Similitudo hominis qui ſedebat ſuper ſimilitudinē throni: qui thronus habebat ſimilitudinē lapidis ſapphiri, à lumbis & deſup, electro cōparatur. Quod electrū & intrinſecus & extrinſecus habebat quaſi ignis aſpectum. A lumbis uero & deorſū ignis erat reſplendens in circuitu, ut oſtenderet ea quæ ſupra lumbos ſunt, ubi ſenſus uerſatur & ratio, nō indigere igne nec flammis, ſed precioſiſſimo metallo & puriſſimo. Ea uero quæ à lumbis deorſum, ubi coitus, ubi generatio, ubi incentiua uitiorū, purgatione indigere flammarum, ut cum purgata fuerint, habeant ſicut arcus ſimilitudinem: quæ uulgo iris dicitur: cum fuerit in nube in die pluuiæ. Iris enim quæ in ſancta ſcriptura uocatur arcus, & in Apocalypſi Ioannis eodem nomine iris dicitur: niſi in pluuia & in aquoſa nube non poteſt apparere, diuerſorū colorum & pulcherrimorū & ſenſim in alios trāſeuntium. Vnde & Poëta: Mille rapit uarios aduerſa luce colores. Sed & morē uulgi ſequens idem Poëta: Cum bibit, inquit, arcus. Ex quo ſignificat nunquam arcum apparere, niſi in nube & in aquis. Hic arcus ſignum eſt clementiæ & teſtamenti dei quod fecit cum hominibus: ut quando apparuerit in nube, ſciamus nos ſecundum antiquitatis exemplum nequaquàm perituros eſſe diluuio. Ex quo oſtenditur poſt pœnas atque ſupplicia, & purgationem peccatorum futuram miſericordiam, duntaxat in his qui deum meruerint uidere regnantem. Vnde dicitur: Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrū: Per gyrum dei, uel throni, uel omnium quæ perſpecta ſunt. Et hæc uiſio gloriæ ſimilitudinis dei: non quo gloriam domini uiderit, ſed ſimilitudinem gloriæ eius. Viſio autem omnis hæc eſt: Spiritus eleuans & nubes magna: & quatuor animalia, & rotæ totidem ſequentes animalia & ſpiritum: quæ ſub firmamento dei eſſe meruerunt. Quæ poſtquàm eleuata ſunt, & audierunt uocem quaſi aquarum multarum; & quaſi uerbi ſublimis dei: uocemq; caſtrorum & exercitus: demiſerūt alas, & ſtuporem ſilentio demonſtrarunt: apparuitq; ſedens ſuper ſimilitudinem ſapphiri quaſi ſimilitudo hominis: qui à lumbis ſupra habebat ſpeciem electri, & à lumbis deorſum ſpeciē ignis in circuitu. Poſt quem terrorem datur ſignum miſericordię: uelut aſpectus arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. De hac uiſione ꝓlixius diximus: quia & obſcura eſt, & à multis uarie exponitur. In reliquis quantum fieri poteſt abſq; dāno ſenſuum, propter magnitudinem uoluminis breuitati ſtudebimus. [Apoc.4.d] [Gene.9.b]

B

firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni: & ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. a Et uidi quaſi ſpeciem electri, uelut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum à lumbis eius & deſuper. Et à lumbis eius uſq; deorſum: uidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu: uelut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum. Hæc uiſio ſimilitudinis gloriæ domini.

Cap. II.

b ET uidi, & cecidi in faciem meam, & audiui uocem loquentis: & dixit ad me: c Fili hominis, ſta ſuper pedes tuos, & loquar tibi.

d HEB. Et igreſſus eſt in me ſpūs poſtq; locut⁹ ē mihi: & ſtatuit | SEP. Et uenit ad me ſpūs, & aſſūpſit me: & eleuauit & ſtatuit

me

C

Cap. II.

ET uidi & cecidi in faciem meam &c.) Nō eſt elatus uiſionum magnitudine, ſed conſcientia fragilitatis humanæ procidit in faciem ſuam. Vnde & Apoſtolus Paulus poſt aſcenſionem cœli & paradiſi, & auditionem uerborum ineffabilium, datum ſibi dicit angelum ſatanæ; qui ſe collaphizaret, ne extolleretur. Et Abraham cecidit in faciē, poſtq; audiuit ſermones dei. Et tamen quia non peccato, ſed humilitate corruerat, à domino ſubleuatur, & uerba eius iubetur audire. Sciendum quoq; quod aliud ſit in faciē cadere, aliud retrorſum. Abrahā poſtq; audiuit de natiuitate Iſaac, cecidit in faciem & riſit. Heli autem qui peccauerat, retrorſum cecidit. Et de Dan in Geneſi ſcriptum eſt: Fiat Dan coluber in ſemita: mordens plantam equi, & cadet eques retrorſum, ſalutem expectans dei. Quia enim ad morſum colubri ceciderat ex equo, ꝓpterea ſaluatoris expectat aduentum. Et in euangelio ſecūdum Ioannem: qui ad comprehendendum uenerāt dominum: poſtq; ille reſpondit: Ego ſum, ceciderunt retrorſum in terrā. Sermonem eius qui Moyſi dixerat: Vade dic filijs Iſraël: qui eſt, miſit me ad uos: minime ſuſtinentes. Et dixit ad me. c ¶ Fili hominis, ſta ſuper pe. &c.) Iacens ſermonem dei audire non poterat, ſed audit cum Moyſe: Tu uero hic ſta mecum. Quod & Daniel accidiſſe ſibi commemorat. d ¶ Et ingreſſus eſt in me ſpūs &c.) Præceperat prophetæ ſermo diuinus & iuſſerat: Sta ſupra pedes tuos: ſed ſine auxilio dei & aduentu ſpiritus ſancti ſtare non poterat: propterea ingreditur in eum, ſiue aſſumit & ſuſcitat: ut firmo ſit gradu, & poſſit dicere: Satuit ſupra petram pedes meos. Nullumq; peccatorē ſtantem

D [2.Cor.12.b] [Gene.17.] [1.Reg.4.c] [Gene.49.G] [Ioan.18.b] [Exod.3.d] [Ibid.34.a] [Dani.10.] [Pſal.39.a]

legimus

| | |
|---|---|
| HEB. me ſupra pedes meos. Et audiui loquētem ad me, dicētem: Fili hominis. | SEP. me ſup pedes meos: & audiui eum loquētē ad me & dixit mihi: Fili homīs. |

a Mittõ ego te ad filios Iſraël, ad gētes apoſtatrices quæ receſſerunt à me. Ipſi & patres eorum præuaricati ſunt pactum meum, uſque b ad diem hanc. Et filij dura facie & indomabili corde ſunt: ad quos ego mitto te. Et di- c cēs ad eos: Hæc dicit dominus deus: Si forte uel ipſi audiant: & ſi forte quieſcant: quoniam domus exaſperans eſt: & ſcient quia propheta fuerit in medio eorum.

| | |
|---|---|
| d HEB. Tu ergo fili hominis nõ timeas eos: neqꝫ ſermones eorum metuas: q̃m increduli & ſubuerſores ſunt tecum. | SEP. Et tu fili hominis non timeas eos: nec à facie eorū formides, q̃m inſanient & congregabuntur contra te in circuitu. |

e Et cūm ſcorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, & uultus eorū ne formides: quia f domus exaſperans eſt. Et loqueris uerba mea ad eos: ſi forte audiant & timeant uel quieſcāt: quoniã iritatores ſunt. Tu autē fili g hominis audi quod ego loquor ad te: Nõli eſſe exaſperãs: ſicut domus exaſperatrix eſt.

Aperi

E legimus, ſed ad ſanctos dicitur: State ergo ſuccincti [Ephe.6.c] lumbos ueſtros. Peccator autem illud Deuteronomij [Deute.28.] meretur audire: Non erit ſtabile ueſtigium pedis tui. Crebro ad Ezechiel dicitur: Fili hominis, & ad Daniel raro: Quorū uterqꝫ in perſona eius qui [Matth.8.c] dixerat: Filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet: captiuum populum conſolatur: & retrahit ad pœnitētiam. a ¶ Mitto ego te ad filios Iſraël, ad gentes apoſtatrices quæ receſſerunt à me &c.) Nequaquam populum dei Iſraël, ſed gentes apoſtatrices uocat eos qui à domino receſſerunt: non ſolū patres, ſed & filij. Ne peccato patrum filij uiderent obnoxij, ſed ut par, & patrum & filiorū eſſet impietas. Porrò quod Lxx. tranſtulerunt, iritãtes me, ſiue in amaritudinem conuertentes: illud ſignificat, quod deus benignus & dulcis natura: F noſtris uitijs mutetur in amaritudinē. Sicut enim [Pſal.33.b] ſanctis dicitur: Guſtate & uidete: quoniam ſuauis eſt dominus: ſic peccatores eū amarum ſentiunt. Vnde & Apoſto- [Roma.11.c] lus bonitatem & ſeueritatē dei ſuper ſanctos & peccatores refert. Et de peccatoribus q iacebant, [Pſal.145.b] ſcriptū eſt: Dominus erigit eliſos: dominus diligit iuſtos: dominus ſoluit cõpeditos. Sanctis uero ſtantibus præmia pollicetur. b ¶ Et filij dura facie & indomabili corde ſunt: ad quos ego mitto te.) Hoc in Septuaginta non habetur. Magnæqꝫ clementiæ eſt ad tales deum mittere, nec deſperare eorum ſalutem: & confidentiæ propheta lis, quod ad tales quoque ire non timeat. Indomabili autem corde & dura facie, iuxta illud de- [Eſa.48.a] bemus accipere quod peccatori dicitꝰ: Neruus ferreus collum tuum: & frons tua ænea. Qui & in cõſequentibus arguuntur cordis lapidei: quod deus euulſurum eſſe ſe dicit, & pro illo carneum redditurum: ut mollicie ſua, dei præcepta ſuſcipiat. c ¶ Et dices ad eos, hæc dicit dominus deus: Si forte uel ipſi audiant, & ſi forte quieſcāt.) Simile quid [Hiere.26.d] & in Hieremia ſcriptū eſt: Si forte audiant & agant [Matth.21.d] pœnitentiam. Et in euangelio: Forſitan filium meum uerebuntur. Loquitur autem hæc deus ambigentis affectu, ut liberum hominis monſtret arbi- G trium: ne præſcientia futurorum mali uel boni, immutabile faciat quod deus futurum nouerit. Non enim quia ille uentura cognoſcit, neceſſe eſt nos facere quod ille præſciuit: ſed quod nos propria uoluntate ſumus facturi, ille nouit futurum quaſi deus. d ¶ Tu ergo fili hominis non timeas eos: neque ſermones eorum metuas: quoniam increduli &c.) Licet dura ceruice ſint, & corde indomabili: tamen mea ſunt fortiora præcepta. Nec te putes eſſe deceptum, ſi mittaris ad eos qui te loquentē non audiant. Ecce prædico tibi quod inſaniant & congregentur aduerſum te, & circundent te, nullum tibi effugium relinquentes. Hoc autem facient: quia increduli ſunt, & dei imperia contemnentes. e ¶ Et cum ſcorpionibus habitas.) Qui poſ- H ſint ferire, q arcuato percutere uulnere, & aculeo fiſtulato, ut eadem plaga & cutem aperiat, & uenena diffundat. Vnuſquiſqꝫ pro moribus ſuis ſortitur uocabulum. Scribis & phariſæis dicitur: [Matth.23.d] Generatio uiperarū. Et [Luc.13.g] de Herode qui uerſipellis erat: Ite & dicite uulpi huic. Et pſeudoprophetæ in hoc eodē propheta uulpibus cõparantur: Et nunc corde indomabili, ſcorpiones eſſe dicuntur. [Ioan.10.b] Vnde & in euãgelio legimus: Omnes qui ante me uenerunt fuerunt fures & latrones, & non audierunt eos oues. Et quomodo oues perditæ domus Iſraël audierunt aduerſarios? Ex quo oſtēditur, eos qui audierint fures & latrones, ouium uocabulum perdidiſſe & alia aſſumpſiſſe nomina: ut non quaſi oues perierint, ſed quaſi uiperæ, uulpes, & ſcorpiones. f ¶ Et loqueris uerba mea ad eos: ſi forte audiant & timeant uel quieſcant: quoniã iritato &c.) Non eſt ergo ceſſandum licet mali ſint quibus lo- [2.Tim.4.a] quimur, quin ſecundum Apoſtolum: Opportune importune uerbū dei prædicemus: quia poteſt fieri ut & durus corrigatur ad molliciem, & qui obediens eſt, mutata uoluntate non audiat. g ¶ Noli eſſe exaſperans: ſicut domus &c.) Semel diximus exaſperationem ſiue iritationē, Lxx. amaritudinem



a Apēri os tuum & comede quæ ego do tibi. b Et uidi, & ecce manus miſſa ad me. In qua c erāt inuolutus liber, & expãdit illum coram me: & erat ſcriptus intus & foris: ſcriptæqꝫ erant in eo lamentationes, & carmen, & uæ. Et dixit ad me: Fili hominis quodcūqꝫ inueneris, comede.

Cap. III.

d COmēde uolumē iſtud, & uade loquere e filijs Iſraël. Et aperūi os meū, & cibauit me uolumine illo. Et dixit ad me: Fili hoīs.

| | |
|---|---|
| f HEB. Vēter tuus comedet: & uiſcera tua cõplebūt uolumine illo qđ ego do tibi. | SEP. Os tuū comedet: & uēter tuus implebit capitulo iſto tibi dato. |

g Et cõmedi illud, & factū eſt in ore meo ſicut h mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis, uade & ingredere ad domum Iſraël, & loqueris

uerba

A dinem ponere. Quod ergo dicit, hoc eſt: Nõ debes eos imitari, ad quos corrigēdos mitteris: ne peccatum ſimile ſimilē mereatꝰ & pœnã. a ¶ Aperi os tuū & co. &c.) Dignū te, inquit, præbe ſermonibus meis & cibū ſuſcipe ſpiritualē, ut quomodo in euã- [Luc.8.a] gelio dicitꝰ: Qui habet aures audiēdi, audiat: & hic dicatꝰ: Qui habet apertū os ad comedendū, comedat. Vnde & pſalmiſtæ [Pſal.8.b] dñs loquitꝰ: Aperi os tuum, & implebo illud. Et [Ibid.118.r] ille reſpondit: Os meum aperui & attraxi ſpiritū. Et apoſtolus Paulus: qui habebat ĩ ſe theſauros ſapientiæ & ſcientiæ, & in quo Chriſtus dñs loquebatur, ſcribit Corinthijs: [2.Cor.6.e] Os meū apertum eſt ad uos ò Corinthij. Et de ſaluatore Matthæus re- [Matth.5.a] fert: Aperiens os ſuū, docebat diſcipulos. b ¶ Et uidi, & ecce manus miſſa ad me.) Pro manu miſſa, extentã Lxx. trãſtulerūt. B Quæ mittitꝰ & extenditꝰ ad eos qui dñi beneficia conſequuntur. Cõtrahitur aūt ab his quibus loquitur per prophetã: Nunquid abbreuiata & cõtracta [Eſa.50.a] eſt manus dñi? Et in pſalmo: Vt quid auertis manū [Pſal.73.c] tuam & dexterã tuã de medio ſinu tuo in finē? Deniqꝫ extēdit in paſſione pēnas ſuas, ſuſcepitqꝫ diſcipulos: & portauit illos in humeris ſuis, & locutus [Eſa.65.a] eſt: Tota die expãdi manus meas ad populū nõ credentem: ut cõgregaret filios Iſraël: ſicut gallina congregat pullos ſub alas ſuas: & extenſione manuum [Exod.17.c] Moyſi, Iſraël ſuperarat Amalec. c ¶ In qua erat inuolutus liber &c.) Pro inuoluto libro, Lxx. capitulum libri tranſtulerūt: in manu dñi ſedentis ſuper thronum: quæ miſſa eſt & extēta. De quo & in pſal- [Pſal.39.b] mis dicitꝰ: In capitulo libri ſcriptū eſt de me. Capitulum intelligamus exordiū. Iſte liber inuolutus atqꝫ ſignatus, ſcriptusqꝫ intus & foris, uel ante & poſt, tãtæ difficultatis fuit, ut nullus potuerit neqꝫ in cœlo, neqꝫ in terra, neqꝫ ſubtus terrã aperire illum & legere: niſi ſolus leo de tribu Iuda, radix Dauid & [Apoc.5.] Ieſſe: quē Ioãnes in Apocalypſi deuoraſſe ſe dixit: non totū, ſed in capitulo, id eſt, in principio. Neque enim fieri poteſt, ut humana natura totos libri hu- [Eſa.29.d] ius theſauros deuoret. Et expãdit illū corã propheta: & legendū cognoſcendūqꝫ præbuit: qui in Eſaia populo nõ credēti dicitur eſſe ſignatus. Vſqꝫ hodie enim uelamen Iudęis in ueteri poſitū eſt teſtamēto. Scriptusqꝫ erat ante & retro, de futuris & de præteritis. Vel certe foris in hiſtoriæ litera, intus intelligē- [Pſal.44.c] tia ſpūali, de qua & pſalmiſta: Omnis, inquit, gloria filiæ regis ab intus. Scriptæqꝫ erãt in eo tã intus qꝫ foris lamētationes, & carmē, & uæ. Lamētationes, C de his qui ad pœnitentiã ꝓuocantꝰ: ſicut Samuel & [1.Reg.16.d] apoſtolus Paulus plãgebãt atqꝫ lugebãt Saul & Co- [2.Cor.12.g] rinthios: quos ſaluare cupiebãt. Carmē, ſup his qui dei digni ſunt teſtimonio. Et q̃bus pſalmiſta præci- [Pſal.95. & 97.] pit: Cãtate dño cãticū nouū. Porrò uæ ſup illis q penitus deſperantꝰ: & cū [Prouer.18.a] uenerint in ꝓfundū peccatorꝫ cõtēnūt. Ca. III. COmede uolu. &c.) Niſi ante comederimus apertū uolumen, docere nõ poſſumus filios Iſraël. Denique & Dauid poſtqꝫ ipſe miſericordiã [Pſal.50.] cõſecutus eſt: Docebo, inquit, iniquos uias tuas: et impij ad te conuertētur. e ¶ Et aperui os &c.) Ego, inq̃t, aperui os meum: quia mihi dictū eſt: Aperi os tuū & comede. Et aperto ore dñs largitus eſt cibos: ut initia uolūtatis in nobis ſint, & ꝑfectionem beatitudinis à dño cõſequamur. Nõ eſt D [Roma.9.c] eñ uolētis neqꝫ currētis, ſed miſerētis dei. Attamē & uelle & currere, noſtri arbitrij eſt. Pro aperui, Lxx. trãſtulerūt, aperuit: ut ſubaudiatꝰ, deus: quia ipſe & aperuit os ꝓphetæ, & cibauit eū. f ¶ Vēter tuus &c.) Principia lectionis, & ſimplicis hiſtoriæ, eſus uoluminis eſt. Qñ uero aſſidua meditatione in memoriæ theſauro librū dñi cõdiderimus, impletꝰ ſpūaliter uēter noſter, & ſa- [Coloſ.3.b] turãtur uiſcera: ut habeamus cū apoſtolo Paulo uiſcera miſericordiæ: & impleatꝰ ille uēter, de quo Hie- [Hiere.4.e] remias loquitꝰ: Ventrē meū, uentrē meū ego doleo: & ſenſus cordis mei cõturbant me. g ¶ Et comedi &c.) Loquitur & Dauid: Q̃ dulcia gutturi meo [Pſal.118.n] eloquia tua, ſup mel ori meo. Et alibi: Iudicia dñi ue- [Ibid.18.c] ra: deſiderabilia ſup aurū & lapidē ꝓcioſum multū: [Iudic.14.b] & dulciora ſuper mel & fauū. Et Samſon fauū mel- [Luc.24.f] lis in ore leonis inuenit: & dñs poſt reſurrectionem partem aſſi piſcis comedit & fauū. Et in Prouerbijs [Prouer.6.a] de ape dicitꝰ, quanqꝫ hoc Hebræa nõ habeãt exēplaria: Vade ad apem: & diſce quomodo operatrix ſit: & opus ſuum caſtū faciat: cuius laboribus reges & imperiti pro ſanitate abutuntur: quod operati ſunt Moyſes & prophetæ, & euangeliſtæ, & apoſtoli: ut quicunqꝫ rex fieret, cuius cor in manu dei eſt, dulcibus fruatur cibis. Qui uero ſimplex & abſqꝫ ſerpentis aſtutia habet innocentiã columbarū, ſimplici fide credat atqꝫ ſaluetur: quia ubiqꝫ inſidię ſunt: & ſæ- [2.Cor.11.c] pe diabolus transfigurat ſe in angelum lucis: melqꝫ [Prouer.5.a] diſtillat de labijs mulieris meretricis: dulcia repromittens, ut uenena interſerat. h ¶ Et dixit ad me: Fili hominis, uade &c.) Cui dicitur: Vade & ingredere

a uerba mea ad eos. Nõn em̃ ad populũ pro-
fundi ſermonis & difficilis linguæ tu mitte-
ris ad domum Iſraël:neq; ad populos mul-
tos & ignoti ſermonis,quorũ non poſſis au
dire ſermonẽ.Et ſi ad illos mitterẽ te,ipſi au-
b dirent te. Domus aũt Iſraël nolũt audire te:
quia nolunt audire me. Omnis quippe do-
mus Iſraël attrita fronte eſt, & duro corde.
c Eccẽ dedi faciẽ tuã ualentiorẽ faciebus eorũ:
& frontem tuam duriorẽ frontibus eorum.
Vt adamantem & ut ſilicem dedi faciẽ tuã.
Ne timeas eos, neq; metuas à facie eorum:
quia domus exaſperans eſt. Et dixit ad me:
d Fili hominis, omnes ſermones meos quos
loquar ad te,aſſume in cor tuum,& auribus
e audi. Vade ingredere ad trãſmigrationem,
(ſiue captiuitatem)ad filios populi tui:& lo-
queris ad eos & dices eis: Hæc dicit domi-
f nus deus:ſi forte audiant & quieſcant. Et aſ-
ſumpſit me ſpiritus: & audiui poſt me uocẽ
cõmotio

E dere ad domum Iſraël,oſtenditur non fuiſſe cũ po-
pulo peccatore:licet in eiſdẽ uideretur ſuper flumẽ
Chobar finibus cõmorari.Scriptũ eſt enim:Et ego
eram in medio tranſmigrationis iuxta flumẽ Cho
bar.Separata enim erat ꝓphetæ cõuerſatio:& ini-
quorũ offendebat aſpe-
ctu.Hoc idẽ faciebat &
Exod.33.b Moyſes, procul à caſtris
multitudinis figẽs taber
naculũ. Quod cũ fuiſſet
ingreſſus,deſcẽdebat co-
lumna nubis,& ſtabat an
te oſtium tabernaculi.
a ¶Nõ enim ad populũ
profundi ſerm.&c.)Qm̃
illi ad te nolũt uenire, tu
Luc.5.f perge ad eos.Nõ em̃ ha-
bent ſani opus medico,
ſed male habentes. Neq;
potes dicere:Nõ poſſum
loqui ad eos:quia linguę
alterius ſunt:& inuicem
nobis barbari ſumus:nec
mutuũ poſſumus audire
ſermonem. Quid de lo-
quar de uno populo? Si
ad diuerſas te mitterẽ na
tiones:tamẽ autoritas &
F potentia mea omnẽ diffi
cultatem uinceret. Atq;
utinam tempus inſtaret,
quo ad oẽs miſſurus ſũ
nationes:quo & lingua-
rum daturus ſum gratias:ut prædicẽt apoſtoli mei:
& totum mundum à diuerſitate linguarũ,una fide
meo ſubdant iugo:facilius illi audirent:qui profun
di ſunt altiq; ſermonis,& nihil habẽt de leuitate Iu-
daica ſed graui & ſolido ingrediuntur pede,& cum
ignotæ ſint linguæ,notę fidei ſunt. Vnde ſequitur:
Et ſi ad illos mitterem te, ipſi audirent te. Denique
poſtea miſit, & omnes pariter crediderunt. Vnde
Act.13.g Paulus & Barnabas loquuntur ad Iudæos: Vobis
quidem oportuerat prædicari uerbũ dei: ſed quia
noluiſtis ſuſcipere ſermonem,ecce conuertimur ad
Matth.8.b gentes,Et de Centurione dicitur: Neq; in Iſraël tã-
tam fidem inueni. b ¶Domus autem Iſraël no-
lunt audire te &c.)Ne cõtriſteris,ait,ſi te audire no
luerint,Idcirco te non audient:quia me audire con
Ibid.10.d temnẽt, iuxta quod & ſaluator aiebat: Qui uos nõ
recipit,me non recipit.In quo aperte liberum mon
ſtratur arbitrium. Et duæ redduntur cauſæ quare
non audiant:Quia peruerſæ,inquit, ſunt uolunta-
tis,& attrita fronte:ſiue ut Lxx.uerterunt,conten-
tioſi ſunt:& ſubauditur,quod ſæpe ad ſalutem pro
uocati noluerunt audire. c ¶Ecce dedi faciẽ tuã
ualentiorẽ faciebus &c.)Domus Iſraël attritæ fron
tis eſt,& procacis audaciæ,& duro ſic corde,ut ſcor
pionibus comparetur.Ideo dedi tibi uultũ duriſſi-
mum & frontem quæ nullo pudore ſuperetur. Ex
quo diſcimus interdum gratiæ eſſe dei impuden- G
tiæ reſiſtere:& cum res popoſcerit, frontem fronte
concutere.Hoc autem tribuitur,ne noſtra uerecũ-
dia & humanus pudor pertimeſcat inſidias æmulo
rũ. d ¶Fili hominis omnes &c.) Iſte eſt cibus uo
luminis,& hæc ſunt uer-
ba quibus pro diuerſita-
te audientium,uel lamen
ta,uel carmen, uel uæ ho
minibus loquimur.Et ta
men notandũ quod ante
ſermones dei in noſtro
corde condendi ſunt,au-
diendiq; & intelligẽdi di
ligẽtius, & ſic ad populũ
proferendi. e ¶Vade
ingredere ad tranſmigra
tionem &c.)Et dominus
noſter uenit ad populũ
Iudæorum mittente pa-
tre, ut prædicaret capti-
uis remiſſionẽ, & imple-
retur in eo quod ſcriptũ
eſt:Aſcendens in altum, Pſal.67.d
captiuam duxit captiui-
tatem:dedit dona homi-
nibus. f ¶Et aſſumpſit
me ſpiritus &c.)Deus de Ibid.146.a
quo ſcriptum eſt: Aſſu-
mens manſuetos domi- H
nus, ipſe aſſumpſit & ꝓ-
phetam: qui non erat in
carne,ſed in ſpũ:& ambu
lans in ſpiritu,carnis opera non implebat: ſpiritus
enim dei erat in eo. Quamobrem & terrena con-
temnens,rapitur à ſpiritu:& audit poſt ſe uocẽ cõ-
motionis magnæ,præteritorum obliuiſcens, & in
futurum ſe extendens:ut inimicorum inſidias poſt
tergũ relinqueret.Tale quid & in Exodo legimus:
quando Pharao & omnis exercitus eius perſeque- Exod.14.e
batur Iſraël: & angelus in columna nubis deſeruit
priora caſtrorum:uenitq; poſt tergum, & tota no-
cte ſtetit inter Iſraël & Aegyptios: ut perterritis ad
uerſarijs,audiret Iſraël:Benedicta gloria dñi de lo-
co ſuo.Locus autẽ domini eſt omnis in quibus ho-
ſpitium inuenit.Aut certe filius locus eſt patris, ſi-
cut & pater locus eſt filij,dicẽte domino ſaluatore:
Ego in patre,& pater in me.Hoc idem ſignificat & Ioan.14.b
Micheas:Ecce dominus egredietur de loco ſuo: & Michee.1.a
deſcendet ſuper excelſa terræ, & commouebuntur
montes ſubter eum:& ualles tabeſcẽt ſicut cera à fa
cie ignis,& ſicut aqua quæ defertur in præceps.De
ſcendente enim dño ſaluatore & proficiſcẽte de pa
tre:excelſa terræ monteſq; cõmoti ſunt, & inferio-
ra uallium liquefacta. Poteſt locus eſſe gloria dñi,
& lux inacceſſibilis,de qua & Apoſtolus loquitur:
Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat 1.Timo.6.c
inacceſſibilem. Quando præterita iudicia domini
animo reuoluimus, audimus uocem poſt tergum
cõmotionis



commotionis magnæ: Benedicta gloria domini de loco
a ſuo. Et uõcem alarum animalium percutientium altera
ad alteram: & uocẽ rotarum ſequentium animalia & uo
cem cõmotionis magnæ.

b HEB. Spiritus quoq; leua
uit me & aſſumpſit me, &
abij amarus in indignatio
c ne ſpũs mei. Manus enim
dñi erat mecum cõfortãs
me. Et ueni ad tranſmigra
tionem ad aceruũ nouarũ
frugum,ad eos qui habita
bãt iuxta flumẽ chobar. Et
ſedi ubi illi ſedebãt:& mã-
ſi ibi ſeptẽ diebus mœrẽs
in medio eorum.

SEP. Et ſpiritus eleuauit
me, & ſuſcepit me: & a-
bij ſublimis in impetu
ſpiritus mei. Et manus
domini facta eſt ſuper
me fortis: & intraui ad
captiuitatem ſublimis. Et
circuiui habitantes ſuper
fluuium Chobar, qui erãt
ibi. Et ſedi ibi ſeptem die-
bus conuerſans in medio
eorum.

d Cum autẽ pertranſiſſent ſeptẽ dies, factum eſt uerbum
domini ad me dicens: Fili hominis,ſpeculatorem dedi
te domui Iſraël:& audies de ore meo uerbum, & annun
e ciabis eis ex me. Si dicente me ad impium: morte mo-
rieris,non annunciaueris ei:neq; locutus fueris ut auer-
tatur à uia ſua impia & uiuat:ipſe impius in iniq̃tate ſua
morietur:ſanguinem autem eius de manu tua requirã. Si
autem annunciaueris impio, & ille non fuerit cõuerſus
ab iniq̃tate,& à uia ſua impia:ipſe quidẽ in ĩiquitate ſua
morietur

A cõmotionis magnæ. Quando futura corde medi-
tamur:auditur uox de prioribus:& ex his quæ añ
ſunt. a ¶Et uocẽ &c.)Pro eo qđ ſubauditur: ἀπὸ
κοινοῦ iuxta hebraicũ:audiui poſt me uocẽ cõmotio-
nis magnę,& audi ui uocem alarũ animantiũ & uo
cem rotarum, ad-
didere Lxx.Et ui-
di uocẽ alarum aĩa
liũ percutientium
altera ad alterã, &
reliqua:iuxta illud
quod in Exodo le
Exo.20.c gitur: Et uidebat
oñis populus uo-
cem dei:ut uocem
quæ ueniebat poſt
tergum, audierit
propheta:quæ aũt
ante ſe erat, uide-
rit. Sed melius &
uerius eſt, auditã
uocẽ ĩtellexiſſe, q;
uiſam,tam alarũ ꝑ
cutientium ſe mu
tuo q; rotarum:de
quibus ſupra dixi
mus:Et cõmotiõis
magnæ:q̃ dei iram
ſuper Iſraël ppl̃m,
uenturã eſſe mon-
B ſtrabat. b ¶Spũs
quoq; &c.) Poſtq;
eleuatus à ſpũ eſt,
& aſſũptus ab eo:
tunc in indignatio
ne & in amaritudi
ne ſpiritus ſui abijt
quo ferebat,intelli
gẽs indignationẽ
dei,& quid ſignificaret uiſio mente pertractãs.Siue
ſublimis ipſo ſpiritus ſui impetu ferebatur:cupiens
ire quò dominus imperabat.Spiritum aũt eius, nõ
ſpiritũ ſanctũ,ſed ſpiritũ hoĩs intelligamus: de quo
Eſa.20.d in multis locis dicit:ut in Eſaia: De nocte cõſurgit
ſpiritus meus ad te deus.Trãſfertq; propheta non
Dan.14.f (ut quidam æſtimant)in ſpiritu,ſed in ipſo corpo-
re:qđ & de Habacuc iuxta Theodotionẽ legimus.
c ¶Manus enim domini erat mecum cõfortãs me.
Et ueni &c.)Pro eo quod nos uertimus,aceruũ no
uarum frugum,Aquila,Symmachus,& Theodo-
tio ipſa uerba poſuere Hebraica תֵּל אָבִיב: quod
Lxx.tranſtulerunt, μετέωρος καὶ περιῆλθον, id eſt,ſub
limis & circuiui:melius eſſe credentes aliquid dice-
re q; imponere ꝗ lectori faceret quæſtionem. Nos
autem ab Hebræis didicimus. תֵּל אָבִיב ſignifica-
re, quando noua frumenta uel hordea congre-
gantur,& poſt famen & penuriam anteq; teran-
tur in area ſpem ciborum aliquam repromittunt.
Ita & Iſraël paruus & tenuis qui habitabat in ripis
Chobar fluminis,quaſi reuiuiſcens,ortuſq; de ter- C
ra,ſementem Iudaici populi promittebat. Manus
autem domini fit ſuper prophetam,confortans eũ,
ut poſſit nomen ſpeculatoris accipere,& docere qđ
didicit:Septemq; prius diebus uerſatur inter eos,
uidẽs cuncta quæ
gererent,ut poſtea
ſciret q̃ corriperet.
Mœret autẽ ſiue
cõuerſatur in me-
dio eorum:uidens
ſcelera & iuſtã dei
pro peccatorũ ini-
quitate ſentẽtiam.
Pro eo quod nos
diximus,mœrens,
& in Hebræo ſcri-
ptum eſt מַשְׁמִים
Theodotio trans-
tulit, admirans, ut
ſtuporem prophe
tę iniquitates eorũ
cernentis exprime
ret. Aquilę uero ſe
cunda æditio, quã
Hebræi δευτέρωσιν nominant, tran
ſtulit: ἠρεμάζων, id
eſt,qeſcens,& ſeor
ſũ poſitus, ut fuiſ- D
ſe quidem ſe in me
dio captiuorũ, ſed
ab eis ſeparatum
mẽte monſtraret.
d ¶Cum autem
pertranſiſſent ſe-
ptem dies factum
eſt uerbum domi-
ni ad &c.)Qui ſpe
culator futurus eſt, & dei uerba populo narratu-
rus,multo tempore debet quieſcere,& dolere ad ea
quæ uideat:nihilq; habere eorũ in conſcientia,quæ
in alijs correpturus eſt. e ¶Si dicente me ad im-
pium,morte morieris &c.)Duo ſunt impij ſiue ini
qui,ut Lxx.tranſtulerunt. Vnus qui nihil audit à
ſpeculatore,& in ſua impietate morietur: cuius ſan
guis de ſpeculatoris quæritur manibus. Alter, cui
ſpeculator annũciat,& ille audire cõtemnẽs,ſuo ui-
tio moritur:ita dumtaxat,ut ſpeculator à culpa alie
nus ſit,Ex quo intelligimus ideo dominum impio
comminari & dicere:Morte morieris,ut auertatur
à uia ſua impia & uiuat.Comminatio enim non in
homines,ſed in peccata eſt:nec in eos qui cõuertun
tur à uitijs,ſed qui in peccato permanent. Magnũ-
q; diſcrimen eſt,dei tacere ſermones: ob triplicem
cauſam. Vel propter timorem, uel propter pi-
gritiam,uel propter adulationem. Vnde & Eſaias: Eſa.6.b
Væ,inquit,mihi miſero,quia tacui. Quodq; ſequi
tur:Tu autem animam tuam liberaſti:illud apoſto-
R licum

E licum ſonat:Si cuius opus arſerit,damnū patietur,
ipſe autem ſaluus erit:ſic tamen quaſi per ignem:ut
probet utrū ſpeculator externus à cauſa ſit mortis
eius qui perijt,an reus.Opus enim magiſtri, ſalus
diſcipuli eſt. a ¶Sed & ſi &c.)Sicut impios uel ini-
quos duos legimus:unū
qui nō audiuit & perijt:
alterum, qui audiuit, &
pſeuerauit in nequitia:
Sic duo iuſti ſunt: unus
qui nō audiuit & perijt:
alter qui audiuit,& con-
uerſus ad pœnitentiam,
ſaluauit animam ſuam.
Notādumq; ꝙ poſſit iu-
ſtus cadere,& ſi habuerit
magiſtrum, ad meliora
conuerti.Et bona igitur
opera indigent aſſiduo
præceptore , ne lapſus
ab optimo curſu, retra-
hat pedem.Et impius q-
dem uel iniquus ſi cōuer
ſus non fuerit,in impie-
tate & iniquitate ſua mo
rietur.Iuſtus autem ſi fe
cerit impietatē atq; pec-
catū,nō ſtatim moritur,
F ſed ponitur offendiculū
coram eo ſiue tormētū,
& ut Theodotio dixit,
infirmitas: ut torqueat,
& planam uiam non in-
ueniat,& intelligat ſe lan
guidum:de qbus & apo
ſtolus dicit:Ideo infirmā
1.Cor.11.g tur multi apud uos,& dormiunt multi.Prodeſt em̄
iuſto intelligere delictū ſuum,cōſcientiæq; tormen
Pſal.31.d tum,& dicere cū pſalmiſta:Conuerſus ſum in ærū-
na mea dum mihi infigitur ſpina.Et quomodo im-
pio non ſunt obuiæ iniquitates,ſi auertat̄ à uia ſua
impia & uiuat:ſic iuſto non proſunt antiquæ iuſti-
ciæ,ſi nouis facinoribus opprimatur.Quod autem
intulit:Ipſe morietur,quia non annunciaſti ei,ſub-
auditur,potuiſſe eum uiuere,ſi ſpeculator magiſter
q; docuiſſet. b ¶Et facta eſt ibi &c.)Quod ex He
bræo tranſtulimus,ibi,& in Lxx,nō habetur, ſigni
ficanter poſitum eſt:nec dubium,quē locum ſigni-
Supra.3.d ficet.Supra enim legimus:Et ueni ad trāſmigratio-
nem ad aceruum nouarum frugum,ad eos qui ha-
bitabant iuxta fluuium Chobar.Recteq; ei qui di-
xerat,ſedi,iubet̄ ut ſurgat. Et qui ingreſſus fuerat
ad tranſmigrationem,audit,egredere:nō in confra
goſas ualles,non in præruptas rupes, ſed in campi
latitudinē,quæ poſſit capere gloriā domini. Vnde
2.Cor.6.c & Corinthijs dicitur:Dilatamini.Quando ingredi
tur ad captiuos,de quibus dictū eſt, ꝙ inſaniant &
pſequant̄ eū, forti manu indiget,ut poſſit reſiſtere,
& furorē perſequētiū ſuſtinere.Qn̄ autē egreditur

in cāpum,fit quidē ſuper eum manus domini:quia G
abſq; illius adiutorio exire non poterat, ſed non ad
ditur fortis.Ad uidendam enim gloriam dei,nō ad
pugnandum egreditur. Et hoc animaduertendum
ꝙ in medio captiuorum ſedentium,ipſe ſedens pro
pheta gloriam dn̄i nō ui
derit.c ¶Et ſurrexi &c.)
Iubente dn̄o ingreditur,
& iubente egreditur, ſe-
detq; cū ſedētibus: quia
ſtantē illum numerus ca
ptiuorū audire non po-
terat,Egreſſusq; in cam-
pi latitudinem,uidit ſtā-
tem gloriā dn̄i,quā prius
uiderat ambulantem &
eleuantē ſe,& interdū ſtā
tem. Quia iuxta fluuiū
ſecl̄i huius Chobar, qui
interpretari poteſt gra-
uiſſimus, gloria cerneba
tur : qđ ſignificat omnē
mundi huius gloriā præ
terfluere,& gradum ſta-
bilem nō habere. Gloria
autē domini ſtans & per
ſeuerans,cū ſtante pphe
ta uidetur in cāpo, quæ
in medio captiuorū, nec
ſtare poterat,nec uideri. H
d ¶Et cecidi in faciem
meam &c.)Stantem glo
riā dn̄i ferre nō ſuſtinēs,
cecidit in faciem ſuam ut
ab ingrediente in eū ſpi-
ritu leuaretur. Qui ſpiri
tus ſtatuit eū ſuper pedes ſuos,& locutus eſt ei, di-
cens:Intra & includere in medio domus tuæ,Et eſt
ſenſus:Quia corroboratus es aſpectu dn̄icæ maie-
ſtatis nullum timeas: nec aliquem pertimeſcas, ſed
reuertere in domū tuā:uel ad neceſſitates corporis,
ut quidam putāt:uel in ſignum futuræ obſidionis.
Et quomodo Eſaias diſcalciatus & nudus,trium an Eſa.20.d
norum captiuitatem & nuditatem populi nūciauit,
ita & tu clauſus domo, opere ipſo propheta uicinā
obſidionem urbis Hieruſalem. e ¶Et tu fili homi
nis:&c.)Quod in domo clauditur,quod uinculis al
ligatur,quod nō egreditur ad eos,inter quos habi-
tat:ſed inter multitudinē captiuorū,ſolitudinē car-
ceris patitur(ut ſupra dixi)obſidiōis indicium eſt,
quod clauſa Hieruſalem atq; circundata ab exerci-
tu Chaldæorū,nullum habitātium foras exire per-
mittet.Hæc eſt olla de qua Hieremias loquitur, & Hiere.3.e
ipſe hic propheta in conſequentibus:in qua carnes
populi conſumuntur.Quod autem lingua prophe
tæ palato uel gutturi cohæret, & mutus effectus,
autoritatē nō habet increpātis,cauſa perſpicua eſt,
quia,inquit,domus exaſperās eſt,Et eſt ſenſus:Tā-
tæ ſunt amaritudines,& tātæ aduerſus deū cōtētio
nes

morietur : tu autem animam tuam liberaſti.
a Sed & ſi conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fecerit
iniquitatem , ponam offendiculum coram
eo,Ipſe morietur,quia non annunciaſti ei : in
peccato ſuo morietur,& non erunt in memo
ria iuſtitiæ eius quas fecit , ſanguinem uero
eius de manu tua requiram.Sin autem tu an-
nunciaueris iuſto ut non peccet iuſtus, & ille
non peccauerit:uiuens uiuet, quia annuncia-
b ſti ei:& tu animam tuam liberaſti. Et facta eſt
ibi ſuper me manus domini, et dixit ad me:
Surgens egredere in campum , & ibi loquar
c tecum.Et ſurrexi, & egreſſus ſum in campū,
& ecce ibi gloria domini ſtabat, quaſi gloria
d quam uidi iuxta fluuium Chobar. Et cecidi
in faciem meam , & ingreſſus eſt in me ſpiri-
tus,& ſtatuit me ſuper pedes meos:& locutus
eſt mihi,& dixit ad me:Ingredere & include
e re in medio domus tuæ. Et tū fili hominis:
ecce data ſunt ſuper te uincula,& ligabunt te
eis,& non egredieris de medio eorum, & lin-
guam tuā adhærere faciā palato (uel gutturi)
tuo:& eris mutus:nec ut uir obiurgans eos:
quia



A nes,ut obiurgantē nō mereātur audire,Ex quo per
ſpicuum eſt,ubi multitudo fuerit peccatorum,indi
gnos eſſe peccantes qui à dn̄o corrigantur. a ¶Cū
autem locutus &c.)Illud qđ in Eccleſiaſte legimus:
Eccleſ.3.a Tēpus tacēdi,& tempus loquēdi:etiam in ſermone
pphetico cōprobat̄ : qđ
eiuſdē ſit ſapiētiæ,& ta-
cere,& loqui pro tēpore
& dare conſeruis in tpe
ſuo cibaria.Vn̄ & Eſaias
ad populū nō credentē:
Eſa.65.a Tacui, nunquid ſemper
tacebo, dicit dn̄s? Qui
igit̄ ob multitudinē pec
catorū diu clauſum os te
nuit: quia uidit aliquos
poſſe conuerti , de qui-
bus dictum eſt:Qui au-
dit audiat,& qui à malis
quieſcit,quieſcat & deſi-
nat : idcirco aperto ore
& non propria uolunta-
te,ſed dn̄i iuſſione loqui
tur ad populū,Id aūt qđ
nos poſuimus: Qui au-
dit,audiat,& q qeſcit qe
ſcat,Pro quo Lxx. inter
pretati ſūt: Qui audit au
diat,& q īcredulus eſt,in
B credulus ſit:Secunda Aqlæ æditio ita trāſtulit:Qui
audit,audiet̄,& q relinquit,relinquet̄.Et eſt ſenſus:
Mat.4.c. Qui habet,dabitur ei:qui aūt nō habet,etiā id quod
uidetur habere,auferetur ab eo. Cap. IIII.
ET tu fili hominis , ſume &c.)Sicut prius dixi-
mus:Intra & includere in medio domus tuæ,&
ecce data ſunt ſuper te uincula,& ligabunt te & nō
egredieris,typum eſſe prophetam futuræ obſidio-
nis urbis Hieruſalem: ita nunc Geometrica iube-
tur in latere arte deſcribere:ipſumq; laterem poni
in cōſpectu prophetæ,ut poſtq; deſcripſerit in pul-
uere Hieruſalem,omnem aduerſum eā pingat obſi
dionem:adumbrans munitiones & cōportatos ag-
geres,& coronam uallātis exercitus,& arietes in cir
cuitu,per quæ omnia,urbes capi ſolent.Munitiōes
dicuntur,quibus urbs clauditur,ne quis obſeſſorū
poſſit effugere.Comportati aggeres, quibus uallū
foſſæq; complentur.Caſtra,militum cuſtodiæ per
circuitū.Arietes,quibus murorū fundamenta qua
tiuntur,& lapidum iunctura diſſoluitur. Hoc autē
dicitur,ut ſignificetur urbis Hieruſalem ſub Sede-
chia rege uicina captiuitas: cuius anno undecimo,
& rex et ciuitas capta eſt.Pro latere,q Græce dicit̄
genere fœminino ἡ πλίνθος,Symmachus manifeſtius
interpretatus eſt πλινθίον,quem nos laterculum &
abacum appellare poſſumus . In cuius puluere ſo
lent geometræ γράμμας, id eſt , lineas radioſq; de-
ſcribere.Ex quo quidam uolunt non abſurdū eſſe
etiā huius doctrinæ habere ſcientiā:illa exēpla repli
Ioſue.2.a cātes,ꝙ Ieſus filius Naue exploratores miſerit, qui

terrā deſcriberent,quæ pprie uocat̄ Geometria: & C
angelus in Zacharia habuerit funiculū Geometri- Zacha.2.a
cū ad Hieruſalē metiēdā.Et quod nūc iubetur pro
pheta Hieruſalem in puluere deſcribere, quæ apud
eos proprie appellat̄ σκιογραφία. Poſſumus laterē &
in ſugillationem Iſraëlis
accipere: ꝙ in luto & la- Exod.1.c.
tere ſeruierit Pharaoni:
Siue ut urbs quam puta
bant eſſe firmam & inex
pugnabilē, fragiliſſimo
lateri cōparetur , qui ad
tactū aquę ilico ſoluitur:
ut de qua prius dictum
eſt:nūquid petra duriſſi-
ma uel deſerti mons eſt
filiæ Sion, uertatur in la
terē,qui inundatiōe Ba-
bylonia corrūpatur : iu-
xta illud quod ſcriptum
eſt : Propterea adducet Eſa.8.b
dn̄s ſup uos aquas mul-
tas & fortes,regem Aſſy
riorū. c ¶Et tu ſume ti
bi ſartaginē &c.)Qđ ſu-
pra diximus,& ipſum p
phetā, & deſcriptionem
lateris,munitionibus,ag
gere,arietibusq; circun- D
dātē,in ſignū pcedere obſidendæ Hieruſalē, hoc
nūc manifeſtius dicit̄,poſt multa quæ media ſunt.
Signū eſt domui Iſraël. Sartago ferrea, quæ inſtar
muri inter prophetā & urbē ponit̄,grandem irā de
monſtrat dei,quæ nullis pcibus fatiget̄, nec flectat̄
ad miſericordiā.Sicut em̄ omnia metalla ferrū do-
mat,nihilq; eo durius eſt:ſic incredibilia ſcelera Hie
ruſalē,deum natura mollē,ſuo uitio fecerūt eſſe du
riſſimū.Sartago quoq; dicit̄ medius inter populū&
deū murus oppoſitus, ut oſtendat omnē multitudi
nem in breui eſſe frangendā, redigēdamq; ad nihi-
lum.Obfirmatio aūt uultus cōtra urbem, ſeuerita-
tis indicium eſt:iuxta illud quod alibi ſcriptum legi
gimus:Facies dn̄i ſuper facientes mala:ut diſperdat
de terra memoriam eorum. d ¶Et tu dormies ſu-
per &c.)Quæramus qui ſint anni trecēti nonagin-
ta:qui pro diebus totidē ſupputent̄,quibus in ſini-
ſtro latere propheta dormierit uinctus atq; conſtri
ctus:ita ut in latus ſe alterum non moueret, captiui
tatem & miſerias decem tribuū,id eſt,Iſraëlis oſten
dens:Et qui alij quadraginta anni,quibus pro Iu-
da & iniquitatibus eius in dextro iacuerit latere:ſi-
ue ut narrat ſancta ſcriptura, dormierit. De Iſraël
hoc dicēdū eſt,ꝙ ſub rege Phaceæ filio Romeliæ,q
undeuiceſimus regnauit in Iſraël ānis uiginti,uenit 4.Reg.15.
Teglatphalaſar rex Aſſur,&cœpit Aiō & Abel,do
mum Maacham,& Ianoë & Cedes,Hazor & Gala-
ad & Galilæam,& uniuerſam terram Neptalim, &
tranſtulit eos in Aſſyrios. Poſt quem regnauit in
Iſraël Oſee filius Hela annis nouē,captusq; eſt cum

a quia domus exaſperās eſt.Cūm autem locu-
tus fuero tibi:aperiam os tuū & dices ad eos:
Hæc dicit dn̄s deus: Qui audit,audiat,& qui
quieſcit,quieſcat:quia domus exaſperans eſt.

Cap. IIII.

b ET tū fili hominis ſume tibi laterē , & po-
nes eum coram te,& deſcribes in eo ciui-
tatē Hieruſalē,& ordinabis aduerſus eam ob
ſidionē,& ædificabis munitiones, & compor
tabis aggerem,& dabis contra eam caſtra ,&
c pones arietes in gyro.Et tu ſumē tibi ſartagi-
nē ferream:& pones eam murum ferreū inter
te & inter ciuitatem,& obfirmabis faciē tuam
ad eam,& erit in obſidionem, & circundabis
d eam,Signū domui Iſraël eſt.Et tu dormies ſu
per latus tuum ſiniſtrū: & pones iniquitates
domus Iſraël ſuper eo,numero dierum qui-
bus

A omni Samaria à Salmanaſſar rege Aſſyriorum, & translatus in Elam & Abor fluuios Gozam in ciuitatibus Medorum. Sexto aũt Ezechiæ regis anno,
4.Reg.17.a ut ſancta regum narrat hyſtoria, captus eſt Oſee. A quo ſi per ordinẽ ſupputemus, quot annis Iſraël fuerit in anguſtia & iugo preſſus captiuitatis: ſic inuenire poterimus. A ſexto anno uſq; ad uiceſimum annum: tot eñ Ezechias regnauit ãnis, ſupputantur anni uigintiquatuor: cui ſucceſſit Manaſſes, regnauitq; annis quinquagintaquinq;: Poſt hunc Amon regnauit annis duobus: Poſt quem Ioſias ãnis triginta & duobus. Cui ſucceſſit Ioakim, qui & Eliakim cognominatus eſt, & regnauit annis undecim. Poſt quem Ioachin cognomento Iechonias, qui ſtatim ductus eſt in captiuitatem: regnauitq; ꝓ eo Sedechias annis undecim: ſub quo capta eſt Hieruſalem templumq; deſtructum. Fiunt itaq; à prima captiuitate Iſraël, quæ facta eſt ſub rege Phaceæ uſq; ad undecimum annum Sedechiæ, quo templum deſolatum eſt, anni centum ſexaginta quatuor. A ſecũda, quãdo captus eſt Oſee & omnis ſubuerſa Samaria, anni cẽtum trigintaqnq;. Fuerũtq; deſolationis templi, anni ſeptuaginta.
B Qui additi primæ captiuitati, faciunt annos ducentos trigintaquatuor. In ſecundo eñ Darij regis Perſarum anno, templũ extructum eſt à Zorobabel filio Salathiel, & Ieſu filio Ioſedech, prophetantibus Aggeo & Zacharia, qui regnauit ãnis trigintaſex: unoq; ſublato, adduntur anni eius trigintaquinq;. Poſt quem regnauit Xerſes filius Darij, annis uiginti. Poſt quem Artabanus, menſibus ſeptem. Et Xerſes qui cognominabatur μακρόχειρ, annis quadraginta. Poſt quem Xerſes, menſibus duobus, & Sogdianus mẽſibus ſeptẽ. Cui ſucceſſit Darius cognomẽto νόθος, qui regnauit annis decem & nouẽ, Poſt quem Artaxerſes cognomento μνήμων Darij & Pariſatidis filius, regnauit annis quadraginta, q ab Hebræis Aſuerus appellatur: ſub quo Mardo-
Heſter.8.b chei & Heſter narratur hiſtoria: quando omnis populus Iudæorum de mortis periculo liberatus, recepit priſtinam libertatem. Fiuntq; à ſecundo anno Darij uſq; ad extremum annum Aſueri, anni centum quinquagintaquinq;, menſes quatuor. Qui additi ſuperioribus annis ducentis trigintaquatuor, faciunt annos trecentos octogintanouem, & menſes quatuor. Dextri autẽ lateris dormitio, id eſt, annorum quadraginta, facile ſupputat̃. Poſt Eliakim enim q cognominatus eſt Ioakim, regnauit filius eius Ioachin cognomẽto Iechonias, menſibus tribus. Quo regnãte aſcẽderũt ſerui Nabuchodonoſor regis Babylõis in Hierlm: & circũdata eſt munitiõibus: uenitq; Nabuchodonoſor rex Babylõis ad

bus dormies ſuper illud, & aſſumes iniquitatem eorum. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus Iſraël. Et cum compleueris hæc, dormies ſuper latus tuum dextrum ſecundo, & aſſumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. Diẽ pro anno; diem inquam pro anno dedi tibi.

Et

ciuitatẽ, cum ſerui eius oppugnarent eam. Et egreſſus eſt Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipſe & mater eius, & ſerui eius, & principes eius, & eunuchi eius, & ſuſcepit eũ rex Babylonis anno octauo regni ſui, & protulit oẽs inde theſauros domus
C dñi, & theſauros domus regiæ. Et poſt paululum trãſtulit omnẽ Hierlm, & uniuerſos principes, & omnes fortes exercitus, decẽ milia in captiuitatẽ, & omnẽ artificẽ & incluſorem, nihilq; relictũ eſt, exceptis pauperibus populi terræ. Quo capto cum infinita populi multitudine, & cunctis opibus Hieruſalẽ, regnauit Sedechias ãnis undecim: ſub quo capta urbs tẽplũq; deſtructũ eſt. Cuius ſolitudo uſq; ad ſecundũ Darij annũ, permanſit annis ſeptuaginta. Triceſimo aũt deſolationis tẽpli anno, Cyrus regnauit in Perſis: ſubuerſo Aſtyage rege Medorũ: q iuxta ꝓphetiã Eſaiæ, qnquaginta Eſa.45.
fermè hoĩm milia de tribu Iuda remiſit in Hieruſalẽ, & uaſa tẽpli quæ Nabuchodonoſor aſportauerat, & cætera quæ Eſdræ narrat hiſtoria. Sicut igit̃ 3.Eſdræ.1.
in Iſrl, hoc eſt, decẽ tribubus à Phaceæ rege Iſrl ſub quo Salmanaſar Iſraëlitici ppli multa uaſtauit uſq; ad quadrageſimũ annũ Aſueri, ſupputamus annos trecentos nonaginta, qñ uniuerſi Iudaici ppli ꝑſecutio mitigata eſt: ſic à primo ãno Iechoniæ qñ magna pars Hierlm trãſlata eſt ĩ babylonẽ, uſq; ad primũ Cyri regis Perſarũ annũ: qui deſolationis tẽpli erat ãnus triceſimus, ſupputant̃ ãni quadragĩta ſub quo Iudæorũ laxata captiuitas eſt, & libertas pplo reddita. Quidã trecẽtos nonaginta ãnos Iſraëlis, & q̃drgĩta Iudæ iũgẽtes, faciũt ãnos quadrĩgẽtos triginta, & uolũt eos ĩpleri à baptiſmate ſaluatoris, uſq; ad cõſũmationẽ mũdi. Alij uero & maxĩe Iudæi à ſecũdo ãno Veſpaſiani, qñ Hierlm à Romanis capta, tẽplũq; ſubuerſũ eſt: ſupputari uolũt in tribulatiõe & ãguſtia, & captiuitatis iugo ppli cõſtituti, annos quadrĩgẽtos trigĩta, & ſic redire pplm ad priſtinũ ſtatũ: ut quomõ filij Iſrl q̃dringẽtis triginta ãnis fuerũt in Aegypto: ſic & in eodẽ nũero finiat̃ extrema captiuitas: Scriptũq; eſſe ĩ Exodo: Habitatio autẽ filiorũ Iſrl, qua habitauerũt ĩ terra Aegypti, anni quadringẽti trigĩta. Et iterũ factũ eſt poſt ãnos quadringẽtos trigĩta, egreſſus eſt oĩs exercitus dñi nocte. Satiſq; miror cur uulgata exẽplaria cẽtũ nonaginta ãnos habeãt, & in qbuſdã ſcriptũ ſit, cẽtũ qnquaginta, cũ ꝑſpicue & Hebraicũ & Aqla Symmachuſq; et Theodotio, trecẽtos nõagĩta ãnos teneãt & apud ipſos Lxx, q tñ non ſunt ſcriptorũ uitio deprauati, idẽ numerus reperiat̃. Difficillimã quæſtionem, & ne dicã ſuperbe, à nullo explanatã, non tam nr̃i ſcientia q̃ dñi gratia expoſuiſſe nos credimus: impleto illo ꝙ ipſe pollicitus eſt: Quærite, & inuenietis: Matth.7.a



A nietis: petite, & accipietis: pulſate, & aperietur uobis. Qui aũt uoluerit ſupputare à prima captiuitate
4.Reg.15. quæ facta eſt ſub Manehẽ filio Gaddi rege Iſraël: qui regnauit in Samaria annis decem: quando uenit Phul rex Aſſyriorũ in terrã Iſraël, & mille talenta accepit argẽti, & poſt eũ alios duos ãnos Phaceæ quos regnauit in Iſraël: inueniet, uiceſimo octauo anno regis Aſſueri compleri trecẽtos nonaginta annos, quando Heſter fert̃ hiſtoria: quod & credibilius eſt. Neq; eñ finito imperio Aſſueri, ſed adhuc regnante eo, Iſraël iugũ grauiſſimæ ſeruitutis abiecit. a ¶Et ad obſidionẽ Hieruſalẽ &c.) Præparatione uultus opus eſt ac robore & confirmatiõe exerti brachij atq; nudati, ut non
B ſolũ uoce, ſed & geſtu & habitu ꝓphetãtis urbis obſidio demõſtret̃. b ¶Ecce circundedi te uinculis, & non te cõuertes de latere tuo in latus alterũ &c). Siniſtræ partes, quia ſine tẽplo & noticia dei fuerãt in Samaria, delegantur Iſraëli, dextræ Iudæ: in qua dei cultus & religio. Et notãdum ꝙ in altero ſit pœna peccãtium, in altero uirtutis exercitatio. Nec cõuertit ſe de altero in alterũ latus, ut nulla cruciatuũ requies indicetur: donec impleatur ſupradictorum dierum perfecta concluſio. Quod dies prophetæ, hoc annus eſt patientibus. Et quos annos putabat Laban, Iacob erãt quaſi pauci dies. Non ſolum autem in ſupplicijs uarietas eſt pro diuerſitate meritorum: ſed in bonorum quoq; retributiõe, agni in dextera: & hœdi ſtant in ſiniſtra. Vnde & in alio lo-
Eccleſ.10.a co ſcriptum eſt: Cor ſapiẽtis in dextera eius, cor autem ſtulti in ſiniſtra eius. Alia ſunt domini uincula quibus in ſalutem ligamur, alia diaboli, quibus de-
Luc.13.b cem & octo annis ligauerat mulierem in euange-
Prouerb.5.d lio. Vnde & funibus peccatorum ſuorum unuſqſ-
Ioan.11.f q; conſtringitur. Quæ ſoluit dñs per typum Lazari ſuſcitati: qui faſciolis & inſtitis uinctus iacuerat in ſepulchro. c ¶Et tu ſume tibi frumẽtum & hordeum & fabam, & lentes, & milium, & uiciam &c.) Quã nos uiciã interpretati ſumus, pro quo in Hebræo dicitur בִּסְמִים. Lxx. Theodotioq; poſuerũt ὄλυραν, quam alij auenam, alij ſigalam putant. Aquilæ autem prima æditio & Symmachus ζέας, ſiue ζείας interpretati ſunt: quas nos uel far, uel gentili Italiæ Pannoniæq; ſermone, ſpicam ſpeltamq; dicimus.

a HEB. Et ad obſidionem Hieruſalem conuertes faciem tuã, & brachiũ tuum erit exertũ, & ꝓphetabis aduerſum eam.

SEP. Et ad concluſionem Hieruſalem parabis faciẽ tuam & brachium tuum roborabis & prophetabis ſuper eam.

b Ecce circundedi te uinculis, & non te conuertes de latere tuo in latus alterum: donec compleas dies obſidio-
c nis (uel concluſionis) tuæ. Et tũ ſume tibi frumentum & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & uiciam: & mittes ea in uas unum, & facies tibi panes numero dierum quibus dormies ſuper latus tuum, trecentis & nonaginta diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo ueſceris, erit in pondere uiginti ſtatheres in die: à tempore uſq; ad tempus comedes illud. Et aquam in menſura bibes ſextam partem hin, à tempore uſq; ad tempus bibes illud. Et quaſi ſubcinericium hordeaceum comedes illud, & ſtercore humano operies illud in oculis

In uaſe quoq; Lxx. addidere ὀστρακίνῳ, id eſt, fictili. Iu- C
betur aũt propheta famẽ futurã & inopiam populi Iſraël opere demonſtrare. Sicut enim in rerum omnium penuria non quæruntur ciborum diuerſitates & deliciæ, ſed quomodo uenter impleat̃: ſic nũc propheta frumentum & hordeum, fabam, lẽtem, & milium, auenãq; mittit in unum uas: facitq; trecentos nonagĩta panes, quos per ſingulos dies comedat: q panes habent uicenos ſiclos, id eſt, ſtatheres. Siclus autẽ, id eſt, ſtather, habet drachmas quatuor Drachmæ autem octo, latinam unciam faciunt: ita ut unus panis decem uncias habere dicatur: quo trahitur magis anima quã ſuſtentatur: Sterilitatẽ cibi, aquæ auget ſterilitas. Sextã
D eñ partẽ menſuræ Hebraicæ quæ appellat̃ hin, iubetur per ſingulos dies bibere. Porrò hin duos χόας atticos facit: quos nos appellare poſſumus duos ſextarios Italicos: ita ut hin menſura ſit Iudaici ſextarij noſtriq; caſtrenſis, cuius ſexta pars facit tertiam partẽ ſextarij Italici. Qui cibus & potus iuxta inclytum Oratorem nõ uires tribuit: ſed mortem prohibet. Quod aũt dicit: A tẽpore uſq; ad tempus comedes uel bibes illud: à ueſpere uſq; ad ueſperam ſignificat: licet quidam male ab anno uſq; ad annum intelligi putẽt. Ipſiq; panes inſtar hordeacij panis ſubcinericij fiũt. Diciturq; ei ut humano ſtercore operiat eos, non ignorantibus his qui comeſſuri ſunt: ſolet qppe inſcitia miſerias tẽperare, ſed uidẽtibus & in oculis eorũ, ut ante aſpectus horrorẽ q̃ guſtus nauſeã ſuſtineat. Notandũ quoq; ꝙ iuxta numerũ dierũ ſiniſtri lateris, trecẽti nonaginta ſubcinericij panes iubeantur fieri, & per ſingulos dies comedi, & de quadraginta dierũ dextri lateris panibus omnino taceatur: ut occulte ſancta ſcriptura inſinuet, non eandem pœnam populi eſſe peccatoris, ſi tamẽ noticiam habeat dei: & eius qui à religione ueri dei omnino diſceſſerit. Poſſumus aũt & hoc dicere iuxta intelligentiam ſpiritualem, quod Iudaicus populus poſt offenſam dei uſq; hodie ſubcinericios panes comedat, mixtos frumẽto, hordeo, faba, lẽte, milio, & auena, quorũ alter hominum, alter iumẽtorũ cibus eſt. In eo eñ quod uidentur in unum deũ credere, habẽt aliqd & frumenti. Quod aũt filiũ negãt, hordeo iumentorum paſcunt̃ & fabis, qbus come-

a lis eorum. Et dixit dominus: Sic comedent
filij Iſraël panem ſuum pollutum inter gen-
tes ad quas eijciam eos. Et dixi ah, ah, ah, do-
mine deus: Ecce anima mea non eſt pollu-
ta, & morticinum & laceratum à beſtijs non
comedi ab infantia mea uſq; nunc, & non
eſt ingreſſa in os meum omnis caro immun-
da. Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum bo-
um pro ſtercoribus humanis, & facies panē
b tuum in eo. Et dixit ad me: Fili hominis: ecce
ego conteram baculum panis in Hieruſalem,
& comedent panem in pondere & in ſollici-
tudine, & aquam in menſura & anguſtia bi-
bent, ut deficientibus pane & aqua, corruat
unuſquiſq; ad fratrem ſuum, & cōtabeſcant
in iniquitatibus ſuis.

E dentium uenter inflatur, & mens opprimi dicitur:
intantum ut Pythagoreis quoq; cibus deteſtabilis
Gene.25. ſit. Propter lentem Eſau primogenita perdidit. Mi
lium ruſticorum & agreſtium & altilium cibus eſt.
Auena ſiue uicia & olyra, bruta paſcuntur aīalia.
Quod autem ſcribitur
iuxta Lxx. Helias fugiēs
3. Reg. 19.a Hiezabel inueniſſe pa-
nem ὀλυρίτλω ſubcineri-
ciū, perſecutionis & pe-
nuriæ ſignum eſt. Vnde
& à coruis paſcit̃, ut qa
cibum non inuenerat in
Iſraël, nationum quæ im
mundæ erāt paſceretur
alimētis. Lex quoq; ipſa
quam legunt & non in-
telligunt, ſubcinericius
panis eſt & opertus hu-
mano ſtercore. Quāob-
Philip.3.b rē & Paulus apoſtolus
lucra legis & priſtinarū
ceremoniarum obſeruā
tiam, dicit ſe habuiſſe ſi-
cut ſtercora ut Chriſtū
lucrifaceret. a ¶Et di-
xit dominus: Sic come-
dent filij Iſraël panē ſuū
Zacha.3.c pollutū &c.) Prophetas iuxta Zachariā uiros eſſe
Oſee.13.c portētoſos: q ſuis opibus futura portēdāt, & de qui
F bus loqtur deus: In manibus ꝓphetarū aſſimilatus
ſum, in multis locis creberrime legimus. Sicut igit̃
Ezechiel panē comedit in ſtercore, ſic & filij Iſraël
uel omīs populus Iudæorū, ſiue ut alij putant decē
tribus, comedēt panē pollutū in nationibus: licet ad
eos nō ſit cōminatio, qui iā eiecti ſunt: ſed ad eos q
eijciēdi ſunt de terra repromiſſionis. Quod cū pro
pheta didiciſſet, iuxta Aquilam tertio deteſtatus eſt
ah, ah, ah. Iuxta Symmachū uero & Lxx. reſpondit
μηδαμῶς, qđ latine dicitur nequaq;. Pro quo Theo-
dotio trāſtulit, O domine deus. Ne putemus eū cō
tradicere dn̄i imperio, ſed cauſas reddere imò dep̄-
cari, cur hoc facere non poſſit. Deniq; impetrat qđ
rogauit, & ſententiæ auſteritas mitiori imperio tē-
perata eſt: Quæritur cur Ezechiel faciliora renue-
Oſee.1.b rit: & Oſee ſcorto ſtatim fuerit copulatus, nec con
tradixerit, imò reſponderit, caſtum habere ſe cor-
1. Cor.6.d pus: neq; cōmixtiōe meretricis debere maculari: di-
cente apoſtolo: Qui adhæret meretrici unum cū ea
corpus efficitur. Ex quo oſtenditur figuram fuiſſe
ſynagogæ uel eccleſiæ, non uere iuxta literā perpe-
tratum, qđ ipſum exponentes prophetā plenius diſ
ſeruimus. Morticinum dicit̃ qđ abſq; effuſione ſan
guinis amittit uitam, & in quo moritur anima, lace
ratum à beſtijs, quod Græce appellatur θηριάλωτον.
Quod aūt pro humano ſtercore, boum conceditur
fimus, leuiora ſignificantur mala: dum iubentur
quidem coctum in bubullo ſtercore comedere pa-
nem: ſed ab humani ſtercoris lōge eſſe immūdicia,
G & uſq; hodie in populo Iudæorū ſeruat̃ iſta ſenten-
tia: ut non comedāt panē ſuum in humano ſterco-
re. Neq; em̄ idolis ſeruiūt: nec uaria dæmonū por-
tenta uenerantur: ſed in fimo bubulo: dum omnia
propter carnem & uentrē, & terræ huius bona ope
rātur, ſecundum qđ dici
tur: Qui fecerit ea, uiuet
in eis. Nos autem terre-
na cōtēnimus, & nō ſolū
humani ſtercoris calca-
mus cibos: ac terrenas
delitias putamus eſſe ꝓ
nihilo: ſed comedimus
panē qui de cœlo deſcē-
dit, & fruimur illo cibo:
de quo pſalmiſta decan-
tat: Panē angelorū come Pſa.77.c
dit homo: nequaq; Ae-
gyptijs carnibus, ſed mā
næ tenuitate uiuentes.
b ¶Et dixit &c.) Verbū
Hebraicum מַטֵּה prima
Aquilę æditio baculum,
ſecunda & Symmachus
theodotioq; ςερέωμα. i. fir
mamentum interpretati
ſunt. Quod aūt opere fu
turū eſſe monſtrauerat,
& ſermone demōſtrat: omniſq; ſiniſtri & dextri la-
H teris dormitio, & ſubcinericij panis, ſexq; ſpecierū
uarietate cōmixti, mūdi mala ſignificās, illò tēdit, ut
ineдiā ciborū in Hieruſalē, & aquæ penuriā incre-
dibilē ꝓteſtet̃: ita ut unuſquiſq; corruat ad fratrem
ſuū, ab alio auxiliū ſperās: qđ in ſe eſſe nō peruidet.
Natura em̄ hoīm eſt, ut premētibus malis & angu-
ſtiarū pondere, in ꝓximo magis q̄ in ſe habeāt fidu
ciā: cōtabeſcūtq; in iniqtatibus ſuis, dū pro iniqtati
bus cūcta patiunt̃. Vereorq; ne iſta panis contritio
etiā in noſtra īueniat̃ Hierl̄m, in qua uiſio pacis cer
nit̃, quē cōteret dn̄s qn̄ iraſcit̃, & indignos nos ſuo
iudicat pane. Atq; utinā ſaltē in pōdere eū & ſollici
tudine mereamur accipe, & arentē linguā nimia ſic
citate, extremus Lazari digitus irroret. Deficiente Luc.16.f
aūt pane & aqua eccleſiæ, corruet uir cōtra fratrem Ioan.19.d
ſuū, & ubiq; diſcordia eſt, ſcindētibus nobis Chriſti
tunicā, quā nec milites in paſſione ſaluatoris ſcinde
re auſi ſunt, & cōtabeſcētibus in iniqtatibus noſtris
dū dei iuſticiā nō habemus. Scriptū eſt ī Hieremia, Tren.4.a
q̄ paruuli, id eſt, uulgus eccleſiæ petierint panē, &
nō fuerit q eis frāgeret. Paulus uero q uir eccleſiæ
erat: & ſciebat Chriſtū panes fregiſſe legales, ac de-
diſſe diſcipulis erogādos: loquit̃ cōfidenter: Panem 1. Cor.10.d
quē frāgimus, nónne communicatio eſt corporis
Chri: Baculūq; uel fortitudinē panis cōcedere non
poſſunt q lacte infantiæ indigēt: nec ualēt accipe ſo
lidū cibū. Nihilq; ita ueſcentis animū roborat: quō Pſal.103.b
panis uitæ: de quo ſcriptum eſt: Et panis confirmat
cor hominis.

Cōmētarij primi in Ezechielē prophetā finis.



A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM COMMEN-
tariorum Ezechielis ad Euſtochium liber ſecundus. C

## Secundi explanationum in Ezechiel uoluminis, ò uirgo Chriſti Euſtochium, iſtud eſt exordium.

a ET tū fili hominis ſume tibi gla-
dium acutum, quaſi nouaculam
tonſorum (ſiue radentem pilos)
& trahe per caput tuum & bar-
bam tuam, & aſſumes tibi ſtatheram pōde-
ris & diuides eos. Tertiam partem igne com-
bures in medio ciuitatis, iuxta completionem
dierum concluſionis, & tertiam partem conci
des gladio in circuitu eius: tertiam uero aliam
diſperges in uentum, & gladium nudabo
poſt eos. Et ſumes inde paruum numerum:
& ligabis eos in ſummitate pallij, & ex eis
rurſum tolles & proijcies eos in mediū ignis
& combures eos. Ex eo egredietur ignis in
b omnem domum Iſraël. Hæc dicit dominus
deus: Iſta eſt Hieruſalem: in medio gentiū po
ſui eam, & in circuitu eius terras: & cōtempſit
iudicia mea, ut plus eſſet impia quàm gentes:
& præce

ET tu fili hominis ſume tibi gladium acu
tum quaſi nouac. &c.) Pro tribus parti-
bus capillorum & pilorum: quarum una
comburitur in medio ciuitatis: alia con-
cidit̃ gladio in circuitu eius: tertia uēto huc illucq;
rapienda diſpergitur, de
qua parū aſſumitur & li-
gatur in ora pallij, & rur
ſum modicū quid partis
tertiæ emittit̃ in ignem,
de quo egreditur flāma
in omnem domū Iſraël:
Lxx. quatuor partes in-
terpretati ſunt. Cūq; di-
xiſſent: Quartā partem
igni combures in medio
ciuitatis, & quartam cō-
cides gladio in circuitu
eius, & quartā diſperges
in uentum: quia remane
B bat eis quarta pars alia:
addiderunt de ſuo: Et
quartā partem aſſumes,
& cōbures eā in medio
ciuitatis: quaſi nō ſit ipſa
quæ prima, & aliud qd
in prima dixerit: aliud in
iſta quæ addita eſt. De-
niq; & in cōſequētibus
ænigma capillorum in
tres partes diuiſorū, ipſe dn̄s ediſſerit per prophe-
tam, dicens: Tertia tui pars peſte morietur, & fame
conſumetur in medio tui: famem & peſtilentiam
ignem eſſe ſignificās, & tertia tui pars gladio cadet
in circuitu tuo: foris cædes ac bella deſcribēs. Ter-
tiā uero, inquit, partē tuam in omnē uentū diſper-
gam: eos eſſe demōſtrans qui ducendi ſunt in capti
uitatē. Poſt quos dicit ſe nudare uel effundere gla-
dium ſuū, ut nec captiuitas nouiſſimū ſit malorū:
ſumereq; de ipſis diſperſis atq; captiuis: & ligare in
ſummitate pallij ſui eos qui de captiuitate redituri
ſunt in Hieruſalem, & ex ipſis quoq; tollere aliquā
partem: & igni flammaq; conſumere: ſignificās Ma
cedonas, ſub quibus habitatores Iudææ, & præci-
pue Hieruſalem dura perpeſſi ſunt. Quod autē di-
cit ex eo: id eſt, populo Iudæorum: ſiue iuxta Lxx.
ex ea: ut ſubaudiatur urbe Hieruſalem, egredietur
ignis in omnē domum Iſraël: Machabæorū narrat
hiſtoria, quod quædā pars Iudæorum ſe tradiderit
Antiocho Epiphani, & eum ad perſecutionem po-
puli cōcitauerit, & multa alia quæ in eadē ſcribun
tur hiſtoria, & in Ioſephi uoluminibus præcipueq;
diſſenſione Hyrcani & Alexandri, per quorum
occaſionem Cneus Pompeius cepit Hieruſalem, &
Romanæ ditioni ſubdidit: poſteaq; ſub Tito &
Veſpaſiano urbs capta eſt: templumq; ſubuerſum.
Et poſt quinquaginta annos ſub Aelio Hadriano
uſq; ad ſolum incenſa ciuitas atque deleta eſt, ita ut
priſtinum quoq; nomen
amiſerit. Quomodo au-
tem in cæſarie & barba,
pulchritudinis ac uirili-
tatis indicium eſt: quæ ſi
radant̃, fœda nuditas ap
paret: & uniuerſi corpo
ris pars extrema, atq; ut
dicam emortua, in capil-
lis atq; pilis eſt: ita Hie-
ruſalem & populus eius
emortuus, & à uiuo dei
corpore ſeparatus: fami
ac peſtilentiæ & cædi, &
gladio, captiuitati ac di-
D ſperſioni tradit̃. De qua
diſperſione, ſub figura
capillorū aliqua pars li-
gatur in ſummitate pal-
lij, ut modicū quid rur-
ſum tradatur incendio,
de quo infinita flamma
ac penè uniuerſa deua-
ſtans: egreditur in omnē
domū Iſraël. b ¶Hæc
dicit dominus deus: Iſta eſt Hieruſalem: in medio
gentiū poſui eam, & in circuitu eius ter. &c.) Hie-
ruſalem in medio mundi ſitam, hic idem propheta
teſtatur, umbilicum terræ eam eſſe demōſtrans. Et
pſalmiſta natiuitatem exprimens domini: Veritas, Pſal.84.b
inquit, de terra orta eſt. Ac deinceps paſſionem:
Operatus eſt, inquit, ſalutē in medio terræ. A par- Ibi.73.c
tibus enim orientis cingitur plaga quæ appellatur
Aſia. A partibus occidentis, eius quæ uocatur Eu
ropa. A meridie & auſtro, Libya & Aphrica. A ſe-
ptentrione, Scythis, Armenia atq; Perſide & cūctis
Ponti nationibus. In medio igitur gentium poſita
eſt, ut quia erat notus in Iudæa deus, & in Iſraël ma Ibi.75.a
gnum nomē eius: omnes in circuitu nationes illius
ſequerētur exempla, quæ gentiū circa ſe poſitarum
impietatem ſecuta: uicit etiam ipſas in ſcelere ſuo.
Quod pulchre interpretatus eſt Symmachus. Hæc,
inquiens, Hieruſalem quam in medio nationū po-
ſui, & circa eam regiones: commutauit iudicia mea
impietatibus quas didicit à gētibus, & iuſtificatio-
nes meas à regiōibus quæ ſunt in circuitu eius: qa
legitima mea reprobauerūt, & in iudicijs meis non
ambulauerunt. Illud aūt quod dixere Lxx. Iuſtifi-

& præcepta mea ultra, quàm terræ quæ in circuitu eius ſunt. Iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. Id-[a]circò hæc dicit dominus deus: Quia ſuperaſtis gentes quæ in circuitu ueſtro ſunt; in præceptis meis nõ ambulaſtis, & iudicia mea non feciſtis, & iuxta iudicia gentiũ quæ in circuitu ueſtro ſunt nõ eſtis operati. Ideo hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te; & ipſe ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium. Et faciam in te quæ nõ feci, & quibus ſimilia ultra non faciam, propter omnes abominationes tuas. Idcircò[b] patres comedent filios in medio tui, & filij comedẽt patres ſuos; & faciam in te iudicia, & uentilabo uniuerſas reliquias tuas in omnem uentum. Idcircò[c] uiuo ego dicit dominus

E cationes meas inique ex gentibus, & legitima mea de regionibus quæ ſunt in circuitu eius: non habere conſequentiam, etiam me tacente perſpicuũ eſt. a ¶Idcirco hæc dicit dominus deus: Quia ſuperaſtis gẽtes quæ in cir. ueſt. &c.) Pro eo quod nos interpretati ſumus: Quia ſuperaſtis gẽtes quæ in circuitu ueſtro ſũt: Symmachus tranſtulit: Quia multitudo ueſtra fuit ex gẽtibus, quæ in circuitu ueſtro ſunt. Aquilæ ſecunda æditio: Eo qđ numerati eſtis in gentibus quæ in circuitu ueſtro ſunt. Porrò Lxx. Quia occaſio ueſtra de gentibus quæ in circuitu ueſtro ſunt. Et eſt ſenſus, uel ſuperaſſe Hieruſalẽ ſceleribus ſuis cũctas in circuitu natiões: uel multitudinẽ eius, non populum Iſraël, ſed turbã cæterarũ gentiũ eſſe dicendam. Aut certe in numerum cæterarum gẽtium quę in circuitu eius ſunt eos eſſe conuerſos: ſiue omnem occaſionẽ habuiſſe

F de gentibus, quas magis in bonam partem docere debuerint. Quid, inquit, cauſer quod in præceptis meis non ambulaueritis, & iudicia mea non feceritis, cum etiam omnes in circuitu nationes uiceritis ſcelere ueſtro; & nõ feceritis quæ illæ naturali lege ſcripta in cordibus ſuis ſæpe fecerunt; Idcirco non per angelos neque per aliquos miniſtros, ſed ipſe ego faciã in te iudicia mea uidentibus cunctis quæ ante non feci, & ultra non faciam. Dicens autem iudicia: oſtendit ſententiæ ueritatem: ne ira menſurã pœnarum uideatur excedere. Nec fecit in ulla na-

Luc. 12. f tione talia qualia fecit in Hieruſalem: Quia ſeruus qui nouit uoluntatem domini ſui & non facit eam,

Sapien. 6. a uapulabit multis. Potenteſq; potenter tormẽta patientur. Et ſimilia, inquit, ultra nõ faciam. Pulchre dixit, ſimilia non faciam. Multo enim poſt interfectionem Chriſti duriora facturus eſt. Aliud eſt enim coluiſſe interdum idola propter quæ ante puniti ſunt, & aliud dei filium trucidaſſe. b ¶Idcirco patres comedent filios in medio tui &c.) Ad id quod ſupra dixerat: quia ſuperaſtis gentes quæ in circuitu ueſtro ſunt: ſiue pro eo quod occaſio ueſtra eſt ex gentibus quæ in circuitu ueſtro ſunt: in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea non feciſtis: tertio retulit ideo. Primum ita: Ideo hæc dicit dominus deus, ecce ego ad te; & ipſe ego faciam in medio tui iudicia. Secundo: Ideo patres comedẽt filios in medio tui. Tertio: Ideo uiuo ego, dicit dominus deus: niſi pro eo quod ſanctũ meũ uiolaſti in omnibus offenſionibus tuis, & reliqua. Attamẽ

G notandum, quod ubi decora ſunt & honeſta ac pro merito eorum qui ea ſuſtinent: ſeipſum deus facere profitetur. Vbi autem triſtia & non digna deo, dicit quidem fieri, ſed non à ſe, ut in præſenti. Ideo patres comedẽt filios in medio tui, & filij comedẽt patres ſuos. Nõ eñ dixit, ego faciam ut patres comedãt filios ſuos in medio tui, & filij comedant patres ſuos. Quod autẽ decorũ erat, nec dei maieſtati uidebať indignum, ipſum ſe dicit facere. Sequitur enim. Et faciã in te iudicia: & uentilabo uniuerſas reliquias tuas in omnem uentum. Tale quid & in maledictis Deuteronomij inuenire poterimus, & præcipue in loco illo: Glorificãtes

Deut. 28. g me glorificabo: qui autẽ me deſpiciunt, ad nihilũ deducenť. Eos enim qui ſe glorificãt, ipſe glorificat. Qui aũt eum deſpiciunt, non à domino deſpiciẽtur, uel deducẽtur ad nihilum: hoc enim ſequebatur ut diceret: ſed ab-

H ſolute, deducẽtur ad nihilum: nõ à deo, ſed pro meritis ſuis atq; peccatis. Legimus in Regum uolumi-

4. Reg. 6. ne, famis neceſſitate cogẽte: à matre filiũ deuoratũ. Ioſephus quoq; in obſidione Hieruſalẽ, multa huiuſcemodi facta cõmemorat. Quando aũt patres filios comederint, uel filij patres: nulla narrat hiſtoria: niſi forte in multis neceſſitatis malis, etiam hæc facta eſſe, credẽdũ ſit. Poteſt hoc ipſum referri & ad noſtrã Hieruſalẽ: quãdo magiſtri cõtra diſcipulos: id eſt patres contra filios, & diſcipuli contra magiſtros, id eſt filij aduerſum patres, ſeditione mutua cõcitãtur: & impleť illud quod per Apoſtolũ diciť:

Gal. 5. c Si aũt inuicẽ mordetis & accuſatis: uidete ne ab inuicem conſummamini. Vnde & propheta myſtico

Pſal. 26. a ſermone cãtabat. Cum appropinquarẽt aduerſum me qui affligunt me, ut comederẽt carnes meas. Et

Iob. 31. d Iob ſimile quid loquiť: Si aũt dixerũt ancillæ meæ: Quis det nobis de carnibus eius ut comedamus? Et ſuper magiſtris qui lucra ſectãtur de diſcipulis,

Pſal. 52. a ſalutiſq; eorũ nullã curã gerũt, diciť: Qui deuorãt populũ meum ſicut cibũ panis. De quibus & Apo-

Matth. 23. b ſtolus: Et comedunt, inquit, domos uiduarũ. Poſſumus patres qui comederint filios, & filios qui comederint patres: nõ ſolũ in Babylonia, ſed & in Romana obſidione intelligere. Illud aũt quod dicitur: Et uẽtilabo uniuerſas reliquias tuas in omnẽ uentum: magis ad Romanã pertinet captiuitatẽ: quãdo in toto orbe terrarum diſperſi ſunt. Et hæc eſt in omnẽ uẽtũ capillorũ barbæq; diſperſio. c ¶Idcirco uiuo ego dicit dñs &c.) Proprie hoc ad Hieruſalem



minus deus: niſi pro eo quod ſanctum meum uiolaſti in omnibus offenſionibus tuis & in cunctis abominationibus tuis; ego quoq; confringam (ſiue iuxta Lxx. abijciam) te; & non [a]parcet oculus meus & non miſerebor. Tertiã tui pars peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui, & tertia tui pars gladio cadet in circuitu tuo. Tertiam uero partem tuam in omnem uentum diſpergam, & gladium euaginabo poſt eos. Et implebo furorẽ meum, & requieſcere faciã indignationem meam in eis, & cõſolabor; & ſcient quia ego dominus locutus ſum in zelo meo: cum impleuero indi-[b]gnationem meã in eis. Et dabò[b] te in deſertũ & in opprobrium gentibus quæ in circuitu tuo [c]ſunt, in cõſpectu omnis prætereuntis. Et ẽris[c] opprobriũ & blaſphemia; exẽplũ & ſtupor in [d]gẽtibus quæ in circuitu tuo ſunt. Cũm[d] fecero in te iudicia in furore & indignatione & in increpationibus iræ quæ ego dñs locutus ſum. Quando

A lem dicitur: quia ſancta mea uiolaſti me deſerẽs: & in templo meo idola coluiſti: ego quoq; cõfringam omnia idola tua, & cõteram atq; cõcidam ſiue abijciam te: quia prius abieciſti me, & non parcet oculus meus cum te uidero, fami, gladio, ſeruituti colla ſubmittere: nec miſerebor: quia miſericordiam meam non mereris. Scri-

Matth. 5. a ptum eſt enim: Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiã cõſequenť. Hoc idem & in eccleſia intelligẽdũ eſt, quod magiſtris & ſacerdotibus q̃ egerint negligẽter, poſſit deus quotidie dicere: quia ſancta mea uiolaſtis in cũctis offenſionibus ueſtris; & in uniuerſis abominatiõibus quæ egiſtis: ego quoq; uos cõteram atq; confringam, reddamq; per me quod in meũ populum perpe-

Infra. 34. a traſtis. De quo cõtra paſtores hic idem propheta plenius loquiť, quod lanis ouium operiãtur: & lacte uefcantur & ca-

B ſeo: & fractum pecus ac morbidũ nõ requirant. a ¶Tertia tui pars peſte morieť & fa. &c.) Lxx. quia ſupra quatuor partes poſuerãt: quas in deſcriptione incẽdij, gladij & diſperſionis: tres tantũ eſſe ſermo propheticus approbauit, ut ſuperfluo una pars incẽdij in duas partes diuidereť: In hoc quoq; loco eandẽ primã partẽ diuiſerunt in duas, ut diceręt: Quarta pars tui morte atteretur, & quarta pars tui fame cõſumetur in medio tui, & quarta pars tui cadet in circuitu tuo, & quartã partem tui in omnẽ uentum diſpergam: Licet hoc quod poſuimus: Et quarta pars tui in gladio cadet: de Theodotionis æditione ſub aſteriſcis additũ ſit. Perſpicuũ eſt aũt, ut Hebræa ueritas cõtinet, tres eſſe partes. De quarum prima dicatur: Et tertia tui pars peſte morieť, & fame conſumetur in medio tui. Multoq; melius fuerat tranſferre quod ſcriptum eſt, quàm rei male translatæ patrociniũ quærere. Nec hoc dicimus ab illis factum quibus uetuſtas autoritatem dedit: ſed per multa ſecula, ſcriptorũ atq; lectorũ uitio deprauatum. Quanq; & Ariſteus & Ioſephus & omnis ſchola Iudæorũ, quinq; tantũ libros Moyſi à Lxx. translatos aſſerant. De quo capitulo quia ſupra diximus: nũc omittẽdũ uideť: Hoc tantũ addã, quod neceſſariũ eſt in eo qđ ait: Et implebo furorẽ meũ, & requieſcere faciã indignationẽ meã in eis: & conſolabor, & ſcient quia ego dñs locutus ſum in zelo meo, cum impleuero indignationem meam in eis:

C Quomodo ſentiẽdus ſit furor & indignatio & zelus dei, ſæpe expoſuimus, quod humanis deus loquať affectibus: nõ quo ipſe iraſcatur: ſed quo nos per pœnas atq; cruciatus deũ ſentiamus iratũ. Zelus aũt ſub metaphora uiri & uxoris accipiendus: qui q̃diu uxorẽ diligit, zelotypus eſt: ſi neglexerit, dicit illud quod in cõſequentibus dicturi ſu-

Infra. 16. e mus: Zelus meus recedet à te: & ultra non iraſcar tibi. Quodq; iungitur: Et ſciẽt quia ego dominus loquutus ſum in zelo meo: nõ illi qui cõſumpti ſunt fame & peſtilẽtia, nec qui gladio ceciderunt in circuitu ciuitatis, ſed illi qui diſpergẽtur in omnem uentum, aliorum mortibus ſuiſq; miſerijs ſentient iratum deum, quem clementem ſentire noluerũt. b ¶Et dabo te in deſertũ &c.) Quodq; ſequitur: & in opprobriũ gẽtibus quæ in circuitu tuo ſunt: In Lxx. nõ habeť: pro quo addiderunt de ſuo, & fi-

D lias tuas in circuitu tuo. Rurſumq; iuxta utrãq; æditionem: in cõſpectu omnis prætereuntis. Prodeſt aũt Hieruſalẽ omnia in ea uitia deſolari & ad deſertũ redigi: & ſua eam peccata cognoſcere, ut quæ cæteris gentibus in exemplum uirtutum eſſe debuerat: ſit exemplũ miſeriarũ. Filias aũt eius, urbes uel uiculos intelligere poſſumus: ſiue eccleſias in toto orbe diſperſas, ut quicũq; huius peregrinus eſt ſeculi, & dicit cum

Pſal. 38. e pſalmiſta: Aduena ſum & peregrinus ſicut omnes

Ibi. 128. d patres mei, & de quo dicitur: Nõ dixerũt qui prætęribant: benedictio domini ſuper uos: uideat opprobrium eius & doleat. c ¶Et eris opprobrium & blaſpe. &c.) Pro quo in Lxx. legiť: Et erit στεναϰτὴ, id eſt, gemibilis. Et de Theodotione additum eſt καὶ δ'ελαίσῃ, cuius uerbi noticiam nõ habemus. Pro quo tres alij interpretes, blaſphemiam tranſtulerunt, quæ in Hebraico dicitur גְּדוּפָה. Sequitur. d ¶Cum fecero in te iudicia in fur. & indig. & in increp. &c.) Gemitu autem dignam Hieruſalem cum offenderet deum, ut faceret in ea iudicia in furore & indignatione, teſtatur & Paulus, qui dicit:

Ephe. 2. a Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri. Et iterum:

2. Cor. 5. b Qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus aggrauati. Loquimurq; cum Hieruſalem: iram domini ſuſtinebo, quoniam peccaui ei. δ'ηλαίσω uel δ'ηλαίαμ, quidam infelicem & miſeram: alij perſpicuam & expoſitam ad miſerias intelligi uolunt. Quando

a Quandô misero ſagittas famis peſſimas quæ
erunt mortiferæ:& quas mittam ut diſperdã
uos,& famem congregabo ſuper uos,& cõte
ram firmamentum(uel baculum)panis.Et im
b mittam in uos famem & beſtias peſſimas uſ-
que ad internicionem,& peſtilẽtia & ſanguis
tranſibunt per te,& gladiũ inducam ſuper te:
ego dominus locutus ſum. Cap. VI.
c ET factus eſt ſermo domini ad me dicens:
Fili hominis pone faciem tuam ad mon-
tes Iſraël, & prophetabis ad eos. Et dices:
Montes Iſraël: audite uerbum domini dei.
Hæc dicit dominus deus montibus & colli-
d bus,rupibus & uallibus:Eccẽ ego inducam ſu
per uos gladium,& diſperdã excelſa ueſtra.
Et demoliar aras ueſtras,& confringentur ſi-
mulacra ueſtra,& deijciã interfectos ueſtros
ante idola ueſtra.Et dabo cadauera filiorum
Iſraël ante faciem ſimulacrorum ueſtrorum:
& diſper

E a ¶Quando miſero ſagittas famis peſſi,&c.) Famem & peſtilentiã & beſtias peſſimas,& quicquid aliud malorũ ſuſtinemus in ſeculo:propter noſtra uenire peccata manifeſtum eſt.Vnde & fames illa
Ruth.1.a quæ facta memoratur in Ruth,& in Regum uolu
3.Reg.17.a mine ſub Helia,quando
4.Reg.6.f tribus annis & ſex mẽſibus cœlũ clauſum eſt,& ſub Heliſeo,cuius incredibilem inopiã repẽtina abundãtia cõpẽſauit:dei iudicio miſſa eſt.Quod nõ ſolũ tũc in Hieruſalẽ factũ eſt,ſed & in noſtra fit Hieruſalẽ:in qua propter magnitudinẽ peccatorũ,primum fames mittitur audiẽdi ſermonem dei,Deinde famem mors ſequitur:ut qui nõ audiuimus,guſtate & uidete quoniam ſuauis eſt dñs: poſtea ſentiamus,mors peccatorum peſſima eſt.
Supra.4.d De firmamento & baculo panis,ſupra diximus.
b ¶Et immittam in uos famem & beſt,peſſ,&c.) Beſtias peſſimas induci ſuper terrã ſolitudinis,
F quæ fame & gladio & peſte uaſtata eſt,præſentia quoq; oſtendũt tempora: quãdo familiaria animalia,canes,in dominorũ carnes rabie cõcitãtur,& urſis ac lupis cunctiſq; alijs generibus beſtiarũ terra cõpletur:p eſtilẽtiamq; & ſanguinẽ trãſire per eam,morbũ gladiumq; ſignificat,Sed & in noſtrã Hieruſalẽ mittũtur beſtiæ peſ-
Roma.1.d ſimæ quando tradimur in paſſiones ignominiæ,&
2.Cor.12.g in reprobũ ſenſum,& cõſciẽtiã peccatorũ quæ excruciant atq; dilacerãt animũ noſtrũ:Diſſenſiones: hæreſes,ſchiſmata,æmulationes,inuidiæ, triſticiæ, detractiones,deſideria mala,auaricia quæ eſt radix omnium malorum,beſtiæ peſſimæ ſunt.Quæ cum
Hiere.2.d fuerint in nobis,meremur audire.Corripiet te præ-
Pſal.73.d uaricatio tua.Precamurq; & dicimus: Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi. Cap. VI.

ET factus eſt ſermo dñi ad me dic.&c.) Quod ſæpe in hoc propheta dicitur adonai dñs,propter Græcos & Latinos qui Hebrææ linguæ non habẽt ſcientiã,breuiter exponendũ uidet.Adonai unum nomen eſt de decem uocabulis dei,& ſignificat dñm:quo ſæpe & in hominibus utimur.Deniq;
Gene.18.b & Sara uocãs Abraham dominũ ſuũ,hoc uocabat
Exo.28. nomine.Et ubi dicitur:dñe mi rex,adonai ſcriptũ eſt.Quando igitur duo,domini & domini,iuncta ſunt nomina:prius nomen cõmune eſt,ſecundum proprie dei,quod appellatur ἄῤῥητον, id eſt,ineffabile,& quod ſcriptũ fuit in lamina aurea,quæ erat in fronte pontificis.Montes autem Iſraël,qui ſimulacris dæmonum fuerãt occupati:non auribus,ſed G
imperio ac potentia cõditoris,ſuum audiunt & intelligũt creatorem:Quomodo mare uidit & fugit, Pſal.113.a
Iordanis conuerſus eſt retrorſum:non utiq; carnis oculis quibus carebat.Et ad mare dicit: Tace,ob- Mar.4.d
muteſce:Et uentorũ flatibus imperat: Iubetq; uermi:qui Ionæ percuſ- Ione.4.c
ſit umbraculũ.Et de eadẽ terra ſcriptũ eſt:Qui Pſal.103.d
reſpicit terrã & facit eam tremere.Ad quos propheta loquitur,indicans idola deſtruenda & aras, uniuerſaſq; ceremonias quibus prius idolis ſeruierãt cõterendas.Poſſumus mõtes Iſraël,& principes accipere eos qui potentia,ſapiẽtiaq; & ſcientia ac diuitijs præcellebant.Et hoc animaduertendũ,quod obfirmatur quidẽ facies & ponit cõtra montes:ſed nequaq; ſolis mõtibus,ſed & collibus loquit,& rupibus & uallibus: in quibus inferior dignitas,& gradus prudẽtiæ ſcientiæq; cognoſcitur. Videntur H
mihi Tropologice montes eſſe,qui ad perfectam Tropol.
ſcientiam peruenerũt.Colles,qui paulo inferiores ſunt,Rupes,qui nullam habentes ſcientiã & tantũ in cõuerſatione fidentes,aliqua ſibi de ſcripturarũ interpretatione præſumunt,habentes iuxta Apo- Iaco.3.d
ſtolum zelum dei:ſed non ſecundũ ſcientiã.Valles autem appellari nouiſſimos in eccleſia:qui & uita & ſciẽtia inferiores:tamen de cõuentu familiæ dominicæ nõ recedunt.Qui omnes uerbũ dei iubentur audire,ut unuſquiſq; pro ſuo modulo & ſenſu intelligat quid dominus præcipiat. d ¶Ecce ego inducam ſuper uos gladium & diſperdam excelſa ueſtra.Et demoliar aras ueſt.&c.) Montibus dicitur Iſraël quod diſperdat deus excelſa eorum,in quibus adorabant homines fictos deos,& aras ſimulacraq; confringat,& cultores eorum in conſpectu phanorum interfici faciat,ut iaceant cadauera mortuorum ubi prius iacebant hoſtiæ:& diſpergantur oſſa,non montium,ſed eorum qui iacebãt in montibus in circuitu ararũ,& in cunctis urbibus uinculiſq; Iſraël.Hoc iuxta literã.Alioquin & ſuper eos qui eriguntur in ſuperbiã,& de quibus Apoſtolus loquit:Scientia inflat,charitas aũt ædi- 1.Cor.8.d
ficat:inducit gladius,ut omnia eorũ ſimulacra quæ de ſuo finxerũt animo cõterantur,& interfecti iaceant & mortuos ſe eſſe ſentiãt:nihil ſibi ſimulacra ſua atq; figmẽta prodeſſe cernẽtes.Quodq; diſpergere ſe dicit oſſa montium circa aras, fortiſſimos quoſq;



& diſpergam oſſa ueſtra circa aras ueſtras in
a omnibus habitationibus ueſtris.Vrbẽs deſer
tæ erũt:& excelſa demoliẽtur,& diſſipabũtur
& interibũt aræ ueſtræ,& cõfringẽtur & ceſſa
bunt idola ueſtra,& cõterẽtur delubra ueſtra,
& delebũtur opera ueſtra.Et cadet interfectus
in medio ueſtri,& ſcietis quia ego dominus.
b Et relinquã in uobis eos qui fugerint gladiũ
in gẽtibus cum diſperſero uos in terras: & re
cordabuntur mei liberati ueſtri in gẽtibus,ad
c quas captiui ducti ſunt.Quia contriui cor eo-
rum fornicans & recedens à me,& oculos eo-
rum fornicãtes poſt idola ſua.Et diſplicebunt
ſibimet ſuper malis quæ fecerant in uniuerſis
abominationibus ſuis.Et ſcient quia ego dñs
nõ fruſtra locutus ſum ut facerem eis malum
d hoc.Hæc dicit dñs deus:percute manu tua
& allide

A quoſq; eorum à ſe mutuo indicat ſeparandos.Prodeſt enim peruerſæ ſcientiæ malos à malis diuidi. Et ut illi qui cõſenſu peſſimo ædificabãt turrẽ,pro utilitate propria diſſipati ſunt:diuiſæq; linguæ eorum,ne conſenſus peſſimus peiores eos faceret:ita oſſa montiũ diſpergent,ut uanos conatus ſuos intelligãt.Hoc quod nos poſuimus:Et dabo cadauera filiorũ Iſraël ante faciẽ ſimulacrorũ ueſtrorum:in Lxx.non habet. a ¶Vrbes deſertæ &c.) Cauſa perſpicua cur urbes mõtium deſerendæ ſint:ſcilicet ut demoliantur excelſa aræq; & idola deſtruant:& delubra pereãt,& omnis ſimulacrorũ cultura deſiſtat:cadantq; interfecti in medio montiũ,& ſciant qm̃ ipſe ſit dñs.Per quæ occaſio nobis dat,ſpiritualẽ magis intelligẽtiã ſequi,ut urbes hæreticorũ quæ interpretãtur eccleſiæ,& excelſa ſupbiæ eorum,& aræ peruerſorũ
B dogmatũ confringãtur,& idola pereãt quæ de ſuo ſibi corde ſimularãt,& cõterãtur delubra nõ tẽpla quæ cõtra tẽplũ dñi ſurrexerãt,Græcoq; ſermone appellant τεμένη,id eſt,phana atq; delubra,& omnia opera mõtiũ cõterãtur quæ nõ opera dei ſunt,ſed magiſtrorũ falſæ ſciẽtiæ.Cũq; ceciderint interfecti in medio montiũ:uel quos ipſi mõtes interfecerãt, uel eccleſiaſtici uiri qui eos male uiuẽtes in ſalutẽ ſuã occiderãt:tunc finis erit montiũ ſuperborũ,ut cognoſcant quod ipſe ſit dñs.Poteſt aũt fieri ut de uno populo montiũ Iſraël,alijs interfectis cognoſcãt alij.Peſtilente enim flagellato ſtultus aſtutior erit. b ¶Et relinquam in uobis eos qui fug.&c.)
3.Reg.19.d Illud quod dñs loquitur ad Heliam:Reliqui mihi ſeptẽ milia uirorũ qui nõ curuauerunt genu Baal,
Roma.11.a & Paulus apoſtolus ſcribit:Et nũc in hoc tempore reliquiæ ſecũdũ electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt: poteſt huic capitulo cõuenire.Et apoſtoli ẽm qui erant de ſemine Iſraël & gladium fugerant:idcirco ſunt reſeruati,ut diſpergerẽtur in terris,& in gẽtibus euangeliũ prædicarẽt,ac recordarẽtur in gentibus dei,in quibus captiuitatis tẽpore uerſabant. Poteſt aũt & hoc dici,quod ideo aliqui de captiuitate Iudaica reſeruati ſint,ut in gẽtibus recordarentur nominis eius:illiuſq; potentiã prædicarẽt.De hæreticorũ quoq; populis,qui euadere potuerint gladium perditionis eorũ & peſſimam factionem, quæ cõtra deum fuerat cõcitata,huc illucq; diſperſi,recordabuntur nominis dei:agentes pœnitentiam,& captos ſe à uiris eccleſiaſticis exultabunt.
c ¶Quia contriui cor eorum fornicãs & rec.&c.) C
Multa de hoc capitulo à Lxx.prætermiſſa ſunt,illudq; mutatum:Iuraui cordi eorum fornicãti.Pro quo nos poſuimus:contriui cor eorum fornicans. Iurauit autẽ atq; decreuit ſe facturũ eſſe quæ opere monſtrauit:ſiue contriuit fornicans cor,& recedens à deo,eorũ de quibus per Oſee dominus loquit:Spiritu fornica- Oſee.4.c
tiõis ſeducti ſunt.Et oculos fornicantes poſt idola,per quorum feneſtras mors intraſſe perhibet. Quam ob cauſam & in Daniele duo preſbyteri Dan.13.d
præceperũt reuelari Suſannam,ut nudati corporis decore fruerent.Nec fruſtra locutus eſt dominus ut faceret malum uel mala,quãdo ad comminationem eius agunt pœnitẽtiam qui ſententiæ ſubiacebant.Sin autẽ cor durum ſit & indomabile,ne per pœnas quidem ſentiens beneficia corrigentis,dicit ad eos: Sine cauſa percuſſi filios ueſtros:diſciplinam non Hiere.2.f
recepiſtis.Prodeſt autem & hæreticis ut cõteratur D
cor eorum,theſaurus peſſimus dogmatum peruerſorum,quia receſſit à domino,& fornicantes oculi poſt adinuentiones ſuas.Qui cum domini fuerint recordati,diſplicebunt ſibi in uniuerſis abominationibus ſuis,& intelligẽtes ueræ fidei ueritatem, ſcient quia ipſe ſit dominus.Qui idcirco ſæpe infert tribulationem,quæ patientibus pernicioſa uidetur & peſſima,ut ad pœnitudinem cõuertantur. d ¶Hæc dicit dominus deus:percute manu &c.) Magnitudinem peccatorum,iubetur propheta manibus pedibuſq; ac ſermone monſtrare,ut geſtu corporis & indignatione uocis,habitum ſtupentis mirantiſq; & plorantis oſtendat.Quomodo enim ſi quando nouum aliquid mirandumq; conſpicimus,tam corpore quàm animo perhorreſcimus, ita ut complodamus manus,& pedes allidamus ad terram, & uocem inclinemus ad fletum:ſic nunc oculis animi propheta cernens uentura ſupplicia: ad uniuerſas abominationes malorum domus Iſraël loquitur quæ ſequuntur.Percutimus ſpiritualiter manu,quando à malis nos operibus ſeparamus.Allidimus pedem:quando non gradimur itinere peccatorum.Plangimus atq; ploramus:quando nobis diſplicent quæ geruntur.Quod oſtenditur uerbo,heu.Pro quo aquila interpretatus eſt ἃ ἃ,Symmachus χετλίασον, quod ſignificat lamentare uel plange.Septuaginta & Theodotio εὖγε, quod magis inſultantis eſt quàm plangentis.
Qui

& allide pedem tuũ,& dic:heu,ad omnes abo
a minationes malorum domus Iſraël.Qui gla
b dio,fame & peſte ruituri ſunt.Qui lõnge eſt,
peſte morietur:qui autẽ prope eſt,gladio cor⸗
ruet:& qui relictus fuerit atq; circundatus,fa⸗
me morietur:& implebo indignationẽ meam
c in eis.Et ſciẽtis quia ego dñs,cum fuerint in⸗
terfecti ueſtri in medio idolorum ueſtrorum
per circuitum ararum ueſtrarũ in omni colle
excelſo:in cunctis ſummitatibus montium,&
ſubter omne lignum nemoroſum,& ſubter
uniuerſam quercum frondoſam:locum ubi
accenderunt thura redolentia uniuerſis idolis
d ſuis.Et extendã manum meã ſuper eos,& fa⸗
ciam terram deſolatã & deſtitutam à deſerto
Deblata in omnibus habitationibus eorum,
& ſcient quia ego dominus. Cap. VII.
e ET factus eſt ſermo domini ad me, di⸗
cens: Et tu fili hominis, hæc dicit domi⸗
nus deus

E a ¶Qui gladio,fame & peſte ruituri ſunt.) Hæc
eſt autem cauſa plangendi,quod habitatores mon⸗
tium & ararum idolorumq; cultores gladio,fame,
& peſte ruituri ſunt.Qui uariјs ducunt erroribus,
& quotidie mutant fidem: circũferunturq; omni
uento doctrinæ:iſti cæ⸗
dunt gladio,& diuidunt
in partes,unitatem eccle
ſiaſticæ fidei relinquen⸗
tes.Qui uero ſpirituales
nõ habet cibos,fame mo
riet:neſciẽs eum qui di⸗
Ioan.14.d xit:Ego ſum uita.Porrò
qui uel ſingulis uel plu⸗
ribus deditus uitiјs, ab
eis nõ põt ſeparari:quaſi
quodam ueterno peſti⸗
lẽtiæ corruit. b ¶Qui
longe eſt,peſte mo.&c.)
Qui obſidionẽ urbis ef⸗
fugerit & ad deſerta mi⸗
grauerit,peſte morietur:
qui ꝓpe fuerit,cadet ho
ſtium gladio.Quem au⸗
tem circũdederit hoſtilis
exercitus,fame interibit
& penuria:in hisq; omi⸗
bus implebitur indigna
F tio dei,ut cognoſcãt qui
remãſerint,quia ipſe ſit
dominus. Qui ab eccl'ia
quoq; receſſerit,ſtatim peſte morietur.Qui ſciolus
ſibi uidetur & diligens,niſi cauerit,gladio ferietur
inimici.Qui ſimplici contentus fide,inſtar bruto⸗
rum animantium uerſatur quidem in eccleſia,ſed
tamen in nullo bono opere proficit:nec imitator
eſt formicæ,quæ in meſſe præparat ſibi cibos atq;
cõportat:iſte fame morietur,& in omnibus his im
plebitur ira domini. c ¶Et ſcietis quia ego domi⸗
nus cum fue.&c.)Perſpicuum eſt iuxta literam,&
interpretatione non indiget,quod in montibus Iſ⸗
raël & in excelſis collibus inter ipſa idolorũ alta⸗
ria lucosq; qui appellãtur ligna nemoroſa,Iſraëli⸗
ticus ſit cæſus exercitus,ut ubi peccauerãt,ibi pu⸗
Anagog. nirentur.Iuxta Anagogen ſequamur ordinẽ pro⸗
poſitum.Quãdo magiſtri hæreticorũ ab eccleſiaſti
cis uiris qui inſtructi ſunt ſcientia ſcripturarũ,con
triti fuerint atq; ſuperati,uidemus interfectos per⸗
uerſorũ dogmatũ iacere inter ſimulacra quæ finxe
rant,& eos qui ſe eleuabãt cõtra ſcientiã dei ſtratos
in montibus collibusq; ſubtus omne lignũ nemo⸗
roſum:qui habebant uerba pompatica:umbramq;
foliorũ,& poma bonorũ operum nõ habebant:qui
erãt ſub omni quercu frondoſa,quæ nõ affert fru⸗
ctus hominũ ſed porcorum:ubi accenderũt thura
redolentia non deo ſed idolis ſuis.Nec dicere pote
Gene.8.d rant quod de Noë ſcriptum eſt: Odoratus eſt do⸗
minus odorem bonæ fragrantiæ,& id quod Pau⸗
2.Cor.2.d lus loquitur: Chriſti bonus odor ſumus deo in
omni loco. Quomodo autem ſanctus odore ſuo G
delectat deum:ſic peccator ex cuius perſona pſal⸗
mus ille cantatur:Cõputruerunt & corruptæ ſunt Pſal.37.b
cicatrices meæ,à facie inſipientiæ meæ: accendit
idolis ſuis thura fœtẽtia.Id quod nos interpretati
ſumus,in cũctis ſummi⸗
tatibus mõtium.Et poſt
paululũ.Et ſubter uni⸗
uerſam quercum fron⸗
doſam,Lxx. reliquerũt.
d ¶Et extendam manũ
meam ſuper eos &c.) O
mõtes Iſraël,cum inter⸗
fecti ueſtri ceciderint in
medio ararum idolorũq;
ueſtrorũ in omni colle
excelſo:in cunctis mon⸗
tiũ ſummitatibus, cum
compleueroq; lucos ue
ſtros cadaueribus mor⸗
tuorũ,in quibus quon⸗
dam accenderunt thura
idolis ſuis redolẽtia:tũc
extendam manũ meam
ad ultionem quæ fuerat
hucuſq; contracta,& re⸗
digã uniuerſam terrã Iſ⸗
raël in ſolitudinẽ,à de⸗
ſerto Deblata quæ eſt
in terra Emath,quæ ho H
die uocat Epiphania Sy⸗
riæ in cunctis habitationibus eorũ,ut omnibus pa
teat nihil eſſe inter ſolitudinẽ & mare magnũ,quod
nõ hoſtilis mucro cõſumpſerit.Multi putãt eundẽ
eſſe locũ,de quo in Hieremia ſcriptũ eſt:Et appre⸗ Hiere.39.b
henderũt Sedechiã in deſerto quod eſt iuxta Hieri
cho,& omnis comitatus eius diffugit ab eo.Cũq;
cõprehẽdiſſent regẽ,adduxerũt eum ad regẽ Baby
lonis in Reblata,quæ eſt in terra Emath.Poteſt &
ob uicinã ſimilitudinẽ ד & ר Hebraicarũ literarũ,
quæ paruo apice diſtinguunt:uel deblata ſeu rebla
ta appellari.Iuxta myſticos aũt intellectus,extẽdit
dñs manũ ſuã ſuper omnes qui hæretico fuerãt er⸗
rore decepti,ut terrã eorũ quæ interpretat eccleſia
faciat doſolatã à deſerto deblata,quod in lingua no
ſtra παλάθην,hoc eſt maſſam ficorum ſonat,caryca⸗
rumq;,inter ſe cõpactarũ,ut poſtq; in ſimulata dul
cedine quæ non erat terræ cultæ,ſed ſolitudinis,
amaritudinẽ repererint:tũc cognoſcãt,quia ipſe ſit
dñs.Mel enim diſtillat de labiјs mulieris meretri⸗ Prouer.5.a
cis,quæ ad tẽpus impinguat ueſcentium fauces,&
poſtea amarius felle reperit.Hoc ſignificãt & duo
calathi ficorũ qui poſiti ſunt in Hieremia cõtra fa⸗ Hiere.24.a
ciem tẽpli:unus ficorũ optimarũ,& unus peſſima⸗
rũ:quorũ alter ad eccleſiã Chriſti refertur:alter ad
congregationem malignantium. Cap. VII.
ET factus eſt ſermo dñi ad me dic.&c.) Quas
nos plagas mũdi interpretati ſumus:oriẽtem
uidelicet & occidentẽ,meridiem & ſeptentrionẽ.
De quibus



nus deus terræ Iſraël:Finis, uenit finis ſuper
a quatuor alas terræ.Nũnc finis ſup te:& mit
tam furorem meum in te ; & iudicabo te iu⸗
xta uias tuas,& ponã contra te omnes abo⸗
minationes tuas. Et non parcet oculus me⸗
us ſuper te, & non miſerebor: ſed uias tuas
ponam ſuper te, & abominationes tuæ in
medio tui erunt , & ſcietis quia ego domi⸗
b nus.Hęc dicit dõminus deus:Afflictio una,
afflictio ecce uenit : finis uenit , uenit finis.
Euigilauit aduerſum te,ecce uenit.Venit cõ⸗
tractio

A De quibus alis & Eſaias loquitur:Dñe ab alis ſiue à
Eſa.24.c finibus terræ portẽta audiuimus,quæ in toto orbe
per apoſtolos gerebantur. Et de ſanctis ſcriptũ eſt:
Pſal.67.c Si dormieritis inter medios cleros pẽnæ columbæ
deargentatæ:& poſteriora dorſa eius in pallore au
ri. Vnde & dominus cũ
appropinquaſſet & ui⸗
diſſet Hierl'm,fleuit & di
Matth.23.d xit:Quoties uolui cõgre
gare filios tuos,ſicut gal⸗
lina congregat pullos ſu
os ſub alas ſuas,& nolui⸗
Deute.32.b ſti. Iſte eſt qui in Deute⸗
ronomiј cantico expan⸗
dẽs alas ſuas ſuſcepit eos,
& aſſumpſit eos in hume
ris ſuis.Quidam ſpiritua
les alas terrę,qbus ad cœ
leſtia ſubuolamus , qua⸗
tuor ponit genera credẽ
tiũ:domũ Aaron, & do⸗
mum Leui,& domum Iſraël, & timentes dñm. De
Pſal.134.d quibus & pſalmiſta canit: Domus Iſraël benedicite
dñm:domus Aaron benedicite dñm: domus Leui
benedicite dñm:qui timetis dñm benedicite domi⸗
num.In Aaron,ſacerdotiũ:in Leui, æditŭos & mi⸗
niſtros:in Iſraël,cunctum populum: in timentibus
dñm,proſelytos intelligens.Nos aũt ſimpliciter ex
planãdum putamus,quod poſt cõminationẽ mon⸗
B tium Iſraël,ad omnẽ terrã Iſraël ſiue decẽ ſiue duo⸗
decim tribuũ ſermo propheticus dirigat,& nequa⸗
quàm ꝓpheta uentura pręnũciet,ſed iam ingruen⸗
tẽ uideat captiuitatẽ.Quinto enim anno Sedechiæ
cœpit Ezechiel in Babylone ꝓphetare captiuis , &
anno nono uenit Nabuchodonoſor & obſedit Hie
ruſalem: cepitq; eã anno undecimo Sedechiæ. Ex
quibus perſpicuum eſt ueniſſe finem & appropin⸗
quaſſe,nõ ſuper montes & colles rupesq; & ualles,
ſed ſuper quatuor plagas terræ ex omi parte Iſraël,
non omnis terræ:quod ſi dixiſſet de toto mũdo cre
di poterat:ſed terrę ſimpliciter,q; ſignificat Iſraëlis.
Sic em̃ cœperat:Hæc dicit dñs deus terræ Iſraël: Fi
nis,uenit finis ſup quatuor plagas terræ. a ¶Nũc
finis ſuper te &c.)In hoc capitulo iuxta Lxx.inter⸗
pretes ordo mutatus eſt atq; confuſus: ita ut prima
nouiſſima ſint , & nouiſſima uel prima uel media:
ipſaq; media nunc ad extrema nunc ad principia
transferãtur.Ex quo nos & ipſum Hebraicũ & cæ
teros ſequuti interpretes,ordinẽ poſuimus uerita⸗
tis.Ad terrã igit Iſraël ſermo dirigit, quod uenerit
ſuper eã finis & cõſummatio,& emittat dñs furorẽ
ſuum in eã:nõ iniuſtũ & tantũ de indignatione ue⸗
nientem,ſed plenũ ęquitatis atq; rationis:ut iudicet
eã ſecundũ uias ſuas,& oſtẽdat illi oẽs abominatio⸗
nes ſuas:ut recordet operũ ſuoꝝ, & intelligat quid
male geſſerit.Quod autem dicit: Nõ parcet oculus
meus ſuper te,& nõ miſerebor:quaſi clemẽtiſſimus
medicus incidere cupiẽs putridas carnes,& carioſa
uulnera adurere cauterio:nõ parcit ut parcat: non
miſeretur ut magis miſereat:ne quid putridum ui⸗ C
uasq; carnes ſui uicinia corrupturum, remaneat in
corpore. Percutit autem dñs quẽ diligit,& caſtigat Deute.32.f
omnẽ filiũ quẽ recipit.Cuius intelligentiæ eſt:Ego Heb.12.b
percutiã,& ego ſanabo.Omnis em̃ medicina ad tẽ⸗
pus habet amaritudinẽ,
ſed poſtea fructus dolo⸗
ris,ſanitate monſtrat.Ta
le quid & per Amos loq
tur deus:Quoniã uos co Amos.3.a
gnoui de uniuerſis tribu
bus terrę:idcirco ulciſcar
ſuper uos omnia peccata
ueſtra. Nouit enim dñs 2.Timo.2.c
eos q eius ſunt. Et uias,
inquit, illius totiusq; ui⸗
tæ egreſſum,abominati⸗
onesq; & maculas ponã
in medio eius,ut añ ocu⸗
los peccatricis quæ ꝓ ſa⸗
nitate punit,priſtina pec
cata ponãtur.Cumq; hoc fecerit dñs,ſcient qui cru
ciati ſunt,q; ipſe ſit dñs.Hoc ipſum ſonat & illud te
ſtimonium:Vlciſcar Iacob ſecundũ uias ſuas,& iu⸗ Oſee.12.a
xta adinuẽtiones eius reddam illi. b ¶Hæc dicit
dñs deus:Afflictio &c.)Hæc in Lxx.nõ habentur,
ſed in æditione eoꝝ de translatione Theodotionis
ſub aſteriſcis addita ſunt. Nos autẽ ſequamur He⸗
braicum.Pro afflictione quã iuxta Symmachũ qui
interpretatus eſt κάκωσιν, perſpicuitatis cauſa poſui D
mus, & in Hebraico & in Græco κακία uel πονηρία
ſcribitur,id eſt,malicia.Dicit autẽ quod extremum
peccatorũ terræ Iſraël tẽpus aduenerit:ut iã nõ effu
giat ſententiã dei quã longo tẽpore merebatur. Et
quia necdũ cõpleuerat peccata ſua,ꝓpterea differe⸗
batur ſupplicium,ſecundũ illud quod ſcriptum eſt:
Necdum enim cõpleta ſunt peccata Amorreorũ. Gene.15.d
Vnde & dñs ad Iudæos:Et uos ait,implete menſu⸗ Matth.23.d
ram patrũ ueſtrorũ.Venit tibi ergo miſeria, uenit
afflictio,uenitq; captiuitas. Et ne putes me rurſum
futura minitari,oſtẽdo digito atq; demõſtro. Ecce
uenit,finis uenit,uenit finis. Qui hucuſq; dormita⸗
re tibi uidebat & quieſcere,euigilauit cõtra te repẽ
te atq; ſurrexit. Venit contractio,quæ in Hebraico
dicitur הַצְּפִירָה & quam Aquila interpretatus eſt
προσκόπησιν,id eſt,cõtemplationẽ & proſpectionem:
quam ſemper pauida tibi uenire metuebas ; & quã
interpretatus eſt Theodotio πλοκὴν,id eſt,ordinem
contextumq; maloꝝ omniũ. Porrò quod dicitur:
Super te qui habitas in terra, iuxta illud Apocaly⸗
pſeos Ioannis debemus accipere:Væ ſuper omnes Apoc.8.d
qui habitant in terra.Sanctus enim non eſt habita⸗
tor terræ,ſed aduena atq; peregrinus, dicitq;: Ad⸗ Pſal.38.c
uena ſum & peregrinus , ſicut omnes patres mei.
Quamobrẽ & Abraham Hebræus,id eſt, περάτης &
peregrinus tranſitorq; memoratur:de præſenti ſe⸗
culo ad futurum tranſire feſtinans.Poſſumus hunc
locum & ſpiritualiter interpretari contra populum
Iudæorum, ſuper quẽ uenit finis & cõſummatio à
S ſangui

E sanguine Abel iuſti uſq; ad ſanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quem interfecerunt inter templum & Matth. 23. d altare. Quādiu enim non miſerunt manus in filium dei, dormitauit ſententia eis domini, & dilata eſt. Quando uero interfecerūt hæredem, ut periret hæreditas: tunc euigilauit aduerſū eos, atq; ſurrexit om̄is ordo miſeriarū atq; perplexio: quia non quæſierūt cœleſtia, ſed terræ hærere cupierunt.

a ¶Venit tempus prope eſt dies occiſionis & nō gloriæ mon.) Verbū Hebraicum חֵךְ הָרִים quod nos in duo uerba diuiſum, primū חֵךְ, ſecundum הָרִים, iuxta Theodotionem gloriam montiū interpretati ſumus. Symmachus uertit ī recraſtinationē, dixitq;: Et tēpus ꝓpe eſt: dies feſtinationis, F & nō recraſtinationis. Porrò Lxx. ita tranſtulerūt: Venit tempus, appropinquauit dies nō cū perturbatione, neq; cum doloribus. Theodotio: Venit tēpus, prope eſt dies famis & non gloriæ montium. Occiſionis autem tempus & famis nūc quoq; in Iudaico populo comprobatur: nō habēte prophetas nec uerbum dei, quo anima credentium paſcitur. Montes aūt magiſtros intellige, & qui habeant noticiam ſcripturarū. De quibus & in alio loco dicit: Pſal. 75. d Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Porrò Lxx. qui dixerunt, non cū perturbatione & nō cum doloribus, illud ſignificant: quod tantum habeant ignorantiæ dei & animi cæcitatē: ut nec turbentur in ſceleribus ſuis, nec pœnitētiæ doloribus crucientur.

b ¶ Nunc de propinquo effun. &c.) Si à quinto anno tranſmigrationis regis Iechoniæ uſq; ad nonum annum regni Sedechiæ, quando uenit Nabuchodonoſor & obſedit Hieruſalem, ſupputare uoluerimus, tres anni erunt medij. Vnde recte dicitur: Nunc de propinquo effundam irā meā ſuper te. Nequaq; tibi uentura prædicam: nec comminabor quæ longe poſt futura ſunt: nūc in te complebo furorem meum. Qui furor & ira nequaquā abſque iudicio eſt: ſed ut reddat uias tuas in caput tuū, & omnes abominationes tuas ſentire te faciat. Poſſumus autem & de extrema captiuitate dicere, quod poſt interfectionem Chriſti, quādo uenit eis finis, & euigilauit aduerſum eos peccatum, impletū 2. Theſ. 2. b eſt illud quod ſcriptum eſt: Nūc peruenit in eos ira dei in finem. Quando à Tito & Veſpaſiano Hierusalem circundata eſt, & aduenit deſolatio eius, & impletū eſt: Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: G Matth. 23. d tunc iudicati ſunt iuxta uias ſuas & blaſphemias, quibus dominum negauerunt, & ſenſerūt furorem dei, & omnis indignatio eius ſuper illos effuſa eſt, receperūtq; ſcelera ſua, ut permaneat delatio tēpli uſq; ad conſummationē.

a traction ſuper te qui habitas in terra. Venit[a] tempus, prope eſt dies occiſionis, & non gloriæ mōtium. Nunc[b] de propinquo effundam iram meā ſuper te: & replicabo furorem meū in te: & iudicabo te iuxta uias tuas. Et imponā (ſiue, dabo) tibi oēs abominationes tuas. Et nō[c] parcet oculus meus, neq; miſerebor: ſed uias tuas imponam (ſiue, dabo) tibi: & abominationes tuæ in medio tui erunt, & ſcietis quia ego ſum dominus percutiens.

d HEB. Ecce[d] dies ecce uenit: egreſſa eſt contractio: floruit uirga, germinauit ſuperbia. Iniquitas ſurrexit in uirga impietatis, non ex eis et non ex populo: neque ex ſonitu eorum: & nō erit requies eis.

SEP. Ecce dies parit: ecce finis uenit: egreſſa eſt complexio: et floruit uirga, germinauit ſuperbia, ſuſcitata eſt iniuria, & conteret fortitudinem iniqui: & non cum perturbatione neque cum feſtinatione, et non ex ipſis ſunt neq; pulchritudo in eis.

Venit

c ¶Et non parcet oculus meus, neque miſerebor &c.) Cauſas ſeueritatis & auſteritatis ſiue ut hæretici putant crudelitatis dei, quod non parcat oculus eius nec miſereatꝰ, ſubiecit dicens: Vias tuas dabo tibi, & abominationes tuæ in medio tui erūt: ut ſentias quæ feciſti: & uidens abominationes tuas uel in conſpectu tuo, uel in medio omnium poſitas, emen- H des errorē pœnitudine, & recedens à priſtinis operibus cum oderis quæ feciſti: tūc ſentias quod ipſe ſit dominus. Qui ideo percutit ut emendet: & caſtigat omnem filium quem recipit. Hebr. 12. b

d ¶ Ecce dies ecce uenit: egreſſa eſt contractio: floruit uirga &c.) Contracta eſt, inquit, dies & abbreuiata: inſtatq; uicina captiuitas. Floruit uirga quæ multo uobis tēpore minabatur, & de flore fructum plagarū parturit. Superbia ueſtra germinauit quod merebamini: ut ſuper uirgam impietatis ueſtræ, quia ſubiectos uobis impie cædebatis conſurgat iniquitas, quæ non eſt ex miſerabili populo, neq; ex eis qui inſtar brutorum animantium ducuntur à magiſtris: neq; ex clamore eorum & ſonitu, quo fruſtra uociferantur, à ſacerdotibus phariſæisq; ſeducti: ut conſona uoce clamarent & dicerēt: Crucifige, crucifige Ioan. 19. a talem. Vnde nō erit eis requies, ſed æterna captiuitas. Porrò Lxx. iuxta illum ſenſum in quo ſcribitur: neq; enim ſcitis quid uentura pariat dies, dixe- Prou. 27. a runt: Ecce dies parit, quod multo ante conceperat: uenitq; finis & egreſſa eſt complexio, quæ mala ueſtra omnia complectatur & teneat: ſiue ut Symmachus interpretatus eſt, inſpectio: ut omnia uideat deus quæ feciſtis, & conſideret opera ueſtra, & red- Prou. 13. d dat unicuiq; quod meretur. In eo autem quod ipſi & 23. b ſimiliter tranſtulerunt, floruit uirga: illo teſtimonio uti poſſumus: Ne auferas uirgā à filio tuo. Et Apoſtolus: Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in 1. Cor. 4. d charitate & ſpiritu manſuetudinis? Sed & deus ore pſalmiſtæ reſonat: Viſitabo in uirga iniquitates Pſal. 88. c eorum,



A eorum, & in flagellis peccata eorum: miſericordiā autem meam non auferam ab eis. Ideo ergo dominus uiſitat & percutit, ut oriatur & pateat omnis ſuperbia quæ diu latebat incluſa: & ſuſcitetur iniuria contra ortam & germinantem ſuperbiam: conteraturq; fortitudo iniqui, non cum perturbatiōe, neq; cū feſtinatione. Finis enim florentis uirgæ, ſanitas eſt atq; correctio: quæ nō eorum merito uenit qui corripiuntur: nec pulchritudine quā in ſe non habent, ſed miſericordia dn̄i. Locus difficilis, & inter Hebraicum & Lxx. multū diſcrepans, quibus pleraq; de Theodotionis ęditione addita ſunt, ut aliquam habere conſequentiam uiderentur.

a ¶Venit tempus: appropinquauit dies.) Non ſolum ad Hieruſalem dicitur, quod uenerit ei tempus captiuitatis, & appropinquauerit dies quo Babylonio ſit uallāda exercitu: ſed & ei qui extructis & dilatatis horreis exultabat, dominus loquitur: Stulte, hac nocte auferetur anima tua à te: quæ autem præparaſti, cuius erunt? Vnde & Apo- 1. Cor. 7. c ſtolus: Tempus, ait, abbreuiatū eſt. Et in alio loco: B Præterit enim figura huius mūdi. Notandū quod non in futurum diſtulerit, ſed de præſenti dixerit: præterit, & quotidie labitur figura mundi. Nunq; enim in eodem ſtatu permanet, ſed ſemper creſcentium & decreſcentium figura præteruolat & muta- Matth. 24. c tur. Vnde & dominus: Cœlum, inquit, & terra præteribit, Sin autem hæc quibus omnia quæ in mundo ſunt continentur, prætereunt atq; pertranſeūt: quid poteſt in humanis rebus eſſe perpetuum?

b ¶Qui emit non lætetur, & qui uendit non lugeat.) Naturale eſt in poſſeſſionum emptione lætari: in uenditione lugere. Cum autem inſtet ſeruitus atq; captiuitas, & gaudiū & triſticia in utroq; ſunt 1. Cor. 7. c uana. Vnde & Apoſtolus: Tempus abbreuiatū eſt: de cætero qui habent uxores, ſic ſint quaſi non habeant: & qui flent, quaſi non fleant: & qui gaudent, quaſi non gaudeant: & qui emunt, quaſi non poſſideant: & qui utuntur mundo iſto, quaſi non utantur. Nam & diluuium ementes oppreſſit atq; uen- Matt. 24. d dentes: ut dn̄s loquitur in euangelio.

c ¶ Quia ira ſuper omnem populū eius.) Hoc in Septuaginta non habetur. Pro populo, poteſt multitudo & turba iuxta Hebraicum accipi: hoc enim ſignificat הֲמוֹנָהּ. Cauſaq; perſpicua eſt quod idcirco q emit, gaudere non debeat, & qui uendit lugere deſiſtat: quia ira dei in breui uentura ſit ſuper omnem multitudinem terræ Iudææ ſiue Hieruſalem. Ex ſuperioribus enim intelligitur, in quibus ſcriptum eſt: Hæc dicit dn̄s deus terræ Iſraël &c.

d ¶ Quia qui uendit, ad id quod uendidit nō reuertetur.) Iuxta Hebraicum morem loquitur. Omnis enim em- C ptio ad uenditorem reuertebatur quinquageſimo anno remiſſionis: qui apud illos uocatur iubileus. Ante igitꝰ quàm annus remiſſionis aduenīat, quando poſſeſſiones ad priores dominos reuertuntur, ingruet captiuitas quę omnem urbis auferet conſuetudinē. Porrò quod Septuaginta tranſtulerūt: Quia qui emet, ad uenditorē non reuertetur: cū iuxta hiſtoriam penitus non cohæreat, iuxta Anagogen hunc ſenſum habere poteſt: ut dicamus eum qui hæretico fuerat errore deceptus, cū intellexerit magiſtri fraudulentiam, nequaquàm reuerti ad uenditorem: id eſt, ad magiſtrum: ſed eum deſpicere atq; contemnere.

a b Venit[a] tempus: appropinquauit dies. Qui[b] emit, non lætetur: & qui uendit, non lugeat. Quia[c] ira ſuper omnem populū eius. Quia[d] qui uendit, ad id quod uendidit nō reuertetur. Et adhuc[e] in uiuentibus uita eorum: quia uiſio ad omnem multitudinem eius non regredietur.

f HEB. Et uir[f] in iniq̄tate uitæ ſuæ nō cōfortabitꝰ. Canite[g] tuba, præparentꝰ oēs.

SEP. Et homo in oculis uitæ ſuæ nō obtinebit. Clangite tuba et iudicate om̄ia.

Et non

e ¶Et adhuc in uiuentibus uita eorum &c.) Quomodo poſſeſſio non reuertetur ad priorem dominum euerſione urbis inſtante: ſic uiſio & comminatio prophetalis quæ ad omnem multitudinem urbis dirigitur, nequaq; regredietur & irrita fiet, ſed rebus explebitur, uiuentibus adhuc his ad quos ꝓphetalis ſermo dirigitur. Hoc autem ait, ut oſtendat imminentem captiuitatem: ne ſecundum conſuetudinem dicerent: Viſio D hæc in longos dies erit, & poſt tempora multa complebitur. Poſſumus & hoc dicere, quod poſtquā receſſerit à Iudæis uiſio prophetalis: Lex enim & pro- Matth. 11. b phetæ uſq; ad Ioannem Baptiſtam: poſt interfectionē ſaluatoris nequaq; regrediatur ad eos: nec ultra mereantur habere prophetas. Significanterq; ad omnem, inquit, multitudinem uiſio nō regredietur. Ergo regredietur ad eos qui ex Iudæis dn̄o crediderunt, apoſtolos uidelicet & reliquias populi Iudaici, quæ ex Iſraël ſaluæ factę ſunt. Sed nec iſti duo uerſus habentur in Lxx. æditione.

f ¶Et uir in iniquitate uitæ ſuæ non confortabitur.) Et eſt ſenſus iuxta Hebraicum: Non proderit homini iniquitas ſua: nec ei præbebit aliquam fortitudinem. Iuxta Lxx. Et homo quod deſiderauit quod in mūdo putauit eſſe precioſum non obtinebit: ſed libertate pereunte, amittetur omne quod pulchrum eſt: Ambiguitas autem Hebraicarū literarū י & ו quæ tantum magnitudine diſcernūtur, fecit alios iniquitatem, alios oculos interpretari.

g ¶Canite tuba, præparentur omnes.) De tubarum clangore & ſonitu in multis locis legimus, ut ibi: Sicut tuba exal- Eſa. 58. a ta uocem tuam: Et alibi: Clangite in neomenia tu- Pſal. 80. a ba, in inſigni die ſolennitatis noſtræ. Et in Apoſto- Matth. 6. a lo: Quoniam ipſe dominus in iuſſu & in uoce archangeli & in tuba dei deſcendet de cœlo. Et in euāgelio: Nolite tuba clangere ante uos. Et tubas ductiles atq; argenteas Numerorum narrat hiſtoria, quæ ſermoni prophetico comparatur, & doctrinæ

E apoſtolicæ. Præcipiturq; nunc, ut omnes ad ſignũ clangoris & buccinæ præparentur ad bella. Porrò quod dixere Lxx. & iudicate omnia: nulli dubium eſt quin apoſtolorum conueniat poteſtati. Qui poſtquàm cecinerit angelorũ tuba, iudicaturi ſunt in duodecim thronis duodecim tribus Iſrl̃. Quorum Paulus loquebatur: 1.Cor.6.d Angelos iudicabimus. Et alibi: In uobis iudicabitur mundus. Iuxta pręſentem autem ſenſum iubentur per Ironiã hi qui huic officio mãcipati ſũt tuba clangere: ut omnes contra Babylonium parentur exercitũ. a ¶Et nõ eſt &c.) Et hæc in Septuaginta non habẽtur. Nume.10.a Pręceperat deus ut tuba canerent ad exercitũ pręparandum qui Babyloniorũ poſſet reſiſtere fortitudini: ſed nihil profuit imperaſſe, cum non ſit in populo qui audeat ad bella procedere. Idcirco autẽ eneruatus eſt populus, & caret uiribus præliandi. Quia omnis ira dei ſuper omnẽ multitudinẽ eius, ſubauditur urbis Hieruſalẽ, ſiue terræ Iudææ. Sed F & in noſtra terra & Hieruſalẽ, quando nos uel perſecutio publica, uel uariorum incentiua uitiorũ ſuperare nitunt̃: fruſtra magiſtri canunt tuba, & præparare nos ad bella feſtinant: cum nulla ſit in populo fortitudo, quæ idcirco ſubtracta eſt, quia irã dei præſentia meruere peccata. b ¶Gladius foris, peſtis & fames intrinſecus. Qui in agro eſt, gladio &c. quaſi columbæ conuallium.) Lxx. columbas cõuallium: ſiue ut Theodotio trãſtulit, meditantes omnino tacuerunt. Hocq; quod nos interpretati ſumus, omnes trepidi: unuſquiſq; in iniquitate ſua: Theodotio tranſtulit ita: omnes muſſitantes, unaquæq; in iniquitate ſua: ut ſub metaphora columbarũ meditantium, ſignificet unumquẽq; de populo ſuum flere peccatum, & intelligere atq; ſentire cur iſta patiatur. Tres autẽ partes, aliorum qui in urbe peſtilentia & fame moriantur: & aliorum quos gladius foris interficiet, & eorum qui captiuitatẽ fuga euaſerint, ſupra legimus: quorũ qui ſaluus fuerit, trãſibit ad montes: & inſtar muſſitantium columbarũ, Tropol. ſua trepidus peccata deflebit. Tropologice uero ſic accipiendum: quod qui in agro & campo eſt, extra fines dominicæ ciuitatis, quæ interpretatur eccleſia, aduerſarij mucrone feriatur: qui autem in ciuitate egerit neglĩgẽter, nec præparauerit ſibi cibos, Prouer.12.b de quibus in Prouerbijs ſcriptum eſt: Qui operat̃ terram ſuam, replebitur panibus: iſte fame moriet̃ & peſtilentia. Pauci autem, qui uel hæreticorũ gladium, uel deſidiæ ſuæ famẽ, mortemq; uitauerint: non ſaluabuntur niſi in montibus & niſi aſſumpſerint alas columbæ, & auolauerint & requieuerint.

a Et nõn eſt qui uadat ad prælium. Ira enim
b mea ſuper omnem multitudinem eius. Gladius foris, peſtis & fames intrinſecus. Qui in agro eſt, gladio morietur: & qui in ciuitate, peſtilentia & fame deuorabuntur. Et ſalui erunt qui fugerint ex eis: eruntq; in montibus quaſi collumbæ cõuallium omnes tre
c pidi: unuſquiſque in iniquitate ſua. Omnẽs manus diſſoluentur: & omnia genua fluent aquis. Et accingent ſe cilicijs & operiet eos
d formido. In omni faciẽ confuſio, & in uniuerſis capitibus caluitium.

Argentũ

G Quæ collumbæ quãdiu in uallibus ſunt, trepidãt, & ad ſingula reformidant: quarum præcipimur imitari innocentiam, & de quibus in pſalmo ſcriptum eſt: Pſal.37.c Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. In cuius ſpecie deſcẽdit ſpiritus ſanctus, & Matth.3.d manſit ſuper dominum ſaluatorem. Pulchreq; iuxta Theodotionẽ uocabimus columbam meditantem, eũ qui in lege domini die ac nocte meditatur, & de quo ſcriptũ eſt: Pſal.36.f Os iuſti meditabitur ſapientiam. c ¶Omnes manus diſſoluẽtur, & omnia genua fluẽt aquis. Et accingent ſe cilicijs, & op̃iet eos formido.) Pro genibus, aquis fluẽtibus, Lxx. trãſtulerunt: fœmora polluent̃ humore. Cũ autem omnes trepidauerint, & ad montana confugerint, manus omnium diſſoluentur: & nullus contra hoſtes poterit reſiſtere, pauoriſq; magnitudine urina polluet genua: nec ualebit profluentes aquas ueſica cohibere. Accingent ſe cilicijs, & tremor omnia poſſidebit. Hoc in illo populo factum eſt, nõ ſolum ſub Babylonijs, ſed & ſub Romanis, quando H peruenit in eos uſque ad finem ira dei. Cæterum & in noſtra Iudæa in qua eſt domini confeſſio, quando multiplicatæ fuerint iniquitates, & refriguerit multorum charitas: omnes manus bonorum operum diſſoluentur, & cuncta genua ſiue fœmora fluent aquis, eorum qui illicitos quæſierunt concubitus, & quos in lege τοὺς γονοῤῥόους, id eſt, fluxum ſeminis ſuſtinentes, & immundos ſcriptura cognominat. Vnde qui tales ſunt, debent ſe accingere cilicijs pœnitentiæ: & uenturum iudicium formidare. Quod qui fecerit, merebitur Eſaiam audire dicẽtem: Eſa.35.a Confortamini manus diſſolutæ, & genua debilia roboramini. d ¶In omni facie confuſio, & in uniuerſis capitibus caluitium.) Rubor uultus, pudoris indicium eſt: & conſcientia peccatorum lucet in facie: ſpeſq; ſalutis eſt, quãdo delictum ſequitur uerecundia. Vnde ad eam quæ corde duro in ſuis peccatis gloriabatur, dictũ eſt: Hiere.3.b Facies meretricis facta eſt tibi, neſcis erubeſcere. Caluitium quoque capitis, luctus eſt ſignum, quando perdit decorẽ cæſaries: & pulchritudinem comarum amittimus. Deniq; & ad Hieruſalem dicitur: Eſa.3.d Pro ornamento capitis tui habebis caluitiũ, propter opera tua. Et alius propheta: Omnia, inquit, capita in omni loco attondentur: Hiere.48.f & omnis barba radetur. Micheas quoque ad eandem Hieruſalẽ: Michee.1.d Decaluare, ait, & tondere ſuper filios deliciarũ tuarum: dilata caluitiũ tuũ ſicut aquila. Et ſuper mortuis iubetur fieri caluitiũ. Soli autem ſancti, hoc eſt, Nazaræi & qui ad pontificatum dñi



A tum domini meruerunt peruenire, nõ radunt capita ſua. Neq; enim habẽt mortis opera nec immũdi Nume.6.d ſunt: quia Nazaræi: id eſt, ſancti dñi ſunt. Quod ſi iuxta eos quiſpiã mortuus fuerit, omnes dies priſtini non reputabuntur ſanctificationis eorũ. Samuel dei ſanctus erat, & propterea æterna capitis ornamenta poſſedit: audiuitq; illud de Canticocãticorum: Canti.5.e Cincinni tui nigri ſicut coruus. Iudic.16.e Porrò Samſõ quia p̃didit comã, perdidit fortitudinẽ: paulatimq; renaſcentibus capillis, uires rediere priſtinæ: ut multo plures moriens q̃ uiuus occideret. 4.Reg.2.d Heliſæus uero licet corporis haberet caluiciũ: tamen q̃a Nazaræus dñi erat, cincinnis capitis fruebatur. Vnde paruuli q̃a paruuli erãt, & nec dũ B ad ętatẽ uiri peruenerant, illudentes caluitio eius atq; dicentes: Aſcende calue, aſcẽde calue: ferarũ laniati ſunt morſibus: quarum ſaltus ac ſyluæ ſunt habitaculum. a ¶Argentum eorum foris proijcietur &c.) Fuga & captiuitate cogente, diuitias & auri argentiq; pondera proijcient in plateis: ſuas tantum animas ſeruare cupientes, ne ſint ponderi quæ prius fuere luxuriæ. Anagog. Alioquin & iuxta Anagogen captiuorum atq; fugientium de Hieruſalem omne argentum proijcietur in plateis, in lata & ſpacioſa uia quæ ducit ad mortem: quia anguſtam ſalutis ſemitã reliquerunt. Sed & omne aurum erit contemptui, uel in ſterquilinium atq; immundiciam reputabitur. Non enim poteſt habere mundiciam, qui extra domini eccleſiam eſt. b ¶Argentum eorum & aurum eorum non ualebit lib. &c.) Et hoc in Lxx. nõ habet̃. Nulli autem dubium, quin obſidionis & famis tempore, aurum argentumq; eſurientes non liberet: & illiſi precioſiſſimo metallo dentes, inſtar duriſſimi lapidis retundantur. Deniq; ſequitur: c ¶Animã ſuã nõ ſaturab. &c.) Præſentibus malis didicimus multos diuites inter Sericum, gemmas, & auri argẽtiq; pondera egeſtate confectos, habuiſſe exitum mendicantium. Argentum autem & aurum eorum qui extra eccleſiam ſunt, non liberare animas poſſidentium in die furoris domini: ſed æternam eos habere famem, & inani uentre cruciari: oſtendit illud teſtimonium, in quo dicitur: Prouer.13.b Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Propriæ diuitiæ ſunt, quas nos

| | |
|---|---|
| a HEB. Argẽntum eorum foris proijcietur: & aurũ eorum in ſterquiliniũ erit. | SEP. Argẽtum eorum in plateis proijcietur: et aurũ eorum erit contemptui. |

b Argẽntum eorum & aurum eorum non ualebit libe
c rare eos in die furoris domini. Animãm ſuam non ſa
d turabunt: & uentres eorum nõ implebuntur. Quia ſcãdalum iniquitatis eorum factum eſt.

| | |
|---|---|
| e HEB. Et ornãmẽtũ monilium ſuorũ in ſuperbiã poſuerũt, & imagines abominationũ ſuarũ & ſimula- f crorum fecerũt ex eo. Propter hoc dedi eis illud ĩ immũdiciã: & dabo illud in manus alienorũ ad diripiendũ, & impijs terrę in p̃dã, & cõtaminabũt illud. | SEP. Electa mundi in ſuperbiam poſuerũt, & imagines abominationũ ſuarũ, & offendicula ſua poſuerũt ex eis. Propter hoc dedi ea illis in immundiciam: & tradã ea in manus alienorum ut diripiant ea & peſtilentibus terræ in prædam, & polluent ea. |

g Et auẽrtam faciẽ meã ab eis: & uiolabunt arcanũ meũ: & intro

C Chriſti ueritas docuit: qui præcepit ut faciamus nobis amicos de iniquo mammona, qui nos recipiant Luc.16.b in æterna tabernacula. d ¶Quia ſcandalũ iniquitatis &c.) Ideo, inquit, poſſidentium aurũ & argentum nec anima ſaturabitur, nec uenter implebitur: quia hoc ipſum aurum & argentum, ſcandalum ſcelerũ eorum factum eſt. Significat aũt idola, quæ auro argentoq; fabricata, ſuos condemnant artifices. Pro quo Lxx. trãſtulerunt: quia cruciatus iniquitatum eorum fuit, ut in ſuo iniqui errore crucientur: & ſe intelligãt male dei munera in blaſphemiam conuertiſſe. e ¶Et ornamentũ moniliũ ſuorũ in ſuperb. &c.) Quæ ego, inquit, dederã in ornamentũ poſſidentium atq; diuitias, illi uerterũt in ſuperbiã: ut de D quibus poterãt per eleemoſynas & bona opera ſuã animam liberare, ex illis haberent materiam arrogãtiæ. Deniq; ex auro & argento fecerũt idola: & mea munera in dæmonum ſimulacra uerterunt. Porrò quod dixere Lxx. Electa mundi in ſuperbiã poſuerunt: ad aurũ argentumq; referẽdum eſt: quibus in mũdo nihil putat̃ eſſe precioſius. Illudq; quod ſequitur: Offendicula eoꝝ: ſciamus de Theodotione additum. Facilis aũt ſenſus eſt iuxta Tropologiã: qđ Tropol. aurum & argentũ, ſenſus & eloquia ſcripturarum quæ electa ſunt mundi, & quæ nobis in ornamentum data ſunt, hæretici poſuerunt in fomentum & materiam ſuperbiæ, & imagines diuerſoꝝ dogmatum & abominationũ atq; offendiculoꝝ ſuorũ fecerunt ex eis: ut per quæ poterant colere & adorare deum, ex his deũ offenderint. f ¶Propter hoc dedi eis illud in immund. &c.) Quia ex auro & argento & ornamentis moniliũ quæ dederã eis, imagines ſibi abominationum ſuarũ ſimulacrorũq; fecerũt: propterea dedi eis illa in immundiciã & in ſtercora. Pro quibus Symmachus interpretatus eſt, nauſeã: uolens idoloꝝ ſordes exprimere. Et tradã, inquit, ea in manus hoſtiũ, ut diripiãt omnia: & nõ tã cõtaminẽ, q̃ cõtaminata eſſe demonſtrẽ: quę prius uidebantur eſſe ſanctiſſima. Nos quoq; tradimur in manus inimicorum & alienoꝝ à deo, q̃n facimus ornamẽta noſtra ſimulacra dæmonũ, & oĩs gloria noſtra poſſidetur ab impijs ſiue peſtilẽtibus terræ, ut nos ſuæ ſubijciant poteſtati. g ¶Et auertã faciem

& introibunt in illud emiſſarij: & cõtaminabunt illud.

a HEB. Fac cõnclusionem: quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinum:& ciui tas plena iniquitate.
SEP. Et adducam perturbationem: quia terra plena iudicio ſanguinũ,& ciuitas plena iniquitatum.

b Et addũcam peſſimos de gentibus & poſſidebunt domus eorum.

c HEB. Et qũieſcere faciam ſuperbiã potentiũ, & poſſidebunt ſanctuaria eorũ.
SEP. Et auertam fremitum fortitudinis eorũ, & polluentur ſancta eorum.

d Aquila. Angũſtia adeſt.
Propiciatio ueniet.

e Angũſtia ſuperueniente,requirent pacem & non erit.

f HEB. Cõnturbatio ſuper conturbationem ueniet; & auditus ſuper auditum.
SEP. Væ ſuper uæ erit, & nuncius ſuper nuncium.

g Et qũærent uiſionem de propheta;& lex peribit à ſacer dote

E meam ab eis &c.& introibunt in illud emiſſarij.) Siue ut Lxx. trãſtulerunt ἀφυλάκτως, id eſt, temere: uel ut Symmachus & Theodotio, irrumpentes & peſtilentes. Et contaminabunt illud. Cũ, inquit, propter ſuperiores cauſas abominationum populi auertero faciem meã ab eis: & nequaquam eos dignos meis oculis iudicauero: tũc uiolabũt arcanum meum: quod ſignificat ſanctaſanctorũ, pro quo Lxx. uiſitationem tranſtulerunt: ut in ſanctis dei fuiſſe præſentiam demõſtrarent: et irrumperẽt in ea impij & peſtilentes terræ: quæ exceptis ſacerdotibus ſoloq; pontifice nullus alius audebat intrare. Qđ ſcimus & à Babylonijs et à rege Antiocho Cneóque Pompeio & ad ex

F tremum factum eſſe ſub Veſpaſiano & Tito, quãdo templum captum atq; ſubuerſum eſt, & omnia perpetrata quæ ſequens prophetæ ſermo complectitur. Ad noſtra quoq; mala opera auertit deus faciem ſuam: & quia auerſa eſt facies, ideo dei uiolatũ arcanum, ut pro ſacerdotibus & ſanctis dei peſtilentes ingrediantur, & uniuerſa contaminent: ut qui locus eſſe debuit ſanctitatis, fiat locus immũdiciæ,
Matth.21.b iuxta illud euãgelicum: Domus patris mei domus orationis uocabitur: uos autem feciſtis illam ſpelũcam latronum. a ¶Fac concluſionem: quoniã terra ple.&c.) Verbum Hebraicũ רַתּוֹק Aquila cõcluſionem: Symmachus & Theodotio καθήλωσιν, id eſt, cõfixionem interpretati ſunt. Pro quo Lxx. poſuere φυρμόν, quod nos in perturbationẽ uertimus. Igitur ò propheta, iram meam ſuper terram Iudæã & ſuper urbẽ Hieruſalem breui ſermone cõclude, ut quomodo terra plena eſt iudicio ſanguinũ: Oẽs enim in ſanguine iudicantur, fundentes innoxium ſanguinem: quod & in Nabuthe perſona feciſſe Iudæos ſcriptura cõmemorat. Sic ipſorum quoq; fundatur cruor & plena iniquitatis ciuitas demonſtre-
4.Reg.21.e tur. Nam & ſub Manaſſe repleta eſt urbs Hieruſalem à porta uſq; ad portam ſanguine prophetarũ. Venietq; eis concluſio & perturbatio atq; cõfixio, ut nullus de imminentibus miſerijs poſſit euadere. b ¶Et adducam peſſimos de gent.&c.) Et hæc in Lxx. non habentur. Pro ſacerdotibus & prophetis peſſimos cunctarum gentium adducã Babylonios, ut domos ueſtras poſſideant, uoſq; ſubijciant ſerui
1.Cor.6.d tuti. Sed & noſtras domos, id eſt, animas: templum

G enim ſumus dei, & ſpiritus ſanctus habitat in nobis: poſſidebũt peſſimi dæmones, ſi fuerit terra noſtra plena ſanguinibus, & habitatio plena iniquitatis. c ¶Et quieſcere faciam ſuperbiam potẽtum: & poſſidebunt &c.) Omnis ſuperbia offendit deũ. Propterea peſſimi gentium poſſidebunt domos potẽtium & ſuperborũ, & obtinebunt ſanctuaria eorũ; quia locũ ſanctimoniæ ſpurcus ingredit; & ſua eum contaminat immũdicia. Significanter autẽ quia polluta fuerãt ſanctuaria dei, & uiolatum arcanum eius; non dixit, poſſidebũt ſanctuaria mea, ſed ſãctuaria eorũ; quia poſt contaminationem mea eſſe ceſſarunt. d ¶Anguſtia adeſt.) Iuxta ſuperiorem ordinẽ,

H recte Aquila & Theodotio interpretati ſunt, adeſſe anguſtiam: Symmachuſq; mœrorem. Septuaginta autem in medio uniuerſorum triſtium, uerbum poſuere læticiæ: ut lugentis animus ſuſtẽtetur, & ſperet inter aduerſa meliora, dominúmque propicium, de quo ſcriptum eſt: Dominus erigit alli-
Pſal.144.c ſos, nos autem iuxta Symmachum priorem ſententiam cum poſteriore coniunximus, ut diceremus: e ¶Anguſtia ſuperueniente req.&c.) Quod iuxta Lxx. omnino ſtare non poteſt. Si enim propiciatio ueniet, quomodo quærent pacem & non inuenient? Quæret autem ille pacem & nõ inueniet:
Matth.10.b qui audiuit ab apoſtolis: Pax huic domui, & nõ ſeruauit eam, nec fecit in ſua mẽte requieſcere, ſed ma-
Philip.4.b lis fugatã operibus non poteſt inuenire. Ipſa eſt aũt pax quæ exuperat omnem ſenſum: & quam ad pa-
Ioan.14.d trem uictor aſcẽdens ſaluator, apoſtolis dereliquit. f ¶Conturbatio ſuper conturbationem ueniet, & auditus ſuper auditũ.) Quomodo ſanctis dicitur:
Philip.4.a Gaudete, iterum dico gaudete, & de ipſis ſcriptum
Pſal.83.b eſt: Ibunt de uirtute in uirtutem: ut præſentia bona, futuris bonis cumulent: ſic & his ſuper quos uenit anguſtia; & qui quæſierunt pacem & non inuenerunt eam: ueniet conturbatio ſuper conturbationem, ſiue uæ ſuper uæ, iuxta quod & in Apocalypſi ſcriptum eſt: Væ unum abijt: & uæ alterum ue-
Apoc.11.c niet cito. Et auditus ueniet ſuper auditũ: nunciuſq;
Iob.1.d ſuper nuncium, iuxta illud beati Iob: Cum adhuc unus loqueretur: uenit alius nuncius, mala augens malis, & appropinquantis Babylonij fremitum turbamq; deſcribens. g ¶Et quærent uiſionem de prophe



a dõte,& conſilium à ſenioribus. Rẽx lugebit:
b & princeps induetur mœrore. Et mãnus
c populi terræ conturbabuntur. Secũndum uiam eorum faciam eis; & ſecundum iudi-
d cia eorum iudicabo eos. Et ſciẽnt quia ego dominus.

A de propheta &c.) Proprie ſingula quærũtur à ſingulis. Vaticinium futurorum quæritur à ꝓpheta. Legis interpretatio, ſacerdotis officium eſt. Prudẽs conſilium, ætas matura perquirit: iuxta illud quod
Pſal.110.a ſcriptum eſt: In cõſilio ſanctorũ & congregatione, magna opera dñi. Hæc autem nõ ſolum eo tempore, quãdo Babylonius cõtra Hieruſalem ueniebat exercitus à prophetis, ſacerdotibus & ſenioribus, quærebantur, ſed quotidie in eccleſijs requirũtur. Quæ ſi uiſionem, legem, conſiliumq; perdiderint, fruſtra prophetas & ſacerdotes & ſeniores habere ſe iactant. a ¶Rex lugebit, & princeps induetur mœrore.) Siue iuxta Septuaginta interitu. Qui neſcio quid uolentes, hoc quod de Hebraico ſermone expreſſimus, rex lugebit, omnino tacuerunt. Luxiſſe autem Sedechiã, & omnes principes populi Iudæorum fuiſſe mœrore confectos, ſancta ſcriptura cõmemorat. Poſſumus autem, quãq; hoc prima fronte uideatur eſſe blaſphemum, regem lugentem noſtra uitia atq; peccata Chriſtum dicere,
Pſal.29.c qui loquitur in pſalmis: Quæ utilitas in ſanguine
Matth.23.d meo, dum deſcẽdo in corruptionem? Et appropinquans Hieruſalem fleuit ſuper eam & dixit: Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis ꝓphetas, & lapidas
B miſſos ad te, quoties uolui congregare filios tuos, ſicut gallina cõgregat ſub alas pullos ſuos: & noluiſti? Principes quoq; uel in bonam partem Apoſtoli erunt, qui lugent peccatores: uel in contrariam illi
Eſa.1.c quibus dicitur: Audite uerbum domini principes Sodomorum. Induetur q; iuxta Septuaginta, interitu, qui non habet armaturam dei, nec indutus eſt
Gal.3.d Chriſto. Quotquot eñ in Chriſto baptizati ſunt,

C Chriſtum induerunt. b ¶Et manus populi terræ cõturbabuntur.) Siue iuxta Septuaginta, diſſoluẽtur. Quando uiſio nõ fuerit in ꝓpheta, & legis ſciẽtia in ſacerdote, & cõſilium in ſenibus: rexq; luxerit & princeps fuerit in mœrore ſiue in interitu: conſequẽter & populi manus cõturbabuntur, ſuũ perdentes ordinem: ſiue diſſoluentur, antiquam fortitudinem nõ habentes. Pulchreq; non populus dei dicitur, cuius turbabũtur manus & cuius nõ eſt municipatus in cœlo, ſed popul⁹ terræ: de quo
Hiere.17.b ſcriptum eſt: Recedentes à te ſuper terram ſcribentur. c ¶Secũdum uiã eorũ faciam eis: & ſecundũ iudicia eorum iudicabo eos.) Siue ut Septuaginta trãſtulerunt, ulciſcar eos. Peccatoribus reddit deus iuxta uias ſuas, ut teneat iudicij ueritatẽ. Cæterum in ſanctis excedit modum clemẽtiæ. Neq; enim cõ-
Rom.8.d dignæ ſunt paſſiones temporis huius ad futurã glo-
Ibid.6.d riam quæ reuelabitur in nobis. Stipendia enim peccati mors: quam recipit peccator iuxta uias ſuas & opera ſua. Cæterum iuſtorum uirtus fruitur domini largitate: de qua Paulus loquitur: Donum dei uita æterna. Quodq; addidit: & ſecũdum iudicia eo-
Matth.7.a rum iudicabo eos: illud euangelicum ſonat: In quo
Rom.2.a iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. Et apoſtolicum: In quo eñ iudicio iudicas alterũ, teipſum condemnas. Eadem enim operaris quæ iudicas.
D d ¶Et ſcient quia ego dñs &c.) Iſte uerſiculus frequẽter in hoc ꝓpheta ponitur, quod ſupplicia atq; cruciatus ſequatur ſcientia dei: ut quẽ non intelligebant per beneficia, per tormenta cognoſcant.

Cõmentarij ſecundi in Ezechielẽ ꝓphetã finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM COMmentariorum Ezechielis ad Euſtochium procemium.

NIhil longum eſt, quod finem habet; & omnis retro temporum ſeries tranſacta non prodeſt: niſi forte bonorum operum ſibi uiaticum præparauerit: quæ ſemper ad futura, imò ad æterna reſpiciunt: & nullis terminis coartãtur. Vera ſentẽtia eſt: Omĩa orta occidunt: & aucta ſeneſcunt. Et alibi: Nihil eſt enim opere & manu factũ quod non conficiat & cõſumat uetuſtas. Quis crederet ut totius orbis extructa uictorijs Roma corrueret, ut ipſa ſuis populis & mater fieret & ſepulchrum: ut tota Orientis, Aegypti, Aphricæ littora olim dominatricis urbis, ſeruorum & ancillarum numero cõplerẽtur: ut quotidie ſancta Bethlehem, nobiles quondam utriuſq; ſexus atq; omnibus diuitijs affluentes, ſuſciperet mendicantes? Quibus quoniam opem ferre non poſſumus, condolemus: & lachrymas lachrymis iungimus: occupatiq; ſancti operis ſarcina: dum ſine gemitu confluentes uidere non patimur: explanationes in Ezechiel & penè omne ſtudium omiſimus: ſcripturarumq; cupimus uerba in opera uertere: & non dicere ſancta, ſed facere. Vnde rurſus à te cõmoti ò uirgo Chriſti Euſtochium: intermiſſum laborem repetimus: & tertium uolumen aggreſſi, tuo deſiderio ſatisfacere deſideramus: illud & te & cæteros qui lecturi ſunt deprecantes: ut non uires noſtras, ſed uotum conſiderent quorum alterum fragilitatis humanæ, alterum ſanctæ eſt in domino uoluntatis.

E COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber tertius.

a ET factum eſt in anno ſexto,in ſexto menſe, in quinta mēſis,ego ſedebā in domo mea, & ſenes Iuda ſedebant coram me.

| HEB. | SEP. |
|---|---|
| b Et cecidit ſup me ibi manus dñi dei. Et uidi,& ecce ſilitudo quaſi aſpectus ignis ab aſpectu lūborū eius, & deorſum ignis:et à lūbis eius et ſurſū, quaſi aſpectus ſplendoris, c ut uiſio electri.Et ēmiſſa ſimilitudo manus apphēdit me in cincinno capitis mei. | Et facta eſt ſup me manus Adonai domini: & uidi:et ecce ſimilitudo quaſi ſpecies uiri à lūbis eius,& deorſum ignis:& à lūbis eius,et ſurſum qſi uiſio aurę,quaſi uiſio electri. Et extēdit ſilitudinē manus, & aſſumpſit me in fimbria uerticis mei. |

d Et eleuauit me ſpiritus inter terram & cœlum.

| HEB. | SEP. |
|---|---|
| Et adduxit me in Hieruſalem in uiſiōe dei: | e Et adduxit me in Hieruſalem in uiſione dei ad ue |

ET factum eſt in anno ſexto &c.)Quinto anno tranſmigrationis Iechoniæ,quarto menſe,quinta mēſis,ſuperiorē uiſionem factā ad ꝓphetam legimus: Hæc autē quā nūc exponere uolum⁹: ſexto anno eiuſdē regis,ſexto menſe, quinta mēſis facta memorat. Ex quo perſpicuū eſt, poſt annū et duos menſes hæc facta quæ ſcripta ſunt: & uel intermiſſam ꝑ annū & duos menſes prophetiā: uel per totos quatuordecī menſes geſta quæ ſuperior ſermo cōtexuit. Sexto autē anno,& ſexto menſe,& quinta die mēſis: qui numeri ad fabricā mūdi referuntur,& carneos ſenſus qui terrena cōſpiciunt:& necdum cœleſtia cōtemplantur, factā ꝓphetiam nō mirabitur,qui ad presbyteros Iuda ſermonē dirigi intellexerit, E qbus ſeptuaginta tenebāt thuribula, & uigintiquinq; in templo adorabāt ſolē:ſedebatq; propheta in domo ſua fugiēs frequentiā multitudinis:& ſenes Iuda ſedebant coram eo, uel prophetæ uerba audire cupientes,uel inſidiantes ſermonibus eius.Significāterq; dicuntur ſenes Iuda, ut nihil ad Iſraël:hoc eſt,ad decem tribus quæ prius captæ fuerant,ſed ad eos qui de tribu Iuda cum Iechonia ducti erant in captiuitatem,dici intelligamus. b ¶Et cecidit ſuper me ibi manus domini &c.)Virū,Hebræus ſermo non continet.Viſionem autem auræ, quæ in Lxx.non habetur,de Theodotione addidimus.Et pro eo quod nos diximus,cecidit ſuper me manus dñi:Symmachus tranſtulit,incidit mihi manus dñi,quod in Hebraico dicitur תִּפֹּל.Manus aūt ἐνέργειαν, id eſt,opera ſignificat:ut uiſionis poſſit ſacramenta cognoſcere.Et hoc cōſiderandum, quod non ipſas uideat ueritates,ſed ſimilitudinem ignis: qui à lumbis uſq; deorſum ignis apparuit:& à lumbis ſurſum quaſi aſpectus ſplēdoris,ut uiſio electri. Pro ſplendore,qui in Hebraico dicitur נֹגַהּ:auram Theodotio trāſtulit:ut in ſupernis dei refrigeria demonſtret.Deniq; & in Regū uolumine beatus Helias aduentum dñi nō in tempeſtate cōtemplatur & turbine:non in ignis ardoribus,ſed in aſpectu aurę tenuis atq; leniſſimæ:ut dei omnipotentis manſuetudinē cōprobaret.Opera aūt coitus, quæ ſignificātur in lūbis,uſq; deorſum igne purgātur. Et opera

G uirtutum quæ à lumbis ad ſuperiora conſurgunt, ſplendorem habēt atq; fulgorē: & tamen nec ignis uſq; ad pedes dicitur:nec ſplēdor electri uſq; ad caput,ſed deorſum & ſurſum:ut tam in peccatoribus q̄ in ſanctis,pro diuerſitate meritorū, alius uſq; ad illud & illud membrum:alius uſq; ad illa & illa ꝑueniat. Et quomodo q ſanctitudinis ꝑfectionē tenēt,ad uerticē uſq; perueniunt:ſic qui in peccatorꝝ ꝓfundo ſunt, plātas igneorum pedū tenere credēdi ſunt. c ¶Et emiſſa ſimilitudo manus apphēdit &c.)Et hic ſimilitudo manus, nō ipſa manus extēditur: neq; enim in deo aliquid corporale eſt,uidetur q; manus,ut membrum humani corporis atq; cōſueti, nequaq; terreat eū H qui aſſumitur atq; cōprehenditur. Si enim in colubri uel in qualibet alia beſtiarum ſimilitudine tetigiſſet prophetā, ipſa diſſimilitudo membrorum terruiſſet aſſumptum.Parſq; cōprehēditur capillorū: quia totius apprehenſionem capitis,humana natura nō ſuſtinet.Pro cincinno, Septuaginta tranſtulerunt κράσπεδον,id eſt,fimbriam:quorum alterum in capillis,alterū in ueſtibus accipi ſolet. d ¶Et eleuauit me ſpiritus inter terram & cœlum.) Primum ſimilitudine manus apprehēditur:poſtea eleuatur à ſpiritu:qui ſpiritus non eum ſtatim ad cœlum leuat,ſed inter terrā & cœlum:ut terrena interim derelinquens,feſtinet ad cœlum.Poſſumus autem & hoc dicere,quod propter bona opera, propheta ſimilitudine manus dei apprehenſus ſit, & propter ſcientiam rerum ſpiritualium eleuetur à ſpiritu. e ¶Et adduxit &c.ubi erat ſtatua poſſidētis.)Hoc autē quod in quibuſdam codicibus reperitur:Et in ſtatua imaginem zeli,de Theodotione additum eſt. Reliqua ſimiliter.Quādo dicit:adduxit me in Hieruſalem in uiſione dei:oſtēdit ſe nō in corpore,ſed in ſpiritu eſſe trāſlatum.Iuxta quam uiſionē poſſumus & cœlos & ꝓfunda maris & inferna cōſpicere: dum ratiões ſingulorum cogitatione cōplectimur. Primum aūt uenit ad ueſtibulum, quod reſpicit ad Aquilonem:ut ibi uideat ſtatuā idoli zeli ad prouocandam æmulationē:ut de illo loco poſſit ad interiora penetrare:& cernere reliqua,quæ poſtea deſcribuntur.Statuam autem idoli Baal in templo dei poſitam,narrat hiſtoria.Pulchreq; appellatur idolū zeli:quia ad æmulationem & zelum, dominū prouocat



A uocat:iuxta illud quod in Deuteronomio dicit:Ipſi Deut.32.c me prouocauerūt ad zelū in eo qui nō erat deus:& ego prouocabo eos ad zelum in gente quæ nō eſt. Porrò quia zelus & poſſeſſio,quod Hebraice dicit קִנְאָה, eodem appellatur nomine:ꝓ ſtatua zeli,Septuaginta,ſtatuam poſſidētis interpretati ſunt.Deniq; qn natus eſt Cain,Poſſedi,inquit, parēs, Gene.4.d hominem per deū: poſſeſſiōe hominis ad Cain nomē alludens. Ibiq; erat gloria dei Iſraël:nō qd delectaretur tali uicinia,ſed ut ſui præſentia idolū zeli tēplūq; deleret. Vñ & ſubuerſio urbis templiq; poſt breue tēpus ſequit.Et in Eſaia ſcriptū eſt, Eſa.28.e quod lectus anguſtus nequaq; duos capiat:& palliū breue utrunq; operire B non poſſit:ſignificāte ſcriptura illud Apoſtoli:Qui conſenſus Chriſto & Belial:Tēplo dei et idoloꝝ 1.Cor.7.c a ¶Et dixit ad me &c, & ecce ab Aquilone portæ altaris idolū zeli in ipſo introitu.) Pro eo qd nos poſuimus:Ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipſo introitu, Septuaginta tranſtulerunt:Ab Aquilone ad portam Orientalē: quod in Hebraico nō habetur:cætera quæ ibi ſcripta ſunt relinquētes.Dixit,inquit,ad me:uel gloria dei,quā in campo uiderā:uel ſpiritus qui me inter cœlū leuauit ac terrā.Loquutuſq; eſt mihi, poſtq; me tranſtulit in Hieruſalem,& fecit uel urbem uel templum uidere:et imperauit ut leuarem oculos ad uiam Aquilonis. Ibi enim ſtatua Baal poſita erat, quā uocat idolum zeli,in ipſo portæ introitu.Qui autem idolum zeli ſiue poſſidentis, ad gloriam dei uel ad ſpiritū referunt,impie faciunt:perſonā idoli, dei maieſtate mutantes. b ¶Et dixit ad me:Fili hominis putás ne uides tu quid iſti faciant &c.)Ne me,inquit,putes iniuſte templum deſerere, & ſubuertendam relinquere ciuitatem:aſpice quæ in templo faciant.Cumq; illa conſpexeris,nō putes finem eſſe ſcelerū,adhuc maiora cōſpicies. Quod quidem poteſt & de noſtra Hieruſalem,noſtroq; templo intelligi:quādo in exemplū Ophni & Phinees idolorum ſcelera operamur in tabernaculo dei:& fornicamur cum his quæ ſe militiæ & miniſterio dei uouerint:& ſacrificiorum eius primitiua decerpimus: 1.Reg.2.c

| HEB. | SEP. |
|---|---|
| iuxta oſtiū interius quod reſpiciebat Aquilonē, ubi erat ſtatutū idolū zeli ad prouocandā æmulationē. Et ecce ibi gloria dei Iſraël ſecundū uiſionē quam uiderā in campo. | ad ueſtibulum portæ quæ reſpicit Aquilonem:ubi erat ſtatua poſſidentis.Et ecce erat ibi gloria domini dei Iſraël ſecūdum uiſionem quam uidi in campo. |

a Et dixit ad me:Fili hominis,leua oculos tuos ad uiam Aquilonis.Et leuaui oculos meos ad uiā Aquilonis:& ecce ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipſo introitu.Et dixit ad me:Fili hominis, putás ne uides tu quid iſti faciant:abominationes magnas quas domus Iſraël facit hic:ut ꝓcul recedā à ſanctuario meo? Et adhuc cōuerſus uidebis abominatiōes maiores. Et introduxit me ad oſtiū atrij:& uidi, & ecce foramen unū in pariete:Et dixit ad me:Fili hominis, fode parietē:& cū perfodiſſem parietem,apparuit oſtium unum.Et dixit ad me:Ingredere & uide abominatiōes peſſimas, quas iſti faciūt hic.Et ingreſſus uidi:& ecce omis ſimilitudo reptiliū & animaliū abominatio:& uniuerſa idola domus Iſraël depicta erant in pariete in circuitu per totū.

Et ſeptu

C dantes in uſum clientū atq; famuloꝝ,& omnia lucri cauſa facimus.Sin aūt hæc tam magna ſunt quæ uidemus,quāto maiora exiſtimāda ſunt, quæ humanam effugiunt cōſcientiā? c ¶Et introduxit &c.) Hoc quod trāſtuli,Et uidi, & ecce foramen unū in pariete:in Lxx. nō habet: Et qa omia quaſi in imagine pictura q; mōſtrātur: unum in pariete foramen uidiſſe ſe dicit:iuberiq; ſibi ut illud perfodiat, & amplius faciat:quo uidelicet aperto foramine,latius poſſit intrare & uidere,q̄ foris poſitus uidere nō poterat. Per quod oſtēditur, tā in eccleſijs q̄ in ſingulis nobis ꝑ parua uitia maiora mōſtrari: & quaſi per quædā foramina, ad abominationes maximas perueniri.Ex fructibus em̄ arbor cognoſcit:et Matth.12.c D ex abundantia cordis, os loquit. Pro ſigno ſunt interioris hominis uerba erumpentia.Quomodo libidinoſum,qui ſua callide cælat uitia interdum turpis ſermo demōſtrat:& auariciā latentē intrinſecus,paruulę rei cupido ſignificat.Minoribus em̄ maiora mōſtrātur:uultuq; & oculis diſſimulari nō poteſt cōſcientia,dum luxurioſa & laſciua mens lucet in facie:& ſecreta cordis,motu corporis & geſtibus indicātur. d ¶Et ingreſſus uidi & ecce &c.) Non ſolū idolū zeli ſtabat in introitu portæ Aquilonis,ſed & oēs tēpli parietes diuerſis idolorū imaginibus pingebātur:ut nulla eſſet beſtia quam non parietis pictura mōſtraret.Hoc in delubris idoloꝝ phaniſq; gentilium hucuſq; perſpicimus,q omnia genera beſtiarū adoret ſtulta religio.Vnde & Vergilius ait:Omnigenūmq; deûm monſtra & latrator Anubis.Quaſi non & illa ſint monſtra quæ laudat contra Neptunum & Venerē,cōtraq; Mineruam. Poſſumus & in noſtri tēpli parietibus, idola monſtrare depicta,quando omnibus uitijs ſubiacemus: & pingimus in corde noſtro peccatorū cōſciētiam, imaginesq; diuerſas.De qbus & in pſalmo dicitur: Pſal.72.d Dñe in ciuitate tua imaginē ipſoꝝ diſſipabis.Et in Pſal.38.b alio loco:Verūtamē in imagine perambulat homo. Quod ſcilicet nullus hominū ſit q aliquā imaginem non habeat,ſiue ſanctitatis,ſiue peccati.Quāobrem Pſal.57.a furioſis dicitur & iracūdis:Furor illis ſecundū ſimilitudinē

E litudinem ſerpētis:ſicut aſpidis ſurdæ & obturātis
aures ſuas,quæ nō exaudiet uocē incantātiū.Et de
Matth.3.b hominibus nequā:Generatio uiperarū,quis oſten-
dit uobis fugere à uētura ira? Et de uerſipellibus ac
Luc.13.g fraudulētis:Ite,dicite uulpi huic.Ac de amatoribus
Hiere.5.b fœminarū:Equi inſanien-
tes in fœminas facti ſunt
mihi:unuſquiſq; ad uxo
rem ꝓximi ſui hinniebat.
De brutis quoq; ac ue-
Pſal.31.b cordibus:Nolite fieri ſi-
cut equus & mulus,qui-
bus nō eſt intelligētia.Et
iterū: In chamo & freno
maxillas eorū cōſtringe,
qui nō appropinquāt ad
te. Et multa huiuſcemo-
di.Hoc autē quod poſui
mus:Et ecce omnis ſimi-
litudo reptiliū & animan
tium,in Lxx.non habet.

a Et ſeptuaginta uiri de ſenioribus domus Iſ-
raël:& Iezonias filius Saphan ſtabat in me-
dio eorum ſtantium ante picturas:& unuſ-
quiſq; habebat thuribulum in manu ſua:&
uapor nebulæ de thure cōſurgebat. Et dixit
b ad me: Certe uides fili hominis, quæ ſenio-
res domus Iſraël faciunt in tenebris unuſ-
quiſq; in abſcondito cubiculi ſui. Dicūt enī:
Non uidet dominus nos: dereliquit domi-
c nus terram.Et dixit ad me:Adhuc cōuerſus
uidebis abominationes maiores quas illi fa-
ciūt.Et introduxit me per oſtium portæ do-
mus dñi, quod reſpiciebat ad Aquilonē:&
ecce mulieres ſedentes plangentes Adonidē.
Et dixit

a ¶ Et ſeptuaginta uiri
de ſenioribus domus Iſ-
raël &c.) Quando dicit
ſeptuaginta uiros fuiſſe
de ſenioribus domus Iſraël,qui tenebant thuribula
manibus:oſtendit multos alios fuiſſe presbyteros
qui hoc nō faciebant,ſed forſitan peccatis alijs tene
bantur:unumq; nomine Iezoniam filiū Saphan ſte
F tiſſe in medio eorū, quaſi principē ſceleris eorum,
atq; ſacrilegij:qui omiſſa religione dei, colebāt ido-
la:& in tēplo nō adorabant deum, cuius erat tēplū,
ſed picturas parietum.Pulchreq; dicitur:Stabat Ie-
zonias filius Saphan,hoc eſt,iudicij & cōdemnatio
nis ſuæ in medio ſtātiū presbyterorū: quia & prin-
ceps,& hi quorum princeps erat, firmo in ſceleri-
bus ſtabant gradu:nec fluctuabant in malo, ſed ro-
buſtiſſime perſiſtebant:uaporq; nebulæ & confu-
ſionis ac turbinis qui ſurgebat ex thure,offerētium
ſacrilegia demonſtrabat.Hoc factū ſit eo tēpore iu-
xta literā.Cæterū & nobis orādum eſt, ne ſeniores
domus Iſraël ſeptenarium numerū, qui eſt ſanctus,
ſeptē decades multiplicātes, ſtent in erroribus ſuis,
& adorēt picturas idolorū:uaporq; ſacrilegij aſcen
dat ſiue cōſurgat reſiſtens deo.Quando uiderimus
plebem peſſimam congregatam:de qua ſcriptū eſt:
Pſal.25.b Odiui eccleſiam malignantiū:& peiores plebe præ-
poſitos,nequioremq; principem qui præfectus eſt
plebi atq; presbyteris: dicamus Iezoniam ſtantem
ante picturas, & ſingulos habere thuribula in ma-
nibus ſuis:non dei maieſtatem, ſed proprias ſenten
tias adorantes:& nequaq; odorem bonæ fragran-
tiæ ad deum,ſed fœtorem ad idola peruenire.
b ¶ Et dixit ad me &c.)Ex eo,inquit,quod in tem
plo faciunt pariter cōgregati, oſtēditur quid unuſ-
Anagog. quiſq; in cubiculo ſuo facit.Sed ſecundum Anago-
gen melius intelligi poteſt, quod nōnulli principes
eccleſiarum faciāt in tenebris:quæ dictu quoq; tur-
pia ſunt. Iſte eſt abſconditus cordis homo: de quo
dicitur:Ingredere in cubiculum tuum. Et rurſum: G
Qui uidet in abſcondito,reddet tibi.Recolat unuſ- Matth.6.d
quiſq; conſciētiam ſuam:& opera tenebrarū recor-
detur in tenebris,ſciatq; ſcriptum:Omnis qui mala Ioan.3.c
operatur,odit lucē:& nō uenit ad lucē, ne arguatur
à luce.Et in ſe illud intel-
liget eſſe cōpletum:Qui
inebriatur,nocte inebria Prou.11.d
tur.Quod iuxta literam
ſtare nō poteſt.Quāti enī
in prādijs cōuiuijſq; die
rum inebriantur? Sed qa
ebrietas cordis offendēs
deū tenebrarū eſt,& non
lucis: propterea quicūq;
inebriatur,nocte inebria
tur.Cum aūt ſeniores do
mus Iſraël fecerint mala
in tenebris & in abſcōdi-
to cubiculorū ſuorum:et
putauerint ſe deū poſſe
cælare,tunc cōſequenter
dicēt:Nō uidet nos dñs:
dereliquit dñs terram.
Multiq; ſunt peccatores
& ambulantes iuxta cogitationes ſuas,qui deū non
exiſtimāt curare mortalia:nec ad illum noſtra uitia
pertinere.Certe quando peccamus, ſi cogitaremus
deum uidere & eſſe præſentem:nunq; quod ei diſ-
plicet,faceremus.Porrò quod ſequitur:Dereliquit H
dñs terram quorundam etiam philoſophorum ſen
tentia eſt:qui ex ſyderum curſu atq; cōſtantia,ſuſpi
cantur eſſe in cœleſtibus ꝓuidentiā:& terrena con-
temni,dum nihil recti nec iuxta ordinē in terris ge-
ritur. c ¶ Et dixit ad me:Adhuc cōuerſus uidebis
abominationes maiores quas &c. plangētes Ado-
nidem.) Quē nos Adonidem interpretati ſumus,
& Hebræus & Syrus ſermo תמוז uocat: unde qa
iuxta gētilem fabulam,in menſe Iunio amaſius Ve-
neris & pulcherrimus iuuenis occiſus, & deinceps
reuixiſſe narratur:eundem Iunium mēſem, eodem
appellant nomine:& anniuerſariam ei celebrant ſo-
lennitatē,in qua plangitur à mulieribus quaſi mor-
tuus:& poſtea reuiuiſcēs canitur atq; laudatur.Cōſe
quenterq; poſtq; principes et ſeniores domus Iſraël
quid fecerint in templo ac tenebris cubiculiſq; mō-
ſtratum eſt:etiam mulierum uitia deſcribūtur,quæ
plangunt amatorum ſocietate priuatæ:& exultant,
ſi eos potuerint obtinere.Et quia eadem gentilitas
huiuſcemodi fabulas poëtarum,quæ habent turpi-
tudinem interpretatur ſubtiliter,interfectionem &
reſurrectionem Adonidis, planctu & gaudio pro-
ſequens:quorum alterū in ſeminibus quæ moriun-
tur in terra:alterum in ſegetibus,quibus mortua ſe
mina renaſcuntur,oſtēdi putat.Nos quoq; eos qui
ad ſeculi mala et bona,uel contriſtantur,uel exultāt,
mulieres appellemus, molli & effœminato animo:
dicamuſq; plāgere eos Thammuz:ea uidelicet quę
in rebus mundi putantur eſſe pulcherrima.
Et dixit



a Et dixit ad me:Certe uidiſti fili hominis,ad-
huc conuerſus uidebis abominationes maio
res his. Et introduxit me in atrium domus
domini interius: & ecce in oſtio templi do-
mini inter ueſtibulum & altare quaſi uigin-
tiquinq; uiri, dorſa habētes cōtra templum
domini:& facies ad orientem:& adorabant
b ad ortum ſolis.Et dixit ad me:Certe uidiſti
fili hominis: Nunquid leue eſt hoc domui
Iuda,ut facerēt abominationes iſtas quas fe-
cerunt hic:quia replentes terrā iniquitate,cō
uerſi ſunt ad iritandum me? Et ecce applicāt
c ramū ad nares ſuas.Ergo et ego faciam in fu
rore:nō parcet oculus meus, nec miſerebor.
Et cū clamauerint ad aures meas uoce ma-
gna

A a ¶ Et dixit ad me &c.Et ecce in oſtio tēpli dñi in-
ter ueſtibulū &c.)Quod nos ueſtibulū iuxta Sym-
machū interpretati ſumus, qui προπύλαιον poſuit:ꝓ
eo qd' Lxx.& Theodotio, ipſum uerbū Hebraicū
tranſtulerunt אילם:Aquilæ prima æditio,πρόσαδα:
ſecunda, ἀιλὰμ templi in-
terpretata eſt:quam nos
porticum tēpli exprime-
re poſſumus:ſiue intectū
atrium quod inter tēplū
& altare erat. Et quia ſu-
pra legimus,poſt idolum
zeli, quod ad portā Aq-
lonis apparuit. Adhuc
cōuerſus uidebis abomi-
nationes maiores:oſten-
ſiſq; per parietem pictu-
ris omniū beſtiarū, quas
adorabant ſeptuaginta
presbyteri,& Iezonias fi
lius Saphan,tenētes thu-
ribula in manibus:ſecun
do dicitur:Adhuc cōuer
ſus uidebis abominatio-
nes maiores quas iſti fa-
ciūt, eo ꝙ ſederēt mulie-
res plangentes Adonidē.Poſt tertiū quoq; peccatū
B dicitur:Adhuc cōuerſus uidebis abominatiões ma
iores his.Quæ eſt aūt maior abominatio ſuperiorū
trium ſcelerū? Videlicet quarta quæ ſequitur:Ecce
in oſtio templi dñi inter ueſtibulū et altare quaſi ui-
gintiquinq; uiri,dorſa habētes contra templum do
mini:& facies ad oriētē:& adorabāt ortum ſolis:eo
ꝙ cōtempto dño,id eſt,creatore, adorarent ſolē:id
Deut.12. eſt,dñi creaturam,præcipiente ipſo dño per Moy-
ſen:ꝙ nequaq; in morē gentiliū cōtra oriētē deum
adorare deberēt:ſed in quacūq; fuiſſent orbis parte,
ſiue ad orientē,ſiue ad occidentē,ſiue ad meridiem,
ſiue ad ſeptentrionē,adorarent cōtra templum ubi
in ſanctaſanctorū habitare dñs credebatur. Quod
Dan.6.c quidē & Danielem in Babylone feciſſe legimus:qui
apertis feneſtris cœnaculi ſui, adorabat dominum
contra templū quod erat in Hieruſalem.Hoc iuxta
literam fuiſſe ſacrilegij, nemo dubitat. Secundum
Anagog. Anagogen,omes hæreticos peiores eſſe prioribus:
id eſt,idolo zeli pictiſq; in pariete figuris animan-
tium,& planctu Adonidis,per quæ idololatria uo-
luptaſq; mōſtratur,ille ſcire poterit:qui intellexerit
Pſal.49.c prophetam dicentem:Tu aūt odiſti diſciplinam,&
proieciſti ſermones meos poſt te. Et in alio loco:
Hiere.2.f Verterunt contra me ſcapulā recedētem.An igno-
ramus Marcionem & cæteros hæreticos,qui uetus
laniant teſtamentum,contempto creatore,id eſt iu-
ſto deo:alium quēdam bonum deū colere et adora-
re,quem de ſuo corde finxerunt? Omneſq; noſtri
temporis hæretici qui dei filium prædicāt creaturā:
& tamen adorāt eū,relicto diuinitatis tēplo & poſt
tergū habito,ipſi cōfeſſione ſua creaturam adorare
ſe dicūt.Nos autē ſic adoramus ſolē iuſticiæ:ut deū
adoremus in tēplo ueteris teſtamēti,ubi lex & pro- C
phetæ, ubi cherubim & ꝓpiciatoriū eſt. Quos nos
uigintiquinq; uiros tranſtulimus, Lxx.poſuerunt,
uiginti:& in quibuſdam exemplaribus quinq; de
Theodotione additi ſunt. b ¶ Et dixit ad me &c.
Et ipſe applicāt ramū ad
nares ſuas.)Pro eo quod
nos diximus:Et ecce ap-
plicant ramum ad nares
ſuas:Lxx. trāſtulerūt:Et
ecce ipſi ſicuti ſubſannā-
tes:qbus de Theodotio-
ne additū eſt:Extendunt
ramū:ut ſit totū pariter:
Et ecce ipſi extendūt ra-
mum quaſi ſubſannātes.
Pro quo īterpretatus eſt
Symmachus:quaſi emit-
tentes ſonitū in ſimilitu-
dinē cātici per nares ſuas.
Significat aūt uigintiqn-
q; uiros,qui in quadrum
ſolida ſtatiōe fundati ſūt:
& à quinq; ſenſibus per
quinquies qnq;,quadrā-
guli figurā efficiunt:non
ſolum templum habere poſt tergum,ſed inſtar ido-
lorum applicare ramum ad nares ſuas:haud dubiū D
quin palmarū,quas Græco ſermone τὰ βαΐα uocāt,
ut per hoc eos idola adorare ſignificet.Deniq; &
Iob inter cæteras uirtutes etiam hoc habuiſſe ſe di- Iob.31.c
cit:ꝙ nunq; aſpiciens cœlū,& ſolē,& lunam,& aſtra
fulgētia,oſculatus ſit manum ſuā, id eſt, adorauerit
creaturas.Symmachi autē interpretatio, fœdū rau-
cumq; ſonitū de naribus ꝓcedentē,in dei cōtemptū
ſignificat.Omneſq; hæretici qui repleuerūt terram
iniquitate,& cōuerſi ſunt ad falſi nominis ſcientiā,
ut dñm ad iracūdiā ꝓuocarēt,æſtimādi ſunt:quādo
laudare uoluerint deū:magis turpi ſonitu blaſphe-
mare,uel teſtamēti ueteris deū parui ducere,irride-
re,cōtemnere. c ¶ Ergo & ego faciā in furore:nō
parcet oculus meus,nec miſerebor.)Quodq; ſequi
tur:Et cū clamauerint ad aures meas uoce magna,
nō exaudiam eos.In Lxx.non habetur.Pro his,ait,
omnibus quæ fecerunt,& ego faciā in furore,& nō
parcet oculus meus,nec miſerebor.Quod audiētes
ueteres hæretici, creatorē calumniātur quaſi crude
lem,& ſanguinariū:nec cogitāt Apoſtolū Paulum,
qui certe boni dei (ut ipſi uolunt) Apoſtolus eſt,
ſcribere ad Corinthios:Si uenero rurſum, nō par- 2.Cor.13.a
cam:ut uirga corripiat delinquētes:& errātes retra
hat ad ſalutē.Qui enī nō intelligunt quid ſibi ꝓſit,
& orant frequēter cōtraria,expedit eis ut nō exau-
diantur à dño.Vnde & in oratione dñica dicimus: Matth.6.b
Fiat uoluntas tua.Nō uoluntas noſtra quæ errare
conſueuit:ſed uoluntas tua, quæ futura cognoſcit.
Magnæq; interdum felicitatis eſt,ad præſens miſe-
ricordiā nō mereri.Et iſtis igitur qui ſunt de domo
Iuda,& à cōfeſſione eccleſiæ receſſerunt, nō parcet
dñs

gna,non exaudiam eos. Cap. IX.
a ET clamāuit in auribus meis uoce ma-
gna,dicens:Appropinquauerunt uiſita-
b tiones urbis. Et unuſquiſq; uas interfectio-
c nis habet in manu ſua.Et ecce ſex uiri uenie-
bant de uia portæ ſuperioris quæ reſpicit
ad Aquilonem:& uniuſcuiuſq; uas interitus
in manu eius. Vir quoq; unus in medio eo-
rum ueſtitus lineis ; & attramentarium ſcri-
ptoris ad renes eius:ingreſſiq; ſunt & ſtete-
runt iuxta altare æneum.Et gloria dei Iſraël
aſſumpta eſt de cherub,quæ erat ſuper eum
ad limen domus. Et uocauit uirum, qui in-
dutus erat lineis:& attramētarium ſcriptoris
d habebat in lumbis ſuis.Et dixit dñs ad eum:
Tranſi ꝑ mediā ciuitatē in medio Hieruſalē:
& ſigna Thau תָּיו ſup frōtes uirorū gemen-
tium

E dñs.Cumq; clamauerint uoce magna,de qua dominus dixit.Clamor eorum peruenit ad me,tamē dominus non exaudiet eos:ut malis coacti,intelligant quid fecerint. Cap. IX.

ET clamauit &c.uiſitatiōes urbis.) Pro uiſitationibus,ultionē Lxx. tranſtulerūt. Mihi enim uindictā,& ego retribuā dicit dñs. (Deut.32.e) Omniſq; ultio uiſitatio eſt quaſi ægrotātis, quaſi habētis uulnera,quaſi medicas expectātis manus:iuxta illud qd alibi ſcriptū eſt:Viſitabo in uirga iniqtates eorū et in flagellis peccata eorū: miſericordiā aūt meā nō auferā ab eis. (Pſal.88.e) Recteq;(ut ſupra diximus) uiſitatio uel ultio appropinquare dicit̃ captiuitate uicina.

b ¶Et unuſquiſq; uas interfectiōis habet in manu ſua.) Nō dixit, habebat:ut Septuaginta trāſtulerunt.Neq; eñ narrat præterita, ſed præſentia futuraq; demōſtrat. Qui F igit̃ malos percutit in eo quod mali ſunt:& habet uaſa interfectionis ut occidat peſſimos,miniſter eſt dñi.

c ¶Et ecce &c.ueſtitus lineis &c.)Pro lineis,quod nos iuxta Symmachū interpretati ſumus:Lxx.ποδήρη:Theodotio ipm uerbū Hebraicū בַּדִּים: Aquila,præcipua,interp̃tati ſunt.Rurſum ubi nos diximus:Et atrmentariū ſcriptoris ad renes eius:Lxx.poſuerūt:Et zona ſapphirina ſuper renes eius:Theodotio κάσυ ſcribæ in manu eius:Aquila μελανοδόχον, id eſt, atramētariū ſcribæ ad lumbos eius:Symmachus:tabulas ſcriptoris habebat in renibus ſuis.Et ubi nos trāſtulimus, limen domus:Lxx.& Theodotio, εἰς τὸ αἴθριον, id eſt, ſub diuo poſuere ueſtibulū.Pro uaſe quoq; interitus:quod ſinguli uiri habebāt in manibus:ſoli Lxx. ſecurim interp̃tati ſunt.Ad hominū igitur peccata delenda,qui in ſexta die fabricationis mundi facti ſunt:ueniūt ſex uiri & deſcēdūt de porta ſuperiori: ſiue ut Lxx.trāſtulerūt,excelſa ad Aquilonē. Et habebat unuſquiſq; ſecurim in manibus;de qua Ioannes loquitur:Iam eñ ſecuris ad radices arborū poſita eſt. (Luc.3.b) Oīs arbor quæ fructū nō facit,excidetur & in ignē mittetur.Eratq; in medio ſex uirorū unus, id eſt,ſeptimus,in habitu pōtificis ueſtitus lineis indumentis:& habebat atramentariū ſcriptoris ad renes ſuos:quo omniū peccata deſcriberet:& ſanctorū à peccatoribus numerū ſegregaret:ſiue zonam ſapphirinā coloris lapidis ſapphiri,q in ornamentis eſt principis ſacerdotū.Egreſſiq; ſunt ſex uiri,& ſteterunt iuxta altare æneū.Duo eñ erant altaria:unū thymiamatis,aureū intrinſecus:& alterū ante tēplū

G æneum holocauſtorū.Iuxta altare aūt ſtare dicūtur parati ad iubētis imperium:ut cuiuſcunq; uiderint ibi nō eſſe peccata dimiſſa,ſententiæ dñi,& interfectiōi eū ſubiacere cognoſcāt.Gloria quoq; dei Iſraël aſcēdit,ſiue aſſumpta eſt de uno cherub:& iuit ad limē,ſiue ad ſubdiuū atrij domus atq; ueſtibuli:qd nequaq; tecto premitur, ſed aëris fruitur libertate.Quæ ipa gloria dñi uirum q erat in habitu pōtificis,habebatq; atramētarium in lūbis ſuis,uocauit:& dixit quæ ſcriptura teſtatur.Quidā ſex uiros,ſex interpretātur angelos:qui dei pareāt uolūtati.Ipſumq; unū q habebat indumenta pōtificis,ſaluatorē intelligunt: iuxta id, quod ſacerdos eſt & magni cōſilij angelus:illudq; quod dicitur: Tu es ſacerdos in ęternū ſecūdū ordinē Melchiſedech. (Pſal.109.) ποδήρη autem quod Lxx.trāſtulerunt:una ex octo ueſtiū eſt pōtificis: H quæ Latine dicit̃ talaris: & ex eo qd ad pedes uſq; deſcēdat, hoc ſortita uocabulū eſt.De ueſte pontificis ante annos plurimos ſcio ædidiſſe me librū,ad cuius explanationē mitto lectorē.Neq; eñ poſſum oīa in omnibus locis dicere.Quodq; Aquilæ prima æditio & Theodotio dixerant κάσυ: ꝓ quo in Hebræo legitur הַסֹּפֵר: cū ab Hebræo quærerē quid ſignificaret,reſpondit mihi Græco ſermone appellari καλαμάριον, ab eo ꝙ in illo calami recōdātur.Nos atramētariū,ex eo ꝙ atramētum habeat dicimus.Multi ſignificātius thecas uocant,ab eo ꝙ thecæ ſint ſcribētiū calamorꝫ.De quatuor Cherubim,unus cherub mittit̃ à gloria dñicæ maieſtatis, locuturus ad eū qui pōtificis indumētis indutus erat. Et quāq; pleriq; τὰ χερουβεὶμ neutrali genere,numeroq; plurali dici putēt:nos ſcire debemus ſingulari numero eſſe cherub generis maſculini,et plurali eiuſdē generis cherubim:nō quo ſexus in miniſtris dei ſit,ſed quo unūquodq; iuxta linguę ſuæ ꝓprietatē diuerſis appellet̃ generibus.Angeli uocātur numero plurali Malachim,& cherubim,& ſeraphim eiuſdē generis & numeri.Porrò ſabaoth, quod interp̃tatur militiarū,ſiue exercituū atq; uirtutū,dicūtur genere fœminino, numero plurali:& deſinūt in extremā ſyllabā oth וֹת. Qui aūt uolunt ſub figura pōtificis intelligi ſaluatorē, de Apocalypſi Ioānis utuntur exēplo:in qua ſcriptū eſt:Et conuerti me,& uidi uocē quæ loquebat̃ mecū. Et conuerſus aſpexi ſeptē cādelabra aurea:& in medio cādelabrorū ſimilē filio hominis,& cætera. (Apoc.1.c)

d ¶Et dixit dominus ad eū &c. )Præcipitur ei q indutꝰ erat ue-



tium & dolentium ſuper cunctis abomina-
tionibus,quæ fiunt in medio eius.Et illis dixit
audiente me:Tranſite per ciuitatem ſequētes
eum, & percutite:non parcat oculus ueſter:
neq; miſereamini. Senem,adoleſcentulum,&
uirginem,paruulū,& mulieres interficite uſq;
ad internicionem. Omnem autē ſuper quem
uideritis Thau תָּיו,ne occidatis:& à ſanctua-
a rio meo incipite.Cœpērunt ergo à uiris ſenio
ribus qui erant ante faciem domus.Et dixit
ad eos:Cōtaminate domum:& implete atria
b interfectis.Et egreſſi ſunt & percutiebant eos
c qui erant in ciuitate.Et cædē cōpleta,remanſi
ego:ruiq; ſuper faciem meam,& clamās aio:
Heu domine deus,ergó ne diſperdes omnes
reliquias Iſraël:effundens furorē tuum ſuper
d Hieruſalem? Et dixit ād me:Iniquitas domus
Iſraël & Iuda,magna eſt nimis ualde.Et re-
pleta

A erat ueſte talari ſiue linea,& ſacerdotalem habitū præferebat:ut ponat ſignū ſuper frontes uirorum gementiū & dolētiū,ſuper cūctis abominationibus quæ fiunt in medio Hierl̃m.Pro ſigno,quod Lxx. Aquila,& Symmachus tranſtulerunt, Theodotio ipſum uerbū Hebraicū poſuit תָּיו, quæ extrema eſt apud Hebræos uiginti & duarū literarum,ut perfectā in uiris gemētibus & dolētibus, ſciētiā demōſtraret.Siue ut Hebræi autumāt,qa lex apud eos appellatur תּוֹרָה,quæ hac in principio noīs ſui litera ſcribitur:illi hoc accepere ſignaculū,qui legis præcepta cōpleuerāt.Et ut ad noſtra ueniamus,antiqs Hebræorū literis qbus uſq; hodie utunt̃ Samaritani extrema thau litera, crucis habet ſimilitudinē:quæ in Chriſtianorū frontibus pingit̃,& frequēti manus inſcriptiōe ſignat̃.Sunt qui putēt, ex eo quod ſecūdū Hebraicum alphabetū, iſta B extrema ſit litera,demōſtrari in multitudine peccātium,reliquias ſupereſſe ſanctorū.Gemētes igitur dolēteſq; ſaluant̃:qui nō ſolū malis non cōſenſerūt operibus,ſed & aliena plāxere peccata,ſecundū qd & Samuel planxit ſuper Saul, (1.Reg.16.a) & apl̃s Paulus ſuper his qui poſt peccatū nō egerūt pœnitētiā.Vnde & ipſe dicebat:Qui ſumus in hoc tabernaculo,ingemiſcimus. (2.Cor.5.a) Et alibi:Triſticia mihi eſt magna,& inceſſabilis dolor cordis mei. (Roma.9.a) Præcipiturq; ſex uiris, ut pręter eos qui poſſunt dicere:Signatū eſt ſuper nos lumē uultus tui dñe, (Pſal.4.b) cūctos interficiāt:nō ſeni parcāt,nō iuueni,nō uirgini,nō paruulo,nō mulieri.Secūdū myſticos intellectus:ſenes ſunt in eccl̃ia, de quibus dicit̃:Cani hominis prudētia eius. (Sapi.4.b) Iuuenes,qui ſunt ad fidei bella prōptiſſimi. Virgines, qui pudicitiā tota mēte cōſeruāt.Paruuli,qui lacte potātur infantiæ,& necdū percipiūt ſolidū cibum. Mulieres,quæ fragilitate ſexus,animæ imbecillitatem teſtantur.Quibus uniuerſis nō parcit̃,ſi abſq; Chriſti ſignaculo aliqd eſſe ſe credūt.Qdq; ſequit̃: Et à ſanctuario meo incipite:ſiue ut Lxx.trāſtulerūt καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε,id eſt,& à ſanctis meis incipite:Vel ſacerdotes ſignificat,qui uerſabant̃ in tēplo & adorabāt idola:uel eos qui pro ſacerdotij merito ſancti uocabant̃ in populo,& qui fuerāt in ppl̃is cauſa peccati,primi meruere ſupplicia. Tempus eñ eſt,ut iudiciū incipiat à domo dei. (1.Cor.7.c)

a ¶Cœperūt ergo à uiris &c.)Pro atrijs quæ Hebraice dicunt̃ חֲצֵרוֹת,Lxx.poſuere uias.Occidunt̃ aūt uiri

C ſeniores,de quibus ſupra legimus,ꝙ haberēt thuribula & adolerēt idolis incēſum.Nec eſt ulla templi religio:quia offenſo religionis deo,cōtaminata ſunt oīa,ut unde peccatū,inde iudiciū ſit.Atriaq; cadaueribus cōplent̃ in tēplo,& nō uiæ,quæ utiq; foris erant.Niſi forſitan uias intelligere poſſimus plateas ciuitatis:nec audere poterāt engeli cōtaminare tēplū ſanguine mortuorū:in quo prius habitabat gloria dei:niſi hoc recedētis glorię dñs præcepiſſet.Oīs q peccato mortuus eſt,contaminat atria tēpli,& uias urbis dñi,in qbus uiuit: qui cū Chriſto reſurgēs mortuus eſſe deſiſtit.

b ¶Et egreſſi ſunt &c.) Siue ut alij trāſtulerūt: percutiebāt ciuitatē:pro his q erāt in urbe,ipſam urbē appellātes.

c ¶Et cæde cōple.&c.) Cūctis q ſignaculū nō habebāt cæde proſtratis,corruit ꝓpheta in faciē ſuā,pro interfectorū multitudine,nullū præter ſe arbi- D trans remāſiſſe.Quod quia uidebat̃ eſſe cōtrariū ei ſentētiæ qua iuſſerat dñs ſignatarū frōtiū uiros nō eſſe cædēdos:ꝓpterea in uulgata æditiōe ſubtractū eſt.Nos aūt ſequētes Hebraicā ueritatē,poſuimus, remanſi ego.Notādūq; ꝙ nō dixerit,ſolus:qd ſi dixiſſet,uidebat̃ eſſe cōtrariū:ſed remāſi ego,ut ſubaudiat̃ cū cæteris qui frontes habuere ſignatas.Vt aūt ſciamus ſignāter hoc dictū,remāſi ego:in Regū uolumine,quādo Helias loquit̃ ad deū:Altaria tua demoliti ſunt,& ego relictus ſum ſolus,& quærūt animā meā auferre, (3.Reg.19.b) ſolū,poſuit:quia remāſiſſe alios neſciebat.Quidā putāt ex pſona dñi,in cuius typū præceſſit Ezechiel,poſſe hoc intelligi de ppl̃o Iudæorū:quādo omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt.Et ꝓpheta teſtatur:Saluū me fac dñe:qm̃ defecit ſanctus. (Pſal.13.a) Solus eñ inuētus eſt dñs:qui peccatum nō fecit:neq; inuētus eſt dolus in ore eius. (Ibi.11.a) (1.Pet.2.d) Qd aūt intulit:Effundēs furorē tuū ſuper Hieruſalem: uerbū effuſionis,pœnarū oſtēdit magnitudinē,ut alibi legimus:Effuſa eſt deſpectio ſup principes. (Pſal.106.d) Et iterū.Penè effuſi ſunt greſſus mei. (Ibi.72.a) Et in bonā partem:Charitas dei effuſa eſt in cordibus noſtris. (Roma.5.a) Et: Effuſa eſt gratia in labijs tuis. (Pſal.44.a) Et in cōtrariū:Effunde furorē tuū ſup gētes quæ te nō intellexerūt,& ſup regna quę nomē tuū nō inuocauerūt. (Ibi.78.b) Et:Effunde frameā & cōclude ex aduerſo eorū qui pſequuntur me. (Ibi.34.a)

d ¶Et dixit ad me:Iniquitas do.&c.)Vidēs dñs prophetā ſuū flere pro populo,& admirari indignationis magnitudinem:reddit cauſas:nō ut

pleta eſt terra ſanguinibus,& ciuitas repleta eſt auerſione. Dixerunt enim: Dereliquit dominus terram,& dominus non uidet. Igitur & meus nõ parcet oculus, neq; miſerebor: uias eorum ſuper caput eorum reddam.

a HEB. Et ecce uir qui indutus erat lineis, qui habebat atramentarium in lumbis ſuis, reſpondit dicens: Feci ſicut præcepiſti mihi.

SEP. Et ecce uir q̃ indutus erat podere (i. ueſte talari) & accinctus zona lumbos ſuos,& rñdit uerbũ dicẽs: Feci ſicut mandaſti mihi.

b ET uidi,& ecce in firmamento quod erat ſuper caput cherubim quaſi lapis ſapphirus: quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij apparuit ſuper eam. Et dixit ad uirum qui indutus erat lineis,& ait: Ingredere in medio rotarum quæ ſunt ſubtus cherub:& imple manus tuas prunis ignis, quæ ſunt inter cherubim:& effunde ſuper ciuitatem. c Ingreſſusq; eſt in cõſpectu meo. Cherubim autem ſtabãt à dextris domus cum ingrederetur uir:& nubes impleuit atrium interius. Et eleuata eſt gloria do- — Cap. X.

E ille putabat iniuſti uel excedentis modũ ſupplicij, ſed meritæ iuſtæq; ſentẽtiæ. Iniqtas, inquit, decẽ tribuum Iſraël,& duarũ tribuũ Iuda magna eſt,& nõ ſolũ magna, ſed magna nimis. Nec hoc dixiſſe ſufficit, ſed repetit, ualde: ut pro magnitudine iniqtatis, magnitudo ſupplicij ſit. Ex quo diſcimus, nõ ut pleriq; æſtimãt & maxime Stóici, paria eſſe peccata, ſed uel magna uel parua,& pro qualitate mẽſuraq; peccantiũ, diuerſitatẽ eſſe iudicij punietis. Repleta eſt, inquit, terra ſanguinibus: ſiue ut Lxx. tranſtulerũt, populis:& ciuitas eſt repleta auerſione: aut ut uulgata habet æditio, iniquitate & immundicia: nõ modicus ſanguis effuſus eſt, ſed de porta uſque ad portã,& omnis F ciuitas declinauit à cultu dei,& pro eo plena eſt immũdicia, idololatriæ uidelicet ſordibus. Cauſa aũt tantorũ ſcelerũ illa eſt, ꝙ putauerũt prouidẽtiã nõ eſſe ſuper terrã, nec deũ curare mortalia, iuxta illud quod alibi legimus: Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Sollicitat. [Verg. in 4. Aeneid.] Quia igiẽ illi uel putauerũt nõ eſſe prouidẽtiã: uel quæ ante fuerat in populis, hoc tẽpore ſuũ populũ reliqſſe, ꝓpterea & dei nõ parcet oculus, nec miſerebiẽ: ut cõtra uitia ſæuiens, placabilis ſit uirtutibus: uiasq; eorũ atq; peccata reddat ſuper capita eorũ: uel ſuꝑ principale cordis: uel ſuꝑ principes populi, iuxta Numerorũ librũ, in quo capita populorũ principes eſſe dicũtur. a ¶Et ecce uir &c.) Ipſe eſt uir, cui iuſſum eſt trãſire per mediã Hierlm̃ & ponere ſignũ in frõtibus uirorũ gemẽtiũ & dolẽtiũ ſuper cũctis iniqtatibus eorũ. Dicit ergo ſe dñi præcepta cõpleſſe,& ſignaculo Thau ת literæ frõtes ſignaſſe lugẽtiũ. Sex aũt uiri quibus præceperat dñs, dicẽs: Tranſite per ciuitatẽ ſequẽtes eũ:& percutite, nulliusq; miſereamini uſq; ad internicionẽ, nihil tale renũciãt. Neq; enĩ lætitiæ, ſed mœroris impleuere ſentẽtiã: quæ nõ ſermone ſed opere ꝓbaẽ. Et in hoc loco pro ποδήρη, id eſt, ueſte talari quam interpretati ſũt Lxx. Theodotio ipſum uerbũ Hebraicũ poſuit בַּדִּים. Symmachus, lineã: Aquila, præcipuã ſiue ſtolã. Pro zona quoq; Symmachus, tabulas: Aqla, atramẽtariũ: Theodotio, κάσυ poſuerũt. Cap. X.

ET uidi,& ecce in firmamento &c.) De firmamento quod erat ſuper cherubim,& de lapde G ſapphiro qui habebat ſimilitudinẽ throni:& de rotis quæ animalia ſequebanẽ, ſupra dixiſſe ſufficiat,& illorũ lector explanatione cõtentus ſit. Nũc aũt qd' iubeẽ ille qui indutus erat lineis, pro quo Lxx. in hoc loco ſtolã interpretati ſunt: ut tollat prunas ignis de medio cherubim,& effundat ſiue ſpargat ſuꝑ ciuitatẽ: illud mihi uidetur oſtendere, quod poſt interfectionem cædemq; multorũ,& in uijs cadauera mortuorũ, prunarũ ignis aſſumiẽ, ut puniat ſiue mundet Hieruſalẽ, iuxta illud quod in Eſaia ſcriptũ eſt: Sanctificauit eum in igne ardẽte,& deuorabit ſicut fœnũ materiã. [Eſa. 10. d] Iſti ſunt carbones, quos in remedium linguæ atq; mẽdacij deſolãtes uitia atq; peccata, ꝓpheta interrogatus exoptat: H Quid detur tibi & quid apponaẽ tibi ad linguã doloſam? [Pſal. 119. 4] Sagittæ potẽtis acutæ, cum carbonibus deſolatorijs. Multaq; iſtiuſmodi in ſcripturis ſanctis inuenire poterimus: de qbus crebro diximus. Hoc tantum notãdũ eſt, ꝙ in Eſaia qui tãtũ in ſermone peccauerat,& immũda labia habere ſe dixerat, ad purgandũ unus forcipe carbo cõprehẽditur. [Eſa. 6. b] Hic uero quia erat ciuitas plena iniquitate,& poſt ſupplicia cadaueribus mortuorũ, plures aſſumunẽ carbones ignis:& nõ una manu, ſed ambabus: ut omnis purgetur Hieruſalem. Quanq; & hoc intelligẽdũ ſit, ꝙ nõ ad purgationẽ, ſed ad pœnas atq; cruciatus, prunæ ignis aſſumẽdæ ſint, quæ effundanẽ ſuper Hieruſalem. c ¶Ingreſſusq; eſt in cõſpe. &c.) Vidẽte propheta, ingrediẽ uir qui indutus erat talari ueſte uel linea,& ut Lxx. nũc interpretatione cõmutant ſtola ſancta, cũ apud Hebræos, unus ſermo habeaẽ בַּדִּים:& cæteri interpretes in cœpta trãſlatione ꝑſiſtãt. Ingrediẽ aũt ut ſecundo dicitur in medio rotarũ, quæ ſunt ſubter cherubim: ut impleat manus ſuas igneis carbonibus. Qui cũ eſſet ingreſſus, ſtetit tãtũ iuxta rotã,& uel ob triſticiã puniẽdæ Hieruſalẽ: uel ob gloriæ magnitudinẽ ſtupẽs, manum ad ignem ipſe nõ miſit, ſed unus de cherubim, id eſt cherub miſit manũ:& tulit ignẽ qui erat in medio cherubim,& dedit in manũ eius qui indutus erat ueſtibus lineis. Qui accipiẽs egreſſus eſt,& tñ ſcriptura nõ dicit, egreſſus qd fecerit: ut triſtis rei narrationẽ, intelligẽtiæ potius noſtræ relinqueret; q̃

oculis



ria domini deſuper cherub ad limen domus:& repleta eſt domus nube,& atriũ repletũ eſt ſplẽdore gloriæ dñi. Et ſonitus alarum cherubim audiebatur uſq; ad atriũ exterius, quaſi uox dei omipotẽtis loquentis. Cumq; præcepiſſet uiro qui indutus erat lineis, dicẽs: Sume ignem de medio rotarũ quæ ſunt inter cherubim: ingreſſus ille ſtetit iuxta rotã. Et extendit cherub manũ de medio cherubim ad ignem qui erat inter cherubim:& ſumpſit & dedit in manu eius qui indutus erat lineis. Qui accipiens egreſſus eſt,& apparuit in cherubim ſimilitudo manus hominis ſubtus pẽnas eorũ. a Et uidi,& ecce quatuor rotæ iuxta cherubim. Rota una iuxta cherub unũ,& rota alia iuxta cherub unum. Species aũt erat rotarũ quaſi uiſio lapidis chryſolithi:& aſpectus earũ, ſimilitudo una quatuor, quaſi ſit rota in medio rotæ. Cumq; ambularẽt, in quatuor partes gradiebãtur,& nõ reuertebantur ambulãtes, ſed ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat, ſequebãtur & cæteræ nec conuertebãtur. Et omne corpus earum,& colla,& manus,& pennæ,& circuli, plena erãt oculis in circuitu quatuor rotarũ. Et rotas iſtas uocauit uolubiles audiẽte me. Quatuor autem facies habebat unũ. Facies una, facies cherub:& facies ſecũda, facies hominis:& in tertio, facies leonis:& in quarto, facies aqlæ:& eleuati ſunt cherubim. b Ipſum eſt animal quod uiderã iuxta fluuium Chobar. Cumq; ambularẽt cherubim, ibant

pariter

A oculis ſubijceret. Introeũnte aũt uiro qui indutus erat ueſtibus lineis, cherubim ſtabant à dextris domus, ut ſanctæ ſupernæq; uirtutes dexterã domus dei partẽ tenere uiderẽtur,& illæ quæ mittũtur ad ſupplicia, de quibus ſcriptũ eſt: Immiſſionẽ per angelos peſſimos, [Pſal. 77. e] ſiniſtras partes poſſidere credãẽ. Cũq; eleuata eſſet gloria dñi de cherub qui carbones ignis uiro traditurus erat:& trãſiſſet ad limen domus, ſtatim nube tenebris & caligine atriũ impletur interius. Neq; enĩ præſente dñi maieſtate exercenẽ ſupplicia,& glĩa dñi uideẽ in atrio, de quo ſcriptũ eſt. Sonitus alarum cherubim audiebaẽ uſq; ad atriũ exterius. Pro ſonitu in Hebræo, uox poniẽ: q̃ uox habebat ſimilitudinẽ uocis dei omnipotentis loquentis. Pro quo Lxx. trãſtulerũt: ſicut uox dei B שַׁדַּי, quod Aquila, Symmachus,& Theodotio ἱκανόν: quod forte potentemq; ſignificat, trãſtulerũt. Nota lector in qbus ſuperior & hæc uiſio cõcordẽt ſiue diſcordẽt, ut ex collatione utriuſque abſq; noſtro admonitu, diuina intelligas ſacramẽta,& illud qd' ante cõmonui, qm̃ & in firmamẽto & in throno,& in manu hominis non ueritas, ſed ſimilitudo dicaẽ. Neq; enim facie ad faciẽ reuelato uultu, gloriam dñi contẽplamur: ſed in ſimilitudine omnia uidemus & imagine: quãdiu fragili & corruptibili & mortali circũdamur corpore. a ¶Et uidi,& ecce quatuor &c.) Obſerua quæ prius fuerit uel quot ſpecies rotarum, iuxta Lxx. quaſi uiſio tharſis: nũc aũt iuxta eoſdẽ ὡς ὄψις λίθου ἄνθρακος, id eſt, quaſi uiſio carbũculi: ut pẽnarũ per ignẽ qui à cherub tradiẽ, ſimilitudo monſtreẽ: licet in Hebraico & ſupra,& hic, tharſis ſcriptũ ſit: quod Aquila, chryſolithũ: Symmachus, hyacinthũ trãſtulerũt. Rurſumq; ubi nos uertimus:& omne corpus earũ, qd' ſubaudiẽ rotarũ, in Hebręo ſcriptũ eſt: Et oẽs carnes earũ,& colla,& manus,& pennæ,& circuli. Nota carnes appellari in ſupernis uirtutibus, [1. Cor. 15. f] ut qñ legimus: Caro & ſanguis regnũ dei nõ C poſſidebũt: neq; corruptio, incorruptionẽ: ſciamus non ſubſtantiã carnis, ſed opera condemnari, בָּשָׂר enim quod in hoc loco ſcribiẽ: nõ corpus, ſed carnem ſignificat. Circulos aũt rotarũ, contos ferreos appellauit: quibus lignorũ rotũditas artaẽ & ſtringitur. Rotæ aũt iſtæ nõ ſolũ carnes habẽt uel corpus, aut membra: ſed & colla,& manus,& pẽnas: ut efficiẽtias rerũ in ſingulis, nõ mẽbrorũ imagines ſentiamus. Rotæ quoq; ipſæ appellatæ ſũt lingua Hebraica גַּלְגַּל qd' Symmachus, uolubiles: Aqla, rotã interpretatus eſt. Porrò qd' ſequiẽ: Audiente me: uſq; ad eũ locũ ubi ſcriptũ eſt: Eleuati ſunt Cherubim: in Lxx. nõ habetur, ſed de Hebraico additũ eſt. In quo obſeruãdum, ꝙ nequaq;, ut ſupra diciẽ: Facies hoĩs,& facies leonis quatuor:& facies uituli à ſiniſtris quatuor:& D facies aqlæ, quatuor à dextris: ut uidelicet alia à ſiniſtris, alia à dextris eſſe credanẽ. Sed omniũ æqualis ordo deſcribiẽ, dicente ſcriptura: Quatuor autẽ facies habebat unum: Facies una, facies cherub:& facies ſecũda, facies hoĩs:& in tertio facies leonis:& in quarto, facies aqlæ: ut prima & ſecũda,& tertia,& quarta facies, nõ locorum diuerſitate dextri & ſiniſtri ſed uno per gradus ordine deſcribaẽ. Vnam aũt faciẽ, id eſt, primã appellauit cherub, pro qua ſupra dixerat, facies uituli. Ex quo intelligiẽ faciẽ cherub eſſe faciem uituli. Quorum omniũ ſenſum, præteritæ uiſionis explanatio cõtinet. b ¶Ipſum eſt animal quod uid. &c.) Omnia uiuũt deo,& ſuũ ſentiunt creatorẽ. Nõ eſt enim deus mortuorũ, ſed uiuẽtiũ. [Matth. 22. d] Vnde & omnia corpora rotarũ plena ſunt oculis. [Supra. 1. e] Et in pſalmo diciẽ: Cœli enarrãt gloriã dei,& opera manuũ eius annunciat firmamẽtum. [Pſal. 18. 4] Dies diei eructat uerbũ,& nox nocti indicat ſciẽtiã. Sol quoq; & luna, mare & flumina, mõtes & colles laudant deum,& in ſuũ circulũ per annos ſingulos elemẽta uoluuntur: cœlorũq; rationẽ in terris deprehendimus: ut antiquæ legis ordinem cõſeruantes,



uoluan

E uoluantur & currāt: & nihil nouū cernamus ſuper Sapien.1.b terram. Quod autē dicitur: Ipſum eſt animal quod uideram iuxta fluuium Chobar, ſcriptura demonſtrat eadem nos debere intelligere in expoſitione animalis, quæ ſupra intelleximus. a ¶Et egreſſa eſt glor. dñi &c.) Gloria dñi ſiue maieſtas quæ ſteterat in tēpli limine, ſtetit ſuper cherubim. Qui eleuātes alas ſuas, ꝓpheta cernēte, exaltati ſunt, rotis pariter ſequētibus: & ſtetit in introitu portæ domus domini orientalis, paulatimq; ꝓtectio dei reliquit Iſraël. Primū fuit in tēplo, deinde ſtetit in atrio templi ſiue limine: qua recedente de templo, nubes & caligo impleuit templi penetralia. Rurſumq; ipſa gloria ſedit ſup cherubim, & illis ſtatim auolantibus, & ad exteriora abeuntibus, ſecutæ ſunt rotæ. Et gloria ſtetit in porta domus dñi orientalis F non in ianua templi, ſed poſt atriū & limē in introitu portæ domus dñi oriētalis. Quod cū propheta uidiſſet, ipſum eſt, inquit, animal qd' uidi ſubter deum Iſraël, iuxta fluuiū Chobar: & intellexi, qa cherubim eſſent. Quid eñ noui uiderat: qd' intelligeret eſſe cherubim, quæ prius nō intellexerat? Cherubim in lingua noſtra ſcientiæ multitudo eſt: noticia ſa- Pſal.79.b cramētorū dei, & thronus eius ac requies. Vnde & in pſalmo dicit̃: Qui ſedes ſuper cherubim manifeſtare. Semper eñ gloria dñi ſedet in ſciētiæ multitudine: & tūc manifeſtatur, quādo cuncta rei prouidentia demōſtrātur. Nec fortuitu quid fieri, nec di- Supra.9.d cere quempiam: Dereliquit dominus terram, & dominus nō uidet: Vnde & intuitus cherubim & appetitus eorum, eſt obliuiſci præteritorum, & in futura ſe extendere.

Cap. XI.

ET eleuauit me ſpiritus &c.) Quia egreſſa eſt gloria domini à limine tēpli, & ſtetit ſuper cherubim: poſteaq; auolantibus cherubim, ſtetit ipſa gloria in introitu portæ domus domini oriētalis: & propheta quia per ſe ad eam ire non poterat, eleuatus à ſpiritu eſt, & ductus ad eandem portam domus domini orientalē: quæ reſpicit ſolem iuſticiæ, Zach.6.c de quo ſcriptum eſt: Ecce uir oriens nomē eius, ut G nequaq; remaneret in tēplo, quod erat ignorantiæ nube confuſum, ſed ſtans in porta domus domini orientalis, quæ ſequuntur ſacramēta cognoſceret. c ¶Et ecce in introitu por. uiginti & quinq; &c.) Quod ſequit̃, in Lxx. non habetur, ſed de Hebræo additū eſt: Quia in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea nō feciſtis: ſed iuxta iudicia gētium, quæ in circuitu ueſtro ſunt eſtis operati. Aſſumit̃ ꝓpheta iuxta illud quod ſcriptum eſt: Pſal.146.a Aſſumens māſuetos dominus: ſiue eleuat̃ è terra, & introducit̃ ad portam domus dñi oriētalē, ut poſſit uigintiquinq; uirorum qui erāt in introitu portæ & Iezoniæ filij Azur, atq; Phaltiæ filij Banaiæ, principum populi ſacramēta cognoſcere. Hi igit̃ qui erāt in introitu portæ domus domini orientalis: deſperantes ſalutem, & ſcelerū cōſciētia parati ad interitū: nec uolētes per pœnitudinem peccata corrigere, dicunt: H licet nuper poſt primam captiuitatē ædificatæ ſint domus quæ ante corruerant: tamen ſcimus hāc ciuitatē eſſe inſtar lebetis: noſq; pro carnibus, ut in ea cōſumamur & concrememur, iuxta illud quod in Eſaia ſcriptū eſt: Eſa.28.d Tempeſtas ſi tranſierit, nō aſſumet nos. Illis iſta dicentibus, irruit in prophetā ſpiritus domini: & ſecūdo præcipit ut uaticinetur, & dicat: Quoniam iſta dixiſtis, & cordium ueſtrorum me ſecreta non fallunt: ego uobis interpretabor quomodo ciuitas in lebetem, & uos in carnes reputemini: non iuxta illum ſenſum quem locuti eſtis, ſed iuxta alterum quem nō timetis. Eſt quidem ciuitas in lebetis ſimilitudinem, ſed nō ueſtris implebitur carnibus: uerum eorū quos interfeciſtis. Vos autem qui arbitramini uos in hac urbe morituros, educā de medio ciuitatis, & tradā hoſtiū manibus: faciāq; in uobis iudicia, ut cum cecideritis gladio, nequaq; in urbe, nec extra terminos Iſraël, ſed in finibus ueſtræ prouinciæ, tūc cognoſcatis quod ego ſim dominus. Secundoq; dicitur: In finibus Iſraël iudicabo uos, & ſcietis qa ego ſum dominus. Hæc autem uniuerſa patiemini, quia in præceptis meis non ambulaſtis: & iudicia mea non feciſtis, ſed cæ- terarum

pariter & rotæ iuxta eos. Et cum eleuarent cherubim alas ſuas ut exaltarentur de terra, non reſiſtebant rotæ, ſed & ipſæ iuxta erant. Stantibus illis, ſtabant: & cum eleuatis, eleua- a bātur. Spiritus enim uitæ erat in eis. Et ẽgreſſa eſt gloria domini à limine templi, & ſtetit ſuper cherubim. Et eleuātes cherubim alas ſuas, exaltati ſunt à terra coram me. Et illis egrediētibus, rotæ quoq; ſubſecutæ ſunt. Et ſtetit in introitu portæ domus domini orientalis: & gloria dei Iſraël erat ſuper eos. Ipſum eſt animal quod uidi ſubter deum Iſraël iuxta fluuium Chobar: & intellexi, quia cherubim eſſent. Quatuor, quatuor uultus uni: & quatuor alæ uni: & ſimilitudo manus hominis ſub alis eorum: Et ſimilitudo uultuum eorū, ipſi uultus quos uideram iuxta fluuium Chobar: & intuitus eorum & impetus ſingulorum ante faciem ſuam ingredi.

Cap. XI.

b ET eleuauit me ſpiritus, & introduxit me ad portā domus dñi oriētalem quæ reſpi- c cit ſolis ortū. Et ẽcce in introitu portæ uiginti & quinq; uiri: & uidi in medio eorū Iezoniā filium Azur, & Phaltiam filiū Banaiæ principes populi. Dixitq; ad me: Fili hominis, hi uiri qui cogitāt iniquitatē, & tractāt cōſiliū peſſimum in urbe iſta, dicētes: Nónne dudū ædifi- catæ



A terarum in circuitu gentium ſcelera eſtis operati. Cumq; ſecundū literā manifeſtū ſit quod dicitur: omiſſis parumper Iezoniæ & Azur, Phaltiæ & Banaiæ nominibus, quæ in tēpus aliud reſeruamus: hoc dicendū eſt, quod uſq; hodie in eccleſia quæ eſt domus dñi: & ante portā, & in introitu ſiue in uia portæ, quę ſignificat ſaluatorē, per quem ingredimur ad patrē, ſunt uigintiqnq; uiri, ad ſenſus cuncta referentes. Et quantū non ſubterfugit memoriā meā, nunq; in bonā partē, hunc numerum potui reperire: licet in Leuitico ad ſacerdotale miniſteriū à uigintiquinq; annis eligant̃. In Hebræo enim nō habet hūc numerū qui in Lxx. dicit̃, ſed tricenariū: qui in exordio huius ꝓphetæ, & dñi cōtinetur ætate: qñ uenit ad fluēta Ior- Luc.3.e danis, & à Ioanne baptizatus eſt. Sin aūt in euā- Matth.25.a gelio qnq; uirgines prudentes, & quinq; ſtultæ B reperiunt̃: ſciamus hunc numerū in medio poſitū: & pro qualitate utentium, uel ad bonā uel ad malā partē poſſe conferri. Hi igitur uiri qui cūcta ad ſenſus referunt: & habēt duos principes, de quibus ſupra diximus, duali numero cōtinent̃: qui ſcindit unitatem, & in ſecūdæ diei numero nō uidet̃ à dño, iuxta Hebraicā ueritatem. Vnde & in Gene.6.d arca Noë, bina & bina introducuntur immunda. Ephe.2.c Dñs aūt ſciſſionē in unū coartās, fecit utrūq; unū, & ſoluit mediū parietē, inimicitias in ſua carne condemnās. Vnde & auguſtius quid loquitur atq; ſu- Ioan.10.f blimius: Ego & pater unū ſumus, ut à Iudaica dualitate in unionē nos reuocet fidei Chriſtianæ. Deniq; pōtificatu perdito Iudæorū, dñs patit̃ nequaq; ſub uno principe, ſed ſub duobus, Anna & Caypha: ut religionis eorū ſciſſum mōſtraret errorem. Sunt multi in huius portę introitu ante domū dñi oriētalē, qui uitijs ſuis nationibus cōparant̃, & peccatorū cōſciētia deſperāt ſalutē, & dicūt: Ciuitas in qua uerſamur, lebes eſt, & nos omnes carnes: & Babylonio conſumemur ardore cuius iacula ignita ſunt: nolētes agere pœnitētiā, & deſperātes ſalutē: propterea audiūt, quod non ipſi ſint carnes præteritæ & perditæ ciuitatis, ſed hi quos ſcandalizauerint & quos interfecerint. Idcircoq; ſup eos gladius C inducitur, ut poſtq; in finibus Iſraël nequaq; inter gētes, ſed inter Chriſtianos fuerint iudicati: tūc cognoſcāt, quod ipſe ſit dñs, ſecundum illud quod in pſalmis legitur: Cum interficeret eos, requirebant Pſal.77.d illum: ut quē per beneficia nō ſenſerāt, per tormēta cognoſcāt. a ¶Et factum eſt cū prophe. &c.) Vaticinante propheta, unus è duobus principibus Phaltias filius Ba- פלטיהו naiæ morit̃: qui interpre- בניהו tat̃ ruina declinās, & eſt filius ſtructoris ſiue cemētarij: οἰκοδόμος enim aliter in linguā noſtram uerti nō pōt. Alter principū ſeruat̃ incolumis, Iezonias filius Azur. Ie- יאזניה zonias aures eius ſonat, quod ſubaudit̃ animæ. Azur uero fulcrū ſiue עזור adiutoriū. Qui igitur cadendo à dño declinarat, & erat ædificationis peſſimæ, recte cadit prophetāte eo quem cōfortauit deus. Qui aūt præceptis obediebat dei, & illius ſuſtentabatur ac fulciebat̃ auxilio, recte in imperio D populi permanet. Legimus in Exodo, mortuo Exo.2.d Pharaone rege Aegypti ingemuiſſe filios Iſraël ab operibus luti, palearum: ac laterum: & clamaſſe ad dominū: quem illo uiuente, inclamare nō poterāt. Eſaias quoq; Eſa.6.a mortuo Ozia rege leproſo, uidit dominum ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatum, & ſeraphim ſtantia circa eum: intelligenſq; immunda habere ſe labia, & habitare in populo immunda labia habente: meretur ut de altari carbo mittatur, & labia eius purget immunda. Hic autem prophetante fortitudine dei, princeps qui à domini declinauerat ſeruitute, cadit ut eleuetur à Chriſto. Si enim reſurrectio dominus, ruina diabolus eſt. In quo quæritur, quomodo de ſaluatore dicatur: Ecce hic poſi- Luc.2.e tus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum in Iſraël. In ruinam eorum qui ſtabant peſſime: & reſurrectionem eorum qui ceciderant. Quod cum propheta uidiſſet, cecidit in faciem ſuam: non peccantis merito, ſed plangentis affectu: & uoce magna, quæ de magno fidei ardore ueniebat, tertio clamauit & dixit: Heu, heu, heu, domine deus, conſummationem tu facis reliquiarum Iſraël? Et eſt ſenſus: Etiam ipſæ reliquiæ quæ eſſe uidebantur in populo, te indignante delentur.

catæ ſunt domus? Hæc eſt lebes, nos autē carnes. Idcirco uaticinare de eis, uaticinare fili hominis. Et irruit in me ſpiritus dñi, & dixit ad me: loquere. Hæc dicit dñs: Sic locuti eſtis domus Iſraël, & cogitationes cordis ueſtri ego noui. Plurimos occidiſtis in urbe hac, & impleſtis uias eius interfectis. Propterea hæc dicit dominus deus: Interfecti ueſtri quos poſuiſtis in medio eius: hi ſunt carnes, & hæc eſt lebes, & educā uos de medio eius. Gladiū metuiſtis, & gladiū inducā ſuper uos, ait dominus deus: & eijciā uos de medio eius: daboq; uos in manu hoſtium, & faciam in uobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Iſraël iudicabo uos, & ſcietis quia ego dominus. Hæc nō erit uobis in lebetem: & uos non eritis in medio eius in carnes. In finibus Iſraël iudicabo uos: & ſcietis quia ego dominus. Quia in præceptis meis nō ambulaſtis, & iudicia mea nō feciſtis: ſed iuxta iudicia gētium quæ in circuitu a ueſtro ſunt eſtis operati. Et factūm eſt cum prophetarē, Phaltias filius Banaiæ mortuus eſt: & cecidi in faciem meā, clamans uoce magna, & dixi: Heu, heu, heu domine deus: conſummationem tu facis reliquiarum Iſraël?

Et factum

a HEB. Et factũm eſt uerbũ dñi ad me dicẽs: Fili hominis, fratres tui, fratres tui: uiri ꝓpinqui tui, & omnis domus Iſraël uniuerſi quibus dixerunt habitatores Hieruſalem: Lõge recedite à domino: nobis data eſt terra in poſſeſſionẽ. Propterea hæc dicit dominus deus: quia longe feci eos in gentibus, & quia diſſipaui eos in terra, ero eis in ſanctificationem modicam in terris ad quas uenerint.

SEP. Et factus eſt ſermo dñi ad me dicẽs: Fili hoĩs, fratres tui & uiri captuitatis tuæ, & oĩs domus Iſraël cõſummata eſt qbus dixerũt habitatores Hieruſalẽ: Longe receſſiſtis à dño: nobis data eſt terra in hæreditatem. Propterea dic: Hæc dicit adonai dñs, qa repellam eos in gẽtes: & diſſeminabo eos in omnẽ terrã, & ero eis in ſanctificationem paruulã in regionibus ad quas ingreſſi fuerint illuc.

b Propterea loquere. Hæc dicit dñs deus: Cõgregabo uos de populis, & adunabo de terris in quibus diſperſi eſtis: daboq; uobis humũ Iſraël. Et ingredietur illuc, & auferet omnes offenſiones cũctasq; abominationes de illa. Et dabo eis cor unũ (ſiue alterũ) & ſpiritũ nouũ tribuã in uiſceribus eorũ. Et auferã cor lapideũ de carne eorũ, & dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulẽt & iudicia mea cuſtodiãt: faciantq; ea, & ſint mihi in populũ, & ego ſim eis in deũ. Quorũ aũt cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat: horũ uiam in capite ſuo ponam, dicit

E a ¶Et factum eſt uerbũ dñi &c.) Primũ de interpretationis uarietate dicẽdum eſt. Pro eo quod in Hebræo habet̃, uiri propinqui tui, hoc enim ſignificat אַנְשֵׁי גְאֻלָּתֶךָ: Lxx. trãſtulerũt, uiri captiuitatis tuæ. Deinde ubi ſequit̃: uniuerſi qbus dixerũt habitatores Hieruſalẽ: pro uniuerſis, illi poſuerũt cõſummata eſt ꝓpter literarũ & uerbi ambiguitatẽ: כָּלָה em̃ quod Aquila & Symmachus & Theodotio uniuerſos interp̃tati ſũt: illi uerterũt, cõſummata eſt, qđ iuxta ſenſum omino nõ reſonat. Factus eſt igit̃ ſermo dñi ad Ezechielẽ, qui dixerat: Heu, heu, heu, dñe deus, cõſummationẽ tu facis reliquiarũ Iſraël, in Phaltiæ uidelicet morte, & F eorũ q cũ eo interfecti ſũt, quod nequaq; illæ ſint reliquiæ quas in Hieruſalẽ putabat propheta, ſed hi qui in Babylone uidebãt̃ eſſe captiui. Et eſt ſenſus: O fili hominis, fratres tui de eadẽ tecũ ſtirpe generati: fratres, inq̃ tui, qbus dixerũt habitatores Hieruſalẽ, uos receſſiſtis à dño, quia captiui eſtis, & cũ Iechonia uos tradidiſtis: nobis aũt terra Iſraël data eſt in æternã poſſeſſionẽ. Dic ergo eis ꝙ lõge quidẽ eos fecerim à terra Iſraël, & diſperſerim in nationes, & in alienis terris eſſe p̃ceperim: ſed qa meæ obedierint iuſſioni, ſim in eis futurus etiã in ꝑegrinis & hoſtilibus locis in paruã ſanctificationẽ: dũ pleriq; inueniant̃ ex eis qui idololatriæ nequaq; colla ſubmittãt, ſed memores ſint mandatorũ dei, ſicut fuerũt Daniel & tres pueri, & cæteros fuiſſe credẽdũ eſt: in ſimilitudinẽ tãtorũ principũ, quos ſcriptura nũc cõmemorat. [Dan.3.b] Ex qbus uniuerſis diſcimus, nõ eſſe inſultandũ his q dei iudicio pœnis traditi ſũt: nec exprobrãdũ homini cõuerſo à peccatis ſuis: nec pœnitẽtibus & egreſſis de eccl̃ia aliq̃ñ dicendũ: Lõge receſſiſtis à dño: nobis data eſt terra in poſſeſſionẽ. Quia hæc dicit dñs: Licet eos parũper à mea eccl̃ia ſeperauerim, & inter gẽtes diſperſerim: tñ ero eis in ſanctificationẽ modicã, dum meminerint peccatorũ ſuorũ, ut qui ꝓpter uitia receſſerũt de loco ſuo, ꝓpter pœnitẽtiã ad ſedes priſtinas redire feſtinẽt. G b ¶Propterea loq̃re &c.) Loquit̃ ſermo diuinus ad eos qui captiui erãt in terra Babylonis ad fratres Ezechielis ꝓphetæ, & ad propinquos, qbus dixerũt habitatores Hierl̃m: Longe receſſiſtis à dño: nobis data eſt terra in poſſeſſionẽ. Loquit̃ aũt hæc q̃ ſequunt̃: Cõgregabo uos de ppl̃is, & reddã uobis terrã Iſraël. Cũq; ingreſſi fueritis, auferetis cũcta idola, propter q̃ offenderatis deũ, & dabo uobis cor unum timoris, & ſeruitutis dei, ut nequaquã diuerſis idolis ſeruiatis: ſiue alterũ q̃ prius habuiſtis. Et ſpiritũ nouũ tribuã in uiſceribus ueſtris, iuxta illud qđ ſcriptũ eſt: Cor mũdũ [Pſal.50.c] H crea in me deus, & ſpiritũ rectum innoua in uiſceribus meis. Et auferam à uobis cor lapideũ, id eſt cor durũ, ſecundũ illud qđ loquitur Stephanus primus martyr in Chriſto: Dura ceruice, & incircũciſi [Act.7.f] corde. Et indurat̃ [Exo.7.d] cor Pharaonis, ne dimittat populũ Iſraël. Et dabo, inquit, uobis cor carneũ, molle & tenerũ, & quod poſſit dei mandata ſuſcipere, ut ſcribant̃ in tabulis cordis carnalibus. Idcirco autẽ datur cor molle, & auferẽ cor durũ, ut in præceptis meis ambulẽt, iudiciaq; cuſtodiãt: & ſint in populo dei: dominusq; qui prius fuerat aduerſarius, ſit eis in deũ. Qui aũt nequaq; pœnitẽtia priora peccata correxerint, ſed ambulauerint poſt abominationes ſuas: retribuam aĩt eis, quod merentur: ut uiæ eorum ponantur in capitibus eorum. Hæc ſub Zorobabel filio Salathiel, & ſub Ieſu filio Ioſedek ſacerdote magno, & ſub Eſdra ac Neemia accidiſſe tribui Iudæ, & his qui cum eis reuerſi ſunt, pleriq; exiſtimant. Habitatores quoq; Hieruſalẽ qui ſub Sedechia rege Iudæ capti ſunt: uel qui fugerunt cum Hieremia in Aegyptũ: in omes terras eſſe diſperſos, & nequaq; reuerſos in urbẽ Hieruſalem. Plena aũt conuerſio eorũ qui captiui erãt & reliquiarũ Iſraël intelligitur in Chriſto: quãdo reliquiæ ſaluæ factæ ſunt, & una



a dicit dñs deus Et eleuauerunt Cherubim alas ſuas & rotæ cum eis, & gloria dei Iſraël erat ſuper eos. Et aſcendit gloria domini de medio ciuitatis: ſtetitq; ſuper montem b qui eſt ad orientẽ urbis. Et ſpiritus leuauit me, adduxitq; in Chaldæam ad tranſmigrationem in uiſione in ſpiritu dei & ſublata eſt à me uiſio quam uideram. Et locutus ſum ad trãſmigrationem omnia uerba domini quæ oſtenderat mihi.

Cap. XII.

c ET factus eſt ſermo dñi ad me, dicens: Fili hominis, in medio domus exaſperantis tu habitas: qui oculos habent ad uidendũ, & non uident, & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exaſperans eſt.

d HEB. Tu ergo fili hominis fac tibi uaſa tranſmigrationis: & migrabis per diem coram eis. Migrabis autem de loco tuo ad locum alterum in cõſpectu

SEP. Et tu fili hominis, fac tibi uaſa captiuitatis: & captiuare per diem coram eis: & captiuare de loco tuo in locum alterum in cõſpectu eorum

A una die crediderunt tria milia, & iterũ quinq; milia: [Act.2.g] & alij de quibus loquitur Iacobus ad apoſtolum [Ibidem.21.d] Paulum: Vides frater tanta milia credentiũ Iudæorum: hi omnes æmulatores legis ſunt. Sed & quotidie ſuperbi habitatores urbis Hieruſalem, quorum cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat, dei merẽtur offenſam. Et hi qui foris erant, ablato corde lapideo, & accepto corde molliſſimo, per pœnitentiam reuertuntur ad eccleſiã, & ambulant in p̃ceptis dñi: iudiciaq; eius cuſtodiunt: fiuntq; dñi populus, & dominus quẽ prius offenderãt fit eis deus. a ¶Et eleuauerunt Cherubim alas ſuas: &c.) Paulatim gloria domini recedit de Hieruſalem. Primũ tẽplum deſerens, ſtat B in atrio uel in limine domus, & poſtea in introitu portæ orĩetalis: nouiſſime ſublatis pennis rotiſq; ſequentibus, ſtat ſuper montem qui eſt ad orientem urbis: haud dubiũ quin montẽ ſignificet oliueti, unde ſaluator aſcẽdit ad patrem. Stabatq; gloria domini quæ de Hieruſalem urbe diſceſſerat ſuper montem oliueti, in ſignũ reſurrectionis & luminis: ut inde perituram arſuramq; cerneret Hieruſalem. Quodq; dicit: Aſcẽdit gloria de medio ciuitatis, alijs uerbis loquitur dominus ad diſcipulos: Surgite abeamus hinc. [Ioan.14.d.] [Luc.13.g] Et ad Iudæos: Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta, Ioſephus quoq; refert auditam uocem in templo angelorum & fortitudinum cœleſtium, quæ prius in urbis præſidio erãt, abeamus ex his ſedibus. Mirumq; in modum uſq; in præſentem diem gloria domini quæ deſeruit templum, ſtat ſuper montem oliueti, & in crucis ſigno rutilans, ſpectat templum quondam Iudaicum, in fauillas & cineres diſſolutum. b ¶Et ſpiritus leuauit me &c. Et ſublata eſt à me uiſio quam uideram &c.) Pro eo ꝙ nos ex Hebraica ueritate tranſtulimus: & ſublata eſt à me uiſio quam uideram: Lxx. tranſtulerunt: & aſcendi à uiſione quam uideram: Quod utrũq; ſignificat non in corpore prophetam in Hieruſalem de Babylone tranſlatum, ſed in ſpiritu: ſublataq; uiſione quæ eum in ſpiritu duxerat Hieruſalem, & uniuerſa mõſtrauerat, q̃ ſupior ſermo narrauit: reuerſus eſt in ſemetipſum, & locutus eſt ad tranſmigrationẽ omnia quæ ei fuerant demõſtrata, ad eos uidelicet, de quibus ſupra ſcriptũ eſt: C Ego ſedebam in domo mea, & ſenes Iuda ſedebant iuxta me, & cecidit ſuper me ibi manus dñi dei, & uidi. [Supra.8.a] Mirumq; in modum ſedentibus his qui ad ſe uenerant uiſitãdum, uiſiones myſticas ꝓpheta cernebat, & abſens erat ab his qui coram ſe ſederant, abſens ſpũ, præſens corpore. Omniaq; fiunt: ut cõſolationem recipiant qui captiui erãt, qđ reducendi ſint in terrã Iſraël, & ambulaturi in præceptis dñi, futuriq; ei in populũ: & ille futurus ſit eis in deum. Qui autẽ non fuerint cõuerſi ad pœnitentiam, ſed ambulauerĩt poſt abominatiões ſuas, recipiãt quę fecerũt. Verba aũt in ſcripturis ſanctis ꝓ rebus dici, ſæpe admõuimus. ca. XII. ET factus ẽ ſermo domini ad D me dicens: Fili hominis, in medio domus exaſperãtis tu habitas qui oculos habent ad uidẽdum, et nõ uident, & aures ad audiendum &c.) Pro eo quod nos uertimus: In medio domus exaſperantis tu habitas: Lxx. poſuerũt: In medio iniquitatum eorum tu habitas. Sed ex eo quod ſequitur: Quia domus exaſperans eſt, intelligimus priorem quoq; ſententiam huic uerſiculo conuenire. Pro exaſperatione quoq; dici amaritudinem, crebro docuimus: ut ſit ſenſus: In medio domus ad amaritudinem conuertentis tu habitas: quæ deum natura dulcem: atque clementem, uitiorum ſuorum amaritudine, amarum facit atq; crudelem. Alioquin de deo legimus: [Pſal.33.a] Guſtate & uidete: quoniam ſuauis ſiue dulcis eſt dominus. Habitat autem propheta in medio populi deum ad amaritudinem prouocantis: qui habet oculos, & non uidet, aures & non audit, non uitio ſenſuum, ſed pertinacia prauitatis. Vnde & dominus ad Iudæos: [Ioan.9.g] Si cæci, inquit, eſſetis, peccatum non haberẽtis: uoluntariam cæcitatem in illis arguens atq; condemnans. Quia ergo oculos habent ad uidendum, & non uident: aures ad audiendum, & non audiunt: & tua uerba contemnũt: doce eos per imaginem atq; picturam: & ſchematibus oſtende corporeis ut uenturam captiuitatem non ſolum auditu, ſed & oculis recognoſcant. d ¶Tu ergo fili hominis fac tibi uaſa trãſmigrationis: & migrabis per diem coram eis. Migrabis autem de loco &c.) Nulli dubium quin uni

E uerſa loci huius continentia, futuram captiuitatem indicet regis Sedechiæ tribus Iudæ, qui captus eſt cum Hieruſalē. Sed quoniam quidam uolunt captiuitatem Sedechiæ, qui interpretatur iuſtus dñs, in typum præcedere ſaluatoris: qui de cœleſtibus ad terrena deſcendēs, humanum corpus aſſumpſerit, & hęc eſſe uaſa captiuitatis; Ideo præmonēdum puto prudētem cautumq; lectorem, & hęc quidem nos ponere, ne quid præterire uideamur, ſed non probare. Neq; eñ rex impius in figuram poteſt præcedere illius, q̄ totius pietatis exēplū eſt. Captū autem eſſe Sedechiam à Babylonijs atq; Chaldeis, & Hieremias propheta & regū narrat hiſtoria, & ductum de loco in locum, hoc eſt, de Hierlm in Babylonē, & cætera quæ Ezechiel in cōſequentibus loquit̃. *Hier. 39. & 4. Reg. 25.* F Qui autē referunt ad dominum Ieſum Chriſtū captiuitatē eius, & trāſmigrationē de loco ad locū, deſcenſionē ex cœleſtibus ad terrena ſignificari putant.

a ¶Et efferes foras uaſa &c.) Facere iubetur ꝓpheta in figura: quæ Sedechias facturus eſt in ueritate. Collige, inquit, ſarcinas tuas; hæc eñ uaſa ſunt trāſmigrantis, uidētibus eis. Et poſtq; uiderint quæ facturus es, egredieris ueſpere in ſimilitudinē trāſmigrantis. Legimus Sedechiam nocte muro ſuffoſſo fugiſſe ad deſerta Iordanis: ibiq; à Babylonijs eſſe cōprehenſum, & hoc ſignificare perfoſſum parietē. Quod autem dicit: In humeris portabis, ſubauditur ſarcinas tuas, & quicquid ad uiæ ſolatium fugiētes portare conſueuerūt. In caligine effugies; ne uidearis à quoq;. Faciem tuam uelabis, uel cæcitate quæ ei accidit, erutis oculis à Nabuchodonoſor: uel ne cognoſcatur quod ipſe ſit rex, & maior fiat cura ſeruantium. Quodq; ſequitur: Et nō uidebis terram: illud ſignificat, quod cęcus ductus ſit in Babylonē, eamq; non uiderit. Quia portētum dedi te, inquit, domui Iſraēl: In ſignum enim & in figurā prophetarum tā dicta q̃ facta ſunt. Vnde & in Zacharia, *Zach. 3. c*

| HEB. | SEP. |
|---|---|
| eorum: ſi forte aſpiciāt: quia domus exaſperans eſt. a Et efferes foras uaſa tua quaſi uaſa tranſmigrantis per diem in cōſpectu eorum. Tu autē egredieris ueſpere coram eis ſicut egreditur migrās ante oculos eorum. Perfode tibi parietem: & egredieris per eū in cōſpectu eorum. In humeris portabis: in caligine effugies. Faciem tuā uelabis & non uidebis terram: quia portentum dedi te domui Iſraēl. Feci ergo b ſicut præceperat mihi: uaſa mea ꝓtuli quaſi uaſa migrātis per diem, & ueſpere perfodi mihi parietē manu. In caligine egreſſus ſum, & humeris portaui in conſpectu eorum. | eorū, ut uideant quia domus exaſperans eſt. Et proferes uaſa tua, uaſa captiuitatis per diem in oculis eorum. Et tu egredieris ueſpere in conſpectu eorum, ſicut egreditur captiuus. Perfode tibi parietē, & tranſibis per eum in cōſpectu eorum. In humeris portaberis & abſconditus egredieris. Faciem tuā operies, & non uidebis terram: quia portētum dedi te domui Iſraēl: Et feci ſic iuxta oīa quæ mandauerat mihi: uaſaq; protuli ſicut uaſa captiuitatis ꝑ diē: & ad ueſperū perfodi mihi parietē manu, & abſcōditus egreſſus ſum: ſuper humeros aſſumptus ſum in conſpectu eorum. |

c Et factus eſt ſermo domini mane ad me dicens: Fili hominis: nunquid non dixerunt ad te domus Iſraēl; domus exaſperans quid tu facis? Dic ad eos: Hæc dicit dominus deus: a Super principem onus iſtud, qui eſt in Hieruſalem, & ſuper omnem domum Iſraēl, quæ eſt in medio eorum. Dic: Ego portentum ueſtrum: quomodo feci, ſic fiet illis. In tranſmigrationē & in captiuitatē ibunt. Princeps autem qui eſt in medio eorum: in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodiēt, ut educant eum: facies eius operietur, ut nō uideat oculis terrā. Et extendam rete meum ſuper eum, & capietur in ſagena mea, & adducam eum in Babylonē in terram Chaldęorum, & ipſam non uidebit: ibi morietur. Et omnes q̄ circa eum ſunt: præſidium eius & agmina illius diſpergā in omnem uentum: & gladium euaginabo poſt eos, & ſcient quia ego dominus, quando diſperſero illos in gētibus: & diſſeminauero eos in terras. Et relinquam ex eis uiros paucos à gladio, & fame, & peſtilentia: ut narrent omnia ſcelera eorum in gentibus ad quas ingredientur, & ſcient quia ego dominus.

| b HEB. | SEP. |
|---|---|
| Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis panem tuum in conturbatione comede: & aquam tuam in feſtinatione & mœrore bibe. | Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, panem tuum cum dolore comedes, & aquam tuam cū tormēto & anguſtia bibes. |

G uiri portētoſi uocātur, quod futura portēdāt. Et in Oſee loquit̃ deus: In manibus ꝓphetarū aſſimilatus ſum. *Oſee. 12. c* Qui autem uolunt in Ezechielis perſona Chriſtum intelligi, uaſa captiuitatis, humanū corpus accipiunt, & perfoſſum parietem, quo infernorum clauſtra perfregit, & reſurgens à ſolis credentibus uiſus eſt: portatusq; in humeris quādo cū angelicis poteſtatibus ad cœlum uictor aſcendit. Et quod abſcōditus egreditur, & uelat faciem ſuam ne in carne mortali uideatur diuina maieſtas, et non uidet terram, ne oculis illius illuſtretur quæ eius non meretur aſpectū. Oculi enim domini ſuper iuſtos, & auertit faciem ſuam ab impijs. *Pſal. 33. c* Hęc autem inquiunt, oīa feciſſe narratur, ut ꝑ ſimilitudinem hominis, dura ad fidem Iſraēlitici populi corda conuerteret. H Et in portentum dat̃ domui Iſraēl; iuxta illud qđ ſcriptum eſt: Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum & in ſignum cui cōtradicetur. *Luc. 2. c*

b ¶Feci ergo ſicut præceperat mihi: uaſa mea protuli quaſi uaſa migrātis per diem, & ueſ. &c.) Quæ ſupra iuſſus eſt facere, opere ſe compleſſe teſtatur, nec interpretatione indiget iuxta utranq; ſententiam, quod ſupra expoſitum eſt. Illud autem notandum, quod uno atq; eodem tempore Hieremias prophetabat in Hieruſalem & Ezechiel in Babylone: & illius prophetia mittebatur ad captiuos: & huius ad eos qui habitabant in Hieruſalem, ut unius in diuerſis regionibus dei prouidentia probaretur: & intelligerent audientes, quæcunq; accidebant populo: nequaquàm idolorum poteſtate, ſed domini iuſſione conſiſtere. c ¶Et factus eſt ſermo domini mane ad me dicens: Fili hominis, nunquid non dixerunt ad te domus Iſrael: &c.) Si te (inquit) interrogauerit domus exaſperans: Quare iſta facis? Vel ſecundum Lxx. etiam ſi non interrogauerint, tu ingredere, ut ſciant cur iſta feceris. Dic ad eos: Hæc dicit dominus deus. Super



A a ¶Super principē &c.) Primum exponamus hiſtoriā. Dic, inquit, ad eos, ò fili hominis, qui uel interrogant uel nō interrogāt: Quid tu facis hæc: qđ ſuper ducē onus iſtud & uiſio ſit, qui eſt in Hieruſalem, ducem ſignificans Sedechiā. Et dic: Ego portētum ueſtrū: ſiue ut Lxx. tranſtulerunt: Ego qui portenta facio: ut ex præſentibus futura cognoſcantur: quomodo feci, ſic fiet illis: duci & cūctis qui in comitatu ducis ſūt. In trāſmigrationē Babyloniam captiui ducentur, & dux qui eſt in medio eorū in humeris portabit̃ uel iumētorū, uel eorū qui cū eo fugerant. In caligine, & in noctis tenebris egredietur: murūq; ſuffodient ſocij eius ut educant eum. B Facies illius uelabitur uel timore fugientis, uel cæcitatis iniuria: ut cæcus terrā non uideat Babylonis. Et ego extēdam rete meū ſuꝑ illū, & capietur in ſagena mea. Concedēte quippe domino à Babylonijs captus eſt, & hæc que ab hoſtibus paſſus eſt fieri, ſe feciſſe teſtat̃. Ductusq; in Babylonem, terram Chaldæorum nō uidebit, ibiq; captiuus moriet̃. Omnes aūt ſocios eius & adiutores & comites fugæ, cum ille fuerit comprehenſus, huc illucq; diſpergam: nec ſecuros abire permittam: ſed in manibus hoſtium euaginabo gladium meum: ut quando diſperſi fuerint in gentibus, intelligant quod ego ſim dominus, & mea cuncta uoluntate ſint facta. Et relinquam, inquit, ex ſocijs eius qui cum eo fugerint, & qui euadere potuerint paucos, qui gladium, & famem, & peſtilentiam euaſerint, ut cum uel fuga, uel captiuitate ad diuerſas peruenerint regiones, narrent omnia ſcelera ſua uel ſermone, uel exemplo, propter quæ tanta meruerint mala, & intelligāt quod ipſe ſim dominus. *Tropol.* Qui autem Tropologiam & cœptam explanationem ſuper ſaluatore conatur exponere, ducem, qui eſt in medio Hieruſalem, ipſum interpretatur qui in portentum ſignumq; præceſſerit, qđ & ipſe & ſocij eius captiui iſtius mundi ſint, & ab inferis uictor

C aſcendens, in humeris portatus ſit angelorum: in caligine egreſſus, ignotus incredulis, deſtructo medio pariete, fecerit utrunq; unum: facies illius operta, ut terram non reſpiciat Iudæorum. Nec mirum ſi dominus cælauerit faciem ſuam: cum uſq; hodie ante uultum Moyſi uelamē poſitum ſit populo non credenti. Extenditq; dominus rete ſuū ſuper illum: iuxta id qđ de eo ſponſa loquitur in cāti co canticorum: Ecce iſte poſt parietem noſtrum, proſpiciens per feneſtras apparēs ꝑ retia. *Can. 2. e* De quo et Hieremias: Spūs uultus noſtri Chriſtus dominus: captus eſt in peccatis noſtris. *Tren. 4. d* Et: Cū nō feciſſet peccatū, pro nobis peccatum factus eſt. *2. Cor. 5. d* Et adducetur, ait, in Babylonem, confuſionem iſtius mūdi, in terram Chaldęorum, qui interpretātur, quaſi dæmonia: ut eos qui dæmonibus fuerant mancipati, retraheret ad ſalutem, & captiuā duceret priſtinam captiuitatem. D Ipſamq; (inquit) terram Chaldęorum non uidebit, & ibi morietur, ut omnes nos ſua morte uiuificet. Cunctos autem adiutores eius & ſocios, apoſtolos & apoſtolicos uiros diſperſit in uniuerſum orbem. Et euaginauit gladium poſt eos, ut uarijs coronarentur martyrijs, & tunc intelligerent uel ipſi, uel hi q̄ per eos crediderant, quod ipſe ſit dominus, & idcirco diſperſerit eos in gentibus, & diſſeminauerit in terras, ut multum fructum facerent. Et reliquit ex eis paucos uiros: ſicut Ioānem apoſtolum, & cæteros, à gladio, & fame, & peſtilentia liberatos, & perſecutionum impetum declinantes, ut narrent ſcelera Iudæorum & iniquitates cunctarum gentium ad quas ingreſſi ſunt: ut acta pœnitentia, ſcirent quod ipſe eſſet dominus. Hæc diximus, lectoris arbitrio iudicium relinquentes. Cæterum nulla dubitatio eſt, periculoſum eſſe regis impij captiuitatem & necem, ſacramento domini comparare. b ¶Et factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis, panem tuum in conturbatiōe comede &c.) Poſt principis & ſociorum eius

HEB. Et dic ad populum terræ: Hæc dicit dominus deus ad eos qui habitant Hieruſalem in terra Iſraēl: Panem ſuū in ſollicitudine comedent: & aquā ſuā in deſolatione bibent: ut deſoletur terra à multitudine ſua propter iniquitatē omnium qui habitāt in ea. Et ciuitates quæ nunc habitant̃, deſolatæ erunt: terraq; deſerta, & ſcietis quia ego dominus.

SEP. Et dices ad populū terræ: hęc dicit Adonai dominus habitatoribus Hieruſalē ſuꝑ terrā Iſraēl: Panes ſuos cum egeſtate comedēt & aquā ſuā cū diſſipatione bibent, ut diſſipet̃ terra & plenitudo eius. In impietate em̃ omnes q habitant in ea,& ciuitates eorū quæ habitātur in deſolationem erūt:& terra diſſipabit̃,& cognoſcetis qa ego ſum dominus.

a Et factus eſt ſermo dñi ad me,dicēs: Fili hominis: quod eſt prouerbiū iſtud uobis in terra Iſraēl dicētium: In longum differentur dies,& peribit omnis uiſio? Ideo dic ad eos: hæc dicit dñs deus: Quieſcere faciā prouerbiū iſtud: neq; uulgo dicet̃ ultra in Iſraēl. Et loquere ad eos, quod appropinquauerint dies & ſermo omnis uiſionis. Non enim erit ultra omnis uiſio caſſa: neq; diuinatio ambigua in medio filiorū Iſraēl. Quia ego dñs loquar, quodcunq; locutus fuero uerbum, & fiet. Non prolōgabitur amplius: ſed in diebus ueſtris domus exaſperans loquar uerbum: & faciam illud, dicit dominus deus. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce domus Iſraēl dicentium: Viſio quam hic uidet in dies multos,& in tempora lōga iſte prophetat. Propterea dic ad eos: hæc dicit dominus deus: Non prolongabitur ultra omnis ſermo meus: uerbum quod locutus fuero, complebitur: dicit dominus deus.

E eius prophetiā,quæ ſub corporali imagine mōſtrabatur,uenit ad populum,& quicquid prophetæ dicitur,per prophetā refert̃ ad habitatores Hieruſalē, qđ in obſidionis malo,panē ſuū comedant in anguſtia & egeſtate,& aquam ſuam nequaq; in abundātia,ſed cū tormēto bibāt & tribulatione. Hęc aūt inqt,ò ꝓpheta tibi dicuntur,ut tu loquaris ad populum terræ tuæ, & dicas: hæc dicit dñs habitatoribus Hieruſalem, quæ eſt ĩ terra Iſrł: Obſeſſi à Nabuchodonoſor atq; à Chaldæis,famis & ſitis ſuſtiebitis malū: ut oĩs terra cum ſua plenitudine deleat̃, habitatores ſignificās ꝑ eā q̃ inhabitat̃. Et ne putēt ſibi hoc euenire ſine cauſa: Dic, inquit,eis,qđ propter ſcelera eorum & impietates, oẽs urbes Iudææ ad ſolitudinē F redigēdæ ſint,& uniuerſa terræ cultura diſpeat: ut cognoſcant deū ſæuiētem, quē miſerātem cognoſcere noluerunt. Poſſumus iuxta Anagogē [Anagog.] habitatores Hieruſalē credentes Chriſto dicere, q habitant in eccleſia. Et ſi ꝑ peccata illius offenſam meruerint, comedant panem cū egeſtate,& bibāt aquam cum mœrore & anguſtia: [Amos. 8.d] Nō cibum panis,nec potum aquæ,ſed famem ſermonis & doctrinæ dei ſuſtinentes: Quādo enim uel uitio principum, qui capiendi ſunt & tradendi Babylonijs: uel noſtra duricia perdiderimus ſermonem dei, aquaſq; non meruerimus habere utiles: tunc in dolore & penuria, noſtrum ſumemus cibum,& terra perdet multitudinem credentium, & ciuitates quæ in toto orbe intelliguntur eccleſiæ, deſolabuntur,& terra deſerta erit,ut oẽs ſciāt, quia offenſa ſit dñi. Quod quidē & in perſecutionis tempore intelligere poſſumus. a ¶Et factus eſt ſermo &c.) Quod nos diximus:

G prouerbium, iuxta Symmachum: omnes alij interpretes, parabolā trāſtulerunt, quæ Hebraice appellatur מָשָׁל. Rurſum ubi à nobis æditum eſt: Neq; erit diuinatio ambigua, uertere Lxx. nec diuinans iuxta gratiam: pro quo omnes lubricum interpretati ſunt, quod nos ambiguū diximus ut decipientia audientes ſuos prophetarū uerba noſcamus. Eſt autem ſenſus omnis capituli hic: Supra prophetauerat contra principē qui erat in Hirruſalem: deinde populo famē & ardorē ſitis nunciauerat eſſe uenturū. Quod multitudo non credens, uetus aſſumebat tritumq; prouerbiū: In longū tempus differtur comminatio prophetarum, & omnis uiſio peribit, dū fruſtra cernit̃, uel iuxta H Symmachum διαπνεύσῃ, id eſt, in uentum & auram tenuem diſſoluetur. Dic ergo (inquit) eis, quod nequaq; mea comminatio differat̃: nec diuinatio falſa atque ambigua proferatur ĩ populos, que finem habeat incertū: ut alio dicatur tēpore, alio impleatur: ſed nūc uiuente te qui loqueris: & his qui audiunt, uerbum quod locutus ſum, compleatur. Significat autem uicinam captiuitatem urbis Hieruſalem, & Sedechiam cum populo Iuda iamiamq; capiendum. Nō ſolum autem illo tempore, ſed uſq; hodie uulgus incredulum & dura corda mortalium prophetiam dei non recipit: ſed omnia quæ prophetæ comminātur, quæ prædicat euangelium, in aliud tempus exiſtimant differendum. Sciamuſq; hic parabolam, quæ à Lxx. ponitur accipi pro prouerbio: iuxta illud quod in pſalmo legimus: Et factus [Pſal.68.c] ſum eis in parabolam. Et in hoc eodem propheta: [Infra.18.a] Quid eſt uobis parabola iſta in populo Iſraēl, dicentium



A centium: Patres comederunt uuam acerbā: & dentes filiorum obſtupuerunt? Manifeſta perſtringimus, ut in obſcurioribus immoremur. C

Commentarij tertij in Ezechielem prophetam finis.

## DIVI HIERONYNI PRESBYTERI IN QVARTVM COMMENTA riorum Ezechielis ad Euſtochium procemium.

VEllem, ſi fieri poſſet Euſtochium, explanationes in Ezechielē per ſingulos libros proprijs texere prophetijs,& quod uaticinatione coniunctum eſt, nequaq; expoſitione diuidere: ut facilior eſſet curſus dictantis pariter & legentis: longumq; & immenſum interpretatiōis iter, certis ſpacijs ſeparare, ut quaſi titulis & indicibus,& ut proprius loquar, argumentis oſtenderem, quid libri ſinguli continerent. Sed quid faciam, cum aliæ prophetiæ breues ſint, aliæ longæ: ut ſepe neceſſitate cogamur, & plures in unum librum coartare, & unam in multos diuidere? Vnde & nunc contra prophetas & prophetias ad ſeniores quoq; populi Iſraēl,& ad terram ſuper quam inducuntur quatuor plagæ peſſimæ,& de ligno uitis, qđ cum fuerit abſciſum, inutile eſt inter omnia ligna ſyluarum: catalogum etiam uitiorum Hieruſalem uolumus quarto libro comprehendere. Quem quia unius uoluminis non patitur anguſtia, alteram partem eius quinto uolumini reſeruamus: prudētiſſimi lectoris ſollicitudinem præmonentes: ut ſciat quid nobis in hoc explanandum,& quid ſibi legendum ſit.

### COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber quartus.

a ET factus eſt ſermo dñi ad me dicens: Fili hominis, uaticinare ad ꝓphetas Iſraēl qui prophetant,& dices ꝓphetantibus de corde ſuo: Audite uerbum dñi: Hæc dicit dñs deus.

b HEB. Væ ꝓphetis inſipiētibus, qui ſequunt̃ ſpiritū c ſuū & nihil uident. Quaſi uulpes in deſertis prophetæ tui Iſraēl erunt.

SEP. Væ his qui prophetāt de corde ſuo, & omnino non uident. Sicut uulpes in deſertis prophetæ tui Iſraēl.

Non

ET factus eſt &c. q prophetant: &c.) Hoc qđ nos poſuimus: Qui ꝓphetant: & dices ꝓphetātibus de corde ſuo: omiſere Lxx. & ꝓ eo quod nō habet̃ in Hebræo, addide- B rūt,& ꝓphetabis & dices ad eos. Eſt autem ſermo contra pſeudoprophetas, qui decipiebāt populū: & contra dei mandata, aliud ꝓphetabāt. Nec quēpiam moueat, ꝙ ꝓphetę appellāt̃: hāc em̃ habet ſācta ſcriptura cōſuetudinē, ut unūquēq; uaticinationis ſuæ & ſermonis prophetā nuncupet: ſicut prophetæ appellantur Baal,& prophetæ idolorum & prophetæ [Titum.1.e] cōfuſionis. Vnde & apl's Paulus poētā Græcū, prophetā uocat: Dixit quidā proprius eorum ꝓpheta: Cretēſes ſemper mēdaces, malæ beſtiæ, uentres pi- [Oſee.9.b] gri. Et in Oſee legimus: Sicut ꝓpheta inſaniēs homo portās ſpiritū. Quicqd aūt eo tp̃e Iſraēlitico populo dicebat̃, hoc nunc refert̃ ad eccleſiā: ut prophetæ ſancti ſint apoſtoli & apl'ici uiri. Prophetæ autē mēdaces atq; furioſi, oēs hæretici, quorū principes ex ſuo corde cōfingant: qui aūt ab eis ſeducti ſunt, aliorū mendacijs acquieſcant. b ¶Væ ꝓphe.&c.) Lxx. Væ his q ꝓphetant de corde ſuo, & oĩno nō uidēt: relinquētes illud qđ à nobis ꝓpoſitū eſt, qui ſequuntur ſpiritum ſuū. Cum ꝓphetarum nomen ſecundū regulā ſcripturarū bonis maliſq; cōmune ſit: in eo differūt, qđ boni ꝓphetæ eſſe dicunt̃ ſapiētes, mali aūt ſtulti & inſipiētes: quorū alterū refert̃ ad eccl'iaſticos uiros, alterū ad oēs hæreticos, q dei ſpm̃ relinquētes, ſequunt̃ ſpiritū ſuū: qa nequaq; diuino inſtinctu, ſed ꝓprio corde uaticinant̃, unde & nihil uidēt. Qui aūt ſapiēs eſt: nō cordis ſui cogitationes, ſed dei ſpm̃ ſequit̃, iuxta illud qđ & in ſupioribus aĩalia & rotæ ſpiritū dei ſeq̃- D bant̃. Et ꝓpheta dicit: Poſt dñm deū [Supra.1.c] tuū ambulabis. Et ĩ alio loco: Deduc [Pſal.118.e] me in ſemitā rectā [Pſal.142.e] Et iterū: Spũs tuus bonus ipē deducet me ĩ terrā. Et pp̃lo [Exod.13.e] dei, colūna ignis & nubes erat dux in ſolitudine. Et Hieremias loquit̃: Nō laboraui ſequēs te. Quis aūt hæreticorū q ſequitur ſpm̃ ſuum, nō impingat in tenebris, & cæcus cæcos ducat in foueā? Vnde licet ſibi in myſterijs imò orgijs ſuis plura eccleſiaſticis doctoribus uidere uideant̃: tñ nihil oĩno uidēt: qa ſolē iuſticiæ ꝑdiderūt fruſtraq; imitant̃ eos q prius uocabant̃ uidentes, & qbus dr̃: Qui uides, uade: recede in terrā Iuda, & in [Amos.7.e] Bethel nō ꝓphetabis. Quāobrē uiſio Eſaiæ & Abdiæ ponunt̃ in titulis. Et dñs Apl'is ꝑcepit: Leuate [Ioan.4.e] oculos u̅ros et uidete. Et ꝓpheta ſuppliciter deprecat̃: [Pſal.118.e] Reuela oculos meos, & conſyderabo mirabilia de lege tua. c ¶Quaſi &c.) dicamus primū iuxta hebraicū, Prophetæ Iſraēl uulpiū ſimiles ſunt quotidie domeſticarū auiū furta facientes: qui habitant iuxta Aquilā & Lxx. in deſertis: iuxta Symmachū & Theodotionē, ĩ parietinis atq; ruinoſis, q nō poſſunt aſcendere ex aduerſo: neq; murū ꝓ domo Iſrł opponere. Legimus Aarō aduerſum ignē Iſrł'is po- [Num.16.g] pulū deuorātē occurriſſe & ſtetiſſe medium: & oppoſuiſſe

E posuiſſe murū pro ſalute populi. Hieremiæ quoqꝫ
Hier. 7.c dicit,ne occurrat dño:neqꝫ ſtet contra irā eius ora-
tionis perſeuerantia. Sicut enim murus hoſti oppo
nitur,& aduerſario occurri ſolet ex aduerſo cōtra-
qꝫ uenienti:ita dei ſententia ſanctorū precibus fran
gitur. Vñ & Moy
Exo.32.c ſi dicitur: Dimitte
me, & delebo po-
pulū iſtū. Cui em̄
dicit:Dimitte me:
oſtenditur ꝙ tenē
di habeat faculta-
tē. Iſti ſtare nō poſ
ſunt in ꝑlio in die
dñi, ut ꝓ populo
precibus dimicent
& reſiſtāt obſecra-
tionibus ſententię
dei. Quia igit̄ ua-
na cōſpiciunt & di
uinant mēdacium:
& à dño miſſos eſ-
ſe ſe dicūt, cū non
ſint miſſi ab eo, &
perſeuerant in er-
roribus, & ſuū cu-
piunt firmare ſer-
F monē: arguuntur
ꝙ omnia ſint caſſa
quæ prædicāt, ſuū
mēdacium dñi ſer
monem eſſe dicen
tes. Porrò iuxta
Lxx. hic ſēſus eſt:
Oēs hæretici pro
pter fraudulētiā ac
nequitiā uulpium
ſimiles ſunt: de qᷓ-
bus ſaluator loquī
Matth.8.c tur: Vulpes foue-
as habent:& uolu-
cres cœli nidos. Et
de Herode ſcriptū
Luc.13.g eſt:Dicite uulpi huic. Et de eiſdē uulpibus quæ par
uulos ſimplicesqꝫ decipiunt:& populantur uineam
Cant.2.d Chriſti, Salomon loquit̄:Capite nobis uulpes par
Pſa..62.c uulas diſſipātes uineas. Et in pſalmo ſuper his qui
eorum fraudulentia ſupplantantur canitur:Introi-
bunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij,
partes uulpium erunt. Hi prophetæ qui uulpium
ſimiles ſunt, non ſteterunt in firmamento: nec cum
Matth.16.c Petro audire meruerunt: Tu es petrus: & ſuper
Deute.5.d hāc petram ædificabo eccleſiam meam. Nec Moyſi
ſimiles ſunt, cui dictum eſt. Tu uero hic ſta mecū.
Nec illius q dicit:Statuit ſupra petrā pedes meos,
ſed fluctuauerunt omni uento doctrinæ. Nec ſte-
terunt in firmamento: De quo in octauodecimo
pſalmo legimus: Cœli enarrant gloriam dei, & o-
pera manuum eius annunciat firmamentum. Iſti

HEB. Non aſcendiſtis ex aduerſo neqꝫ oppoſuiſtis murum ꝓ domo Iſraël:ut ſtaretis in prēlio in die domini. Vident uana, & diuinant mendacium, dicētes:ait dominus, cum dominus non miſerit eos: & perſeuerauerunt cōfirmare ſermonem. Nūquid nō uiſionem caſſam uidiſtis, & diuinationem mendacem locuti eſtis? & dicitis, ait dñs, cum ego non ſim locutus. Prōpterea hæc dicit dominus deus: Quia locuti eſtis uana & uidiſtis mendacium:ideo ecce ego ad uos:ait dominus deus. Et erit manus mea ſuper prophetas qui uident uana & diuinant mēdacium. In concilio populi mei nō erunt, & in ſcriptura domus Iſraël non ſcribentur: nec in terram Iſraël ingredientur:Et ſcietis quia ego dominus deus.

SEP. Nō ſteterūt in firmamēto & cōgregauerūt greges ſuꝑ domū Iſraël. Non reſurrexerūt qui dicunt in die dñi uidētes mendacia, diuinātes uana: qui dicunt dicit dñs:& dominus non miſit eos, & cœperunt ſuſcitare ſermonem. Nónne uiſionem falſam uidiſtis, & diuinationes uanas locuti eſtis? Et dicebatis, dicit dominus: & ego non ſum locutus. Ideo dic:hæc dicit adonai dñs. Quoniā uerba ueſtra mendacia & diuinatiōes ueſtræ uanæ: idcirco ecce ego ſuper uos dicit dominus deus:& extendam manum meam ſuper prophetas qui uident mendacium & qui loquūtur uana. In diſciplina populi mei non erunt, nec in ſcriptura domus Iſraël ſcribentur, & in terrā Iſraël nō intrabūt, & ſciēt quia ego adonai dominus.

Quoniā

congregauerunt irrationabiles quoſqꝫ: & propter G
nimiam innocentiam pecudum ſimiles, contra do-
mum dei. Vnde nunc dicitur. Et congregauerunt
greges ſuper domum Iſraël: nec ſurrexerunt ipſi,
nec alios ſuſcitare potuerunt:ſed quæcunqꝫ egerūt
& agūt, plena men
dacijs ſunt. Qdqꝫ
ſequitur: Et cœpe
runt ſuſcitare ſer-
monē: illud ſignifi
cat, quod uelint
quidem conſurge
re & ſe ad excelſa
ſuſtollere: ſed qd
cupiāt, implere nō
poſſint. Diciturqꝫ
eis: Nónne uiſio-
nē falſam uidiſtis,
& diuinationes ua
nas locuti eſtis?
Quodqꝫ ſequitur:
Et dicebatis dicit
dñs:& ego nō ſum
locutus: ī Lxx. nō
habetur. a ¶ Pro-
pterea hęc dicit do
minus deus: quia
locuti eſtis uana &
uidiſtis mendaciū, H
ideo ecce &c.) Sub
prophetarum per
ſona, ſermo contra
hæreticos eſt: qui
loquuntur uana &
uident mendaciū,
& perſeuerant ſuā
firmare doctrinā:
quod ipſe domi-
nus contra eos ue
niat atqꝫ conſur-
gat, & extēdat ma
num ſuam ſuper il
los ad percutien-
dum, & non contrahat ad parcendum, & commi
natur ꝙ non ſint in concilio populi domini futu-
ri, nec in eccleſia eius, ſed in ſynagoga diaboli:nec
ſcribantur in domo Iſraël. De quibus in alio lo-
co dicitur:Super terram ſcribantur non in terram Hier.17.b
Iſraël:quæ terra uiuentium eſt, & de qua nunc di-
citur:nec in terram Iſraël ingredientur: ſed in ter-
ram mortuorum & umbram mortis:ut poſtqꝫ iſta
perpeſſi fuerint, ſeparati à cœtu populi dei, intelli-
gant quod ipſe ſit dominus. Pro eo qd nos uerti-
mus, in cōcilio populi mei non erunt: Lxx. trāſtule
rūt, in diſciplina ſiue in correptione populi mei nō
erunt. Alia enim aduerſariorum, alia filiorum cor-
reptio eſt. Vnde & Hieremias:Corripe inquit, nos Ibidem.10.d
domine, ueruntamen in iudicio & non in furore:
ut nequaquam paucos nos facias. Effunde furorē
tuum



A tuū ſuper gētes quæ te ignorauerūt:& ſuper regna
quæ nomē tuū nō inuocauerūt. a ¶ Eo quod de-
ceperint populū meū dicētes &c.) Prophetæ Iſraël
qui nō erunt in cōcilio populi dei, nec ſcribentur in
ſcriptura domus iſraël:nec terrā repromiſſionis in-
trabūt:ideo iſta pa-
tientur, quia dece-
perūt populū meū:
pro rigore pœnitē
tiæ & cōuerſionis
iniuria, pacē eis &
ꝓſpera nunciātes:
ſecūdū illud qd ali-
Hiere.10.d bi dicitur:Pax pax:
ubi eſt pax? Deus
itaqꝫ Metaphorice
ædificabat eis per
legis mandata ſan-
ctorumqꝫ ꝓphetarum eloquia & cō-
minationes mace-
riā. Hoc em̄ uerbū
Hebraicum ſignifi
cat חַיִץ ut omnem
ab illis incurſionē
beſtiarū & hoſtilē
B impetū ſubmoue-
ret:dum cōuerſi ad
deū, hoc quaſi mu-
ro & pariete firmiſ
ſimo cingerentur.
Pſeudo uero ꝓphe
tæ nō ſemel, ſed fre
quēter pollicebant̄
eis pacē:hoc em̄ re-
petitus pacis ſermo
ſignificat. Ipſumqꝫ
parietem qui in ſe-
quentibus קִיר ap
pellat̄ linebāt pſeu-
doprophetæ abſqꝫ
tēperamento, ut in
terꝑtatus eſt Sym-
machus:hoc eſt pu
ro luto, & quod pa
leas nō haberet, ut
nec præbere poſſet
aliquam fortitudi-
nem. Vt uero Se-
ptuaginta & Theo
dotio, linunt eum
ſtulticia:Aquila au
tem uerbū Hebrai
cum תָּפֵל interpre
tatus eſt ἀνάλῳ, qd
ſignificat abſqꝫ ſa-
le:de tranſlatione tranſiēs ad aliam trāſlationem:ut
quomodo cibus abſqꝫ ſale nullū habet ſaporem:ita
& lutum abſqꝫ paleis quibus firmatur & ſtringitur:

a HEB. Eò quod deceperīt populū meū dicētes:pax, & nō eſt pax. Et ipſe ædificabat parietem:illi autē linebāt eum luto abſqꝫ paleis. Dic ad eos qui linunt abſqꝫ tēperatura quod caſurus ſit. Erit enim imber inundās: & dabo lapides prægrādes deſuper irruētes, & uētum procellæ diſſipantem. Si quidē & ecce cecidit paries. Nūquid nō dicetur uobis, ubi eſt litura quam liuiſtis? Propterea hæc dicit dominus deus: Et faciā erumpere ſpiritum tempeſtatum in indignatione mea:& imber inundans in furore meo erit:& lapides grādes iræ in cōſummationē. Et deſtruam parietē quem liuiſtis abſqꝫ temperamento & æquabo eum terræ: & reuelabitur fundamētum eius:& cadet & conſumetur in medio eius:et ſcietis quia ego ſum dominus. Et complebo indignationem meā in pariete, & in his qui linūt eū abſqꝫ temperamento: dicamqꝫ uobis:non eſt paries:& non ſunt qui linunt eum. Prophetæ Iſraël qui prophetant ad Hieruſalem:& uident ei uiſionem pacis:& nō eſt pax, dicit dominus

SEP. Quoniam deceperunt populum meum dicentes:pax pax, et nō erat pax:& iſte ædificabat parietem & iſti linunt eum ſtulticia. Dic ad eos qui linunt ſtulticia, cadet. Erit pluuia inundans:& dabo lapides magnos in iūcturas eorū, & cadent. Et ſpiritus auferens: & diſrumpetur. Et ecce cecidit paries:& nō dicēt ad uos, ubi eſt litura ueſtra quam liuiſtis? Propterea hæc dicit adonai dominus:Et diſrūpam ſpiritum auferētem in furore meo: & pluuia inundans in ira mea erit: & lapides magnos in furore inducā in cōſummationem:& ſuffodiam parietem quem liuiſtis & cadet. Et ponam eum ſuper terram, & reuelabuntur fundamenta eius, & cadet:& conſumemini cum increpatiōibus:& cognoſcetis quia ego dominus. Et complebo furorē meū ſuper parietem: & ſuper eos qui linunt eum, cadet:dixitqꝫ ad uos:Non eſt paries, neque qui linunt eum prophetæ Iſraël: qui prophetant ſuper Hieruſalem: & qui uident illi pacem: non eſt pax eis, dicit dominus deus

nil roboris poſſit præbere parieti. Dic, īquit, ad eos C
qui illis uana promittunt, & caſſum pollicētur auxi
lium:quod caſurus ſit iſte paries & hæc maceria:&
immittam imbrem uehemētiſſimum, hoſtes uideli-
cet ſæuiſſimos. Babylonios aūt Chaldæosqꝫ ſignifi
cat:et eoſdē lapides
grandinis deſuper
irruentes, omnia ꝑ
metaphoram: quo
inſtabilē maceriam
ſubitus turbo ſub-
uertat & ſubruat:
& poſtea dicat̄ eis:
id eſt, pſeudopro-
phetis:ubi eſt litu-
ra quam leuiſtis:&
ubi eſt quod polli-
citi eſtis auxilium?
Quicquid autē de
pſeudoprophetis
diximus, & ad hæ-
reticos referri po-
teſt:quod om̄ia eo-
rum dei ira figmen
ta ſoluātur, & ædifi
catio peſſimorum
dogmatū, quæ ſpi- D
ritus ſancti non ha
bet condimentum
corruat: & uſqꝫ ad
fundamēta & pul-
uerem dilabatur:et
adæquet̄ ipſa mace
ria terræ, & cadat
& cōſumātur ꝓphe
tæ qui ꝓmittebāt:
& populus cui pro
mittebatur in me-
dio eius: ut poſtqꝫ
cōpleuerit indigna
tionem ſuā & dixe
rit eis:nō eſt iſte pa
ries:hoc eſt, non eſt
ueſtra defenſio &
nō ſunt qui linunt
eum:ſed omnia ua
na ſunt & in nihilū
ꝓficientia:tūc ope-
re cognoſcatis qd
ego ſim dñs. Vt au
tem ſciamus q ſint
iſti qui linūt parie-
tem, Sequitur. Pro
phetę Iſraël, hoc eſt
pſeudoprophetæ
qui prophetant ad
Hieruſalem, & uident ei uiſionē pacis:iſti ſunt cau-
ſa peccati & ruinæ, & ſtultæ ſecuritatis. Non enim
erit pax, dicit dñs:quia dominus non miſit eos:nec
V eſt locu

E eſt locutus ad eos. Hoc quod Lxx. trāſtulerūt;& ſuper iuncturas eorū, in Hebraico nō habetur. Significat autem iuncturas lapidum in pariete, uel adminicula lignorū, quibus parietes roborātur. Necnō illud quod ſupra legimus; ipſe ædificabat parietem, pleriq; ad populū referunt Iſraël; qui uanū ſibi uel Aegyptiorum uel pacis ꝓmittebat auxiliū. a ¶ Et tu fili hominis pone faciē tuā contra filias populi tui quæ &c.) Supra ad ꝓphetas diuinus ſermo directus eſt, qui luto linebant parietē, qđ paleas non haberet nec ullum poſſit parieti ſiue maceriæ robur tribuere: Nunc aduerſus filias populi ꝓphetiſſas iubetur faciem ſuā ponere ſiue dirigere: & ut Lxx. tranſtulerūt, obfirmare. F Quomodo autē aduerſum ꝓphetas; alij pſeudoprophetæ inſpirabātur diabolico ſpiritu, ut dei mādata ſubuerterēt: ita aduerſum ꝓphetiſſas: *Iudic. 5. a* qualis fuit Debora *4. Reg. 22. c* & Olda; et in Actibus Apoſtolorum *Act. 21. b* Philippi euangeliſtæ quatuor filię ꝓphetantes; inſpirabātur dæmoniaco ſpiritu: aliæ eiuſdē ſexus, quarum fuit Priſca & Maximilla; quæ uaticinatione mendacij, fidem ſubuerterūt ueritatis. Has autem dicūt Hebræi maleficis artibus eruditas, ꝑ necromātias & pythicū ſpiritū: qualis fuit illa quæ uiſa eſt ſuſcitaſſe animā Samuelis. *1. Reg. 28. c* Et *Act. 16. d* in Actibus apoſtolorū, cuius diuinatio multos dominis reditus acquirebat; de qua ad apoſtoli Pauli imperiū immūdus eiectus eſt ſpiritus. G Nos autē ita dicemus, alios hæreticos falſitate dogmatū ſuorum prædicare uirtutē. Quorū fuit Pythagoras & Zeno, à quo Stoici, Indorū brachmanes & Aethiopū gymnoſophiſtæ; qui ob uictus cōtinentiā, miraculū ſui gētibus tribuūt. Recteq; dicuntur parietē linire; & aliquam fortitudinē polliceri: ſed quia Chriſti nō habent cōdimētum, uanus eſt eorum labor, & peritura ędificatio. Niſi enim dñs ædificauerit domum, inuanū laborāt qui ædificāt eam. *Pſal. 126. a* Alij autē uoluptatum libidinisq; doctores, dicuntur cōſuere puluillos, & ponere ſub omni cubito manus, Epicurei, & Pyrrhonij; et apud nos Iouinianus & Eunomius; qui dicūt; H Manducemus & bibamus, cras eīm moriemur. Iubetur ergo propheta ponere ſiue obfirmare faciē ſuā contra filias populi ſui. Primumq; dicendum, quid ſibi uelit poſita facies ſiue directa & obfirmata. Nempe illud quod de domino ſcriptum eſt; Facies *Ibi. 33. c* dñi ſuper facientes mala: ut diſperdat de terra memoriā eorum. Sicut enim *Ibid. 67. a* liqueſcit cera à facie ignis; ſic pereūt peccatores à facie dei. Secūdum quē ſenſum in hoc eodem propheta dicitur: Fili hominis *Infra. 20. g* obfirma faciem tuā ſuper Theman & Darom & Nageb. Et iterum: Factus eſt ſermo domini ad me dicens; Fili hominis, obfirma faciem tuam ſuper filios Hieruſalem. *Infra. 21. a* Et poſt paululum; Factus eſt ſermo

a HEB. deus. Et tū fili hominis pone faciem tuam cōtra filias populi tui quæ prophetant de corde ſuo: & uaticinare ſuper eas: & dic: Hæc dicit dominus deus: Væ his quæ conſuunt puluillos ſub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia ſub capite uniuerſæ ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei: uiuificabant animas eorum. Et uiolabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmentum panis: ut interficerent animas, quæ non moriuntur: & uiuificarent animas quæ non uiuunt: mentientes populo meo credenti mendacijs. Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad puluillos ueſtros, quibus uos capitis animas uolantes: & diſrumpam eos de brachijs ueſtris: & dimittam animas quas uos capitis, animas ad uolandum. Et diſrumpam ceruicalia ueſtra: et liberabo populum meum de manu ueſtra: neq; erunt ultra in manibus ueſtris ad prædam: & ſcietis quia ego dominus. Pro eo quod mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter quem ego non con-

SEP. deus. Et tu fili hominis, obfirma faciem tuam ſup filias populi tui quæ prophetant de corde ſuo: & propheta ſuper eas & dices: Hæc dicit adonai dominus. Væ his quæ cōſuunt ceruicalia ſub omni cubito manus: & faciunt uelamina ſuper omne caput uniuerſæ ætatis: ut ꝑuertant animas. Animæ ſubuerſæ ſūt populi mei. Et animas ſaluabāt: & cōtaminabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmētum panis: ut occiderent animas quas nō oportuit mori: & ſaluarent animas quas nō oportuit uiuere: dum loquuntur populo audienti uanos ſermones. Propterea hæc dicit dñs deus: Ecce ego ſuper ceruicalia ueſtra ſuper quę uos colligitis animas: & diſrūpā ea de brachijs ueſtris. Et dimittam animas quas uos peruertitis, animas eorum in diſperſionem: & diſrumpam uelamina ueſtra: et liberabo populum meū de manibus ueſtris: & nō erunt ultra in manibus ueſtris in cōgregationem: & cognoſcetis quia ego dñs. Pro eo qđ peruertebatis animā iuſti iniq; & ego nō peruertebā eum



A ſermo dñi ad me, dicens: Fili hominis: obfirma faciē tuam ſuper filios Amon. *Infra. 25. a* Et rurſum: Obfirma uultum tuum ſuper Pharaonē regem Aegypti. *Infra. 29. a* Et iterum: Fili hominis: obfirma faciem tuā ſuper Gog et Magog. *Infra. 38. a* Et in alio loco: Firmabo faciē meam ſuper *Infra. 14. c* hominem illum, & ponam illū in deſertū & in diſſipationem & auferā eum de medio populi: & ſcietis quia ego dñs. Væ igitur his hæreſibus hiſq; doctrinis; quæ requiē pollicētes, omnem ætatē ſexumq; decipiunt: ut capiant animas miſerorum et contaminent me ad populum meū, dum credor diligere uoluptatem: & hoc nō ꝓpter chorum & hemichorū hordei: ut in Oſee *Oſee. 5. a* legimus; ſed ꝓpter pugillū hordei quo bruta ueſcūtur animantia; & fragmentum panis. B Nō panem integrum nec ſolida teſtimonia ſcripturarum; ſed ꝗ hæretica prauitate fracta & decurtata atq; imminuta ſūt: ut ſanctos quoſq; decipiāt et ad mortem trahāt; & peccatores uanis promiſſionibus uiuificare cōtendāt. Propterea clemens & miſericors deus nō ipſas prophetiſſas interficit, ſed diſrumpit puluillos earum; qui inſtar retium uolantes animas capiunt: ut poſtq; rupti fuerint, liberam uolandi habeant facultatem. Et ſcindet uelamina ſiue ceruicalia; in quibus principale animæ recumbebat, & quibus deceptorū capita operiebātur; Cum Apoſtolus doceat *2. Cor. 3. d* uirorum capita nō uelanda, ſed reuelata facie domini gloriam contemplandam; Vos enim, inquit falſis terroribus ſeruiētium deo animos frangebatis: & promiſſionibus fraudulētis, impios tenebatis incluſos; ne agētes pœnitentiam, uitā reciperēt quam perdiderant. Propterea uanas nequaq; uidebitis uiſiones; nec uocabo ueſtra mendacia prophetias: ſed *Num. 23. d* diuinationes; de quibus ſcriptum eſt: Nō eſt augurium in Iacob neq; diuinatio in Iſraël; ut eruā populum meū de manibus ueſtris, & opere cognoſcatis C me eſſe dñm: qui perditos liberaui. Cap. XIIII. ET uenerūt ad me uiri ſeniores Iſraël & ſederūt coram me &c.) Poſtq; locutus eſt ad ꝓphetas qui prophetabant in corde ſuo, & linebāt parietem abſq; tēperamēto: & ad prophetiſſas quæ cōſuebant ceruicalia & ponebāt ſub omī cubito manus: faciebantq; uelamina, & operiebant capita uniuerſæ ætatis: per quæ peruerſorū dogmatum doctrina monſtratur: uenerūt ad prophetam, nō omnes ſenes ne cuncti uiderentur errare, ſed quidā ſeniorum Iſraël; & ſederunt coram ꝓpheta: quā ob cauſam ueniſſent interim ſilentio differētes: ſtatimq; dei ſermo factus eſt ad ꝓphetam, D indicans cur adeſſent: Neq; eīm naturę hominis eſt cuiuis ſancti cordis arcana cognoſcere: Vnde de ſolo dicitur ſaluatore: Videns autē Ieſus cogitationes eorum, *Matth. 9. a* dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Et eſt ſēſus: Fili hominis: iſti uiri qui coram te ſedent; poſuerūt immundicias ſuas in cordibus ſuis ſiue cogitationes: & iuxta Symmachum & Theodotionem idola & ſcandalum: id eſt, ruinam atq; tormentum iniquitatis ſuæ, poſuerunt contra faciem ſuam: & ſic ad ſciſcitandum dñi uenere ſermonem: Nunquid huiuſcemodi hominibus debeo reſpōdere: qui cum cogitationibus priſtinis ad me ueniunt; ne hoc quidem tempore impietatis ſuæ ſcelera relinquentes; ſed credētes idolis & diuinationibus fraudulentis & habentes ruinam iniquitatis contra faciem ſuam atq; tormentum dum meliora deſperāt: & parati ſunt ad ſuppliciū: & ſic mea per te cupiunt uerba cognoſcere? Quia igitur peruerſo ad te corde uenerūt; reſponde eis nō ex perſona tua, ne leuis ſit autoritas reſpondētis; ſed ex meo imperio; & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus.

HEB. triſtaui: & confortaſtis manus impij ut nō reuerteretur à uia ſua mala & uiueret: Propterea uana nō uidebitis: & diuinationes nō diuinabitis amplius: & eruam populum meum de manu ueſtra: & ſcietis quia ego dominus.

Cap. XIIII.

a ET uenērunt ad me uiri ſeniores Iſraël, & ſederunt corā me. Et factus eſt ſermo domini ad me dicēs: Fili hominis; uiri iſti poſuerunt immundicias ſuas in cordibus ſuis: & ſcandalum iniquitatis ſuę ſtatuerunt contra faciem ſuam: nunquid interrogatus reſpondebo eis? Propter hoc loquere eis & dices ad eos: Hæc dicit dñs deus: Homo homo de domo Iſraël qui poſuerit immundicias ſuas in corde ſuo: & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit ei contra faciem ſuam: & ue-

SEP. eum: & cōfortabatis manus iniqui: ut penitus nō cōuerteretur à uia ſua peſſima & uiueret. Propterea mēdacia ueſtra ultra nō uidebitis: & diuinationes nequaq; diuinabitis adhuc: & liberabo populum meū de manu ueſtra: & ſcietis ꝗa ego dñs.

Cap. XIIII.

ET uenerunt ad me uiri de ſenioribus Iſraël, & ſederūt ante faciē meā. Et factus eſt ſermo dñi ad me, dicēs: Fili hominis uiri iſti poſuerūt cogitationes ſuas in cordibus ſuis, et tormētum iniquitatum ſuarū poſuerūt ante faciē ſuā: ſi reſpondens reſpondebo eis? Propterea loqueris eis: & dic ad eos: Hæc dicit adonai dominus: Homo homo de domo Iſraël ꝗ poſuerit cogitatiōes ſuas in corde ſuo: et tormentū iniꝗtatis ſuæ poſuerit ante faciem ſuā: & uene

E Eſt autem totius loci, ut latam explanationem breui ſermone comprehendam, iſta ſententia: Homo homo non aliarum gentium, quarum error poteſt habere ueniam, ſed domus Iſraël; qui cum priſtinis uitijs, de quibus ſupra diximus, ad ꝓphetam uenerit ſciſcitandum; ego reſpondebo ei iuxta cor & immundicias ſuas: ut iuxta qđ uult & credit, ita & audiat. Non enim meretur correctionem: qui non diſcē di, ſed tentandi animo interrogat. Receſſerunt enim à me: et idola ſunt ſecuti. Breuiſqꝫ iſta eſt comminatio: ut recedant ab idolis cogitationibuſqꝫ
F peruerſis; & conuertantur ad me, priora ſcelera relinquentes. Nō enim meretur audire ueritatem, qui fraudulenter interrogat; ſed ſuo corde capiendus eſt: ſecūdum quod ſcribæ & phariſæi interrogantes dominum imò tentantes, audiunt:
Matth. 21.c Quid me tētatis? Et rurſum: Nec ego dicam uobis: in qua uirtute hæc faciam. Qui autē homo talis eſt & ſic interrogat: ponit deus faciem ſuam ſuper illum, ſiue confirmat: ut auſteritate uultus, frontis duricia molliatur, & ſit in exēplum & in prouerbium, ſiue in ſolitudinem & in interitum: ut illo perdito de populo dei, cognoſcāt cæteri qđ ipſe ſit dominus ꝗ cordis arcana cognoſcit, & peruerſitatem mentis intelligit: nec conſiderat uerba loquentium, ſed corda. Quodqꝫ ſequitur, & uidetur facere quæſtionem. G
Propheta cum errauerit & locutus fuerit uerbum, ego dominus decepi ꝓphetam illum: non putemus de uero propheta dici, ſed de pſeudopropheta, qui σωνωνυμῶς propheta appellatur. Et de illo ſcripturarum loco ſolui poteſt: quando Achab rex Iſraël 3.Reg.22. uadens ad prælium, non uult audire Micheam prophetā; ſed pſeudoprophetarum conſilijs acquieſcit, Dicitqꝫ Micheas, qđ uiderit dominum ſedentem in ſolio & erroris ſpiritum, ultro ſe obtuliſſe ad decipiendū regem. H
Diabolus quoqꝫ in Iob.1.& 2. uolumine Iob circuiens terram: ſtare dicitur in cōſpectu dei: & in ſubſtātiā primo Iob; deinde in corpus eius accipere à domino poteſtatem. Sed & Balaam hariolus à Num.22.b domino mittitur, ut decipiat Balac filium Beor. Hoc autem totum dicitur: ne pſeudoprophetarum fortitudini reputet̃, quod decipitur populus; & magis uult audire mendaciū: quàm ueritati aurem accōmodare: ſed quo dei iræ ſit: ut peruerſus populus & incredulus magis pſeudoprophetas audiat quàm prophetas. Deniqꝫ extendit manum ſuā ſuper eum: ſubauditur prophetam: & dele-

HEB. nerit ad ꝓphetam interrogans eum per me; ego dominus reſpōdebo ei in multitudine immundiciarum ſuarū: ut capiatur domus Iſraël in corde ſuo, quo receſſerunt à me in cunctis idolis ſuis. Propterea dic ad domū Iſraël: Hæc dicit dn̄s deus: Conuertimini & recedite ab idolis ueſtris; & ab uniuerſis cōtaminationibus ueſtris auertite facies ueſtras. Quia homo homo de domo Iſraël & de proſelytis quicunqꝫ aduena fuerit in Iſraël, ſi alienatus fuerit in Iſraël à me: et poſuerit idola ſua in corde ſuo; & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit cōtra faciem ſuam: & uenerit ad prophetam ut īterroget per eum me; ego dominus reſpondebo ei per me. Et ponam faciem meam ſuper hominem illum; & faciam eum in exēplum & in prouerbium; & diſperdam eum de medio populi mei: & ſcietis quia ego dominus. Et propheta cum errauerit et locutus fuerit uerbū: ego dominus decepi prophetam illum, & extendā manum meam ſuper eū: & delebo eum de medio populi mei Iſraël. Et portabūt iniquitatem ſuam: iuxta iniquitatem interrogantis, ſic iniquitas prophetæ erit: ut non erret domus Iſraël à me neque

SEP. & uenerit ad ꝓphetam ut interroget eum in me: ego dn̄s reſpondebo ei in his ꝗbus tenet̃ mens eius: ut auerteret domum Iſraël ſecundū corda eorū quæ abalienata ſunt à me in cogitationibus eorum. Propterea dic ad domum Iſraël. Hęc dicit dominus deus: Cōuertimini & recedite ab inuentionibus ueſtris; & ab oībus impietatibus ueſtris, & conuertite facies ueſtras ad me: Quia homo hō de domo Iſraël & de aduenis qui peregrinantur in terra Iſraël: qui abalienatus fuerit à me, & poſuerit cogitationes ſuas in corde ſuo; & tormentū iniqtatis ſuæ poſuerit ante faciem ſuam; & uenerit ad prophetam ut interroget eum in me: ego dn̄s reſpondebo ei in eo quo tenetur: & obfirmabo faciē meā ſuper hominē illum: & ponam eum in deſertū & in exterminiū: et auferā eū de medio populi mei: & cognoſcetis quia ego dominus. Et propheta ſi errauerit & locutus fuerit uerbum: ego dominus errare feci ꝓphetam illum. Et extēdam manum meā ſuper eū: & exterminabo illū de medio populi mei Iſraël. Et accipiēt iniqtatē ſuā ſcd'm iniquitatē interrogātis: et iniqtas ſimiliter ꝓphetæ erit: ut nequaqꝫ erret domus Iſraël à me: et non



A & deletur de medio populi eius ut portet iniquitatem ſuam: quia ſimilis erroris, & pœna cōſimilis ſit: ut tam ille qui interrogat qꝫ ille ꝗ interrogatur portent iniquitatem ſuam: & nequaqꝫ domus Iſraël eorum qui dei uerba audire uoluerint, peruerſis uaticinatiōibus illudatur: ſed ſit populus dei: et ipſe dominū habere mereatur. In eo quod dixit: Ego dominus decepi illum Salomonis uerba cōſentiunt qui de deo diſputans ait:
Prouer.3.d Et illuſoribus illudet: illudqꝫ teſtimoniū:
Leuit.26.c Si ambulauerint ad me ꝑuerſi: & ego ambulabo contra eos in furore peruerſo. Quodqꝫ ſecūdo dicitur, homo, homo filiorū Iſraël & aduenarū qui iuncti ſunt eis: duplicem in nobis iuxta Apoſtolū oſtē-
1.Cor.15.f dit hominem, exteriorē & interiorem. Multi eñ habētes hominis faciem
B corporalem: diuerſarum beſtiarum aſſumunt imagines: quas diſſipari propheta cupiens, deprecatur:
Pſal.72.c Domine in ciuitate tua imaginē eorū diſſipabis. Illi de quibus ſcriptū
Ibid.48.d eſt: Homo cum in honore eſſet non intellexit: cōparatus eſt iumentis inſipientibus; & ſimilis factus eſt illis: non ſunt homines homīes: ſed homines ſunt iumenta. Rurſum qui in euangelio audiunt:
Matth.23.d Serpētes genimina uiperarum: quis oſtēdit uobis fugere à uentura ira? non ſunt homines homines, ſed homines
Matth.8.c atqꝫ ſerpentes. Et de quibus ſcriptū eſt: Vulpes foueas habēt, & uolucres cœli nidos. Ac de Herode:
Luc.13.g Dicite uulpi huic: nō ſunt homines homines, ſed homines uulpes. Qui uero utrūqꝫ hominis uocabulū poſſident: ſi errauerint, ideo per ſupplicia corriguntur, ut intelligant quod ipſe ſit dn̄s. Necnon quod iuxta Lxx. poſuimus: Homo qui abalienatus fuerit à me: & poſuerit cogitationes ſuas in corde ſuo: & tormentum ſiue ſupplicium iniquitatis ſuæ ante faciem ſuā: illi teſtimonio cōuenit quod in Eſaia ſcri-
Eſa.50.d ptum eſt: Ambulate in lumine ignis ueſtri: & in flāma quam ſuccēdiſtis. Vnuſquiſqꝫ enim ipſe ſibi flāmarum ſuccēdit ardores paratqꝫ ſupplicia, dum nō uult pœnitudine errata corrigere; ſed permanet in erroribus qui flāmarum meretur incendiū. a ¶Et factus eſt ſermo dn̄i ad me, dicens: Fili hominis terra &c.) C Quatuor plagæ inducuntur ſuper terram præuaricatricē: ſiue ut Lxx. trāſtulerūt peccatricē: fames, beſtia, gladius, peſtilentia: quarum ſi ſingulæ per partes inductæ fuerint ſingulis regionibus: & tres uiri iſti Noë & Daniel & Iob: quorū iuſticia ſcripturarum uocibus prædicatur, ꝓ terra peccatrice fuerint deprecati nō ſolum illā ſaluare nō poterunt: ſed ne filios quidē & filias ſuas ſi terræ peccatricis opera perpetrarint: ſed ſeipſos tantummodo poterunt liberare. Quæritur cum & Abraham & Iſaac & Iacob, Moyſes quoqꝫ et cæteri patriarchæ & ꝓphetæ iuſti fuerint: cur horū tantummodo fiat mentio. Quod facile ſoluitur:
Gen.6.& 7 Noë enim imminēs orbi terrarū diluuium, D quia omis terra polluerat uias domini, ꝓhibere nō potuit: ſed filios qui forſitā eiuſdem uirtutis erant, et ob ſeminariū humani generis habuit reſeruatos.
Dan.1.b Daniel quoqꝫ imminentem captiuitatem populi Iudæorū, nullis fletibus mitigauit.
Iob.1.d Sed & Iob nō peccata, ſed ob probationem, nec domum nec filios liberauit. Alij autem dicunt: quia hi tantū tres uiri & ꝓſpera & aduerſa, & rurſum proſpera conſpexerūt; idcirco pariter nominatos: & hoc latēter ſignificari: ut quomodo illi & bona & mala, & rurſum læta uiderunt: ſic & populū Iſraël qui prius bonis fruitus fuerat; & poſtea captiuitatis ſuſtinuit iugum: ſi egerit pœnitentiā, redire ad priſtinā felicitatem. Quod ſi Noë & Daniel & Iob pariter cōgregati; & in uno loco poſiti, peccatricē terrā: hoc eſt eos qui in terra habitāt, nō poſſunt iræ dei ſubtrahere: quid dicendum eſt de his, qui putant merito parentum atqꝫ uirtutibus poſſe filios peccatores de gehēnæ ignibus liberari? Vnde nec peccatorem filium, iuſtus pater poterit liberare; nec ſanctæ conuerſationis mater, impudicæ filiæ dabit præmia pudicitiæ. Et ecōtrario, parentū uitia filijs nō nocebūt: ſed Infra.18.a
anima quæ peccauerit, ipſa moriet̃. Lot in Sodomis

HEB. polluat̃ in uniuerſis præuaricationibus ſuis: ſed ſit mihi in populū; & ego ſim eis in deū: ait dominus exercituum.

SEP. nō polluantur adhuc in cunctis delictis ſuis. Et erūt mihi in populū: & ego ero eis in deum, dicit adonai dominus.

a Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis: terra cum peccauerit mihi ut præuaricetur præuaricans: extendam manū ſuper eam: & conteram uirgam panis eius: & immittam in eam famem: & interficiam de ea hominem & iumenta. Et ſi fuerint tres uiri iſti in medio eius, Noë & Daniel & Iob: ipſi iuſticia ſua liberabunt animas ſuas, ait dominus exercituū. Quod ſi & beſtias peſſimas induxero ſuper terram ut uaſtem eam: & fuerit inuia eo quod non ſit pertranſiens ꝓpter beſtias: tres uiri iſti ſi fuerint in ea: uiuo ego, dicit dn̄s: quia nec filios nec filias liberabunt: ſed ipſi ſoli liberabuntur: terra autem deſolabitur. Vel ſi gladium induxero ſuper terrā illam: & dixero gladio, tranſi per terram: & interfecero de ea hominem & iumentū: & tres uiri iſti fuerint in medio eius: uiuo ego, dicit dominus deus: nō liberabunt filios neqꝫ filias: ſed ipſi ſoli liberabuntur. Si autem & peſtilētiam immiſero ſuper terram illam: & effudero indignationem meam ſuper eam in ſanguine: ut auferam ex ea hominem & iumentum: & Noë & Daniel & Iob

E habitãs, ſed & ſpiritu & carne peregrinus: uxorem
Gen.19.d quia poſt tergum reſpexerat nō liberauit: ſed tantū
4.Reg.23.f filias, quæ forſitan nō peccauerāt. Et Ioſias uir ſan-
ctus, non ſolum peccatorem populum ſuis uirtuti-
bus nō ſaluauit: ſed & ip̄e in peccatis illius mortuus
eſt. Quod ſi aliquādo ꝓ-
pter Abraham & Dauid
in poſteros eorum miſe-
ricordiam ſuā dominus
pollicetur; notādū quod
non his parcat qui in ſce-
leribus perſeuerent; ſed
qui agūt pœnitudinem,
ut merita patrū, filiorum
adiuuet cōuerſio. Cum,
inquit, hæc ſe ita habeāt,
& terram peccatricem à
ſingulis plagis tantorum
uirorꝝ non ſaluet depre-
catio: ſic dicit dn̄s deus:
quia Hieruſalē nefanda
peccauit; quatuor ſimul
plagas inducā ſuper eam:
gladiū, quo ab hoſtibus
trucidatur; & famē, quā
in obſidione ſuſtinet; &
beſtias, quibus fugientes
F in deſertis & ſaltibus de-
uorantur: & peſtilētiam,
quæ ſemꝑ famem ac pe-
nuriam ſequit̄; Pro qua
uulgata æditio mortem
tranſtulit. Hæc autem, inquit, inducam ſuper eam:
ut nec homines in ea remaneant, nec iumenta. Et ta-
men pro mea clementia quatuor ſimul imminenti-
bus plagis & cuncta uaſtantibus; relinquam in ea
aliquos q educant filios ſuos & filias: & captiui huc
ueniant: hoc eſt, in Babylonem & in Chaldæam: ut
cum uideritis eos & opera ipſorum perſpexeritis:
tunc intelligatis iuſte eos captos: & meam iuſtā fuiſ-
ſe ſententiam: & habeat conſolationem ueſtra capti-
uitas: dum intelligitis, idcirco me eos de gladio, fa-
me, beſtijs, & peſtilentia liberaſſe: ut eorum peruer-
ſitate diſcatis, merito eorum ſubuerſam Hieruſalē
templumq́ꝫ ſuccenſum, & populum ductum eſſe ca-
ptiuum, præter eos quos gladius, fames, beſtiæ, pe-
ſtilentiaq́ꝫ cōſumpſerint. Hæc dicta ſint de illa Hie-
ruſalem, cui prophetãte Ezechiele apud Chaldæos
appropinquabat captiuitas. Cæterum & ſuper no-
ſtram terram cui dicitur: Terra es & in terram ibis:
& ſuper noſtrā Hieruſalem ſingulosq́ꝫ credentiū: ſi
dei mādata cōtempſerint & præuaricatores merue-
rint appellari: inducēt fames: non fames panis neq́ꝫ
ſitis aquæ: ſed fames audiendi uerbū dei. Inducetur
Pſal.67.c & gladius: de quo legimus: Tradētur in manus gla-
Luc.2.e dij partes uulpiū erūt. Et ad Mariam: Tuam quoq́ꝫ
animā pertrāſibit gladius. Inducētur & beſtiæ: qui-
Pſal.73.d bus ne tredatur iuſtus, poſtulat: Ne tradas beſtijs
animam cōfitentē tibi. Inducetur & peſtilentia pro

Iob fuerint in medio eius: uiuo ego, dicit do-
minus deus: quia filium & filiam nō libera-
bunt: ſed ipſi in iuſticia ſua liberabūt animas
ſuas. Quoniam hæc dicit dn̄s deus: Quod ſi
quatuor iudicia mea peſſima, gladium & fa-
mem & beſtias malas & peſtilentiam miſe-
ro in Hieruſalem: ut interficiam de ea homi-
nem & pecus: tamen relinquetur in ea ſalua-
tio educentium filios & filias. Ecce ipſi egre-
dietur ad uos & uidebitis uiam eorum & ad
inuentiones eorum: & conſolabimini ſuper
malo quod induxi in Hieruſalē in omnibus
quæ importaui ſuper eam. Et conſolabūtur
uos cum uideritis uiam eorum & adinuen-
tiones eorum: & cognoſcetis quod non fru-
ſtra fecerim omnia quæ feci in ea, ait domi-
nus deus. Cap. XV.

a ET factus eſt ſermo domini ad me, di-
cens: Fili hominis, quid fiet ligno uitis
ex omnibus lignis nemorum quæ ſunt inter
ligna

qua Lxx. mortem interpretati ſunt. De qua ſcriptū G
eſt: Mors peccatorum peſſima eſt. Et: Anima quæ Pſal.33.d
peccauerit, ipſa morietur. Et, ſi ſic ſeparat amara
mors. De quibus cunctis, nec ſpiritualiū parentum
quos magiſtros intelligimus doctrina; nec princi-
pes nos poterūt liberare:
niſi filiorum fuerit aſſen-
ſus: & illorū obſecratiōes
ſuis conatibus iuuerint.
Iuſticia enim iuſti erit ſu-
per eum: & iniquitas ini-
qui in ipſo cōmorabitur. Deut.24.c
Vnuſquiſq́ꝫ peccato ꝓ-
prio morietur: & iuſticia
ſua ſaluabitur. Fruſtraq́ꝫ
dicunt Iudæi Abraham
pater noſter, cum opera Ioan.8.e
Abraham non habeant.
Quod ſi in aliquo fidu-
cia eſt: in ſolo dn̄o cōfida-
mus. Maledictus em̄ oīs Hiere.17.a
homo qui ſpem habet in
homine: q́ꝫuis ſancti ſint,
q́ꝫuis ꝓphetæ. Legimus: Pſal.145.a
Nolite cōfidere in homi-
nibus. Et iterum: Bonū Ibid.117.b
eſt confidere in domino,
q́ꝫ cōfidere ī principibus.
Non in principibus tan- H
tum ſeculi: ſed & in prin-
cipibus eccleſiarum; qui
ſuas tantū animas ſi iuſti
fuerint liberabunt. Filios aūt ac filias, quos in eccle-
ſia genuerint, ſi fuerint negligentes, ſaluare nō pote-
runt: & tamē Apoſtolus loqtur: Si cuius opus arſe- 1.Cor.3.c
rit, ipſe ſaluus erit: ſic tamē quaſi per ignem. Manus
autem ſuper terram præuaricatricem extēditur: ut
uirga ſiue fortitudo panis conteratur. Quæ exten-
ta, minatur plagas, nolente qui eam extēdit & ſuble-
uat peccantes percutere, ſed extenſione terrere, &
territos conſeruare. Cap. XV.

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicēs: Fili ho-
minis quid fiet ligno uitis &c. Vtranq́ꝫ partem
eius conſumpſit ignis: & medietas eius redacta eſt
in fauillam &c.) Pro eo quod nos interpretati ſu-
mus: utrāq́ꝫ partemq́ꝫ eius conſumpſit ignis: & me-
dietas eius redacta eſt in fauillam: Lxx. tranſtulerūt:
Annuam purgationem eius conſumit ignis & di-
mittit in finem. Rurſum ubi nos diximus: Cum po-
ſuero faciem meam in eos: illi uerterūt, cum obfir-
mauero. Præuaricationē quoq́ꝫ: delictū interpreta-
ti ſunt. Varijs autem ſimilitudinibus quas Græci
parabolas uocāt: prænūciatur ſubuerſio urbis Hie-
ruſalem. Et quomodo ſupra in ſartagine in qua car- Supra.4.a
nes populi frigebātur, & in latere in quo munimē-
ta & aggeres arietum ac uinearum machinæ pin-
gebantur, eiuſdem urbis obſeſſio famesq́ꝫ deſcri-
pta eſt; & poſtea in hoc eodem lecturi ſumus; In
Hieremia quoque ſcriptum eſt; Ollam quæ à facie Hiere.1.c
aquilonis



A aquilonis accenditur, ſignificare urbem Hieruſalē:
ſaltusq́ꝫ Nageb & Theman & Darom, ſucciſus, hoc
ipſum prænunciat: ſic in præſenti loco eadem Hie-
ruſalem, uineæ & uiti fructiferæ cōparatur. De qua
Hiere.2.d in alio loco ſcriptū eſt: Ego plantaui uineā frugife-
ram, omnem ueram: quo-
modo cōuerſa es in ama-
ritudinē uitis alienæ? Et
Eſa.5.a in Eſaia; Plātaui, inquit,
uineā ſorek; quod electā
& pulchram ſonat. Et in
Pſal.79.b pſalmis legimus; Vineā
ex Aegypto tranſtuliſti:
eieciſti gētes, & plantaſti
eā. Dux itineris fuiſti in
conſpectu eius. Et mani-
feſtius diſcimus ſcriptu-
Eſa.5.b ra dicente: Vinea autem
dn̄i ſabaoth domus eſt Iſ-
raël. Hæc uinea quādiu
affert fructus: in om̄ibus
lignis ſaltuū nihil ea p̄ci-
oſius eſt. Sin aūt uuas ha-
bere deſierit: in nullo uti-
lis erit: niſi ut cum radice
& propaginibus ſuis, tra-
datur incēdio. Cætera li-
gna ſyluarū, ut de pomi-
B feris arboribus taceam:
quorum & ſcriptura mo-
do nullā facit mentionē,
cum poma non habeant,
ſucciſa plurimā præbent
utilitatē, & in omnē agri-
culturā & in uſum armo-
rum proficiunt: dum attenuantur in ſcuta: radūtur
in haſtilia, cludunt foribus: cōtinent armarijs, riſco,
loculis, omnemq́ꝫ domus tribuunt ſupellectilē. Vi-
tis autem ſi ſemel uuas afferre ceſſauerit: intantum
inutilis eſt: ut ne paxillus quidem ex ea poſſit fieri,
de quo aliquid pendeat. Cumq́ꝫ malleolos excide-
ris, utranq́ꝫ partem eorum primū ignis arripit: dein-
de flamma cōſumit: tantumq́ꝫ nihil prodeſt cum re-
dacta fuerit in fauillam: ut etiam cū integra ſit, abſq́ꝫ
frugibus nullam præbeat utilitatem. Ambiguitas
autem uerbi Hebraici שְׁנֵי quod tribus literis ſcri-
bitur, י & נ & ש. Si legatur שָׁנֵי, duo ſignificat: ſi
שְׁנֵי annos. Vnde factū eſt: ut pro duabus ſummi-
tatibus eius, quod nos interpretati ſumus utranq́ꝫ
partem eius: Lxx. interpretarentur, annuam purga-
tionem eius: cū Aquila dixerit, duo nouiſſima eius:
Symmachus & Theodotio, duas ſummitates eius.
Et eſt ordo. Sicut uitis infructuoſa incendio tradit̄
in nullam utilitatem: ſic & Hieruſalem, imò habita-
tores eius tradentur ardoribus: ut egrediantur de
igne, & ignis conſumat eos: id eſt, etiam ſi de urbe
euaſerint, foris hoſtili gladio cōſumentur: & qui re-
manſerint, ipſo miſeriarum preſſi pondere, me eſſe
dominū recognoſcent: cum poſuero ſiue obfirma-

ligna ſyluarum? Nunquid tolletur de illa li-
gnum ut fiat opus: aut fabricabitur de ea pa-
xillus: ut pendeat ex eo quodcūq́ꝫ uas? Ecce
igni datum eſt in eſcam: utrāq́ꝫ partem eius
conſumpſit ignis; & medietas eius redacta
eſt in fauillam. Nunquid utile erit ad opus?
Etiā cū eſſet integrū nō erat aptum ad opus:
quanto magis cum ignis illud deuorauerit
& combuſſerit, nihil ex eo fiet operis? Pro-
pterea hæc dicit dn̄s deus: Quomodo lignū
uitis inter ligna ſyluarum quod dedi igni ad
deuorandum: ſic tradam habitatores Hieru-
ſalem, & ponam faciem meā in eos. De igne
egredientur, & ignis conſumet eos. Et ſcietis
quia ego dominus, cum poſuero faciem me-
am in eos, & dedero terram inuiam & deſo-
latam, eo quod præuaricatores extiterint, di-
cit dominus deus. Cap. XVI.

a ET factus eſt ſer-
mo domini ad
me, dicēs: Fili homi-
nis; notas fac Hieru-

ET factus eſt ſer-
mo dn̄i ad me,
dicens; Fili homi-
nis; teſtificare Hieru-
ſalem

uero faciem meā ſuper eos: & dedero illos in æter- C
nam ſolitudinem. Non enim peccatores ſicut cæte-
ræ gentes, ſed præuaricatores extiterunt. Aliud eſt
enim negligere quod ignores: aliud cōtemnere qd'
colueris. Poſſumus uineam & Hieruſalem iuxta in-
telligentiam ſpiritualem,
intelligere credentiū mul-
titudinem. Quæ ſi negli-
gens fuerit, & culturam
priſtinæ religionis amiſe-
rit, nec attulerit fruges
uirtutum: nec uinū fece-
rit quod lætificat cor ho-
minis: æternis tradet̄ ar-
doribus, & in nihilum re- Luc.12.f
putabitur. Seruus enim
qui ſcit uoluntatem dn̄i
ſui, & non facit eam; ua-
pulabit multis. Tale quid
& dn̄s loquitur in euāge-
lio ſecundū Ioannē: Ego Ioan.15.a
ſum uitis uera; & pater
meus agricola. Om̄is pal-
mes qui manet in me &
non facit fructum, tollet
illū pater. Et omnis qui
affert fructum, purgabit
eum ut fructum plus af-
ferat. Sin autem ſaluator D
uitis eſt & nos palmites:
& deus pater agricola;
q́ꝫdiu dei præcepta ſerua-
mus, ſemper excolimur:
& cultura noſtra purga- Roma.9.d
tio eſt. Non eſt enim uo-
lentis neq́ꝫ currentis, ſed miſerētis dei. Quod ſi affe-
rentes fructum, purgamur à patre, ut fructus am-
pliores afferamus: oſtenditur omnem noſtrū cona-
tum adiutorio dei peruenire ad finē, & fructū face-
re plenitudinis. Qui autē palmes fruges nō fecerit,
tolletur à patre. Et cū ſublatus fuerit: quid de eo pa-
ter faciat, ſcriptura non dicit: niſi forte ſeparatio à
Chriſti corpore, pœna ꝑpetua eſt & interitus. Qd'
in uinea & uite intelleximus, ſub alia figura ſalua-
tor docet in euāgelio: Bonū eſt ſal: ſi aūt ſal infatua- Mar.9.g
tum fuerit, ad nihil eſt utile; niſi ut foris proijciat̄,
& ab hominibus conculcet̄. Et oculus qui totū cor- Matth.6.c
pus illuminat: ſi fuerit excæcatus, audit à dn̄o: Si lu-
men quod in te eſt tenebræ ſunt: ipſę tenebræ quā-
tæ erūt? Cōparatione qppe præuaricatoris & eius
qui cōfeſſum prius negauerit deū: leuior pœna eſt
eorū qui nunq́ꝫ dei habuere noticiā. Ligna autē ſal-
tuum ſiue ſyluarū, ſecundū uarietatē credentiū, ha-
bent in magna domo aliquā utilitatē: in qua non ſo-
lum uaſa aurea & argētea ſunt, ſed lignea & fictilia:
alia in honorē, alia in cōtumeliā. Cap. XVI.

ET factus eſt ſermo dn̄i ad me, dicēs: Fili &c.) In
quibus breuis erat ſingularū ꝓphetiarum cir-
cūſcriptio: tota capitula poſuimus, quid nobis ui-

 deretur

E deretur ilico ſubiungentes. Hic autem quia longus
ad Hieruſalem ſermo dirigitur teſtificantis & docẽ
tis eam peccata quæ fecerit: & pene uſq; ad ducen-
torum uerſuum numerum extenditur uaticinium,
uſq; ad eum uidelicet locum in quo ſcriptũ eſt. Cũ
Infra.eo. placatus fuero tibi in o-
mnibus quæ feciſti, dicit
dñs deus, neceſſe habe-
mus omnem prophe-
tiam per partes ponere:
& his quæ propoſueri-
mus, explanationes debi
tas coaptare. Sub perſo-
na mulieris meretricis q̃
primum uiri fuerit con-
ſortio copulata: Hieruſa
lem & ortus, & educatio,
& pubertas, & nuptię, &
adulterium, & repudiũ,
& rurſum reuocatio con
texitur: ut & clemẽtia ui
ri atq; iudicium, & adulteræ atq; meretricis ſcelera
cognoſcantur: dum poſt uniuerſa ſupplicia ſuſcitat
ei pactum ſempiternum: ut recordetur iniquitatis
ſuæ & confundaẽ: & non ſit ei ultra aperire os præ
confuſione ſua: cum placatus fuerit illi in omnibus
quæ fecerat. Multum nanq; prodeſt peccatoribus
Pſal.50. ſcire quid fecerint. Vnde & pœnitens loquiẽ: Quo
F niam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatũ
meum coram me eſt ſemper. Quatuor autem mo-
dis intelligi poteſt Hieruſalem: Vel hæc quæ Baby
lonio & Romano igne ſuccenſa eſt: uel cœleſtis pri
mitiuorum: uel eccleſia quæ interpretatur uiſio pa-
cis: uel animæ ſingulorum quæ fide cernũt deum.
Illudq; quod plerique de cœleſti Hieruſalem inter-
pretandum putant, eccleſia non recipit: ne omnia
quæ in præſenti prophetia contexuntur: ad cœle-
ſtium fortitudinum ruinas atque cruciatus, & reſti
tutionem in priſtinum ſtatum ſuſcipere compella-
mur. a ¶ Radix tua & generatio tua de terra
Chanaan &c.) Magna fides & grãdis audacia pro-
phetarum, unum hominem, totam urbem ignobili
Dani.13.f tatis arguere. Mirabilis Daniel, qui ad presbyterũ
delinquentem & adulterio iungẽtem homicidium,
puer auſus eſt dicere: Semen Chanaan & non Iuda,
ſpecies decepit te. Magnus & Eſaias, qui clamat ad
principes & ad populum Iudæorum: Audite uer-
Eſa.1.c bum domini principes Sodomorum: auribus per-
cipite uerba domini populus Gomorræ. Sed non
minor Ezechiel, qui ad totam urbem loquitur con
fidenter: Radix tua & generatio tua de terra Cha-
naan: Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa.
Act.7.f Quanquàm & Stephanus primus martyr euange-
lij, ad inſanientem populum ſit locutus: Dura ceruí
ce & incircũciſi corde: uos ſemper ſancto ſpiritui re
ſtitiſtis. Et licet poſſimus radicem Hieruſalem & ge
nerationem eius terram Chanaan, ſecundum illud
accipere quod in Aegypto uocatus ſit populus, &
ibi multo tẽpore habitauerit. Cham quippe pater

HEB. ſalem abomi-
nationes ſuas, & di-
ces: Hęc dicit dñs de
us Hieruſalem.

SEP. ſalem iniquita-
tes ſuas, & dices ad
eam: Hæc dicit ado-
nai dominus.

a Râdix tua & generatio tua de terra Chana-
an. Pater tuus amorręus, et mater tua cethęa

b HEB. Et quando na
ta es, in die ortus tui
non eſt præciſus um
bilicus tuus: & in a-
qua non es lota in ſa

SEP. Et gñatio tua
in die qua nata es:
non ligauerunt ma-
millas tuas: & umbi
licus tuus nõ eſt præ
ciſus

Chanaan princeps fuit gentis Aegyptiæ: tamen iu
xta ſcelerum ſimilitudinem, radicem Hieruſalẽ ter G
ram Aegypti eſſe dicemus: Vnde & pater illius ap- אמרי
pellatur Amorræus qui interpretatur λαλούμενος, חתית
id eſt, multo ſermone celebratus. Et mater tua Ce-
thæa, id eſt, ἐξιστῶσα, quæ Χετταία,
uel ipſa inſanit: uel alios
mittit in amentiã. Omnis Ioan.8.d
enim qui facit peccatum,
de diabolo natus eſt. Vn
de & in toto orbe huius
antiqui patris famoſum
uocabulũ eſt: & multos
uertens in amentiã. Præ-
cipiturq; Hieruſalem uel
iuxta literã uel iuxta ſpi-
ritum, ut relinquat anti-
quũ patrem, & dicitur ad
eam: Audi filia & uide & Pſal.44.c
inclina aurẽ tuam: & obli
uiſcere populum tuũ &
domũ patris tui: & cõcupiſcet rex decorẽ tuum. Et
promittitur ei ſi poſt peccatum ad uerũ uoluerit pa
trem reuerti: Reſtituã te ſicut fuiſti qñ nata es. Cu-
ius tanta nobilitas, ut urbs Hieruſalẽ quæ de Abra
ham, Iſaac, & Iacob ſtirpe deſcẽdens deũ habuit pa-
trem: & tñ quia peccauit & uerũ reliquit parẽtem:
meretur audire: Radix tua & generatio tua de ter-
ra Chanaan: Pater tuus Amorræus, & mater tua
Cethæa. Si illa hoc audiuit: qd de nobis fiet qui uo- H
cati ex gentiũ ſordibus, omnẽ maculã in lauacro ſal
uatoris amiſimus: ſi polluerimus indumentũ Chri
ſti: & nõ habuerimus in cõuiuio ueſtẽ nuptialem?
Vtiq; illud: ut uinctis manibus pedibusq; æternis Matth.22.b
tradamur ardoribus: in quibus eſt fletus oculorum &
ſtridor dentiũ. b ¶ Et quando nata es &c.) Iuxta
ordinem lectionis de ſingulis diſſeramus. Quando
nata eſt Hieruſalẽ de patre Amorræo & matre Ce
thæa, & effuſa ex utero: non eſt præciſus umbilicus
eius quo fœtus aluntur in uẽtre inſtar arborum & uir
gultorũ quæ per radices humore terræ nutriuntur
occulto. Et quomodo uirorum ſeminariũ ſignificatur
in lumbis: ita genitalia fœminarũ honeſto ſermone
iuxta conſuetudinẽ ſcripturarũ umbilicus uocanẽ,
teſtimonio Iob, qui ſub figura draconis loquiẽ de
diabolo: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo il- Iob.40.b
lius in umbilico uentris. Iſte eñ draco coluber anti
quus, qui uocatur diabolus & ſatanas: & decepit or
bem terrarũ: aduerſus uiros uirtutẽ habet in lũbis:
aduerſus fœminas in umbilico. Hoc autẽ ſignificat
de Hieruſalem: quod nõ ſtatim legẽ acceperit: nec
ei pudendæ natiuitatis exordia ſint abſciſa: ſed gen
tilem primum uixerit uitam: pro pro Lxx. inter-
pretati ſunt: In die qua nata es, non alligauerunt ma
millas tuas: hanc habente ſcriptura ſancta conſuetu
dinem: ut pro corde pectuſculum ſiue pectus & ma
millas nominet, ut unicuiq; loco congruũ uiderit.
Sacerdotes in quibus debet eſſe doctrina, & legem
requirunt ex ore eorum: accipiunt pectuſculum.
Ioannes



A Ioannes ſuper pectus recũbit dñi: ut de fonte uber-
Ioan.13.c rimo hauriret fluenta ſapientiæ. Virginis in Canti
Canti.4.b co canticorum duæ mamillæ ſunt, quaſi duo hinnuli
gemini capreæ: qui paſcunẽ in lilijs, donec reſpiret
dies & amoueanẽ umbræ. Mater diligens, ſtatim ut
nata fuerit infantu
la, ligat mamillas
eius, ut à tenero tu
more deſiſtant, &
pulchritudinẽ cu-
ſtodiant uirginalẽ.
Cum aũt ad ætatẽ
uenerit pubertatis
Hiere.2.f dicetur de ea: Nũ-
quid obliuiſcetur
ſpõſa ornatus ſui:
aut uirgo faſcię pe
ctoralis ſuę? Sequi
tur. Et in aqua nõ
es lota in ſalutem.
Cruẽta infantium
corpora, ſtatim ut
emittuntur ex ute
ro, lauari ſolent: Ita
Iob.15. & generatio ſpũalis, lauacro indiget ſalutari. Nul-
et.25. lus enim mundus à ſorde: nec ſi unius quidẽ diei fu
Pſal.50. erit uita eius. Et in pſalmis legimus: In iniquitati-
bus cõceptus ſum: & in delictis concepit me mater
B mea. Secũda natiuitas ſoluit primam natiuitatem.
Ioan.3.a Scriptũ eſt eñ. Niſi quis renatus fuerit ex aqua &
ſpiritu ſancto: non poteſt intrare in regnũ dei. Mul
taq; ſunt lauacra quę ethnici in myſterijs ſuis & hæ
retici pollicentur: qui omnes lauant, ſed nõ lauãt in
ſalutem. Propterea additũ eſt: & in aqua nõ es lota
in ſalutem. Quod quidẽ non ſolũ de hæreticis, ſed
de eccleſiaſticis intelligi poteſt: qui nõ plena fide ac-
cipiunt baptiſmũ ſalutare. De quibus dicendũ eſt,
quod acceperint aquã, ſed nõ acceperint ſpiritũ: ſi-
Act.8.d cut & Simon ille magus, qui pecunia uolebat redi-
mere gratiã dei: baptizatus quidem eſt in aqua, ſed
nequaq; baptizatus eſt in ſalutẽ. Tertio diciẽ, nec ſa
le ſalita. Tenera infantiũ corpora dum adhuc uteri
calorem tenent, & primo uagitu laborioſæ uitæ te-
ſtantur exordia: ſolent ab obſtetricibus ſale contin-
gi: ut ſicciora ſint & reſtringanẽ. Porrò Hieruſalẽ,
quæ de malis parẽtibus nata eſt, nihil ſaporis, nihil
diligẽtiæ cõſequuta eſt. Qui aũt renaſcunẽ in Chri-
Matth.5.b ſto, dicitur ad eos: Vos eſtis ſal terræ. Et præcipitur
Col.4.a eis ab Apoſtolo: Sermo ueſter ſemper in gratia ſale
ſit cõditus. Vnde & uulgo ſapiẽtes ſalſi, & ſtulti uo
Leui.2.d cantur inſulſi. Et in Leuitico lege ſanciẽ: Omne ſa-
crificium ueſtrũ ſale ſalieẽ. Nõ ceſſabit ſal teſtamẽti
dñi de ſacrificijs ueſtris: in cunctis muneribus ue-
ſtris ſal offeretis. Qui hoc ſale cõditus fuerit, & oẽm
putorẽ humorẽq; noxiũ huius admixtione ſiccaue
Pſal.37.b rit: ultra nõ dicet: Cõputruerũt & corruptæ ſunt ci
catrices meæ à facie inſipiẽtiæ meæ. Scio me legiſſe
in quodã uolumine de dño ſaluatore: quod ipſe ſit
ſal cœleſte, & nõ ſolũ terrena & inferna, ſed cœleſtia

HEB. lutem: nec ſale ſali-
ta, nec inuoluta pannis.
Nõ pepercit ſuper te ocu-
lus, ut faceret tibi unũ de
his, miſertus tui: ſed proie
cta es ſuper faciem terræ,
in abiectione animæ tuæ,
a in die qua nata es. Trân-
ſiens autem per te: uidi te
cõculcatã in ſanguĩe tuo.
Et dixi tibi cũ eſſes in ſan-
guĩe tuo, uiue: dixi, inquã,
tibi, in ſanguine tuo uiue.

SEP. ciſus & in aqua non
es lota in ſalutem: nec ſale
ſalita, & pannis non es in-
uoluta: nec pepercit ſuper
te oculus tuus ut facerẽ ti-
bi unũ ex omnibus iſtis:
& patereẽ quippiã ſup te:
& piecta es ſup faciẽ cãpi
prauitate anĩæ tuæ, in die
qua nata es. Et trãſiui per
te, & uidi te mixtã in ſan-
guine tuo, & dixi tibi: de
ſanguĩe tuo uita multipli-
care,

quoq; ſuo ſapore cõdiuerit, & impleaẽ illud quod C
ſcriptũ eſt: Gloria in excelſis deo: & ſuper terrã pax Luc.2.
hominibus bonæ uolũtatis. Quartũ eſt: nec inuolu
ta pãnis. Et ſaluator pãnis eſt inuolutus infantiæ, &
omnis qui naſciẽ per inuolucra pannorum ptectione
indiget dei. Natu-
rale eſt, ubi tñ parẽ
tũ nõ deeſt diligen
tia: ortis infãtibus
primũ pcidi umbi
licũ: deinde ad ab-
luẽdũ ſanguinẽ la-
uari eos aqua. Ter
tio, humorẽ corpo
rũ paruulorum, ſalis
adiectione ſiccari.
Quarto, ut tenera
ĩfantiũ corpora pã
nis inuoluanẽ: du-
plicẽ ob cauſam: ut
& ſale ſiccetur cor-
pus quod pãnis ne
defluat ſeruatur &
ſtringiẽ, & mẽbra
tenerrima ne facile deprauentur. Vnde & corpora
barbarorũ, Romanis corporibus rectiora ſũt. Vſq;
ad ſecũdũ eñ et tertiũ annũ, ſemp panis inuoluunẽ.
Sed nõ talis Hieruſalem, cuius nec umbilicus abſci-
ſus, nec ligata ſunt ubera: nec aqua lota eſt in ſalutẽ, D
nec ſale ſalita: neq; inuoluta atq; cõſtricta pãnis in-
fantiæ. Cur aũt nihil horũ meruit, ſequẽs ſcriptura
teſtatur. Nõ pepercit ſuper te oculus: ut faceret tibi
unum de his miſertus tui. Pro quibus Lxx. poſue-
runt: Nõ pepercit ſuper te oculus tuus: ut facerẽ ti
bi unum ex omnibus iſtis. Et neceſſe eſt, ut duplex
æditio, duplicẽ habeat intelligentiã. Prior hoc ſigni
ficat: Nõ pepercit ſup te oculus: ut faceret tibi unũ
de his miſertus tui. Et eſt ſenſus: Nullus tui miſer-
tus eſt, offẽſo deo: nullius ſup te mota ſunt uiſcera,
ut de quatuor ſupioribus ſaltẽ unũ tibi faceret: qa
omnia ſimul nõ merebaris accipere. In altera diciẽ:
Non pepercit ſup te oculus tuus ut facerẽ tibi unũ
de his miſertus tui. Et hũc habet ſenſum: Ita egiſti,
& ſic in peccatis nata es, & in delictis cõcepit te ma-
ter tua, ut ne ipſa quidẽ tui miſereris. Cũq; ſic geſſe
ris ut aduerſum te p mala opera crudelis exiſteres:
ego qd tibi potui facere: q̃ ne unũ quidẽ ſuperiorũ
accipere merueris? Quia igiẽ nihil horum q̃ fieri infan
tibus ſolẽt in te factum eſt: & hoc nõ ſine cauſa nec
abſq; iudicio, ſed tuo uitio atq; peccato, quę ne ipſa
quidẽ tui miſerta es: ideo piecta es in faciẽ terræ ſi-
ue campi: & piecta propter prauitatẽ animæ tuę in
die qua nata es. Oremus ne prauitate animæ pijcia
mur in faciẽ cãpi: in quo lata & ſpacioſa uia eſt quæ
ducit ad mortem: in quo Chaldæorum debacchatur
equitatus. Simulq; cõſiderandũ quod nullus in die
quo naſciẽ, prauũ aliquid cõmittere poteſt, niſi laua
cri tpe, qñ ſapiens generatio fide credentis aſſumiẽ.
a ¶ Tranſiẽs autẽ per te &c.) Poſtq; proiecta es in
faciem

E faciem campi ſiue ſuper faciem terræ propter prauitatem animæ tuæ: meũ ultra non merebaris auxilium: attamen tranſiens per te uidi te cõculcatã ſiue commixtam in ſanguine tuo, id eſt, ream mortaliũ criminũ: & prouocaui te tribuens pœnitentiam: dixiq; tibi.

HEB. Multiplicatã, quaſi germen agri dedi te: & ingreſſa es & perueniſti ad mundum muliebrẽ. Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confuſionis a plena. Et tranſiui per te & uidi te: & ecce tẽpus tuũ, tempus amantiũ. Et expãdi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam b tuam. Et iuraui tibi: & ingreſſus ſum pactum tecũ, ait dominus deus.

SEP. care, ſicut hortũ agri dedi te, & multiplicata es & magnificata es & ĩgreſſa es in ciuitates ciuitatũ. Vbera tua erecta ſunt, & pilus tuus ortus eſt: tu autem eras nuda, plena ignominiæ. Et trãſiui per te & uidi te: & ecce tẽpus tuũ, tẽpus diuertentium: & expandi alas meas ſuper te, & operui ignominiã tuã. Et iuraui tibi: & ingreſſus ſum in teſtamentum tecũ: dicit adonai dominus.

Et facta

Licet ſis in ſanguine, tñ uiue cõuerſa: tantaq; fuit in te omniũ rerum abũdantia, ut agri uberrimi haberes ſimilitudinẽ: & benedictionem Iacob: qua benedixit ei pater ſuus, dicens: Gene.27.d Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dñs. Et intrares penetralia dñi, diceresq; cũ ſpõſa: Canti.1.d & 3.b Introduxit me rex in cubiculũ ſuũ. Et ad mũdum muliebrem peruenires: pro quo Lxx. tranſtulerunt: & ingreſſa es in ciuitates ciuitatũ, ut quomodo cãticum canticoꝝ & ſeculũ dicitur ſeculoꝝ: F ita ciuitates appellentur ciuitatũ. De quibus in euãgelio dicitur: Luc.19.b Habeto poteſtatẽ ſuper decem ſiue ſuper quinq; ciuitates: ut nõ ſolũ ciuitas ſed metropolis ciuitas appelleris, ſecundũ illud quod in Eſaia legitur: Eſa.1.g Mater urbiũ fidelis Sion. Porrò quod interpretatus eſt Symmachus, & perueniſti ad ornatum mulierũ: ſiue ut Theodotio, & ingreſſa es ad ornatũ ornamentorũ: pro quo nos ſecuti ſenſum Hebraicum diximus: & perueniſti ad mundũ muliebrẽ: tẽpus pubertatis oſtẽdit, quãdo puellæ nubiles appellantur: & poſſunt maritorũ amplexibus copulari. Deniq; ſequit̃: Vbera tua intumuerũt: et pilus tuus germinauit. Honeſte adoleſcentularum maturitas indicatur quãdo intumeſcũt ubera ſiue erigunt̃, & germinat pilus. Cũq; parata eſſet ad nuptias & haberet pulchritudinẽ corporis, ueſtimentoꝝ tegmina nõ habebat, nec dei protegebat̃ auxilio. Si quis Chriſti nõ habet indumẽtum, nudus eſt. Si quis nõ eſt indutus uiſceribus miſericordiæ, bonitatis, humilitatis, pudicitiæ, manſuetudinis, patientiæ; iacet ſuper faciẽ terræ; & pulchritudo eius cõfuſione & nuditate turbat̃. a ¶Et tranſiui per te, & uidi te: & ecce temp. &c.) Quanta clementia. Nõ ſuffecerat ſemel uidiſſe eã conculcatã in ſanguine, & ad pœnitentiam prouocaſſe: ſed peccantẽ rurſum inuiſit, & quia erat nuda & cõfuſionis plena, rurſum uenit & uiſitat: & ecce tẽpus eius, tẽpus amantiũ: ſiue iuxta Lxx. diuertentiũ, & iuxta interpretationẽ Aquilæ ſecundã, συναλλαγῆς, ſponſalium uidelicet & tẽporis nuptiarum. Iuxta primã uero eiuſdẽ æditionem & Theodotionis μασῶν, quod interpretat̃ uberũ: pro G quo Symmachus uertit ἀγάπης, quod dilectionẽ ſonat. Illud igitur tẽpus erat, quãdo poſſunt mulieres uiris ſociari & ſuſtinere coitum maritalẽ. Attamen miſericors deus expandit alas ſuas, & ſuſcepit eos: & in humeris ſuis portauit eos, iuxta illud quod in euãgelio ſcriptum eſt: Luc.13.g Quoties uolui cõgregare filios tuos ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas ſuas: & noluiſti. Siue amictũ expandit pro alis: hoc enim interpretatur πτερύγιον, quo operta eſt & Ruth Ruth.3.c ad pedes dormiẽs Booz. Et in ora, id eſt, πτερυγίῳ ueſtimẽti noſtri, iubemur hyacinthinas fimbrias alligare. Hæc autẽ fecit ut operiret ignominiam Hieruſalẽ: genitale fœminarum ſub hoc nomine corpus oſtẽdens. Etẽm iuxta Apoſtolum: 1.Cor.12.c Inhoneſta corporis noſtri maiore honore circũdamus. Vnde & pſalmiſta canit: Pſal.31.a Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates & quorũ tecta ſunt peccata. H Quæ Cham quia non protexit in patre, æterna maledictione ſignatur. Gene.9.d Quod de Hieruſalem diximus, referamus ad animã noſtram, quę ꝙdiu in infantia cõſtituta eſt, peccato caret. Cum autẽ ætatis eius tẽpus aduenerit, multi ſunt amatores dęmonũ & hæreticorum, peruerſorumq; dogmatũ, qui ad eam cupiunt declinare. Qui ꝓtectione dei repelluntur: ut nõ ſatellites diaboli, ſed miniſtros ſaluatoris recipiat. Pro diuertentiũ dilectione & uberũ, in Hebraico habet̃ דודים: quod ſecundũ linguæ eorum proprietatẽ, omnia quæ ſupra uerſa ſunt ſignificat. Poteſt tẽpus dilectionis & uberũ ſiue amatorũ dei, intelligi Abrahã, & Iſaac, & Iacob: qñ eis pollicitus eſt dñs poſt Aegyptiã ſeruitutẽ, ſuũ populũ liberãdum. b ¶Et iuraui tibi & ingr. &c.) Quia expandi amictum meũ ſiue alas meas ſuper te: & operui cõfuſionem tuã: propterea iuraui tibi & ingreſſus ſum pactũ ſiue teſtamentũ tecum: ut mihi potius ꝙ cæteris qui ad te uolebãt diuertere iũgereris, iuxta illud: Pſal.109. Hebr.6.c Iurauit dñs & nõ pœnitebit eũ: tu es ſacerdos in æternũ, ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Om̃is em̃ cõtrouerſiæ finis eſt iuramẽtum. Et uiuo ego, dicit dñs: niſi malo pœnitentiam peccatoris ꝙ mortem. Tempore igitur nuptiarum, Iſraël iuramentum accipit dei, pro omni dotali munere. Et quia Dauid de ſe dixerat: Memento dñe Dauid, & omnis manſuetudinis eius: Pſal.131. Qui iurauit domino, uotum uouit deo Iacob: & ipſe dñs iurat ei, ſcriptura dicente: Ibidem.b Iurauit dñs Dauid ueritatem, & nõ fruſtrabitur eum.

Et facta



a Et factã es mihi: & laui te aqua, & mundaui ſanguinem tuum ex te: & unxi te oleo.

HEB. Et ueſtiui te c diſcoloribus. Et calciaui te ianthino. d Et cinxi tẽ byſſo.

b SEP. Et indui te uarijs. Et calciaui te hyacintho.

HEB. Et indui te ſubtilibus.

e SEP. Et circũdedi te trichapto.

Et ornaui

A a ¶Et facta es &c.) Quia expãdi alas meas & operui ignominiam tuã, & iuraui tibi & ingreſſus ſum pactũ tecũ: propterea mea es facta poſſeſſio: ut quæ aliena eras, qñ uidebaris immunda: mea eſſe cœperis qñ pactũ meũ tecũ iuramẽto firmaui. Siue iuxta cõſuetudinẽ prophetaꝝ: facta eſt mihi ait, pro eo quod eſt, meo coniugio copulata es: & laui te, inquit, aqua baptiſmi ſalutaris. Ioan.3.a Niſi em̃ quis renatus fuerit ex aqua & ſpũ ſancto, nõ poteſt intrare in regnũ dei. Et alibi legimus: Mar.1.a Ipſe uos baptizabit in ſpũ ſancto & igni. De quo baptiſmate & Eſaias loquitur, dicẽs: Eſa.4.b Lauabit dñs ſordes filioꝝ & filiarũ Sion: & ſanguinẽ mundabit de medio eoꝝ, ſpiritu Mar.5.c iudicij & ſpiritu cõbuſtionis. Cũ aũt lauerit & mundauerit ſanguinẽ: quo & ἄγιαν αἱμοῤῥοοῦσαν, quæ duodecim annis cruore manabat, fimbriæ ſanauit attactu: nõ ſufficit ei lauare aqua & mundare ſanguine, Luc.10.f niſi oleo quoq; unxerit; iuxta quod Samaritanus qui interpretat̃ cuſtos, ſeminecis uulnera, primum olei infuſione liniuit, deinde uini auſteritate compeſcuit. Dñs aũt noſter alio unctus eſt oleo, quod non B dolorem uulnerũ mitigaret, ſed læticiã tribueret, dicẽte ad eum ſpiritu ſancto: Pſal.44.b Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis præ conſortibus tuis. Habent & contrariæ fortitudines ſimulati olei lenitatem: dulcia per hæreticos pollicentes: quæ uertũtur in amaritudinẽ, & quæ deteſtatur propheta cõmemorans: Ibid.140.b Oleũ aũt peccatoris non impinguet caput meum. Sin aũt ab unctione unctus, id eſt, Chriſtus appellatur: uide quantũ profecerit Hieruſalẽ: ut & ipſa uncta oleo ſpirituali, Chriſti nomen acceperit, iuxta quod & in pſalmis de Abrahã legimus: Nolite tãgere Chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari. b ¶Et indui te uarijs.) Legis ceremonijs: quarũ occupata ſtudio, idola derelinqueres. Iſta ſunt uaria ueſtimẽta quibus indutus eſt Ioſeph: Gene.37.e nec potuerunt eũ fratres uẽdere: niſi prius eũ tunicæ uarietate nudaſſent. Et de ſponſa dicitur in quadrageſimoquarto pſalmo: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata uarietate. Hoc eſt ueſtimentũ, de quo & Apoſtolus loquitur: Ephe.4.f Induite nouũ hominẽ: qui renouat̃ in cognitionẽ iuxta imaginẽ creatoris. Volumus ſcire quę ſint uaria ueſtimẽta? Idem nos Apoſtolus doceat, credẽtibus ſcribens: Col.3.b Induimini ergo uiſceribus miſericordiæ, bonitatis, humilitatis, mãſuetudinis, patiẽtiæ. Quid hac uarietate pulchrius? De qua & Iob loquebatur: Quis dedit mulieribus texturę ſapientiã, aut uarietatis diſciplinã? Exod.39.a Hebr.9.a Et pontifex ſemel in anno: qñ pro populo adolebat incẽſum: ingrediens in ſancta ſanctoꝝ, uarijs ueſtibus utebat̃. Certe ſi diuitiæ, uarietatem ueſtiũ & non ſanctitas faceret diuerſitasq; uirtutũ, Pharao & Nabuchodonoſor hæc ueſtimẽ C ta habuiſſe ſcriberent̃ & nõ Ioſeph: qui ſub peregrino & paſtorali patre, ueſtes diſcolores & regias habere nõ poterat. c ¶Et calciaui te ianthino.) Aquila & Symmachus ianthina: Lxx. & Theodotio, hyacinthina trãſtulerũt. Pro quo in Hebræo ſcriptum eſt תחש. Et pulchre qa ad Hieruſalẽ ſermo dirigitur: & ſub ꝑſona fœminæ, omnis eius ornatus exprimit̃, hyacinthina ſiue ianthina calciamenta narrant̃: q̃ uiroꝝ ꝑſonæ nõ cõueniunt. Deniq; facturis paſcha ꝓcipit̃ abſq; ulla coloris uarietate, ut accinctis lumbis, & pedibus calciatis ſint. Iſta ſũt calciamẽta, de qbus & Apl̃us ſcribit: Calciati pedes in præparatione euãgelij pacis. Philo uir diſertiſſimus Iudæoꝝ, hyacinthon in ueſtibus põtificis aëri cõparat: ꝑ quẽ ſuperna atq; cœleſtia ſignificari arbitratur. Nec prius Hieruſalẽ calciat̃ hyacinthinis niſi lauet̃ aqua. Vñ & apl̃oꝝ, qbus prius præceperat Matth.10.b dñs ut excuterẽt pedũ ſuoꝝ puluerẽ, lauant̃ à ſaluatore pedes. Et ſpõſa dicit in Cãtico canticoꝝ: Laui Canti.5.b pedes meos, quõ inquinabo illos? Et Moyſen & Ie- Exod.3.b ſum diuinus ſermo teſtat̃, ut ſoluant corrigiã calciamẽti ſui: quia locus in quo ſtent ſanctus ſit. D Cũ aũt loti fuerint pedes & omni ſorde purgati, calciantur hyacinthinis ſiue iãthinis: qđ utrũq; aërij & κυανέου coloris eſt: ut rapiant̃ in occurſum dñi in aërẽ: & ad cœleſtia regna feſtinẽt. d ¶Et cinxi &c.) Hieruſalem nõ ſolũ ueſtit̃ diſcoloribus & calciat̃ hyacinthinis, ſed & byſſo accingit̃: de qua tenuiſſima in ueſte põtificis fila texunt̃. Et uxor in ꝓuerbijs, quæ uiro Prouer.31.c ſuo duas texuit chlamydes, & ꝓſentis ſeculi & futuri, ſibi de byſſo & purpura feciſſe dicit̃ ueſtimenta. Hac byſſo accingunt̃ renes, quoties pinguia libidinis incẽtiua tenuãda ſunt: nihilq; in eis craſſi humoris relinquit̃: & implemus ꝓceptũ Apl̃i dicẽtis: State Ephe.6.c ergo ſuccincti lũbos ueſtros ĩ ueritate: quaſi alijs uerbis diceret, byſſo. Et dñs ad apl̃os loquit̃: Sint lũ Luc.12.c bi ueſtri ꝓcincti & lucernæ ardẽtes in manibus ueſtris. Niſi em̃ aſtrinxerimus fluẽtia lumboꝝ reumata, lucernas in manibus habere nõ poſſumus. Vñ et ad Iob loquit̃ deus: Accinge ſicut uir lũbos tuos. Iob.38.a Et comeſſuri agnũ, calciati pedes, tenẽtes baculũ, ſtã Exod.12.b tes in euãgelij ueritate, & ad Chriſti ſanguinẽ ꝓparati, lũbos accinctos habere dicunt̃. Qua zona mortificãte lũbos, Helias quoq; et Ioãnes Baptiſta accin 4.Reg.1.b Mar.1.a gũtur. De quibus & pœnitẽs flebiliter ingemiſcit, Pſal.37.b dicens: Qm̃ lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. e ¶Et circũdedit &c.) Pro quo Aquila florido ſiue palpabili, Symmachus indumento, Theodotio ipſum uerbum Hebraicũ poſuit משי. Cumq; diligẽter inquirerẽ quid ſibi uellet uocabulũ trichapti, qđ Lxx. trãſtulerũt, & à nullo Græcoꝝ nec uſum, nec etymologiã poſſem inuenire ſermonis: tandem didici à Lxx. eſſe compoſitũ. Rebus enim nouis noua fingẽda

a Et ornaui te ornamento.

b HEB. Et dedi armillas in manibus tuis. SEP. Et circũdedi armillis manus tuas.

c d Et torquem circa collum tuum. Et dedi inaurem ſuper os (ſiue nares tuas.)

e HEB. Et circulos in f auribus tuis. Et coronam decoris in capite tuo. SEP. Et rotulas ſup aures tuas. Et coronam gloriationis ſuper caput tuum.

Et orna

E ua figenda ſunt nomina: quod tantæ ſubtilitatis fu-
erit ueſtimentũ, ut pilorum & capilloꝝ tenuitatem
habere credatur. Vnde & ego uolens tenuitatẽ ex-
primere ueſtimenti: pro trichapto, ſubtilibus trãſtu
li: quod tenui ſtamine atq; ſubtegmine textũ erat.
Et congrue illis de qbus
Deute.32.b increpãs dixerat: Incraſſa
tũ eſt cor populi huius:
& mãducauit & bibit Ia-
cob, & ſaturatus eſt & in
craſſatus & calcitrauit di
lectus, & dereliquit deũ
factorem ſuũ: nunc tenui
tas ueſtium condonatur.
Nam & in libro ſapiẽtiæ
qui à quibuſdã Salomo-
Sap.7.c nis inſcribitur: ſpiritus ſa
piẽtię unigenitus & mul
tiplex, tenuis & mutabi-
Pſal.77.c lis appellatur. Et manna de quo ſcriptũ eſt: Panem
Exod.16.g angelorum manducauit homo: tenuiſſimũ in ſimi-
litudinem pruinæ: & ſementis coriandri fuiſſe nar-
ratur. Poſſumus iuxta interpretationẽ ſecũdæ ædi-
tionis Aquilæ qui floridum interpretatus eſt, ueſti
mentũ ubertatẽ terræ Iudææ per metaphorã intelli
gere: uel diuini cultus pulchritudinẽ. a ¶ Et orna
ui te ornamento.) Generaliter ornamenta nunc po
nit, de quibus in cõſequentibus per partes enume-
F rat, armillas & torquem, inaures & coronam, & reli
qua: quæ ornamenta tribuit Hieruſalẽ. Et in Eſaia
Eſa.3.e dicitur: quod uitio ſuo uniuerſa perdiderit. Scriptũ
eſt enim: Pro eo quod eleuatæ ſunt: hoc eſt, ſuper-
bierunt filiæ Hieruſalẽ & ambulauerũt excelſa cer-
uice & reliqua: Pro zona accinctæ ſunt funibus, &
pro ornatu capitis caluitio deturpatæ, & pro pul-
chris & mollibus indumẽtis, cilicij aſperitate circũ-
datæ. b ¶ Et dedi armillas in ma.) Quãdo nobis
bona opera dederit deus: circundat armillas mani-
bus noſtris. Vnde & in manibus prophetarũ aſſimi
Oſee.13.c latũ eſſe ſe dicit: & crebro in manu Aggei ſiue Hie-
Aggei.1. remiæ & reliquoꝝ factũ ſermonem legimus. In Iob
Iob.40.d quoq; draconis labiũ perforatur armilla, omneſq;
eius uenenati ſibili, qui in peruerſis intelligũtur do
gmatibus: bonorum operum circulo perforantur.
c ¶ Et torquem circa collũ t.) Pro torque quã nos
iuxta Aquilæ ſecundã æditionẽ & Symmachũ in-
terpretati ſumus: Lxx. & Theodotio κάθεμα trãſtu-
lerunt: quod non ſolũ hic, ſed & in Eſaia ſcriptũ eſt:
Eſa.3.d Auferet dñs gloriã ueſtimẽti earũ & murenulas, &
corymbos & circulos & κάθεμα. Puto aũt κάθεμα ab
eis dictũ, ex uarijs gemmis in pectus mulierũ moni
le deſcẽdens, qui & ipſe ornatus pulcherrimus mu-
lierum eſt. d ¶ Et dedi inaurẽ ſuper os &c.) Ver-
bum Hebraicũ נֶזֶם, excepto Symmacho qui inter
pretatus eſt ἐπιῤῥίνιον, omnes inaurem tranſtulerũt:
non quo inaures ponantur in naribus: quæ ex eo
quod de auribus pẽdeant inaures uocant: ſed quo
circulus in ſimilitudinem factus inaurium, eodem
uocabulo nũcupetur, & uſq; hodie inter cætera or-
G namenta mulierũ, ſolent aurei circuli in os ex fron-
te pendere & imminere naribus. Quos tunc accipi
mus iuxta myſticos intellectus, qñ cum Apoſtolo
poſſumus dicere: Chriſti bonus odor ſumus in his 2.Cor.2.d
qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs quidem
odor mortis in mortem:
alijs autem odor uitæ in
uitam. Quãdo uiuimus
& de nobis dici poteſt:
Non mortui laudabũt te Pſal.113.d
dñe, ſed nos uiuẽtes: tũc
odorat deus odorẽ ſacri
ficij noſtri bonæ fragran
tiæ: & aureum circulum
ſenſuum ac dogmatũ di-
uinorum habemus in na
ribus. Quãdo uero mor Prouer.11.c
tui ſumus, & uerſamur
in cœno atq; in ſordibus
turpitudinum: habemus illam inaurem in naribus,
de qua ſcripſit Salomon: Sicut inauris aurea in na-
ribus porcæ, ſic mulieri male moratæ pulchritudo.
e ¶ Et circulos in auribus tuis.) Qui claudit aures
ſuas ne audiat iudiciũ ſanguinis, & ſepit eas ſpinis
ne particeps fiat inuidis & detractoribus, de qbus
ſcriptum eſt: Cum detractoribus ne commiſcearis: Ibid.24.b
quoniam repente ueniet interitus eorum: & ruinã
utriuſq; quis nouit: tam uidelicet eius qui detrahit
q̃ illius qui libenter auſcultat: Iſte circulos habet &
H rotulas in auribus: non rotas quæ ſequuntur Che-
rubim: illud enim angelicarum fortitudinũ eſt: ſed
rotulas diminutiue, quæ humanæ conueniunt fra-
gilitati. Quamobrem & ad deum dicitur: Vox toni Pſal.76.d
trui tui in rota. In his enim qui terrena pertrãſeunt,
& uix modicis ueſtigijs contingunt terram, de qui-
bus ſcriptum eſt: Lapides ſancti uoluuntur ſuper Zach.9.d
terram: uox tonitrui dñi & excelſorum dogmatum
perſonat. Qui autem erroribus ducũtur humanis:
& non habent ſolida ueſtigia, ſed circũferunt omni
uento doctrinæ: & eiecti, de paradiſo firmitatis, ha-
bitãt in regione Naid: quæ interpretat fluctuatio:
merentur linguæ mendacis ferre ſententiã, quæ in-
flammat rotam natiuitatis noſtræ. f ¶ Et coronã
decoris in capite tuo.) Decorem iuxta Symmachũ
ob ſenſus elegantiam interpretati ſumus. Alioquin
& in Hebræo תִּפְאֶרֶת, & in reliquis trãſlatoribus
καύχησις gloriatio dicitur. Ornamẽta cætera, mẽbro
rum ſunt ſinguloꝝ. Capitis ornatus, totius corpo-
ris dignitas eſt. Coronam aũt uocat diadema fœmi
narum, quo capillorũ ſtringitur & ornat ambitio.
Volumus ſcire quæ ſit corona decoris in capite
Hieruſalem: reuoluamus Exodum in quo ſcriptũ
eſt: Et fecit laminam auream, & ſcripſit in ea literas Exod.39.c
deformatas ſigillo ſanctificationis dñi: & poſuit ſu-
per caput Aaron. Signũ dñicæ ſanctificationis no-
men eſt omnipotentis dei: quod quatuor literis He
braicis ſcribitur, & apud eos uocatur ineffabile, dũ
nomen eius nõ poteſt dici. Cuius maieſtatem etiã
gentilitas non ignorat, & Athenienſium teſtat ara,
ignoto



a Et ornata es auro & argento.

b HEB. Et ueſtita es byſſo & polymito & multicoloribus. SEP. Et amictus tui byſſini & trichapta & uerſicoloria.

c Similãm & mel & oleum comediſti, & decora facta es ue d hementer nimis. Et profeciſti in regnum.

Et

A ignoto deo. Vnde & apoſtolus: Quem uos, inquit,
Act.17.e ignotum colitis, hunc nos annunciamus uobis. Iſtã
Pſal.4.b puto coronam eſſe de qua & Pſalmiſta dicit: Signa
2.Tim.4.b tum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Et A-
poſtolus loquebatur: Curſum conſummaui, fidem
ſeruaui, de cætero
repoſita eſt mihi
corona iuſticiæ,
quã reddet mihi iu
ſtus iudex. Et in a-
lio loco ad creden
Philip.4.a tes: Gaudium meũ
et corona mea Glo
ria eñ patrũ filij.
Prouer.17.a Et ĩ Salomone ſcri
bitur: Corona glorię ſenectus, eorum uidelicet qui
deſtruxerunt ea quæ paruulorum ſunt, & poſt æta
tem perfecti uiri uenerũt ad ſenectutẽ & patrũ no-
1.Ioan.2.b mina. Quibus ſcribit Ioannes poſt pueros & iuue-
1.Cor.13.e nes qui poſſunt dicere: Qñ erã paruulus, loquebar
ut paruulus, ſapiebam ut paruulus, cogitabam ut
paruulus: qñ factus ſum uir, deſtruxi ea quæ par-
uuli ſunt. a ¶ Et ornata &c.) Crebro diximus au-
rũ ad mẽtẽ, argẽtũ ad eloquium ꝑtinere. Tribuatq;
nobis dñs, ut diuinũ ſenſum accipere mereamur at
q; ſapientiã, & id qđ mẽte cõcipimus eloquij uenu-
ſtate proferre, & nequaq; ex his facere idolum ſicut
Oſee.2.b faciunt hæretici: de quibus ſcriptum eſt: Dedi eis ar
gentum & aurum: ipſi uero ex argento & auro fe-
cerunt Baal. Et hoc magis iuxta intelligentiam ſpiri
B tualem, ornatui aptum eſt fœminarũ. Alioquin ar-
genti uilior materia, ruſticarum & pauperum ancil
larumq; ornatus eſt, qui non conuenit Hieruſalem
quę in reginam dicitur profeciſſe. b ¶ Et ueſtita es
byſſo &c.) Verbum Hebraicum בְּשֵׁשׁ: & hic Theo
dotio ipſum ut ſupra poſuit. Aquila ἀνθιμον, Sym-
machus polymitum. Nos autem quod ſupra ſubti
le: hic iuxta Symmachum polymitũ diximus: Lxx.
τρίχαπτα tranſtulerunt: ſeruantes interpretationem
præteritam: ut ad ſimilitudinem capillorum tenuia
ueſtimenta monſtrarẽt. Omnis autem ornatus de-
ſcribitur fœminarum, ut lauetur, ut mundetur, ut
ungatur oleo, & diſcoloribus ueſtiatur, calcietur
hyacintho, accingatur byſſo, induatur trichaptis
ſiue ſubtilibus, accipiat armillas & torquem au-
ream: circulos in ora pendentes, & rotulas in auri-
bus, diadema in capite: auro argentoq; decoretur:
q̃q; argenti uilior ſit materia: & poſt omnia infe-
ratur: Veſtita es byſſo & polymito & uerſicolori-
bus: ſiue ut Lxx. tranſtulerunt, amictu & pallijs,
hoc enim περιβόλαια ſignificant, ut non ſolum cul-
tu corporis eſſet ornata, & omnia haberet moni-
lia fœminarum, ſed ſtrati quoq; eius & lectuli ſol
licita eſſet diligentia maritalis, ut poſtq; iſta com-
pleſſet, ueniret ad ciborum delicias, & ne in his qui
dem aliquid ei deeſſe pateretur. Quæ omnia iu-
xta ſuperiorem explanationẽ aptabimus intelligẽ-
tiæ ſpirituali: ut byſſinis opiatur atq; ſubtilibus, ne
delicata coniugis membra graui palliorum onere
prægrauent, ſed & uſum pariter exhibeãt & deco- C
rem. c ¶ Similam & mel &c.) Poſt ueſtitum, cibo-
rum curã gerit, ut comedat Hieruſalẽ ſimilã & mel
& oleũ: uel per partes, ut pleriq; æſtimant, uel com-
mixtione triũ, dulciorem panem, qui panis de cœlo
deſcẽdit: ac ſub tri Ioan.6.d
bus nominibus, ut
nõnulli putant, ſa-
cramẽtum indicat
trinitatis: non quo
alia atque alia ſub-
ſtantia ſit, ſed quo
diuerſis ſimilæ &
mellis & olei nomi
nibus, patris & fi-
lij & ſpirituſſancti una dulcedo monſtretur. Et hoc
animaduertendũ, quod in multis ſacrificijs offerat
ſimila, medulla frumẽti atq; puriſſima: de qua ſcri-
ptum: Et de adipe frumẽti ſaturauit eos: nõ de hor- Pſal.80.c
deo nec de farina, quę tũc ſolũ offert, qñ maritus ze
lotipię ſpiritu cõmouet. In Iudicũ uolumine Debo Iudic.4.
rã legimus, quæ interpretat apis: cuius ꝓphetia mel דְּבוֹרָה
la dulciſſima ſunt, & refert ad ſpiritũſanctũ, q apud
Hebræos appellat genere fœminino רוּחַ. In euan-
gelio quoq; Hebræorum quod lectitant Nazaræi,
ſaluator inducit loquẽs: Modo me arripuit mater
mea, ſpirituſſanctus. Porrò ſimila quæ de frumen-
to conficitur, refertur ad dñm, qui de ſemetipſo ait:
Niſi granum tritici ceciderit & in terra mortuũ fue Ioan.12.d
rit, ipſum ſolũ manet. Sin aũt mortuũ fuerit, multũ
fructũ affert. Oleum uero quod laſſorũ membra ſu
ſtentat & reficit, & eſt luminis nutrimẽtũ, et quo in D
tabernaculo dei iuge lucernæ lumẽ accẽdit, patri di
cit cõuenire. Quæ omĩa unam credẽtibus tribuunt
gratiã: dicẽte apoſtolo: Diuiſiones ſunt gratiarum, 1.Cor.12.d
unus aũt ſpũs: & diuiſiones miniſteriorũ, unus aũt
dñs: & diuiſiones operationũ, unus aũt & idẽ deus.
Qui talem comederit cibũ, & hoc dulciſſimo & ſua
uiſſimo pane oleiq; ſplendore fulgẽte paſtus fuerit
ac nutritus, uertet in decorẽ & fiet pulcherrimus:
non ſemel ſed repetito nimis nimis. Duplicatũ eñ
aduerbium pondus facit orationis: quo ad pulchri
tudinis maguitudinem addi ultra nihil poſſit.
d ¶ Et profeciſti &c.) Hoc in Lxx. non habetur:
qui forſitan Alexandriæ in Græcum ſermonẽ ſcri
pturas ex Hebraica ueritate uertentes: timuerunt
hoc ædere: ne regẽ Aegypti uiderentur offendere,
dũ à deo Hierlm debitũ regnũ eſſe cõmemorarent:
q̃q; eruditi ſolos quinq; libros Moyſi ab eis inter-
pretatos probẽt. Poſt ornatum ergo multiplicem,
poſt coronam, poſt auri & argenti abundantiam,
poſt indumẽta palliaq; pulcherrima, poſt decorem
incredibilẽ proficit in reginam, quia ciuitas eſt ma-
gni regis, de quo ſcriptũ eſt: Deus iudicium tuũ re- Pſal.71.a
gi da, & iuſticiam tuã filio regis. Et in Apocalypſi Apocal.21.a
Ioannis Hieruſalem quaſi ſponſa ornata atq; cõpo-
ſita deſcribitur uiro ſuo. In pſalmis quoq; de eadẽ
dicit: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaura- Pſal.44.c
to circundata uarietate. Omne autẽ quod dicimus
X de Hie-

E de Hieruſalē,ne in ſingulis hæreamus,& librorum magnitudo tædiū legētibus faciat,referamus ad eccleſiã. Si em̄ Hierl'm,iuxta apl'm, mater noſtra eſt, mater aūt noſtra eccleſia eſt, cõſequēter, Hieruſalē
Gal.4.d eccleſia eſt,mater primitiuorū qui deſcripti ſunt in cœlis. a ¶Et egreſſum eſt &c.)Hunc locum manifeſtius interpretatus eſt Symmachus: Et egreſſum eſt nomē tuū in gētes quod ꝑfectū erat ꝓpter dignitatem meam quã poſuerã ſuper te, dicit dn̄s deus. Et eſt ſenſus:Meis bn̄ficijs meaq; incredibili largitate ad reginæ uocabulum perueniſti: ita ut de te oīm gētiū ſermo loqueretur, & eſſes nõ tuis meritis atque uirtutibus,ſed mea libera
Pſal.126.d litate perfecta. Niſi em̄ dn̄s ædificauerit domū, in
F uanum laborauerūt qui ædificãt eã. Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilabit qui cuſtodit eam.
1.Cor.3.b Qui plantat enim & qui rigat nihil eſt, niſi dn̄s de-
Rom.9.c derit incrementū;quia non eſt uolētis neq; currentis,ſed miſerentis dei: ut poſtq; oīa fecerimus, dica-
Luc.17.c mus:Serui inutiles ſumus,q̃ debuimus facere fecimus. Non quo ex beneficentia dei liberū homini tollat arbitriū,ſed quo ipſa libertas dn̄m habere debeat adiutorē. b ¶Et habens fiduciã &c.)Grande diſcrimen,nõ in dei clementia,ſed in ſuo decore cõfidere.Quãtoq; quis ſublimior fuerit,debet timere ne corruat,& fornicetur in nomine ſuo. Aduerſariæ ſiquidē poteſtates ſolitos contemnunt cibos, &
Abac.1.d peregrina alimenta deſiderant. Vn̄ de diabolo dicitur:Eſcæ eius electæ. Nõ uult quemlibet decipere. Saul regē qui electus à dn̄o eſt, & Iudã apoſtolum ſupplantare feſtinat. Nõ ergo cõfidamus in ꝓpria pulchritudine nec dei liberalitatē, noſtrã putemus
Prouer. 27.d eſſe uirtutem:ſed potius audiamus: Ne glorieris in
Gal.6.a craſtinū:Neſcis em̄ quid uentura pariat dies. Et in alio loco:Fratres ſi præuentus fuerit homo in aliquo peccato:uos q ſpirituales eſtis perficite huiuſcemodi in ſpiritu mãſuetudinis,cõſyderans teipſum, ne forte & tu tenteris. Neq; exponamus ſiue effundamus fornicationem noſtrã omni trãſeunti: ut nõ dei in quē credimus,ſed eius fiamus à quo polluimur. Qui cuncta recipit uitia, & diuerſorum peccatorū ſpiritū tranſeuntē,ſuo ſuſcipit gremio, & diuaricat pedes ſuos omni tranſeunti: iſte effundit fornicationē ſuã, & eius incipit ſuſtinere dominatum,cuius hoſpes extiterit. c ¶Et ſumens &c.) Symmachus hūc locū ita interpretatus eſt, Cumq;
tuliſſes de ueſtibus tuis,feciſti tibi excelſa multicoloria,& fornicata es in eis,non facta neque futura.
G Pro cõſutis & uerſicoloribus & excelſis ſiue idolis: Aquila & Theodotio ἐμβολίσματα tranſtulerūt: qđ ſignificat diuerſos pãnos hinc inde conſutos,& inſtar emplaſtri factū idolū, quaſi πολύχρωμον ueſtimentū. Veſtiui,inquit, te uerſicoloribus, & induta es byſſo et polymito et multarū uarietate formarū. Tu aūt ueſtimenta tua quibus mea largitate donata es tuliſti,& feciſti tibi idola uel excelſa,q̃ Hebraice dicūtur בָּמוֹת: qđ nunq; ante factū eſt neq; fiet, ut q̃ acceperis ad ornatū, tranſtuleris ad iniuriã donatoris. Quod ſuꝑ Hieruſalē iuxta literã intelligi poteſt: ut omnia p̄cepta legis & diuitias ac rerū oīm abundantiã idolis deputauerit:quod gens alia non fecerit nec factura ſit.
H Omnes em̄ nationes quæ à principio idolis ſeruierunt,nõ tanti criminis reæ ſunt. Noſtra aūt Hieruſalem q̃ interpretatur uiſio pacis,ab hæreticis ſcinditur:qn̄ unū & alterū teſtimoniū ſcripturarum de proprijs carpētes locis,conãtur aſſuere his quibus nõ queūt coaptare. Ad quos & ſupra dictū in hoc eodē ꝓpheta legimus: Væ his qui cõſuunt ceruica- Supra.13c.
lia ſub omni cubito manus, & faciunt operimenta ſuper caput uniuerſæ ætatis:quod dn̄s fieri prohibens,loquit̃ in euangelio: Nemo aſſumit cõmiſſu- Matth.9.b
ram pãni rudis in ueteri ueſtimento:Alioquin tollit de plenitudine eius & peior ſciſſura fiet:nec mittunt uinū nouum in utres ueteres. Tales ſunt Nazaræi,qui ueteris legis obſeruantiã,euãgelicæ gratiæ aptare conãtur. Et oẽs hæretici,qui teſtimoniū in ſuo loco alteri ſenſui cõgruens, alteri nitūtur aſſuere,cū dn̄ica tunica deſuper texta per totū, ſcindi omnino nõ poſſit,ſed texta ſpūſancto nullam recipiat ſciſſionē. Qđ aūt dicit̃ iuxta Lxx. & nõ intrabis neq; erit,hoc ſignificat:Cū tibi idola feceris ꝑuerſorum dogmatū q̃ arbitraris excelſa,& fornicata ſis ſuper eis,credens in his q̃ ipſa finxiſti, templū dei intrare nõ poteris,& ſimulacra tua ſubſtantiam nõ habebūt,neq; erunt in perpetuū:dicēte apoſto- 1.Cor.8.d
lo:Scimus em̄ quia nihil eſt idolū in mūdo. d ¶Et tuliſti uaſa decoris &c.)Iuxta literã dn̄s lege præcepit ut fierent turibula,phialæ,cãdelabrum, arca teſtamenti:cunctaq; uel aurea uel deaurata, & alia ex argento,quæ omnia cõflauit Hieruſalem & uertit in idola Belis ſiue Baalis, Chamos & Aſtaroth, & Melchom.

| | |
|---|---|
| a HEB. Et ēgreſſum eſt nomen tuū in gẽtes propter ſpeciem tuam, quia perfecta eras in decore meo quem poſui ſuper te, dicit dominus deus. | SEP. Et exiuit nomen tuū in gentes in ſpecie tua: quia completum erat in pulchritudine quam poſui ſuper te,dicit dominus deus. |

b Et habens fiduciam in pulchritudine tua: fornicata es in nomine tuo,& expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti ut eius fieres.

| | |
|---|---|
| c HEB. Et ſumēns de ueſtimētis tuis, feciſti tibi excelſa hinc inde cõſuta, & fornicata es ſuꝑ eis: ſicut non eſt factū, neq; futurū eſt. | SEP. Et tuliſti de ueſtibus tuis , & feciſti tibi idola conſuta,& fornicata es ſuper eis,& non ingredieris neq; fiet. |

d Et tuliſti uaſa decoris tui de auro meo atque argento meo



A Melchom. Iuxta intelligentiam ſpiritualem de auro & argēto ſanctarum ſcripturarū idola facimus, qn̄ gratiam ſenſus & eloquentiæ,hæretica prauitate corrumpimus,& ponimus in cœlo os noſtrū, & lingua noſtra pertrãſit in terrã. Maſculinæ aūt dicuntur imagines,in quibus omnis hæreſis fornicatur,ex eo qđ unuſquiſq; ſe putat robuſtiſſima colere,et habere q̃ finxit: nec ulla poſſe oppugnatione ſubuerti. Hæ ſunt imagines quas de nr̃o corde cõfinximus, & q̃ in cœleſti Hieruſalē deſtruēdæ ſunt:de quibus
Pſal.72.c propheta pronūciat: Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum diſſipabis. Quicunq; enim homo
Ibidem.38.b eſt & dei nomē amiſit,dicitur de eo: Verūtamen in imagine perambulat homo, ueruntamen fruſtra conturbatur. Nos autem unum habemus uirum,et unam ueneramur imaginem,quæ eſt imago inuiſibilis & omnipotentis dei. a ¶Et ſumpſiſti ueſtimenta tua multicoloria & operuiſti illas: &c.) Subauditur imagines maſculinas: ut omnem cultum quem acceperat ad utendum, uerteret in blaſ- C
phemiam:Hoc autem facimus: quotiens prudentia,temperantia,fortitudine,iuſticia, cunctiſq; uirtutibus hæreticam circūdamus prauitatem, & ſub occaſione earum, ſimplices quoſq; decipimus: ut uidentes mella uirtutū, uitiorum uenena nõ caueant. b ¶Et oleū meum & thymiama &c.) Oleum de quo ſupra diximus,& thymiama ſiue incenſum,de quo pſalmiſta proclamat:Dirigatur Pſal.140.d
oratio mea ſicut incenſū in conſpectu tuo:& panes propoſitionis quos deo iubemur offerre: ſimilam quoq; ſenſum puriſſimum ſcripturarum:& mel quod guſtauit Ionathan,& aperti ſunt oculi eius,& confortatus eſt, po- 1.Reg.14.d
ſuit miſera Hieruſalem in conſpectu idolorum ſiue coram imaginibus maſculinis:ut eſſent his in odorem ſuauitatis. Quę natura ſua dulcia ſunt atq; ſuauiſſima:ſed dum offerūtur idolis falſiſq; doctrinis, uertuntur in amaritudinem.

Cõmentarij quarti in Ezechielē prophetã finis.

meo quod dedi tibi ,& feciſti tibi imagines maſculinas,& fornicata es in eis. Et ſumpſiſti
a ueſtimēta tua multicoloria, & operuiſti illas.
b Et oleum meum & thymiama meum poſuiſti coram eis. Et panem meum( ſiue ut Lxx. tranſtulerunt,panes meos)quem dedi tibi:ſimilam & oleum et mel quibus enutriui te,poſuiſti ea in cõſpectu eorū in odorē ſuauitatis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM COMMEMTARIORUM Ezechielis ad Euſtochium procemium.

B NE librorum numerus confundatur, & per longa tēporum ſpacia:diuerſorum inter ſe uoluminum ordo uitietur,præfatiunculas ſingulis libris præpoſui:ut ex fronte tituli ſtatim lector agnoſcat,quotus ſibi liber legendus,& quæ nobis prophetia explananda ſit. In præterito igitur uolumine,id eſt,quarto, partem prophetiæ cõtra Hieruſalem,cuius iſtud exordiū eſt:Radix tua & generatio tua de terra Chanaan:uſq; ad eum locum,ubi ſcriptum eſt:Similam & oleum & mel quibus enutriui te,poſuiſti in conſpectu eorum in odorem ſuauitatis:ut potui breui ſermone diſſerui. Nunc eiuſdem prophetiæ pars reliqua cū cæteris quæ ſequuntur,quinto uolumini,& tuo Euſtochium nomini dedicatur. In quo nihil ex arte Rhetorica:nihil ex cõpoſitione reperies,& uenuſtate uerborum:ſed curam ſimplicis & ſolertis diligentiæ:ut iſta & ſola laus mea ſit,ſi prophetæ per me dicta intelligas. D

### COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber quintus.

ET factum eſt ait dominus deus: & tuliſti filios tuos & filias &c.) Quod filios ſuos & filias Hieruſalem de quibus ſcriptum eſt: Filios genui & exaltaui:ipſi autem ſpreuerunt me: idolis immolauerit, ſancta ſcriptura com
Eſa.1.a memorat: Immolauerūt filios ſuos & filias ſuas dęmo
Pſal.105.f nibus. Et iterū:Effuderūt ſanguinē innocentem,ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum quas immolauerunt ſculptilibus Chanaan. Suos autem uocat iuxta Hebraicum. Ipſe em̄ de eis dixerat:Filius primogenitus meus Iſraël. Si- Exo.4.f
ue iuxta Lxx. tuos,quos de fornicatione genuiſti. In eo autem loco in quo nos poſuimus,et dediſti illos conſecrãs eis: pro quo Lxx. tranſtulerūt,& dediſti eos ad placandum ſiue expiandum: Aquila, Symmachus & Theodotio poſuerunt,tranſtuliſti &

| | |
|---|---|
| c ET factum ēſt ait dominus deus: & tuliſti filios tuos & filias tuas, quas genuiſti mihi:& immolaſti eis ad deuorandū. Nūquid parua eſt fornicatio tua, im- | ET factum eſt poſt hæc dicit adonaï dominus: & tuliſti filios tuos, & filias tuas quas genuiſti, & immolaſti eis in conſumptionē: quaſi parum fornicata ſis: |

E transduxiſti eos: quia ethnici per ignem filios ſuos uel transferunt paruulos uel adultos tranſire compellunt. Cum hæc, ait, feceris, non es recordata infantiæ tuæ, quando tuli te conſperſam ſanguine & laui, & poſt multa quę propheticus ſermo narrauit copulaui mihi. Noſtra quoq; Hierl'm ſi hæretica fraudulentia ſupplantata fuerit, tollit filios ſuos qui robuſtiores ſunt in fide, & filias quæ non habent tantam fidei fortitudinē: Aut certe filios qui myſtica quæq; cognoſcũt: filias quæ ſimplicem ſequuntur hiſtoriam, & tradit dæmonibus deuorandos, & cum interficiat eos, uiuificare ſe credit & placare ſimulacra: quorum occiſione ſaturanť. Quodq; F dicitur iuxta Lxx. hoc eſt, ſup omnē fornicationē tuã, & abominationes tuas: illud ſignificat, ꝙ cunctis peccatis & fornicationibus peior ſit doctrina hæreticorũ, quæ dei filios facit filios dæmonum: imò interficit eos, quos uel multo labore genuerat deo: uel ſuos fecerat filios quos in fornicatione generauit. a ¶Et accidit poſt omnem maliciam tuam: uæ uæ tibi, dicit dominus deus &c.) Hoc quod ſecundo dicitur, uæ, uæ tibi, uulgata æditio non habet: Sed de Theodotionis æditione additum eſt. Rurſumq; ubi nos diximus: Et ędificaſti tibi lupanar, ꝓ quo Lxx. tranſtulerunt: Et ædificaſti tibi habitaculum fornicationis: Symmachus & Theodotio πορνεῖον interpretati ſunt: Aquila uolens exprimere etymologiam ſermonis Hebraici גַּב, poſuit βόθυνον, quod nos dicere poſſumus, foueam: ut ſignificet ganeam ac defoſſum ſpecum atq; tenebroſum: in quo proſtitutarum libido uerſatur. Quodq; ſequitur: Et feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis: pro quo Lxx. tranſtulerunt ἔκθεμα, in Hebraico habet רָמָה: & tã Aquila, ꝙ Symmachus, & Theodotio, excelſum ſiue ſublime interpretati ſunt. Deniq; & in cõſequẽtibus, ubi ſcriptũ eſt: Ad om̃e caput uiæ ædificaſti ſignũ proſtitutiõis tuæ: Pro ſigno & fornicatione, rurſum in Hebræo habet רָמָה: qđ nos uel proſtibulũ, uel ſignum interpretati ſumus: cum

HEB. molantis filios meos: & dediſti illos conſecrans eis. Et poſt omnes abominationes tuas & fornicationes non es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, quando eras nuda & confuſionis plena, cõculcata in ſanguine tuo. a Et åccidit poſt omnē maliciam tuam: uæ uæ tibi, dicit dominus deus. Et ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulũ in cunctis plateis. Ad omne caput uiæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti decorē tuũ, & diuiſiſti pedes tuos om̃i tranſeũti: & multiplicaſti fornicatiões tuas. Et fornicata es cũ filijs Aegypti uicinis tuis magna-

SEP. & interfeciſti filios tuos, & dediſti eos cũ offerres illis: hoc eſt, ſuper omnē fornicationē tuam & abominationes tuas, et nõ es recordata diei infantiæ tuæ qñ eras nuda & ignominioſa: mixta in ſanguine tuo uixiſti. Et factũ eſt poſt om̃es malicias tuas: uæ uæ tibi, dicit adonai dñs. Et ædificaſti tibi habitaculũ fornicationis: & feciſti tibi proſtitutionē in omni platea. Et in principio omnis uiæ ædificaſti fornicationes tuas: & corrupiſti decorē tuũ: & diuaricaſti crura tua omni tranſeũti, & multiplicaſti fornicationē tuã: & fornicata es cũ filijs Aegypti uicinis tuis qui ſunt magnarum

G apud Hebræos unũ uocabulũ ſit: hoc aũt ponitur, ſiue excelſius ſit: ut uolẽtibus fornicari, ꝓcul appareat fornicationis locus, & nõ neceſſe ſit quæri. Qđ ſemel & iterũ atq; iterũ diximus, in perpetuũ dixiſſe ſufficiat, ſub perſona mulieris poſt multa ꝗ mariti bñficia fornicantis deſcribi fornicationem Hieruſalem, qũo à deo receſſerit, et iuncta ſit idolis, nec occulta fuerit fornicatione cõtenta, ſed ædificauerit ſibi lupanar, et in om̃i uia ſignũ trãſeũtibus poſuerit, ut uenirent ad ſcortũ & ſatiarẽt libidinē, nõ tã ſuam ꝗ eius ꝗ diuaricauit crura ſua omni tranſeunti: & pulchritudinis magnitudinē fornicationis magnitudine deturparit, et inter cætera etiã Aegyptijs uicinis ſuis H amore magnarum carnium proſtrata ſit: Et ut omne genus turpitudinis demõſtraret, multiplici ſpurcitię genere deformata ſit. Nulli aũt dubium, quod Aegypto uicina ſit Palæſtina: dicente domino ad Abraham: Dabo tibi omnē terram à fluuio Aegypti, uſq; ad fluuium magnum Euphratē: Gene. 15.d ut ex una parte Aegyptios, & ex altera habeat Aſſyrios: cum quibus & in poſterioribus dicitur fornicata. Fornicatio autem Hieruſalem cum Aegyptijs, idololatriæ eorum imitatio eſt. Ad noſtram autem Hieruſalem, ſiue eccleſiam, ſiue credentium animas, ſi fuerint negligentes, & omnibus uitijs patuerint, duplex maledictionis ſermo dirigitur, ut audiant: Væ uæ tibi, ait dominus deus, iuxta illud qđ in Apocalypſi Ioannis ſcriptum eſt: Væ ſuper omnes habitatores terræ. Apoca. 8.d Si enim ſanctus dicit: Pſal. 38.d Aduena ſum & peregrinus ſicut omnes patres mei, quare non peccator habitator terræ eſſe dicitur? Aedificat aũt ſibi lupanar: qui tota frontis libertate delinquit: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Peccator cũ uenerit in profundum iniquitatis, contemnit. Prouer. 18.a Et extruit altiſſimum locũ in cunctis plateis: Lata eñ & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad mortē. Et in omni capite uiæ ædificat: ut nulla peccatorũ genera derelinquat: ſed imitãs ſcortũ prouerbiorum, manifeſte in plateis & in angulis platearũ, prætereuntes ſtul-

tos



A tos iuuenes ad ſuos ĩuitet amplexus, & polluat decorem animæ, quem pro beneficio à deo conditore ſortita eſt. Et omnia itinera eius plena ſunt turpitudinis cunctiſq; cogitationibus quæ uitiorum incentiua ſuppeditant, aperit cor ſuũ, & crura diuaricat, & fornicať cũ Aegyptijs uicinis ſuis, quorũ exempla ſectatur, ethnicis uidelicet qui in ſuis turpitudinibus gloriaňť, & tã nefaria eſt, ut ipſos quoq; ſuperet ꝗ in turpitudĩe. Et hæc omnia facit, ut deum ad iracundiam prouocet. Magnarum aũt carnium, Aegyptij eſſe dicũtur, ſiue ob turpitudinis magnitudinē, ſiue ob peccatorum deformitatem. Vnde ſanctus, carnium dicitur paruularum, quæ in eo decreſcunt quotidie & per uirtutes attenuantur: ita ut nequaquam caro appelletur, ſed ſpiritus, & loquatur in pſalmo: Pſal. 62.a Sitiuit anima mea ad te deus quam multipliciter tibi caro mea: Siue (ut quædã habẽt exemplaria) quomodo conſumpta eſt caro mea: In terra deſerta & inuia & inaquoſa: ſic in ſancto apparui tibi. Quam B obrem & Corinthius fornicator traditur in interitum carnis, 1.Cor. 5.b ut ſpiritus ſaluus fiat. De hac carne ſcriptum eſt: Eſa. 40.b Omnis caro fœnum, et omnis gloria eius quaſi flos fœni. Aruit fœnum, & flos eius decidit: uerbum autem domini manet in æternum. De qua 1.Cor. 15.f & apoſtolus loquebatur: Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt. Et in Geneſi loquitur deus: Gen. 6.a Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quia caro ſunt. Et ad credentes dicitur: Qui in carne ſunt, Rom. 8.b deo placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Alia autem caro ſanctorum eſt, de qua ſcriptum eſt: Omnis caro uidebit ſalutare dei. Eſa. 40.b a ¶Si autem extendero manum meã ſuper te, &c.) Quodq; ſequitur: ἠσέβησας, hoc eſt: Impie egiſti. iuxta Lxx. ſequenti capitulo coaptatur: iuxta cæteros finis ſuperioris eſt. Extendit autem dominus ſuper Hieruſalem manum ſuam: ut corrigat delinquentem, & auferat legitima eius, quæ quamdiu dei præcepta ſeruabat, legitima domini dicebantur. Quando uero adorauit idola, & religionem in impietatem mutauit, legitima illius appellantur. Quod non ſolum in lege & cere- Exod. 31.c monijs, ſed in ſabbatis quoque & diebus feſtis & neomenijs accipiendum eſt. Dans enim legem, Deut. 5.b ait: Sabbata mea & dies feſtos meos. Quando Eſa. 5.d autem receſſerunt à deo, dicitur eis: Neomenias ueſtras, & ſabbata, & diem magnum non recipiam: Ieiunium & ocium & ſolennitates ueſtras odit anima mea. Quod & de populo ſcriptum Deut. 7.a eſt. Qui enim prius dei populus uocabatur: poſt-

HEB. rũ carniũ, & multiplicaſti fornicationem tuam ad iritandum me. Ecce ego extendi manum meam ſuper te, et auferam iuſtificationem tuam, & dabo te animis odientium te, filiarum Palæſtinarum, quæ erubeſcunt in uia tua ſcelerata. Et for-

SEP. rũ carniũ: et multipliciter fornicata es ut me ad iracundiam prouocares. a Si autem ẽxtendero manum meam ſuper te, & auferam legitima tua, & dabo te in animas odientium te, filiarum alienigenarũ, quæ te declinare fecerũt de uia tua. Impie egiſti

quàm receſſit à domino, dicitur de eo ad Moyſen: C peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra Ae- Exod. 32.b gypti. Quæ hic extenſio manus, alibi eleuatio ſiue uiſitatio dicitur. Quando enim peccantem nõ corripit deus, contrahit manum ſuam. Sin autē peccauerit, & in dei lege cœperit ęgrotare, mittitur ad eũ uiſitatio: iuxta illud quod in pſalmo canitur: Pſal. 88.e Si dereliquerint filij eius legē meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: uiſitabo in uirga iniquitates eorum. Et in hoc propheta ſcriptum eſt: Terra ſi peccauerit mihi ut delinquat delictum, extendam manum meam ſuper eam, & conteram firmamentum panis eius: & reliqua. In quo quærimus quid ſit inter extenſionē manus, & emiſſionem eius. Loquitur diabolus ad dominum: Mitte manum tuam, & tange omnia ꝗ Iob. 2.b habet: niſi in facie benedixerit tibi. Videturq; mihi, mitti manus ad probationem eorum quibus mittitur: Extendi autem ad pœnas eorum qui merentur ſupplicia. Nec ſolum extenſio, & immiſſio ſed expanſio manus dei dicitur, Eſaia ex perſona domini D proclamante: Tota die expandi manus meas ad po- Eſa. 65.a pulum non credentem & contradicentem. Sanctus quoque leuare narratur manus, ſcriptura dicente: Eleuatio manuum mearum ſacrificium ueſpertinũ. Pſal. 140.a Sublatis autem legitimis dei à populo Iudæorum: interrogemus eos quam habeant legis obſeruantiam. Victimas ſublato templo atq; ſubuerſo offerre non poſſunt: nec adulterarum lapidatio, cæterorumq; criminum lege conceſſa exerceri poteſt, & uacatio terræ anno remiſſionis, & cætera huiuſcemodi. Datur autem in animas odientium ſe filiarũ Palæſtinarum, quando traditur Palæſtinis: quos indifferenter Lxx. alienigenas uocant: quas intelligere poſſumus urbes uel oppida Palæſtinæ. Noſtra quoq; Hieruſalem, ſi præterierimus ceremonias dei, & extenta fuerit manus eius ſuper nos, & ablata cuncta legis obſeruantia, tradetur filiabus Palæſtinæ & non filijs. Neq; enim primum fortioribus ſupplicijs tradimur, ſed iuxta peccatorum qualitatem inferioribus: ut correpti in minori, maiora cruciatuum tormenta uitemus. Philiſtim, hoc eſt, Palæſtini, prima literarum parte mutata, interpretantur cadentes poculo, ſiue fractura. Per quæ ſignificatur tradẽdos nos aduerſarijs poteſtatibus: quæ biberunt de calice Babylonis & corruerunt, & quarum opera peruerſa ſunt. Tantaq; erit miſeræ Hieruſalem correptio atque ignominia, ut erubeſcant etiam ipſæ aduerſariæ poteſtates ſuper noſtrorum magnitudine peccatorum. Quod nos in-

 terpreta

E terpretati ſumus iuxta Symmachum, ſcelerata: Theodotio ipſum uerbum Hebraicum poſuit וזמה. Sublatis autem ceremonijs dei à populo Iudæorũ, ad nos cum ſacerdotio tranſit & legiſlatio dicente
Pſal.9.d ſcriptura: Conſtitue dñe legiſlatorem ſuper eos. Et
Ibidem.26.d in alio loco: Legẽ pone mihi domine in uia tua.

a HEB. nicata es in filijs Aſſyriorum: eo quod necdũ fueris expleta, & poſtquàm fornicata es, nec ſic es ſatiata. Et multiplicaſti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldęis, & nec ſic ſatiata es. In b quo mundabo cor tuum, ait dominus deus, cum facias hæc omnia opera mulieris meretricis, & procacis? Quia fabricata es lupanar tuum in capite omnis uiæ, & excelſum tuum feciſti in omni platea: nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens precium.

SEP. egiſti: & fornicata es in filias Aſſur, & nec ſic ſatiata es, & fornicata es, & nõ es repleta: & multiplicaſti teſtamẽta tua ad terrã Chanaan & Chaldæorũ: & neq; in iſtis expleta es. Quid faciã cordi tuo, dicit adonai dominus, cum feceris hęc omnia oꝑa mulieris fornicariæ & impudẽtis? & fornicata es tripliciter ĩ filiabus tuis qñ ædificaſti lupanar tuũ in principio omnis uiæ: & Baſim tuã feciſti in omni platea, & non fuiſti quaſi meretrix cõgregans mercedes. Mulier

a ¶Et fornicata &c.) Supra ſcriptũ eſt, Hieruſalẽ fornicatã cũ filijs Aegypti uicinis ſuis, q ſunt magnarũ carniũ: hic altera Aſſyriorũ uicinitas indicaẽ. Et ꝓpterea utriſq; traduntur gentibus: quia utrarunq; ſimulacra uenerati ſunt: ingredientesq; Chaldæã, quæ eſt terra Chanaã, imitati ſunt eorum errores, quorum imperio ſubiacebant.
Tropol. Secundum Tropologiam, de alijs
F peccatis ad alia ſæpe tranſimus. Cumq; non egerimus priorũ ſcelerũ pœnitentiam, augemus delicta delictis, & nullo errore ſatiamur: ſed quaſi fune longo & corrigia iugi uitulæ trahimus peccata, & teſtamentum noſtrum ſiue fornicationem multiplicamus in terra Chanaan: quæ interpretatur quaſi fluctuatio, & cum Chaldæis, qui & ipſi nobiſcũ ſonant quaſi dæmonia. Semperq; ueſtigia habemus in ſalo, & nunquã
Pſal.39.d poſſumus dicere: Statuit ſupra petrã pedes meos. Hæreticorumq; prauitatibus ſubijcimur, qui ha-
Ephe.6.b bent ſimilitudinem dæmonum, ſiue ipſis dæmonibus, de quibus Paulus ſcribit: Nõ eſt nobis pugna aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſum rectores tenebrarum iſtarum aduerſum ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. b ¶In quo mundabo cor tuum, ait dominus deus, cũ facias hæc omnia &c.) Quodq; dixere Lxx. Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis: in Hebraico non habetur: nec aliorum interpretum quiſpiam poſuit. ἐπαπορητικῶς autem hæc omnia ad Hieruſalem loquitur deus, quod inuenire non ualeat quo ægrotantem & ſeminecem poſſit curare medicamine: iuxta illud quod ſcribit
Eſa.5.b Eſaias: Quid eſt qđ debui ultra facere uineæ meæ,
Oſee.6.b & non fecerim ei? Et Oſee: Quid tibi faciam Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Miſericordia ueſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens. Idololatria enim tua non in occulto, ſed tota libertate commiſſa eſt: ut in omnibus uiarum principijs & compitis poneres aras, & baſim ſiue excelſum tuum, de quo ſupra diximus, faceres in omni platea. Nec imitata es callidas meretrices, quæ ſolẽt difficultate augere libidinis preciũ, & ex hoc magis amatores ad inſaniam prouocare. G
Siue iuxta Lxx. Non fuiſti quaſi meretrix congregans mercedes, ſed dediſti q̃ accipere debueras: ut nec in eo quod fornicata es & ſecuta dęmones, eorũ protegereris auxilio: ſed uarijs oppreſſa captiuitatibus, ſentires calamitates tuas. Qđ quidẽ & ad oẽm animã Chriſtianam referri poteſt q̃ deſerto cultu dei, uitijs ſe, luxuriæq; permiſit: & ſecularem ſecuta uitam, ne in ea quidem egit feliciter, ſed & diuitias religionis perdidit & mundi diuitias non accepit: nec in conſtuprando ea fuit aliqua difficultas, ſed ipſa ſe ingeſſit amatoribus ſuis. H Eſt autem & alia fornicatio ſpiritualis, quando deſerentes eccleſiam, hęreticis iungimur, & ædificamus lupanar noſtrum in capite omnis uiæ, quibus præcipit ſermo diuinus: State in uijs, & q̃rite ſemitas domini ſem- Hier.6.d piternas, & uidete quæ ſit uia bona & ambulate in ea, Moyſi uidelicet, Ieſu, Iudicum & Regum libris, Eſaiaq; & Hieremia, & alijs prophetis. In omnibus uiarum principijs fabricatur lupanar ſuum, qui ad peruerſitatem doctrinæ, teſtimonijs male abutitur ſcripturarum, & dicit: Hæc ait Eſaias: hæc dicit Oſee: hæc locutus eſt Moyſes: hæc Daniel. Et pulchre non in medijs uijs, nec in uiarum terminis ponit lupanar ſuum, ſed in principio. Si enim ad ſcientiam & profunda diuinorum uenerit librorum, errare non poterit. Excelſum quoque ſuum ſiue baſim facit in omni platea: ethnicorum ſe & impiorum laſciuiæ uitijſq; permittens, etiam inter ipſos hæreticos cum ab eis fuerit deturpata, non habens gratiam, ſed patens contemptui: quia facile præteritam fidei perdidit caſtitatem. Hoc autem quod (ut ſupra diximus) in Hebraico non habetur: Fornicata es tripliciter in filiabus tuis: ſiue ad Hieruſalem iuxta literam dicitur, quod omni genere in ſuis oppidis & uiculis fornicata ſit: & nullus remanſerit angulus uel platea, ubi non idololatriæ ſigna condiderit: Siue eccleſiæ credentibuſq; deceptis qui non audierunt illud Apoſtoli: Ipſe autẽ deus pacis ſancti



A ſanctificet uos per omnia, ut integer ſpiritus ueſter
1.Theſſ.5.d & anima & corpus ſine querela in die aduẽtus dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruet: ſed omni genere fornicati ſunt, & corpore, & anima, & ſpiritu. Legimus in
Prouer.22.c Prouerbijs: Tu aũt ſcribe ea tripliciter, ut reſpondeas ſermones ueritatis, qui proponunt tibi. Et iubet nobis, ut eloquia ueritatis, id eſt ſcripturas ſanctas intelligamus tripliciter. Primũ, iuxta literam, ſecũdo medie per Tropologiam: tertio ſublimius: ut myſtica quæq; noſcamus. Secundũ literã, il-
1.Cor.10.b lud eſt: Neq; fornicemur, ſicut quidã eorũ fornicati ſũt, & ceciderunt una
1.Cor.10.b die uiginti tria milia. Et: Nolite murmurare, ſicut qdã de eis murmurauerunt, & perierunt
B ab exterminatore. Medie aũt & iuxta Tropologiã, quãdo recedimus à litera: & paululũ ad altiora conſcendimus, dicẽte Apoſtolo: Scriptũ
1.Cor.9.b eſt: Nõ alligabis os boui triturãti: Statimq; ſequiẽ: Nunqd de bobus cura eſt deo? An ꝓpter nos utiq; locutus eſt? Extrema aũt, id eſt, tertia & ſublimis ſa-
Ephe.5.g craq; intelligẽtia, iuxta illud eiuſdẽ Apoſtoli: Propterea relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ. Sacramentũ hoc magnũ eſt. Ego aũt dico in Chriſto & in eccl'ia. Filiæ aũt ſunt eccleſiæ fornicãtis, credẽtium prius, & poſtea deceptorũ in hæreſi animæ: quarum culpa refertur ad matrem.

a HEB. Sed quaſi mulier adultera quæ ſuper uirum ſuũ inducit alienos: omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autẽ dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & donabas eis ut intrarent ad te undique ad fornicandũ tecum. Factumq; eſt in te cõtra conſuetudinẽ mulierũ in fornicationibus tuis, & poſt te non erit fornicatio. In eo enĩ ꝙ dediſti mercedes, & mercedes non accepiſti: fa- b ctũ eſt in te cõtrariũ. Propterea meretrix audi uerbũ dñi. Hęc dicit dñs deus.

SEP. Mulier adultera ſimilis tui, à uiro ſuo accipiens mercedes: omnibus qui fornicabantur cum ea, dabat mercedes, & tu dediſti mercedes cũctis amatoribus tuis, & onerabas illos ut uenirẽt ad te per circuitũ in fornicatione tua. Et factũ eſt in te ꝑuerſum contra mulieres in fornicatione tua, & poſt te nõ ſunt fornicatæ: in eo ꝙ dares mercedes, & mercedes nõ ſunt datæ tibi, & factũ eſt in te ꝑuerſum. Propterea meretrix audi uerbum dñi, Hæc dicit adonai dñs: Quia

a ¶Sed quaſi mulier adul. &c.) Hoc quod in Lxx. ſcriptũ eſt: ſimilis tui, in Hebraico nõ habeẽ: & lectionis cõturbat ordinẽ, & facit nõ minimã quæſtionẽ, quæ mulier cuius ſimilis ſit: cum Hieruſalẽ ipſa, mulier adultera eſſe dicaẽ. Tulit igiẽ Hieruſalem rerũ omniũ abũdãtiã qua fuerat uiri liberalitate donata: & dedit eã alienis, dæmonibus uidelicet
Oſee.2.b & idolis, iuxta illud qđ ſcriptũ eſt in Oſee: Et hæc nõ cognouit: qa ego dedi ei triticũ, & uinũ, & oleũ, & argentũ multiplicaui ei: ipſa uero argẽtea & aurea fecit Baalim. Vnde iratus ſtatim infert: Propterea cõuertã & auferã triticũ meũ in tpe ſuo: & uinũ meũ in tpe ſuo: & tollã ueſtimẽta mea, & linteamina mea: ut nõ operiam ultra ignominiã eius, & nũc reuelabo immũdiciã eius in cõſpectu amatorũ illius, & nemo eruet eã de manu mea. Cũq; oẽs mulieres fornicãtes ſoleãt accipere mercedes ab amatoribus ſuis: Hieruſalẽ fecit cõtrariũ, ut magis daret quàm acciperet. C Et ut largitatem mercedis oſtenderet: Onerabat, inquit, eos ut uenirent ad ſe per circuitum: ne quis eſſet uicinus qui eius ignominiæ nõ miſceretur. Et quidem Hieruſalẽ in hoc quoq; uicit alias meretrices: ut non ſolum ſua daret, quæ pro ritu turpitudinis labore quæſiuerat, ſed & munera maritalia amatoribus & ſtupratoribus ſuis tribueret. Tantaq; fuit expoſitio adulteræ ad omnem turpitudinis magnitudinẽ, ut nõ ſolum præſentibus, ſed etiam futuris meretricibus præferatur. Vnde & nos iuxta Symmachum interpretati ſumus: Et poſt te non erit fornicatio. Collatione enim tui, omnis deinceps fornicatio leuior exiſtimabitur. Quicquid de Hieruſalẽ diximus, refer ad D eccleſiam animaſq; credentium: quæ munera maritalia, aurum uidelicet in ſenſu, & argentum in eloquio, & ueſtimenta quibus fœditas noſtra ac turpitudo uelatur, dant amatoribus ſuis: uel contrarijs fortitudinibus, uel magiſtris dogmatũ peruerſorum: quãdo aſſerunt nihil nocere luxuriã: & paſſiuam libidinem, iuxta corporis genitalia, coitũ naturali lege depoſcere: cibis omnibus indifferenter utẽdum: qui ad hoc facti ſunt, ut ſumãtur. Prudentiam in eo tantum neceſſariam, ut ſibi proſit: nec iuſticiam habere locum, quæ ſi ualeat, mẽdicandũ ſit, & cætera huiuſcemodi. Quæ accipiẽs miſera Hieruſalem, in qua uiſio pacis eſſe deberet: acumen ingenij & eloquij uenuſtatem, uertit in turpitudinẽ. Et pro amatoribus ſuis aduerſum maritum ornata proceſſit: his ornamentis in quibus in boni abuſionem à uiro fuerat ornata. Quodq; ſequitur: Et donabas eis ut intrarent ad te undiq; ad fornicandum tecum: omne genus ſignificat peccatorum, ut non uno ſit contenta delicto, ſed peccandi ſuſtineat famem, & cõtra iura naturæ omnibus turpata membris uſque ad uerticem polluatur. b ¶Propterea meretrix audi uerbum do. &c.) Primum hiſtoriæ fundamẽta iaciamus. Quia hęc & illa feciſti quæ ſuperior ſermo comprehẽdit, idcirco audi meretrix quæ feceris, & quæ paſſura ſis. Effudiſti æs tuũ qđ à me acceperas, & dediſti mercedẽ amatoribus tuis, quæ accipere debueras: & interfeciſti filios tuos, dum eos offerres idolis: ut nõ ſolũ adultera, ſed &

E parricida extiteris. Idcirco cõgregabo ſuper te oẽs amatores tuos, cum quibus fornicata es: tam eos quos dilexiſti, q̃ illos quos oderas, & adulterarũ te lege nudabo, ut omnes uideant turpitudinem tuã, & genitalia propter quæ prius amoris amentia ferebantur. Hæc aũt omnia per Metaphoram mulieris adulteræ & homicidæ, quæ nõ ſolũ cõtra uirũ ſuũ fornicata ſit, ſed & filios interfecerit, dicuntur ad Hieruſalẽ: & quod congregandæ ſint uniuerſæ gẽtes aduerſum eã quarũ adorauerit idola, & omnia dei munera in cultum eorũ cõuerterit, & deſtruat̃ templum Baal, & aræ omis ciuitatis incẽdio ſubuertantur: nihilq; in ea remaneat. Et ſicut ſolẽt cõtra adulterã oẽs
F lapides iacere & trucidare meretricem, ut ſingulorũ uulneribus occidatur, ita ut oẽs mulieres pœnã uideãt fornicariæ: ſic in cõſpectu aliarũ in circuitu ciuitatum & omniũ nationũ deſerẽdã Hieruſalem. Et hoc fieri, ut deſinat fornicari, & nõ det ultra mercedes amatoribus ſuis, & reqeſcat indignatio dei: nec iraſcat̃ ei quã amare deſierit. Ex quo perſpicimus grandẽ offẽſam eſſe nequaq; curæ haberi à deo, ſed permitti hominẽ ſceleribus ſuis atq; peccatis. Auferet̃, inquit, zelus meus à te: & requieſcã, nec iraſcar amplius, quaſi alienæ, & quæ à me receſſerit, & quã æternæ tradiderim nuditati. Si autẽ hoc paſſa eſt Hierl'm: qa cũ idolis fornicata eſt: qd eã paſſurã putamus, quando dei filiũ trucidarit? Et hæc, ait, uniuerſa feciſti: oblita beneficiorũ priſtinorum: & me ad iracundiã prouocaſti: ſiue cõtriſtaſti me: quẽ bonis opibus debueras ad gaudia ꝓuocare.

HEB. Quia effuſum eſt æs tuum, & reuelata eſt ignominia tua in fornicatione tua ſuper amatores tuos, & ſuper idola abominationum tuarũ in ſanguine filiorũ tuorũ quos dediſti eis. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus cõmixta es, & omnes quos dilexiſti cum uniuerſis quos oderas, & congregabo eos ſuper te undiq;: & nudabo ignominiã tuã corã eis, & uidebũt omnẽ turpitudinẽ tuam. Et iudicabo te iudicijs adulterarum, & effundẽtiũ ſanguinem, & dabo te in ſanguine furoris & zeli, & dabo te in manus eorum: & deſtruent lupanar tuum, & demolientur proſtibulum tuũ, & denudabũt te ueſtimẽtis tuis, & auferent uaſa decoris tui, & derelinquẽt te nudã, plenãq; ignominia. Et adducent ſuper te multitudinẽ, & lapidabũt te lapidibus, & trũcabũt te gladijs ſuis. Et comburent domos tuas igni, & faciẽt in te iudicia in oculis mulierum plurimarũ: & deſines

SEP. Quia effudiſti æs tuũ & reuelabitur ignominia tua in fornicatione tua ad amatores tuos, & in omes cogitationes iniquitatum tuarum, & in ſanguine filiorum tuorũ, quos dediſti eis. Ideo ecce ego ſuper te cõgregabo omnes amatores tuos, q̄bus cõmixta es, & omnes quos dilexiſti cum uniuerſis quos oderas, & cõgregabo eos ſup̱ te per circuitũ, & reuelabo malicias tuas ad eos, & uidebunt cunctã ignominiã tuam: & ulciſcar te ultione adulterarũ & effundentiũ ſanguinẽ, & ponã te in ſanguine furoris & zeli, & tradam te in manus eorũ: & ſuffodiẽt lupanar tuum, & deſtruent baſim tuã, & nudabunt te ueſtimẽtis tuis, & tollent uaſa gloriationis tuæ: & derelinquẽt te nudam & plenã ignominiæ: & adducẽt ſuper te multitudinẽ, & lapidabunt te lapidibus, & truncabunt te gladijs ſuis. Et ſuccendent domos tuas igni: & facient in te ultiones corã mulieribus plurimis, & auertã te à forni

G Propterea & ego reddidi tibi opa tua in caput tuũ. Et cum te ſubuertero ò adultera, tamẽ minus in te iræ meæ exercebo, q̃ meruiſti: quo & in hoc diuina clemẽtia demonſtret̃, ut maiora ſint peccata q̃ pœnæ. Iuxta Tropologiam, omnis anima accipit à Tropol. deo pecuniã ſpiritualem, ſecũdũ illud euãgelij quod dicit̃ in parabolis Matth. 25. b quinq; & duum, & unius talẽtorũ, & ſeruorum decem mnas ſingulas accipientiũ: qui cum egerint negligenter, debitores fiunt quinquaginta denariorũ & quingẽtorũ, & ꝓpter hoc præſentibus amatoribus, quos dæmones cõtrariasq; uirtutes intelligimus, reuelat̃ ignominia Hieruſalẽ: uel in die iudicij, uel in tẽpore pœnitẽtiæ, quãdo cor
H ripiũtur. Et prius quidẽ ſolus omnipotẽs deus cernit occulta, dicẽte ſermone euangelico: Et pater qui uidet Ibi. 6. a in abſcõdito. Et in alio loco: Scrutans Pſal. 7. c corda & renes deus. Et in Regũ uolumine: Tu ſolus 3. Reg. 8. d noſti corda cũctorũ filiorũ hominũ. Quando uero fuerit expletum: Nõ Luc. 12. a eſt abſconditũ qd' non manifeſtet̃, & opertum quod nõ reuelet̃. Et in alio loco: Nolite ante 1. Cor. 4. d tẽpus iudicare, donec ueniat dñs: qui illuminabit abſcõdita tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordiũ, & tũc laus unicuiq; erit à deo, & cum correptionis tẽpus aduenerit, tũc implebitur illud Oſee: Nũc circũdederũt eos cogitationes ſuæ: Et in Oſee. 7. a alio loco: Inter ſe cogitationibus accuſantibus ſiue Roma. 2. c defendẽtibus in die, quãdo iudicabit deus abſcõdita hominũ. Et rurſum: Ecce homo, & opa eius ante faciem illius. Et uidebũt omnes turpitudinem eius qui prius cũ ea fuerãt fornicati, & dabit eã deus in ſanguine



A ſanguine furoris & zeli. Plenus eſt enim furor uiri cõtra uxorẽ adulterã, & nullo p̃cio põt redimi. Sanguis aũt filiorũ ſic intelligi poteſt, ut filios appellemus Hieruſalẽ, λογισμοὺς καλοὺς, id eſt, cogitationes bonas, quæ à deo hoĩbus inſitæ ſunt: quos interficit adultera, quãdo ad mala opera declinauerit. Prodeſt quoq; Hierl'm, ut ſuffodiat̃ lupanar eius, & omnis fornicationis eius ſeminariũ deſtruat̃. Cum eñ hoc factũ fuerit, mercedes ultra nõ dabit, & reqeſcet dei indignatio, & nequaq; cã zelabit̃ de illius caſtitate ſecurus: uidelicet iuxta eos q in bonã partẽ accipiũt q̃ dicunt̃. Alij uero, ut ſupra diximus, ad cõtrariã ꝑtẽ referũt, ut magnæ iræ dei ſit nõ
B iraſci, cũ ſemel contẽpſerit fornicãtẽ, & de ſalute illius deſperauerit. Sin aũt hæretici, q ue tus nõ recipiũt inſtrumẽtum, iuxta Lxx. æditionẽ, in hoc loco rep̃hẽderint illud qd' dictũ eſt: Et cõtriſtabas me in oĩbus iſtis: eo q̄ deus nõ ſolũ irã recipiat, ſed & mœrori ſubiaceat atq; triſticię: interrogemus eos quomodo illud ſuſcipiãt, qd' certe boni dei mãdatũ eſt: No Ephe. 4. g lite cõtriſtare ſpiritũ ſanctũ dei in quo ſignati eſtis in die redẽptiõis. Quicqd eñ dixerint in defẽſionẽ illius teſtimonij, hoc nos in ſatiſfactionẽ p̃ſentis ſermonis aptabimus. a ¶Et ecce oĩs &c.) Poſt κατάλογον uitiorũ & correptiõis Hierl'm, ꝑ quã retrahit̃ ad ſalutẽ: aptat̃ ei tritũ uulgi ſermone ꝓuerbiũ: ſiue ut Lxx. trãſtulere, parabola: Qualis mater, talis & filia. Mater aũt Hierl'm ſicut & ſupra, & in cõ חתית ſequẽtibus ſcriptũ eſt, cethæa appellat̃, interp̃tat̃q; χετταία inſaniẽs, ſiue in amẽtiã uertẽs: ꝑ q̃ ſeculi huius incẽtiua mõſtrãt, quæ captiuã animã ducũt ad interitũ, & à uiro ſuo ſeparãt: haud dubiũ quin uerbũ dei do

HEB. fornicari, & mercedes ultra non dabis. Et requieſcet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quieſcã, nec iraſcar amplius: eo quod non fueris recordata dierũ adoleſcentiæ tuæ, & prouocaſti me in omnibus his. Quapropter & ego uias tuas in capite tuo dedi ait dominus deus: & non feci iuxta ſcelera tua in oĩbus abo- a minatiõibus tuis. Eccẽ oĩs qui dicit uulgo prouerbiũ, in te aſſumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es, q̃ ꝓiecit uirũ ſuũ, & filios ſuos: & ſoror ſororũ tuarũ tu, q̃ proiecerũt uiros ſuos & fi- b lios ſuos. Mater ueſtra hethæa & pater ueſter amorræus, & ſoror tua maior Samaria: ipſa & filiæ eius q̃ habitãt ad ſiniſtrã tuam. Soror aũt tua minor te, q̃ habitat à dextris tuis Sodoma & filiæ eius. Sed nec in uijs earum ambulaſti, neq; ſecundũ ſcelera earũ feciſti: paulo minus penè

SEP. à fornicatiõe, & mercedes ultra nõ dabis, & immittã furorẽ meũ ſup̱ te, & auferet̃ zelus meus à te, & reqeſcã: & nõ ero ultra ſolicitus: qa nõ es recordata diei infãtiæ tuæ, & cõtriſtabas me in his omnibus. Et ecce ego uias tuas in caput tuũ dabo, dicit adonai dominus: & ſic feciſti iniqtatem ſup̱ cũctis iniqtatibus tuis. Hæc ſũt oĩa q̃ dixerũt cõtra te in parabola, dicẽtes: Sicut mater, & filia. Filia matris tuæ tu es, quæ repulit uirũ ſuum, & filios ſuos, & ſoror es ſororum tuarũ quæ repulerũt uiros ſuos, & filios ſuos. Mater ueſtra chettæa & pater ueſter amorræus: ſoror ueſtra ſenior Samaria, hæc & filiæ eius quæ habitant à ſiniſtris tuis, & ſoror tua iunior te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius, & nec ſic quidem in uijs eius ambulaſti: neque ſecũdũ iniqtates illius egiſti: paulo minus & tranſgreſſa es eas in omnibus uijs tuis.

C ctrinaq; dicat̃: Et ſoror ſororũ ſuarũ, ut poſt paululũ lecturi ſumus Sodoma uocat̃ & Samaria: quarũ altera gẽtilẽ uitã luxuriãq; ſignificat: altera, hæreticorũ decipulas. Porrò qd' in Lxx. legit̃: ſoror es ſororũ tuarũ, quę repulerũt uiros ſuos & filios ſuos, nõ habet ſenſum. Quas eñ alias ſorores habebãt Sodoma & Samaria, q̃ ſorores ſunt Hieruſalẽ? Et hoc q̃rẽdũ, quos uiros Sodoma Samariáque dimiſerint, & quos ꝓiecerĩt filios. Niſi forte poſſimus hoc dicere, q̄ ſemp̱ errãtiũ fluctuẽt pedes: nec ſint ſolida ueſtigia q̃ cõtra ueritatẽ ſunt, ſed huc illucq; diſcurrãt, & circũferãt̃ omi uẽto doctrinæ, dũ de falſitate trãſeũt ad aliã falſitatẽ. Et cũ in primis fruſtra ſe ſudaſſe cognouerint, ad ſecũda ter-
D tiaq; tranſcendãt. b ¶Mater ue. &c.) Supra dixerat: Pa- Supra eo. ter tuus amorræus, & mater tua cethæa, hic ordine & nũero cõmutato: Mater ueſtra cethæa, & p̃r ueſter amorræus. Cũ eñ ſcelera ꝑfecerint, ſcindũt̃ in ꝑtes: & unione deſerta, in turbã proficiũt ac multitudinẽ, q̃ cũ Ieſu non ualet ad mõtana cõſcẽdere. Sorores aũt Hieruſalem Samariã & Sodomã: quarũ altera à ſiniſtris, altera à dextris eſt: etiã ſecũdũ intelligẽtiã corporalem ſi de tẽplo Hierl'm oriẽtẽ aſpicias, approbabis. Maiorq; dicit̃ Samaria, quia prior peccauit, & ab Aſſyrijs ducta eſt in captiuitatem, & minor ac iunior Sodoma, q̃ refert̃ ad gẽtiũ turbã. Alioquin eo tẽpore Sodoma nõ erat quæ prius q̃ in ſcripturis legamus Hieruſalẽ, cum Gomorra, Adama, & Seboim, diuino fuerat igne deleta. Media autẽ inter duas ſorores Hieruſalẽ: quæ alio noĩe appellat̃ Iuda, à Chaldæis ducta eſt in Babylonẽ: multoq; Hieruſalẽ ſceleratiora peccauit q̃ Samaria & Sodoma, in templo

E in templo adorans idolum zeli,& poſtea dei filium
Tropolog. interficiens. Porrò ſecũdũ Tropologiã, Samaria &
Sodoma, id eſt, hæretici & ethnici, ſæpe leuiora cõ-
mittũt, q̃ hi qui putant Hieruſalẽ, hoc eſt eccleſia-
ſtici. Vnde ad Corinthios dicit, qui credebãt quidẽ
in Chriſtũ ſed ma-
lis opibus preme-
1. Cor. 5. a bãtur: Omnino au
dit inter uos forni
catio, & talis for-
nicatio, qualis nec
inter gẽtes q̃dẽ, ita
ut uxorẽ patris q̃s
habeat, & cætera.
Solẽt hæretici, qui
tamen uetus ſuſci
piunt inſtrumen-
tũ, tres naturas ex
hoc loco intellige-
re, ſpiritualem, ani
malẽ, atq; terrenã.
Et ſpiritualẽ refe-
rũt ad Hieruſalẽ:
animalẽ, ad Sama-
riã: terrenã, ad So-
domã, quos breui-
ter interrogemus,
quomodo tres na-
F turæ, ſpũalis, ani-
malis, & terrena: q̃
utiq; inter ſe diuer
ſæ ſunt, unã matrẽ
& unũ patrẽ habe-
re dicant, q̃ figmẽ
to eorum nõ con-
gruit. Et quomodo animalis & terrena natura, iu-
xta hũc eundẽ prophetã reſtituãtur in antiquũ ſta
tum, id eſt, in ſpiritualem: quod & ipſum eorum ra
tionibus contrarium eſt. Quod aũt Samaria intelli
gatur in hæreſibus, & in Oſee propheta & in mul-
tis alijs locis, præcipueq; illo teſtimonio cõproba-
Amos. 6. a tur: Væ qui deſpiciũt Sion, & qui cõfidũt in mõte
Samariæ: uindemiauerũt principia gentiũ. Omnes
enim hæretici deſpiciũt Sion, quæ interpretatur, ſpe
cula, & refert ad eccleſiã: & cõfidũt ſibi in mõte Sa-
mariæ: in ſuperbia uidelicet dogmatũ peruerſorũ,
quæ putãt eſſe ſublimia: & per has prædicationes
fraudulentas, uindemiãt atq; populãtur principia
gẽtiũ: ut miraculo doctrinarũ, potẽtes quoſq; gen-
tilium ad errorẽ hæreticum pertrahãt. a ¶Viuo
ego &c.) Quod poſuere LXX. Hoc habebat ipſa &
filiæ eius, in Hebraico non habetur. In ueteri teſta
Nume. 14. d mento, dei iuramentũ eſt: Viuo ego dicit dñs. In no
Ioan. 13. b uo aũt: Amen amen dico uobis. Sin aũt hoc cõmu-
Mar. 12. c ne cũ cæteris eſt: Deus Abrahã, deus Iſaac, & deus
Iacob: nõ eſt deus mortuorũ, ſed uiuẽtiũ. Et in alio
Pſal. 114. b loco: Placebo dño in regione uiuentiũ: quærimus,
qua ratione cõmune uocabulũ proprie ſibi uẽdicet
deus. Sed quomodo dicitur: arbor bona, & bonus

HEB. ſceleratiora feciſti il-
lis in omnibus uijs tuis.
a Viuõ ego dicit dominus:
quia non fecit Sodoma ſo
ror tua ipſa & filiæ eius:
ſicut feciſti tu & filiæ tuæ.
Ecce hæc fuit iniquitas So-
domæ ſororis tuæ: ſuper-
bia, ſaturitas panis: & abũ-
dantia, & ocium ipſius &
filiarum eius, & manum
egeno & pauperi nõ por-
rigebant. Et eleuatæ ſunt,
& fecerunt abominationes
coram me, & abſtuli eas
ſicut uidiſti. Et Samaria di
midium peccatorum tuo-
rum non peccauit, ſed ui-
ciſti eam ſceleribus tuis,
& iuſtificaſti ſorores tuas
in omnibus abominationi
bus tuis quas operata es.

homo & bonus paſtor, & bonus ſeruus: nemo aũt G
abſolute bonus, niſi ſolus deus: ſic cum angeli cæte Luc. 18. d
ræq; uirtutes, patriarchæ quoq; & prophetæ, atq;
apoſtoli ſint uiuẽtes, cõparatione dei omnipoten-
tis, mortui appellãtur. Quis eſt enim homo qui ui- Pſal. 88. g
uit, & non uidebit
mortem? Vnde &
apoſtolus Paulus
de deo: Qui ſolus, 1. Tim. 6. c
inquit, habet im-
mortalitatẽ, & lu-
cẽ habitat inacceſſi
bilẽ. Et de fonte ui
uentium: Vita, in-
quit, noſtra abſcõ-
dita eſt cũ Chriſto
in deo. Iſte igit̃ qui
iurat & loquitur:
Viuo ego dicit do
minus, deſcribens
Sodomæ & filiarũ
eius ſcelera, primã
ſuperbiam poſuit:
proprium diaboli,
primũq; peccatũ.
Vnde idem Apo-
ſtolus: Ne inflatus Ibi. 3. b
ait ſuperbia in iu- H
dicium incidat dia
boli: propter quã
de cœlo corruit.
Dixerat enim: For Eſa. 10. c
titudine faciam, &
ſapiẽtia intelligen
tiæ auferam termi
nos gentiũ, & robur earũ deuaſtabo, & cõmouebo
ciuitates habitatas, & orbẽ terrarũ totũ apprehẽdã
manu ſicuti nidum, & ſicut cõfracta oua auferam.
Et ſuperbis deus reſiſtit: humilibus aũt dat gratiã. Iaco. 4. b
Legimus & in alio loco: Quid ſuperbis terra & ci- Eccli. 10. b
nis? Et euangeliũ refert phariſæi ſuperbiã, publica Luc. 18. b
ni humilitate ſuperatã: cuius ſeminariũ eſt ſaturi-
tas panum, & rerum omniũ abundantia & ocium:
Siue ut LXX. trãſtulerunt: deliciarũ luxuriæq; opu
lẽtia. Diues ille in euãgelio purpuratus, nihil aliud Ibi. 16. e
refertur habuiſſe criminis: niſi quod opibus & di-
uitijs affluens, in tantã eruperat ſuperbiã, ut manũ
egeno & pauperi Lazaro nõ porrigeret, & ſic obli
tus ſit cõditionis ſuæ, ut ne hoc quidem miſero da-
ret, quod proijciendũ erat. Ob quam cauſam & in
alio loco ſcribitur: Omnis qui ſe exaltat, humiliabi Ibi. 14. c
tur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Superbia, ſaturi
tas panis, rerum omnium abundãtia, ocium & de-
liciæ, peccatũ Sodomiticũ eſt, & propter hoc ſequi
tur dei obliuio, quæ præſentia bona putat eſſe per-
petua, & nunquàm ſibi neceſſarijs indigendum.
Quapropter & lege præcipitur: Attende ne come Deut. 8. b
dens & bibẽs & ſaturatus, ædificatis domibus opti
mis: habenſq; oues & boues, argentum & aurum,
obli

SEP. uijs tuis. Viuo ego
dicit adonai dñs: ſi fecit So
doma ſoror tua, hæc & fi-
liæ eius, ſicut feciſti tu & fi-
liæ tuæ. Veruntamen fuit
iniquitas Sodomæ ſororis
tuæ ſuperbia in ſaturitate
panum, & in abundantia.
Delicijs affluebat ipſa &
filiæ eius, hoc habebat ipſa
& filiæ eius, & manũ pau-
peris & egeni non aſſume-
bãt, & gloriabãtur magni-
fice, & fecerunt iniquitates
in cõſpectu meo, & abſtuli
eas ſicut uidiſti. Et Sama-
ria dimidium peccatorum
tuorũ nõ peccauit, & mul-
tiplicaſti iniq̃tates tuas ſup
eas: & iuſtificaſti ſorores
tuas in omnibus iniq̃tati-
bus tuis, quas operata es.
Et tu



A obliuiſcaris domini dei tui. Et in alio loco de Iſraël
Deut. 32. b ſcriptũ eſt: Manducauit & bibit, & ſaturatus eſt, &
impinguatus: & calcitrauit dilectus. Quod ſciens
& ſapientiſſimus omnium Salomon in Prouerbijs
Prouer. 30. b deprecat̃: Tribue mihi neceſſaria & quæ ſufficiant:
ne ſaturatus men-
dax fiam & dicam:
Quis me uidebit?
aut paup̃ effectus,
furer, & peierẽ no
men dei mei. Q̃dq;
ſequit̃: & iuſtifica-
ſti ſorores tuas in
cũctis abominatio
nibus tuis, quas
operata es: nõ ſim-
pliciter iuſtas So-
domã & Samariã
eſſe decernit, ſed
cõparatione dete-
riorum: quomodo
& publicanus, de
quo ſupra dixi-
mus, non abſolute
iuſtus dicit̃, ſed col
latione peioris. Et
tamen cũ tales ſint
Sodoma & Sama-
ria, ne dimidiũ q̃dẽ
B peccauerũt cõpara
Luc. 12. f tione Hieruſalẽ. Seruus enim qui ſcit uolũtatẽ dñi
Sapien. 6. a ſui, & nõ facit eã, uapulabit multis. Et: Potentes po
tenter tormenta patient̃. Porrò quod pro delicijs,
ociũ in Hebraico cõtinetur: ſciendũ ad illũ ſenſum
pertinere. In deſiderijs eſt omnis anima ocioſi: q̃ ui
delicet ſemp̃ aliquid agẽdũ ſit: ne ager pectoris no
ſtri ceſſante manu, malarũ cogitationũ ſentibus oc
cupetur. a ¶Ergo & tu porta confu. &c.) Secũda
Gene. 4. b poſt naufragiũ tabula eſt: cũ peccaueris, erubeſce-
re: & nõ illi ſubiacere increpationi, quæ cõtra Hie
Hiere. 3. b ruſalem dicit̃: Facies meretricis facta eſt tibi: neſcis
erubeſcere. Portat aũt tormẽtũ ſuũ, qui ꝓpria tor-
quet̃ cõſciẽtia, & in iſto ſeculo ſuſtinet propria uo
lũtate cruciatũ, ne æterna tormẽta ſuſtineat. Cor-
rũpimuſq; fratres noſtros uel ſorores peccatis no-
ſtris, quando per noſtra peccata ad maiora ſcelera
prouocant̃. Quod dico, ita fiet manifeſtius: Finge
aliquẽ in ſacerdotali culmine cõſtitutũ nõ bene ui
uere, & deturpare opibus dignitatẽ: Nónne imita-
Matth. 18. a tione uitiorũ eius, laicus frater corrũpit̃? Nã & qui
unũ de minimis ſcãdalizeuerit, mola collo alligata
præcipitat̃ in profundũ. Sorores quoq; Hieruſalẽ,
Sodoma & Samaria iuſtificant̃: nõ quo per ſe iuſtæ
ſint, ſed ut diximus cõparatiõe peioris. b ¶Ergo
& tu cõfun. & por. ign. &c.) Cõfuſionẽ ſequit̃ igno
minia: ignominiã, correptio: correptionem, cõſola-
Roma. 5. a tio: cõſolationẽ, ſalus iuxta illud Ap̃li: Tribulatio
operat̃ patiẽtiã: patiẽtia, probationẽ: probatio, ſpẽ:
ſpes aũt nõ cõfundit. Haud dubiũ quin in futurũ:

a HEB. Ergõ & tu porta cõ-
fuſionem tuam, quæ ui-
ciſti ſorores tuas peccatis
tuis: ſceleratius agens il-
lis: iuſtificatæ enim ſunt à
b te. Ergõ & tu confundere
& porta ignominiam tu-
am, quæ iuſtificaſti ſoro-
c res tuas. Et cõnuertam re-
ſtituens eas conuerſione
Sodomorum cum filia-
bus ſuis: & cõuerſione Sa-
mariæ & filiarum eius, &
conuertã reuerſionem tuã
in medio earum, ut portes
ignominiam tuam, & con
funderis in omnibus quæ
feciſti conſolans eas.

quia in præſentiarũ, ſua per cõfuſionẽ peccata de- C
leuit. Tale quid & illud euãgelij ſonat: Eſt cõfuſio Eccli. 4. c
quæ ducit ad mortẽ, & eſt cõfuſio quæ ducit ad ui
tam. Spiritus quoq; ſanctus peccatores hortatur in
pſalmis: Cõfundãtur & reuereãtur omnes inimici Pſal. 39. c
mei: cõuertant̃ re-
trorſum, & cõfun
dãtur ualde ueloci
ter. Scriptũ eſt &
in alio loco: Dic tu Eſa. 43. d
primũ peccata tua,
ut iuſtificeris. Et
rurſum: Iuſtus ac- Prouer. 18. e
cuſator ſui eſt in
principio ſermo-
nis. Nõ igit̃ mirũ
ſi prouocetur Hie
ruſalẽ ad confuſio
nẽ & ignominiã:
quæ intãtũ pecca-
uit, ut iuſtificaret
ſorores ſuas: cui
deinceps dicit̃: Et
tu & filiæ tuæ re-
uertimini in anti-
quũ ſtatũ. c ¶Et
conuertã reſtituẽs
eas &c.) Grãdis ꝑ-
fectus Hieruſalẽ,
ut poſt cõfuſionẽ D
& ignominiã, quã illatã ſibi dei iudicio libẽter ex-
cepit atq; portauit, dicẽs: Irã dñi ſuſtinebo, quoniã
peccaui ei: promittat̃ ei reſtitutio in antiquũ ſtatũ.
Sed tamen q̃m cõparatione ſcelerũ eius, iuſtificata
eſt Sodoma & Samaria: quarũ altera à dextris, alte-
ra à ſiniſtris eſt: Primũ reſtituit̃ cõuerſio ſiue capti
uitas Sodomæ, ut interpretatus eſt Aquila. Secun
do captiuitas Samariæ, ut idem Aquila & Symma
chus trãſtulerũt, & nouiſſima reſtituet̃ Hieruſalẽ,
quæ maiore fuerat iniq̃tate depreſſa, & peccatrices
ſorores cõparatiõe ſui iuſtas eſſe mõſtrauerat. Cui
eñ dubiũ, quin inter tres peccatores, imò impios,
gẽtilẽ hæreticũ, eccleſiaſticũ, multo maioribus pœ
nis dignus ſit, q̃ maioris fuerit dignitatis? Potẽtes
eñ, ut diximus, potẽter tormẽta patient̃. Qui autẽ
minimus fuerit, dignus eſt miſericordia. Et ſeruus
q̃ ſcit uolũtatẽ dñi ſui, & nõ facit eã, uapulabit mul
tis. Vnde & Petrus: Tẽpus, inq̃t, eſt, ut incipiat iudi 1. Pet. 4. d
ciũ à domo dñi. Et in hoc eodẽ ꝓpheta præcipit̃ ſe-
cures habentibus: A ſanctis meis incipite: ut extre Supra. 9. c
ma Hieruſalẽ, ſororibus ante cõuerſis & reſtitutis
in priſtinũ ſtatũ, portet ignominiã ſuã, & cõfundat̃
& erubeſcat ſup̃ his quæ peccauerat, & in omnibus
conſolet̃ ſorores ſuas, dũ grauiora ſuſtinet. Vel cer
te ideo cõfundat̃ & erubeſcat: quia deũ ad iracũdiã
prouocarit. Ex quo perſpicuũ eſt, nõ eſſe naturalẽ
irã dei, ſed noſtris uitijs clemẽtiſſimũ & mãſuetiſſi
mũ deũ ad iracũdiã prouocari, dicẽte Ap̃lo: An di- Roma. 2. a
uitias bonitatis eius, & ſuſtentationis, & patientiæ
contemnis

SEP. Et tu ſuſtine tormen-
tum tuũ in eo quod corru
peris ſorores tuas in pecca
tis tuis q̃bus inique egiſti
ſuper eas, & iuſtificaſti illas
ſup̃ te. Et tu confundere &
ſuſcipe ignominiã tuã: eo
quod iuſtificaueris ſorores
tuas. Et conuertã cõuerſio-
nes earũ cõuerſine Sodo-
morũ & filiarũ eius: & cõ-
uertã cõuerſionẽ Samariæ
& filiarũ eius, & cõuertam
conuerſionẽ tuã in medio
earũ, ut portes tormẽtum
tuũ & habeas ignominiã
ex omnibus quæ feciſti,
ut me ad iracuudiam pro-
uocares.

a HEB. Et ſoror tua Sodoma & filiæ eius reuertẽtur ad antiquitatem ſuam. Et Samaria & filiæ eius reuertẽtur ad antiquitatẽ ſuam. Et tu & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem ueſtram. b Nõ fuit autem Sodoma ſoror tua audita in ore tuo in die ſuperbiæ tuæ antequàm reuelaretur malicia tua, ſicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæſtinarum, quæ ambiunt tę per gyrum. Scelus tuũ, & ignominiam tuam tu portaſti, ait dñs deus.

SEP. uocares. Et ſoror tua Sodoma & filiæ eius reſtituẽtur, ſicut fuerũt à principio, & Samaria & filiæ eius reſtituẽtur ſicut fuerũt à principio. Et tu & filiæ tuæ reſtituemini, ſicut fuiſtis ab initio. Niſi fuiſſet Sodoma ſoror tua ad audiẽdũ in ore tuo in diebus ſuperbiæ tuæ anteq̃ reuelarentur maliciæ tuæ, ſicut nũc eſt filiarũ Syriæ; & niſi hoc fuiſſet, quid factũ eſſet tibi, & omnium in circuitu tuo filiarum alienigenarũ, quæ circundant te per gyrum? Impietates tuas & iniquitates tuas tu porta. Hæc dicit

E contemnis; ignorans quia bonitas dei ad pœnitentiam te prouocat: Secundum duriciam aũt tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram: quam deus naturaliter non habet. Vnde & in alio loco ſcriptũ Exo.15.d eſt: Emiſiſti iram tuam quæ deuorauit eos ſicut ſtipulã. Quod enim cõiunctum eſt, & in uno corpore copulatum, mitti nõ poteſt, ſed illud qđ extra corpus eſt. Verbi gratia: lancea, telum, ſagitta, gladius. Legimus Matth.10.b & in euãgelio: Tolerabilius fore terræ Sodomorũ in die iudicij, quàm ei quæ apoſtolos nõ receperit. a ¶ Et ſoror tua So.&c.) Iudæi inter cæteras fabulas & interminabiles genealogias, & delyramenta quæ fingunt, etiam hoc ſomniãt: in aduẽtu Chriſti ſui, quem nos antichriſtum F ſcimus, & in mille annorum regno, Sodomam reſtituendam in antiquum ſtatum, ita ut ſit quaſi paradiſus dei & quaſi terra Aegypti: & Samariã priſtinam recipere felicitatem, ut de Aſſyrijs reuertãtur in terrã Iudæam. 4.Re.17.18. Legimus enim decẽ tribus captas à Phul, & Salmanaſſar, & Teglathphalaſſar regibus Aſſyriorũ, & uſq; hodie ibi eſſe captiuas. Hieruſalem quoq; tũc eſſe fabricandã, & omnes filias eius, urbes uidelicet & uiculos & caſtella, quæ ſub ipſius futura ſint poteſtate: florituras ut prius floruerũt, & ipſam Hieruſalem auro & argento, & precioſis lapidibus ex- Eſa.1.g truendã, de qua & Eſaias uaticinetur: Conſtituam iudices tuos ſicut prius, & cõſiliarios tuos ſicut à principio, & poſt hæc uocaberis ciuitas iuſticiæ, mater ciuitatũ, fidelis Sion, & noſtra loquat̃ Apo- Apoc.21. calypſis: Et Dauid cantat: Bene fac dñe in bona uo- Pſal.50. luntate tua Sion, & ædificentur muri Hieruſalẽ. Et Pſal.68.g in alio loco: Aedificabũtur ciuitates Iudæ, & habitabũt & cõmorabũtur ibi, & ſemen eorũ in æternũ dirigetur. Nos aũt horũ perfectã ſcientiã, dei iudicio relinquẽtes, imò liquido cõfitẽtes, poſt ſecũdũ aduentũ dñi ſaluatoris, nihil humile, nihil futurum eſſe terrenũ, ſed regna cœleſtia quæ primũ in euangelio promittuntur, hoc dicimus: quod in eccleſiæ ſtatu, cũcta cõpleta ſint, & quotidie cõpleantur. Sodoma reuertit̃ in antiquũ ſtatũ: quãdo naturæ ſuæ reddita gẽtilis prius & impia anima intelligit creatorẽ. Samaria recipit antiquã beatitudinẽ: hæreticorũ errore contempto, & iuncta doctrinæ, & fidei G Chriſtianæ. Cũq; illæ reuerſæ fuerint, & Hieruſalem, uiſio pacis, quæ interpretat̃ eccleſia reuertet̃ in priſtinũ ſtatum. De qua ſcriptũ eſt: Factus eſt in Pſal.75.d pace locus eius. Et: Hieruſalẽ quæ ædificatur ut ci- Ibi.121.d uitas: cuius participatio eius in idipſum. Et in Apoſtolo: Quæ aũt ſurſum eſt Hieruſalẽ, Gal.4.d libera eſt: quæ eſt mater noſtra. Et in eodem: Acceſſiſtis Hebr.12.f ad Sion montẽ & ad ciuitatẽ dei uiuẽtis Hieruſalem cœleſtem, & milia angelorũ frequentiũ. Et reuertet̃ cũ filiabus ſuis, quæ in toto orbe diſperſæ ſũt. De quo plenius in Eſaiæ explanatiõibus diſſeruimus. b ¶ Nõ fuit autẽ Sodoma ſoror tua au.&c.) Symmachus hunc locũ ita interpretatus eſt: Quia non fuit Sodoma ſoror H tua in auditu per os tuũ in die ſuꝑbiæ tuæ, anteq̃ reuelaret̃ ignominia tua, ſicut in tẽpore opprobrij filiarũ Syriæ, & omniũ quæ in circuitu tuo ſunt filiarum Palæſtinarũ, quæ te ambiunt per gyrũ: Scelus tuum & nefas tuũ tu portabis. Theodotio hoc modo. Et nõ erat Sodoma ſoror tua in auditu oris tui, in die ſuperbiæ tuæ, anteq̃ reuelaretur malicia tua, ſicut tẽpus opprobrij filiarũ Syriæ, & omnium per circuitũ eius filiarũ alienigenarũ quæ abominãtur te per gyrum. Fornicationem tuã, & cõtaminationes tuas tu portaſti, dicit adonai dñs. Aeditioni Aquilæ cõgruit noſtra trãslatio, quas omnes poſui, ut ex collatione cunctarum, alicuius ſenſus poſſimus reperire ueſtigiũ, & interim abſq; aliorũ præiudicio, ſic nobis uidetur lectionis ordo reddẽdus. In diebus ſuperbiæ tuæ quãdo peccabas, nõ es recordata euerſionis Sodomæ ſororis tuæ, anteq̃ pateret malicia tua, quæ hoc tempore reuelata eſt intantũ, ut cũctis urbibus Syriæ & Palæſtinæ quæ in circuitu tuo ſunt, fieres opprobriũ. Quia igitur uiciſti in ſcelere ſororem tuã: nec eius exẽplo territa es, ne ſimilia ſuſtineres & prohiberes pedẽ tuũ: nunc autẽ reuelata eſt ignominia tua, dei auſculta ſentẽtiam. Vel porta iuxta Lxx. uel portaſti iuxta Aquilã & Theodotionem: uel portatura es, iuxta Symmachum, ſcelus & ignominiã tuam, ut poſtq̃ pœnas pro ſacrilegio ſuſtinueris: ueniam nõ ex pacto tuo, ſed ex mea clemẽtia cõſequaris. Syria Hebræo ſer



E Vnde & in præſenti loco infert: Hic iuſtus eſt, uita uiuet, ait dñs deus. Qui hæc fecerit, & illa nō fecerit, nequaq; punietur delictis patris, ſed ſuis uiuet uirtutibus. a ¶ Quod ſi genuerit filiū &c.) Pro latrone in Hebraico ſcriptū habet פריץ, quod Aquilæ ſecūda æditio peccatorē: Symmachus trāſgreſſorem: Lxx. & Theodotio peſtilētē interp̄tati ſunt. Quomodo aūt peſtilētia morbos creat: & paſſim regiōes in qbus incubuerit uaſtare cōſueuit: ſic peſtilēs homo uniuerſa populatur. Dicamusq; primū iuxta hiſtoriā: ut ſciatis iniquitates patrū non redundare ad filios. Si iuſtus fecerit quæ ſuperior ſermo per ordinē texuit: uita uiuet. Qđ ſi genuerit filiū recedentem à dñi ſeruitute: & patris uirtutes uitijs cōmutātem: ut faciat quæ ille nō fecit, & F nō faciat quæ ille operatus eſt: nūquid uiuere poterit? Certe nō uiuet, ſed erit reus ſanguinis ſui. Porrò iuxta intelligētiā ſpiritualē, iuſtus uir eccleſiaſticus, ſi fidē euāgelicā p̄dicauerit, & filius eius atq; diſcipulus hæretico fuerit errore deceptus, uocabit̃ peſtilēs. De quo et in primo pſalmo ſcribitur: (Pſal.1.a) Et in cathedra peſtilētiæ non ſedit. Et in Prouerbijs: (Prou.28.a) Cōfidēs & ꝓcax & ſuperbus peſtilens appellatur. Iſte effudit ſanguinē deceptorū, & oīa in ſe peccata cōgeminat: comedens in mōtibus ſuperbiæ, & eccleſiā ꝓximi ſui polluēs: egenos et pauperes in ſciētia ſcripturarum cōtriſtās, opprimēs atq; ſupplātans: rapinam rapiēs, eos quos de eccleſia ſeduxerit: pignus nō reddēs quod à magiſtro acceperat, ut impleret qđ ſcriptū eſt: (Matth.10.a) Gratis accepiſtis, gratis date. Et ad idola atq; ſimulacra quæ de ſuo corde finxit leuās oculos ſuos, cunctasq; faciēs abominationes, & dās ad uſuram pecuniā: ut errorē magiſtri diſcipulorumq; augeat diligētia: & repetēs ab his qbus tribuit amplius q̃ dederat: certe uiuere non poterit, ſed in ſuo ſanguine moriet̃. G b ¶ Quod ſi genuerit filiū &c.) Nec, inq̃t, miremini, ſi iuſti uiri filius declinās ad uitia atq; peccata, morte moriatur: cū ecōtrario filius pc̄tōris & impij: ſi uiderit peruerſitatē uiarū patris ſui, & cōuerterit ſe ut mala non faciat, & faciat bona: reus paternorū ſcelerū nō teneat̃. Qđ & in nobis accipi poteſt, qbus in pſalmis dicit̃: (Pſal.44.c) Audi filia, et uide, et inclina aurē tuā, & obliuiſcere pplm̄ tuū & domū patris tui: et cōcupiſcet rex decorem tuū. Et q de gētiū ſumus ſtirpe generati, ut relinquamus parētū crimina, & faciamus iudiciū atq; iuſticiā, & uiuamus ī ea. Repetit itaq; q̃ ſupra latius ꝓſequuti ſumus. Et ideo breuiter cūcta pcurrimus, ad illa q̃ obſcuriora & noua ſunt trāſire cupiētes. H c ¶ Et dicitis &c.) Soluit q̃ſtionē, quā econtrario poterat auditor opponere. Soletis, ait, dicere: Quare filius iuſtus nō portauit iniq̃tatē patris? Ad q̃ ipſe rñdet: Videlicet, q̃a filius bñ operatus eſt, & patris delicta nō fecit. Iuſtumq; eſt, ut quō pc̄tōr in ſuo ſcelere moritur, ſic iuſtus ī ſuis uiuat uirtutibus: & moriat̃ aīa q̃ peccauerit, et uiuat q̃ dei pręcepta cuſtodierit. d ¶ Si aūt &c.) In tātum, ait, pc̄tā patrum ad filios nō redundāt: nec iuſtū filiū ſceleratus p̄grauat pater: neq; alij ꝓ aliorū ſceleribus puniūt̃, ut ipſe unꝰ atq; idē q prius īpius fuit atq; pc̄tōr: ſi poſtea egerit pœnitentiā: & ad meliora conuerſus, priſtina pc̄tā deleuerit: nō iudicet̃ uetuſtate pc̄ti, ſed in meū ſuſcipiat̃ gregē, innouatiōe uirtutis. Simulq; cōſideradū, qualē impiū & peccatorē ſuſcipiat pœnitētem. Si ab oībus, inq̃t, pc̄tis ſuis q̃ operatus eſt auerterit ſe, & cuſtodierit uniuerſa p̄cepta dñi: quo ſcilicet

a Quod ſi genuerit filium latronem effundentem ſanguinem: & fecerit unum de iſtis (ſiue ut Lxx. trāſtulerūt,) & fecerit peccata: in uia patris ſui iuſti non ambulauerit: & hæc quidem omnia non facientem, ſed in montibus comedentem: & uxorē proximi ſui polluentem: egenum & pauperem contriſtantē (ſiue opprimentem:) rapientem rapinas: pignus non reddētem: & ad idola leuantem oculos ſuos: abominationem facientem: ad uſuram dantem & amplius accipiētem, nunquid uiuet? Cum uniuerſa deteſtanda hæc fecerit, morte morietur: ſanguis eius in ipſo erit. Qđ b ſi genuerit filium, qui uidens omnia peccata patris ſui quæ fecit, timuerit, & nō fecerit ſimiliter: ſuper montes non comederit: & oculos ſuos nō leuauerit ad idola domus Iſraël: & uxorem proximi ſui non uiolauerit: & uirum non contriſtauerit: pignus non retinuerit: & rapinam non rapuerit: panem ſuū eſurienti dederit: & nudum operuerit ueſtimento: à pauperis iniuria auerterit manum ſuā: uſuram & ſuperabundantiam nō acceperit: iudicia mea fecerit: in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris ſui, uita uiuet. Pater eius qui calumniatus eſt & uim fecit fratri: & malum operatus eſt in medio populi ſui: hic mortuus eſt in iniquitate ſua. c Et dicitis: Quare non portauit filius iniquitatem patris? Videlicet, quia filius iudicium & iuſticiam operatus eſt: omnia præcepta mea cuſtodiuit, & fecit illa: uita uiuet. Anima quæ peccauerit, ipſa moriet̃. Filius nō portabit iniquitatem patris & pater non portabit iniquitatē filij. Iuſticia iuſti ſuper eum erit: & impietas impij erit ſuper illū. Si d autem impius egerit pœnitētiā ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt: & cuſtodierit uniuerſa præcepta mea: & fecerit iudicium & iuſticiā

licet



A licet omnia crimina derelinquat̃: & cuncta uirtutes ſequat̃: ſi omnia bona fecerit & cūcta deſeruerit mala: & ego omniū iniquitatū eius quas operatus eſt obliuiſcar. a ¶ In iuſticia ſua &c.) Nō tam mea q̃ ſua uiuet iuſticia: licet iuſticiæ meæ ſit, bonis bona, & malis mala reddere. b ¶ Nunquid uolūtatis meæ &c.) Ergo dñi uolūtatis eſt, omnes ſaluos fieri: & ad noticiā ueritatis uenire. Vbicūq; autē dei uidet̃ ſeuera & truculēta ſentētia, nō homines, ſed peccata cōdēnat. c ¶ Si aūt auerterit ſe iuſt. &c.) Sicut iuſtum antea peccatorem nō prægrauāt antiqua delicta: ſic peccatorē qui prius iuſtus fuerit, non iuuant ueteres iuſticiæ. Vnuſquiſq; enim in quo inuenietur, in eo iudicabitur. d ¶ Et dixiſtis: Non eſt æqua &c.) Reddit cauſas quare dñi (Deut.24.c) iuſta ſentētia ſit. Putatis me, ait, iniquū ut peccata B patrum reddam filijs: & alijs comedētibus uuam acerbā, aliorū dentes (Hiere.31.e) obſtupeſcāt? Ecce unuſq̃ſq; in ſuo peccato morit̃, & in ſua iuſticia uiuificatur: in utroq; non præterita, ſed p̄ſentia. Quin potius ueſtra iniqua ſentētia eſt: qui putatis parabolā nō eſſe parabolā: ſed ſic eam accipitis, quaſi hiſtoriæ ueritatē: ut aliorū ſcelera in alijs puniātur. e ¶ Cū enim auerterit ſe iuſtus à iuſtic. &c.) Poteſt & hoc intelligi: Iuſtus prius populus Iſraël auertit ſe à iuſticia ſua: quia iuſticiæ reliquit autorem, & fecit iniquitatē, dei filiū denegādo. In peccato atq; ſcelere qđ operatus eſt morietur: nō in pluribus, ſed in uno: hæredē interficiēs ut perderet hæreditatē. f ¶ Et cū auerterit ſe impius &c.) Ecōtrario, ait, gentiū populus nō habens noticiā dei: & impius ſi ſe auerterit ab īpietate ſua, quā prius operatus eſt in idololatria: & fecerit ea q̃ Iſraëli lege p̄cepta ſunt, ipſe prius mortuus uiuificabit animā ſuā. Vidēſq; ſe īteriſſe ī iniq̃tatibus quas (Ioan.14.a) operatus eſt, credet in eū qui dicit: Ego ſum uia, ueritas & uita: uita uiuet, & nō moriet̃. g ¶ Et dicūt C filij Iſraël &c.) Vſq; hodie Iſraël blaſphemat deū, cur populū ſuū reliquerit, & gentiū aſſumpſerit multitudinē. Quos arguit dñs, ꝙ uiæ eorum prauæ ſint, dñi aūt iuſta ſentētia: ut perditis colonis prioribus, alios in uineā ſuā mittat agricolas. Quod intelligentes in euāgelij parabola, dixere Iudæi: Non erit (Luc.20.c) iſtud. h ¶ Idcirco unūquēq; &c.) Siue de gētiū multitūdine, ſiue de Iſraël pplo ſint q iudicātur: nō eſt pſonarū acceptio apđ deū, ſed unuſq̃ſq; ſua coronabitur fide: & impietate atq; infidelitate dānabitur. i ¶ Cōuertimini & agite pœnitentiā &c.) Proprie ad Iſraël iſte ſermo dirigit̃: ut agāt pœnitentiā & relinquāt iniquitates ſiue præuaricatiōes ſuas, qbus in deū p̄uaricati ſunt. Poteſt autē & ad utrūq; pplm intelligi: ut & Iſrl & gētiū turba, ſua uitia derelinquēs, cōuertat̃ ad eū q poſſit ſanare cōtritiōes ſuas. D k ¶ Et facite uobis cor no. &c.) Vt uetuſtatē literæ deſerētes, uiuatis in nouitate ſpūs. Cor nouū Iſraëlis, eſt credere ī eū quē prius negauerat. Cor nouū gētiū, eſt idola derelinquere: & mortuorū cultura contēpta credere in eum qui eſt deus uiuentium. l ¶ Et quare moriemini domꝰ Iſraël?) Melius eſt, ut ſupra diximus exhortationē hāc ī qua ſcriptū eſt: Cōuertimini & agite pœnitētiā, ſup pſona accipere Iudæorū, quos nō uult mori: & qbus nūc loquit̃: q̃re moriemini domus Iſraël, q habetis pr̃es Abrahā, Iſaac et Iacob: de quibus ſcriptū eſt: Deus (Mar.12.c) uiuorū & nō mortuorū. Cur ueſtro uitio moriemini: q patrū merito, & mea debitis uiuere miſericordia? m ¶ Quia nolo mortē &c.) Nolo, inquit, uos mori, quos in ſalutē genui. Filios em̄ genui & exaltaui: (Eſa.1.a) ipſi aūt ſpreuerūt me. Reuertimini ergo & uiuite. Nō dicit̃ reuertimini, niſi his qui prius cū deo fuerāt: & poſtea eius deſeruere comitatū. Et uiuite ꝑ pœnitētiā, q eſtis mortui ꝑ pc̄m. Igit̃ Iſrl q̃a nō reuertit̃ ad priſtinū ſtatū, mortuus eſſe credēdus eſt.

& iuſticiā, uita uiuet & nō moriet̃. Omnium iniquitatū eius quas operatus eſt non recordabor. a In iuſticia ſua quam operatus eſt uiuet. b Nunquid uoluntatis meæ eſt mors impij, dicit dñs deus: & nō ut cōuertatur à uijs ſuis & uiuat? c Si autē auerterit ſe iuſtus à iuſticia ſua, & fecerit iniquitatē ſecūdum omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquid uiuet? Omnes iuſticiæ eius quas fecerat nō erūt in memoria. In præuaricatione qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quo d peccauit, in ipſis moriet̃. Et dixiſtis: Non eſt æqua uia dñi. Audite domus Iſraël: Nunq̃d uia mea nō eſt æqua: et nō magis uiæ ueſtræ e prauæ ſunt? Cum enim auerterit ſe iuſtus à iuſticia ſua & fecerit iniquitatem, morietur in eis. In iniquitate quā operatus eſt morietur. f Et cum auerterit ſe impius ab impietate ſua quā operatus eſt, & fecerit iudiciū atq; iuſticiam, ipſe animā ſuā uiuificabit. Conſiderās em̄ auertit ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt, uita uiuet, et nō morietur. g Et dicūnt filij Iſraël: Non eſt æqua uia dñi. Nunquid uiæ meæ non ſunt æquæ domus Iſraël: & nō magis uiæ ueſtræ prauæ? Idcir- h cō unumquēq; iuxta uias ſuas iudicabo do- i mus Iſraël, ait dñs deus. Cōuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ueſtris, & nō erit uobis in ruinam iniquitas. Proijcite à uobis omnes præuaricationes ue- k ſtras, in quibus præuaricati eſtis. Et facitē uo- l bis cor nouū, & ſpiritū nouū. Et quare mori- m emini domus Iſraël? Quia nolo mortē morientis, dicit dñs deus: reuertimini & uiuite.

Cap.

Cap.

E ET tu aſſume planctum &c.) Cap. XIX. Scio me in hoc loco multiplicē legiſſe explanationē: & tantis obſcuritatibus impeditā: ut non tam aperuerit, ꝙ inuoluerit lectionē: dum uniuerſa quæ ſcripta ſunt, refert ad cōtrarias fortitudines: & ĩ cœleſti Hieruſalē leones & bella deſcribit: quomodo alter eorū captus ſit: & rurſum ĩ locū eius alius cōſtitut⁹, multaq́ꝫ ponit teſtimonia: diabolū & comites eius, leones appellari ſolere: ut eſt illud de Apoſto-
1.Pet.5.b lo Petro: Aduerſarius noſter diabolus quaſi leo rugiēs circuit, & q̄rit quomodo poſſit intrare: & de pſalmis:
Pſal.73.d Ne tradas beſtijs animā cōfitētē tibi. Certe ubi ad hiſtoriā uenit dicit Ioannā filiū Careæ du-
F ctum in Aegyptū: qui quomō fugiēs cū paucis leo appellatus ſit, ſcire non poſſum: & alterum leonū Sedechiā, ꝗ & ipſe ductus ĩ Babylonē ſit. Nos aūt iſtiuſmodi explanatiões lectoris arbitrio relinquētes, dicemus captiuitate uicina, ꝓphetā non tam futura uaticinari, ꝙ narrare prę terita. Poſt ſextum eñ Sedechię annū, ſiquidem ſtatim in cōſequētibus legimus: & factū eſt in anno ſeptimo, in q̃nto mēſe, decima mēſis: aſſumit planctus ſuꝑ principes, uel principē Iſraël, & dicit: Quare mater tua leæna inter leones cubauit? Plāctus igitur ſuper principes eſt: omnes uidelicet qui de Ioſiæ ſtirpe generati ſunt. Mater principū Hieruſalem leæna appellatur, quæ leunculos genuit & nutriuit: unumq́ꝫ de leūculis ſuis eduxit & fecit leonem, Ioachaz ſignificans filium Ioſiæ, quē Nechao G
Pharao duxit in Aegyptū, & ꝓ eo cōſtituit Ioakim. 4.Reg.23.f
Quo mortuo, Iechonias filius eius rex conſtitutus, cū matre & optimatibus ciuitatis à Nabuchodonoſor ductus eſt in Babylonē: de quo naſcit̃ Salathiel pater Zorobabel: qui ex eo qđ in Babylone natus eſt nomē accepit: Perſpicuūq́ꝫ eſt ſub metaphora leænæ leunculorum & leonis rurſumq́ꝫ alterius leonis, illa deſcribi: quæ eo tēpore iam facta erāt, quo hæc propheta dicebat. Poſtq́ꝫ eñ Hieruſalē eduxit de ſtirpe regia Ioachaz filiū Ioſiæ et cōſtituit in regē tā crudelis in breui extitit tēpore, ut tropologice cepiſſe prædas & homines deuoraſſe memoret̃. Ad quē H
cū ueniſſet Aegyptius, cepit eū non abſq́ꝫ uulneribus, ſiue in fouea: ut ꝓprie in Hebraico cōtinet̃: ut cōſeruet tropologicā captionē leonū, qua ſemꝑ in foueis capi ſolet̃. Et adduxit eum in camo ſiue ĩ catenis in terrā Aegypti, ibiq́ꝫ mortuus eſt. Qđ cū uidiſſet mater eius Hieruſalē, quæ eū genuerat, quæ nutrierat, quę conſtituerat in regnū, ꝙ periſſet expectatio eius, tulit de alijs regibus Iechoniā filiū Ioakim, & cōſtituit in regē. Qui & ipſe præceſſoris imitatus crudelitatē, ſub leonis feritate deſcribit̃, ꝙ homiēs deuorarit, multas uiduas fecerit, ad deſertū adduxerit ciuitates: & ad uocē rugitus eius territa ſit uniuerſa ꝓuincia: ita ut cōuenirēt ad eū gētes, & expāderēt ſuꝑ eū rete ſuū, & in fouea caperēt, & mitterēt eū in caueā

& in

Cap. XIX.

a ET tū aſſume planctū ſuper principes Iſraël, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit? in medio leunculorū enutriuit catulos ſuos. Et eduxit unū de leunculis ſuis, leo factus eſt: & didicit capere p̃dā, hominēq́ꝫ comedere. Et audierūt de eo gentes: & nō abſq́ꝫ uulneribus ſuis ceperūt eum: & adduxerunt eū in catenis in terrā Aegypti. Quæ cum uidiſſet quoniā infirmata eſt, & perijt expectatio eius: tulit unū de leunculis ſuis leonē conſtituit eum. Qui incedebat inter leones, & factus eſt leo. Didicit capere prædā, & homines deuorare. Didicit uiduas facere: & ciuitates eorū in deſertū adducere: & deſolata eſt terra & plenitudo eius, à uoce rugitus illius. Et conuenerunt aduerſum eum gētes undiq́ꝫ de prouincijs: & expanderūt ſuper eum rete ſuū: in uulneribus earū captus eſt. Et miſerunt eū in caueam in catenis, adduxerunt eum ad regē Babylonis: miſerūtq́ꝫ eū in carcerē ne audiretur uox eius ultra ſuper montes Iſraël.

ET tu accipe lamētum ſuper principē Iſraël, & dices: Quid mater tua catulus in medio leonum facta eſt? in medio leonū multiplicauit catulos ſuos. Et exiliuit unus de catulis eius: leo factus eſt, & didicit rapere rapinas: homines comedit, & audierunt cōtra eum gentes. In corruptiōe earum captus eſt: & adduxerūt in camo in terrā Aegypti. Et uidit quoniā ablatus eſſet ab ea & periſſet ſubſtantia eius: et tulit aliū de catulis ſuis: leonē cōſtituit eū: & conuerſabatur in medio leonum. Leo factus eſt & didicit rapere rapinas: homines comedit, et paſcebatur in audacia ſua: & ciuitates eorū ad deſertū adduxit, & uaſtauit terram & plenitudinē eius à uoce rugitus ſui. Et dedit ſuper eū gētes per circuitum de regionibus: et expanderunt ſuper eum retia ſua. In corruptione earū captus eſt, & poſuerunt eū in camo: & in cauea uenit ad regē Babylonis: & introduxerunt eum in carcerem: ut nō audiretur uox eius ultra ſuper montes Iſraël.

Mater



A & in catenas: non quod hoc Iechoniæ factū ſit: ipſe enim ſe tradidit regi Babylonio & in Chaldæam aſportatus eſt, ſed ut leonis ſeruetur translatio qui capitur in foueis, catenisq́ꝫ cōſtringit̃, & in caueis reſeruatur. Alioquin iuxta hiſtoriā, hoc de Sedechia legimus, qui poſt Iechoniā rex Hieruſalē cōſtitutus eſt. Et hęc fecit occaſio, ut quia catenæ legūtur & caueæ & carcer nominatur, Sedechiā potius quàm Iechoniam pleriq́ꝫ intelligāt. Seruatus igitur in carcere eſt, nec interfectus, & tantūmodo ſublatus è regno. Cæterum Sedechiā cæcū ductū in Babylonē, ibiq́ꝫ ſtatim occiſum, narrat hiſtoria. a ¶Mater tua quaſi uin. &c.) diuerſis ſermonibus una res dicit̃.
B Et quomodo in ſuperioribus legimus Hieruſalē pulchræ mulieri comparatā, & rurſum leænæ quæ in cubili ſuo leones nutrierit: ſic nūc uiti uel uineę pulcherrimæ cōparatur, quæ ſuper aquas plantata ſit multas, & idcirco humore nutriti palmites intantū creuerint, ut unus palmes, quem ſcriptura uirgam ſolidiſſimā ſiue fortiſſimam nuncupat, profecerit in ſceptra dominantium. Pro quo uertere LXX. in tribum ducum, ut ſcilicet reges ex ea fierent. Tantæ autē erat ipſa uinea pulchritudinis, ut ſplendor uiroris eius, floribus mali punici coæquaretur, quod in Hebraico dicitur, quaſi uinea in ſanguine tuo: rubore florū ſanguine cōparato. Exaltata ergo uinea & erecta: Quia ſuperbis deus reſiſtit, humilibus aūt dat gratiam: euulſa eſt in furore dñi in terramq́ꝫ proiecta: ut ruinas Hieruſalem, elegās uitis translatio cuſtodiret. Quāuis enim pulchra ſit uinea & lōgis propaginibus extēdatur: ſi haſtilia calamosq́ꝫ ſubtraxeris: terræ iūcta, areſcit calore, maxime ſi uētus urens quem Græci καύσωνα uocāt, ſiccauerit fructū eius ut emarceſcat, & quaſi ignis crematur ardoribus. Quod autem in LXX. additū eſt: Vindicati ſunt, pro eo quod in Hebraico ſcriptū eſt: emarcuerunt: quam cōſequentiā habere poſſit, ſcire non ualeo. Illa igitur uinea tantæ ubertatis & fructuum, tantæq́ꝫ pulchritudinis: quomodo nunc C
tranſplātata eſt in deſertum, in terra inuia & ſitienti? Significat aūt terrā Babylonis ad quam translati ſunt: uel Aegyptū, quò cōfugerunt: aut ipſam terram Iudæā, in qua pauci pauperes remanſerūt: quibus pręfectus erat Godolias, ut con- 4.Reg.25.f
gregaret & regeret reliquias populi. Cōtra quē ſurre- Hiere.40.b
xit de ſtirpe regia & 41.a
& de uirga ramorū uineæ Iſmahel, qui interfecit eum in Maſpha, & comedit omnem fructū uineæ, & exinde non fuit in ipſa uinea uirga fortis, & ſceptrum dominantiū. Nullus eñ remāſit de regibus qui populū gubernaret, ſed cū Ioannā filio Careæ ad Aegyptū confugerunt. Idcirco planctus eſt & parabo- D
la lamētationis, ut Gene.49.b
plāgatur regiū genus quod in Iudęa ultra ceſſauit, donec ueniret cui repoſitū eſt. Et ipſe erat expectatio gētium. Ex quo perſpicuum eſt, & ſuperiorem lectionem in qua dicitur: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, & hanc in qua ſcriptum eſt: Mater tua quaſi uinea in ſanguine tuo ſuper aquam plantata: ad Hieruſalem pertinere, quæ perdidit leones & palmites ſuos, & non remāſit in ea uirga quæ cōſurgeret in tribum: ſiue in ſceptra dominantium. A planctu enim incipit, & finitur in planctu. Aſſume planctū ſuper principes Iſraël, Hoc eſt in principio & nunc in fine, planctus eſt: & lamentatione planctuq́ꝫ parabolæ ſtirps regia proſequenda. Porrò ſecundum Anagogen, quod alij ad cœleſtem referunt Hieruſalem, ut dicant ex ea in iſtam uallem lachrymarū plurimos corruiſſe, & reges eſſe deſiſſe, & uineam quondam pulcherrimam uento urente ſiccatam, ita ut nullus in ea uirentium palmitū remāſerit, quam poſtea ſub urbis figura plāgat Hieremias: nos intelligimus ſuper eccleſiam, eo quod in nouiſſimo tēpore multiplicata Matth.24.b
iniquitate, refrigeſcat charitas multorū, ita ut probētur ſi fieri poteſt etiā electi dei, & principes eius capiātur retibus diaboli: qui nō ſit unius regis captione cōtētus, ſed quotidie reges & principes ca-

a HEB. Mater tua quaſi uinea in ſanguine tuo ſuper aquam plantata: fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis. Et factæ ſunt ei uirgæ ſolidæ in ſceptra dominātiū, & exaltata eſt ſtatura eius in frondes. Et uidit altitudinē ſuā in multitudine palmitum ſuorū: & euulſa eſt in ira: in terrāq́ꝫ proiecta, & uentus urens ſiccabit fructū eius: emarcuerunt & arefactæ ſunt uirgæ roboris eius: ignis comedit eam. Et nūc tranſplātata eſt in deſertū in terra inuia & ſitienti. Et egreſſus eſt ignis de uirga ramorum eius qui fructus eius comedit, & non fuit in ea uirga fortis: ſceptrum dominātium: planctus eſt, & erit in planctū.

SEP. Mater tua quaſi uinea: ſicut flos in malis granatis in aqua plātata. Fructus eius & germē illius factum eſt ex aqua multa. Et facta eſt ei uirga fortitudinis in tribū ducum, & exaltata eſt magnitudine ſua in medio propaginū. Et uidit magnitudinem ſuā in multitudine palmitū ſuorū, & cōfracta in furore, in terrā proiecta eſt, & uētus urens arefecit electa eius. Vindicati ſunt, & arefacta eſt uirga fortitudinis eius. Ignis cōſumpſit eā & nūc plātauerūt eā in deſerto in terra ſine aqua, & exiuit ignis de uirga electorꝫ eius & comedit eā: & nō erat in ea uirga fortitudinis. Tribus in parabolam lamētationis eſt, & erit in plāctū.

Et factum



pere ſe

E pere feſtinet,ſecũdum illud quod ſcriptũ eſt:Eſcæ
Abacuc.1.d eius electæ.Palmites quoq; eccleſiæ,qui dudũ flo-
ribus & rubori ſanguinis æquabantur:poſtea uen
to urente ſiccentur.Quam expoſitionẽ & euãgelij
Mar.4.d quoq; parabola ſonat:in qua ſole orto,ea quæ ger
minauerãt, æſtua-
uerunt & repen-
te ſiccata ſunt, ita
ut uix remaneat
unus è palmitibus
qui conſurgat in
uirgam,& dignus
pp̃li princeps fiat.
Quod alijs uerbis
Amos.8.d loquit̃ Eſaias:In-
ducam famẽ & ſi-
tim ſuper terrã:nõ
famem panis & ſi-
tim aquæ:ſed famẽ
audiendi ſermonis
dei. Vnde debe-
mus plãgere & la-
mẽtari ſuper prin
cipes Iſraẽl:quorũ
uitio & ſuperbia
Iudæa deſerta &
capta eſt Hieruſa-
F lem. Cap. XX.

## Cap. XX.

a ET factũm eſt in anno ſeptimo,in quinto,in decima
menſis:uenerunt uiri de ſenioribus Iſraẽl ut interro-
b garent dominum,& ſedebãt coram me.Et factus eſt ſer-
mo domini ad me dicens: Fili hominis,loquere ſenio-
ribus Iſraẽl,& dices ad eos: Hæc dicit dominus deus.
Nunquid ad interrogãdum me uos ueniſtis? Viuo ego:
quia non reſpondebo uobis,ait dominus deus.

c HEB.Si iudicas eos:ſi iudi
cas fili hominis. Abomi-
d nationes patrum ſuorum
oſtẽde eis,& dices ad illos.
e Hæc dicit dominus deus:
In die qua elegi Iſraẽl,& le-
uaui manũ meam pro ſtir
pe domus Iacob,& appa-

SEP.Si ultus eos fuero ul-
tione fili hominis. Iniqui-
tates patrum eorum con-
teſtare eis,& dices ad eos.
Hæc dicit dominus deus:
Ex qua die elegi domũ Iſ-
raẽl, & notus factus ſum
ſemini domus Iacob & co
gnitus

ET factũ eſt in anno ſeptimo &c.)Poſt undecim
menſes & quinq; dies ſuperioris uiſionis,rur-
ſum ſermo fit ad prophetã:poſtq; uenerunt uiri de
ſenioribus domus Iſraẽl ut interrogarent dñm,&
ſederũt corã eo.Hãc aũt fuiſſe cõſuetudinẽ populi
Iſraẽl,ut quicquid ſcire cupiebãt,à dño quærerent
1.Reg.9.a per prophetas:multa exẽpla teſtãtur.Saul quærẽs
3.Reg.14.b aſinas,pergit ad Samuelem:accepitq; cõſiliũ à pue-
ro ut auferat prophetæ quartã partẽ ſicli.Aegro-
tante filio Hieroboã,mittit̃ in Silo ad Achaiã pro-
phetã uxor eius:deferẽs munuſcula:panes & colli-
ridas,uuas & lagunculã mellis,ut de filij infirmita
te cognoſceret.Dauid quoq; propheta aliũ interro
2.Reg.7.a gat prophetã Nathan:utrũ tẽplũ dño ædificare de-
3.Reg.22.d beat.Et Achab ſciſcitatur,aſcendat an non in Ra-
Eſa.37.b moth Galaad.In Eſaia quoq; & in Regum uolumi
4.Reg.19.f ne:quæ Sennacherib uẽtura ſint nũciant̃.Nec mi-
rũ,ſi in ueteri teſtamẽto,ſingulis quæ uẽtura ſunt
prophetæ annunciẽt,cũ Agabum legerimus quæ
Act.21.c Paulo uẽtura ſunt prophetare.Scriptũ eſt enim in
Deut.18.c Deuteronomio:Gẽtes quas perditurus eſt dñs in
cõſpectu tuo,iſtæ ſomnia & diuinationes audient:
tibi aũt nõ ſic dedit dñs deus tuus.Gentiũ enim eſt
adire Chaldæos,hariolos,aruſpices,diuinos,ſortile
gos,oracula dæmonũ quibus errori earũ illudit̃.
Vnde & nũc ſeniores Iſraẽl prophetã adeũt:ut in-
terrogẽt per eum dñm,& tamẽ de interrogatione
ſilent:ipſo qui interrogãdus erat ſciẽte quid inter-
rogarẽt,ut & in eo miraculũ ſit ſcire cur uenerint,
& ad ea reſpõdere quæ tacitus ſermo in animo cõ-
tinebat. b ¶Et factus eſt ſermo dñi ad me &c.)

Sanctis & congrua interrogãtibus datur promiſ- G
ſio,adhuc loquente te dicam:ecce adſum.Peccato-
ribus aũt,quales fuerunt ſeniores Iſraẽl,& quorũ
ſcelera in cõſequentibus propheta deſcribit:nõ da
tur reſponſio,ſed increpatio pro peccatis:& addi-
dit iuſiurandũ,ui-
uo ego,ut firmior
ſit ſententia dene-
gantis.Quod autẽ
dixere LXX.Si re-
ſpondero uobis:
Symmachus ma-
nifeſtius trãſtulit,
nõ reſpondebo uo
bis. c ¶Si iudi-
cas eos:ſi iud.&c.)
Illi quidem ad in-
terrogandũ me ue
nerunt, cupientes
de his quibus am-
bigũt & futura co
gnoſcere,tu aũt fi-
li hoĩs iudica eos,
ut nõ prophetæ ſit
reſpõſio,ſed ſentẽ
tia iudicantis pro
iniqtatibus quas
fecerũt,& patrum
ſecuti ſunt ſcelera:Vel certe ſi ultus eos fuero ul- H
tione,ut ſit ſenſus.Tanta iniquitate cooperti ſunt,
ut ne emẽdatione quidẽ & correptione ſint digni,
ſecũdũ illud quod in propheta dicit̃:Non uiſitabo Oſee.4.
ultra filias ueſtras & nurus ueſtras cum mœchatæ Prouer.18.a
fuerint.Vnde & peccatores qui in profundũ uene
re peccati,dimittũtur ut faciãt deſideria cordis ſui.
d ¶Abominationes patrũ ſuorũ oſten.&c.)Si pec
cata patrũ nõ redundãt ad filios:quomodo abomi-
nationes & iniquitates patrũ nũc ſenioribus pro-
ponũtur? Hac uidelicet cauſa,ut oſtendãtur ſimilia
parentibus agere:& hæreditario malo,longiſſimũ
funem trahere peccatorũ,ut quorũ imitantur uitia
eorum ſupplicia pertimeſcant. e ¶Hæc dicit dñs
deus:In die qua elegi &c.)Pro eo qđ dixere LXX.
fauus eſt ultra oẽs terras:pro quo nos interpretati
ſumus,egregia eſt inter oẽs terras:Aquilæ prima
æditio poſuit,firmamẽtũ:ſecunda,inclytũ:Symma
chus,regionẽ:Theodotio,fortitudinẽ:quod uideli
cet omnium terrarũ iſta ſit fundamẽtũ,quod in ea
dei religio ſit & tẽplũ & ceremoniæ & noticia dei,
& intantũ populus Iſraẽl in Aegypto conſtitutus
ignorabat deũ,ut miſſus ad eos Moyſes:Si interro Exo.3.d
gauerint,ait,me,quis miſit te? quid dicã eis? Dic,in-
quit,ad eos:Qui eſt,miſit me.In Aegypto igit̃ no-
tus factus eſt populo & ſemini domus Iacob:quã-
do leuauit manũ ſuam pro eis cõtra Aegyptios,&
dixit:Ego ſum dñs deus ueſter,& elegit eos,ut edu
ceret de terra Aegypti,ad terrã fluẽtẽ lacte & mel-
le.Necdum enim capere poterãt ſolidũ cibum,ſed
quaſi paruuli atque lactentes,melle & lacte indige
bant



A bant infantiæ.Iuxta literã uero inclytam eſſe terrã
Iudææ & cunctis terris fertiliorem:dubitare non
poterit,qui à Rinocorura uſque ad Taurum mon-
tem & Eufraten fluuium cunctam conſiderauerit
terrã,& urbium potentiã amœnitatemq; regionũ:
Palæſtinam uideli
cet & Phœnicen,
Arabiã,Syriã,Cœ
len,Ciliciam:& cæ
teras regiões:quas
Iſraẽli ſi dei præce
pta ſeruaſſet, do-
minus repromiſit:
quas quia non ac-
cepit,uitiũ fuit in-
credulitatis eius.
Nã & in ipſa Palæ
ſtina Iudæaq; pro-
uincia,gentes plu
rimæ remanſerũt,
quæ non ſunt eie-
ctæ.Neq; ẽm ſpon
ſor in crimine eſt:
ſi ille cui repromit
titur indignum ſe
fecerit ſponſione:
B præſertim cũ pro-
ponat̃ optio pro-
Eſa.1.c mittẽtis:Si uolue-
ritis & audieritis
me,quæ bona ſunt
terræ comedetis.
Sin autem nolue-
ritis,gladius deuo
rabit uos.Eligunt̃
ergo præſentia:nec
ſtatim qui eligitur,tentari non poteſt,nec perire:
quia & Saul electus in regem,& Iudas in apoſtolũ,
ſuo poſtea uitio corruerũt.Eleuatio autem manus
ſiue extenſio,habitum percutientis oſtẽdit:ut per-
cuteret pro eis Aegyptios & populum Iſraẽl de
Aegypto liberaret. a ¶Et dixit ad eos:unuſquiſ-
que offen.&c.)Pro offenſionibus quæ Hebraice di
cuntur שיקוצי Symmachus interpretatus eſt,nau
ſeas:Aquilæ ſecunda æditio,abſciſiones,ut ſignifi
carent abijciendas ab oculis lippitudines:& quaſi
nauſeas,quæ non ſolum aſpectum impediunt,ſed
& contra cernentibus uomitũ creant:גלולי quoq;
uerbum Hebraicum eſt,quod LXX.adinuẽtiones:
Aquilæ prima æditio,inquinamẽta:ſecunda,Sym
machusq; & Theodotio,idola interpretati ſunt:
quos & nos in præſentiarum ſecuti ſumus.Præci-
pit autem exeuntibus primum de Aegypto, ut
obliuiſcantur idolorum quibus multo tẽpore ſer-
uierunt,imò abijciant ea ab oculis ſuis,ut ne aſpe-
ctu quidem digna habeãt,& quibus multo tempo
re polluti ſunt,ultra nõ acquieſcãt.Ego,inquit,do
minus deus ueſter:non portenta Aegyptia:nõ ua-
riorum figmenta monſtrorũ.Sed & nobis,quando

HEB.rui eis in terra Aegy
pti,& leuaui manũ meam
pro eis dicens:Ego domi-
nus deus ueſter.In die illa
leuaui manum meam pro
eis ut educerẽ eos de terra
Aegypti in terram quam
prouiderã eis,fluentem la-
cte & melle:quæ eſt egre-
gia inter omnes terras.Et
a dixit ad eos:unuſquiſque
offenſiones oculorũ ſuo-
rum abijciat: & in idolis
Aegypti nolite pollui: ego
dominus deus ueſter. Et
b c iritauerũt me.Noluerũtq;
audire me. Vnuſquiſque
abominationes oculorum
ſuorum non proiecit: nec
idola Aegypti reliquerũt.

SEP. gnitus eis in terra
Aegypti,& ſuſcepi eos di-
cens: Ego dominus deus
ueſter:in die illa apprehen
di eos manu mea,dicẽs:ut
educerẽ eos de terra Aegy
pti in terrã quam paraui
eis:terram fluentem lacte
& melle: fauus eſt ultra
omnem terram.Et dixi ad
eos:Vnuſquiſq; abomina
tiones oculorũ ſuorũ pro-
ijciat & in adinuẽtionibus
Aegypti non polluatur:
ego dñs deus ueſter.Et re-
ceſſerũt à me.Et noluerũt
audire me. Abominatio-
nes oculorum nõ proiece-
rũt:& adinuẽtiones Aegy-
pti non reliquerunt.

d Et dixi ut effunderem indignationem meam ſuper eos,
& implerem iram meam in eis in medio terræ Aegypti.
e Et feci propter nomen meum,ut nõ uiolaretur corã gen-
tibus

eximus de Aegypto:iubetur ut offenſiones oculo C
rum noſtrorum abijciamus:ne ſcilicet his delecte-
mur quibus antea delectabamur in ſeculo:ne ſimu
lacris Aegypti polluamur,adinuentionibus uide-
licet philoſophorũ atq; hæreticorũ,quæ recte idola
nominant̃.A ſpe-
ctaculis quoq; imò
offenſiõibus Aegy
pti remoueamus
oculos,arenæ,cir-
ci, theatrorum, &
omnibus quæ ani
mæ cõtaminãt pu
ritatem,& per ſen
ſus ingrediũtur ad
mentẽ: impleturq;
quod ſcriptũ eſt:
Mors intrauit per Hiere.9.f
feneſtras ueſtras.
b ¶Et iritauerũt
me.)Siue ut Sym-
machus interpre-
tatus eſt:Nõ acqe-
uerunt mihi. Sta-
timq; uocati rece-
dunt à deo,ut nul-
lum ſit ſpaciũ in- D
ter uocationem &
receſſionẽ.Et hoc
notandũ,quod ne-
mo recedit à deo:
niſi qui ante cũ eo
fuerit.Vnde & dra
co in Iob uolumi- Iob.34.
ne, apoſtata, præ-
uaricator & rece-
dens appellatur. c ¶Noluerũtq; &c.) Propterea,
inquit,iritauerunt me & receſſerunt à me:quia no
luerunt audire me:dum liberũ homini ſeruatur ar
bitrium:& fecerũt omnia,quæ ne facerẽt lege præ-
cepi:ſtatim deſperãtes ſalutem,& muſſitãtes con-
tra Moyſen, deiq; repromiſſionibus diffidentes.
Vnde ſequitur. d ¶Et dixi ut effunderem &c.)
Statim ut præcepi eis relinquere ſiue abijcere offen
ſiones oculorũ ſuorũ,& in idolis Aegypti nequaq;
pollui:iritauerunt me,& noluerunt audire quæ di
xi:ſed ecõtrario fecerũt quæ nõ facienda præcepi.
Ideo decreuerã,ut effunderẽ in eos furorẽ & indi-
gnationẽ meã,& implerem irã meã quam mẽte cõ
ceperã in medio Aegypti:quia necdum egreſſi fue
rant de Aegypto.Sequitur enim infra:Eieci ergo
eos de terra Aegypti,& eduxi in deſertũ.Ex quo
oſtẽditur,necdum eos fuiſſe egreſſos de Aegypto,
quãdo effundere uoluit indignationẽ ſuam & im-
plere irã ſuã ſuper eos,& percutere eos in medio
terræ Aegypti. e ¶Et feci propter nomen &c.)
Quod facere cogitabam propter iuſticiam,non fe-
ci propter clementiæ magnitudinem:ne pollueře-
tur nomen meum,& uiderer nõ potuiſſe complere

E quod Iſraël repromiſeram. Peperci igitur nomini meo, ne haberent occaſionem blaſphemandi nationes, inter quas notus factus ſum eis in terra Aegypti. Hucuſque quid eis promiſerit in terra Aegypti conſtitutis, & quomodo ſtatim offenderint, & quid cōtra eos dominus cogitauerit, & tamē nō fecerit, ꝓpheta deſcribit. Quæ ſequunt̃ egreſſis de Aegypto loquutus eſt. a ¶Eieci ergo eos de terra Aeg. &c.) Hæc ad eos dicuntur qui educti ſūt de Aegypto in deſertū: ut Aegyptiorum uitijs liberati: facilius in ſolitudine dei præcepta complerent, & iudicia eius facerent & ſabbata cuſtodirēt: Quæ in ſignū data ſunt inter eū qui dedit & eos q̃bus data ſunt: ſcriptura dicēte: Et locutus eſt dominus ad Moyſen, dicēs: F Exo.31.c Et tu pręcipe filijs Iſraël, dicēs: Videte, & ſabbata mea cuſtodite, quod eſt ſignū inter me & uos in generationibus ueſtris, ut ſciatis ꝙ ego ſum dn̄s qui ſanctifico uos, & cuſtodite ſabbatū, quoniam ſanctum eſt uobis. Qui uiolauerit illud morte morietur. Omnis qui fecerit in eo opus: interficietur anima illa de medio populi ſui. Ergo ſabbatum & circuncīſio in ſignū data ſunt ueri ſabbati, & ueræ circunciſionis: ut ſciamus nobis in perfecto & æterno ſabbato requieſcendum à ſeculi operibus: & nō præputium, ſed cor circuncidamus. Vnde in ſex diebus operātes, die ſeptimo requieſcimus, ut nihil aliud die ac nocte faciamus niſi omne quod uiuimus, deberi domino nouerimus, & redeunte hebdomade, totos nos eius nomini conſecremus, ut per ſanctificationem diei recordemur domini qui ſanctificat nos. Hæc præcepta & iuſtificationes & obſeruantiā ſabbati, dedit dominus in deſerto, ut faciētes illa uiuerent in eis: non de illis ad maiora trāſirent, ſicut in euāgelio promiſſum eſt. Quæ illi uiolauerūt, non ſemel nec parum, ſed uehementer, ut uiolationis ἐπίτασις monſtraretur. Dixit ergo & in ſua mente decreuit, ut effunderet furorem ſuum ſuper eos in deſerto, & conſumeret eos, quando locutus eſt ad Moyſen: Dimitte me, & iratus furore contra eos, delebo illos. Sed noluit facere. parcēs Aegyptijs & cęteris gētibus, ne ſcandalizarentur, & ipſis quorū miſertus eſt: expectans pœnitētiam conuerſorum. Notandúmque quod quando cōſtitutus in Aegypto loquebatur poſt offenſam: Feci, ait, propter nomen meū, ut non uiolaretur coram gētibus de quibus eieci eos in conſpectu earum. Tunc enim adhuc in medio erāt, quia necdum exierant. Nunc autem poſtquàm egreſſi ſunt, dicitur: de quibus eieci eos in conſpectu earū. b ¶Ego igitur leuaui manum meam ſuper eos in deſer. &c.) Decreueram quidem ut totū furorem meum effunderem ſuper eos, & delerē illos atq; conſumerem: ſed feci propter nomē meum ne uiolaretur in gentibus, Amalechitis uidelicet & reliquis, quæ cōtra eos in ſolitudine dimicarunt, ut nequaquàm inducerem eos in terrā quam eis pollicitus ſum fluentem lacte & melle, quæ præcipua terrarū omnium eſt ſiue fauus. Cauſa autem pœnæ eſt, iſtiuſq; ſententiæ, quia iudicia mea proiecerāt & in præceptis meis non ambulauerant & ſabbata mea uiolauerāt. Ipſiuſq; cauſæ hæc cauſa eſt, ut iſta non facerent, quia cor eorum Aegypti idola ſequebatur. Pepercit autem, ait, oculus meus ne interficerem eos atq; delerem: nec omnino conſumerem. In quo quæritur, quomodo eis pepercerit: quorū cadauera in ſolitudine corruerūt, & excepto Ieſu Naue & Caleb filio Iephone, terram repromiſſionis nullus ingreſſus eſt. Ex quo intelligimus uiuere eos: nec æternis ſupplicijs reſeruatos, nec deletos eſſe de

G Exo.32.c H Ibi.17.c Nume.14.

tibus in quarū medio erant, & inter quas apparui eis ut a educerem eos de terra Aegypti. Eieci ergo eos de terra Aegypti & eduxi in deſertū, & dedi eis præcepta mea: & iudicia mea oſtendi illis, quæ faciat homo & uiuat in eis. Inſuper & ſabbata mea dedi eis, ut eſſet ſignū inter me & eos, & ſcirent: quia ego dominus ſanctificans eos. Et irritauerunt me domus Iſraël in deſerto: in præceptis meis nō ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciet homo & uiuet in eis: & ſabbata mea uiolauerūt uehemēter. Dixi ergo ut effunderē furorem meū ſuper eos in deſerto, & conſumerē eos, & feci propter nomē meū ne uiolaretur corā gentibus, de quibus eieci eos in cōſpectu earū.

b HEB. Ego igitur leuaui manum meam ſuper eos in deſerto, ne educerem eos in terram quam dedi eis, fluentem lacte & melle: præcipuam terrarum omnium: quia iudicia mea proiecerant, & in præceptis meis non ambulauerant, & ſabbata mea uiolauerant. Poſt idola enim cor eorum gradiebatur, & pepercit oculus meus ſuper eos ut non interficerem eos, nec cōſumpſi eos in deſerto.

SEP. Et ego leuaui manū meā ſuper eos in deſerto, ut omnino nō introducerē eos in terrā quā dedi eis: terrā fluentē lacte & melle: fauus eſt ultra omnem terrā: eo quod iuſtificationes meas repulerūt, & in præceptis meis nō ambulauerunt, & ſabbata mea uiolauerunt, & poſt cogitationes cordiū ſuorū ambulauerunt. Et pepercit oculus meus ſuper eos ne delerem eos, & non interfeci eos in cōſumptionem in deſerto.

Dixi



A eſſe de libro uiuentiū: nec conſumptos ante faciem domini. Si enim ex eo quod nō ſunt introducti in terram repromiſſionis periſſe credendi ſunt: ergo & Moyſes perijt: qui uidit tantum terrā repromiſſionis & non eſt ingreſſus in eam. De quo in libro Deut.34.b Ieſu dn̄s loquit̃: Moyſes famulus meus mortuus eſt. Malach.4.b Et in Malachia: Mementote legis Moyſi ſerui mei. Et in Hieremia, quaſi de amico & familiariſſimo ſuo loquitur Hiere.15.a deus: Si ſteterint Moyſes & Samuel in conſpectu meo. Alioquin & Moyſi preces exauditas eſſe credendū eſt: quādo pro populo interpellās, Exo.32.g ait: Si dimittis eis peccatum, dimitte: ſin aūt non uis, me dele de libro tuo quē ſcripſiſti: Vt aūt ſciamus ſentētiā dei in filios & famulos, non ad perditionē ſed emēdationem fieri, audiamus teſtimo- Prouer.3.b nia ſcripturarum: Fili ne contriſteris ad diſciplinā dn̄i: neq; deficias, quādo B Hebr.14.b ab eo argueris. Quē em̄ diligit dn̄s, corripit: Flagellat autē omnē filium quem recipit. Et in alio Pſal.77.d loco: Cum interficeret eos, tūc quærebāt eum. Et in Deuteronomij cā- Deut.32.f tico: Ego interficiam & ego uiuificabo. Poſſumus & hoc iuxta literā dicere, quod non deleuerit eos, neq; conſumpſerit cū ſtirpe ſua atq; progenie: ſed interfectis patribus, pepercerit filijs: quos in terrā repromiſſionis induxit. a ¶Dixi aūt ad filios eorum &c.) Poſt interfectionē patrū qui in eremo corruerūt: præcepta dat filijs: in quorū ſalutē miſertus eſt patrum. Et pepercit, inquit, oculus dn̄i ſuper eos: ne omnino interficeret eos atq; deleret, ſed patres in filijs reſeruaret: eadēq; teſtat̃ quæ & patribus eſt locutus, ut poſtq; in pręceptis illius ambulauerint, & iudicia illius cuſtodierint, & ſanctificationē ſabbati quod ſignū datum eſt reſeruauerint: tūc ſciāt quia ipſe ſit dn̄s deus eorū. Præcepta aūt & legitima patrū & iudicia eorū, errorē inolitū ſignificat: ne peccata eorū imitentur, quorū tormenta perſpiciunt. b ¶Et exacerbauerunt me filij: in præce. &c.) Sed & filij, inquit, parentū ſcelera ſunt ſecuti: fecerūtq; omnia quæ illi fecerant, unde & ſimilem meruere ſententiā, ſed eadē qua & patres eorū miſericordiæ meæ magnitudine reſeruati ſunt, & ob eaſdem cauſas quibus & patrū miſertus ſum, ut unus atq; idē creator amborum: ſimili iram meā patiētia mitigarem. Manifeſta percurrimus, & ad obſcuriora tranſimus. c ¶Iterum leuaui manū meā &c.) Vbi in ueteri teſtamēto contra filios eorū qui in ſolitudine corruerūt dn̄s leuauerit manum ſuam, uolēs eos diſpergere in nationes, ſcriptura nō dicit: ſed ex eo quod hic refert, factum eſſe credēdum eſt. Siue hoc ſignificat, quod poſtq; terrā repromiſſiōis intrauerint, uarijs tēporibus ob multa peccata diuerſis traditi ſūt gētibus regibuſq;, & eo tēpore quæ natura ſua bona erāt præcepta dn̄i, & iudicia in quibus poſſent credētes uiuere: facta ſint eis non bona, dum nequaq; ualent in captiuitate legis præcepta ſeruare, & facere quę diuinus ſermo mādauit. Neq; dixit, dedi eis præcepta mala, ſed nō bona. Non enim ſtatim ſequitur, ut quod bonum nō eſt, ſit malū, ſicut & Apoſtolus docet: Bonū eſſe 1.Cor.7.a homini uxorē uel mulierem nō tangere, ſed propter incōtinētiā unumquēq; poſſidere uas ſuū in ſanctificatione & caſtitate. Quod ſi nō fecerit, nec bonū nec malū eſt. Dedit ergo eis deus diſperſis in gētibus præcepta non bona, hoc eſt dimiſit eos cogitationibus & deſiderijs ſuis, ut facerēt quæ nō cōueniunt. Et polluit eos in muneribus ſuis: ſicut ſacerdos leproſos de populo ſeparās, & eos pollutos eſſe demōſtrās, dum idolis offerūt que deo offerre deberēt. Et trāſducunt omne quod aperit uuluā per ignē Baali, id eſt, primogenita: ut poſtq; deſerti fuerint à deo & idolorum cultui traditi: tūc intelligāt quod ipſe ſit dominus quem ſuo uitio ad iracundiā cōcitauerūt. Hunc locū manifeſtius interpretatus eſt Symmachus, pro præterito ponens futurum. Igitur & ego dabo eis præcepta nō bona, & iudicia propter quæ non uiuent, & polluam eos propter munera ſua,

C D

a Dixi aūtem ad filios eorum in ſolitudine. In præceptis (ſiue legitimis) patrum ueſtrorū nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis: nec idolis (ſiue cogitationibus) eorum polluamini. Ego dominus deus ueſter. In præceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite & facite ea: & ſabbata mea ſanctificate, ut ſit ſignū inter me & uos, & ſciatur (ſiue ut ſciatis) quia b ego ſum dominus deus ueſter. Et exacerbauerunt me filij: in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non cuſtodierunt, ut facerent ea quæ cum fecerit homo uiuet in eis: & ſabbata mea uiolauerunt. Et comminatus ſum ut effunderem furorē meum ſuper eos, & implerē iram meam in eis in deſerto. Auerti autem manum meā, & feci propter nomen meum, ut non uiolaretur coram gentibus de c quibus eieci eos in oculis earum. Iterum leuaui manum meā in eos in ſolitudine ut diſpergerem illos in nationibus & uētilarem in terras: eo quod iudicia mea nō feciſſent, & præcepta mea reprobaſſent, & ſabbata mea uiolaſſent, & poſt idola (ſiue cogitationes) patrū ſuorum fuiſſent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis præcepta nō bona, & iudicia in quibus non uiuent, & pollui eos in muneribus ſuis cum offerrent (ſiue tranſducerēt) omne quod aperit uuluam propter delicta ſua: (pro quo Lxx. tranſtulerunt.) Vt delerem eos (& quod illi prætermiſerūt) & ſciēt quia ego dominus.

Idcirco

E quia conſecrant & tranſducunt omne quod aperit uuluam, ut deleam eos, & ſciēt quia ego dñs. Et eſt ſenſus. Quia uidi filios patrū ſceleribus adæquari, & eadē facere propter quę illi offenderāt deū; uolui illos diuidere in nationes, & in toto orbe diſpergere, & dare illis pręcepta non bona & iudicia in qbus nō uiuerēt, ut pollue rem illos in muneribus ſuis; qa oīa primogenita idolis cōſecrabant, & delerē eos in perpetuū & ſcirent ꝙ ego eſſem dñs. Per quæ oſtēdit, eis nō ſe dediſſe pręcepta nō bona qui in eremo morabant̄, ſed hi quos diſpergere uoluit in nationes & facere in toto orbe pegrinos, dare coēgiſſe quæ nō dedit; ut ibi dei F præcepta bona, uitio ſuo nō bona facerent, dum idolis exhibēt quæ deus ſibi pręceperat exhibenda. Poteſt & hoc dici, quod ante offenſam decalogū tātum acceperint; poſt idololatriā uero & blaſpemiam multiplices legis ceremonias, ut deo potius offerrēt uictimas quas dæmonibus offerebāt, & cōparatione ſacrilegij, leuius fieret quod nō erat per ſe bonū, & nequaq; malum, quia deo offerebat̄, & tamen nō bonū, quia boni autorē offenderāt. a ¶Quāobrē loquere &c.) Volui, inquit, eos in ſolitudine delinquētes in cūctas diſpergere nationes, & dare illis præcepta nō bona, ut qđ mihi offerre debuerāt, idolis immolarent, & omne primitiuū ſuum cōſecrarēt eis per ignē, ut interficerē eos atq; delerē. Quādo aūt dicit, uolui, oſtēdit ſe nō feciſſe quod uoluit. Illudq; quod ſequitur: Et ſciēt quia ego ſum dñs; in Lxx. nō habet̄. Nō enim eis uidebatur conſequens poſt interfectionē noſſe quod ipſe ſit dñs. Sed tu fili hominis rurſum loquere ad eos, hoc eſt, ad ſeniores domus Iſraël qui te interrogare uenerūt; Patres ueſtri de quorum uos ſtirpe deſcēdiſtis, etiā in hoc blaſphemauerunt me,

& duxere pro nihili; poſtq; introduxi eos in terrā quam mea fortitudine poſſederūt, quā ego ad poſſidendū dederā; illi uerterūt ad exaſperādū me. G Cum enim uidiſſent omnem collem excelſum; lignumq; nemoroſum; ſacrificabāt in montibus & in lucis & ſaltibus, & idolis uictimas immolabant, & liba fundebāt; quod cum uidiſſem, dixi ad eos: Quid eſt bama? בָּמָה hoc enim interpretat̄ excelſum: aut cur īgredimini iſtiuſmodi locum quē uobis in cunctis collibus elegiſtis, ita ut uſq; hodie iſtiuſmodi loca appellēt̄ Bamoth, & antiquus error nomen priſtinum teneat? Pro bama, quod nos in excelſum uertimus: in Lxx. ęditiōe error H obtinuit, ut ſcribatur ἀββανὰ, quod Hebraico ſermone nil reſonat. Poteſt bama ſi utrāq; ſyllabam in duo diuidas uerba, ſignificare, in quo: ſed præſenti loco ſenſus iſte nō cōgruit. Vbicunq; autem in Regum & Paralipomenon libris ſcribit̄. Adhuc populus adolebat incenſum & immolabat in excelſo, Bama ſingulariter; & Bamoth pluraliter excelſa ſignificat. b ¶Propterea dic ad domum Iſraël. Hæc dicit dominus deus: In uia patrum ueſtrorum uos polluimini &c.) Patrum ueſtrorū imitamini uitia, & per eaſdem inceditis uias, ut delicta ſimilia ſimilē mereantur & pœnam, & in tantum ſcelus profeciſtis, ut filios ueſtros per ignem dæmonibus cōſecretis. Nec ſemel hoc feciſſe ſufficiat, ſed uſque in præſentiarum agatis eadem. Non quod hæc ſeniores in captiuitate faciant, ſed quod illi qui Hieroſolymis morabantur, & quibus captiuitas imminebat, hæc omnia facere non ceſſent. Et cum tantis flagitijs obligati ſitis: reſpōſionem, inquit, meam quæritis? Viuo ego dicit dominus deus, & iuro per memetipſum, quia nō reſpōdebo uobis. Quodq; ſequitur. Neq;

a HEB. Quāmobrem loquere ad domum Iſraël: fili hominis, & dices ad eos. Hæc dicit dominus deus: Adhuc & in hoc blaſphemauerūt me patres ueſtri, cum ſpreuiſſent me cōtemnentes, & induxiſſem eos in terram ſuper quam leuaui manum meam ut darem eis; uiderunt omnem collem excelſum & omne lignū nemoroſum, & immolauerunt ibi uictimas ſuas, & dederunt ibi iritationem oblationis ſuæ, & poſuerūt ibi odorem ſuauitātis ſuæ, & libauerūt libationes ſuas. Et dixi ad eos: Quid eſt excelſum ad quod uos ingredimini? Et uocatū eſt nomen eius excelſum uſq; in hunc diem.

SEP. Idcirco loquere ad domū Iſraël fili hominis, & dices ad eos. Hæc dicit adonai dñs: Vſq; ad hoc me ad iracundiā prouocauerunt patres ueſtri in delictis ſuis quibus corruerūt in me, & introduxi eos in terram ſuper quam leuaui manum meā ut traderem eam illis. Viderūtq; omnē collem excelſum & omne lignū nemoroſum, & immolauerunt ibi dijs ſuis, & poſuerunt ibi furorem munerum ſuorum, & poſuerūt ibi odorem fragrantiæ eorum, & libauerūt ibi libamina ſua. Et dixi ad eos, Quid eſt abbana: quia uos intratis illuc? Et uocauerunt nomē eius abbana uſq; in hodiernum diem.

b Propterea dic ad domum Iſraël. Hæc dicit dominus deus. In uia patrum ueſtrorum uos polluimini; & poſt offendicula eorum uos fornicamini. Et in oblatione donorum ueſtrorum cum tranſducitis filios ueſtros per ignem; uos polluimini in omnibus idolis ueſtris uſque hodie, & ego reſpondebo uobis domus Iſraël?

Viuo



A a ¶Neq; cogitatio mentis ueſtræ &c.) Hunc habet ſenſum: Ne putetis cogitationes ueſtras quibus contra me blaſphematis poſſe compleri: dicitis em̄, nolumus eſſe ſub domino, nec populus illius appellari; ſed ſicut cunctæ in toto orbe ſunt nationes, & unaquæq; gēs ſuo uiuit arbitrio, ut colat ligna & lapides & idolis ſeruiat, etiam nos una gēs erimus è pluribus. Ad q̄ reſpondet deus, iuratq; ꝑ ſemetipſum & dicit: Nō uos relinquam neq; cōtemnā, ut fugaces ſeruos domini negligentes ſolent contēnere, ſed ad meū retrahā imperiū, & brachio extēto ac percutiente ac furore effuſo, in priſtinam uos redigā ſeruitutē, & regnabo ſup uos: ut uelitis nolitis me habeatis regē; et ſenti B atis regē iratū cuius clemētiam neglexiſtis. b ¶Et educā uos de populis: & con. &c.) Nec uos ait patiar eſſe in gētibus, nec æterna captiuitate retineri; ſed educā de populis & congregabo de terris in quas uos ad ſeruiendum hoſtilis neceſſitas huc illucq; diſperſit. Hæc autem faciam, non ut perdam uos & deleam: ſed ut rex ueſter ſim. Ex quo intelligimus etiam eā quam appellant hæretici creatoris crudelitatem, ſonare clementiam; dum ad hoc iraſcitur & deſæuit & totū effundit furorem; ut retrahat eos ad regnū ſuum, qui dæmonum tyrannidem ad ſeruiendum elegerunt. c ¶Et adducam uos in deſertum &c.) Faciam, ait, dominus uobis qui eſtis in Babylone & nunc ſeruitis idolis; quod feci patribus ueſtris in Aegypto ut educam uos in deſertum populorum, & ibi iudicer uobiſcum facie ad faciem, ſicut aduerſus illos iudicio contendi, quando egreſſi ſunt de Aegypto. Et poſtq; uos iudicauero, ſubijciam uos ſceptro meo & imperio, & inibo pactum uobiſcū, & inducam uos in terram ueſtram in uinculis charitatis; ut ligati amore meo, nequaquā à me poſſitis recedere. Tranſgreſſores autem & impios, qui cordis duricia in malis operibus perſeuerant; eligam de uobis non ad poſſidendum, ſed ad abijciēdum.

Et educam quidem eos de terra incolatus eorum, C ut educti non ingrediantur terram Iſraël; ſed in diuerſis pereant regionibus, & diſtinctione bonorū & malorum, cognoſcatis, quia ego ſum dominus, qui facio cūcta iudicio. Ad reliqua feſtinat oratio, breuiterq; percurrimus ſingula: ut ſenſum tantum legentibus præbeamus. d ¶Et uos domus Iſraël; hæc dicit dominus deus: &c.) Hunc locū manifeſtius interꝓtatus eſt Symmachus. Vnuſqſq; idolis ſuis euntes ſeruite, quia noluiſtis audire me: nomen autem meum ſanctum nolite ultra polluere ꝑ munera ueſtra atq; ſimulacra: In monte uero ſancto meo, in monte excelſo Iſraël, ait dominus deus: ibi ſeruiet mihi omnis domus Iſraël. Symmachi D translatio hunc habet ſenſum. Quia mihi ſeruire non uultis: ite ſeruite idolis, & ſimulacrorum ueſtrorū calcate ueſtigia. Me enim audire non uultis, ut nequaq; mihi hoſtias immoletis; nec adoleatis incenſum, nec meus populus appellemini. Mihi enim nequaq; in lucis & phanis & idolorum locis ſeruiēt cultores mei; quod uos facitis; ſed in mōte ſancto meo, in monte excelſo Iſraël. Porrò Lxx. propriū explicant ſenſum. Derelinquite cogitationes ueſtras priſtinas: & malarū adinuentionū auferte peccata, & ſi poſt hęc audieritis me, & nomē meū nō pollueritis in muneribus ueſtris atq; ſimulacris: tūc in mōte meo ſancto offeretis mihi uictimas & ſeruietis ò oīs domus Iſraël. Aquila uero Symmacho ex parte cōſentiēs, in parte diſcordat: Ite, īquit, poſt idola ueſtra & ſeruite eis, qa indigni eſtis meo imperio: nec me ur̄a cultura delectat. Qđ ſi & ī hoc nequaq; audieritis me, ſed nomē ſanctū meū pollueritis, dū mihi offerre ſimulatis q̄ offertis idolis, & nomini meo tantū blaſphemiā facitis, ut q idolorū cultores eſtis, meos uos eſſe dicatis: hoc ſcitote, quod in mōte ſancto meo, in mōte excelſo Iſraël, ibi ſeruitura ſit mihi oīs domus Iſraël; non uos qui ſeruitis idolis; ſed oīs domus Iſraël q̄ poſtea croditura eſt.

Viuo ego dicit dominus deus: quia non reſpondebo uo
a bis. Neq; cogitatio mentis ueſtræ fiet, dicētium, erimus ſicut gentes, & ſicut cognationes terrę, ut colamus ligna & lapides. Viuo ego dicit dominus deus, quoniā in manu forti & in brachio extēto & in furore effuſo regnabo
b ſuper uos. Et educam uos de populis, & cōgregabo uos de terris in quibus diſperſi eſtis: in manu ualida & brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper uos. Et
c adducam uos in deſertum populorum, & iudicabor uobiſcum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio cōtendi aduerſus patres in deſerto terræ Aegypti, ſic iudicabo uos dicit dominus. Et ſubijciā uos ſceptro meo, & inducā uos in uinculis fœderis, & eligam de uobis tranſgreſſores & impios: de terra incolatus eorū educam illos, & in terrā Iſraël non ingredientur, & ſcietis quia ego dominus.

d HEB. Et uos domus Iſraël hæc dicit dominus deus: ſinguli poſt idola ueſtra ambulate et ſeruite eis. Qđ ſi & in hoc non audieritis me, & nomen meum ſanctum pollueritis ultra in muneribus ueſtris & in idolis ueſtris.

SEP. Et uos domus Iſraël hæc dicit adonai dominus. Vnuſquiſq; adinuentiones ſuas auferat, & poſt hæc ſi uos audieritis me: et nomen meum ſanctum nō pollueritis ultra in muneribus ueſtris, & in ſtudijs ueſtris.

In

a In mõnte uero ſancto meo, in monte excelſo Iſraël,ait dominus deus: ibi ſeruiet mihi omnis domus Iſraël:omnes inquam in terra in qua placebunt mihi,& ibi requiram primitias ueſtras, & initium decimarum ueſtrarũ, in omnibus ſanctificationibus ueſtris in odore ſuauitatis ſuſcipiam uos,cum eduxero uos de populis,& congregauero uos de terris in quas diſperſi eſtis, & ſanctificabor in uobis in oculis nationum,& ſcietis quia ego domi-
b nus. Cum induxero uos ad terram Iſraël: in terram pro qua leuaui manum meam ut da-
c rem eam patribus ueſtris. Et recordabimini uiarum ueſtrarum,& omnium ſcelerum ueſtrorum,quibus polluti eſtis in eis: & diſplicebitis uobis in conſpectu ueſtro in omnibus malicijs ueſtris quas feciſtis,et ſcietis quia ego dominus cum benefecero uobis propter nomen meum: non ſecundum uias ueſtras malas,& ſecundum ſcelera ueſtra peſſima domus Iſraël,ait dominus deus.

E a ¶In monte uero ſancto meo,&c.)De hoc monte in quo ſeruitura eſt deo omnis domus Iſraël, E-
*Eſa.2.a* ſaias & Micheas pari uoce cecinerũt: In nouiſſimis
*Mich.4.a* diebus erit manifeſtus mons domus dñi in uertice montium,& eleuabitur ſuper colles:& fluent ad eũ omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite aſcendamus in montẽ dñi & in domum dei Iacob,& docebit nos uias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. De Sion enim exibit lex & uerbum domini de Hie-
*Eſa.40.b* ruſalẽ. Et rurſum Eſaias: In mõtem,inquit, excelſum aſcende qui annuncias Sion,eleua & exalta uocem tuam qui euãgelizas Hieruſalẽ. Quem montem Sion aut eccleſiã intelligimus quæ interpretatur ſpecula,& in altitudine ſanctorum dogmatum conſtituta eſt: aut ipſum dominum ſaluatorem,in quo & primitiæ & decimę & om̃is cultura in odorem uerti-
F tur ſuauitatis,ut omnes in circuitu natiões uidẽtes populũ domini eſſe ſaluatum,glorificẽt deũ, & cognoſcant qui ſaluati fuerint quod ipſe ſit dñs. b ¶Cũ induxero uos ad terrã &c.)Tunc ſcietis quod ego ſim dominus: quando induxero,ait,uos in terrã Iſraël,pro qua leuaui manum meam ut inducerem in eam patres ueſtros,quam illi ſuo uitio perdiderunt,& uos non tã ueſtro merito q̃ mea clementia recepiſtis. c ¶Et recordabimini uiarum ueſtrarum &c.)Non poſſumus recordari ſcelerũ noſtrorum atq; uitiorũ niſi inducti fuerimus in terram Iſraël: ibiq; poſiti dica-

G mus cũ apoſtolo: Qui nõ ſum dignus uocari apo- *1.Cor.15.b*
ſtolus: quia perſecutus ſum eccleſiã dei. Et diſplicebitis,ait,uobis in cõſpectu ueſtro in omnibus malicijs ueſtris quas feciſtis. Siue ut interp̃tatus eſt Symmachus,& paruuli uobis uidebimini ,ppter oẽs malicias ueſtras quas eſtis operati, ut poſtq̃ excelſi fuerint, humiles ſe eſſe credãt: quia dñs humilibus dat gratiã. Et in alio *Iacobi.4.b* loco ſcriptũ eſt: Ante cõ- *Prouer.18.b*
tritionẽ exaltabit̃ cor uiri,& ante altitudinẽ humiliatur. Superbiã enim cõtritio, & humilitatẽ ſequitur exaltatio. Et ſcietis q̃a ego dñs cũ benefecero uobis. Et dñm ſaluatorẽ tunc magis cognouimus: qñ benefecit nobis,& paſſus eſt pro peccatis noſtris, & portauit iniquitates noſtras, & ,p nobis doluit,non pro aliquo merito eorum qui ſaluant̃,ſed propter nomen ſuũ. Alioquin uiæ noſtrę et ſcelera peſſima, non miſericordiam meruere ſed pœnam. Quic- H
quid aũt de populo diximus Iſraël: qui liberatus de Aegypto,in ſolitudine multa cõmiſit & offẽdit deum,& poſtea in terram repromiſſionis inductus,ueneratus eſt idola,lignaq; & lapides coluit,et poſtea dei clemẽtia cõſeruatus eſt: referamus ad eos qui de Aegypto ſeculi huius,manu excelſa dñi liberati ſunt,& introducti in uitiorũ ſolitudinem, rurſum Aegyptũ ſuſpirarũt,& fecerũt ea per quæ puniri debuerãt: ſed nihilominus per pœnitentiã non ſuo merito,ſed dñi clementia conſeruati ſunt.

Cõmentarij ſexti in Ezechielẽ prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEPTIMVM COMMENTAriorum Ezechielis ad Euſtochium procemium.

OLim pueri legimus: nihil tam facile eſt quin difficile fiat,quod inuitus facias. Fateor me explanationes in Ezechiel multo ante tempore promiſiſſe,& occupatione de toto huc orbe uenientiũ implere nõ poſſe,dũ nulla hora,nullũq; momentũ eſt,in quo non fratrũ occurramus turbis,& monaſterij ſolitudinẽ,hoſpitũ frequentia commutamus: intantũ ut aut claudendũ ſit nobis hoſtiũ,aut ſcripturarũ per quas aperiendæ ſunt fores, ſtudia relinquenda. Itaq; lucratiuis imò furtiuis noctiũ horis,quæ hyeme propinquante longiores eſſe cœperunt; hæc ad lucernulã qualiacũq; ſunt dictare conamur,& æſtuantis animi tædiũ, interpretatione digerere. Nec iactamus, ut quidam forſitan ſuſpicantur,fratrum ſuſceptionem, ſed morarum cauſas ſimpliciter confitemur: præſertim cum occidentalium fuga:& ſanctorũ locorũ cõſtipatio,nuditate atq; uulneribus indigẽtiũ,rabiẽ p̃ferat barbarorũ (quos abſq; lachrymis



A mis & gemitu uidere non poſſumus)illã quondã potentiã & * ignorantiã diuitiarum ad tãtam C
inopiã perueniſſe: ut tecto & cibo & ueſtimento indigeat,& tñ nequaq; duri quorundam atq; *Legendum arbitror arrogantiam.*
crudeles animi molliuntur,dũ pannos eorũ & ſarcinulas diſcutiũt,aurũ in captiuitate quærentes. Accedit ad hanc dictandi difficultatẽ,quod caligantibus oculis ſenectute,& aliquid ſuſtinẽtibus beati Iſaac,ad nocturnũ lumẽ nequaq; ualeamus Hebræorũ uolumina relegere: q̃ etiã ad ſolis dieiq; fulgorẽ,literarũ nobis * prauitate cæcantur. Sed & Græcorũ cõmentarios ,fratrũ tantũ *Aliâs paruitate.*
uoce cognoſcimus. Nulliq; dubium,quod alienis dentibus cõmoliti cibi ueſcẽtibus nauſeam faciãt. Vñ obſecro te filia Euſtochiũ: ut iſta quę notariorũ ſtilo cudimus,& ad q̃ emẽdanda ſpaciũ uix habemus; id eſt ſeptimũ in Ezechielẽ librũ poſt interualla ſuſcipias,& ut ante iam dixi, ſi librorũ breuitas uel longitudo inter ſe fuerint inæquales, uiſionũ imò ὑποθέσεων breuitati imputes ac longitudini,dum & iuncta nolumus ſeparare,& diſſonantia in unam coartare congeriem.

a ET factũs ẽ ſermo dñi ad me,dicens: Fili hominis: pone faciẽ tuã cõtra uiam auſtri & ſtilla ad Aphricũ, & ,ppheta ad ſaltum agri meridiani. Et dices ſaltui meridiano: Audi uerbũ dñi: hæc dicit dominus deus. Ecce ego ſuccẽdam in te ignẽ,& cõburam in te omne lignũ uiride,& om̃e lignũ aridũ: nõ extinguet̃ flãma ſuccẽſionis,& cõburet̃ in ea oĩs facies ab auſtro uſq; ad aquilonẽ. Et uidebit uniuerſa caro q̃a ego dñs ſuccendi eã nec extinguet̃. Et dixi, ha,ha,ha,dñe deus: ipſi dicũt de me: Nunquid non p parabolas loquit̃ iſte?

ET factus eſt ſermo domini ad me dicẽs: Fili hominis, obfirma faciem tuã ſup Theman:& reſpice ad Darom, uaticinare ſup ſaltũ ducẽ Nageb, & dices ſaltui Nageb. Audi ſermonẽ dñi,hæc dicit dominus. Ecce ego ſuccẽdam in te ignẽ & deuorabit in te om̃e lignũ uiride, & lignum aridũ. Non extinguet̃ flãma ſuccenſa,& ardebit in ea oĩs facies à meridie uſq; aquilonẽ, & cognoſcet omnis caro quia ego dñs ſuccẽdi illã: nõ extinguet̃. Et dixi: Nequaq; domine dñe: ipſi dicũt ad me: Nónne parabola eſt quæ dicitur hæc? Et factus

### COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber ſeptimus.

ET factus eſt ſermo dñi ad me, dicens: Fili hominis &c.)Quid ſignificet pone uel obfirma faciẽ tuã, ſupra plenius diximꝰ. Obfirmatione em̃ uultus opus eſt & frontis duricia: ut quæ imperãtur ,p-phetæ, loquat̃ intrepidus, maxime
B cum ad totam populi multitudinẽ triſtia nuncianda ſint. Theman autẽ et Darõ et Nageb: et rurſum Nageb: pro quo Lxx. ἀπηλιώτην interpretati ſunt: quid ſonent in Hebræo,expreſſit noſtra trãslatio. Qd'q; dixere ducẽ Nageb,melius habet in Hebræo, agri uel regiõis meridianæ. Nõ enim שׂר, ut putauerũt Lxx. quod uerbũ ducem & principẽ ſonat,ſed שׂדה ſcriptũ eſt,qd' proprie agrũ regionẽq; ſignat:& ,ppter ד & ר literarũ ſimilitudinẽ,error inoleuit. Loquitur autem ſermo diuinus per Metaphoram ſaltus contra Hieruſalem, quæ beſtiarum & ferociũ hominum habitatio eſt: quod ſuccendat eum: omniaq; ligna illius concrementur,nequaq; arbores uocans quę fructibus indigebant,ſed ligna quaſi incẽdio p̃parata. Primũq; cõburit in eo lignũ uiride ſecundũ quod in hoc eodem propheta legimus: Et à ſanctis meis incipite: & poſtea aridũ, quod nihil in ſe poterat habere uitale: ſanctos uidelicet ſimul & peccatores: ut alij captiuitatis mala morte effugiãt: alij ſupplicijs tradãtur æternis. Quodq; infert: Ab auſtro uſq; ad aquilonem,hoc indicat,ab Hieruſalem uſq; ad Babylonem: ut omne iter pergentium in captiuitatem gladio,fame,peſtilẽtia ruentiũ cõpleatur. His em̃ qui in Babylone ſunt, Hieruſalẽ ad auſtrũ ſita eſt, quomodo econtrario olla in Hieremia q̃ *Hier.1.e*
ſignificat Hieruſalem,à facie aquilonis,id eſt, Babylonis ſuccenditur. Et pulchre in princi- D
pio: ſtilla, ĩquit, ad Aphricũ: ut nõ tota dei ira uideatur effuſa,ſed ſtilla quędam & pars. Sin autem ſtilla tantæ ſæuitiæ eſt: quid in totis imbribus æſtimandum eſt? Vt omnis caro q̃ uiſura eſt ſalutare dei: per ſyluarum incẽdium & flammã quę nullius extinguitur auxilio: cognoſcat qd' ipſe ſit dñs. Quod intelligens propheta rẽſpondit: ah, ah, ah dñe deus: uel ut Lxx. tranſtulerunt, nequaquã dñe dñe. Et infert: Et ipſi dicunt ad me: Nunquid non per parabolas loquit̃ iſte,uel parabola eſt iſta quæ dicitur? Et eſt ſenſus. Planius loquere,non intelligimus per parabolam quid loquaris: aperto ſermone, dei nobis pande ſententiam. Poteſt aũt Tropologi- *Tropol.*
ce Themã & Nageb & Darom Aegyptus intelli- *Dan.11.*
gi: legimus em̃ in Daniel crebro auſtrũ pro Aegypto accipi, Aegyptus autẽ refert̃ ad mũdi iſtius anguſtias: prophetat igit̃ Ezechiel quæ mũdo uẽtura ſint mala: quẽ ſaltum uocat,pomiferas arbores non habentem

E habentē, ſed habitaculum beſtiarū. De quo & in uigeſimooctauo pſalmo dicit: Vox dñi perficientis ceruos, & reuelabit condenſa ſyluarū. Iſtæ ſunt ſyluæ & ſaltus qui plus deuorauerunt in prælio de exercitu Abeſſalon q̃ interfecit gladius. Succēditurq; in ſaltibus primū lignū uiride & ſic aridū, hi qui uiuūt in malo, & hi q iuſticiæ mortui ſūt. Quodq; dicitur: et cōburet in ea oīs facies ab auſtro uſq; ad aquilonem: hoc dicit: Ab his q feruēte ſpiritu uidebantur uſq; ad eos q creſcēte iniqtate & refrigerata charitate multorū, calorē priſtinū perdiderunt: ita ut oīs caro perſpiciat flāmā dñi non extingui. Precaturq; ꝓpheta ne fiat quod dñs comminatus eſt, hoc eſt, ne ſuccendatur ſaltus, &
F ligna omnia cōcrementur, ut aut adhuc accipiant locū pœnitentię: aut ſibi non imponatur neceſſitas triſtia nunciandi, præſertim cū populus ea nō intelligat & obſcuritate dictorū, magis ad inſaniam prouocetur.

Cap. XXI.

ET factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis po. &c.) Quia ſupra dixerat, ipſi dicunt de me, nunquid non per parabolas loquit̃ iſte: & apertā populus flagitabat ſententiam: idcirco id quod dñs per metaphorā ſiue parabolā, & ut alij uertere prouerbiū, eſt locutus, nunc manifeſtius loquit̃, ſaltus Nageb & Darom & Theman eſſe Hieruſalem, & templum illius ſancta ſanctorum, & omnem terram Iudææ: flammamq; quæ combuſtura ſit ſaltum, intelligi gladiū deuorātem, qui eductus ſit de uagina ſua, ut interficiat iuſtum & impium. Hoc eſt enim lignum uiride & lignum aridū. Vnde & dominus: Si in ligno
G ait, uiridi tanta faciunt: in ſicco qd facient? Pro quo neſcio quid uolentes Lxx, iniquum & iniuſtum interpretati ſunt: quaſi non idem utrunq; ſignificet. Quodq; ibi dixerat: Et uidebit uniuerſa caro, quia ego dominus ſuccēdi eam: hoc eſt, ſyluam ſiue flammam, nec extinguetur, hic alijs uerbis loquit̃, ut ſciat oīs caro, quia ego dominus eduxi gladiū meū de uagina ſua irreuocabilem. Vere enim contra Hieruſalem nō eſt flamma ſopita, nec extinctum incendium: nec reuocatus gladius: quia modicum tempus in medio, & Hieruſalem cum templo ſuo Babylonio igne ſuccenſa eſt. b ¶Et tu fili hominis ingemiſce in cōtritione lūborum & amaritudinibus ingemiſce coram eis. Cūq; dixerint ad te quare tu gemis? &c.) Primum dixerat: uaticinare uel ſtilla ad auſtrū, Aphricum & meridiem, & ad ſaltū meredianū: Quod quia uidebatur obſcurū, & dicta prophetę populus neſciebat: ſecūdo ponitur manifeſtius, ſaltū meridianum eſſe Hieruſalem, & omnes infructuoſas arbores, ad quarū radices ſecuris poſita ſit, intelligi habitatores eius gladiūq; interpretari pro incendio. Tertio iubetur prophetæ, ut tacentibus illis nec interrogantibus cur iſta uaticinatus ſit: faciat per quæ interrogetur: & reſpondeat quæ dominus locutus eſt. Ingemiſce, inquit, eiulare, non leui uoce, nec dolore moderato, ſed in contritione lumborum ut gemitus tuus ex imis uiſceribus & amaritudine animi proferatur. Et hoc facies coram eis: ut cum te interrogauerint cur tanto gemitu conteraris, & quid tibi mali acciderit ut ſic ingemiſcas: tu eis meo ſermone reſpondeas

Cap. XXI.

a ET factus eſt ſermo domini ad me dicens, Fili hominis, pone faciē tuā ad Hieruſalem & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra humū Iſraël, & dices terræ Iſraël: Hæc dicit dñs deus. Ecce ego ad te, et eijciam gladium meum de uagina ſua, & occidā in te iuſtum & impium. Pro eo autem quod occidi in te iuſtū & impium: idcirco egredieť gladius meus de uagina ſua ad omnem carnē, ab auſtro uſq; ad aquilonem. Et ſciet oīs caro: qa ego dñs eduxi gladium meū de uagina ſua irreuocabilē. b Et tū fili hominis ingemiſce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemiſce coram eis. Cūq; dixerint ad te: quare tu gemis? dices: Pro auditu, quia uenit, & tabeſcet omne cor, & diſſoluentur uniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus: & per cuncta genua fluēt aquæ. Ecce uenit & fiet, ait dominus.

Cap. XXI.

ET factus eſt ſermo domini ad me dicēs. Idcirco uaticinare fili hoīs: et obfirma faciē tuam cōtra Hieruſalē, & aſpice ad ſancta eorū, & ꝓpheta ſuper terrā Iſraël, & dices ad terram Iſraël. Hæc dicit dñs deus. Ecce ego ad te, & educā gladiū meū de uagina ſua, & interficiam ex te iniquū & iniuſtū. Sic egredieť gladius meus de uagina ſua ſuꝑ oēm carnem à meridie uſq; ad aquilonē: & cognoſcet oīs caro quia ego dñs eduxi gladiū meum de uagina ſua: non reuerteť ultra. Et tu fili hoīs ingemiſce in cōtritione lūborum tuorū: & in doloribus geme in cōſpectu eorū. Eritq; ſi dixerint ad te: quare tu gemis? & dices: Propter nūciū quia uenit, & cōprehendeť pauore omne cor, et diſſolueť uniuerſæ manus, & exanimabitur oīs caro & oīs ſpiritus, & omnia fœmora polluētur humore. Ecce uenit & erit, dicit dñs deus. H

Et



A ſpondeas: Idcirco plango, & dolorē cordis mei diſſimulare non ualeo: quia auditus qui ſemper meis auribus inſonuerat, opere cōpletur & uenit: imminens uidelicet Babylonij furentis exercitus. Qui cū uenerit & uallauerit Hieruſalē: tunc tabeſcet omne cor, & diſſoluentur uniuerſæ manus: ut occupāte pauore mētes hoīm, nullus audeat repugnare. Infirmabitur enim omniū bellatorū ſpiritus, & tāta cunctos occupabit trepidatio atq; formido, ut timore cogēte, artus et uiſcera diſſoluant̃, & ueſica humorē tenere non ualeat: ita ut urina genua polluāt̃. Naturale eſt eñ ut timore cogēte, ueſica laxetur: & aduerſus hominis uoluntatē, humor defluat. Quod quidem & in morborū magnitudine accidere ſolet: ut poſtq; uires defecerint ægrotantiū: nō ſolum genua, ſed & lectuli polluant̃. Ecce, īquit, uenit quod ſæpe prędixi et
B opere completur ac fiet: quod non ego, ſed dominus locutus eſt. Scio quēdam in contritione lumborū et fluētibus aquis, multa teſtimonia replicaſſe, ut prophetæ caſtitas impleretur & amaritudo animi, & dolor mētis internus, quod aquæ ſeminum genua polluāt. Sed hæc expoſitio ad præſentem non pertinet locum. a ¶Et factus eſt ſermo dñi ad me, dicēs: &c.) Multum eſt ſi utranq; ponam æditionem: & librorū extendit̃ longitudo, maxime ubi aut nulla aut parua diſtātia eſt. Ponā igitur nōnulla quæ diſcrepant. Pro eo quod nos diximus: Qui moues ſceptrū filij mei, ſuccidiſti omne lignum: illi tranſtulerunt: Interfice, contemne, repelle omne lignū. Rurſum ubi nos diximus: Qui fugerāt, gladio traditi ſunt: & illi & alij tranſtulerūt: Hoſpites mei ſiue habitatores. Et ubi nos diximus: Plaude ſuper fœmur: illi poſuerūt: Percute manu. Et ubi tranſtulimus: Et hoc cū ſceptrū ſubuerterit: illorum habet æditio: Tribus repulſa eſt. Loquitur autē ad gladiū Nabuchodonoſor, ut ueniat contra Hieruſalem, & exacuat̃ atq; limet̃, multos enim eſſe cędendos: & ad ipſum Apoſtrophā facit: Tu es qui moues atq; ſubuertis ſceptrū filij mei, imperium uidelicet populi Iſraël: & omne lignū ſuccidis uniuerſam populi multitudinē. Dedi, inquit, iſtū gladiū, ut
C teneatur manu Nabuchodonoſor, & ſit in manu uiri robuſtiſſimi. Vnde ò ꝓpheta, clama & ulula, & mala inſtātia, uocis lamētatione teſtare. Hic gladius nulli pepercit nec aliquē imminentiū malorū reliqt expertē: factus eſt in pplo, factus eſt in ducibus Iſraël, factus in hoſpitibus meis ac ſacerdotibus, q habitabāt in tēplo meo. Idcirco percute fœmur, ſiue manū, & habitū plāgentis aſſume. Hic enim gladius probatus eſt mihi, & hoc cum ſceptrum meū regnūq; ſubuerterit quod ultra nō erit, & in Sedechia rege finiet̃. Iterum tibi propheta iubeo ut qui fœmur percuſſeras pro ſtupore & miraculo, percutias & manus ut non ſolū ſemel, ſed ſecundo ac tertio gladius ueniat ad interficiendū. Primo eñ uenerat Nabuchodonoſor, quando tulit Iekoniam: & ſecundo, quando regnabat Ioakim: tertio, quando Sedechias. Et hic eſt gladius triplicatus, quando fa-
D cta eſt magna occiſio, & intantum multiplicauit ruinas: ut obſtupeſceret animo, & corde tabeſceret, & ī oībus portis eorū daret cōturbationem. Præcipit̃ ergo illi, hoc eſt, gladio acuto & limato ad fulgēdū, amictoq; & expedito & parato ad cædē, ut uadat ſiue ad dexteram uoluerit, ſiue ad ſiniſtram. Quocūq;, ait, faciei tuæ placuerit, audacter ingredere: me habens ducē, me adiutorē. Ego plaudā manu ad manū, ut ſæuientem te cōtra aduerſarios meos, quaſi fautor tuus & exhortator inſtigem. Ne dubites, ne formides, & pati timeas qd' paſſus eſt Sēnacherib: ego dñs *4.Reg.19.g*
ſum locutus, meæ miniſter es uoluntatis, meā cōple ſententiā. Poſſumus iuxta Anagogē, gladiū acutū *Anagog.*
paratūq; ad cædē accipe diabolū, de quo ait apſtus: *1.Cor.5.b*
Tradere huiuſcemodi ſatanæ in interitū carnis, ut ſpūs ſaluus fiat. Et in alio loco Hymínæus & Alexander: Quos tradidi ſatanæ, ut diſcāt nō blaſphe- *1.Tim.1.d*
mare. Et in pſalmis ſcriptū eſt: Miſit furorē, & irā, *Pſal.77.e*
& anguſtiam: immiſſionem per angelos peſſimos. Hūc quidā putant gladiū & in manu fuiſſe angeli: quādo ſub Dauid percutiebatur Hieruſalem. Alij *2.Reg.24.c*
autem & de illo dici gladio ſuſpicantur: de quo in euangelio ſcriptū eſt. Nō ueni pacē mittere ſuꝑ ter- *Matth.10.d*
ram, ſed gladiū, & diuidere inter ſe omnem conſanguini

a Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis ꝓpheta & dices: Hæc dicit dominus deus: loquere: Gladius, gladius exacutus eſt & limatus, ut cædat uictimas exacutus eſt: & ut ſplendeat, limatus eſt, qui moues ſceptrū filij mei, ſuccidiſti omne lignum. Et dedi eū ad leuigandum ut teneatur manu: iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, ut ſit in manu interficientis. Clama & ulula fili hominis: quia hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducibus Iſraël. Qui fugerant, gladio traditi ſunt cū populo meo, idcirco plaude ſuper fœmur: quia probatus eſt, & hoc cum ſceptrum ſubuerterit, & non erit, dicit dñs deus. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manū, & duplicetur gladius ac triplicetur gladius interfectorum. Hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit & corde tabeſcere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationē gladij acuti & limati ad fulgendum: amicti ad cædem. Exacuere, uade ad dexteram ſiue ad ſiniſtram, quocunq; faciei tuæ eſt appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manū, & implebo indignationem

meam

E guinitatis affectum:ut mali corruant, & ſancti re-
ſurgãt.Sed hoc impium eſt credere de gladio ſalua
toris,& non potius de diabolo,qui domini in eccle
ſia ſceptra ſubuertit,qui interficit cunctos in popu
lo,& duces & hoſpites dei,& tunc à domino com-
probatur, qñ Iudã
proditorem & ſi-
miles eius ſubuer-
Ioan.13.d terit. Qui poſtquã
comedit bucellam,
intrauit in illũ ſa-
tanas. Duplicatur
q; et triplicatur gla
dius interfectorũ:
ut ſoluatur pecca-
tũ Hierl'm:quia ſu
ſcepit de manu do
mini duplicia pec-
cata ſua. Gaudet
aũt dominus & ex
ultat & hortator
eſt gladij ſæuiẽtis:
ut uadat ſiue ad
dexterã,ſiue ad ſi-
niſtrã, & quocũq;
eum faciei ſuę tule
rit appetitus, ut in
F terfectis malis, re-
maneant boni, &
impleatur illud qđ
Hier.32.c ſcriptũ eſt: Quid
paleis ad frumen-
tũ,dicit dominus?
a ¶Et factus eſt
ſermo dñi ad me di
cens:&c.)Scio me
in hoc loco iuxta Lxx.interpretes, cuiuſdam mul-
tiplicem legiſſe expoſitionem:Rabbath filiorũ Am
mon,referentis ad gentium populum:Iudam uero
& Hieruſalem ad eos qui ſub Chriſti nomine con-
gregantur,& factis dent nominis dignitatem: re-
gemq; confuſionis diabolũ ſtare in omni uiarum
capite,& inſidiari in occulto:impleriq; illũ uerſicu-
lum:Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi: &
ſtare eum in biuio,uel eos qui ſui ſunt tenere cupi-
entem,uel nouum ſibi acquirere ſeruitium, & ad
dexteram ſemper pergere,ad eos ſcilicet qui in de-
xtera parte ſunt poſiti,ut expugnet eos,ut exultet
in cæde,ut arietibus & congeſtione operum terre-
norum capiat miſeram Hieruſalem, & primo qui-
dem ut uideatur ei nihil agere,& fruſtra conari.Illo
uero recordante iniquitates eorum qui in eccleſia
cõmorantur:imò malis operibus reducunt aduer-
ſarias poteſtates in memoriam ſcelerum priſtino-
rum,patefiũt oĩa peccata populi,& cogitationes eo
rum,& idcirco capiuntur,quia nouis uetera delicta
cumularunt.Hæc alius dixerit,nobis cœpta hiſto-
riæ ueritas perſequẽda eſt.Cũ, inquit, dixiſſet mi-
hi ſermo diuinus:Propheta fili hominis, & loque-

re ad gladiũ & dic:Gladius,gladius, & cætera quæ G
prophetia gladij continentur. Secũdo factus eſt ad
me ſermo dñi,dicẽs:Vis fili hominis ſcire quis iſte
ſit gladius,& apertius perſonam diſcere gladij ſæ-
uientis? Auſculta quæ dico:pone duas uias, ut per
illas gladius ueni-
at regis Babylõis:
qui egredieť qui-
dem uno itinere
Chaldæorũ:ſed cũ
uenerit per deſer-
tũ & ſolitudinẽ ad
biuium terræ Ara
biæ, quæ appellať
filiorum Ammon
quarũ una uia, hie
ruſalẽ ducit ad de-
xterã partem, ſini-
ſtra uero ad Rab-
bath filiorum Am
mon, quæ eſt ci-
uitas metropolis,
& hodie Philadel-
phia nominať. Me
mor,inquit, inter-
nicionis quæ acci-
dit regi Aſſyrio, Eſa.27.g
qñ centũ octogin- H
taquinq; milia, una
nocte ſũt cæſa: for
midabit ad partem
dexteram declina-
re,& ire cõtra mu
nitiſſimã Hieruſa-
lẽ,ſed ſtabit in ipſo
cõpito,& ritu gen
tis ſuę oraculũ cõſulet,ut mittat ſagittas ſuas in pha
retram,& cũmiſceat eas inſcriptas, ſiue ſignatas no
minibus ſingulorum,ut uideat cuius ſagitta exeat,
& quam prius ciuitatẽ debeat oppugnare.Hãc au-
tem Græci βελομαντίαν ſiue ῥαβδομαντίαν nominant.
Interrogauit igitur idola,exta cõſuluit.Ad dexterã
facta eſt diuinatio eius ut pergeret cõtra Hieruſa-
lem,& oppugnaret eã,aggeres comportaret,arietes
poneret,ædificaret munitiones:urbẽq; cõcluderet,
& in cæde aperiret os ſuũ,& fremitũ exultantis &
ululantis exercitus concitaret.Hoc,inquit, faciens,
uidebitur habitatoribus Hieruſalẽ oraculũ fruſtra
cõſulere:& quaſi ſabbatorum ociũ tenere,ludere ui
delicet,& nihil operis perpetrare.Rex aũt Babylo-
nis,nõ in ſua fortitudine, ſed in iniquitate populi
confiſurus eſt,qua eos ſcit offendiſſe deum,& pec-
cata patrũ nouis cumulare delictis,& præuaricatio
nes eorum omnibus patuiſſe,& idcirco nõ dubita-
bit de uictoria:qa confidet de iniquitate Hieruſalẽ:
hæc iuxta Hebraicũ,à quo Lxx.nõ tã ſenſu q̃ uer-
bis in pleriſq; diſcordant. b ¶Tu autẽ prophane
&c. ) Symmachus hunc locum ita interpretatus
eſt:Tu autẽ prophane,inique dux Iſraël: cuius ue-
nit

a meam, ego dñs locutus ſum. Et factũs eſt ſermo dñi ad
me,dicens:Et tu fili hominis pone tibi duas uias, & ue-
niat gladius regis Babylonis. De terra una egredientur
ambo,& manu capiet coniecturã:in capite uiæ ciuitatis
conijciet. Viã pones,ut ueniat gladius ad Rabbath filio
rum Ammon,& ad Iudã,& ad Hieruſalẽ munitiſſimã.
Stetit enim rex Babylonis in biuio,in capite duarũ uia-
rum diuinationem quęrens:commiſcens ſagittas, Inter-
rogauit idola,exta cõſuluit. Ad dexterã eius facta eſt di
uinatio ſup Hieruſalẽ:ut ponat arietes:ut aperiat os in
cæde,ut eleuet uocẽ in ululatu: ut ponat arietes contra
portas,ut comportet aggerem,ut ædificet munitiones.
Eritq; quaſi conſulens fruſtra oraculum in oculis eorũ,
& ſabbatorum ocium imitans:ipſe autem recordabitur
iniquitatis ad capiendũ. Idcirco hęc dicit dominus deus:
Pro eo quod in memoriã reuocaſtis iniquitates ueſtras
& reuelaſtis præuaricationes ueſtras, & apparuerunt
peccata ueſtra in omibus cogitationibus ueſtris, pro eo
inquã quod in memoriam reuocaſtis,manu capiemini.

b HEB. Tũ autem propha-
ne,impie dux Iſraël: cuius
uenit dies in tẽpore iniqui
tatis p̃finita. Hæc dicit do

SEP. Et tu prophane, ini-
que dux Iſraël, cuius ue-
nit dies, in tẽpore iniqui-
tatis finis. Hæc dicit do-

minus



A nit dies in tẽpore iniquitatis conſtitutus:Hæc dicit
dñs deus:Abſtulit cidarim, & tulit coronam:neq;
hoc neq; illud:humilem ſubleuabit,& ſublimem hu
miliabit.Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem fa-
ciam illud.Et hoc non fuit iſte,cuius iudiciũ eſt:quẽ
daturus ſum. Poſt urbis
Hieruſalem ſubuerſionẽ
& captiuitatem populi,
ad ducem Iſraël ſermo di
rigitur:quem nemini du
bium eſt ſignificari Se-
dechiam: in quo regum
Iſraël de ſtirpe Dauid im
perium finitũ eſt. Venit,
inquit,tibi dies, quæ lon
go tẽpore præfinita eſt
in te:& ꝓpter te ſacerdo-
tium & regnũ interijt po
puli Iudæorum. Cidaris
enim inſigne pontificis
eſt:corona,hoc eſt diade
ma,regis iudiciũ. Nõnne
hæc eſt cidaris, & hæc co
rona quæ nihil fecit iudi
cio:ſed ad imitationẽ re-
B gis Babylonij,quos uole
bat,exaltabat:et quos uo
lebat, humiliabat? Pro-
pterea non ſemel nec iu-
xta Lxx. bis,ſed tertio ini
quitatem ponam tibi in
perpetuum:quæ nõ ſta-
tim tibi reputata eſt, ſed
donec ueniat Chriſtus
cuius eſt iudicium:& tra
dat ei pater regnum & ſa
cerdotium, uel eccleſiam
Ioan.5.d de gentibus congregatam. Non enim iudicat pater
Pſal.71.a quenq;:ſed omne iudicium dedit filio. Et in alio lo-
co:Deus,ait,iudicium tuum regi da:& iuſticiã tuã
Gen.49.b filio regis. Iſte eſt cui repoſitum eſt imperium,& ſa-
cerdotium ſempiternum:De quo loquebatur & Ia-
cob:Non deficiet princeps ex Iuda:neq; dux de fœ
moribus eius,donec ueniat cui repoſitũ eſt:& ipſe
erit expectatio gẽtium. In eo loco ubi nos interpre-
tati ſumus:Nõnne hæc eſt:pulchre tranſtulit Sym-
machus,neq; hoc neq; illud. Quia eñ dixerat: Au-
fer cidarim,tolle coronam:ſubiunxit,neq; hoc neq;
illud:id eſt regnum ceſſabit, & ſacerdotium. Vnde
qui poſtea uſq; ad aduentum Chriſti reges fuerunt
pariter & ſacerdotes:quorum unus Hyrcanus põ-
tifex diadema capiti ſuo impoſuit, fruſtra ſibi &
hoc & illud uoluit uendicare: cum regnum ei non
deberetur poſt Sedechiam: ſed illi cui repoſitum
erat:& qui fuit expectatio gentium: de quibus lo-
Malach.1.c quitur & Malachias: Vos ſacerdotes, qui contami-
natis nomen meum. Et poſt paululum: Non eſt uo
luntas mea in uobis:& uictimas non ſuſcipiã de ma
Pſal.49.a nibus ueſtris. Ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum,

magnum eſt nomen meum in gentibus:& in omni C
loco ſacrificatur,& offerť nomini meo oblatio mũ-
da. Quæ munda oblatio, ſine ſanguine hircorum,
arietum,atq; taurorum,in Chriſti cõpletur aduẽtu:
quando uenit deſideratus gentibus:& ortus eſt ſol Aggei.2.b
iuſticiæ, in cuius pennis
eſt ſanitas a ¶Et tu fili
hominis,propheta & dic
&c.)Gladiũ regis Baby-
lonis ſtetiſſe in capite du-
arũ uiarũ, in cõpito dex-
teræ & ſiniſtræ:quarum
altera ducebat Hieruſa-
lẽ:altera ad Rabbath fi-
liorũ Ammon: & exiſſe
ſortem ut pergeret prius
cõtra Hieruſalem: ſupra
legimus:Qua expugna-
ta & capta: regnũ quoq;
& ſacerdotiũ eius in æter
num periſſe prænunciat.
Reſiduũ erat filijs Am-
mon:& ipſe diuiſiõis or-
do poſcebat, quid de ſi-
niſtra uia factum eſſet.
Vnde imperatur ꝓphe- D
tæ ut loquatur ad filios
Ammon, & ad oppro-
brium eorũ:quod & ipſi
capiendi ſint: & ad eun-
dem gladium ſermonem
dirigit:O mucro, mucro
qui paratus es ad cædẽ:
qui limatus ut fulgeas &
interficias:licet tibi idola
reſponderint:& uanũ ſit
omne quod à dæmoni-
bus reſpondetur:ut uidelicet uulneratorum ceruj-
cibus immineres:& per te compleretur quod mul-
to dñs tẽpore fuerat cõminatus:tamẽ expleto ope-
re tuo quod egiſti contra filios Ammon: reuerte-
re ad uaginã tuã, id eſt,in Babylonem, ad locum in
quo factus es & creatus:ut in terra natiuitatis tuæ
iudicem te:& effundam ſuper te indignationẽ meã:
& Medorum atq; Perſarũ uirtute capiaris. Quod
plenius in Eſaiæ uolumine dicitur,in uiſione cõtra Eſa.13.d
Babylonem:Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos:
Et poſt paululum:Et erit Babylon in illa glorioſa
in regnis:inclyta in ſuperbia Chaldæorũ:ſicut ſub-
uertit deus Sodomam & Gomorram, non habita-
bitur uſq; in finem. Et quia ſemel ſub perſona gla-
dij de rege imò regno Babylõis loquebatur,ſeruat
μεταφορὰν. In igne,inquit,furoris mei ſufflabo in te,
ut faciam te igne conſumi:& tradam te in manibus
hominum ſtultorum & imperitorum:qui artẽ non
habent cudendi gladios & acuẽdi:ut nequaq; ultra
acuaris,limeris, & fulgeas ad occidendum: ſed ſis
ignis cibus:ſanguiſq; tuus,quem fudiſti cũctis ſpe-
ctantibus,in te potius redundet:& tradaris æternæ
Aa obliuio

HEB. minus deus:
Aufer cidarim:tolle
coronã. Nõnne hæc
eſt quæ humilẽ ſub-
leuauit:& ſublimem
humiliauit? Iniquita
tẽ,iniquitatẽ, iniqui-
tatem ponam eam:
& hoc nõ fiet donec
ueniat cuius eſt iudi-
cium,& tradam ei.

SEP. minus deus:
Abſtuliſti cidarim,
et poſuiſti coronam.
Hæc nõ erit ſimilis:
Hũiliaſti excelſum:
& ſubleuaſti humi-
lem. Iniquitatem ini-
quitatẽ ponam eam:
nec hæc talis erit,do
nec ueniat cui debe-
tur:& dabo ei.

a Et tũ fili hominis,propheta & dic: Hæc di-
cit dominus deus ad filios Ammon, & ad
opprobrium eorum. Et dices: Mucro,mu-
cro,euagina te ad occidendum:lima te ut in-
terficias & fulgeas. Cum tibi uiderentur ua-
na & diuinarentur mendacia: ut dareris ſu-
per colla uulneratorum impiorum: quorũ
uenit dies in tempore iniquitatis præfinita.
Reuertere ad uaginam tuã, in locum in quo
creatus es:in terra natiuitatis tuæ iudicabo
te. Et effundam ſuper te indignationẽ meã:
in igne furoris mei ſufflabo in te:daboq; te
in manibus hominum ſtultorum, & fabri-
cantium

E obliuioni,& pereas in perpetuū;quia ego dn̄s locutus ſum,cuius dixiſſe,feciſſe eſt. Cap. XXII.

ET factum eſt uerbum domini ad me,dicens:Et tu fili hominis,nónne iudicas ciuitatē &c.) Et tu, ait, fili hominis (utar enim conſueto ad te uocabulo) iudica ciuitatē ſanguinum:& oſtēde illi oēs abominationes ſuas: ut ſciat ſe imminentē captiuitatem merito ſuſtinere:& in multis ſanguinibus adduxiſſe tēpus ruinæ ſuæ. Primum omniū ſcelerum,ꝓ deo idola uenerata es:& adoraſti opera manuū tuarum:& appropinquare feciſti tempus annorū tuorū,quod multo tēpore dicebatur:& differebatur,ut ageres pœnitentiam. Tu autem ſecundū impœnitens cor tuū,theſaurizas tibi iram in die iræ:Idcirco dedi te opprobrium gētibus &

F illuſionē uniuerſis terris, quæ in circuitu tuo ſunt: tam iuxta,ꝙ procul:quæ triumphabunt de te,ſiue illudent tibi. Sordida,nobilis,grādis interitu. Sordida,quia mūda eſſe deſiſti. Nobilis in malo:quæ quondam in bono cunctas urbes nobilitate ſuperabas. Grandis interitu: ut quanto ſublimior eras,tāto fortius rueres. Et interim,ut cętera prætermittam,pauca numerabo quæ in te fuerint. Principes tui nō iuſticia, ſed roboris et brachij fortitudine iudicātes, fuderunt in te innoxium ſanguinē. Alij patrem & matrem contumelijs affecerunt, ſiue maledixerunt parentibus:ſcriptura di-

Exod.21.b cente: Qui maledixerit patri & matri,morte moriatur. Aduenam & peregrinum oppreſſerunt in medio tui:quaſi non illis ſufficeret pro omni anguſtia peregrinatio & exiliū patriæ. Pupillum & uiduam contriſtauerunt, ſiue oppreſſerunt apud te:ut quorum om̄e præſidium eſt in legum iuſticia:non ſolum contriſtarentur,ſed opprimerentur à te. Sanctuaria mea,ſiue ſancta cōtempſiſtis:& ſabbata mea polluiſtis:ut non diſcerne-

G retis inter ſanctum & pollutum:inter decretum religioni diem ociumꝗ; ſabbati ad culturam dei:& cæteros dies,quibus operari & ſeruire carnis neceſſitatibus lege permiſſum eſt. Viri detractores, ſiue iuxta Symmachum & Theodotionē, doloſi:quod in Hebræo dicitur רָכִיל, & homicidæ erant in te: ut blaſphemarent deum: ſiue cuncta dolo agerēt, aut uiolentia. Et comederunt in montibus alta ſapientes:& eleuati contra deum ſuperbia:ſcelus,ſiue inceſtum operati ſunt in medio tui:ut quod in angulis quoqꝫ & ſecreto raro fit:quādo à malis cō ſcientiæ hominum deuitātur,hoc tu in propatulo feceris. Quid ſit autem inceſtus,ſequēs ſermo ſignificat: Verecundiora patris nudauerunt in te: nouercæ cōtra fas & licitum copulati & immundiciam mēſtruatæ humi-

H liauerunt in te:non parcentes naturæ:nec inducias dātes turpitudini:& ad uxorem proximi ſui adhinnientes. Quodꝗ; hoc ſceleratius eſt, ſocer exarſit in nurum:& frater ſororis iura neſciuit: ut non uterinam: ſed de eodem patre uiolaret ſororem. Acceperunt munera: ut innocētem ſanguinē funderent. Neceſſitatem pauperum uerterūt in lucrum,ut uſuram acciperent,& ſuperabundantiam:& ꝓpter auariciam amicos calumniati ſunt. Hoc autem,inquit, feciſti ò Hieruſalē: quia mei oblita es. Memoria enim dei excludit cuncta flagitia. Vnde habitum domini iraſcentis aſſumpſi: & comploſi manus meas cōtra auariciā tuā; & contra ſanguinem qui effuſus eſt in medio tui:ut intelligas,& mente cognoſcas:utrum uel animo,uel manibus poſſis meam iracundiam ſuſtinere. Ego enim dominus locutus ſum & ego faciam:ut poſtꝗ; capta fueris Hieruſalem, diſpergam te in nationes & uentilē in aërem:quaſi inutiles paleas huc illucꝗ; rapiendas:tantæꝗ; clementiæ ſum: ut ſæuitia mea uertatur

cantium corruptionem. Ignis eris cibus,ſanguis tuus erit in medio terræ: obliuioni traderis:quia ego dn̄s locutus ſum. Ca. XXII.

a ET factūm eſt uerbum domini ad me,dicens:Et tu fili hominis,nónne iudicas ciuitatem ſanguinū: & oſtēdis ei omnes abominationes ſuas? Et dices: Hæc dicit dominus deus: Ciuitas effundens ſanguinem in medio ſui:ut ueniat tempus eius:& quæ fecit idola contra ſemetipſam, ut pollueretur. In ſanguine tuo qui à te effuſus eſt deliquiſti: & in idolis tuis quæ feciſti polluta es:& appropinquare feciſti dies tuos: & adduxiſti tempus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium gentibus:& irriſionem uniuerſis terris. Quæ iuxta ſunt:& quæ procul à te, triumphabunt de te(ſiue illudent tibi:) ſordida,nobilis, grandis interitu. Ecce principes Iſraël,ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te ad effundendum ſanguinem. Patrem & matrem contumelijs affecerunt in te(ſiue patri & matri maledixerunt.) Aduenam calumniati ſunt in medio tui. Pupillum & uiduam contriſtauerunt (ſiue oppreſſerunt) apud te ſanctuaria mea ſpreuiſtis; ſabbata mea polluiſtis. Viri detractores (ſiue latrones) fuerunt in te ad effundendum ſanguinem:& ſuper mōtes comederūt in te. Scelus (ſiue ut ſignificātius in Hebræo habet זִמָּה hoc eſt,inceſtum) operati ſunt in medio tui. Verecundiora patris diſcooperuerunt in te: & immundiciam menſtruatæ humiliauerūt in te:& unuſquiſqꝫ in uxorem proximi ſui operatus eſt abominationem:& ſocer nurū ſuam polluit nefarie. Frater ſororem ſuam, filiam patris ſui oppreſſit (ſiue humiliauit) in te



A uertatur in miſericordiam. Omnia enim faciam ut deficiat immundicia tua à te: & recipias priſtinam puritatem. Quam cum receperis,poſſidebo te in cōſpectu omnium gentium:ut cum à me poſſeſſa fueris,tunc intelligas,quod ipſe ſim dn̄s. Sin autē interpretationē Symmachi & Theodotiōis ſequimur: quorum alter ait:Et uulnerabo te, ſiue confodiā. Alter:Cōtaminabo te in cōſpectu gētium:ad malam partē cuncta referenda ſunt:quāꝗ; illud huic ſenſui contrarium ſit, qđ ſupra dicitur:Et deficere faciam immūdiciam tuā à te. Defectio em̄ immūdiciæ,reſtitutio puritatis eſt. Vtranꝗ; æditionem pariter diſſerui:ut librorum magnitudinem declinarem. a ¶Et factum eſt uerbū domini ad me, dicens:Fili hominis,uerſa eſt mihi domus Iſraël

B in ſcoriā &c.) Verbum Hebraicū סִיג Symmachus ſcoriam, Aquilę prima æditio σέμφυλομ & γίγαςτομ: quod utrūqꝫ acinū uinacij ſignificat, interpretati ſunt. Secunda autem eius tranſlatio,& Lxx. uertere cōmixtionem. Porrò ſcoria, ſordes & purgamenta metallorum ſonat:ut conſequenter captiuitate uicina, imò iam imminente urbis excidio, ignis adhibeatur:ut ſub tranſlatione conflationis, purū argentum remaneat:quod ære,ſtagno, ferro,plumboꝗ; mixtum fuerat atqꝫ uiolatum: quorū tria, æs, ſtagnum,& plumbum,fuſilis materiæ ſunt, & igni ſoluuntur. Ferrum uero inter incudem & malleum molleſcit atqꝫ tenuatur: & diuerſas accipit formas, pro ut uoluntas artificis fuerit. Sicut igitur argentum quod ſupradicta metalla uiolarūt,in fornacem mittitur:ut ablatis ſordibus,& adulterinis materijs, purum remaneat: ita, inquit, congregabo uos in medium Hieruſalem:& Babylonia obſidione circundabo:ut ſuccendam in uobis ignem ad conflandum. Quodꝗ; ibi facit flāmarum ardor immenſus, hic fames & peſtilentia faciet:ut poſtꝗ; congregauero uos atqꝫ ſuccendero in igne furoris,tunc requieſcam:& cōtemptus dolorem,pœnarum ueſtrarum ultione conpeſcam. Et hoc totum faciam:ut poſtꝗ;

C effudero indignationem meam ſuper uos,finis ueſtri cruciatus mei noticia ſit:& ſciatis quod ego ſim dominus iudex omnium & retributor. Quod autē dicatur eſſe conflator:& in multis quidem alijs locis,ſed maxime in Malachia,& Eſaia legimus:quorum alter:Ecce,inqt,do- Malach.3.a minus egreditur, quaſi ignis conflatorij:& ſicut herba lauantium:& ſedebit cōflans quaſi aurum & argentum:et conflabit filios Leui. Alter:Et lauabit Eſa.4.b dominus ſordes filiorum & filiarum Sion: & ſanguinem mundabit de medio eorum,ſpiritu iudicij,& ſpiritu cōbuſtionis. Et puto illud ſonare quod in pſalmis dicitur: Pſal.25.a Proba me domine & tenta me. Poſt quod infertur: Vre renes meos & cor meum, ut uniuerſa lumborum noxij in me humoris pituita ſiccetur.

D Quod de Hieruſalem intelleximus, intelligamus de animarum ſtatu:quæ puræ à deo cōditæ ſunt: aurumꝗ; in ſenſu atqꝫ ſapientia:& argētum in ſermone atqꝫ eloquio ſuſceperunt:ut quod mēte cōceperint,uerbis explicēt. De argento legimus: Eloquia domini, eloquia Ibid.11.b caſta:argentum igne examinatum, ꝓbatum terræ, purgatum ſeptuplū. De auro ſimiliter & argēto, ſexageſimuſſeptimus continet pſalmus:in quo ſcriptum eſt: Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ:& poſteriora ſiue interiora dorſi eius,in uirore aut pallore auri. Omnis Ibi.44.c enim gloria filiæ regis intrinſecus:quæ loquitur in Can.1.c canticocāticorum:Introduxit me rex in cubiculum ſuum. Qui inter duo dormierit & requieuerit teſtamenta,ſtatim aſſumit pennas columbæ deargentatas:auriꝗ; in cordis theſauro fulgore radiabit. Ad hunc ſenſum reor & illa eſſe referenda:quod peccatoribus & qui meruerunt offenſam dei, cœlum æneum,terra ſit ferrea:& maxime terra Aegypti de qua educit dominus Iſraël quaſi de fornace ferrea: In Zacharia quoqꝫ:Iniquitas ſedet ſuper talentum Zach.5.e plumbi. Et in Exodi cantico dicitur: Dimerſi ſunt Exod.15.b. quaſi plumbum in aqua uiolentiſſima. Graui enim peccatorum pondere premebantur, & loqui pote-

in te. Munera acceperunt apud te ad effundendum ſanguinem. Vſuram & ſuperabundantiam accepiſti: & auare proximos tuos calumniata es: (ſiue & complebo conſummationem maliciæ tuæ in oppreſſione tua:) meiꝗ; oblita es,ait dominus deus. Ecce comploſi manus meas ſuper auariciam tuam quam feciſti: & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt in medio tui. Nunquid ſuſtinebit cor tuum:aut præualebunt manus tuæ in diebus,quos ego faciam tibi? Ego dominus locutus ſum & faciam. Et diſperdam te in nationes:& uentilabo te in terras, & deficere faciam immundiciam tuam à te:& poſſidebo te in cōſpectu gentium:(ſiue iuxta Aquilæ primam æditionem, & Theodotionem) Et contaminabo te: (Vel iuxta Symmachum: Et uulnerabo te in conſpectu gen-

a tium:) & ſcies quia ego dominus. Et factūm eſt uerbum domini ad me,dicens:Fili hominis, uerſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam. Omnes iſti,æs,& ſtagnū, & ferrum,& plūbum in medio fornacis, ſcoria argenti facti ſunt. Propterea hæc dicit dominus deus:Eo quod uerſi eſtis omnes in ſcoriam:idcirco ecce ego congregabo uos in medio Hieruſalem,congregatione argenti, & æris, & ferri,& ſtagni, & plumbi in medium fornacis: ut ſuccendam in ea ignem ad conflandum. Sic con

E rant:Quaſi onus graue grauatæ ſunt ſup me. Quo- Pſal.37.a modo autẽ auri ſpeciem adulterina æris ſimilitudo mentitur, ſic argenti candorem ſtagnum ſimulat; quod ſimplex & ruſticus nõ facile dinoſcit. Et ſæpe accidit, ut aurum & argentum hæretica prauitate cõmixtum, igne ſpiritus ſancti & domini iudicio ſeparetur;& purum aurũ remaneat & argẽtum;de quo propheta dicit: De- Oſee.2.b di eis argẽtum et aurum: ipſi autem fecerũt ex eis Baal. Cui ſimile eſt:Edu- Pſal.104.d xi eos in argẽto & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus:Finisq; pœnarum omnium ſit, noſſe quod ipſe ſit dominus. Lapidem ſtagneum ſiue maſſam ſtagneã et in Zach.4.c Zacharia legimus: quæ quid ſignificet, ſuo loco interpretati ſumus.

a ¶ Et factum eſt uerbũ domini ad me dicẽs:Fili hominis, dic ei:Tu &c.) Poterat diligens auditor inquirere, quæ eſſet ſcoria quæ argenti uiolauerit puritatẽ;& ære, plum- F bo, ſtagno, ferroq; miſcuerit. Quod ibi igitur ſub perſona urbis & fornacis expreſſum eſt: & hic ſub ſpecie terræ, quæ nõ ſit rigata, nec pluuiam ſuſceperit, prædicatur. Pluuias illas debemus intelligere;de quibus ſcriptum Eſa.5.b eſt:Mãdabo nubibus ne pluant ſuper eam imbrẽ: quẽ expectamus, quãdo datur nobis pluuia tẽporanea & ſerotina;de qua Pſal.67.b ſcriptum eſt: Pluuiã uoluntariam ſegregabis deus hæreditati tuæ. Dies aũt furoris eſt;quẽ ſibi unuſquiſq; cõciliat multitudine peccatorũ. Scire cupimus quæ ſit urbis ſcoria, qui terræ duriſſimæ & plenæ ueprium ſentiumq; ſqualor. Cõiuratio, inquit, ꝓphetarum;ſiue iuxta LXX. ducum in medio eius habẽtium ſimilitudinem leo- 1.Pet.5.c nis;de quo ſcribit & Petrus: Aduerſarius noſter diabolus, quaſi leo rugiens circuit. Qui leo omneſq; eius ſocij non quærunt corpora deuorare, ſed animas;accipiuntq; mercedes, & pecunia cuncta dijudicant. Quod in illo quidẽ tempore accidiſſe populo Iudæorum, nulli dubium eſt. Propter ſacerdotes enim & principes & prophetas adduxit dñs ſuper eos malum. Sed in noſtra Hieruſalem hoc ſæpe cõ- ſpicimus;qui iuxta LXX. deuorant animas in poten- G tia: & precium accipiunt ut multas uiduas faciant quæ ſponſum dominum perdiderunt. Horum aũt prophetarum factio eſt, & coniuratio;ut inuicẽ ſui fautores ſint;& omnia turpis lucri gratia faciant. Sacerdotes qui præſules tẽpli eſſe deberent: & ex quorum ore noticia legis inquiritur, uiolãt ſanctuaria;nullãq; inter ſanctum & ꝓphanũ, niſi pecuniæ habent diſtãtiam. Auertũt oculos à ſabbatis;& dei requiẽ quæ in noticia ſcripturarum eſt, non recogitant;nec dicũt cũ propheta:Reuela ocu- Pſal.118.d los meos;& conſiderabo mirabilia de lege tua. Ne- 2.Cor.3.d que illud Apoſtoli:Nos autem omnes reuelata facie gloriam dñi contemplamur. Inter tales ꝓphetas & ſacerdotes, medius dominus inquinatur;de Ioan.1.d quo ſcriptũ eſt: Medius autẽ inter uos ſtat, quem uos ignoratis. Prophetę igitur ſiue duces, leoni- H bus comparãtur. Principes autẽ quos inferioris gradus homines intelligimus, luporum imitanẽ rapinam;ut effundãt ſanguinem non corporum, ſed animarum: & auare ſectantur lucra: nequaq; 1.Cor.9.b illo contenti;Qui ſeruiũt altari, uiuant de altario: ſed poſtq; ad miniſteriũ dei acceſſerint, Crœſi diuitias cõgregãt. Prophetæ quoq; illi qui uentura prænunciãt, linebant eos abſq; temperamento;de quo & ſupra diximus: uaticinãtiũ ꝓphetarum;qui abſq; cõmixtione palearũ linierũt parietem;qui imbribus diſſipatur. Iſtiuſmodi uidẽt uana;& nõ tam ꝓphetant, q̃ diuinãt mendaciũ, dicẽtes terræ miſerabili;Hæc dicit dñs, dñs iſta ꝓmittit;cũ dñs non ſit locutus ad eos. Populus aũt terræ nequaq; dei, ſed terrenorũ operũ, principũ ac ſacerdotũ æmulator exiſtẽs, per calumniã & potentiã cũcta faciebat;non diuites, ſed pauperes opprimens;de quibus ſcriptũ eſt;Pauper aũt nõ ſuſtinet cõminationẽ;et redẽptio Prouer.13.b animæ uiri, ꝓpriæ diuitiæ. Aduenã quoq; & peregrinum, qui necdũ ciuis eccleſiæ fuerat effectus, ſed tantũ auditor;& habẽs initia fidei, opprimebãt calumnia;ut poſtq; circuiſſent mare & aridã, facerent unum

Sic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requieſcam;& conflabo uos;& ſuccẽdam uos ĩ igne furoris mei;& cõflabimini in medio eius, ut cõflatur argentum in medio fornacis;ſic eritis in medio eius; & ſcietis quia ego dñs effuderim indignationem meam ſu-
a per uos. Et factũm eſt uerbũ domini ad me, dicẽs;Fili hominis, dic ei;Tu es terra immũda, & non compluta in die furoris. Coniuratio prophetarum in medio eius;ſicut leo rugiens capienſq; prædam;animas deuorauerunt;opes & precium acceperũt;uiduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius contempſerunt legem meam;& polluerunt ſanctuaria mea. Inter ſanctum & prophanum non habuere diſtantiam; & inter pollutum & mundum non intellexerunt;& à ſabbatis meis auerterunt oculos ſuos: & coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius, quaſi lupi rapiẽtes prædam ad effundendum ſanguinem, & perdẽdas animas, & auare ad ſectanda lucra. Prophetæ autem eius linebant eos abſq; temperamento;uidentes uana, & diuinantes eis mendacium, dicentes: Hæc dicit dominus deus, cum dominus non ſit locutus. Populum terræ calumniabantur calumnia, & rapiebant uiolenter;egenum & pauperem affligebant: & aduenam opprimebant calumnia abſq; iudicio. Et quæſiui de eis uirum qui



qui interponeret maceriam: & ſtaret oppoſitus cõtra me pro terra, ne diſſiparem eã, & non inueni. Et effudi ſuper eas indignationẽ meam;in igne iræ meæ conſumpſi eos. Viã eorum in caput eorum reddidi, ait dominus deus.

Cap. XXIII.

a ET factũs eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris unius fuerunt: & fornicatæ ſunt in Aegypto;in adoleſcentia ſua fornicatæ ſunt. Ibi ſubacta ſunt ubera earum;& fractæ ſunt mammæ pubertatis earum;(ſiue ut in LXX. continetur;Ibi ceciderunt ubera earum, et ibi deuirginatæ ſunt.) Nomina earum: Oolla maior (ſiue ſenior) & Ooliba ſoror eius. Et habui eas (ſiue factæ ſunt mihi;) & pepererunt filios & filias. Et nomina earum, Samaria Oolla, & Hieruſalem Ooliba. Fornicata eſt igitur Oolla ſuper me: & inſaniuit (ſiue abijt) ad amatores ſuos in Aſſyrios, qui appropinquabant ei, ueſtitos hyacinthinis, principes & magiſtratus, iuuenes cupidinis (ſiue electos) uniuerſos equites aſcenſores equorum. Et dedit fornicationes ſuas ſuper eos electos filios Aſſyriorum uniuerſos: & in omnibus ſuper quos inſaniuit, in immundicijs ſiue adinuentionibus eorum polluta eſt. Inſuper & fornicationes ſuas quas

A unum proſelytum;& facerent eum filium gehẽnæ. Inter tanta aũt uitia & ſcelerũ multitudinẽ;quæſiui de eis uirum, qui iræ meæ poſſet reſiſtere;& inſtar Moyſi & Aaron & Samuelis, igni meo & incendio ſe opponeret, & nõ potui reperire. Vnde loquebatur Exod.32.a ad Moyſen:Dimitte me: & delebo populũ iſtũ. Et quia reſiſtẽtẽ mihi retinẽtemq; me, nõ potui reperire;ꝓpterea totã ſup eos effudi indignationẽ meã: & conſũpſi illos nõ abſq; menſura atq; iudicio, ſed ut redderem uias eorum in capita illorũ;uel ꝓpria peccata quæ fecerãt autoribus tribuẽs;uel certe in capita populi ducis, principis, ac ꝓphetarũ;quorum nullus fuit qui iraſcenti dño auderet reſiſtere;& quorum cauſa terra ſqualida atq; deſerta, imbrẽ dñi ſuſcipere non meruit.

Cap. XXIII.

ET factus eſt ſermo domini &c.) Duodecim tribus Iſraël quæ fuerunt iũctæ in Aegypto;
B poſtea eſſe diuiſas ĩ duas & decẽ trib[9] appellataſq; Iudam & Iſraël, Regũ & Paralipomenon ſcriptura teſtatur. Iudę regnauit de ſtirpe Dauid, Roboã filius Salomonis in Hieruſalem, ubi erat tẽplum & ſacerdotes, & magna pars tribus Leui. Decem aũt tribubus in Samaria Ieroboã filius Nabat de tribu Ephraim et Ioſeph; אהלה quarũ Samaria nunc appellatur Oolla, quod in lingua noſtra ſonat tabernaculum: Hieruſalem uero אהליבה Ooliba, hoc eſt, tabernaculum meũ in ea. Siquidẽ & in decem tribubus erat tabernaculum non dei, ſed idolorum. Aureos enim Hieroboam, ut populum auerteret à cultu dei, uitulos collocarat in Dan & Bethel. Dicamus ergo de ſingulis. Duæ iſtæ mulieres, Samaria & Hieruſalẽ, filiæ fuerũt matris unius de Iſraël ſtirpe generatæ, & fornicatæ ſunt in Aegypto in adoleſcentia ſua. Neq; ẽm accepiſſent legem eductæ de Aegypto in monte Sina ꝓhibentem eos uenerari idola, niſi in Aegypto fuiſſent Aegyptia portenta uneratæ. Poteſt aũt mater ambarum eſſe Supra.16.a Cethæa, de qua ſupra legimus;Pater ueſter Amorreus & mater ueſtra Cethæa. Sed & quãdo dicitur: Vnuſquiſq; abominationes Aegypti auferat ab oculis ſuis;hoc ſignificat, quod in Aegypto Iſraël idolis ſeruierit;& ibi ceciderint, ſiue fracta ſint ube- C ra uirginitatis eius: maiorq; Samaria dicitur & ſenior;uel ꝓpter multitudinem decem tribuum: uel quia poſt mortem Moyſi de Ephraim tribu, Ieſus filius Nauæ populo præfuit;unde & Hieroboam, qui ſcidit eas, à domo Dauid fuiſſe legimus. Et 3.Reg.12.g habuit eas deus, ſiue factæ ſunt eius;quãdo ingemuerunt ab operibus Aegypti, luto prius & lateri ſeruiẽtes. Quæ poſtea illi filios & filias, uel in ſolitudine, uel repromiſſionis terra genuerunt. Primumq; fornicata eſt Oolla, id eſt, Samaria ſuper deum, quando inſaniuit in Aſſyrios qui ueſtiti erant hyacinthinis; & non quoslibet de populo, ſed duces & magiſtratus;nec ætate confectos, ſed iuuenes omnes, equites electos;quorum ſecuta eſt idola;& à quibus cõtra iuſſionem dei poſtulauit auxiliũ. Qui uenerunt & polluerunt D eam;ut quicquid in adoleſcentia fecerat in Aegypto, non relinqueret. Nam & Aegyptij cõcubuerant cum ea in adoleſcentia eius: quorum ſimulacra uenerata eſt: ibiq; deuirginata, & confracta ſunt ubera illius; & tanta fuit fornicationis abundantia: ut non fornicati cum ea, ſed fornicationem ſuam ſuper illam effudiſſe dicantur. Propterea tradita eſt ipſis 4.Reg.17.d amatoribus ſuis, Phul, & Theglatphalaſſar, & Sal- & 18.c manaſar;in quorum inſaniuit libidinem;& ipſi di- 1.Para.5.d ſcooperuerunt ignominiam eius;τροπολογικῶς, quaſi mulieris meretricis. Reuelatio autem urbis, captiuitas eſt;qui filios & filias earum duxere captiuas; & ipſam gladio trucidarunt;ita ut in omnium mulierum exemplum iugulata ſit;& in malam partem cunctarum ſermone celebretur. Qui iudicia & ultiones fecerunt in ea;ut nihil in illa ſalutis relinquerent, ſed uſq; hodie decem tribus captiuæ teneantur in montibus & in urbibus Medorum, ad quas tranſlatæ ſunt. Iuxta Anagogen in Oſee propheta quid ſignificet, Ioſeph, Ephraim, Samaria, Iezraël, & Iſraël: & quomodo cõtrariæ ſint domui Dauid, & Hieruſalem, quæ ſignificat eccleſiam, plenius diſſeruimus. De quibus & ſeptuageſſimuſſeptimus

E pſalmus ſonat: Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum: conuerſi ſunt retrorſum in die belli. Et iterum: Repulit tabernaculum Ioſeph; & elegit tribum Iuda. Elegit enim deus domum confeſſionis eccleſiam; & repulit tabernaculum Ioſeph, quod interpretatur augmentum. Qui prætermiſſa lege dei, aureos culturæ ſuæ uitulos addiderunt: & appellantur Oolla, id eſt tabernaculũ, non dei, ſed erroris & dæmonũ. Et ſoror maior ac ſenior: propter multitudinem et captiuitatem ab Aſſyrijs fornicata eſt contra deũ: quia dereliquit fidei ueritatem; & inſaniuit in hæreticorũ principes amatores ſuos; q ueſtiti erant hyacinthinis, excelſa illi & cœleſtia promittẽtes: & aſcenſores, de quibus

Pſal.19.b dictum eſt: Hi in curribus, et hi in equis; electos filios Aſſyriorum, & duces ac magiſtratus, qui

F ſcientiam ſibi & eloquentiam repromittunt. Hoc autem propterea fecit, quod eaſdem fornicationes quas habuerat in Aegypto, id eſt, antequàm crederet, & adhuc in ſeculo uerſabatur, etiam in hæreſi exercuit. Et deuirginata eſt à uiris Aſſyrijs, qui in malicia perſeuerant, ſiue ultoribus.

1.Pet.5.d Aduerſarius enim noſter diabolus, ipſe eſt inimicus & ultor. Illi confregerunt ubera Samariæ; & uirginitatem eius quã habuerat in eccleſia perdiderunt. Propterea tradita eſt amatoribus ſuis: iuxta Apoſtolũ qui ſcribit: Tradidi eos Satanæ

1.Tim.1.d ut diſcant non blaſphemare. Et: Tradidi eos in

1.Cor.5.b interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus fiat. Illi diſcooperuerũt ignominiam miſeræ Samariæ; & oẽm illius oſtenderunt turpitudinem: filiosq; & filias, qui de illa generati ſunt: ſcientia præditos, & ſimplices atq; imperitos duxere captiuos; & ipſam interfecerunt gladio ſpirituali; totiusq; mundi in malam partem ſermone celebrantur: & fiunt famoſi inter cũcta ſeculi dogmata, ut in exemplũ omnium fœminarum, turpitudo illius puniatur. a ¶ Quod cum uidiſſet ſoror eius Ooliba, pluſquàm illa inſaniuit libidine & fornicationem ſuam ſuper fornicationem ſororis ſuæ. Ad filios Aſſyriorum præbuit impudẽter &c.) Iuxta literam facilis interpretatio eſt: quod uidẽs Ooliba, id eſt, Hieruſalẽ in qua erat dei tabernaculum plagas ſororis nõ eſt exẽplo cõmonita, ut retraheret ab errore pedem ſuũ; ſed auxit germanæ fornicationẽ. Illa eñ ſemel et foris idola fabricata eſt in Dan & Bethel: Iſta autẽ crebro in excelſis, & in tẽplo dei adorauit ſtatuã Baalis; & cum Aſſyrijs fornicata eſt. Idolum autem Baal ſiue Bel, & (ut apertius dicã) Belis, Aſſyriorũ religio eſt: cõſecrata à Nino Belis filio in honorẽ patris. Et fornicationem ſuam Aſſyrijs præbuit impudenter, ducibus & magiſtratibus, qui induti erãt ueſte uaria, & multicolori, equitibus & adoleſcentibus forma cunctis egregia; ita ut ambarum ſororum una fieret fornicatio. In eo autẽ auxit Hieruſalẽ fornicatiões ſuas: quod uidens in parietibus imagines Chaldæorum inſaniuit libidine: & forma eorũ ueſtituq; decepta, miſit ad eos nuncios auxilium poſtulans; qui uenerunt & polluerunt eam. Et quia uoluptas nõ eſt perpetua; ſed cito affert ſatietatem, polluta & ſaturata in eos, receſſit ab eorum fœdere. Vnde & ego cernẽs turpitudines & fornicationes omnibus publicatas, receſſi ab ea; ut quæ ſororis ſcelera uicerat; pœnarum quoq; ſororem magnitudine ſuperaret. Quæ tantæ procacitatis fuit, ut cunctos errores adoleſcentiæ ſuæ in grauiori iam ætate cõmitteret; & Aegyptia uitia, in Chaldæorũ quoq;

G

quas habuerat in Aegypto, non reliquit. Nã & illi dormierant cum ea in adoleſcẽtia eius: & illi confregerant ubera pubertatis eius: (ſiue & ipſi deuirginauerãt eam:) & effuderũt fornicationem ſuam ſuper eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum ſuorum: in manus filiorum Aſſur, ſuper quorũ inſaniuit libidinem. Ipſi diſcooperuerunt ignominiam eius; filios & filias illius tulerunt; & ipſam occiderũt gladio. Et factæ ſunt famoſæ mulieres (ſiue facta eſt in ſermone mulierum:) & iudicia (ſiue ultiones) fecerunt in ea.
a Quod cum uidiſſet ſoror eius Ooliba, pluſ q̃ illa inſaniuit libidine: & fornicationẽ ſuã ſuper fornicationem ſororis ſuæ. Ad filios Aſſyriorum præbuit impudẽter; ducibus ac magiſtratibus ad ſe uenientibus, indutis ueſte uaria (ſiue precioſa) equitibus, qui uectabantur equis; & adoleſcentibus forma cunctis egregia. Et uidi qđ polluta eſſet uia una ambarũ; & auxit fornicationes ſuas. Cumq; uidiſſet uiros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expreſſas coloribus; & accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum: forma ducum omnium (ſiue criſtatarum omnium) ſimilitudine filiorum Babylonis: terræq; Chaldæorum in qua orti ſunt; & inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum: & miſit nuncios ad eos in Chaldæam. Cumq; ueniſſent ad eã filij Babylonis ad cubile mãmarum (ſiue diuertentium:) polluerunt eam ſtupris ſuis; & polluta eſt in eis, & ſaturata eſt (ſiue receſſit) anima eius ab illis. Denudauitq; fornicationes ſuas: & diſcooperuit ignominiã ſuam; & receſſit anima mea ab ea; ſicut receſſit aĩa mea à ſorore eius. Multiplicauit enim fornicationes ſuas, recordans dierum adoleſcẽtiæ ſuæ, quibus

H



A quoq; libidine ſectaretur. Inſaniuit enim quondam in concubitu Aegyptiorum: quorum carnes ſunt ad ſimilitudinem aſinorum: & tam largus ſeminũ fluxus, ſiue uerenda tam grandia; ut equorum ſuperent deformitatem. Nec ceſſauit ſcelus adoleſcentiæ eius; imò reuerſa eſt poſtquàm facta eſt mihi, ut & in eremo & in terra repromiſſionis ſuſpiraret antiquã libidinem: in qua deuirginata eſt, & fracta ſunt ubera eius; & omnis decor perijt uirginitatis. Porrò ſecun-

Tropol. dum Tropologiã, difficillis intelligentia: quomodo eccleſia hæreticã uincat libidinem: niſi forte poſſimus hoc

Luc.12.f dicere, quod ſeruus qui ſcit uoluntatem domini ſui: & non facit eã, uapulabit multis: &

B quod hæretici foris nefanda cõmittant, & extra arcã Noë naufragio pereant. Eccleſiaſtici autem ſi ueram fidem ſequẽtes, Aſſyria atque Chaldæa imitentur uitia; & diſcolores ſequantur imagines peccatorũ, maioribus digni ſint cruciatibus. An non mittimus nuncios ad Chaldæos, qui interpretanẽ quaſi dæmones: quãdo pandimus eis atq; præbemus eis frangenda in pectore ubera, ubi mẽtis hoſpitium eſt: & ſaturati uoluptatibus, ab alijs tranſimus ad alias; & nõ tam fornicationem, quàm meretricum numerum deſideramus, & ad tantam uenimus rabiem: ut poſt multa tempora dominicæ ſeruitutis reuertamur ad Aegyptum; & ea faciamus, quæ in ſeculo fecimus, antequàm nomẽ fidei acciperemus? a ¶ Propterea Ooliba, hæc dicit &c.) Quia Aegyptiarum carnium recordata eſt: & imitata turpitudinem gentis immundæ, quæ omnium beſtiarum ſimulacra ueneratur: propterea adducam contra te amatores tuos; quorum ſatiata complexu, receſſiſti ab eorum fœdere: ut quantus prius amor fuerat, in tanta odia uerteteris. Filios, inquam, Babylonis omnesq; Chaldæos, nobiles, tyrannos & principes: pro qbus in Hebraico habeť, פְּקוֹד & שׁוֹעַ & קוֹעַ, quas multi gẽtes orientales intelligũt; cum huiuſcemoni nomĩa, nec in Regũ uolumine, nec in Paralipomenon, neq; in Hieremia quidẽ, q deſcribũt captiuitatem Hieruſalẽ; aut in aliquo loco ſcripturæ ſanctæ inuenimus. Nec mirũ ſi LXX. ipa Hebraica poſuerũt noĩa; cum Symmachus quoq; & Theodotio in eadem uerba cõſentiant. Oẽs, inquit, Aſſyrios, eqtes, & iuuenes, forma egregia, duces & magiſtratus, ſiue triſtatas, quos nos principes principũ interptati ſumus. De qbus et in Exo

D

do legimus: Electos aſcenſores triſtatas: pro qbus latina ſimplicitas, ternos ſtratores tranſtulit. Triſtatæ aũt nomẽ eſt apđ Græcos, ſecũdi gradus poſt regiã dignitatẽ, de qbus ſcriptũ eſt: Verũtñ ad tres primos nõ puenit: qui principes equitũ peditũq; erãt & tributorum: quos nos magiſtratꝰ utriuſq; militiæ, & præfectos annonarij tituli nominamus. Oĩes, inquit, in curribus & in equis, lorica armati, galea & clypeo, obſederunt te per circuitũ, & dabo eis iudiciũ: ut quos reliqueras; & quorꝫ irritum feceras pactũ, ab his iudiceris; & iudicabunt te iudicijs ſuis quaſi adulteram. Et ponã, inquit, zelum meũ in te; quem exercent tecum in furore. Zelus enim meus eſt inter hoſtes fidei etiã nõ ſeruatæ. Naſum, inquit, tuũ & aures tuas præcident, quaſi adulteræ & deprehẽſæ in ſtupro; ut deformata placere deſiſtas. Quomodo enim in facie omnis pulchritudo oris in narium decore conſiſtit, & in auribus; è quibus in fœminis unio

Exod.15.

1.Para.11.

C

quibus fornicata eſt in terra Aegypti. Et inſaniuit libidine ſuper concubitu eorum; quorum carnes ſunt, ut carnes aſinorũ; & ſicut fluxus equorum, fluxus eorum: (ſiue uerenda equorum, uerenda eorum.) Et uiſitaſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ; quãdo ſubacta ſunt in Aegypto ubera tua, et confractæ ſunt mammæ pubertatis tuæ.

HEB. Prôpterea Ooliba, hæc dicit dominus deus: Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſatiata eſt anima tua, & cõgregabo eos aduerſum te in circuitu. Filios Babylonis, & uniuerſos Chaldæos, nobiles, tyrannosq; & principes, omnes filios Aſſyriorũ, iuuenes forma egregia, duces & magiſtratus, uniuerſos principes principũ, et noĩatos aſcenſores equorum. Et ueniẽt ſuper te inſtructi curru & rota multitudo populorũ: lorica & clypeo, et galea armabuntur cõtra te undiq;. Et dabo eis iudicium, et iudicabunt te iudicijs ſuis: et ponam zelum meum in te: quẽ exercẽt tecũ in furore. Naſum tuũ & aures tuas præcidẽt: et quæ remãſe-

SEP. Propterea Ooliba, hæc dicit dominus deus: Ecce ego ſuſcitabo amatores tuos contra te à quibus receſſit anima tua, & adducam eos aduerſum te per circuitum filios Babylonis, & omnes Chaldæos φακουδ & σουὲ & κουθ, & omnes filios Aſſyriorum cum eis, iuuenes electos, duces, & magiſtratus omnes triſtatas & nominatos equitãtes in equis. Cũcti ueniẽt ſuper te ab aquilone currus & rotæ, cum multitudine populorum, clypei & peltæ: & mittent cuſtodiam ſuper te in circuitu. Et dabo ante faciem eorum iudicium: & iudicabũt te iudicijs ſuis; & dabo zelum meum in te, & facient tecum in ira furoris. Naſum tuum & aures tuas auferent; & reliquos

HEB. rint, gladio cõcidẽt. Ipſi filios tuos & filias tuas capient: & nouiſſimum tuũ deuorabitur igni, & denudabunt te ueſtimentis tuis: & tollẽt uaſa gloriæ tuæ. Et requieſcere faciẽt ſcelus tuum de te, et fornicationem tuam de terra Aegypti: nec leuabis oculos tuos ad eos: & Aegypti nõ recordaberis amplius.

SEP. quos tuos gladio deijcient. Ipſi filios tuos & filias tuas tollẽt: & reſiduos tuos deuorabit ignis & denudabunt te ueſtimento tuo, & aſſument uaſa gloriationis tuæ: & auertent impietates tuas à te: et fornicationẽ tuam de terra Aegypti: & non eleuabis oculos tuos ad eos: & Aegypti non recordaberis amplius.

a Quia hæc dicit dominus deus: Ecce ego tradam te in manus eorum quos odiſti: in manus de quibus ſatiata eſt anima tua. Et agent tecum in odio: & tollent omnes labores tuos: et dimittent te nudam, & ignominia plenam. Scelus tuum, & fornicationes tuæ fecerunt hæc tibi: quia fornicata es poſt gentes, inter quas polluta es in idolis earum. In uia ſororis tuæ ambulaſti: & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit dominus deus: Calicem ſororis tuæ bibes profundum & latum.

tum.

E uniones & margaritæ dependent: ita dignitas regis & iudicium, quæ in ore auribúſque ſignatur, eorum gladio præcidetur. Ipſi filios tuos & filias tuas capiẽt. Tuos, inquit, & tuas, nõ meos & meas, quia de adulterio generati ſunt: & cætera uorabuntur incendio. Et denudabunt, inquit, te ueſtimentis tuis quibus te ornaueram: & uaſis gloriæ tuæ, quæ tibi ad ceremonias templi aurea argenteaq; conceſſeram, de quibus Oſee. 2. b ſcriptũ eſt: Ego dedi eis aurum & argentum: & ipſi fecerũt ea Baal. Hæc autem omnia faciam: ut perdita pulchritudine & uultu ueneficio deturpato: quieſcat aliquãdo ſcelus tuum: & fornicatio quam didiciſti & exercuiſti ĩ Aegypto: ut poſtquàm naſum aurésque perdideris: nequaquàm audeas oculos tuos leuare ad Chaldæos, & amatoribus priſtinis oſtendere fœditatem tuam: nec recorderis amplius F Aegyptiorũ libidinis: quorum magnitudine carnium delectabaris. Quæ uniuerſa dicunt̃ ſub trãſlatione adulteræ, & propter adulterium deturpatæ: ut nequaquàm ultra glorietur in decore ſuo: ſed erubeſcat in fœditate, quã magnitudine meruit uoluptatum. Quicquid de Hieruſalem τροπικῶς dicitur, & ad animam referri poteſt: quæ uirtutibus dei iuncta complexui, poſtea adulterauit in uitia & receſſit ab eo: & patefactis uniuerſis ſceleribus eius, denudata eſt atque turpata & oſtenſa omnibus, ut à ſcelere ſuo aliquando deſiſtat: nec glorietur in nominis dignitate, ſed pro mali conſcientia & recordatione Aegypti, oculos ultra ad cœlum non audeat tollere. Vnde & naſus ei præciditur: & aures amputãtur quia odorem bonæ fragrantiæ uerterat in fœtorem, & audierat iudicium ſanguinis: quod nõ ſolũ de odore & auditu, ſed de uiſu quoque intelligimus: quo quia male fuerant abuſi Samſon & Sedechias, priuantur. Surdum quoque deus & mutum fecit: ne Exod. 4. c lingua eorum pertranſeat uſq; ad terram: & tactus omnis auferetur in his qui uitam penitus perdiderunt. Et hæc fient, ut igni cuncta purgentur: & pereat Aegypti fornicatio: nec ultra oculos ſuos ad mala poſſit attollere.

a ¶Quia hæc dicit dominus deus: Ecce ego tradam te in manus eorũ quos odiſti: in manus de quibus ſatiata eſt anima &c.) G Prodeſt & Hieruſalem inimicitias habere contra Aſſyrios atque Chaldæos: & nequaquàm Aegypti recordari, ſed tradi eis in manus ad puniẽdum qui illam oderant: quibus ante non traditur, niſi ſatiata fuerit de eis anima eius: ut poſtquã pœnituerit ueterum peccatorum, tunc purget̃ ſupplicijs: & perdat omnes labores quos arte meretricia conquiſiuit: uideatq; nuditatem ſuam & ignominiã, & ſciat quod hæc uniuerſa non ei dominus fecerit, ſed fornicationis ſuæ: quibus fornicata eſt per gẽtes quas ſupra enumerauit, ut earum coleret ſimulacra. In uijs, ait, ſororis tuæ Samariæ ambulaſti: ꝓpterea debes calicem illius bibere, cuius peccata ſectata es. Calix autem quod H ſæpe accipiatur pro pœnis atque ſupplicijs, multa exempla ſunt: è quibus illud eſt: Calix in manu Pſal. 74. b domini uini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc in hoc: ueruntamen fex eius non eſt exinanita, bibent ex eo oẽs peccatores terræ. Et in Eſaia: Calix ruinæ, & po- Eſa. 51. f culum furoris dicitur. Et ad Hieremiam loquitur Hiere. 25. d deus: Accipe calicem uini meri de manu mea: & potabis omnes gentes ad quas ego mittam te: & bibent & uoment & inſanient. Sicut enim quædam dantur cathartica, ut noxius humor qui ineſt corporibus egeratur, ſic & dominus dat calicem tormentorum meraciſſimum: ut quicquid fellis amaritudinisq; eſt, auferat à peccatoribus: & priſtinæ eos reſtituat ſanitati. Et ipſe calix erit profundus & latus. Profundus, pœnarum magnitudine. Latus, tempore captiuitatis. Quando autem, ait, inebriata fueris & dolore comprehenſa, & biberis calicem uſque ad feces: & intantum hauſeris ut fragmenta quoq; ipſius calicis deuores: tunc tædebit te fornicationis priſtinæ: & lacerabis ubera quæ fracta fuerãt in Aegypto, & quæ ab amatoribus tuis ſubacta atq; colliſa ſunt: ſiue oẽs feſtiuitates: & neomenias tuas auferã: ut pro ſolẽnitate atq; lætitia, æternum planctum



tum. Eris in deriſum & in ſubſannationem quæ eſt capaciſſima: ebrietate & dolore repleberis: et calice mœroris & triſticiæ, calice ſororis tuæ Samariæ. Et bibes illum, & epotabis uſq; ad feces: et fragmenta eius deuorabis, et ubera tua lacerabis (ſiue ut LXX. trãſtulerunt: feſtiuitates & neomenias eius auferam): quia ego locutus ſum, ait dominus. Propterea hæc dicit dominus deus: Quia oblita es mei, et proieciſti me poſt corpus tuum: tu quoque porta ſcelus tuum & fornicationes tuas.

a Et ait dominus ad me dicẽs: Fili hominis, nunquid iudicas Oollam & Oolibam, et annuncias eis ſcelera uel iniquitates earum: quia adulteræ ſunt, & ſanguis in manibus earum: & cum idolis (ſiue adinuentionibus) ſuis fornicatæ ſunt: inſuper & filios ſuos quos genuerant mihi, obtulerunt eis ad deuorandum (ſiue tranſduxerunt per ignem.) Sed & hoc fecerunt mihi, polluerũt ſanctuarium meũ in die illa, et ſabbata mea prophanauerunt. Cumq; immolarẽt filios ſuos idolis ſuis, et ingrederentur ſanctuariũ meum in die illa, ut polluerent illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ. Miſerunt ad uiros uenientes de longe, ad quos nuncium miſerant. Itaq; ecce uenerunt quibus te lauiſti, (ſiue cũ ueniſſent, ſtatim lauabaris): & circũliniſti oculos tuos: et ornata es mundo

A planctum habeas & mœrorem. Quia igitur iſta feciſti, & oblita es mei, & proieciſti me poſt corpus tuum, ſiue retrorſum ꝓpter corporis uitia: uel poſt genitalia, quibus turpitudinis fœditas indicat̃: propterea porta ſcelus & impietatem tuam: uidelicet ſupplicia quæ ꝓpter impietatem & ſcelera meruiſti. Poteſt hoc quod dicitur: Et potabis uſque ad feces, & fragmenta eius deuorabis: ſignificãter intelligi ſuper Hieruſalem quæ calicem Samariæ ſororis ſuæ bibit nouiſſima: & quaſi feces tormentorum eius uſq; ad fundum epotauit.

a ¶Et ait dominus ad me dicens: Fili hominis, nunquid iudicas Oollam & Oolibam: & annuncias eis ſcelera uel iniquitates earum: quia adulteræ ſunt, & ſanguis in manibus &c.) Vt ſæpe commonui, parua in quibus Septuaginta ædi- B tio diſcrepat ab Hebraico, ex latere copulaui, lectoris faſtidio prouidẽs. Conſequens autem erat: ut qui Samariæ & Hieruſalẽ adulteria ſeparatim deſcripſerat, pariter earum ſupplicia nunciaret. Omnia autem dicuntur quaſi ad adulteras, & facta ἀνακεφαλαιώσεως, breuiter earum ſcelera proponuntur: ut recte iuxta legis imperium in adulteras lapidatio populi conſequat̃. Quia igitur adulteræ ſunt, iuſtam promeſententiam. Sunt enim mœchatæ in idolis: & ſanguis in manibus earum: eorum uidelicet quos idolis immolarunt: ut filios quos mihi genuerant, dæmonibus conſecrarent. Nec hoc fecerũt foris & in montibus, ac lucis, ut ſæpe facere conſueuerant, ſed ad extremum polluerunt templum meum: ut ſtatuam Baal in eo ponerent. Et ſabbata mea prophanauerũt: ut nec loci, nec tẽporis cuſtodiretur apud eas religio. Sed nec præſentibus tantum adulterijs contentæ erant: neque ſuffecit eis quod filios meos immolauerunt idolis ſuis uel dæmonibus: ſed peregrinis quoque uoluptatibus laſciuientes, Aſſyriorum atque Chaldæorum ſimulacra ueneratæ ſunt. Qui cum ueniſſent, Ooliba Hieruſalem, omnem adulteræ habitum impleſti ſuper eos, ut la-

uares corpus, oculos ſtibio linires: ut aſſumeres cul- C tum muliebrem, ſederes in lectulo libidini præparata, epulas proponeres: quibus fractas ad libidinem uires reparares amatorum tuorum: thymiama meum & unguentũ quod mihi ſpecialiter iuſſeram fieri: & exterminari animam illam de populo, quæ in priuatos uſus hoc facere uoluiſſet, tu offerres idolis: ut congregares frequentiam populorum: ſiue omni genere muſicorum caneres: ut non ſolum uiſu, ſed & auditu & odoratu, & cunctis ſenſibus placeres amatoribus tuis, qui uenerunt ad te ebrij: non urbanæ alicuius elegantiæ: ſed de deſerto ac ſolitudine ruſticorum ac latronum habitum præferentes. Et in tantam exarſiſtis ò ſorores peſſimæ ĩſaniam uoluptatum: ut armillas ueſtras & diſcriminalia imponeretis manibus & capitibus ama- D torum ueſtrorũ, ſiue uobis ipſis: ut plenæ ornatu turparemini. Quãobrem dixi ei, uel Hieruſalẽ, uel Samariæ, uel utrique. Sic attriuiſtis frontem: ut nequaquàm ſecreto polluamini: uel mariti, uel hominum uitetis aſpectum, ſed inſtar meretricum publice proſtituamini: qui ingreſſi ſunt ad uos, quaſi ad meretrices certatim uos polluere cupientes. Tradam igitur uos ad puniendũ his, quibus ultro traditæ eſtis ad deturpandum. Iuſti enim uiri ſunt, in eo quod adulteram & parricidam me iubente diſcruciant. Hæc enim dicit dominus deus: Monitu uocis tuæ congrega ad eas ò propheta multitudinem populorũ, & primum diripiatur earum uniuerſa ſubſtantia: deinde lapidentur & confodiantur gladijs: & filij earum & filiæ trucidentur, & domus ardeant. Et hæc omnia fient, ut auferatur de terra impietas: & diſcant omnes mulieres uniuerſæq; prouinciæ procul poſitæ, pœnis earum ſimilia deuitare: ut poſtquàm receperitis quæ meremini: & portaueritis ſcelera idolorum ueſtrorum: tunc cognoſcatis quod ego ſim dominus. Hæc autem omnia Tropologice, & ſub Typo adulterarum dicta ſunt contra Sa

E tra Samariam & Hieruſalem,quod Aſſyrijs tradi-
tæ atq; Chaldæis,ductæ ſint in captiuitatem,& ur-
bes earum incendio concremarint: interfecti ſint
populi qui pro deo dæmonum ſimulacra uenera-
ti ſunt. Poſſunt hæc & poſt aduentum Chriſti in-
telligi: quod uiri iuſti de
populis nationum, ipſi
Samaritanos & Iudæos
comparatione ſui iudi-
cent: & tradãt eos ad de-
uorandum, quibus do-
Matth.23.d minus dixerat: Relinque
tur uobis domus ueſtra
Luc.21.d deſerta: & quando uide-
ritis circundari ab exer-
citu Hieruſalem, ſcitote
quia appropinquat deſo
latio eius. Vſque hodie
enim adulteratæ ſunt, &
totius orbis lapidibus op
primuntur. Quoniã mi-
ſerunt nũcios ad eos qui
erãt procul, & dicere nõ
Hiere.23.e poterant: Ego deus ap-
propinquans & non de-
us de longe, dicit domi-
nus: & præparauerunt ſe
amatoribus ſuis dæmo-
F nibus: & omnem cultum
atq; ornatum quẽ à deo
acceperant naturali bo-
no, uerterunt in cultum
dæmonum, & opera ſua
decorémque quem in ar
millis & diademate intel-
ligimus, adulteris amato
ribus præbuerunt: quo-
rum pœna gentibus ti-
mor eſt: imò his qui ex
gentibus crediderunt ne
ſimilia patiantur: ſi ea fe-
cerint quæ fecit Samaria
& Hieruſalem. A quibus
tunc auferentur impieta
tes,cum receperint ſcele-
ra ſua, & uelamen qđ po
Exod.34.g ſitũ eſt ante uultũ Moy-
2.Cor.3.c ſi, abſtulerint ab oculis
ſuis: ut cognoſcant quod
ipſe ſit dñs Ieſus Chri-
ſtus,quẽ dei filiũ negaue
runt. Cap. XXIIII.
ET factus eſt ſer. &c.
Secundum uias tuas
& ſecundum adinuentio
nes tuas iudicabo te, di-
cit adonai dñs.) Quorũ
pleraq; de Theodotione
addita ſunt, & uerbũ He
G braicum זמה pro quo nos execrabilem immundi
ciam interpretati ſumus. Illudq; ab eis additum eſt,
quod in Hebraico non habetur, & obelo prænotã-
dum eſt: Propterea ego iudicabo te iuxta ſanguinẽ
tuum, & iuxta cogitationes tuas, iudicabo te immũ
da atq; famoſa, & nimia
ad irritandum. Dicamus
ergo de ſingulis. Nono
anno captiuitatis regis
Ioakim: quinto enim ex-
orſus eſt prophetare: &
decimo menſe eiuſdem
noni anni: decima die
menſis decimi, factũ eſt
uerbum domini ad Eze
chiel prophetam, in Ba-
bylonis regione conſti-
tutum, & dixit ei: Fili ho
minis, ſcribe tibi hanc
eandem diem, & ſcito
quod rex Babylonis ho-
die in regione Iudęa ob-
ſidere cœperit Hieruſa-
lem: & uallare eam exer-
citu: & obſidionem iſtã
per parabolam deſcribe
atque prouerbium: quæ
in præſenti loco Meta-
H phoram trãslationemq;
ſignificat. Pone, inquit,
ollam æneam, id eſt, le-
betem: & mitte in eam
aquam: & pinguiſſimo-
rum animantium omne
corpus in fruſta conci-
de: tam fœmur, quàm
crus & armum, carnesq;
diligenter ab oſſibus ſe-
para: & carnibus miſſis
in lebetem, oſſa pone
uel compone ſub lebe-
te: & fac ſtrues, & cumu-
los oſſium: ut efferue-
ſcat non ſemel, ſed fre-
quenter coctio lebetis:
& diſcoquantur carnes
intrinſecus: & oſſa ſub-
ter incendio concremen
tur. Vis autem ſcire pro
pheta quis ſit iſte lebes,
uel quæ carnes aut oſſa?
Loquere hæc, dicit do-
minus deus: Væ ciuita-
ti ſanguinum, id eſt Hie-
ruſalem, lebeti, cuius ru-
bigo, id eſt, malicia nimia
eſt: & licet ignis ſuppoſi-
tus ſit, tamẽ rubigo eius
non exiuit de ea. Perſe-
uera

mundo muliebri. Sediſti in lectulo pulchro
& mẽſa ornata eſt ante te. Thymiama meũ
& unguentum, & oleum poſuiſti ſuper eam
& uox multitudinis exultantis erat in ea:
(ſiue & uoce compoſita perſultabat.) Et in
uiris quidem multitudines hominum addu
cebantur, et ueniebant de deſerto, (ſiue ebrij
de deſerto): poſuerunt armillas in manibus
ſuis: & coronas ſpecioſiſſimas in capitibus
ſuis. Et dixi ei quæ attrita eſt in adulterio:
Nũc fornicabitur in fornicatione ſua etiam
hæc. Et ingreſſi ſunt ad eam: quaſi ad mulie-
rem meretricem, ſic ingrediebãtur ad Ool-
lam & Oolibam mulieres nefarias: (ſiue ut
facerent iniquitatem.) Viri ergo iuſti ſunt: hi
iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudi-
cio effundentium ſanguinem: quia adulte-
ræ ſunt, & ſanguis in manibus earum. Hæc
enim dicit dominus deus: Adduc ad eas
multitudinem: & trade eas in tumultum &
in rapinam, & lapidentur lapidibus populo
rum, & confodiantur gladijs eorum: filios
& filias earum interficient: & domos earum
igni ſuccendent: et auferam ſcelus (ſiue im-
pietatem) de terra, & diſcent omnes mulie-
res ne faciant ſecundũ ſcelus (uel impietatẽ)
earum. Et dabunt ſcelus (ſiue impietatem ue
ſtram) ſuper uos: & peccata idolorum ue-
ſtrorum portabitis: & ſcietis quia ego do-
minus deus.

## Cap. XXIIII.

ET factum eſt uer-
bũ domini ad me
in anno nono, in men
ſe decimo, decima mẽ
ſis, dicens: Fili homi-
nis, ſcribe tibi nomen
diei huius in qua con-
firmatus eſt rex Baby
lonis aduerſum Hie-
ruſalem hodie. Et
dices per prouerbium
ad domũ

a ET factũs eſt ſer
mo domini ad
me in anno nono,
in mẽſe decimo, de
cima menſis, dicẽs:
Fili hominis, ſcribe
tibi diẽ ab hac die
qua obfirmatus eſt
rex Babylonis ſup
Hieruſalem ab ho-
dierna die: & dic
ad domũ



A uerauerũt ẽm etiã
capti atq; cruciati
in priſtino ſcelere.
Per partes, & ſin-
gillatim cõſumite
eã, nemo remaneat
in ſalutẽ. Non ceci
dit ſuper eã ſors: ut
alij perirent, & alij
ſaluarentur: ſed cun-
ctis cõmunis uenit
interitus. Sanguis
enim eius, id eſt ho
micidia et filiorum
neces in medio illi-
us ſunt. Quem ſan
guinem effudit ſu-
per limpidiſſimam
petram, ut pateret
omnibus: nec ter-
ra operiretur aut
puluere: ne tranſi-
ret uidelicet indi-
gnatio mea: ſed ſu
per apertiſſimum
ſanguinẽ ultio ꝓ-
peraret. Naturæ
eſt enim: ut ſi ſan-
B guis fundatur in ter-
ram, combibat hu-
mus humorẽ ſan-
guinis: uel paula-
tim terra operiatur
& puluere. Cũ au-
tẽ ſuper limpidiſſi
mam petrã & nul-
lam habentem fo-
ueam, ſanguis fue-
rit effuſus, labitur
& latam obtinet ſe
dem. Hoc autẽ in-
dicat: quod nõ oc-
culta, ſed publica
fecerit homicidia,
ſecũdũ illud quod
Gene.4.b dicitur ad Cain: San
guis fratris tui cla-
mat ad me: ꝓpter-
ea dic ciuitati: non
unius ſanguinis,
ſed ſanguinũ mul-
torũ: Ecce ego grã
dem in te pyram
faciam: ſiue educã
torrem, quem uul-
gus titionem uo-
cat: & non ſolum
carnes in te molles
& teneras, ſed du-

HEB. ad domũ iritatricẽ
parabolam, et loqueris ad
eos: Hæc dicit dñs deus:
Pone ollam, pone, inquã,
& mitte in eam aquã. Con
gere fruſta eius in eam, o-
mnem partem bonã, fœ
mur & armum: electa &
oſſibus plena. Pinguiſſi-
mum pecus aſſume: com-
pone quoq; ſtrues oſſium
ſub ea: efferbuit coctio e-
ius: & diſcocta ſunt oſſa il
lius in medio eius. Pro-
pterea hæc dicit dominus
deus: Væ ciuitati ſangui-
num, ollæ cuius rubigo in
ea eſt, & rubigo eius non
exiuit de ea: per partes, &
per partes ſuas eijce eam:
non cecidit ſuper eã ſors.
Sanguis enim eius in me-
dio eius eſt: ſup limpidiſſi-
mam petrã effudit illum:
nõ effudit illũ ſuper terrã
ut poſſit operiri puluere.
Vt ſuperducerẽ indigna-
tionẽ meã, & uindicta ul-
ciſcerer: dedi ſanguinem
eius ſuper petrã limpidiſſi
mam, ne operiretur. Pro-
pterea hæc dicit dñs deus:
Væ ciuitati ſanguinũ, cu-
ius ego grandem faciam
pyram. Cõgere oſſa quæ
igne ſuccendã: conſumen-
tur carnes, & cõcoquetur
uniuerſa cõpoſitio, & oſſa
tabeſcent. Pone quoq; eã
ſuper prunas uacuam: ut
incaleſcat & liquefiat æs
eius & confletur in medio
inquinamentum eius: &
conſumatur rubigo eius.
Multo labore ſudatũ eſt,
& non exiuit de ea nimia
rubigo eius: neque per

SEP. ad domũ exaſperãtẽ
parabolã, & dices ad eos:
Hæc dicit dñs deus: Pone
lebetẽ & infunde ſup eam
aquã, & mitte in eũ diuiſi-
ones: oẽm inciſurã bonã,
crus, & humerũ, carnibus
ſeparatis ab oſſibus de ele
ctis pecoribus aſſũpta, &
ĩcẽde oſſa ſub eis: ferbuit,
& ſũt cocta oſſa eius ĩ me-
dio illius. Propterea hæc
dicit adonai dñs: O ciui-
tas ſanguinũ, lebes in quo
eſt rubigo in eo, & rubigo
nõ eſt egreſſa ex eo: ꝑ par-
tes ſuas ꝓtulit: non cecidit
ſuper eã ſors: quia ſanguis
eius in medio illius eſt. Su
per leuiſſimã petrã poſui
illũ: non effudi illũ ſup ter
rã, ut operiretur terra. Vt
aſcenderet furor in ultio-
nẽ uindictæ: dedi ſangui-
nem eius ſuper limpidiſſi-
mã petram, ut non operi-
retur. Propterea hæc dicit
adonai dñs: Væ ciuitas
ſanguinum, & ego magni
ficabo torrem: & multipli
cabo ligna, & ſuccendam
ignẽ, ut tabeſcant carnes,
& imminuatur ius, & oſſa
cõcrementur: & ſtet ſuper
carbones ſuos. Incenſa eſt
ut exuratur & frigatur æs
eius: & cõcremetur in me-
dio illius ĩmũdicia eius, &
deficiat rubigo eius. Hũi-
liabitur rubigo, & non exiet
de ea multa rubigo eius:
cõfundetur rubigo illius: im
mũdicia tua zema, pro eo
qđ cõtaminata es tu: et nõ
es emũdata ab ĩmundicia
tua. Et quid erit ſi non fue
ris emundata ultra donec
impleã

C riſſima quoq; oſſa
ſuccendam: ut ni-
hil in te remaneat,
quod non creme-
tur incendio. Cum
q; & carnes & oſſa
cõſumpta fuerint
& cremata, ipſum
lebetem uacuũ po
ne ſuper prunas:
ut æs quoque il-
lius incaleſcat & cõ
ſumatur: & ære cõ
ſũpto rubigo quo-
que illius pereat:
id eſt, ciuitate incẽ
dio cõcremata, ma
licia cum urbe di-
ſpereat. Sed quid
prodeſt feciſſe qđ
iuſſum eſt? Ne per
ignem quidem ru-
bigo atque malicia
lebetis, & urbis po
tuit auferri: ſed per
manet in ea immũ
dicia ſceleſta, & exe
crabilis: Hoc enim
zema ſignificat.
D Et Apoſtropham
ad ipſum, lebetem
id eſt ad ipſam ur-
bem facit. Mũda-
re te uolui, & non
es mundata ſordi-
bus tuis: nec ultra
poteris emundari,
donec in te com-
pleam indignatio-
nem meã. Ego do-
minus locutus ſũ,
& ſentẽtia mea nõ
poteſt præterire.
Venit iã urbis ob-
ſidio: faciam quod
minatus ſum: nec
tranſibo ſicut ſępe
feci ſcelera tua: &
ultra non parcam,
nec placabor tibi
etiam ſi multipli-
caueris preces: ſed
uias tuas, & adin-
uentiones tuas red
dam tibi: imò iu-
dicabo te iuxta o-
pera & cogitatio-
nes tuas: ut in hoc
quoque oſtendam
demen

E clementiam meam inſtar medici, qui putridis non
parcit carnibus, ut ſana mẽbra ſaluent: nõ parcit, ut
parcat: crudelis eſt, ut miſereatur: nec conſiderat pa
tientis dolorẽ, ſed uulneris ſanitatẽ, iuxta illud euã-
Matth. 5. d gelicum magis uolens unum perire membrũ, ꝙ to
tũ corpus interfici.
Notandum quoqꝫ
quomodo à princi
pio ꝓphetiæ uſqꝫ
ad præſentem diẽ,
qñ obſideri cœpit
Hieruſalẽ, per or-
dinẽ captiuitas ue-
niat. Primum, gla-
dius prouocat, de-
inde duæ uiæ po-
nunt, Ammon &
Hieruſalem: quarũ
ad dexteram partẽ
ſors cadit Nabu-
chodonoſor: cõfla
tur argentum in ci
uitate, æs, ſtagnũ,
plumbũ, & ferrũ:
terra quoqꝫ nõ cõ-
pluit, ſed ſentibus
occupatur: poſtea
ſub nomine duarũ
ſororum Oollæ &
F Oolibæ, Samariæ,
& Hieruſalem pec
cata narrant: quo-
modo illa ſit capta
& iſta capiẽda. Ad
extremũ nono an-
no, decimo menſe, decima die menſis, in captiuitate
poſito Ezechiel & his qui cũ eo erant: & tradiderãt
ſe cum rege Ieconia: oſtendit qua die urbs cœperit
obſideri, & ſimilitudo lebetis ponit: ut quomodo
carnes & oſſa cõgeſta in lebetem, incendio concre-
mantur: ſic cũcta ciuitas cum ſuis interitura ſit ciui-
bus: & nullus remaneat eoꝝ qui obſeſſi ſunt: quin
fame, gladio, peſtilẽtia cõſumantur, & pars reliqua
captiua ducatur in Babylonem. Poteſt hæc eadem
prophetia & ad tempus pertinere dñicæ paſſionis:
propter quã exercitu circũdata eſt Hieruſalẽ, & in-
terfecti filij eius: & obſidẽte Tito filio Veſpaſiani,
ad ſalutẽ nullus euaſit: templumqꝫ ſubuerſum eſt:
& poſt quinquaginta annos ſub Hadriano, ciuitas
æterno igne conſumpta eſt. Præſentem autem ca-
ptiuitatem quando Ezechiel in Babylone iſta cer-
nebat: & Hieremias in principio ponit uoluminis
Hiere. 1. c ſui: Quid tu uides Hieremia? Qui reſpondens, ait:
Ollam ſuccenſam: & faciem eius à facie aquilonis.
Tropol. Sunt qui iuxta Tropologiam, totum locum iſtum
ad conſummationem mundi trãsferant: nonumqꝫ
numerum qui in ſcripturis ſanctis pœnarum & do
lorum eſt, & ſemper ſequitur iuſticiam, decimi men
ſis & diei decimæ clementia temperant. Idcirco enĩ
adhibentur ægrotantibus pœnæ, ut dolorem ſani- G
tas conſequatur. Mundus ergo qui in maligno po 1. Ioan. 5. d
ſitus eſt, die iudicij diuino igne ſuccenditur: & ciui-
tas ſanguinũ ponitur ſuper carbones ignis: ut im-
pleatur illud quod ſcriptũ eſt in Eſaia: Habes carbo Eſa. 47. d
nes ignis, ſedebis
ſuper eos: hi erunt
tibi in adiutoriũ. Il
ludqꝫ difficile eſt,
quomodo cũ car-
bones & oſſa cõſu
mãtur quibus ple-
ni ſunt etiã phari-
ſæi, quibus dñs lo-
quitur in euange-
lio: Væ uobis ſcri- Matth. 23. c
bæ & phariſæi qui
ſimiles eſtis ſepul-
chris dealbatis: q̃
ĩtus plena ſũt ſpur
citia, & oſſibꝰ mor
tuorũ: nunc dicat
quod rubigo ſor-
desqꝫ mũdi cõſum
ptæ non ſint, ſed
etiã poſt iudicij ſe-
ueritatẽ malicia re
maneat. Quod fa-
cile ſoluitur, ſi intel H
ligamus illud Apo
ſtoli: Concluſit de Gala. 3. d
us omnia ſub pec-
cato, ut omnibus mi
ſereatur. Vanitati
enĩ creatura ſubie- Roma. 8. d
cta eſt. Et ponit ſanguis qui effuſus eſt in propatu-
lo creaturæ uniuerſæ, ut omniũ ſcelera pateant. Pe-
tram aũt limpidiſſimã poſſumus accipere, & domi-
num ſaluatorẽ, quæ ſequebat in ſolitudine populũ
Iſraël, de qua ſcriptũ eſt: Bibebant aũt de ſpũali cõſe 1. Cor. 10. a
quente eos petra: petra autẽ erat Chriſtus: quod in
illo reuelent omnia, & impleat quod ſcriptũ eſt: Ni Matth. 10. c
hil occultum quod nõ reuelet. Dicitqꝫ ſe dñs nõ mi
ſereri: nec mũdi præterire peccata: neqꝫ parcere im-
pijs, nec placari: ut uiæ pereant impioꝝ, ſecundum
illud quod in primi pſalmi fine ponit: Et iter impio Pſal. 1. b
rum peribit. a ¶ Et factũ eſt uerbũ dñi ad me di-
cens &c.) Supra ollæ lebetisqꝫ ſuccenſio, obſidionẽ
urbis oſtẽderat: nunc captã eã atqꝫ deletã, & omnẽ
populum, uel interfectũ gladio, uel ductũ in captiui
tatem, prophetalis ſermo teſtatur. Et primũ iuxta
conſuetudinẽ noſtram, hiſtoriæ fundamenta iacia-
mus. Fili, inquit, hominis, ecce auferam de conſpe-
ctu oculorum tuorũ quicquid tibi deſiderabile eſt
& auferam in plaga: ſiue ut Lxx. uerterunt, in præ-
paratione: ut uidelicet præpares te ad ea nõ facien-
da, quæ ſolent in luctu fieri. Non planges, neqꝫ plo
rabis, nec fluentes lachrymæ dolorem cordis oſten
dent: ſed ſi forte nimio fueris mœrore ſuperatus,
tacitum

HEB. ignem. Immundi-
cia tua execrabilis: quia
emundare te uolui, & non
es mundata à ſordibus tu
is: ſed nec mũdaberis pri-
us, donec quieſcere faciam
indignationem meam in
te. Ego dñs locutus ſum:
uenit & faciam: non tran-
ſibo, nec parcam, nec pla-
cabor. Iuxta uias tuas &
iuxta adinuentiones tuas
iudicaui te, dicit dominus.
a Et factum eſt uerbum do-
mini ad me, dicẽs: Fili ho-
minis, ecce ego tollo à te
deſiderabile oculorũ tuo-
rum in plaga: & non plan
ges, neqꝫ plorabis: neque
fluẽt lachrymæ tuæ. Inge-
miſce tacens: mortuorum
luctũ non facies. Corona

SEP. impleã furorẽ meũ
in te? Ego dominus locu-
tus ſum & ueniet, & faciã:
non differam, nec miſere-
bor: nec deprecabilis ero.
Secundũ uias tuas, & ſecũ
dum adinuẽtiones tuas iu
dicabo te, dicit adonai do
minus. ÷ Propterea ego
iudicabo te iuxta ſangui-
nem tuũ, & iuxta cogita-
tiões tuas iudicabo te, im-
munda atqꝫ famoſa, & ni-
mia ad iritandum ⁚ Et fa
ctus eſt ſermo dñi ad me,
dicens: Fili hoĩs, ecce ego
auferam à te deſiderabilia
oculorũ tuorũ in acie (ſiue
in præparatione) nõ plan
ges, neqꝫ flebis: nec uenĩet
lachrymæ tibi: gemitus
ſanguinis, renũ luctus eſt.
Erunt



A tacitũ habeto gemitum: ne qui prorumpat in uer-
ba. Mortuorũ luctũ non facies: uel ut uertere Lxx.
gemitus ſanguinis, renũ luctus eſt. Per quod oſten-
dit uxorem eius eſſe morituram. Statim enĩ ſequit:
Et mortua eſt uxor mea ueſperi: qđ proprie ad con
iunctionẽ renum
Prouer. 19. pertinet. Nihil enĩ
uiro uxore bona
amabilius, quæ à
deo homini proui
detur, & cui domi
ni lege coniungit,
& unum cũ ea cor
pus efficit. Qđqꝫ
ſequitur: Corona
tua circunligata ſit
tibi, & calciamen-
ta tua erunt in pe-
dibus tuis: hoc ſi-
gnificat: Habebis
comam, quæ ton-
detur in luctu: &
calciamenta in pe-
dibus: quæ lugen-
tes ſolent abijcere.
Vñ et Dauid A-
2. Reg. 12. d beſſalon filium fu-
15. c. et. 18. g giens, & pœnitens
ſup nece Vriæ, nu
B dis pedibus ince-
dit. Aiunt Hebręi
hucuſqꝫ Babylo-
nios magiſtros le-
gis ꝑcepta ſeruan-
tes, decalogũ ſcri-
ptũ in mẽbranulis
circundare capiti
ſuo, & hæc eſſe q̃
iubeant añ oculos
& in frõte pẽdere
ut ſemper uideant
quæ ꝑcepta ſunt.
Et qa Ezechiel ſa-
cerdos erat, nequa
ꝙ eũ debere depo
nere coronam glo
riationis, ſed ligatã
habere in capite.
Hoc illi dixerint.
Nos autem iuxta
Lxx. coronam ca-
pillorum intelliga
mus cæſariẽ: licet
& ipſorum inter-
pretatio nequaꝙ uim Hebraici ſermonis expreſſe-
rit. Nec amictu, inquit, ora uelabis, nec cibos lugen
tiũ capies, quæ ſolent in luctu fieri, ut operiant uul
tum, & quæ Græci περίδειπνα uocant, à conſolatori-
bus accipiant. Locutus ſum, inquit, ad populũ ma-
ne, quæ mihi dñs imperarat, & ueſperi mortua eſt C
uxor mea, oculorũ deſyderabile, lumborũqꝫ & ſan-
guinis luctus. Statimqꝫ die altera mane feci omnia
que mihi fuerãt imperata: interrogauitqꝫ me popu
lus: cur cõtra morẽ oĩm fecerim. Cauſasqꝫ quæren
tibus tãtæ patien-
tię, reſpõdi: Sermo
dñi qui ad me fa-
ctus eſt: ut ad po-
pulũ Iſraël loque-
rer, iſta ꝑcepit: Ec-
ce ego, id eſt iam
nũc polluã ſanctua
rium meũ, ut incẽ-
dat tẽplũ & cũctis
alienigenis pateat
ac prophanis, & in
quo habebatis ſu-
perbiã, id eſt, confi
dentiã & ſpem ac
deſyderium ſalutis
ueſtræ, & ad cuius
obſidionẽ ueſtræ
animę formidabãt
filios quoqꝫ & fili-
as quos uobis fa-
mes, ac peſtilentia
reliquos fecerant,
cõſumam gladiõ. D
Quicqd ego feci,
& uos facietis. Qñ
cõſuetudo ſeruat
ĩ luctu medius do
lor eſt: qñ aũt tanta
malorũ incũbit ne
ceſſitas, ut omni
ploratu maior ſit:
unuſquiſqꝫ de ſua
neceſſitate ſollici-
tus, ad aliorũ ꝙuis
ſint proximi miſe
rias nõ ingemiſcit.
Nihil, inquit, facie
tis qđ ſolet ĩ luctu
fieri: ſed urbe tem-
ploqꝫ ſuccenſis, ſtu
pebitis ad malorũ
magnitudinẽ. Nõ
attondebitis, nec
nudis incedetis pe
dibus, nec plange-
tis, nec amictu ora
uelabitis, nec cibos
accipietis à conſo-
lantibus: ſed tabeſcetis, & conſumemini in iniqui-
tatibus ueſtris, & uix liberũ habebitis gemitum: ne
offendatis uictorum ſuperbiam, ſi publice flere ui-
deamini, ita ut Ezechiel propheta ſit uobis in por-
tentum, & omnia quæ ille non fecit in morte uxo-

HEB. tua circumligata ſit
tibi, & calciamẽta tua erũt
in pedibus tuis: nec ami-
ctu ora uelabis: nec cibos
lugentiũ comedes. Locu-
tus ſum ergo ad populum
mane: & mortua eſt uxor
mea ueſperi, feciqꝫ mane ſi
cut præceperat mihi. Et di
xit ad me populus: Quare
nõ indicas nobis quid iſta
ſignificẽt, quæ tu facis? Et
dixi ad eos: Sermo domi-
ni factus eſt ad me dicens:
Loquere domui Iſraël: hęc
dicit dominus deus: Ecce
ego polluam ſanctuarium
meum, ſuperbiam impe-
rij ueſtri & deſyderabile
oculorum ueſtrorũ, & ſuꝑ
quo pauet anima ueſtra:
& filij ueſtri, & filiæ quas
reliquiſtis, gladio cadent.
Et facietis ſicut feci: ora a-
mictu non uelabitis, & ci-
bos lugentium nõ come-
detis. Coronas habebitis
in capitibus ueſtris, & cal-
ciamenta in pedibus: non
plãgetis, neqꝫ flebitis: ſed
tabeſcetis in iniquitatibus
ueſtris, & unuſquiſqꝫ ge-
met ad fratrẽ ſuum. Eritqꝫ
Ezechiel uobis in porte n
tũ: iuxta omnia quæ fecit,
facietis cũ uenerit iſtud: &
ſcietis quia ego dñs deus.

SEP. Erunt crines tui colli
gati ſuꝑ te, & calciamenta
tua in pedibus tuis: nec cõ
ſolaberis in labijs eorũ, &
panẽ hoĩm nõ comedes.
Locutus ſum ad populũ
mane, ſicut ꝑceperat mihi,
et mortua eſt uxor mea ue
ſperi: fecitqꝫ mane ſicut ꝑ-
ceptũ eſt mihi. Et dixit ad
me ꝓplus: nõ annuncias
nobis qđ ſunt hæc q̃ tu fa
cis? Et dixi ad eos. Sermo
dñi factus eſt ad me, dicẽs,
Dic ad domũ Iſraël: hęc di
cit adonai dñs: Ecce ego
cõtaminabo ſancta mea,
ſuperbiã fortitudinis uĩæ
deſyderabilia oculorũ ue-
ſtrorũ, & qbus parcũt aĩæ
ueſtræ. Filij ueſtri & filiæ
uĩę quos reliquiſtis, in gla
dio cadent, & facietis ſicut
feci. Ore eorũ nõ cõſolabi
mini, et panẽ uirorũ nõ co
medetis, & comæ ueſtræ
ſuꝑ capita ueſtra, & calcia-
mẽta ueſtra in pedibus ue
ſtris. Nõ plãgetis nec fle-
bitis, & conſumemini in
iniquitatibus ueſtris & cõ
ſolabitur unuſquiſqꝫ fra-
trẽ ſuũ, & erit Iezekiel uo-
bis in portẽtũ. Secũdũ oĩa
quæ fecit, facietis. Cumqꝫ
uenerint hæc, cognoſcetis
quoniã ego adonai dñs.
Et tu

HEB. Et tu fili hominis,ecce in die quo tollam ab eis fortitudinem eorū & gaudium dignitatis, & deſyderium oculorum eorum ſuper quo requieſcūt animæ eorum,filios & filias eorū. In die illa cum uenerit fugiens ad te,ut annunciet tibi:in die,inquam,illa aperietur os tuum cū eo qui fugit,& loqueris: & non ſilebis ultra: eriſq; eis in portentum: & ſcietis quia ego dominus.

SEP. Et tu fili hominis nónne in die qñ abſtulero fortitudinē ab eis: elationē gloriationis eorū, deſyderabilia oculorum eorū, & elationē animę eorū,filios & filias eorū:In die illa ueniet qui ſaluus factus fuerit ad te:ut annūciet in auribus tuis.In die illa aperietur os tuū ad eū qui fugerit,& loqueris:& nequaq; ultra reticebis,& eris eis in portentū, & cognoſcent: quoniam ego dominus.

E ris ſuæ,uos in euerſione urbis,& tēpli non faciatis. Et adhuc apertius:O inquit,fili hominis, in tēpore quando abſtulero ab eis fortitudinem eorū, templi ut diximus confidentiā & gaudiū dignitatis, & in quo ſpem ſolā habebāt,ac deſyderiū in quo requieſcebāt animę eorū: inſuper filios eorū & filias, ſubaudit ex ſuꝑioribus abſtulero,eo, inquit, tēpore,cū uenerit ad te de Hieruſalē fugiēs,uel qui euaſerit, dicēs urbem eſſe ſubuerſam:tūc qui prius tacueras & gemitū liberum nō habebas, & tantæ eras patiētię,ut in uxoris nece & liberorū dolore, lachrymā nō emitteres:aperies os tuū & loqueris,nō ad eū qui uenerit,ſed cū eo: ut quæcūq; tu uentura prædixeras,ille nūciet iam perfecta,& ultra non tacebis, ſed argues eos & dices cuncta illis merito proueniſſe:ita ut ſis illis in portentū iuxta illud quod in Zacharia ſcriptum eſt:Prophetas uiros eſſe portēdentes.Et dominus alibi loquitur:in manibus prophetarum aſſimilatus ſum.Hæc iuxta hiſtoriam dicta ſint.Veniamus ad Anagogen:ſi tamē uiolēta non fuerit uiſa cauti lectoris prudētiæ.Filiū hominis dici dñm ſaluatorē:nulli dubium,q extrema hora,hoc eſt,ad ueſperā mundi,huius uxorē priſtinā perdidit:nec fleuit eam,nec amictu ora uelauit:nec recepit ullā hominū cōſolationē,& hæc uētura prędixit G mane,quæ cōpleta ſunt ueſperi & rurſum mane in ſecūdo aduentu facta probauit quæ uētura prædixerat ſanctuariū Iudæorū,& quod deſyderabile habuerant in oculis,& ſuper quo tremebāt animæ eorum eſſe polluta:filios quoq; eorū & filias,Romano gladio cōcidiſſe. Qđ autē dicitur:Coronā habebitis in capitibus ueſtris, & calciamenta erunt in pedibus: ad illā partem referemus quod nequaq; lugere debeant: nec ſigna luctus aſſumere, poſtq; pro umbra receperint ueritatem, & Nazaræi quidā facti fuerīt,& unuſquiſq; ſuper fratre ſuo cōſolabitur: ita ut Ezechiel quē confortauit deus pater,ſit eis in portētū,uētura prænūcians, & poſtq; ſubuerſa fuerit Hierl'm,tēplūq; ſuccēſum: & hoc totus mundus audierit,& diſperſio Iſraël, quæ orbis H terminos colit,tunc uerba domini opere cōpleta,habeant libertatē:& polluto ſanctuario eius,lege completa,uel deſtructa ſecundum occidentem literam, aperta ſit euangelij gloria,& cognoſcat Iſraël,quod ipſe ſit dominus & deus qui hæc mane uētura prędixerit,& ueſperi atq; in conſummationem mundi eſſe completa:ſuo probarit aduentu.

F · Zach.3.c · Oſee.12.c · Anagog.

Cōmentarij ſeptimi in Ezechielē prophetā finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN OCTAVVM COMMENTAriorum Ezechielis ad Euſtochium prooemium.

QVid alijs proſit in prophetas noſtra dictatio,dei iudicij eſt eorumq; cōſcientiæ, qui omiſſis declamationibus ac plauſu & cōpoſitione uerborū,cupiūt ſcire quid eorum ſermo uel narret præteritū,uel pſens arguat,uel prædicat eſſe uenturum. Nobis interim prodeſt.Dū eñ hoc facimus,& nihil aliud cogitamus:in modum furti explanationes aggredimur,& dierū miſerias,noctiū ſtudio cōpenſamus: paſcit animus & obliuiſcit ſeculi calamitatū,quod in extremo fine iā poſitū cōgemiſcit & parturit,donec qui tenet de medio fiat,& pedes ſtatuæ quondā ferrei,fragilitate digitorū fictiliū cōterant.Cadit mūdus & ceruix erecta nō flectit.Pereūt diuitiæ,& nequaq; ceſſat auaricia.Cōgregare feſtināt, quæ rurſum ab alijs occupētur.Aruerūt lachrymæ,pietas oīs ablata eſt.Multi qui petāt,pauci qui tribuant. Nec erubeſcimus paupertatē uili palliolo præferētes,Crœſi opibus incubare:famēq; & interitū plurimorū noſtris cuſtodire theſauris,ſecundū illū diuitē purpuratū, qui ut nihil aliud fecerit, neq; eñ rapinas eius & iniqtates ſcriptura teſtat,crudelitas eius atq; ſupbia nō habebat modū: Lazaro ante foras iacēti atq; ſemineci,ne ea quidē iuſſit dari quæ canibus ꝓijciunt.Quāti nunc Lazari iacēt,& quātorū purpuræ diuerſis ueſtiū coloribus protegunt,ne in uſus quidē ꝓprios uertentiū quæ peritura cōſeruāt:Hæc uirgo Chriſti Euſtochiū ex cordis abūdātia os locutū ſit: & paulo



A & paulo liberius quàm humilitati nr̄æ cōuenit,dixerimus:cæterū octauus in Ezechielē liber q C filiorū ammō & gētiū cæterarū icrepationē cōtinet & uaticiniū futurorū,hoc habebit exordiū.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber octauus.

Cap. XXV.

a ET factus eſt ſermo dñi ad me, dicēs:Fili hominis,pone(ſiue obfirma)faciē tuā cōtra filios Ammō, & ꝓphetabis de eis: & dices filijs Ammon,Audite uerbū dñi dei,hęc dicit dñs deus:Pro eo qđ dixiſtis,euge euge ſup ſāctuariū meū,(ſiue quia gauiſi eſtis ſup ſanctuariū meū),quia pollutū eſt,& ſup terrā Iſraël quia deſolata eſt,& ſup domū Iuda qa ducti ſunt in captiuitatē.Idcirco ego tradā te filijs orientalibus(ſiue Cedē)in hæreditatem, & collocabunt caulas ſuas in te,& ponēt in te tentoria ſua: ipſi comedēt fruges tuas,& ipſi bibēt lac (ſiue ubertatē tuā)daboq; Rabbath in habitaculū camelorū(ſiue ciuitatem Ammon in paſcua camelorum):& filios Ammon in cubile pecorum,& ſcietis quia ego dñs.Quia hęc dicit dñs deus:Pro eo qđ plauſiſti manu & pcuſſiſti(ſiue inſonuiſti)pede:& gauiſa es ex toto affectu(ſiue inſultaſti ex animo tuo) ſuper terrā Iſraël:idcirco ego extendā manū meam ſup te,& tradā te in direptionē gentium,& interficiam te de populis, & perdam de terris & conteram,& ſcies quia ego dominus.

ET factus eſt ſermo dñi &c.)Capta uel obſeſſa Hieruſalē poſtq; uenit in Babylonē qui poterat euadere,& nūciauit urbē iam iamq; capiendā,uel cū tēplo eſſe ſubuerſam:iuxta cōſuetudinem oīm prophetarum aduerſum cæteras in circuitu natiōes q̄ inſultauerāt ruinę Hierl'm,tēpliq; incēdio, ſermo cōuertit ꝓphetalis,primūq; cōtra filios Ammō q habebāt metropolim noīe Rabbath:q̄ hodie à rege Aegypti Ptolemæo cognomēto Philadelpho,q Arabiā tenuit cum Iudæa, Philadelphia nuncupata eſt.Fili,iquit, hoīs: pone ſiue obfirma faciē tuā cōtra filios Ammō qui de Lot ſtirpe generati ſunt, & dices ad eos: Hæc di- B cit dñs deus (nō ſunt eñ prophetę uerba ſed dñi. De obfirmatiōe uultus: in hoc eodē ꝓpheta plenius diſputauimus) Pro eo qđ dixiſtis: euge euge,ſiue inſultaſtis & gauiſi eſtis,quia tēplum & ſanctuariū meū hoſtium ingreſſione pollutū eſt, & ſup terrā Iſraël qm̄ deſolata eſt,& ſpecialiter ſuper domum Iuda, id eſt, duarū tribuū,q̄ nūc ductæ ſunt in captiuitatē:propterea & ego tradā te filijs Cedē,quos orietales interpretati ſumus. Nulliq; dubiū eſt Madianitas & totā eremi uaſtitatē adiacere terræ Arabiæ,q habēt camelorū greges ouiūq; & caprarū multitudines,et his opibus uictitāt.Qđ & terræ Iſraël in Iudicum libro accidiſſe narrat hiſtoria:qñ uenerūt Madianei, & depaſti ſunt uſq; Gazā oēs regiones eorū. Metaphoricos ergo per Madianeos,Iſmaëlitas & Agarenos qui nūc Sarraceni appellant,aſſumētes ſibi falſo nomē Saræ:qđ ſcilicet de ingenua & dña uideantur eſſe generati,ſcriptura ſignificat:Diciturq; de rege Nabuchodonoſor & omni eius exercitu,qđ ueniat & capiat urbē Rabbath:quæ uel ꝓprie hoc appellatur noīe uel ob magnitudinē.Rabbath eñ maxima dicit.Et ne dubitemus Nabuchodonoſor ſubuertiſſe Arabiā poſtq; capta eſt Hierl'm: ſupra ſcriptura teſtat:Et tu fili hoīs,pone tibi duas uias,Ammon & Hierl'm,& ueniet gladius regis Babylonis. Et iterū:In capite uiæ ciuitatis cōijciet, uiā pones, ut ueniat gladius ad Rabbath filiorū Ammō, & ad Iudā in Hierl'm munitiſſimā.Et rurſum:Hæc dicit dñs deus ad filios Ammon,et ad opprobriū eorū.Veniēt ergo filij Cedē,& collocabunt caulas ſuas quaſi paſtores figētq; tētoria.Ipſi uaſtabunt fruges tuas,& bibēt lac & ubertatē terræ,immiſſis gregibus camelorum & oīm pplorū:ita ut ſint filij Ammon in cubile pecorū,& malorū neceſſitate itelligāt qđ ipſe ſit dñs q & futura pdixit, & ut fierēt iperauit. Nec hoc ſuffecit filijs Ammō, ut inſultarēt & dicerēt:Euge euge ſup tēplo & ſanctuario dñi, qđ pollutū erat diuerſarū introitu nationū:ſed tāta fuit inſultādi laſciuia:ut cūctus ſi- D mul ppl's manibus & pedibus concreparet,& ex toto cordis clamaret affectu:eo qđ terra Iſraël eſſet deſolata. Propterea nō ꝑ angelos neq; ꝑ alia miſteria:ſed ipſe dñs extēdēs manū ſuā ad pcutiendū,tradet eā in direptionē:nequaq; camelis & ouiū gregibus,ſed manifeſtius gētibus,ut de populorū numero penitus eradicet & pereat,& redigat ad nihilū:& poſtq; cōtrita fuerit,tunc intelligat qđ ipſe ſit dñs q cūcta dijudicet,& in oēs terras habeat poteſtatē.Poſſumus iuxta Tropologiā filios Ammon intelligere q de Lot in ſpelunca generati ſunt ſemine,& generati in ebrietate & inceſtu, oēs hæreticos,de qbus dicit & Apl's Ioannes:Ex nobis exierūt,ſed nō fuerūt ex nobis.Si enim fuiſſent ex nobis,pmāſiſſent utiq; nobiſcū:Iſti eñ de inclinatione orti ſunt:hoc eñ Lot in linguā noſtrā uertitur: Quia oēs declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt q faciat bonū,nō eſt uſq; ad unū.Aduerſum hos ponit ſiue obfirmat facies ꝓphetalis:ut eos ſua auſteritate cōterat,& dicit eis:Quia inſultaſtis eccl'iæ meæ tpe pſecutionis:eo qđ diuerſorū uitiorū pollutū eſſet ſanctuariū meū:ſiue eorū uitio q mihi ſeruiebāt,ſiue hoſtiū crudelitate q meos perſequebātur:

Supra.21.d · Indic.6.d · רַבָּה · Tropol. · Ioan.2.c. · Pſal.13.a

E tur: terrā quoq; Iſraël, ſenſus uidētes deū, eſſe deſolatam uirtutū choro: & quomodo filij domus Iuda, id deū cōfitentis, in qua eſt uera fides & recta cōfeſſio ducti ſunt in captiuitatē, & ſeruire dño deſierūt: idcirco ò oīs inſultās traderis filijs oriētalibus q de uero lumine ſunt pfecti, & traderis in hęreditatē, ut tu quoq; diſcas dñm cōfiteri. Et per trāſlationē dicit̄, qđ filij orientis ponant ſup eos caulas ſuas & figāt tentoria, et bibāt lac, & comedant fruges, & ciuitas quondā ſuperbiæ fiat in habitaculū camelorū, qui poſſint depoſito onere peccatorū ītrare per foramen acus, & in cubile pecorū, quæ regūtur à paſtore bono: ut cū hoc fecerint, mixti & traditi oriētis paſtoribus, intelligāt qđ ipſe ſit dñs, rurſumq; exprobrat eis, quare inſultauerint nimio cordis affectu ruinis populi dei, & ter-

F ram Iſraël putauerint omnino deſertā: ꝓ quo mereātur manū ulciſcentis dei, ut qui exceſſerant modum exultationis & gaudij ſup ruina domus Iudę, nequaq; tradantur filijs oriētis: ſed ſint in direptionem cunctarū gentiū, & interficiātur de populis & pereant & conterantur, & nequaq; de ſtirpe Abraham: ſed de cunctis nationibus eſſe credendi ſint, & tunc malorū cognoſcant magnitudine & contritione ſua & interfectione populi, qđ ipē ſit dñs. Quod generaliter de eccleſia intelleximus, ſuper unūquēq; ſanctorū intelligi poteſt, ad quorū ruinā gaudent ſeculi homines & aduerſariæ poteſtates: ſi multi tēporis perdiderint pudicitiā: dum mali conſolationē ſuorū ſcelerū putant, ſi plures habeāt conſortes criminum atq; ſupplicij, & hoc nemo faciat, niſi fuerit filius Ammon: hoc eſt filius populi qui in declinatione generatus eſt. a ¶Hæc dicit dominus deus: Pro eo quod dixerunt &c.) Hoc quod nos interpretati ſumus, & Seir, in LXX. nō habetur: ſed de Theodotionis æditione additum eſt. Ridiculam uero in hoc loco Hebræi narrant fabulam. Poſtquā urbs aperta tēplumq; reſeratū eſt, filijq; Ammon & Moab & Seir ingreſſi ſunt templū, uiderūtq; Cherubim protegentia propitiatorium, dixerūt: Sicut cunctæ gentes colunt ſimulacra: ita & Iuda habet ſuæ religionis idola, & idcirco inquiunt iratus eſt dñs, & tradidit eos captiuitati. Nos autē hoc dicemus, quod & iſti inſultauerint domui Iudæ, quādo à Chaldæis capta eſt: putantes ſicut in cęteris gentibus non ibi eſſe auxiliū dei, & ideo regnū Iudæ &

a HEB. Hęc dicit dñs deus: Pro eo qđ dixerūt Moab & Seir: ecce ſicut oēs gētes domus Iuda: idcirco ecce ego aperiā hūerū Moab, de ciuitatibus inquā eius & de finibus eius inclyta terræ Beth Ieſimoth & Beelmeon & Cariathaim, filijs oriētis cū filijs ammō, & dabo eā in hæreditatē, ut nō ſit ultra memoria filiorū Ammon in gētibus, & in Moab faciā iudicia, et ſciēt quia ego dominus.

SEP. Hæc dicit adonai dominus: Pro eo quod dixit Moab & Seir, ecce ſicut oēs gētes domus Iuda: Idcirco ecce ego diſſoluā humerū Moab: de ciuitatibus promōtoriorū eius, electā terrā domū Beth Iaſimuth ſup fontē urbis maritimæ, filios oriētis, ſup filios Ammō dedi ei ī hæreditatē: ut nō ſit memoria filiorū Ammō in gētibus, & ī Moab faciā ultiōes & cognoſcent qm̄ ego dñs.

Hæc

Hieruſalē dei præſidio deſtitutum, patuiſſe Babyloniæ poteſtati. Idcirco non multo poſt tēpore, ſed in præſentiarum dñs cōminatur ſe humerū, robur uidelicet & fortitudinem Moab de ciuitatibus eius diſſoluturū ſiue aperturum, ut ad ipſos quoq; Babylonius uictor introëat, & ciuitates in Moab eſſe deſiſtant, & in finibus eius ac terminis urbes inclytæ deſtruantur: quarū ponit nomina, Beth Ieſimoth & Beelmeō et Cariathaim: pro quibus neſcio qđ uolentes LXX. interpretati ſunt, domū Beth Iaſimuth cū hoc uocabulū uillam deſertam ſignificet: Beelmeō quoq; uſq; hodie in Moab uicus ſit maximus: quem illi uerterūt ſup fontem, & Cariathaim ciuitatē maritimam: tradituręq; & ipſa cum filijs Ammon filijs oriētis, Babylonijs uidelicet: iuxta illum ſenſum quē contra filios Ammon interpretati ſumus. Et dabo, inquit, Moab in H hæreditatem, ut quomodo filiorum Ammon non eſt memoria ultra in gētibus, ſic & in Moab ultiones faciam atq; iudicia, ut cognoſcant quod ego ſim dominus qui Iudam tradidi pro peccato, & in filios Ammon & in Moab ultor exiſtam. Vſq; hodie autem Moab qui interpretatur ex patre: & Seir qui מוֹאָב
in piloſum uertitur & hirſutum, deſpicit & cōtemnit domum Iuda in qua uera confeſſio eſt, & putat שֵׂעִיר
tam facile eam poſſe ſubuerti, q̄ cæterarū ſubuertūtur urbium munimenta. Vnde & dñs comminatur aperturum ſe ſiue diſſoluturū omnem fortitudinē Moabitarum: ut ciuitates habere deſiſtant: & nequaq; in dialectica arte confidere: ſed cuncti illius termini quos pro illiſione fluctuū uocant promontoria, deſtruantur, & inclytæ atq; electæ terræ Beth בֵּית
Ieſimoth, quæ interpretatur domus ſolitudinis atq; יְשִׁימוֹת
deſerta, & Beelmeon quæ & ipſa uertitur habens בַּעַל
fontem, ſiue per fontē, & Cariathaim, quam LXX. מְעוֹן
ciuitatem maritimam tranſtulerunt, pereant. Quāuis enim habeant robora pugnatorum, & inclyta קִרְיָ
pergant ad prælium arte pugnandi, & ex omni par תַיִם
te circunſepti munitiq; gradiantur: tamen inclyta eorum terra non eſt domus habitationis, ſed domus ſolitudinis. Quodq; ſe putant habere fontem ſcientiæ & urbē maritimam quæ cunctas ſuſtinere poſſit ſeculi tempeſtates, patientiā ſibi & fortitudinem promittentes: tamen illuc conuertentur, ut & ipſi tradantur filijs oriētis ueri in Chriſto luminis: ſicut traditi ſunt filij Ammon qui ſibi in hæretica

multitu



A multitudine cōfidebant. Et conſyderemus profectū atq; in ipſa cōminatione clementiā dei, ut tradantur cū filijs Ammon filijs orientis in hæreditatē: & nequaq; hæreſis ulla nominetur in gentibus, ſed factis in Moab iudicijs ſuis & ultionibus pro arrogātia, rerum ſine cognoſcāt dñm eſſe q cūcta diſpēſet. Ad approbādū aūt quod Moab in p̄ſenti loco ſup philoſophorū intelligat̄ ſupbia: de qbus dicit̄:

1.Cor.1.c Perdā ſapientiā ſapientiū, et intelligētiā intelligentiū reprobabo, pauca de prophetis exēpla replicāda ſunt. A-

Amos.2.a mos loquit̄: Hæc dicit dñs: Super tribus impietatibus Moab, & ſup quatuor nō auerſabor eū, pro eo qđ combuſſit oſſa regis Idumææ ī cineres. Vere em̄ quicqd ī ſeculo dogmatum

B puerſorū eſt, quicquid ad terrenā ſcientiā pertinet & putatur eſſe robuſtū: hoc dialectica arte ſubuertitur: & inſtar incēdij in cineres fauillasq; diſſoluitur: ut probetur ni-

Eſa.16.b hili quod putabat̄ eſſe fortiſſimum. Sed Eſaias ſupbiam arguit Moab, dicens: Audiuimus contumeliā Moab: cōtumelioſus eſt nimis: ſuperbiā eius abſtuli. Hieremias quoq; cōtra oēs uaticinans nationes,

Hier.48.b proprie loquit̄ ad Moab: Qm̄ cōfidebas in muni-

Ibidem.c tionibus tuis. Et poſt paululū: Habebis fiduciā in gloria tua. Et iterum: Quomodo dicitis fortes ſumus? Ac deinde: Iuxta eſt dies Moab ut ueniat, & malicia eius uelox nimis. Et manifeſtius: Dicite quomodo cōtritus eſt baculus glorioſus, uirga ma-

Ibidem.d gnificentiæ? Et iterū: Contritum eſt cornu Moab. Hæc aūt dicunt̄, ut ſub nomine Moab, ſtulta ſeculi in cœlū ſe efferens ſuperbia cōteratur. a ¶Hæc dicit dñs deus &c.) Supra duo ꝓpoſuerat, pro eo qđ dixerunt Moab & Seir, & poſtea de Seir tacēs, contra Moab tantū locutus eſt: nunc reddit cœptū problema, quid Seir, hoc eſt Idumæa fecerit. Quod aūt Eſau & Seir & Edom & Idumæa & Duma, una gēs appellentur, nō ambiget qui ſcientiā habuerit ſcripturarum. Et ut de cęteris prophetis taceam: Eſaia, Hieremia, Amos, qui contra Idumæam, & Dumā & Edom uaticinati ſunt: Abdias propheta totā prophetiam contra hanc dirigit nationē, quē ut potui-

Gen.25.d mus olim diſſeruimus. Arguitur igitur Seir, qui qa hiſpidus erat, piloſi nomen accepit: & Edom ſanguinarius, qui ob lēticulæ ruffæ coctionē primogenita

a HEB. Hęc dicit dñs deus: Pro eo qđ fecit Idumæa ultionē ut ſe uindicaret de filijs Iuda: peccauitq; delinquens & uindictā expetiuit de eis. Idcirco hæc dicit dñs deus: Extendam manum meā ſuper Idumæā, & auferam de ea hominē et iumentū. Et faciam eam deſertam ab auſtro & qui ſunt in Dedan gladio cadent. Et dabo ultionē meam ſuper Idumæam per manū populi mei Iſraël: & faciā in Edom iuxta irā meam & furorē meum, & ſcient indignationē meam

SEP. Hæc dicit adonai dominus: pro eo qđ fecit Idumæa ut ulciſcerent̄ ultionem de domo Iuda: & memoriā retinuerunt mali & ulti ſunt ultione: ꝓpterea hæc dicit adonai dñs: Extendā manū meam ſuper Idumæā, & interficiā de ea hominē & pecus, & ponā eam deſertā: & de Themā fugientes gladio cadēt. Et dabo ultionem meam ſuper Idumæā in manu populi mei Iſraël; & faciēt in Idumæa iuxta iram meā & furorem meum, & cognoſcent ultionem meā:

dicit

perdidit, & ab edulio ſortitus uocabulum eſt, Eſau C quoq; facta interpretant̄. Et hoc ſciendum quod in Hebræo nunq; ſcribat̄ Idumæa, ſed ſemp Edom, quē Idumæā expreſſit Græca trāſlatio. Nequaquā ergo Idumęa ut Moab locutus eſt, ſed fecit ultionē de filijs Iuda, peccauitq; ſiue memoriā priſtini doloris tenuit: ut ultionē de eis caperet, à qbus in utero ſupplātatus eſt. Idcirco nō per angelos neq; p aliū quemlibet, ſed ipē dñs manū extēdens ſup Idumęā, abſtulit de ea hominē et iumētum, & ciuitates illius redegit in deſertū, id eſt, Theman: quā nos ī auſtrū uertimus de qua & de alia urbe Dedan, interfecti gladio cadēt. Cūq; illi ſe de Iuda ulti fuerint: ego dabo ultionē ſuper Idumæos per manum D ſiue in manu populi mei Iſraël: ut ab his opprimantur in quos exercuerūt uindictā. Qui faciēt in Edō ſiue Idumæam iuxta irā & furorē meum, ut meam expleant indignationem, & per manus populi mei Iſraël in inimicā gentē, mea ira deſæuiat, & intelligant contra iniquam ultionē Idumææ, meā iuſtam fuiſſe uindictā, dicit adonai dñs. Secundū Tropo- Tropol.
logiam: hic mihi ſenſus uidet̄. Idumæa terrena appellat̄ & carnea: quæ cōſurgit cōtra ſpiritū, ut non faciamus ea quæ ſpiritus ſunt: & animam in meditullio poſitā ad ſe retrahere feſtinat: uultq; ultiones reddere quibus prius ſubdita fuerat filijs Iuda, & recordat̄ doloris antiqui quod nō ꝓpriæ fuerit poteſtatis, & ideo uindictā expetiuit de eis: qui recedentes à carne, ſpiritū ſequebantur. Propterea ipſe dñs filiorū Iuda ultor exiſtens, extēdit manū ſuper Idumæā, & aufert de ea hominē et iumentū, quicqd uel rationis uidet̄ habere uel ſimplicis fidei ut eā re תֵּימָן
digat in ſolitudinē. Et de Theman quæ interpreta- דְּדָן
tur deficiens, & Dedan quæ & ipſa cognitionem ſonat, omnes gladio interficit, quem poſuit in manu populi ſui Iſraël: ut ſubuertat̄ Edom & irā dñi ſentiat ac furorē, & intelligat uindictā eius ad hoc profeciſſe, ut ſeruiat domui Iudæ. Hoc eſt illud de quo & apoſtolus diſputat ſcribēs: Iacob dilexi, Eſau au- Roma.9.c
tem odio habui. Diligit aūt Iacob, quia carneū atq; terrenum ſupplantat & ſuperat, & benedictiones illius meret̄ accipere. Primum em̄ iuxta carnem, & poſtea ſecundū ſpiritū uiuimus. Ante uitia, deinde

E uirtutes,quibus uitia ſubruũtur:quia appoſitũ cor hominis ad maliciã à puericia:erroreſq; adoleſcentiæ,ætas natura cõdemnat. Vñ & Dauid: Delicta, Pſal.18.d inquit,iuuẽtutis meæ,& ignorãtias meas ne memineris. Et tamẽ ſciẽdũ qđ Iacob primã accepit bene- Gene.27.f dictionẽ,Eſau ſecũdã. Et qđ ad extremũ dicit de eo,ſeruus eris fratris tui: hoc ſignificat, qđ poſtq; caro ſpiritui ſubiecta fuerit, illiq; cõiũcta, caro eſſe deſiſtat, & Idumæa tranſeat in Iudæã. a ¶Hæc dicit dñs deus: &c.) Poſt filios Ammõ Moab & Seir, qui et ipſi ſunt Idumei & per Lot & Eſau ppl'o Iſraël & domui Iudæ cognatione ſociant, uenit ad Philiſtim, quos Lxx. ἀλλοφύλους, id eſt, alienigenas trãſtulerũt:non generali noĩe oĩm gen- F tium q nõ ſunt de genere Iudæorũ, ſed ſpeciali gentis ſuæ:q nũc dicit Palæſtina:mutata פ litera iuxta Græcorũ cõſuetudinẽ in π: ſicut et apđ nos ꝑ Hebraico פֶּסַח, Græcũ & Latinũ paſcha celebratur. Philiſtim interpretantur cadẽtes poculo, qui & ipſi de aureo Babylonis calice inebriati ſunt,& ſæuiũt,& toto animo inſultant:inimicitiarũ contra Iſraël ueterũ recordantes: Deut.32.f quibus à dei populo diuiſi ſunt. Cũq; dñs dicat:Mihi uindictam & ego retribuã:ipſi ſe ulciſcuntur interficientes & implentes antiqua odia. Propter quę extentam ſuper ſe manũ dñi ſentient, quæ interficiet interfectores: Pro quo Lxx. neſcio quid uolentes,Cretenſes interpretati ſunt: cum & Aquila & Symmachus & Theodotio ipſum uerbũ Hebraicũ כְּרֵיתִים uel interfectores uel interfectionem uerterint:non ſolũ in pręſenti loco,ſed etiã in Sophonia: Sopho.2.d ubi contra Palæſtinos iſta dicũtur:Gaza direpta erit,& Aſcalon in perditionem,& Azotus & Accaron eradicabuntur. Væ habitatoribus funiculi maris accolæ Cretarũ:uerbũ domini ſuper uos Cha-

a HEB. dicit dñs deus: Hẽc dicit dñs deus: Pro eo qđ fecerunt Palæſtini in uindicta, & ulti ſunt ſe toto animo interficientes & implentes inimicitias ueteres. Propterea hæc dicit dñs deus:Ecce ego extendam manum meam ſup Palæſtinos & interficiam interfectores: & perdã reliquias maritimæ regiõis: faciãq; in eis ultiones magnas:arguens in furore,& ſcient quia ego dominus, cum dedero uindictã meam ſuper eos.

SEP. dicit adonai dñs. Propterea hæc dicit adonai dñs:Pro eo qđ fecerũt alienigenæ ultionẽ,& ſuſcitauerũt uindictã inſultãtes ex aĩo,ut delerẽt uſq; in æternũ. Propterea hæc dicit adonai dñs: Ecce ego extendã manũ meã ſup alienigenas, & diſperdã ſiue ĩterficiã Cretẽſes, & ꝑdã reliquias littoris maritimæ & faciã in eis ultiones magnas in uindicta furoris,& cognoſcẽt quia ego adonai dñs cũ dedero ultionem meam ſuper eos.

Cap. XXVI.

b ET factũ eſt in undecimo anno,prima(ſiue una)menſis,factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hoĩs pro eo qđ dixit Tyrus(ſiue Sor)de Hieruſalẽ:euge confractæ ſunt portæ populorũ(ſiue gentes):cõuerſa eſt ad me,implebor,deſerta eſt: (ſiue quæ fuit plena deſerta eſt)Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego ſuper te Tyre(ſiue Sor): & aſcendere faciam ſuper te gentes multas ſicut aſcendit mare fluctuans. Et diſſipabũt muros Tyri,& deſtruent turres eius,& tradam( ſiue uentilabo)puluerem eius de ea,dabo eam in limpidiſſimam (ſiue nitidiſſimã)petrã. Siccatio ſagenarum erit in medio maris

G naan terra alienigenarũ,& diſperdam uos ex habitatione,& erit Creta in pabulũ paſtorũ & cubile ouium:Et hic eñ cũ Lxx. Cretã uerterint:cæteri trãſlatores ὄλεθρον, id eſt, interfectionẽ uel ꝑditionẽ interpretati ſunt. De quo in ſupradicto propheta deo præſtãte qđ nobis uiſum ẽ diximus. Vnde & duarũ legionũ Dauid: quarum una appellabatur Phelethi, & 2.Reg.15.d altera Cerethi, ultima ab eo qđ interficerent atq; iugularẽt Cerethim, hoc eſt,interfectorũ nomen accepit. Perditq; dominus oẽs reliquias maritimæ regionis, q ſalſis tunditur fluctibus, & uĩdictas nõ paruas, ſed magnas faciet in furore:ut furor eius finem habeat miſericordiæ:& poſtq; ultiones fecerit arguẽs cum furore: tũc cognoſcãt Pa- H læſtini quod ipſe ſit dominus.

Cap. XXVI. ET factum eſt in undecimo anno, prima ſiue undecima menſis: factus eſt ſermo domini ad me dicens:Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus &c.) Conſequenter prophetiæ ordo contexitur. Locutus erat contra filios Ammon & Moab & Seir, qui & ipſi ſunt Idumæi, & Philiſtim qui ſunt in littore,& in funiculo maris, eundẽ limitem tenent. Poſt Palęſtinos enim ſuccedit Phœnicis regio cuius Metropolis eſt ciuitas Tyrus: quæ appellatur Hebræo Syroq; ſermone צור. Et quia capta Hieruſalem:etiam ipſa gauiſa eſt & inſultauit ac dixit:confractæ ſunt portę populorum,ego portum tutiſſimum habeo:Illaq; ſubuerſa, ad me oĩs multitudo conuerſa eſt,quæ illius regebatur arbitrio:& quia illa deſerta eſt,idcirco ego implebor,ſiue quæ plena fuit ante, redigetur in ſolitudinem. Quia igitur iſta dixiſti: & ruinis Hieruſalem quæ dei iudicio propter peccata ſua ſubuerſa eſt inſultaſti:propterea non per nuncios,nec per quoſlibet alios



A alios,ſed ego ipſe ero aduerſum te Tyre:& inſtar fluctuũ maris aſcẽdere faciã contra te Babylonios cũ plurimis nationibus:quarũ oppugnatione,muri tui & turres deſtruenť:intantũ ut uſq; ad ſolũ cõcidãt,& puluis illius radatur,ſiue in partes uarias uẽtileť,& ſic humiliabiť, ut petræ nitidiſſimæ cõpareť:tãtaq; erit in urbe quõdã frequẽtiſſima ſolitudo,ut ſagenæ piſcatorũ expãdãtur & ſiccẽtur in medio eius. Ego enim dñs locutus ſum: cuius uerba irrita eſſe nõ poſſunt,& tradã eã in direptionem gẽtibus. Filiæ quoq; eius quæ ſunt in agro ſiue in cãpo,& hoc eſt in Phœnicis littore, urbes & oppida,uici atq; caſtella interficiẽtur gladio:metaphoricos qa filia appellauit,interfectionẽ ponit gladij,ut rerũ fine cognoſcant me eſſe dñm:q fieri iſta præcepi. Tropol. Põt iuxta Tropologiã qa Sor nomẽ Hebraicũ B uertiť in anguſtiã omnis anima q ꝑturbatiõibus occupata eſt Sor appellari,q qñ uiderit pro ſuis uitijs atq; peccatis dei iudicio ſubuerti Hierl'm, in qua fuit tẽplũ & pacis uiſio:exultat & ad ſe putat urbis quõdã inclytæ imperiũ trãſferendũ. Qđ & in cõtrarijs dogmatibus accipiť,& in hominibus ſeculi: qñ uiderint hominẽ ſanctũ per negligẽtiã eſſe ꝓlapſum,gaudẽt & exultãt,quaſi aliorũ ruina,ſua ſit reſurrectio. Propterea dñs cõminať,quod ipſe cõtra huiuſcemodi homines dimicet,& aſcẽdere faciat cõtra eos inſtar marinorũ fluctuũ plurimas nationes,quæ deſtruãt in eis qcqd munitiſſimũ & firmũ uideť,& ita omnia eorũ argumẽta ſubuertat,ut in puluerẽ redigãť. Sagenas quoq; & retia qbus prius deceptã multitudinẽ piſcabãtur ceſſare faciat,& in deſertæ urbis ſolo,expandi atq; ſiccari,ut pro illis alij ſubeãt piſcatores quos dñs ad piſcãdum miſit. Sed & filias eius quæ prius quaſi in thalamo ſeruabantur,& pro myſticis ſecretioribuſq; doctrinis

maris:quia ego locutus ſum,ait,dñs deus,& erit in direptionem gẽtibus. Filiæ quoq; eius quæ ſunt in agro(ſiue in campo)gladio inter- a ficiẽtur,& ſcient quia ego dñs. Quia hæc dicit dñs:Ecce ego adducã ad Tyrum(ſiue ad Teſor)Nabuchodonoſor regẽ Babylonis ab aqlone,regẽ regũ cum equis & curribus & eqtibus & cœtu populoq; magno. Filias tuas q ſunt in agro gladio interficiet,& circũdabit te munitionibus,& cõportabit aggerem in gyro,& leuabit cõtra te clypeũ,& uineas & arietes(ſiue lanceas)temperabit in muros tuos,& turres tuas deſtruet in armatura ſua. Inundatione equorũ eius,operiet te puluis eorum:à ſonitu equitũ & rotarũ & curruũ mouebuntur muri tui,dum ingreſſus fuerit portas tuas quaſi per introitũ urbis diſſipatæ(ſiue quaſi ingrediens urbem de cãpo.)Vngulis equorũ ſuorũ cõculcabit omnes plateas tuas:populũ tuum gladio cædet,& ſtatuæ tuæ nobiles in terrã corruent(ſiue ſubſtãtiã fortitudinis tuæ in terram deducet.)Vaſtabunt(ſiue uaſtabit) opes tuas:diripiẽt negociatiões tuas(ſiue ſpoliabit ſubſtantiã tuã)& deſtruẽt(uel deſtruet) muros tuos,& domos tuas præclaras (ſiue deſiderabiles)ſubuertẽt(ſiue uertet)& lapides tuos & ligna tua & puluerem tuum in medio aquarum ponent(ſiue medio maris iniiciet.) Et requieſcere faciam multitudinẽ cantorum tuorũ(ſiue deſtruã multitudinem muſicorum tuorũ)& ſonitus cithararũ tuarũ(ſiue uox organorũ tuorũ)nõ audietur amplius. Et dabo te in limpidiſſimã(ſiue nitidiſſimam)petram. Siccatio ſagenarũ eris,nec ædificaberis ultra, quia ego loquutus ſum,dicit dominus deus.

Quia

C nulli facile credebãtur, proceſſuras protrahẽdaſq; in publicũ,& eccleſiaſtico mucrone truncandas:ut tũc intelligãt quod ipſe ſit dominus,qui & Hieruſalem pro peccatis parumper reliquit,& Tyri pro inſultatione eius & gaudio munimenta deſtruxit. a ¶Quia hæc dicit dñs: Ecce ego &c.) Vtranq; æditionem ex more cõiunxi,& in qbus diſcrepant ex latere copulaui: breuitati uoluminũ prouidens. Ergo quod dixerat,aſcẽdere faciam ad te gẽtes multas ſicut aſcendit mare fluctuãs,& erit Tyrus in direptionẽ gẽtibus:nunc ponit manifeſtius quod Nabuchodonoſor regem Babylonis adducat dominus ab aquilone,regem regum, cũ equis & curribus,& cũ infinita exercitus multitudine:qui prius ſubditas Tyro in littore ciuitates & caſtella ſubuertat, & poſtea obſideri faciat Tyrũ:ualletq; eã exercitu,& aggere & munitionibus:uinciſq; & arietibus impugnet muros & D deſtruat,& tanta ſit multitudo equitum eius,ut puluere eqtatus & ſonitu ululãtis exercitus rotarũq; ſtrepitu & equorum hinnitu,urbis fundamẽta moueãtur,& ſic ingrediatur ciuitatẽ diſſipatis muris: quaſi de cãpo ſecurus ingrediẽs: tantaq; ſecuritas ſit uincentis exercitus,ut plateas Tyri cõculcẽt equorũ ungulæ,& omnis populus in medio corruat ciuitatis,& ſtatuæ quondã nobiles,ſiue uniuerſa ſubſtãtia in terram corruat:nihilq; priſtinarũ diuitiarũ in expugnata urbe ſeruet,ſed cum muris domus quoq; nobiles deſtruãtur,& tãta ſit uictorũ ſæuitia,ut ligna & lapides q reſidui incẽdio fuerint in mediũ mare proijciant,& uel Nabuchodonoſor uel ipſe dñs qeſcere faciat uniuerſam urbis læticiã:qua prius in cãticis & pſalterijs perſonabat,& ad ſolũ uſq; ſubuerſa,ſit ſiccatio ſagenarũ. Quodq; ſequiť:Nec ædificaberis ultra:uidetur facere quæſtionem quomodo nõ ſit



ædificata:

E ædificata;quã hodie cernimus Phœnicis nobiliſſi-
mã & pulcherrimã ciuitatẽ.Ex quo quidã uolunt
in ultimo tẽpore hæc Tyrũ eſſe paſſurã;quæ poſt-
ea nõ ſit ædificãda.Sed quomodo Nabuchodono-
ſor perſonã ſeruare poterũt;præſertim cũ legamus
in conſequẽtibus
Nabuchodonoſor
oppugnaſſe Tyrũ;
& laboris ſui nõ ac
cepiſſe mercedẽ,&
propterea tradi ei
Aegyptũ quia dei
ſententiæ in Tyri
oppugnatione ſer
uierit? Græcas &
Phœnicum,maxi-
meq; Nicolai Da-
maſceni , & alias
barbarorꝝ aiũt ſe q
huic hiſtoriæ con-
tradicũt legiſſe hi-
ſtorias,& nihil ſu-
per oppugnatione
à Chaldæis inue-
niſſe Tyriæ ciuita
tis,cũ ꝓbare poſſi-
mus multa dici in
F ſcripturis facta, q̃
in Græcis uolumi
nibus nõ inueniã-
tur;nec debere nos
eorũ autoritati ac-
qeſcere;quorũ ꝑfi-
diã & mẽdacia de-
teſtamur.Põt ergo
qd' dicit̃,nec ædifi-
caberis ultra,ſic ac
cipi;qd' nequaq̃; ul
tra ſit regina popu
lorũ;nec propriũ habeat imperiũ;quomodo habuit
ſub Hirã & cæteris regibus,ſed uel Chaldæis uel
Macedonibus uel Ptolomæis,& ad poſtremũ Ro-
manis regibus ſeruitura ſit.Nulli aũt ambiguũ iu-
xta Anagogẽ Nabuchodonoſor regẽ Babylonis
q uenit ab Aqlone diabolũ intelligi;qui cũ ſit uen
tus duriſſimus & ſiniſter;noĩe dexter uocat̃,præſu
mẽs ſibi noĩs dignitatẽ,& eſt rex regũ omniũq; re-
Matth.4.a gnorũ quæ oſtẽdit dño,dixitq; ad eũ;Hæc omnia
mihi tradita ſunt,quæ dabo tibi ſi ꝓcidẽs adoraue-
ris me.Iſte habet equos & currus,de qbus ſcriptũ
Pſal.32.d eſt;Fallax equus in ſalutẽ,& dormierũt oẽs q aſcẽ-
Exo.15.a derũt equos.Et in alio loco;Equũ & aſcẽſorẽ proie
cit in mare.Iſte filias Tyri,animas in anguſtia & in
quodã peccatorũ carcere poſitas,interficit in agro
campoq; latiſſimo,& circũdat Tyrũ munitionibus
ſuis,ut clauſã teneat & nullus ex ea Babylonij re-
gis euadere poſſit imperiũ.Deſtruxit muros tur-
reſq; ſubuertit,& qcqd forte habuit in dogmatibus
inundatiõe equorũ eius & ſonitu eqtũ rotarũq; &
currũũ ſtrepitu ꝑtremiſcet,& ingrediet̃ portas eius G
nullo ꝓhibẽte & plateas ciuitatis;Quia lata & ſpa-
cioſa uia eſt quę ducit ad mortẽ.Equorũ eius calca
bũt ungulæ,uniuerſamq; ſubſtãtiã ſiue ſtatuas no
biles;qbus ſibi imagines finxerãt falſitatis,de qbus
ſcriptũ eſt; Dñe in Pſal.72.d
ciuitate tua imagi
nes eorꝝ diſſipabis;
ad terrã deiiciet;&
deſtructis muris,
domus quoq; no-
biles ſubuertẽtur
quas ſibi paraue-
rat,& in qbus ex-
ultabat;atq; in tan
tã deſolationẽ ue-
niet,ut lapides eius
& ligna qbus ædifi
cauerat muros &
cementa cõſtruxe-
rat,ꝓiiciãt in ꝓfũ-
dũ;cãticaq; eius &
muſica quibus ſibi
in ſapientia huius
ſeculi cõfidebat, &
oĩs cithararꝝ ſonus
non audietur am-
plius , & piſcatio H
eius ceſſabit,& erit
humilis, ita ut ſit
ſiccatio ſagenarũ,
& ultra nõ ædifice
tur;qa ad dñi ſentẽ
tiam tradita Nabu
chodonoſor oĩno
ſubuerſa eſt,iuxta
qd' & Apl̃s dicit;
quos tradidi ſata- 1.Tim.1.d
næ,ut diſcant non
blaſphemare.Loca difficilia ſunt,& prudens lector
ac diligens debet ignoſcere labori meo.Aut ſi me-
lius qd potuerit inuenire,& ego in eius trãſibo ſen
tẽtiã,dũmodo nouerit ueniã quã mihi tribuet ſe ab
aliis accepturũ. a ¶Hæc dicit dñs deus Ty.&c.)
Primum ipſa hiſtoriæ uerba pandamus breuiſſima
μεταφράσει ſenſum dictorũ aperiẽtes.Hæc dicit ado
nai dñs Tyro,quæ Hebraice appellatur צור; Nũ-
quid in die ruinæ tuæ,qñ Nabuchodonoſor oppu
gnãte corrueris,& in gemitu uulneratorũ ſiue in-
terfectorũ qui occiſi fuerint in medio tui nõ cõmo
uebuntur inſulæ?Et deſcendẽt omnes reges de ſe-
dibus ſiue ſoliis ſuis,& principes maris qui diuer-
ſis imperant inſulis,& auferent diademata de capi-
tibus ſuis;omnẽ regnãdi gloriã deponentes;& ue-
ſtes precioſiſſimas & incredibili uarietate fulgen-
tes abiicient à ſe,& ſtuporis magnitudine uertent̃
in amentiã;atq; humilitate deiecti,ſedebunt in ter-
ra,& cum te uiderint corruiſſe,ſibi ſimilia formida
bũt;nihilq; putabũt in terræ bonis eſſe perpetuũ,
ſed econ

a HEB. Hæc dicit dõminus
deus Tyro;Nunquid non
à ſonitu ruinæ tuæ & ge-
mitu interfectorum tuo-
rum cum occiſi fuerint in
medio tui commouebun-
tur inſulæ?Et deſcẽdẽt de
ſedibus ſuis omnes princi-
pes maris;& auferent exu-
uias ſuas,& ueſtimenta ſua
uaria abiicient,& induen-
tur ſtupore. In terra ſede-
bunt,& attoniti ſuper re-
pentino caſu tuo admira-
buntur,& aſſumentes ſu-
per te lamẽtum,dicẽt tibi:
Quomodo periſti quæ ha
bitas in mari urbs inclyta,
quæ fuiſti fortis in mari
cum habitatoribus tuis
quos formidabãt uniuer-
ſi?Nunc ſtupebunt naues
in die pauoris tui,& turba-
buntur inſulæ in mari,eo
qd' nullus egrediat̃ ex te.

SEP. Quia hæc dicit do-
minus deus Sor.Nónne à
uoce ruinæ tuæ cum inge-
muerint uulnerati tui cum
euaginatus fuerit gladius
in medio tui,cõmouebun-
tur inſulæ,& deſcẽdent de
ſedibus ſuis omnes princi-
pes maris,& auferẽt coro-
nas ſuas,& ueſtimẽtis ſuis
uariis nudabuntur?Furo-
re inſanient; in terra ſede-
bunt,& formidabũt perdi
tionẽ ſuã,& gement ſuper
te,& aſſument ſuper te la-
mẽtũ,& dicẽt tibi.Quomo
do periſti & diſſipata es
in mari urbs laudata,quæ
fuiſti fortis in mari ipſa
& habitatores eius , quæ
dedit timorẽ ſuũ omnibus
habitatoribus ſuis?Et for-
midabunt inſulæ in die
ruinæ tuæ,& turbabũtur
inſulę in mari in exitu tuo.
Quia



A ſed ecõtrario aſſument ſuper te lamentũ,& flebile
canticũ cõmemorabunt,dicentes;Quomodo peri-
ſti quæ habitas in mari,urbs inclyta ſiue laudata?
Tyrũ enim fuiſſe inſulã & nullũ habuiſſe de terra
introitum,in Græcis Latiniſq; & barbaris hiſto-
riis legimus;ſed poſtea à
Nabuchodonoſor rege
Chaldæorũ;uel ut non-
nulli affirmãt ab Alexã-
dro rege Macedonũ ia-
ctos eſſe aggeres,& op-
pugnatione uineiſq; &
arietibus locũ præpara-
tũ;ac de inſula factã eſſe
peninſulã.Tu igit̃ ò Sor,
ò Tyre,quę quõdã fuiſti
in cũctis fortiſſima inſu
lis,ſiue in urbibus oĩm
uoce laudata cũ habita-
toribus tuis,quos uni-
uerſi timebãt;quomodo
ſubito corruiſti?Nũc ſtu
pebũt ſiue pauebũt ſup̃
te inſulæ,& ut melius ha
betur in Hebraico,naues,in die pauoris & ruinæ
tuæ,& turbabuntur inſulæ in mari.Vnde cõſequẽ
tius eſt ſupra naues legere;ne ſecũdo ponant̃ inſu-
læ,eo qd' nullus egrediat̃ ex te;ſiue ut Lxx.trãſtu-
B lerũt,in die egreſſionis tuæ;qñ fueris ducta capti-
ua.Hęc interim quaſi quędã hiſtoriæ iacta ſint fun
damẽta;nunc ſpirituale nitemur culmẽ imponere.
Finge aliquẽ diu ſeruata pudicitia,multis floruiſſe
uirtutibus,& poſtea in aliquo graui mortaliq; pec
cato eſſe collapſum.Nónne ad ſonitum ruinæ eius
interfectarũq; uirtutũ oẽs inſulæ mouebunt̃;hi ui
delicet qui falſis amariſq; huius ſeculi tundũtur flu
ctibus?& deſcẽdẽt de throno ſuperbię ſuæ,oẽs qui
in ſeculi huius ſalſugine principes uidebãtur;& hu
militate deiecti,auferẽt diademata de capitibus ſuis
quæ uidebãtur bonis opibus poſſidere,& ueſtimẽ
ta uaria diuerſitate uirtutũ abiiciẽt;& induẽtur ſtu
pore,ſiue timoris magnitudine quodãmodo uide-
bũtur inſani;ſedebũtq; humi,& ſtupẽtes ſuper re-
pẽtino caſu eius admirabũtur;intantũ ut oẽs aſſu-
mãt plãctũ & lamẽtationẽ ſup̃ eũ qui corruit,& di-
cant;Quomodo periſti qui prius ſaluus eras?quo-
modo corruiſti,qui tãto tẽpore ſteteras;qui in mari
huius ſeculi inter oẽs inclytos putabaris,qui eras
cũctorꝝ opiniõe robuſtus?& habitatores Tyri;hoc
eſt,cogitatiões fortiſſimæ aduerſum omnia ignita
diaboli iacula reſiſtẽtes,quæ prius erant formidini
oĩbus aduerſariis,uerſæ ſũt in ſtuporẽ.Sed & na
ues,omnes uidelicet ſancti,qui huius ſeculi fluctus
trãſeũt,obſtupeſcẽt cũ te uiderint cõcidiſſe.In die
pauoris & ruinæ tuæ turbabunt̃ inſulæ;ne & ipſæ
ſimilia ſuſtineãt.Aliorũ eñ ruinæ,exẽpla iuſtorũ
ſunt,dũ oẽs infirmo & imbecillo ſtatu fluctuãtiq;
ueſtigio in iſto ſeculo cõmoramur,& nunq̃ eſt no
ſtra certa ſecuraq; uictoria;qñ egrediẽtur ex te qui
prius ſteterant;uel in exitu tuo in fine & conſum- C
matione tua.Nõ enim ex præteritis,ſed ex præſen
tibus iudicamur.Cauẽdumq; eſt & ſemper timen-
dum,ne ueterem gloriã & ſolidã firmitatem,unius
horæ procella ſubuertat. a ¶Quia hæc dicit dñs
deus;Cum ded.&c.) Cũ
ſuperioribus iunge quæ
dicta ſunt.Quãdo te de-
dero ò Tyre urbem in
perpetuũ deſolatã,ſicut
ciuitates ſunt aliæ quæ
omnino nõ habitant̃;&
adduxero ſuper te abyſ-
ſum , & operuerint te
aquæ multæ,uel hoſtiũ
infinitæ multitudines;
uel certe qui ad inſulã lo
quitur & ad urbẽ in in-
ſula cõſtitutã,tropologi
ce aduerſariorũ frequen
tiã abyſſi fluctibus cõpa
rat,& detraxero te cum
his qui deſcendunt in la
cum ſiue in foueã ad eos
qui in inferno ſunt,de quibus & in pſalmis legi-
mus;Introibũt in inferiora terrę;tradent̃ in manus Pſal.62.
gladii,partes uulpiũ erunt;ad populũ ſempiternũ;
ubi eſt fletus oculorũ & ſtridor dentiũ,& poſuero D
te in terra nouiſſima;in qua antiquus draco cõſti-
tutus eſt & ſicut ueteres ſolitudines atq; deſerta;
ubi nulla bonorꝝ recordatio,ſed pœnæ erũt ſempi
ternæ,neq; te fecero ſuſcitari in terra uiuẽtium,de
qua ſcriptũ eſt;Beati mites,quoniã ipſi poſſidebũt Matth.5.a
terrã.Et in alio loco;Placebo dño in regione uiuo Pſal.114.b
rum;tũc redigeris in nihili;ſiue peribis in æternũ;
& ultra nõ eris,ſecundũ illud quod in alio pſalmo
ſcriptũ eſt;Dimitte mihi ut refrigerer priuſq; abeã Ibi.38.e
& amplius nõ ero.Nõ quod eſſe deſiſtat qui in pœ
nis eſt ſempiternis,ſed qd' qui deo nõ uiuit,in ſcri-
pturis ſanctis dicat̃ non ſubſiſtere.Vnde & Heſter
cõtra idola loquẽs;Ne tradas,inquit,ſceptrũ tuum Heſter.14.c
his qui nõ ſunt.Vtiq; erãt quibus obſecrat ne tra-
datur,ſed deo nõ erãt;qui uirtutibus & uiuẽti deo
eſſe ceſſarãt.Et hoc notãdũ,quod quærit̃ Tyrus ab Luc.19.b
eo qui uenit quęrere & ſaluũ facere quod perierat; Ibi.15.a
& nonagintanouem ouibus in mõtibus derelictis,
quærit unã erroneã ouem.Mulier quoq; quæ unã
drachmã ꝑdiderat,quærit & inuenit,& uicinas cõ-
uocat ad læticiæ ſocietatẽ.Sin aũt requiſita nõ in-
uenit̃ Tyrus,nõ eſt quærẽtis uitiũ,ſed eius qui bo
ni paſtoris fugerit manũ.Et ultra,inquit,nõ eris in
ſempiternũ;ſiue ut in Hebraico עולם;& in Greco
αἰὼν,ſcribit̃,unũ ſeculũ ſignificat,iuxta illud Eſaiæ; Eſa.23.c
qui poſt ſeptuaginta annos dicit Tyrum reſtituen
dam in integrũ ſtatũ.Aiunt aũt unum ſeculũ;id eſt,
humanæ tempus ætatis,ſeptuaginta annorum nu
mero ſupputari,pſalmiſta dicente;Dies annorum Pſal.89.c
noſtrorum,in ipſis ſeptuaginta anni.Sin autem in
potentatibus, octoginta anni;quicquid ſupra,la-
bor &

a Quia hæc dicit dñs deus;Cum dedero te ur-
bẽ deſolatã ſicut ciuitates quæ nõ habitãtur;
& adduxero ſuper te abyſſum,& operuerint
te aquæ multæ,& detraxero te cũ his qui de-
ſcendũt in lacũ(ſiue ad eos qui deſcẽdũt in fo-
ueã)ad populũ ſempiternũ,& collocauero te
in terra nouiſſima(ſiue in profundo terrarũ)
ſicut ſolitudines ueteres cũ his qui deducũtur
in lacum(ſiue deſcẽdũt in foueã)ut nõ habite-
ris,& dedero gloriã in terra uiuẽtiũ(ſiue ut nõ
reſurgas in terra uiuẽtiũ)ad nihilũ redigã te(ſi
ue perditionẽ dabo te)& nõ eris,& requiſita
non inuenieris in ſempiternũ,dicit dñs deus.
Et factum

E bor & dolor eſt. Hoc metaphraſticos breuiter de Tyro diximus. Quod & ad eos referri poteſt, qui in anguſtia huius ſeculi cōſtituti, deducūtur ad inferos, & operiuntur abyſſis fluctibusq́; pœnarum, & trahūtur ad inferiora terræ, & his copulātur qui in ueteri ſolitudine ſunt, & deducūtur in lacū ſiue in foueā ſempiternā, ut ultra nō habitētur à ſpiritu ſācto. De quibus ſcriptū Prouer. 18. a eſt: Impius cū ciciderit in profundū malorū, cōtemnit. Nec de cętero erūt in terra uiuētium, ſed peribunt, & redigētur ad nihili, & deo eſſe ceſſabūt. Quibus teſtimonijs abutūtur, qui dicūt impiorū atq; peccatorū pœnas non eſſe perpetuas: qui quæſiti à deo, non ſunt inuenti, & in æternum eſſe ceſſarunt: quia ſuo uitio perdiderunt Ioan. 14. a eum qui dicit, ego ſum uita. Cap. XXVII.

F ET factum eſt uerbum dñi ad me di. &c.) Si uoluero totā prophetiā cōtrà Tyrum ſiue ſuper lamentatione Tyri uno ſermone cōprehendere, & lōgū faciā, & ſenſum lectoris obſcurē, dū omnia ſimul nō poteſt mēte retinere: præcipue in qbus ab Hebraico in hoc loco Lxx. æditio diſcrepat: hoc eſt, quæ addiderint quæ ue ſubtraxerint. Itaq; noſtra erimus interptatione cōtēti, & ſicubi diſſonāt, ex latere copulabimus: perfectā omniū deo ſententiā relinquētes, & qd nobis uideat in ſingulis, breuiter admonebimus. Qui plāgit, adhuc curæ eſt ei 1. Reg. 15. g à quo plāgitur. Vnde & Samuel flebat atq; plange- 2. Cor. 12. g bat ſup Saul. Et apoſtolus Paulus lamētat & luget ſup his qui fornicati ſunt, & nō egerūt pœnitētiā. Et Hieremias lamētationes ſuper euerſione Hieruſalē quatuor ſcribit alphabetis. Habitat ergo iuxta literā Tyrus ſiue Sor in introitu maris: uel qd prius inſula fuit, uel quod portu tutiſſimo de alto uenîētes recipit naues, & eſt negociatio populorū ad inſulas multas, ſiue de inſulis multis. Quod quidē uſq; hodie pſeuerat: ut omniū propemodū gētiū in illa exerceant cōmercia. Cœptā aūt interpretationē ſequētes: quicqd de Tyro dicit, referamus ad σωοχλὼ, id eſt, anguſtias iſtius mūdi, qui in maligno poſitus eſt, & uarijs perturbationibus quaſi fluctibus coartat atq; percutitur. De huiuſcemodi negociatoribus & in pſalmo myſtico ſermone narratur: Pſal. 106. c Qui deſcēdūt mare in nauibus, faciētes opationes in aquis multis: ipſi uiderūt opera dñi, & mirabilia eius in profundo. b ¶O Tyre, dixiſti, perfe. &c.) Primum crimen eſt Tyri: ſi quid uidetur habere

Cap. XXVII.

a ET factum eſt uerbum domini ad me dicēs: Tu ergo fili hominis: aſſume ſuper Tyrum lamentū, & dices Tyro quæ habitat in introitu maris, negociationi populorū ad inſulas multas (ſiue ab inſulis multis.) Hæc dicit b dñs deus. O Tyre, dixiſti, perfecti decoris ego ſum (ſiue dixiſti, circūdedi mihi ego decorē) & in corde maris ſita.

c HEB. Finitimi tui qui te ædificauerūt, impleuerunt decorem tuum. Abietibus de Sanir extruxerunt te cū omnibus tabulatis maris. Cedrum de Libano tulerunt ut facerent tibi malū.

SEP. Beelim filij tui circundederūt tibi decorem: cedrus de Sanir ædificata eſt tibi. Tenues tabulas cypreſſinas de Libano tulerunt: ut facerent tibi malos abiegnos.

De Baſan

G boni, nō dei putare, ſed ſuū: & omnē pulchritudinē quæ illi de diuerſis uenit regionibus, proprie æſtimare diligētiæ atq; uirtutis. Dixit enī: Perfecti decoris ego ſum, ſiue ego circūdedi mihi decorē, cum ſit in corde, hoc eſt, in medio maris ſita, & quaſi inſula moueat & fluctuet, & undarū illiſionibus confringat. Quod aūt cor maris, mediū ſignificet, & ille pphetícus ſermo demōſtrat: Propterea nō timebimus cū conturbata fuerit terra & trāslati montes in cor maris. Sonuerūt & turbatæ ſunt aquę eorū. Sed & dñs noſter in corde terræ: hoc eſt, in medio, & ad inferos dicitur deſcēdiſſe. Vera autem & pfecta pulchritudo in nullo hominum, niſi in Chriſti corpore, quod interpretatur eccleſia, & multorū ſanctorum uirtutibus cōgregatur. Vnde & ipſe loquitur ad ſpōſam: Tota pulchra es proxima mea, & macula non eſt in te. Cant. 4. b c ¶Finitimi tui qui te ædifi. &c.) H Pro quo neſcio quid uolētes: ita Lxx. tranſtulerūt: Beelim filij tui circūdederūt tibi decorē, cedrus de Sanir ædificata eſt tibi: tenues tabulas cypreſſinas de Libano tulerūt, ut facerēt tibi malos abiegnos. Sermo enim Beelim, in hoc loco apud Hebræos penitus non habetur, ſed pro Beelim ſcriptum eſt גְּבוּלַיִךְ: quod ſignificat terminos tuos. In eo quoq; quod dixerunt, filij tui: uerbi ambiguitate decepti ſunt, & ſcripturæ ſimilitudine, dum pronūciatione diuerſa eædē literæ, cemētariorū & filiorum בֹּנַיִךְ & בָּנַיִךְ legūtur. O igitur Tyre, quæ dixiſti per ſuperbiā, perfecti decoris ego ſum: ſiue ego decorem mihi circūdedi, cū ſis ſita in medio mari: audi quāta tibi dei largitate collata ſint. Finitimi & cōtermini tui, q nō de lōginqs, ſed de uicinis ſunt regiōibus: ipſi impleuerūt decorē tuū, & tu putas tuū eſſe qd alienū eſt. Et loquit quaſi ad nauē τροπικῶς, urbis ſignificās pulchritudinē & rerū omniū abūdātiā, ut poſtq; uniuerſam illius ſuppellectilē deſcripſerit: malum, antemnas, remos, uela, prorā, carinā, funes, optoria, pelles, & cætera qbus nauiū optime inſtructarū uſus indiget: tūc tēpeſtatē illi & uētū auſtrū quo fluctus maximi cōmouebūt uenire denūciet, & eā ſubiacere naufragio. Per q̄ ſignificat urbis Tyrię euerſionē à rege Nabuchodonoſor, ſiue ut multi putāt ab Alexādro rege Macedonū, qui ſex mēſibus ipſam urbē obſediſſe & cepiſſe narrat, poſtq; Darium uicit in Lycia. Iuxta myſticos uero intellectus, abietibus ſiue cedris de Sanir, nauis Tyriæ ta- bulata



A bulata cædūtur: quibus texitur atq; cōpingitur, & cedro ſiue cypariſſo de Libano malus eius: abietibus propter leuitatē iuncturasq́; tabularū mollius inuicē ſe tenentiū atq; mordentiū: ſiue cedris, quod שְׂנִיר lignū imputribile eſt. De Sanir autē dicit, quod interpretatur uia lucernæ: aut ut nos uerius arbitramur dens uigiliarū: eo quod omnis nauis proſperitas & illuſtratio uenerit ex uero lumine. Sanir aūt mons iuxta literā ipſe eſt qui & Hermon, quē alij uocant Sanior. Lege hiſtoriam. לְבָנוֹן Libanus interpretat cādor ſiue dealbatio: quod & ipſum ad gratiam pertinet aliunde uenientē. a ¶Quercus de Baſan dola. &c.) Quanta pulchritudo nauis & ſupellectilis eius ut remos haberet cedrinos, B nō undelibet ſed de Baſan, & trāſtra eburnea, & pætoriola ſiue cellaria, in qbus merces precioſiſſimæ reponunt, de inſulis Chettijm, quod nos in Italiā uertimus: ex ea regione quæ Græciæ propinquior eſt: omnes occidētaliū inſularū partes Anagog. intelligētes. Dicamus ergo iuxta Anagogē, remos fieri nauis Tyriæ de Baſan, de qua & in pſalmis ſcri- Pſal. 67. e bit: Dixit dñs, de Baſan cōuertā, cōuertā de profun- בָּשָׁן do maris. Baſan in lingua noſtra interpretat ignominia. Eos igit qui fuerūt in pfundo maris, & ignominia peccatorum, cōuertit deus, & cōuertit in remos, ut cum apoſtolis nauigātes, poſſint ad terrā & ad littora puenire: Et fiūt trāſtra de ebore, cū mortificauerint corpora ſua: uel uſum dentiū ad laudes dei cōtulerint, & prætoriola ſiue cellaria de inſulis Chettijm, quæ iuxta Hebraici ſermonis etymologiā uertit in percuſſam, ut plagis diaboli nō tā interfecta ſit q̈ probata. Poſſumus ex ebore & ſylueſtres domos dicere de inſulis Chettijm, quas hæretici nō in domo dei ſed in naui Tyria fabricare conātur. Et ipſi habētes ebur ſuum ſermonis & linguæ ædificātes tēpla, dei tēplo contraria, & domos ſylueſtres, habitacula beſtiarū, cū ſcriptura dicat: in domo dei nemora & ſyluas ac lucos nō eſſe plātandos. b ¶Byſſus uaria de Aegypto tex. &c.) Quia dixerat Tyrus, perfecti decoris ego ſum: uel circūdedi mihi ipſa pulchritudinē: arguitur quid à ſin-

a HEB. Quercus de Baſan dolauerūt in remos tuos, tranſtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de inſulis Italiæ. b Byſſus uaria de Aegypto texta eſt tibi in uelum, ut poneretur in malo: hyacinthus & purpura de inſulis Eliſa, facta ſunt operimentum tuum. c Habitatores Sidonis & Aradij fuerunt remiges tui. Sapientes tui Tyre, facti ſunt gubernatores tui. Senes Biblij & prudētes eius præbuerūt nautas ad miniſterium uariæ ſupellectilis tuæ. Omnes naues maris & nautæ earum: fuerunt in populo negociationis tuæ.

SEP. De Baſan fecerūt remos tuos, & tēpla tua, & fecerunt tibi ex ebore domos ſylueſtres de inſulis Chettijm. Byſſus cum uarietate de Aegypto facta eſt tibi in ſtratū, ut circūdaret tibi gloriam & operiret te hyacintho & purpura: de inſulis Eliſſa facta ſunt opertoria tua. Principes tui qui habitabāt in Sidone & Aradij, fuerunt remiges tui. Sapientes tui Sor qui erant in te: iſti gubernatores tui. Senes Biblij & ſapientes eius erant in te: iſti confortabāt cōſiliū tuū, & omnes naues maris & remiges earū facti ſunt tibi in occidentem occidentis.

Perſæ

C gulis acceperit regionibus, ſecūdū illud ſcripturæ: Quid habes quod nō accepiſti? Si aūt accepiſti: qd gloriaris quaſi nō acceperis? Deſcribit ergo quid unaquæq; mittat prouincia, ſecūdum illud Vergilianum: India mittit ebur: molles ſua thura Sabæi: At Calybes duri ferrū uiroſaq́; Pōtus Caſtorea, & cætera. Byſſus in Aegypto q̈ maxime naſcitur, ex qua cōtextū eſt Tyriæ nauis uelū, quod ſuſpenditur malo, & operimētum illius quod in ſolis calore atq; trāqllo nautis atq; uectoribus præbet umbraculum, de hyacintho & purpura fit: quę ſunt de inſulis Eliſa: Ionij maris ſic appellans inſulas. Porrò iuxta Lxx. de byſſo in ſtratū & in requiē Tyriæ nauis uelamēta texūtur, ut his operta glorioſior ſit, & D circundata amictū habeat pulchriorē. Byſſum aūt referri ad terrā qa ex terra oritur, & hyacinthū ad aërē: purpurā ad mare ex quo cōficitur, addito coccino bis tincto, quibus pōtificis ueſtimēta texunt: ſæpe admonuimus qd quatuor elemēta ſignificent: terrā, ignem, aërem, & aquas: ex quibus conſtant omnia quæ ſibi aſſumit Tyrus, ut dei creaturis nō utatur cum gratia ſed dicat: Perfecti decoris ego ſum: uel decorē mihi ipſa circūdedi. c ¶Habitatores Sidonis & Aradij fuerūt remi. &c.) Dixerat ſupra: finitimi tui qui te ædificauerūt, impleuerūt decorē tuū: anteq; ueniat ad eos qui longe habitāt, proximarū prouinciarū deſcribit auxilia. Habitatores, inquit, tui, ſiue principes Sidonis & Aradij, quæ uicina eſt inſula, remiges tui. Sapiētes tui ò Tyre facti ſūt gubernatores tui. Ad ſapiētes enī proprie ptinet gubernatio, ſcriptura dicēte: Quibus nō eſt gubernatio: cadēt quaſi folia. Senes ſiue ſeniores Biblij & prudētes eius prębuerūt nautas ad miniſteriū tuū: ſiue cōfortauerūt cōſiliū Tyri, & uariā ſupellectilē præbuerunt, oēsq; naues maris & nautę earū fuerūt in pplo negociationis Tyriæ, ſiue in occidētē occidētis. Hoc interim ſecūdū literā. Cæterū iuxta myſticos intellectus: qa Sidonij interptant uenatores, & Aradij צִידוֹן deponētes: dicemus Tyrū glorioſam & ſuperbiſſi- אַרְוָד mā ciuitatē quæ uento flante poſtea cōterenda eſt, habere

a Perſæ & Lydij & Libyes erant in exercitu tuo,uiri bellatores tui:clypeum & galeam ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo(ſiue peltas & galeas ſuſpenderunt in te)ipſi dederunt gloriam tuam.

b HEB. Filij Aradij cũ exercitu tuo erãt ſuper muros tuos in circuitu,ſed & Pygmæi qui erant in urbibus tuis:pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum:ipſi compleuerunt pulchritudinem tuam.

SEP. Filij Aradiorum & fortitudo tua ſuper muros tuos: in circuitu cuſtodes in turribus tuis erant:Pharetras ſuas ſuſpenderunt ſuper propugnacula tua per gyrum,Ipſi perfecerũt decorem tuum.

c Carthaginenſes negociatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum,argento,ferro,ſtagno,plumboq́ repleuerunt nundinas tuas.

Græcia

E habere ciues ſiue principes uenatores,de quibus Pſal.123.a ſcriptum eſt.Anima noſtra quaſi paſſer erepta eſt de laqueo uenantiũ.Vbi enim nos legimus uenantium,in Hebræo ſcriptũ eſt,Sidoniorũ.Iſti uenantur incautas animas in ſublimibus cõſtitutas,ut ad terrena deducãt,& efficiũtur remiges, ut ducant eos ad naufragia.Sapientes aũt Tyri,qui in malã partem accipiuntur:per quam ſapiẽtiores ſunt filij tenebrarum à filijs lucis: ipſi gubernãt Tyrũ naufragio præparatã. Seniores Biblij & prudẽtes eius prębuerũt nautas Tyro ad miniſterium: ſiue cõfortauerũt cõſilium eius. Sacra narrat hiſtoria, ſeniores plurimos fuiſſe à domino re-
F probatos,& iuniores electos in typũ ſynagogæ & Gene.4.b eccleſiæ.Senior Cain abijcitur,& Abel iunior eli- Ibi.21.b gitur:Iſmaël filius Abraham alienus à patre eſt,& Iſaac iunior hæreditatẽ accepit.Filiorũ quoq́ Iſaac Ibi.25.d ſenior Eſau uenator eſt,& uagatur in ſaltibus:iunior Iacob ſimpliciter habitat domi.Vnde ſcriptũ Malach.1.a eſt & in Malachia:Iacob dilexi:Eſau autẽ odio ha- Roma.9.c bui.Et recte iuxta Apoſtolũ:nihil in matris utero cõſtituti boni uel mali fecerãt:nec habebãt meritũ nec offenſam,ut alter eligeretur & alter abijcerẽt: niſi in typo ut diximus ſynagogæ & eccleſiæ,ſenior repellit̃,& aſſumitur iunior.Omnes,inquit, naues maris & nautæ earũ fuerũt in populo negociationis Tyriæ:ſiue in occidẽtem occidẽtis.Quomodo dicitur canticũ canticorũ,& ſeculũ ſeculorũ, & opera operũ:ut canticũ maius alijs cãticis ſit,& ſeculũ prolixius alijs ſeculis:opusq́ cæteris operibus utilius:ſic appellatur occidens occidẽtis,ut magnitudinẽ occidentaliũ partium ſignificet.Et pulchræ naues maris & nautæ earũ & remiges qui in Tyriæ nauis auxilio ſunt:nõ pergunt ad orientem nec ad ortũ luminis ubi ſol iuſticiæ naſcitur,ſed ad occidentẽ occidẽtis ubi lumẽ occũbit,& ubi tenebrarũ exordium eſt. a ¶Perſæ & Lydij & Libyes erãt in ex.&c.)Perſas fuiſſe fortiſſimos,quorũ rex Eſa.45.a Cyrus,ut Eſaię uaticinio prędicat̃:ſubuerſo Aſtyage rege Medorũ,Babylonẽ ceperit,& ſacra & ſecularis narrat hiſtoria.Lydos quoq́ illo tp̃e inter gẽtes robuſtiſſimas reputatos:quorũ rex Crœſus ab eodẽ Cyro captus ſit,Xenophon ſcribit pleniſſime. Et Libyas cũ Troglodytis & Aethiopibus ueniſſe contra Hieruſalẽ,in Paralipomenon uolumine le- 2.Paral.12.a gimus:Qui quia illis tẽporibus florẽtiſſimi erant,

& famoſi ad prælia pugnatores:Tyriæ urbis de- G fenſores eſſe memorantur,& ad terrendos hoſtes ſcuta & galeas inter murorũ propugnacula ſuſpendiſſe.Spiritualis aũt intelligentia illud ſonat,quod Perſæ qui interpretãtur tentãtes ſiue tẽtati,& Lydij quos generatos intelligimus,& Libyes qui Hebraico ſermone appellatur פּוּט:& uertũtur in os:ab ore nõ ab oſſe:fruſtra Tyrum nitãtur defendere, cũ tẽtatione ſuperẽtur,& generationi ac libidini ſeruiãt:caſſaq́ tantũ uerba multiplicent: nõ habentes galeam ſalutis,nec ſcutũ fidei,ſed gloriã tãtũ ſtrepitũq́ ſermonũ prætendant ad ornatum illius. b ¶Filij Aradij cũ ex.&c.)
dei;de quo crebro diximus. Et Paulus Apoſtolus
Heb.12.f loquitur,ſi quis tamẽ ad Hebræos epiſtolã ſuſcipit;
Acceſſiſtis ad Sion mõtem & ciuitatem dei uiuẽtis
Hieruſalẽ cœleſtẽ,& milia angelorũ.Vel certe mõs
ſanctus dei,paradiſus(ut diximus) intelligẽdus eſt.
Ambulauit quoq; in medio ignitorũ lapidũ;de qui
Pſal.103.a bus ſcriptum eſt.Qui facit angelos ſuos ſpiritus;&
Deut.4.d miniſtros ſuos ignẽ urentẽ.Et non ſolum deus qui
uocatur ignis cõſumens,fœnum,ligna, ſtipulamq;
conſumat;ſed & angeli qui uocantur igniti lapides,
Luc.12.f ſpirituq; feruentes.Vnde & dñs; Ignẽ,inquit,ueni
mittere ſuper terrã;& q̃ uolo ut ardeat.Quodq; ſe⸗
quitur;Perfectus in uijs tuis à die conditionis tuæ;
ꝓ quo poſuere Lxx. Fuiſti immaculatus in diebus
tuis à die qua cõditus es,donec inuẽta eſt iniquitas
in te;oſtendit omnẽ creaturã bonã à deo cõditam,
F & perfectam habuiſſe uirtutẽ; & per hoc principẽ
quoq; Tyri fuiſſe immaculatũ; ut deinceps macula
nõ naturæ ſit,ſed uoluntatis. Donec inuẽta eſt ini⸗
quitas in te.Inuẽta à deo,quæ in theſauris pectoris
tui per ſuperbiã & abuſionẽ poteſtatis quã accepe⸗
ras,tenebatur incluſa. In multitudine quoq; nego⸗
ciationis eius repleta ſunt interiora illius,ſiue cella⸗
ria iniquitate.Dum enim multa cõquirit,& non eſt
cõtẽtus ſciẽtia quã acceperat,nec poteſtate cui præ
poſitus erat;repleuit cellaria et ĩteriora pectoris ſui;
ut ſaturatus & incraſſatus calcitraret cõtra creatorẽ
Deut.32.b ſuũ.Mãducauit eñ Iacob, & ſaturatus eſt;& recalci
trauit dilectus, incraſſatus & impinguatus & dilata
tus;& dereliquit deũ qui fecerat eũ. Et de corde ꝓ⸗
cedunt cogitatiões peſſimæ;ꝓpter quas dicit deus;
Peccaſti,& eieci te de monte dei, ſiue uulneratus es
à monte dei;quod legẽtes,timere cõpellimur.Si eñ
cherub extentus & ꝓtegens poſitus in mõte ſancto
dei;& in medio ignitorũ lapidum perfectus & im⸗
maculatus,ꝓpter multitudinem negociationis re⸗
pleuit interiora ſua iniquitate;& peccauit, & eiect⁹
eſt de mõte dei,hoc eſt,de habitatione paradiſi;ſiue
uulneratus à monte dei,qui perſpicue Chriſtus in⸗
telligitur;aut certe in monte dei cõſtitutus & habi⸗
tans,à ſemetipſo uulneratus eſt;& cõſcientiæ com⸗
punctus malo,dum ſe intelligit habitatione montis
indignũ,quid de nobis exiſtimãdũ eſt?Propter qđ
dicitur ei;Et perdidi te ò cherub,ꝓtegens de medio
lapidũ ignitorũ;ut nequaq; inter ignitos lapides cõ
ſiſteres, ſed perires.O ipſe Cherub, ſiue cherubim
qui te ꝓtegebat;eduxi te de medio lapidũ ignitorũ;
iuxta illud quod & de Adã ſcriptũ eſt; Eiecit Adã, G
& cõſtituit eũ cõtra paradiſum deliciarũ. Cauſasq; Gene.3.d
reddit,cur eductus ſit ſiue ꝓiectus de medio lapidũ
ignitorũ.Eleuatũ eſt eñ cor tuũ in decore tuo;dum
tuũ putas eſſe qđ dei eſt.Vnde & Apoſtolus,ſtimu 2.Cor.12.b
lũ carnis & angelũ ſatanæ accepiſſe ſe dicit,qui eum
collaphizaret,ne reuelationũ magnitudine ſuperbi
ret;& in iudiciũ incideret diaboli. Et idcirco corru⸗
pta eſt,inquit,doctrina tua cũ decore tuo, ſiue ꝑdi⸗
diſti ſapientiã tuã in decore tuo;ut dũ plus uis eſſe,
q̃ conditus es;& magis ſapere, q̃ à deo acceperas;
etiã id perderes quod habebas;& ꝓ pulchritudine
atq; doctrina, deformitas te & ſtulticia poſſideret.
Vnde in terrã ꝓiectus es,qui ante habitabas in mõ
te dei.De quo & Eſaias ſcribit; Quomodo cecidit Eſa.14.c
lucifer qui mane oriebatur?Et ſaluator in euãgelio;
Videbã,inquit,ſatanã quaſi fulgur de cœlo cadẽtẽ. Luc.10.c
Quod & Hieremias loquitur ad Hieruſalẽ. Quo⸗ Tren.2.a
modo obſcurauit dñs in ira ſua filiã Sion;ꝓiecit de
cœlo in terrã gloriã Iſraël?Proiectus es aũt in cõſpe
ctu omnium regũ,ut tuo terrerẽtur exẽplo;uel bo⸗
norũ regum,quorũ cor in manu dei eſt;uel malorũ, Prou.21.a
quorũ regna oſtẽdit diabolus ſaluatori;qui occur⸗
rerunt regi Babylonio,dicẽtes;Et tu captus es ſicut Matth.4.a
nos;atq; inter nos reputatus es.Quãobrẽ & polluit
ſanctificationẽ ſuã quam habuerat,quando habita⸗
bat in monte;& cõuerſabatur in medio ignitorum
lapidũ.Sequitur;Producã ignem de medio tui qui
deuoret te.Iſtum ignẽ in Tyri regis corde ſuccẽde⸗ H
rat ille cuius ignita ſunt iacula;& de quo ſcriptũ eſt;
Omnes adulterãtes quaſi clibanus corda eorũ.De Oſee.7.a
quo igne loquitur & Eſaias; Ambulate in lumine
ignis ueſtri;& in flamma quã ſuccendiſtis; ut foras Eſa.50.d
egrediens;deuoret poſſidentẽ; iuxta illud quod in
eodẽ Eſaia ſcriptũ eſt;Deuorauit ſicut fœnũ mate⸗ Eſa.1.g.
riam.In die illa extinguentur mõtes,& colles,& ſal⸗ & 5.f
tus;& deuorabit ab anima uſq; ad carnes.Hũc ignẽ
qui alienus appellatur,Nadab & Abiu ad altare do Leui.10.a
mini obtulerant;& idcirco diuino igne conſumpti
ſunt.Vnde et Moyſes ait;Hoc eſt uerbũ quod dixit
dñs;in his,qui appropinquant mihi, ſanctificabor.
Sanctificatio aũt dei eſt,pœna peccãtium.Poſt hæc
dicitur;Et dabo te in cinerẽ;ut omĩa quæ ſuperædi
ficaſti,malæ conſcientiæ tuæ ignis abſumat.Qui cũ
debueras requieſcere in ſabbato, & nequaq; opus
facere ſeruile;ligna in ſabbato collegiſti; ut haberet
quod in pectore tuo deuoraret incendium. Perdet
quoq; omnia mala opera conuertens in cinerem;ut
ignis noxius penitus extinguatur;ut omnes cõſpi⸗
ciãt & obſtupeſcãt periſſe regẽ Tyrium,& nihili fa⸗
ctum eſſe;non in multis ſeculis,ſed in uno;uel certe
in perpetuũ;ut impleaṫ illud quod ſcriptũ eſt;Non
parcam tibi,& non miſerebor.Solent Hebræi inter
cæteras fabulas ſuas & genealogias atq; ĩterminabi
les quæſtiones,hæc cõtra Hiram regem Tyri dicta
intelligere,cũ à Salomone uſq; ad Ezechielem anni
ſint plurimi;quos eo tẽpore homines nõ uixiſſe ꝑ⸗
ſpicuũ eſt;& ſic ꝓnunciare,quaſi per ironiã ꝓpheta
ad eum loquatur;Nũquid tu es ſignaculum ſimili⸗
tudinis



A tudinis dei,plenus ſapientia,& perfectus decore;tu
cunctis ornatus lapidibus;tu cherub,uel creatus cũ
cherub;cũ ecõtrario peccaueris, & in cinerẽ diſſol⸗
uendus ſis?Adduntq; fabulæ ſuæ miraculũ;ut con
tra ſcripturam,imò ſine ſcripturæ autoritate,dicãt
Hiram mille uixiſſe ãnis.
Verũ hæc q̃ uiolẽta ſit ĩ⸗
terpretatio, abſq; noſtro
iudicio prudẽs lector in⸗
telligit. a ¶Et factus eſt
&c. & ſciẽt quia ego dñs
deus eorũ.)Quodq; ſeq⸗
tur iuxta Lxx. Et deus
patrũ eorũ, in Hebraico
nõ habetur. Cõſequẽter
autẽ poſt Tyrũ,ſermo fit
ad Sidonẽ. Vnius enim
utraq; urbs ꝓuinciæ eſt;
& in euãgelio, Tyrus &
Sidon pariter nominan⸗
Matth.11.c tur.Si in Tyro & Sidone
factæ eſſẽt uirtutes,quæ
factæ ſunt in te.Vnde &
Ibid.15.b Chananæa, cuius filia à
dæmonio uexabaṫ;quia
egreſſa eſt de finibus Ty
ri & Sidonis;qđ poſtula
B uerat,impetrauit. Prædi
cit aũt ſermo diuinus qđ
à Babylonijs & ipa capiẽ
da ſit;& malorũ cogno⸗
ſcat põdere, ꝙ ipſe ſit do
minus cũ iudicauerit eã;
& ſanctificatus fuerit in
illa;& fame eã ac peſtilen
tia,gladioq; conſumpſe⸗
rit;ita ut corruat ĩ plateis
illius;& nequaq; ultra ſit
in offendiculum populo
dei;nec eos frequẽter im
pugnet.Cum autẽ hoc factum fuerit,reuertatur po
pulus Iſraël,quos in diuerſas diſperſerat natiões in
terram ſuam;& ſanctificetur in eis,nequaq; ut in Si
done in malam partem, ſed in bonã,cum eis miſer⸗
tus fuerit;& habitauerint in terra quam dedit patri
eorũ Iacob;& habitauerint ſecuri,& in domino cõ⸗
fidentes;& ædificauerint domos,& plantauerint ui
neas,cum ſua ꝓmiſſa cõpleuerit;& tunc cognoſcãt
quod ipſe ſit dominus, cuius promiſſa firmiſſima
ſunt.Quod multi ad tempus referunt Zorobabel,
Eſdræ, & Neemiæ, quando reuerſus eſt populus
Iſraël & habitauit ĩ terra Iudæa.Alij uero in ultimo
tempore,& in mille annis ſperant eſſe cõplendum.
Porrò ſecundum intelligẽtiam ſpiritualẽ,hic nobis
ſenſus uidetur.Sidonij interpretãtur uenatores;de
Pſal.123.a quibus & in pſalmis ſcriptum eſt;Anima noſtra ſi⸗
cut paſſer erepta eſt de laqueo uenantiũ.Et in Pro⸗
Prouer.23.c uerbijs; Oculus meretricis,laqueus eſt peccatoris.
Sunt autẽ & in bonã partẽ his contrarij uenatores.

a Et factus eſt ſermo dñi ad me,dicẽs;Fili ho⸗
minis,pone (ſiue obfirma) faciem tuã cõtra
Sidonẽ;& prophetabis de ea, & dices;Hæc
dicit dñs deus;Ecce ego ad te Sidon & glori
ficabor in te (ſiue in medio tui;) & ſciẽt quia
ego dñs cum fecero in ea (ſiue in te) iudicia;
& ſanctificatus fuero in te (ſiue in ea.) Et im⸗
mittam in eam (ſiue in te)peſtilẽtiam;& ſan⸗
guinem in plateis eius(ſiue tuis;)& corruent
interfecti(ſiue uulnerati)in medio eius in gla
dio (ſiue in gladijs) per circuitũ;& ſciẽt quia
ego dñs.Et nõ erit ultra domui Iſraël offen⸗
diculum amaritudinis;& ſpina dolorẽ infe⸗
rẽs undiq; per circuitum earũ qui aduerſan⸗
tur eis (ſiue qui fecerint cõtumeliã;) & ſcient
quia ego dñs deus.Hęc dicit dominus deus;
Quando congregauero domũ Iſraël de po⸗
pulis (ſiue de gentibus,) in quibus diſperſi
ſunt;ſanctificabor in eis coram gentibus.Et
habitabunt in terra ſua quã dedi ſeruo meo
Iacob;& habitabunt in ea ſecuri(ſiue in ſpe;)
& ædificabunt domos,& plãtabunt uineas;
& habitabunt confidenter (ſiue in ſpe) cum
fecero iudicia in omnibus qui aduerſantur
per circuitum(ſiue fecerint eis cõtumeliam);
& ſcient quia ego dominus deus ęorum.

Cap.

De quibus ſcribit & Hieremias;Ecce ego mittam C
piſcatores & uenatores,qui uenentur uos de omni Hiere.16.c
colle & mõte;quos & dñs mittit ad piſcãdum;& fa⸗
cit eos de piſcatoribus piſcium,piſcatores hominũ.
Vnde & uiculus Petri & Andreæ hoc appellatur
uocabulo. Bethſaida eñ Matth.4.c
in lingua noſtra interpre
tatur, domus uenatorũ.
Aduerſum hos igiṫ peſ⸗
ſimos uenatores, dei ſer⸗
mo dirigitur;& imperaṫ
prophetæ, ut ponat ſiue
obfirmet faciem ſuã con
tra Sidonem, & nequaq;
fluctuet omni uento do⸗
ctrinæ;ſed in ueritate cõ
ſiſtẽs,interficiat uenato⸗
res.Quæ ſunt ergo quæ
Sidoni dñs cõminatur?
Ecce ego ad te ipe ueniã;
& glorificabor in te,cum
te interfecero; & ſcient
omẽs qui uixerint quod
ego ſum dominus, cum
tibi reddidero quæ mere
ris;mittamq; peſtilẽtiam
& ſanguinem in plateas
tuas. Recteq; plateæ di⸗ D
cuntur Sidonis.Lata eñ Ibid.7.b
& ſpacioſa uia eſt quę du
cit ad mortẽ.Et corruent
interfecti qui male ſtete⸗
rant gladio per circuitũ;
illo gladio quẽ uenit do⸗
minus mittere ſuper ter⸗
ram,ut male iuncta diſſo
ciet;& ſciant qui reman⸗
ſerint,quod ipſe ſit domi
nus.Cumq; illic ceſſaue⸗
rit,nequaquam ultra erit
offendiculum amaritudinis;& ſpina doloris com⸗
pungens & uulnerans populum dei.Omnia autem
hæc dicuntur contra aduerſarias poteſtates,quod
in extremo tempore deleantur;& ſit æterna ſecuri⸗
tas,quando cõgregauerit dominus domum Iſraël,
eos qui ſenſu cernunt deum, & ſanctificatus fuerit
in eis;& complebitur illud quod ſcriptum eſt;San⸗ Leui.19.a
cti eſtote,quoniam ego ſanctus ſum. Et habitaue⸗ Pſal.26.d
rint in terra ſua.De qua & alibi legimus; Credo ui⸗
dere bona domini in terra uiuentium. Quam de⸗
derat Iacob, qui priorem ſupplantauerat fratrem,
& primitiua eius meruerat accipere.Et habitabunt
in ea ſecuri, ſiue in ſpe, & ædificabunt domos,
plantabuntq; uineas;& habitabunt ſecundo in ſpe; Eſa.60.c
iuxta illud quod legitur in Eſaia; Qui ablacta⸗
ti eſtis à lacte; qui abſtracti ab ubere, tribulatio⸗
nem ſuper tribulationem expectate, & ſpem ſuper
ſpem.Aedificabunt autem domos,quas & in Euan
gelio ædificat; Qui non ſuper arenam, ſed ſu⸗ Matth.7.d
per petram

E per petrā fundamēta cōſtituit. De quibus ſcriptum
Pſal.126.a eſt: Niſi dn̄s ædificauerit domū, in uanū laboraue=
Exod.1.d runt qui ædificāt eā. Et in Exodo iuxta Lxx. Quia
timebāt obſtetrices dn̄m, fecerūt ſibi domos: & mul
ta huiuſmodi. Cū aūt fecerit dn̄s iudiciū cōtra eos q
aduerſant̄, ſiue cōtume=
lijs afficiūt Iſraël in circui
tu: tūc omnis creatura co
gnoſcet quod ipe ſit dn̄s,
cuius uera iudicia ſunt,
& iuſtificata ī ſemetipſis.

Cap. XXIX.

IN anno decimo &c.)
Poſt Sidonem, quæ &
ipſa in Phœnicis littore
cōſtituta eſt, ſermo fit ad
ꝓphetā decimo anno ca=
ptiuitatis regis Ioakim, et
duodecimo mēſe, & una
die mēſis: ut ponat faciē
ſuā, ſiue obfirmet contra
Pharaonem regē Aegy=
pti: & loquat̄ de eo, & de
uniuerſa Aegypto, ſiue
ad omnē Aegyptum: ex
alia enim parte Iudææ in
F eodē littore cōſtituta Ae
gypti ꝓuincia eſt: & quæ
illi uētura ſint, ꝓphetet.
Sin aūt oportet de nume
ris aliquid dicere, quē lo=
cū habeat inter decē dies
una. Vnde & in prīcipio
Geneſeos nō eſt dictum:
Factū eſt ueſpere & ma=
ne dies prima, ſed una: ut
eādē diē reuolui ſemper
doceat. Eundē ordinem
inter decem decadas, hoc
eſt, centenariū numerū decimus numerus poſſide=
bit: ꝙ ad uictimā agnus aſſumitur, ut immoletur die
quartadecima: atq; hoc modo uſq; ad mille & decē
milia, & centū milia, & ultra per decadas ſuas nume
rorum ordo ꝓcedit. Poſt decimum aūt annū, mēſis
duodecimus ponitur: ut perfectus duodecim Apo
ſtolorū ac prophetarū (qui in uno uolumine cōti=
nentur) numerus demōſtretur. Porrò iuxta Lxx.
decimus mēſis qui Hebraice appellat̄ טֵבֵת: & apud
Aegyptios τυβί: apud Romanos, Ianuarius dicitur:
eo ꝙ apud illos anni ſit ianua: omni calore ſublato,
hiberni frigoris cōtinet principatū. Hoc de nume=
ris dixiſſe ſufficiat. Cæterū illud uel maxime requi=
rendū eſt, utrū ipſe ſit Pharao q in Exodo, & Eſaia,
& Hieremia, & Ezechiel, multiſq; alijs in locis, et in
Canticocanticorū nominat̄: Equitatui meo in cur=
ribus Pharaonis aſſimilaui te ꝓxima mea: an alius
atq; alius? Videturq; mihi non eſſe unus, ſed apud
Aegyptios hoc uocabulo demōſtrari regiā dignita
tem: ſicut apud Romanos, Cæſares & Auguſti re=
ges eorū appellātur à primo Caio Cæſare, & ſecun G
do adoptiuo eius Octauiano: qui poſtea Auguſt⁹
eſt nominatus: & apud Syros, Antiochi: apud Per=
ſas, Arſacidæ: apud Philiſtim, Abimelech: & poſt
Alexandrum in Aegypto Ptolomæi uſq; ad Cleo=
patram: qua uicta apud
Actiū, Aegyptus Roma
na eſt facta ꝓuincia. Er=
go in præſentiarū aduer
ſum unūquemlibet regē
Aegypti ſermo fit dn̄i: q
interpretatur διασκεδάσκε,
interfector uidelicet & la
cerator: & gladio cuncta
cōcidens & diuidēs. Qd⁹
iuxta myſticos intellect⁹
referendū eſt ad eam po=
teſtatem, cui ſubiecta eſt
Aegyptus. Nunq; enim
hō auderet dicere: mea
ſunt flumina, & ego feci
illa: nec draco appellaret̄
magnus, & ſedens in me=
dio fluminū ſuoꝝ. Aegy
ptus aūt Hebraice appel
latur מִצְרַיִם: et in linguā H
noſtrā uertitur ἐκθλίβουσα,
coanguſtans uidelicet &
tribulās eos q ſibi ſubdi=
ti ſunt: & non dimittens
oculos ad cœlum leuare:
ſed iuxta euangelium & Luc.13.b
exemplū mulieris illius,
quā decem & octo annis
diabolus incuruauerat,
ſemꝑ ad terrena demer=
gens. Videamus igitur q̄
ſit cōminatio cōtra Pha=
raonē & oēm Aegyptū.

Cap. XXIX

a IN annō decimo (ſiue iuxta Lxx. duodeci=
mo:) ī decimo mēſe: (ſiue iuxta Hebraicū,
duodecimo:) in prima (ſiue una) mēſis die, fa
ctū eſt uerbū dn̄i ad me, dicēs: Fili hominis,
pone (ſiue obfirma) faciē tuā cōtra Pharao=
nem regē Aegypti, & ꝓphetabis de eo: & de
Aegypto uniuerſa loqueris & dices: Hæc di=
b cit dn̄s deus: Eccē ego ad te Pharao rex Ae=
gypti draco magne, qui cubas (ſiue ſedes,) in
medio fluminū tuorū, & dicis: meus eſt flu=
uius, & ego feci memetipſum (ſiue eos.) Et
ponā frenū (ſiue laqueū) in maxillis tuis: &
agglutinabo piſces fluminū tuorū ſquamis
(ſiue pēnis) tuis: et extraham te de medio flu
minum tuorū: & uniuerſi piſces tui, ſquamis
tuis adhærebūt. Et proijciam (ſiue deponā)
te uelociter (ſiue in deſertū:) & omnes piſces
fluminis tui, ſuper faciē terræ (ſiue cāpi tui)
cades. Nec colligeris, neq; cōgregaberis, be=
ſtijs terræ et uolatilibus cœli dedi te ad deuo
randū. Et ſciēt omnes habitatores Aegypti,
quia ego ſum dominus: pro eo quod factus
es (ſiue fuiſti) baculus: (ſiue uirga arundinea)
domui Iſraël, quando apprehenderunt (ſiue
apprehendit

b ¶ Ecce ego ad te Pharao &c.) Studio breuitatis
æditionem utrāq; miſcemus, ubi nō multū inter ſe
diſcrepant. Alioqn ubi magna diuerſitas eſt, utrāq;
ꝓponimus. Dicit autē contra Pharaonem principē
Aegypti: & ſub figura eius ad magnā loquitur po=
teſtatem, cui Aegyptus tradita eſt ad regendum: &
nihilominus ſuperbit cōtra creatorē ſuū, ſibi domi=
nationē terræ uendicās: & ſe colendā Aegyptijs gē
tibus tradēs. Loquiturq; iuxta ſitū ꝓuinciæ, quaſi
ad regem, ꝙ in Nili inundatione cōfidat: & pluuias
de cœlo non magnopere deſideret, autoremq; ſui
ſeipſum putet: uel fluuios, hoc eſt, διώρυχας & riuos
Nili à ſe factos iactitet. Non, inquit, angelum mit=
tam, ſed ò draco magne, qui cubas & reſides in me=
dio fluminum tuorū, ipſe ad te ueniam puniēdum.
Auſus es em̄ dicere: meus eſt Nilus fluuius, & ego
mei conditor ſum: uel, ipſe feci flumen, quo omnis
Aegyptus irrigatur. Cumq; uenero, ponā frenum
in maxillis tuis: ſiue conſtringā laqueis os tuū, quo
magnifice loquebaris: & oēs ſocios ac duces tuos,
quos



A quos piſces uocat, adhærere faciam pēnis uel ſqua=
mis tuis: ut extractus è flumine, ꝓijciaris, ſiue de=
ponaris. Nimium enim te extuleras in deſerto. Et
cades ſuper faciē cāpi: uel terrę tuæ: eo quod Aegy
ptus campeſtris prouincia ſit. Nec colligetur cada
uer tuū, nec cōgregabe=
ris: id eſt nequaq; ſepelie
ris: ſed beſtijs & uolatili
bus cœli dabo te deuorā
dum, ut cū hæc uiderint
in te meo iudicio perpe=
trata habitatores Aegy=
pti, cognoſcāt quod ipſe
ſim dominus. Hæc aūt tibi euenient: quoniā popu
lum meum Iſraël tuo auxilio decepiſti: ut nequaq;
in deo creatore ſuo, ſed in te cōfiderēt. Fuiſti eis ba
Eſa.30.a culus arūdineus iuxta Eſaiā: uel uirga uacua & ca=
lamus fragiliſſimus: cui innitētes, caſſum deprehen
dere præſidiū, ita ut incūbentibus illis frangereris:
& lacerares humerū, & manū qua tenebaris, & dum
in te ſecuri ſunt, cōminuerētur omnes lumbi corū
cadētiū in terrā, & pro auxilio accipiētiū uulnera.
Hæc aūt per Metaphoram dicūtur quaſi ad regem
Aegypti: eo quod & ipſa prouincia nequaq; aduer
ſaria fuerit Iſraëli: ſed dum magna promittit, à dei
Anagog. eos auxilio ſeparet. Draconē aūt iuxta Anagogē,
contrariā poteſtatē ſæpe legimus. Vnde & Pharao
dicitur διασκεδάσκε, quod à deo ſeparet atq; ſeiūgat,
B & Aegyptus, id eſt מִצְרַיִם, in tribulantes & affli=
gentes uertit̄: eos uidelicet quos ſibi potuerit ſub=
Iob.40. iugare. Iſte draco eſt præuaricator, de quo Iob ple=
& 41. niſſime loquitur. Et in pſalmis ſcriptū eſt: Tu con=
Pſal.73.c fregiſti capita draconis: dediſti eum in eſcam popu
lis Aethiopū. Et draco magnus ad cōparationē mi
norum draconū dicitur, de quibus canitur in pſal=
mo: Tu cōfregiſti capita draconum in aquis. Et in
Ibi.103.c alio loco: Hoc mare magnū & ſpacioſum manibus.
Illic reptilia quorum nō eſt numerus: animalia pu=
ſilla cum magnis, illic naues pertranſibunt: Draco
iſte quem formaſti ad illudēdū ei. De quo & in alio
Iob.40. loco dicitur: Ipſe eſt rex omniū qui in aquis ſunt,
& principiū figurationis dn̄i: qui factus eſt, ut illu
deretur ab angelis eius. Sedet aūt ſiue cubat in me=
dio fluminū ſuorū: non unius fluminis, ſed multo=
rū: quæ in diuerſis hæreſibus accipimus: per quas
fluxit in Aegyptū ſeculi iſtius: & irrigauit animas
ſeductorum: nō pluuijs de cœlo uenietibus, ſed de
terra aquis turbidis: quas bibere nos prohibet Hie
Hiere.2.d remias dicens: Quid tibi & uiæ Aegypti, ut bibas
aquam Geon? Pro quo in Hebraico שִׁחוֹר ſcriptū
eſt: quod uerbum in aquas turbidas trāſſertur atq;
cœnoſas. Vt aūt intelligamus quæ ſint Aegyptij
draconis flumina: ex cōtrarijs ſcire poterimus. Do
Ioan.7.f minus loquitur de fluminibus ſuis: Qui credit in
me, flumina de uētre eius fluent aquæ uiuæ. Et ad
Ibi.4.b Samaritanā: Qui biberit de aqua quam ego dedero
ei, nō ſitiet in æternū: ſed fiet in eo fons aquæ ſaliē
tis in uitā æternā. Iſta ſunt flumina de cœlo uenien
Pſal.45.a tia, de quibus Dauid canit: Fluminis impetus læti=
ficat ciuitatem dei: haud dubium quin eccleſiam ſi= C
gnificet. Conſideremus ergo, quæ draconis pœna,
quód ue ſupplicium ſit. Sequitur: Et ponā frenum,
uel laqueū in maxillis tuis. Cui ſimile eſt illud Iob:
Adduces autem draconem in hamo, & pones ca= Iob.40.c
piſtrum circa nares eius.
Confidit quod introēat
Iordanis in os eius: in
oculo ſuo ſuſcipiet illū.
Perforabit autem nares
eius armilla, & labia il=
lius. Ponit aūt dn̄s in ma
xillis draconis iſtius fre=
num, & perforat labia eius atq; conſtringit armillæ
circulo: quando per eccleſiaſticos uiros, qui in ſcri
pturis ſanctis eruditi ſunt, imponit ei ſilentium, &
uniuerſa peruerſitatis dogmata diſſoluuntur. Ag=
glutinatq; piſces fluminum eius pennis ipſius uel
ſquamis: quibus hæretici per ſuperbiā ad alta feſti
nāt, ut & ipſi uincti cum dracone, unū cum eo cor=
pus efficiāt, & copulētur ei uel in erroris cōſortio,
uel in pœnæ ſimilitudine: quomodo qui adhæret
dn̄o, unus ſpiritus eſt. Neq; uero unū habet flumē
draco Aegyptius, ſed multa flumina: quibus irri=
gat Aegyptū humilem atq; deiectā, & nihil in ſe ha
bentem montiū: nec aquas Siloë quæ uadunt cum Eſa.8.b
ſilentio, ſed turbidas & cœnoſas. Vnde & extrahit
eum dominus de medio fluminū ſuorū: ut nequaq;
eis incubet, nec ſedeat in eis: & omnes piſces ſqua= D
mis illius adhæreāt: pro qualitate uitiorū per totū
corpus draconis, uel capiti, uel uētri, uel caudæ, &
extremis partibus adhærētes: ut extracto dracone,
piſces quoq; qui adhærēt ei, pariter extrahātur. Et
proijciā te, inquit, in deſertum: ut nequaq; reperias
quos decipias. Vel certe deponā te de culmine ſu=
perbiæ tuæ, & deponā uelociter, iuxta illud Apo=
ſtoli: Deus aūt pacis cōterat ſatanā ſub pedibus ue
ſtris uelociter, ut dracone cōtrito atq; depoſito, pi=
ſces quoq; fluminis illius deponantur: & cadat au=
tor criminū, qui prius ſtare ſe arbitrabat̄, & in toto
orbe diſcurrere. Cadat aūt ſuper faciam terræ ſuæ,
ad quam de cœlo pręcipitatus eſt, ut nequaq; ultra
in hæreticorū eccleſijs colligatur, neq; cōgregetur
ſiue ſepeliatur in his qui crediderint ei, cum ab eo
fuerint liberati, ſed detur ad deuorandū beſtijs ter=
ræ & uolatilibus cœli: Beſtijs, de quibus ſcriptum
eſt: Ne tradas beſtijs animā cōfitentem tibi: Et uo= Pſal.73.d
latilibus cœli, quæ iuxta uiam ſementē comedūt, & Matth.13.c
à ſaluatore interpretātur eſſe diabolus. Non ſolum
enim princeps maliciæ, ſed & diſcipuli eius diabo=
li nominantur, iuxta illud quod de Iuda dicitur:
Nónne ego uos duodecim elegi, & unus de uobis Ioan.6.g
diabolus eſt? Cœli autē uocātur uolatilia: quia ſibi
ſublimia repromittunt, ut poſtq; draco cum piſci=
bus ſuis depoſitus fuerit atque proiectus, & tradi=
tus ad deuorandū beſtijs terræ, quæ nihil in ſe ha=
bent manſuetudinis, & his qui circūferuntur omni
uento doctrinæ: tunc intelligāt habitatores iſtius
ſeculi, quod ipſe ſit dominus. Omnis aūt cauſa pœ=
Dd narum

apprehendit) te manu ſua & confractus es, &
laceraſti omnem humerum eorum, & inniten
tibus eis ſuper te comminutus es, & diſſol=
uiſti (ſiue confregiſti) omnes renes eorum.
Propterea

E narum eſt,quod fruſtra domui Iſraël promiſit au-
xilium,& fuit ei uirga uel baculus arundineus,ua-
cuus & inanis:nihilq; in ſe habens plenitudinis:qa
Ioan.1.b non poterat dicere:Nos autem omnes de plenitu-
Exo.23.b dine eius accepimus,cũ ſcriptura præceperit:Nõ
apparebis in conſpectu
domini dei tui uacuus,
aut inanis.Quod autem
non debeamus ab Aegy
pto auxilium poſtulare,
& alibi ſcriptura teſtat̃:
Eſa.31.a Væ eis qui deſcendũt in
Aegyptũ ad auxiliũ.De
iſtiuſmodi baculo arun-
dineo,& Rabſaces fru-
ſtra exprobrat Ezechiæ
Eſa.36.b regi Iudæ dicẽs:Ecce cõ
fidis in uirga arundinea
atq; confracta iſta ſuper
Aegypto:cui qui inni-
ſus fuerit,ingreditur in
manũ eius.Sic eſt Pha-
rao rex Aegypti omni-
bus qui cõfidũt in eo.Et
ille quidẽ de iuſto rege
mentiebatur iſta commemorans,qui interpretatur
multus poculo.Inebriatus enim erat de aureo ca-
lice Babylonis,& idcirco quæ ſua erant,ingerebat
F populo dñm cõfitenti.Hic uero exprobratur Pha
raoni quod fuerit domui Iſraël uirga ſiue baculus
arũdineus,uanum eis & fragile & cito cõminuẽdũ
auxilium repromittens.Vt aũt ſcire ualeamus,qui
ſit baculus arũdineus,ſuper quo domus Iſraël con
fidere non debeat,ex cõtrario baculo & uirga do-
mini intelligere poterimus,de qua ad dominum di
Pſal.22.b citur:Virga tua & baculus tuus,ipſa me conſolata
Exo.7.&.8 ſunt.Hanc uirgam habuit & Aaron quæ dracones
Aegyptios deuorauit:& quãdo percuſſit aggeres
Nili,& Cyniphes in tota Aegypto generatæ ſunt.
Moyſes quoq; iuxta Lxx.extendit hãc uirgam,&
leuauit in cœlũ:& dominus induxit uentũ auſtrũ
ſuper terrã toto illo die & tota nocte:& mane leua
uit uentus,& adduxit locuſtas ſuper omnẽ terram
Aegypti.De hac puto uirga ſcribi & in Numero-
Nume.17.c rum libro,quod floruerit:& nuces ſiue amygdalas
germinarit.Hanc habebat & apoſtolus cũ dicebat:
1.Cor.4.d Quid uultis:in uirga ueniam ad uos?Et qui paſcha
celebrabãt,baculos tenebant manibus:ſine quibus
imbecillitatem humani corporis ſuſtentãtibus,car-
nes agni comedere nõ poterãt.Hæc eſt uirga de ra
dice Ieſſe:ſuper quam ſeptẽ ſpiritus requieuerunt.
Sed nõ talis Pharao,nec baculus Aegypti & uirga
arũdinea quæ decipit apprehẽdẽtes ſe,& lacerat hu
meros eorum,id eſt fortitudinẽ.Et quicunq; ſuper
eam fuerit innixus,diſſoluuntur lumbi eius & ſta-
re non poteſt:nec accinctus renibus,paſcha cele-
brare.Quod his cõgruit,quorum ſcrutatur corda
& renes deus. a ¶Propterea hæc dicit dominus
Apoc.2.f deus &c.)Iũge prioribus quæ ſequunt̃.Quia fuiſti

a Prõpterea hæc dicit dominus deus:Ecce ego adducam ſuper te gladium,& interficiam de te hominem & iumentum.Et erit terra Aegypti in deſertum (ſiue perditio & ſolitudo) & ſcient quia ego ſum dominus: eo quod dixerit (ſiue dixeris) fluuius meus eſt, & ego feci eum(ſiue fluuij mei ſunt,& ego feci illos.) Idcirco ecce ego ad te & ad flumina tua:daboq; terram Aegypti in ſolitudines, gladio diſſipatam (ſiue diſperditam) à turre Syenes (ſiue à Magdalo & Syene)uſq; ad terminum Aethiopiæ.Non tranſibit per eam pes hominis:neque pes iumenti gradietur in ea,& non habitabitur quadraginta annis.Daboq; ter-
ram Aegy

baculus arundineus domui Iſraël,& non ſolũ con- G
fractus es in manu eius,ſed iuxta Eſaiam:perfora- Eſa.36.a
ſti manum eius:& nunc laceraſti humerum,& ipſe
cõminutus es,& innitentiũ ſuper te diſſoluiſti lum
bos.Idcirco ego inducã ſuper te hoſtium gladium,
& cum hominibus iumẽ
ta uaſtabo,& redigetur
terra Aegypti in ſolitu-
dines, & ſecundo ſcient
Aegyptij quod ego ſum
dñs.Nec hoc ero ſine cõ
tentus,ſed quia in tantã
prorupit blaſphemiã,ut
ſuos eſſe diceret fluuios,
& omnẽ abũdãtiã Aegy
pti:ideo & ipſum auferã
qui ſe dixerat creatorẽ,
& flumina quæ à ſe crea
ta iactauerat,& redigam
terrã Aegypti in lõgiſſi
mã ſolitudinẽ & gladio
diſſipatã, à turre Syene
uſq; ad terminos Aethio
piæ.Pro turre quæ He-
braice מִגְדֹּל dicit̃:Lxx.
loci nomen poſuerũt,ut μαγδωλὸν ſcriberẽt.Turris
aũt Syene uſq; hodie permanet:caſtrũ ditioni Ro-
manæ ſubditum,ubi ſunt Nili cataractæ,& uſq; ad
quem locum de noſtro mari Nilus nauigabilis eſt. H
Totam igitur Aegyptũ dicit eſſe depopulãdã uſq;
ad terminos Aethiopiæ,quibus extrema Aegypti
regio iungitur,ita ut pes hominis in Aegypto nõ
pertranſeat:nec iumẽta reperiãtur in ea,& non ha-
bitet̃ per quadraginta annos.Parcitur enim Aegy
ptijs:& quia hoſpites quondã fuere Iſraël,breuior
tẽporis cõdemnatio eſt.Tyrus ſabbatizauit ſabba-
ta ſua per annos ſeptuaginta,& ſic in antiquũ ſtatũ
reſtituta eſt.Captiuitas quoq; Iudææ tẽpliq; ſub-
uerſio,uſq; ad Cyrum regem Perſarũ,ſeptuaginta
cõpleuit annos.Potẽtes enim potẽter tormẽta pa- Sapien.6.a
tiẽtur.Quod aũt dicit:Dabo terrã Aegypti deſertã
in medio terrarũ deſertarũ: Palæſtinos ſignificat,
Idumæos & Moabitas,omneſq; alias regiones,ad-
uerſum quas ſupra prophetæ uaticinium eſt.Tunc
diſperget ſiue diſſeminabit Aegyptios in natiões,
& uẽtilabit eos in terras.Et quia clemẽs & miſera-
tor eſt dñs,patiẽs,& multarũ miſerationũ,poſt qua-
draginta annos Aegypti reſtitutio eſt,& reducet̃
in antiquũ ſolũ uniuerſa captiuitas,& collocabit̃ in
urbe metropoli,quæ appellatur Phatures,ubi orta
eſt,& unde profecta eſt,ita dũtaxat ut pro utilitate
ſua amittat antiquã ſuperbiã,& ſit in regnũ humi-
le,imò humillima omniũ nationũ,ut nõ eleuet̃ ul-
tra contra gentes,nec in eas habeat imperiũ,ſed re-
dacta in paucitatem,nequaq; decipiat domũ Iſraël
ſui cõfidẽtia:nec doceat eos iniquitatẽ:ſiue redigat
eos in memoriã iniquitatis,quod deſerto dei auxi-
lio,Aegypti quæſierũt adminiculũ.Et hæc omnia
fient,ut tertio cognoſcant Aegyptij,quod ipſe ſit
dominus.



A dominus.Hæc breui ſermone perſtrinximus,hi-
ſtoriæ fundamenta iacientes.Nunc Allegoriæ nu
bilũ diſſerendũ eſt,& eadem breuitate uitare cona-
bimur,& huius explanationis longitudinem.Ad
Supra eo. draconem ſermo eſt,qui dixerat:Mea ſunt flumi-
na,& ego feci ea:qđ in-
ducat ſuper eũ ipſe dñs
gladium,de quo in Eſaia
Eſa.34.a ſcriptum eſt:Inebriatus
eſt gladius meus in cœ-
lo:nunc deſcẽdet in ter-
rã,ut perdat ex ea homi
nẽ & iumentũ:quicquid
uel ratiõis uidet̃ habere,
uel ſimplicitatis:& per-
dat nõ abſolute,ſed dra-
coni:ut draconi pereãt,
& uiuãt deo,& fiat Aegy
pti terra perditio,ſecũdũ
ſuperiorẽ ſenſum,quod
draconi pereat : & poſt
perditionẽ redigat̃ in ſo
litudinẽ,peſſimũ hoſpi-
tem habere deſiſtens.Et
tunc cognoſcent homi-
nes & iumenta,& terra
diſperdita quod ipſe ſit
dñs:illo ſenſu quo in ſe-
ptuageſimoſeptimo pſal
Pſal.77.d mo ſcriptũ eſt:Cũ interfi
B ceret illos,tũc quærebãt
eũ.Omnis eñ qui quæ-
rit,inueniet.Dei quidem
miſericordiæ eſt ut mun
di huius pereat abundãtia,& Aegypti fluenta ſic-
centur,imò terra eorum ſit in ſolitudines,& ſentẽ-
סְוֵנֵה tia dñi diſſipetur à turre Syene,quæ interpretat̃ gy
rus:ut nihil in ſe recti habeat uſq; ad terrã Aethio-
pum,qui humiles appellantur:ut uidelicet omnis
ſuperbia quæ ſe contra dei ſcientiam erexerat,de-
ſtruatur:& humiliet̃ in ſalutem ſuam:Nec pes ho-
minis,hoc eſt rationale quippiã tranſeat per Aegy
ptum:neq; pes iumẽti gradiatur in ea:ut ſimplices
quoſq; non teneat,quos dimiſſis hominibus,Pha-
rao in Aegypto tenere cupiebat:Moyſe contradi-
cente,& uolente iumenta quoq; de Aegypti capti-
uitate liberari.Et non,inquit,habitabitur quadra-
ginta annis:qui numerus ſemper afflictiõis & pœ-
Exo.34.d næ eſt.Vnde & Moyſes & Helias & ipſe ſaluator,
3.Reg.9.b quadraginta diebus ieiunauerunt & noctibus,&
Matth.4.a per quadraginta annos populus erat in ſolitudine,
Nume.14.f ut poſtea circũciſus in Galgalis,opprobrio & igno
minia Aegypti liberetur.In cuius numeri ſacramẽ
to,& hic idẽ propheta pro tribu Iuda quadraginta
diebus dormit in dextro latere,& quadringẽtis an-
nis populus ſeruiturus in Aegypto nũciat̃,qui fa-
ciũt quadraginta decadas,ſiue quatuor ἑκατοντάδας.
Gene.7.d Pluuiæ quoq; diluuij quadraginta diebus inferũt
orbi naufragiũ.Iuſtum enim erat,ut qui per qua-

ram Aegypti deſertam in medio terrarum deſertarũ:& ciuitates eius in medio urbium ſubuerſarum erunt deſolatæ quadraginta annis.Et diſpergã (ſiue diſſeminabo)Aegyptios in nationes,& uentilabo eos in terras.Quia hæc dicit dominus deus:poſt finem quadraginta annorum congregabo Aegyptum(ſiue Aegyptios) de populis (uel gentibus)in quibus diſperſi fuerãt.Et reducam captiuitatem Aegypti,& collocabo eos in terra Phatures, in terra natiuitatis ſuæ(ſiue in terra de qua aſſumpti ſunt.) Et erũt ibi in regnum(ſiue principatũ)humile:inter regna cætera erit humillima.Et non eleuabitur ultra ſuper nationes,& imminuã eos ne imperẽt gẽtibus(ſiue ne plures ſint inter gẽtes.)Neq; erũt ultra domui Iſraël in cõfidentia(ſiue in ſpe)docẽtes iniquitatem,ut fugiãt & ſequãtur eos(ſiue reducãt eos in memoriam iniquitatis,ut ſequantur illos) a & ſcient quia ego ſum dñs deus.Et factũm eſt in uiceſimo & ſeptimo anno,in primo & una die menſis

tuor elementa mundi,quibus omnia conſtare di- C
cuntur,dum ea diligit & fouet,deum offenderat,in
ipſo numero puniretur:& Iſraël qui peccauerat in
ſabbatũ,ſeptem decadarũ,hoc eſt,ſeptuaginta an-
norum ſuppliciũ ſuſtineret.Daturq; terra Aegypti
deſerta,& ciuitates eius
in medio terrarum & ur
biũ ſubuerſarũ quæ non
ſunt extructæ de lapidi-
bus,ſed latere & paleis,
ut diſpergat̃ Aegyptus
quæ male ſibi fuerat co-
pulata,& uentilet̃ in ter-
ras,quo ſcilicet frumen-
tũ à paleis ſeparetur:&
quadraginta annorũ fi-
ne cõpleto,ſit reſtitutio
Aegypti,& reducat̃ ca-
ptiuitas eius:& collocet̃
in terra Phatures , quæ פַּתְרוֹס
interpretat̃ panis cõcul-
catus:ubi panis ille q di-
xerat:Ego ſum panis q Ioan.6.d
de cœlo deſcendi,praui-
tate hæretica cõculcatus
eſt:ut cũ uenerint ad ec-
cleſiã,habitẽt in pane cõ
culcato,& nequaq; ele-
uẽtur in ſuperbiam,ſed
ſint in regnũ humile:Et
ut etiã cum reſtituti fue- D
rint in priſtinũ ſtatum,
ſe per humilitatem deij-
ciant quod in Aegypto
uixerint,& latericias extruxerint ciuitates,& inter
multa regna eccleſiæ ſint humiles,& ſciãt in quem
peccauerint,& ultra nõ eleuetur Aegyptus ſuper
eccleſias in toto orbe diuiſas,ſed redigatur in pau-
citatem,& pauci in ea remaneant inter gẽtes,iuxta
illud quod ſcriptum eſt:Da illis domine.Quid da-
bis illis?Da illis uuluam ſterilem,& ubera arentia: Oſee.9.c
ut nequaq; gaudeant & extollant ſe in multitudi-
ne deceptorũ,ſed redigãtur in paucos:Multi enim Matth.20.b
uocati,pauci uero electi.Et ultra non decipiant do
mum Iſraël,id eſt eccleſiam:nec uanã eis ſpem cõfi
dentiamq; repromittãt,docẽtes iniquitatem:ut fu
giant eccleſiaſticam diſciplinam,& ſequãtur Aegy
ptias uoluptates.Hæc aũt fient,ut tertio cognoſcãt
Aegyptij quod ipſe ſit dominus.Quod mihi pro-
pterea uidetur dici,ut cognitio prima Aegyptio-
rum in carne ſit:ſecunda in anima:tertia in ſpiritu.
Primo,ſuper terrã:ſecundo,mundi huius cõuerſa-
tione finita:tertio,poſt reſurrectionem. a ¶Et fa-
ctum eſt in uiceſimo & ſeptimo anno &c.) Quæ-
ritur quomodo poſt decimum annum ſuperioris
ſermonis,ſtatim uiceſimus & ſeptimus ponat̃ an-
nus,& in cõſequentibus decimus duodecimuſq;,
& in extrema deſcriptione templi,uiceſimuſquin-
tus.Sed facilis ſolutio eſt.Quia enim de Aegypto

 & ſupe

die menſis, factum eſt uerbum domini ad me dicens: Fili hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſum Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus eſt, & merces non eſt reddita ei, neque exercitui eius ſuper Tyro, pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſum eam. Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regem Babylonis in terra Aegypti, & auferet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet ſpolia eius, & erit in mercedem exercitui illius & operi, pro quo ſeruiuit mihi aduerſum eam: dedi ei terram Aegypti, pro eo quod laborauerunt mihi, ait dominus deus. In die illo pullulabit cornu domus Iſraël, & tibi dabo apertum os in medio eorum, & ſcient quia ego dominus.

Et factum

A & ſuperior, & hæc quæ nunc dicitur prophetia cōtexitur: licet diuerſis ſit facta temporibus: tamen quia de una prouincia prophetat̃, iunctæ ſibi ſunt. Quod & in Hieremia crebro legimus, ut præpoſtero ordine tempora deſcribantur. Prius enim Sedechiæ in quibuſdam geſta referuntur, & poſtea Ioakim qui ante eū fuit. In pſalmis aūt quia carmen eſt lyricum, hiſtoriæ ordo non quæritur. Dicamus ergo prius iuxta literam. Nabuchodonoſor cum oppugnaret Tyrū, & arietes, machinas, uineaſq; eo qd' cincta eſſet mari, muris nō poſſet adiungere: infinitam exercitus multitudinē iuſſit ſaxa & aggeres comportare, & expleto medio mari, imò freto anguſtiſſimo, uicinū littus inſulæ fecit cōtinuū. Quod cum uiderēt Tyrij iamiamq; perfectum, & percuſſione arietum, murorum fundamenta quaterētur: quicqd pre-

B cioſum in auro, argēto, ueſtibuſq;, & uaria ſupellectili nobilitas habuit: impoſitum nauibus ad inſulas aſportauit: ita ut capta urbe, nihil dignum labore ſuo inueniret Nabuchodonoſor. Et quia dei in hac parte obedierat uoluntati, poſt aliquot captiuitatis annos Tyriæ, datur ei Aegyptus: multoq; ſæuior Tyrus Aegypto. Illa enim oppugnabat Hieruſalem: hæc uanum pollicebatur auxilium. Aliud eſt enim ſpe imbecillitatem decipere: aliud aduerſum populum dei dimicare. Hoc eſt ergo quod dicit, Nabuchodonoſor rex Babylonis, in oppugnatione Tyri, ſuum mihi ſeruire fecit exercitū, ut implerem uoluntatem meā: Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus eſt, geſtantiū cophinos terræ, & lapides quibus raduntur humeri, & decaluatur caput: & tamē nec ipſe, nec exercitus eius aliquid dignum inuenit in Tyro. Et cum in hoc mihi ſeruierit, & meam cōtra Tyrum impleuerit uoluntatem, idcirco dabo ei terrā Aegypti. Quod quidam dicunt ſub Nabuchodonoſor eſſe cōpletum: alij ſub Cambyſe filio Cyri, qui Aegyptum uſq; ad Aethiopiam uaſtauit, ita ut Apim interficeret, & omnia eorū ſimulacra deleret. Quam ob cauſam putāt eum uerſum in amentiā, caſu equi & proprio pugione confoſſum. Pleniſſime hanc hiſtoriā narrat Herodotus: ubi & omnis Aegyptus per pagos & caſtella & uicos deſcribitur: & Nili origo gētiſq; illius populi, & mēſura terræ per circuitū uſq; ad deſertū Aethiopiæ, & littora magni maris, Libyæq; & Arabiæ confi-

nia demonſtrātur. Cauſa aūt iræ dn̄i contra Aegyptum, illa eſt: quod populū dei ſuo deceperit auxilio, ne ſperaret in deū, & illum ad iracundiam prouocaret. In illo, inquit, die quo Aegyptus capta fuerit, pullulabit cornu domus Iſraël: haud dubium quin regiū genus ſignificet. Quod quidam ad Zorobabel filium Salathiel qui per Iekoniā de Dauid ſtirpe generatus eſt: alij ad ultimū tēpus referunt: quando putant & Heliam eſſe uenturū. Nos aūt cornu dn̄i ſup Chriſto intelligentes, præſentē carpimus hiſtoriā. Cūq;, ait, ò propheta hoc prius fuerit expletū, tūc aperiet̃ os tuū, & uaticiniū tuū nequaq; dubia promiſſione pendebit, ſed cernet̃ opere perpetratū: ut ſciant omnes qui audierint me eſſe dominum: cuius dixiſſe, feciſſe eſt. Hæc ſecūdū literā, imò iuxta ueritatē dicta ſint prophetiæ. Cæterum ex eo quod Nabuchodonoſor mercedem

D accepit boni operis, intelligimus etiam ethnicos, ſi quid boni fecerint, non abſq; mercede dei iudicio præteriri. Vnde & per Hieremiā Nabuchodonoſor, colūba dei appellat̃, eo quod aduerſum populū peccatorē dei ſeruierit uolūtati. Et adducā, inquit, ſeruū meū Nabuchodonoſor. Ex quo perſpicuum eſt cōdēnari nos cōparatione gētiliū: ſi illi lege faciāt naturali, quæ nos etiā ſcripta negligimus, De quo pleniſſime ad Romanos Paulus apl's diſputat. Ac ne aliqd præterire uideamur: ſecūdū intelligentiā ſpiritualē, querimus ubi hūc numerū, hoc eſt uiceſimūſeptimū legerimus. In Geneſeos libro ſcriptura teſtat̃, ſexcēteſimo anno uitæ Noë, ſecundo mēſe, uiceſimaſeptima die mēſis ſecūdi, ſuper faciē terræ aquas inductas eſſe diluuij, & poſtea ſeptimo mēſe eiuſdē anni, q uicinus eſt ſabbato, & uiceſima ſeptima die eiuſdē mēſis ſeptimi, aquas ceſſaſſe diluuij, & ſediſſe arcā Noë ſup mōtes Ararat, q interp̃tant̃ Armeniæ. Ex quo intelligimus, mediū eſſe numerū, & ad utrūq; poſſe cōferri: quādo in hoc & ira dei incipit à diluuio, & clemētia eius ſeptimo mēſe in eodē dierū numero demōſtrat̃. Et qa apud Hebræos mēſis, q apud nos kalēdis & nonis idibuſq; deuoluit̃, ſecundū lunæ curſum ſupputat̃: unde & Græco uocabulo μλώη, id eſt, luna à mēſe nomē accepit: hoc dictū eſt, in uiceſimoſeptimo lunæ die parū qd luminis remāſiſſe, ne penitus ira eius abſq; miſericordia ſit. Qn̄ aūt totus lunæ orbis implet̃, tunc & paſcha celebrat̃, & omnes maximæ ſolennitates.

*Hiere. 23. b* *Gene. 7. d*

Quod



A Quod ſtrictim poſuimus: ut ſciamus in hoc numero, & bona & mala pariter contineri. Bona Nabuchodonoſor, cuius labori merces redditur. Mala Aegyptijs, quorū uaſtitas nūciatur. Cap. XXX. ET factum eſt uerbum domini ad me dicens: Fili ho. &c.)

Cap. XXX.

ET factūm eſt uerbum domini ad me dicens: Fili hominis, propheta, & dic, hæc dicit dn̄s deus: Vlulate, uæ, uæ diei: quia iuxta eſt dies, & appropinquat dies domini, dies nubis, tempus gentium erit. Et ueniet gladius in Aegyptum, & erit pauor in Aethiopia cum ceciderint uulnerati in Aegypto, & ablata fuerit multitudo illius & deſtructa fundamenta eius. Aethiopia & Libya, & Lydi, & omne reliquū uulgus, & Chub, & filij terræ fœderis cum eis gladio cadent. Hæc dicit dominus deus: Et corruēt fulciētes Aegyptū, & deſtruetur ſuperbia imperij eius: à turre Syenes gladio cadent in ea, ait dn̄s exercituum. Et diſſipabuntur in medio terrarū deſolatarū, & urbes eius in medio ciuitatum deſertarum erūt. Et ſciēt quoniā ego dominus, cum dedero ignem in Aegypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius.

ET factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis, uaticinare, & dic: Hæc dicit adonai dominus: O ò dies: quoniam iuxta eſt dies, & iuxta uia domini: dies nubis, finis gentium erit. Et ueniet gladius ſuper Aegyptios, & erit cōturbatio in Aethiopia. Et cadent uulnerati in Aegypto, & auferēt multitudinem eius, & cōcidētur fundamēta illius. Perſæ & Cretenſes, & Lydi, & Libyes, & omnes cōmixti, & de filijs teſtamenti mei gladio cadent. Hæc dicit adonai dominus: Et cōcident ſuſtētacula Aegypti, & deſcēdet cōtumelia fortitudinis eius: à Magdalo uſque ad Syenem gladio cadent in ea, dicit adonai dn̄s. Et deſolabitur in medio regionū deſolatarū, & ciuitates eius in medio urbium deſertarum erunt, & ſcient quoniā ego ſum dominus, quādo dedero ignē ſuper Aegyptū & cōtriti fuerint omnes qui auxiliantur ei.

In die

Poſt uiceſimum & ſeptimum annum captiuitatis regis Ioakim, reuertitur ad præſens tēpus, quādo cōtra Aegyptū cœperat prophetare, id eſt, ad annum decimum, & decimum menſem, undecimi mēſis die, & dicit ſibi præceptum à domino, ut loquatur ad omnes nationes, & cum omnibus ſpecialiter ad Aegyptum. Quæ ſunt ergo quæ loquit̃: Vlulate, uæ, uæ diei: quia iuxta eſt dies, & appropinquat dies domini: non claro ſole

B rutilās, ſed operta nubibus, & Babyloniam afferens tēpeſtatē. Cumq; ceperit gladius uaſtare Aegyptū, pauor erit in Aethiopia quæ uicina eſt Aegypto, ne ad ſe uſque Babylonius mucro perueniat. Cadēt em̄ in Aegypto uulnerati, & auferetur multitudo illius: & uſq; ad fundamēta omnia deſtruētur: ita ut ſi quis in Aegypto repiat̃ de Aethiopia, & Libya, & Lydia, & in commune de uarijs populis & Chub, quod Symmachus uertit in Arabiam, & de filijs terræ fœderis, hoc eſt de populo Iudæorū, cum illis gladio cadat. Pro quibus gentibus Lxx. poſuerunt, Perſæ, & Cretēſes, & Lydi, & Libyes, & omnes cōmixti, & filij teſtamēti mei gladio cum ipſa cadent. Et ut ſciremus has omnes gētes fuiſſe in auxilio Aegypti, ſequēs ſermo demonſtrat: Et corruent fulciētes Aegyptum, ſiue ſuſtentacula Aegypti, id eſt, ſocij: & omnis ſuperbia im-

C perij, ſiue contumelia fortitudinis illius deſtruetur ac deponetur, à turre Syene, quam in extremis finibus Aegypti ſitam diximus: ſiue à Magdalo uſq; Syenem, ſicut Lxx. tranſtulerunt: omnes ciuitates Aegypti deſertæ erunt, ut cognoſcant dominum, quādo ignis Chaldæorum uniuerſa uaſtauerit: & attriti fuerint uniuerſi auxiliatores eius, & peruenerint nūcij iuxta Aquilam & Theodotionem צירים, quos Symmachus tranſtulit, feſtinantes: nos in trieres uertimus: ita enim ab Hebræis accepimus, ut omnis Aethiopiæ fiducia conteratur, & quādo fuerit uicina prouincia deſolata, pauor teneat proximam. Vt autē ſciremus quis eſſet iſte gladius qui uaſtaret Aegyptū & terreret Aethiopiā, ſequit̃ manifeſtius:

D Et ceſſare faciam mltitudinē Aegypti in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, qui nō ſolū ueniet, ſed ueniet multis comitatus nationibus: ita ut omnis Aegyptus interfectorū ſanguine compleatur: tantaq; erit ira domini, ut ſiccentur aluei fluminū, hoc eſt, Nili διώρυχες, uſq; ad ſolum, & in manu peſtilētium, ſiue hominū peſſimorum, plenitudo Aegypti deſoletur. Mea enim uerba irrita eſſe nō poſſunt: illucq; proficiet indignatio, ut ſimulacra Aegypti diſperdantur, & ceſſent idola de Memphis, quæ uſq; hodie metropolis eſt ſuperſtitionis Aegyptiæ, ſiue optimates & principes de Memphis, & de terra Aegypti. Tātus aūt terror cunctā Aegyptū poſſidebit, ut terra Phatures omnis pereat, & ignis uaſtet Taphnis: ſiue ut Lxx. tranſtulerūt, Tanin. Faciamq;, ait, iudicia in Alexādria, quæ hodie ſic uocatur. Cæterum



priſtinum

A pristinum nomen habet No: quod Aquila, Symmachus, & Theodotio, sicut in Hebræo positū est, transtulerunt, Pro quo nescio quid uolentes Lxx. dixere Diospolim, quæ Aegypti parua ciuitas est. Nos aūt pro No, Alexādriā posuimus, per anticipationē, q̄ Græce πρόληψις appellat̃, iuxta illud Vergilianum: Lauinaq; uenit Littora: non quo eo tp̄e qn̄ uenit Aeneas in Latium Lauinia dicerent̃, sed quę postea Lauinia nuncupata sunt, ut manifestior locus fieret lectoris intelligentiæ. Et effundā, inquit, indignationē meam super Sain, quam nos in Pelusiū uertimus, & robur appellat̃ Aegypti: eo quod portū habeat tutissimū, & negociationes maris ibi uel maxime exerceant̃. B Vnde & poëta Pelusiacā appellat lentem: non quod ibi genus hoc leguminis gignat̃ uel maxime, sed quod è Thebaida & omni Aegypto per riuū Nili illuc plurimū deferat̃. Et interficiā, ait, multitudinem Alexandriæ, quæ rursum in Hebræo posita est נא: pro qua nequaq; Diospolim, ut supra, sed Memphim Lxx. trāstulerunt. Et ut ostendat populosam iam illo tempore fuisse urbem, Perdam, ait, multitudinem No: & dabo ignē, hoc est, regem Babylonis in Aegypto: qui instar ignis cuncta depopuletur. Quasi parturiens dolebit Sain, id est, Pelusium: siue cōturbatione turbabitur, & in Alexādria, id est, in No, erit scissura, & diffundētur aquæ, pro qua rursum Lxx. Diospolim transtulerunt. Moris aūt Aegyptiorū est propter inundationē Nili, excelsos aggeres cōstruere ad ripas Nili. Qui si custodum negligentia uel nimia aquarum magnitudine rupti fuerint, subiacentes campos, nequaq; rigant aquæ, sed opprimunt atq; populant̃. Per quod significatur, sic Chaldæorum exercitu occupādā Aegyptū: quomodo inundātibus Nili aquis & super modū crescētibus operiri solet atq; corrumpi. C Pro inūdatione aquarū & irruptione atq; scissura aggerū, in Hebræo positū est: Et erūt in Mēphis angustiæ quotidianæ, ut unde Nilus diuiditur, & ubi Apis tēplū est, & cōsulta respōdēt oracula, ibi quotidianę angustiæ fiant. Iuuenes quoq; Heliopoleos, q̄ Hebraice appellat̃ און, & Bubasti alterius ciuitatis, gladio coruēt, ita ut ipsæ urbes, hoc est, habitatores, siue mulieres earum ducātur in captiuitatē, qui sexus iniurię subiacet. In Taphnis uero q̄ est regia ciuitas, cōterēt̃ sceptra Aegypti, id est, omne regiū genus. Cūq; potētia eius interfectis prīcipibus defecerit, tunc nigrescet dies, & caligine ac tenebris, D omnia cōplebunt̃, ita ut ip̄a urbs operiat̃ nube mœroris ac luctus: & filiæ eius, id est, oppida reliqua ducāt̃ in captiuitatē, ut postq; fecero iudicia in Aegypto, & me cūctis iudicem demōstrauero: tūc sciāt Aegyptij qđ ego sum dñs. Hæc quasi paruulis elementa descripsimus, ut per literas, syllabas, nomina, uerborumq; contextum, possint ad lectionem prosæ uel carminis peruenire. Nūc aggrediamur Tropologiam, & latissimū disputationis pelagus, breui quasi picturæ tabula demonstremus. Sermo domini qui erat semper in patre, factus est ad prophetā, & uocat eū nequaq; nomine suo, sed filium hominis. Quod in scripturis sanctis, in bonam partem semper accipitur, dūtaxat numero singulari, ut in hoc eodē propheta, & in Daniele, & in euāgelio. Alioquin plurali numero in cōtrariū legit̃, ut est illud: Filij hominū, dentes eorum, arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus. (Psal.56.a) Et rursum: Filij hominū usq; quò graui corde: (Ibi.4.a) Leo enim rugiet, & quis non timebit: (Amos.5.b) Dñs loquutus est, & quis non prophetabit:

HEB. In die illa egredientur nuncij à facie mea in trieribus ad conterendam Aethiopiæ confidentiā, & erit pauor in eis in die Aegypti, quia absq; dubio ueniet. Hæc dicit dñs deus: Et cessare faciā multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis: ipse & populus eius cum eo fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram. Et euaginabunt gladios suos super Aegyptum, & implebunt terram interfectis. Et faciā alueos fluminum aridos, & tradam terram in manu pessimorum, & dissipabo terram & plenitudinē eius in manu alienorū, ego dominus locutus sum. Hæc dicit dñs deus: Et disperdam simulacra & cessare faciā idola de Memphis, & dux in terra Aegypti non erit amplius, & dabo terrorem in terra Aegypti.

SEP. In die illa egrediētur nuncij à facie mea, festinantes disperdere Aethiopiæ spem, & erit conturbatio in eis in die Aegypti: quia ecce ueniet. Hæc dicit dominus deus: Et disperdam multitudinem Aegyptiorum per manum Nabuchodonosor regis Babylonis ipsius, & populi eius cum eo, pestilentes qui de gentibus missi sunt ad perdendam terram. Et euaginabūt omnes gladios suos super Aegyptum, & replebitur terra uulneratorum. Et dabo fluuios eorū desertos, & tradam terram in manu pessimorum, & disperdam terram & plenitudinem eius in manibus alienigenarum: ego dominus loquutus sum. Quia hæc dicit dominus deus: Et perdam abominationes, & deficere faciam optimates de Mēphis, & prīcipes de terra Aegypti: & non





A Vlulate, inquit, uæ uæ diei, quia iuxta est dies, & appropinquat, dicit dñs, dies nubis, tempus siue finis gentiū erit. Duplex cōsummatio est: aut generaliter omniū, qn̄ finis mundi aduenerit: aut specialiter singulorum, qn̄ tēpus mortis institerit. Iuxta aūt dicit̃: quia æternitati cōparatū, omne tempus breue est. Vn̄ & Iacob cētū & triginta ānos quibus uixerat: (Gen.47.b) pauci, inquit, & pessimi sūt dies mei. Et psalmista de uniuersi generis humani fragilitate disputans ait: (Psal.143.a) Dies nostri q̄si umbra pertrāseūt. Quod reputātes, nec potētia erigemur, nec diuitijs ī cubabimus, nec felicitate lætabimur, cito oīa auferenda noscētes. Pulchreq; dies dicitur dñi, qn̄ omnis seculi cōuersatio destruet̃, B & errore sublato, una ueritas apparebit: diesq; nubis & nebulæ. Nullus enim intrepidus incertusq; de sentētia absq; pauore iudicē præstolat̃. Et tēpus siue finis gentiū erit: non unius gentis Aegyptiæ, sed uniuersarū, ut manifestū fiat de cūctis gentibus p̄phetari. Sequit̃, ueniet in Aegyptum gladius, gladius uersatilis & flāmeus sermo diuinus: q bonos à malis diuidat, & pessimos suo igne cōsumat. In Aegyptum aūt huius seculi, ita ut pauor sit in Aethiopia: qui trans Aegyptū in nocte erroris & tenebris cōmorantur, & quorū nigredo in candorē, aut difficulter, aut nequaq; conuertit̃. Cadētq; uulnerati in Aegypto, qui male steterant in nequitia. Et auferet̃ multitudo Aegypti. (Matth.7.b) Lata enim & spaciosa est uia quæ ducit ad mortē. Et fundamenta illius destruentur: ut nihil in Aegypto pristinæ resideat firmitatis: sed desertis fundamentis pessimis, ponatur fundamentum Christi: super quo ædificetur ecclesia. (Matth.7.b) Omnis quippe plantatio quam non plantauit cœlestis pater, eradicabitur. (Hier.1.b) Vnde & Hieremias destruere iubetur quæ cōstructa erant, ut ædificet meliora. Peribunt quoq; in Aegypto Aethiopes, Libyes, & Lydi, siue iuxta Lxx. Persæ, Cretenses, & Lydi, & Libyes, & Chub, id est, Arabes, & omne reliquum uulgus, quos Hyberidas atq; mixticios Lxx. transtulerunt. Quos omnes pro diuersitate uitiorum et interpretatione nominum, quæ in uisione Tyri posuimus, diuersas possumus intelligere nationes. Vnde & apostolus: Vos, inquit, gentes in carne qui dicimini præpucium. (Ephes.2.b) Nunq; enim dixisset, in carne gentes, nisi essent aliæ in spiritu: ut in alio loco: Videte Israël secundū carnē. C Vnde magnopere prouidendū est: ne corde reuertamur in Aegyptum, de qua semel exiuimus, & inter cæteras gētes inueniamur: & pereamus gladio, de quo in cōsequentibus dicitur: Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadēt, maxime cū iūgatur, & filij terræ fœderis, siue testamēti mei simul mucrone ferientur: de quibus scriptū est: Vę qui descendūt in Aegyptū ad auxiliū, ī equis & curribus confidentes. (Esa.31.a) Sin autē cæterarū gētiū homines trucidantur in Aegypto, quanto magis filij terræ fœderis & testamenti dei: qui cōtēnentes angelorū panē, Aegypti peponū, & cæparū, & alliorū & cucumerum recordati sunt: (Num.11.a) Tūc corruent sustentacula D & fulcra Aegypti, quæ eam in nequitia sustentabant, dialecticorum argutiæ, & Philosophorū strophæ. Cōtumeliosum quoq; ac superbum imperiū destruetur: qui omnia loquūtur per arrogantiam, & ecclesiasticam simplicitatem ducunt pro nihili. A turre enim Syenes cadent in ea, quę in extremis terminis Aegypti, Aethiopiæ, Blemmyarumq; confinis est: ubi Nilus innauigabilis est, & cataractarum fragor, & omnia inuia plenaq; serpentum, & uenenatorum animantium. Sin autē (ut supra diximus) Magdalus, magnificentiam: et Syene, gyrum sonat: perspicuum est qđ Aegyptiæ opes, & contumeliosa fortitudo & magnificentia, id est iactantia & exaltationes ui pereant, usq; ad gyrum Aegypti, ubi nihil stabile est: sed incerto uoluitur lapsu, & peruenit ad ruinam. Tunc dissipabuntur Aegyptiæ ciuitates, & terra deserta erit, & nulla congregatio remanebit, habens aliquid firmitatis, ut rerū fine cognoscant quod ipse sit dominus, quando miserit ignem in Aegypto, quē dominus ardere desyderat, ut fœnum, ligna, stipulam, quæ supra fundamētum Christi ædificata sunt, concrementur: & omnes auxiliatores peruersorum dogmatum cōterantur. Ex quo intelligendum, falsi nominis scientiam & eos de quibus scriptum est: Dissipa gentes quæ bella uolunt: (Psal.67.g) socios & auxiliatores Aegypti nuncupari. In die, inquit, illa egredientur nuncij à facie dei, de quibus scriptum est in euangelio: Angeli eorum semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. (Matth.18.b) Et in sementis parabola: messores angeli, id est, qui nuncij sunt, (Ibidem.13.f) mittunt̃, ut uniuersa scādala cōgregēt, & mittent ca

HEB. Et disperdam terrā Phatures, & dabo ignem in Taphnis: & faciam iudicia in Alexandria, & effundam indignationem meā super Pelusiū robur Aegypti, & interficiā multitudinem Alexandriæ, & dabo ignem in Aegypto. Quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustię quotidianę. Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, & ipsæ captiuæ ducentur.

SEP. & nō erunt ultra. Et dabo terrorē in terra Aegypti, & disperdam terrā Pathures: et dabo ignē super Tanin, et faciā ultionē in Diospoli: & effundā furorē meū sup̄ Sain, robur Aegypti, & disp̄dā multitudinē Mēpheos. Et dabo ignē super Aegyptū, & cōturbatione cōturbabit̃ Sais, & ī Diospoli erit scissura, & diffundent̃ aquæ. Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, & mulieres captiuæ ducētur &

E in caminum ignis:ubi eſt fletus oculorũ & ſtridor
dentiũ.Feſtinabuntq́ꝫ implere præceptum,ut deter
reant ſiue cõterant Aethiopiæ confidentiã: qui ad
ſummũ maliciæ uerticem peruenerunt, ut in euer-
ſione Aegypti,Aethiopia conteratur & paueat, eo
qd'dies dñi ſit ulti-
onis atqꝫ uindictę,
qua fugentur tene
bræ peccatorũ, &
lux uirtutũ rema-
neat.Et ceſſare,in-
quit, faciã multitu
dinẽ Aegypti in
manu Nabucho-
donoſor regis Ba-
bylonis,cui traditi
ſunt ad puniendũ.
Ipſe eſt eñ inimi-
cus & uindex qui
etiã mercedẽ accepit,eo qd'ſeruierit in expugnatio
ne Tyri,Aegypti multitudinẽ:ut multi ĩ Aegypto
eſſe deſiſtãt,qui ſemp in ea ſunt.Sin aũt aliqs oppo
Deut.10.d ſuerit,quomodo illud dicatur in Deuteronomio:
In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres ue-
ſtri in Aegyptum: nunc autem facti eſtis ut ſtellæ
cœli in multitudine.Facile ſoluitur.Neqꝫ enim ex-
emplum terrenæ multitudinis poſuit, ſed cœleſtis,
F quæ uirtutibus fulgeat,& plena ſit luminum:ſuper
quam multitudinem Aegypti,adducuntur fortiſſi
mi gentium ut diſperdãt terram,pro quibus Lxx.
peſtilentes,interpretati ſunt:Quod neſcio quomo-
do conueniat his qui adducũtur à domino,niſi for-
Pſal.77.e te iuxta illud exemplum,immiſſionem per angelos
peſſimos:qui euaginabunt gladios ſuos ſuper Ae-
gyptum,& implebunt terram interfectis ſiue uul-
neratis,ut occiſos uulneratoſq́ꝫ eſſe ſe ſentiant: &
intantum Aegyptum eſſe deſtructam, & ad nihili
perueniſſe, ut omnia flumina eloquentiæ quibus
errores Aegyptij, iuncus & calamus rigabantur
areſiant,& tradantur in manu peſſimorum,qui eos
torqueant,& plenitudo terræ Aegypti, quæ male
creuerat,deleatur in manu alienorum à deo. Neqꝫ
enim boni,ſed mali angeli tormẽtis præpoſiti ſunt.
Hæc neceſſe eſt ut ſciant: quia locutus eſt domi-
nus,Quod frequenter aſſumitur,ut ſciant qui au-
diunt non prophetæ uerba eſſe,ſed dñi,cuius præ-
cepta irrita eſſe nõ poſſunt.Sequitur:Et diſperdam
ſimulacra:quæ abominationes Lxx.tranſtulerunt.
Et ceſſare faciam idola uel optimates de Memphis
& dux ſiue principes in terra Aegypti nõ erũt am-
plius.Clementiſſimi eñ domini eſt,male ficta ſub-
uertere, ut nulla ſimilitudo quæ mentitur imagi-
nem ueritatis, remaneat in Aegypto: optimates
quoqꝫ pereant de Memphis,quæ interpretatur, ex
ore:de quo omnia idola confinxerunt, ut trunca-
tis capitibus & magiſtris idolorum, non ſit prin-
ceps in Aegypto, & terrore ac perditione, omnis
Aegyptus compleatur.De cuius urbibus dicitur:
Et diſperdam terrã Phatures,& dabo ignẽ in Ta-

HEB.Et ĩ Taphnis nigre-
ſcit dies,cum cõtriuero ibi
ſceptra Aegypti, & defece
rit in ea ſuperbia potẽtiæ
eius:ipſam nubes operiet,
filiæ autem eius in capti-
uitatem ducentur.Et faci-
am iudicia in Aegypto: &
ſcient quia ego dñs.

SEP.& in Taphnis tene-
breſcet dies, qñ cõtriuero
ibi ſceptra Aegypti: & pe-
ribit ibi cõtumelia fortitu-
dinis eius,& ipſam nubes
operiet,& filiæ eius capti-
uæ ducent̃:& faciã iudicia
in Aegypto, & ſcient quo
niam ego ſum dominus.
Et factum

phnis ſiue in Tanin,& faciam iudicia in No,quam G
Lxx.Dioſpolim tranſtulerunt,& effundã indigna-
tionem meã ſuper Sain, robur Aegypti. Phatures
interpretat̃,panis cõculcatio:Taphnis,mandatũ hu
mile:Dioſpolis,pro qua in Hebræo poſita eſt No,
requies:Sain,tenta
tio quibus nomini
bus diuerſa hæreti
corũ & omniũ mẽ
daciorum concilia
bula demonſtran-
tur: qui conculcãt
panem eccleſiaſti-
cum atqꝫ cõtẽnũt:
& ſequuntur man
datum humile, &
ad cœleſtia nõ per
ducens, & delicijs
uacant, & ſunt in
requie:qualem in Euangelio legimus diuitem pur-
puratum,& tentationibus inſeruiunt:quorũ unus
expetiuit à domino,ut tentandi Iob haberet pote-
ſtatem.Hæc omnia dominus diſperdet atqꝫ ſuccen Luc.16.d
det,& effundet ſuper ea indignationem ſuam, & ro
bur Aegypti diſſipabit:ut redacti ad nihilum, ne-
quaqꝫ populum dei ſolcitent, & in ſuo ſperare fa-
ciant auxilio:ut deſerta ueritate quærant menda-
cium,& quaſi à baculo arundineo ſic ſuo præſidio
uulnerentur.Poſt hæc dicitur:& interficiam ſiue di H
ſperdam multitudinẽ Mempheos,pro qua in He-
bræo habet No:quam ſupra idem Lxx.Dioſpolim
trãſtulerunt,quæ interpretatur,requies. Multi eñ
ſunt qui quærunt requiem,& iacere uolunt ſuper
lectos eburneos,& comedere agnos lactentes.Siue
iuxta Lxx.qui interpretati ſunt Mempheos:multi
ſunt qui loquuntur alijs:Dimitte ut auferam feſtu-
cam de oculo tuo,cum ipſi trabes habeant in ſuo.
Daturq́ꝫ ignis in Aegypto:q uerboſitates atqꝫ deli-
cias ſuo ardore conſumat.Dolebit uniuerſa tenta-
tio,& in Dioſpoli,quæ rurſum in Hebræo No po
nitur,erit ſciſſura, ut effundantur aquæ, omniſq́ꝫ
peſſima congregatio diſſipetur, & huc illucq́ꝫ diſpe
reat:Vel iuxta Hebraicum in Memphis erunt an-
guſtiæ quotidianæ,ut pro omni uerbo ocioſo red-
dant rationem, ut intelligant nihil dictorum ſuorũ
dñi iudiciũ præterire. Iuuenes quoqꝫ Heliopoleos
& Bubaſti gladio cadent.Heliopolis Hebraice On
dicitur, quod interpretatur dolor.Bubaſtus autem
iuxta linguam Aegyptiacam,oris experimentum.
Omnes iſti qui dolorem ſeculi ferre non poterant,
ſed delicias Dioſpoleos ſectabantur,& confidebant
ſibi in uolubilitate ſermonum & aduerſum cætera
dogmata diſputantes,habuerant experimenta ui-
ctoriæ,gladio ſermonis dei concidẽt:& qui nequa-
quam iuuenes,ſed imbecillitate mentis mulieres ap
pellantur,captiui ducentur.Siue ipſæ urbes,dolore
& oris iactantia,ducentur in captiuitatẽ. Et in Ta-
phnis,inquit,nigreſcet dies.Taphnæ interpretant̃:
cedentes ori: ſubauditur diaboli:cui qui ceſſerint,
amittent



A amittent lumen ueritatis,& diem in noctem muta-
bunt,& ſceptra Aegypti;atqꝫ omne imperiũ ſentiẽt
in Taphnis eſſe cõtritum,ita ut deficiat in ea contu
melioſa fortitudo ſiue ſuperbia potentiæ eius,& ſo
lis iuſticiæ radij in nube cæcentur,& nequaqꝫ mu-
lieres,ſed filiæ ducantur
in captiuitatem: faciatq́ꝫ
dñs non unũ iudiciũ,ſed
multa iudicia in Aegy-
pto.Sicut eñ bonorum
apud patrẽ diuerſæ ſunt
manſiones:ita & Aegy-
pti ſuppliciorũ diuerſa
iudicia:ut cum hæc oĩa
facta fuerint, cognoſcãt
Aegyptij qd'ipẽ ſit dñs:
cuius iudicia uera iuſtifi
cata in ſemetipſis. a ¶Et
factum eſt in undecimo
&c.)Reuertitur ad ordi
nem ꝓphetiæ,poſt uice-
ſimũ enim & ſeptimum
annũ,nũc ponit undeci-
mum.Quæ quæſtio etiã
in ſuperioribus cõtine-
tur.Cum eñ ſermo dñi
contra Tyrũ factus ſit in
anno undecimo,q prius
poſitus eſt,in conſequẽ-
B tibus loquit̃ ad Pharao-
nẽ ãno decimo, rurſum
q́ꝫ ponit uiceſimũſepti-
mum ut diximus,& nũc
undecimum. Vt cætera
prætermittam quæ in
Pſalmorũ ordine cõtinẽ
tur:quæritur,quomodo
tertius pſalmus præpo-
nat̃ his pſalmis ĩ quibus
mutauit faciẽ ſuam Da-
uid corã Abimelech,et de Doẽch Idumęo,et qñ in-
uẽtus eſt in ſpelũca:& quinquageſimus pœnitẽtię,
in cuius titulo demonſtratur, qd'introierit ad Be-
thſabeæ uxorem Vriæ,cum priores ſint iſti pſalmi
tertio,in quo fugere notatur à facie filij ſui Abeſſa
lon.Sed in pſalmis facilis reſponſio eſt, carmen eſſe
lyricum,& in huiuſcemodi opere nõ quæri ordinẽ
hiſtoriæ,ſed factorũ carmina ſingulorũ. In hiſtoria
uero illud dicendum eſt, ea quæ de una re diuerſis
ſunt dicta tẽporibus,non debere oratione diuidi,
ſed unius loci narratione cõcludi. Verbi gratia: ut
quæ de Aegypto dicta ſunt alio atqꝫ alio tpe, uno
lectionis ordine cognoſcantur. Cũ hæc dixerimus
manet nihilominus quæſtio:Cur in hoc eodem lo-
co primũ factus ſit ſermo dñi ad Pharaonem anno
undecimo,& poſtea uiceſimoſeptimo, & deinceps
anno decimo:cũ utiqꝫ iuxta ordinem, primo deci-
mus:ſecũdo undecimus: tertio, uiceſimuſſeptimus
annus,ſingulis ꝓphetijs debuerint prænotari. Ad

a Et factũm eſt in undecimo anno, in primo,
in ſeptima menſis:factum eſt uerbum domi-
ni ad me dicens:Fili hominis, brachium Pha
raonis regis Aegypti confregi: & ecce nõ eſt
obuolutum ut reſtitueretur ei ſanitas, & liga-
retur pannis,& farciretur linteolis:(ſiue ut ac
ciperet malagma):et accepto robore poſſet te
nere gladium.Propterea hæc dicit dñs deus:
Ecce ego ad Pharaonem regẽ Aegypti,& cõ-
minuã brachium eius forte,ſed contractũ:(ſi-
ue brachia fortia & diſpoſita);& deijciã gla-
dium de manu eius: & diſpergam( ſiue diſſe-
minabo ) Aegyptũ in gentibus & uentilabo
eos in terras.Et confortabo brachia regis Ba-
bylonis,daboq́ꝫ gladium meũ in manu eius,
& confringam brachia Pharaonis, & gemẽt
gemitibus interfecti coram facie eius:( ſiue ut
in Lxx.continetur:)Et inducet gladium ſup
Aegyptum,& populabitur prædas eius, &
ſpoliabit ſpolia illius:( ſequitur) Et conforta-
bo brachia regis Babylonis,& brachia Phara
onis cadẽt;& ſcient quia ego dñs, cũ dedero
gladium meum in manu regis Babylonis, &
extenderit eum ſuper terram Aegypti & di-
ſpergam Aegyptum in nationes: & uẽtilabo
eos in terras,& ſcient quia ego dominus.

qd'illud poſſumus reſpõdere:O ꝓfundũ diuitiarũ C
ſapiẽtiæ & ſcientiæ dei:q̃ inſcrutabilia iudicia eius Rom.11.d
& inueſtigabiles uiæ eius.Et in alio loco:Abyſſum
& ſapientiam quis inueſtigabit:Poſſumus aũt hoc Eccleſ.1.a
dicere,qd'& in prophetis nequaquã hiſtoriæ ordo
ſeruet̃,dũtaxat nõ in o-
mnibus,ſed in qbuſdã lo
cis:neqꝫ eñ narrãt prȩte
rita,ſed futura prænun-
ciãt,pro ut uolũtas ſpiri
tuſſancti fuerit.In hiſto-
ria uero, ut ſunt Moyſi
quinqꝫ libri,& Ieſu, & Iu
dicum uolumina, Ruth
quoqꝫ & Heſter,Samuel
& Malachim, Paralipo-
menon liber & Eſdræ,
iuncto ſibi pariter Nee-
mia, ꝑpoſterã narratio-
nẽ nequaq̃ reperiri.Hęc
de annorũ ordine dixiſ-
ſe ſufficiat:Nunc uidea-
mus q̃ cõtra Pharaonẽ ſi
ue de Pharaone ꝓphetia
ſit.Brachiũ eius cõfregiſ
ſe ſe dicit,& nõ eſſe ob-
uolutũ neqꝫ ligatum,nec
fartũ linteolis, nec acce-
piſſe malagma,iuxta illd'
qd'ſcriptũ eſt:Nõ eſt ma D
lagma ĩponere nec oleũ Eſa.1.b
nec alligaturas.Qd'ſi fa-
ctũ fuiſſet utiqꝫ recepta
fortitudine poſſet tenere
gladiũ,& ad bella ꝓcede
re.Idcirco clemẽs et miſe
ricors deus rurſum com
minuit brachiũ eius ſiue
brachia:ut penitus cadat
gladius de manu eius &
in gẽtes Aegyptus diſpergat̃,& uẽtilet̃ in terras.In
brachio aũt robur accipe & fortitudinẽ:dicẽte ſcri-
ptura:Cõtere brachiũ peccatoris & maligni.Qd'cõ
teritur in aduerſarijs noſtris:qñ nos ꝑſequunt̃ qui- Pſal.9.g
dẽ,ſed opprimere nequeũt.Et ꝓ ſalute ſeruorũ dei
aduerſus Pharaonẽ rex Babylonis ſæpe cõſurgit,
ut potẽtẽ oprimat potẽtior,& mali tradant̃ peiori-
bus,cõfortãte deo brachia peſſimorũ,ut ſciat q libe
ratus eſt qd'ipẽ ſit dñs:Profectũ aũt eſſe uirtutis ſci
re qd'ipſe ſit dñs.Ecõtrario poſſumus dicere: Filij
Heli,filij peſtilẽtiæ neſcientes deũ.Et in bonã partẽ
de regibus q rectũ fecerunt in cõſpectu dei,ſcriptũ 1.Reg.2.e
eſt,qd'nouerint dñm,Illud aũt qd'in Lxx. dicit̃: Et
cõteram brachia eius fortia & diſpoſita, qd' Græce
dicit̃ πεταγμένα, ſcriptorũ uitio deprauatũ eſt. Illi eñ
interpretati ſunt nõ πεταγμένα ſed πεταμμένας hoc eſt,
nõ diſpoſita ſed extẽta.Pro quo iuxta conſuetudi-
nem ſuam alij interpretes excelſa poſuerunt.

Cõmentarij noni in Ezechielẽ prophetã finis.

Diui

E DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVM COMMENTARIORUM Ezechielis ad Euſtochium procemium. G

VEllem ut ante iam dixi,prophetias cõtra unã prouinciã,aut unũ regẽ,ijſdem explanare libris,& nequaꝗ̃ ſenſum lectoris diuidere.Sed quid faciã longitudini:quę niſi diuidatur in partes,modũ uoluminis egreditur,& infinita congeries, tam dictãti ꝗ̃ legẽti moleſta eſt:Itaq; poſt ſermonẽ cõtra Aegyptũ & planctũ eius, regẽq; Aegypti,de cuius brachio nequaꝗ̃ obuoluto neq; reſtituto priſtinæ ſanitati in ultima parte noni libri diximus: tranſimus ad principium decimi libri cõtra eundẽ Pharaonẽ regem Aegypti: qui cõparatur regi Aſſyrio:& poſt longiſſimã prophetiã,lamẽtatio ſup eodẽ aſſumitur,& deinceps contra omnẽ Aegyptũ:In quibus diſſerendis ò uirgo Chriſti Euſtochiũ,eleua cum Moyſe manus:ut noſtra uictoria,tuarũ orationũ fructus ſit.Non eſt em̃ uolentis neq; currẽtis,ſed miſerentis dei,qui loquit̃ ad prophetã.Aperi os tuũ & adimplebo illud:propheta ad dominum reſpondente:Aperui os meũ & attraxi ſpiritũ:qui ubi uult ſpirat.Vbi autem ſpiritus domini,ibi libertas:qua libertate donauit nos dominus.Quam fruſtra ſe Iudæi habere iactabant dicentes: Semẽ Abrahæ ſumus,& nemini ſeruiuimus unquam,multis uitijs peccatiſq; ſubiecti: & ignorantes illam ſententiam:à quo quis uincitur,eius & ſeruus eſt.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber decimus.

ET factum eſt in undecimo anno, tertio una menſis,factũ eſt uerbũ dñi ad me dicens:Fili hominis dic Pharaoni regi Aegypti & &c.)

F Vtranq; æditionem ex more commiſcui,ubi tñ plurimum diſcrepabãt, ne duplex propoſitio augeret librorũ magnitudinem.Ac primũ ſciendũ, quod quæcunq; dicunt̃ de rege Aſſyriorum futuro tẽpore:in Lxx.quaſi tranſacta memorãtur: & ſic uel ad arborem uel ad principẽ loquit̃ Aſſyriorum:ut tam maſculino quàm feminino genere de una perſona intelligatur:dum & arbor refertur ad Aſſyriũ,& Aſſyrius in arbore nominatur. Nec de rege Babylonio in præſenti ſermone ulla fit mẽtio:ne uideatur cõtra captiuum populum poſitũ in Chaldæa,dominorum atq; regnantiũ iracundiam prouocare:ſed dicitur de rege Aſſyriorum qui eo iam tẽpore captus fuerat à Chaldæis, & omne robur Aſſyriorũ Babylonio ſubiacebat imperio. Vnde & decem tribus, hoc eſt Iſraël, Aſſyrij capiunt: duas autem,hoc eſt,Iudam & Beniamin,Chaldęi ſuperant,& urbem ſubuertũt Hieruſalem. Dicturus igitur contra Pharaonem regem Aegypti & populum eius ſermo diuinus,tali aduerſum illũ eſt uſus exordio:Cui ſimilis factus es in magnitudine tua: Ecce Aſſur quaſi Cedrus in Libano,& reliqua. Et eſt ſenſus.Non mireris ſi à Babylonijs ſis uincendus atq; periturus,& tuum perditurus imperium, omneſq; opes Aegyptiæ deſtruendę ſint:cum Aſſur multo te fortior,eodem Chaldæo ſuperante deletus ſit.Deſcribitq; potentiam regis Aſſyrij ſub figura arboris Cedri,iuxta Hebraicum: iuxta Lxx. Cypariſſi,in monte Libano conſtitutæ quæ ſit pulchra ramis & condenſa frondibus & ad nubes uſq; ſubrecta: quæ idcirco tãtum creuit,quod non aquis ſed abyſſis, hoc eſt aquis abundãtiſſimis irrigetur. Abyſſus enim multitudo ſonitus aquarũ:ita ut omnes aues nidos fecerit in ramis eius, & ſub frondibus illius genuerint omnes beſtiæ ſaltuum.Et ne dubitaremus quæ eſſent cœli uolatilia,quæ ſyluarum beſtiæ,apertius poſuit:Et ſub umbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum.Cedri,inquit,& cypariſſi,abietes ſiue pinus & platani ſiue cypariſſi non fuerunt æquæ ramis illius.Et ne ſigillatim de cunctis arboribus diceret,et omnia,inquit,ligna paradiſi dei non ſunt aſſimiliata illi & pulchritudini eius.Per quæ nonnulli intelligunt,non de rege dici Aſſyrio, ſed contraria fortitudine, quæ in ſermone Tyri inter Cherubim dicitur eſſe generata, & precioſis diſtincta lapidibus, & poſtea ad terrena ſuo uitio conceſſiſſe,qui & in Eſaia cadens, lucifer appellatur, & in euangelio ſignatur à domino: Videbam ſatanam quaſi fulgur de cœlo cadentem. Eſa.14.c Luc.10.c Sed nos hæc omnia ut interim ſequamur hiſtoriam hyperbolicos dicta intelligamus, quod tantę Aſſyrius fuerit potentiæ & ſic cunctas oppreſſerit nationes: ut ſe angelorum fortitudini compararit.Omnia autem metaphorice ſub altiſſima Cedro ſiue Cypariſſo dicuntur ad Aſſyrium interfectioq; H

ET factũ ẽſt in undecimo anno, tertio una menſis:factum eſt uerbum dñi ad me dicens: Fili hominis dic Pharaoni regi Aegypti & populo eius:Cui ſimilis factus es in magnitudine tua:Ecce Aſſur quaſi Cedrus ( ſiue Cypariſſus)in Libano, pulcher ramis & frõdibus nemoroſus excelſuſq; altitudine, & inter cõdenſas frondes(ſiue in medio nubiũ) eleuatum eſt cacumẽ eius.Aquæ nutrierũt illum: abyſſus eleuauit eũ:flumina eius manabãt in circuitu radicum eius, & riuos ſuos emiſit ad uniuerſa ligna regionis.Propterea eleuata eſt altitudo eius ſup omnia ligna regionis ( ſiue campi):& multiplicata ſunt arbuſta ( ſiue rami)eius præ aquis multis. Cũq; extendiſſent umbrã ſuã:in ramis eius fecerũt nidos omnia uolatilia cœli,& ſub frondibus eius genuerũt oẽs beſtiæ ſaltuũ,& ſub umbra illius habitabat cœtus gentiũ uniuerſarũ.Eratq; pulcherrimus in magnitudine ſua,& in dilatione(ſiue multitudine)arbuſtorũ uel ramorũ ſuorũ, erãt em̃ radices illius iuxta aquas. Cedri( ſiue Cypariſſi)nõ fuerũt altiores illo in paradiſo dei,& abietes(ſiue pini)nõ adæquauerũt ſummitatẽ eius,& platani uel abietes non fuerunt æquę uel ſimiles frondibus(ſiue ramis)illius. Om̃e lignũ paradiſi dei(ſiue in paradiſo dei) nõ eſt aſſimilatum ei & pulchritudini eius: qm̃ ſpecioſam feci eã, & multis condenſiſq; frõdibus & æmulata ſunt eã oĩa ligna uoluptatis(ſiue deliciarũ) quæ erant in paradiſo. Propterea hæc dicit dñs deus: Pro eo quod ſublimata eſt in altitudinẽ & dedit ſummitatẽ ſuã uirentẽ atq; cõdẽſam(ſiue in medio nubiũ eleuatũ eſt cor eius in altitudine ſua: tradidi eã(ſiue eũ)in manu fortiſſimi( ſiue principis gentiũ:faciẽs faciet ei(ſiue & faciam perditionẽ eius):iuxta impietatẽ eius eieci eam. Et ſuccendent eam alieni & crudeliſſimi nationũ(ſiue peſtilẽtes gentiũ),& proijciẽt eam ſup mõtes & in cũctis cõuallibus corruẽt rami eius & cõfringent̃ arbuſta eius ĩ uniuerſis rupi- & oĩs multitudo eius dicit dñs,



A interfectioq; illius appellatur ſucciſio. Quodq; ſequitur:Tradidi eã in manu fortiſſimi gentiũ, regẽ Babyloniũ uocat:ut quod uicit Aſſyrium,nõ propriæ fortitudinis,ſed diuinæ intelligat poteſtatis.Iuxta impietatẽ,inquit,eius eieci eam,ut occulte Babylonium moneat non debere eſſe crudelẽ: nec opprimere populum dei qui ſibi traditus ſit:ne ſimilia patiatur ab Aſſyrio,qui crudelis & ĩpius fuit.Et ſuccidẽt illã alieni & crudeliſſimi nationum:ſiue iuxta Lxx. peſtilẽtes:qđ nunꝗ̃ diceret poſitus in Chaldæa:ne illum aduerſum gentẽ ſuã commoueret.Proijcitur quoq; ſuper montes, & in cũctis cõuallibus corruunt rami eius & confringuntur in rupibus, & à cunctis derelinquitur populis: hoc ẽ, uolatilibus cœli & beſtijs cãpi, & in tantam ueniet perditionem ut omnes B arbores quę putabantur excelſæ cõparatione Aſſyrię arboris,ſuo exẽplo eleuari, & in ſublime erigi ultra deſiſtant,nec ſtẽt in altitudine ſua, ſed illa ſucciſa,omnes metu pariter ſuccidãtur. Quódq; per translationem dictũ erat fit manifeſtius: Omnes ait traditi ſunt, ſubauditur reges in mortẽ:ad terrã ultimã,hoc ẽ, ad infernũ in medio filiorũ hominũ:nequaꝗ̃ ĩter arbores,ad eos qui deſcẽdũt in lacũ, haud dubiũ quin inferna ſignificet. Poſt ſucciſionẽ arboris Aſſyrię:ſiue ĩ die qñ deſcẽdit ad ĩferos Aſſyrius & induxit dñs luctũ:rurſum ꝑ trãslationẽ de eo loq̃t̃ qđ optus ſit abyſſo:iuxta illud quod ſcriptũ eſt:Veni in profundum maris,& tẽpeſtas demerſit me:Et oĩa flumina, oẽs uidelicet nationes eũ ultra rigare ceſſauerint,& cõtriſtatus ſit ſiue cõtenebratus ſup eã,id eſt,arborẽ: uel eũ,id eſt,Aſſyriũ Libanus.Ac ne putaremus de arbore eſſe ſermonẽ,ſequit̃:A ſonitu ruinę eius cõmoui gẽtes.Quæ em̃ tãta ruina eſſe unius arboris poteſt,ut ad ſonitũ eius uniuerſæ cõmoueant̃ gentes:Cũ deducerẽt,inquit,eã ad infernũ:Iuxta literã, arbor ad inferos deduci nõ poteſt:cũ alijs q in lacũ, id eſt,ad inferos deſcẽdebãt.Et cõſolata ſunt in terra infima: in corde uidelicet terræ,oĩa ligna uoluptatis ſiue deliciarũ qđ Hebraice appellat̃ עדן, ut nemoroſos ſaltus ſyluáſq; ſignificet egregias atq; p̃claras q̃ fuerũt in Libano:& irrigabant̃ aq̃s. Nã & ĩpæ arbores cũ eo hoc eſt,cũ Aſſyrio deſcẽdẽt ad infernũ:ad interfectos ſiue uulneratos gladio.Ligna gladijs nõ uulnerant̃, ſed cædunt̃: nec deſcẽdũt ad infernũ. Et brachiũ,inq̃t,ſiue ſemen:qm̃ apud Hebræos ſermo זרוע,utrũq; ſignificat,requieſcet ĩ umbraculo eius ĩ medio nationũ: nequaꝗ̃ ſyluarũ ſed gẽtiũ Ad extremũ fit apoſtropha ad ĩpm Aſſyriũ,ſiue ad Pharaonẽ.Cui aſſimilatus es ò ĩclyte atq; ſublimis inter ligna uoluptatis:Nullus tibi,inq̃t, par fuit:ſed oẽs reges potentia ſupaſti,et tñ cũ cæteris regibus q erãt ĩ comitatu tuo ad terras ultĩas, D id eſt,ad ĩferos deductus es:dicẽte ſcriptura:Ingredient̃ ad extrema terræ: Pſal.62.c tradent̃ in manus gladij, ꝑtes uulpiũ erũt.In medio,ait,ĩcircũciſorũ dormies: cũ his q interfecti ſũt gladio.Oñdit q̃ eſſẽt ligna,q̃ Cedrus ſiue cypariſſus gladijs uulnerata,& iacẽs cũ ĩcircũciſis. Et ut extrema anterioribus iũgeret:q̃a ſupra dixerat, cui ſimilis factus es in magnitudine tua: ecce Aſſur q̃ſi Cedrus in Libano pulcher in ramis & frõdibus, & reliq̃ nũc ĩfert: Sic eſt Pharao & oĩs multitudo eius dicit dñs,Q̃ũo,inq̃t,Aſſyrius Cedrus & Cypariſſus Babylonio ſuccidẽte deiecta eſt:ſic Pharao & populus eius,hoc eſt ipſa arbor & rami illius à Babylonio ſuccident̃.Hæc interim iuxta hiſtoriam dicta ſint:q̃ pleriq; in cõſummatione mũdi futura intelligũt & regẽ Pharaonẽ hoc eſt eã poteſtatẽ cui Aegyptus ſubiecta ſit, cõparari regi Aſſyriorũ potentiſſimo,id eſt,antichriſto,qđ ſi ille cor-

Pſal.68.a C

E corruerit,utiq; & alij rectores tenebrarum iſtarũ & principes mundi facilius corruãt. Dicamus ergo de ſingulis breuiter omnia perſtringentes: ut non tam diſſeramus & explanemus obſcura, q̃ explanare cupiẽtibus materiã dediſſe uideamur: primũq; diſcutiendum, cur undecimo anno, tertio menſe, una die menſis factũ eſt uerbum dñi ad Ezechielẽ, dicens: Fili hominis, dic Pharaoni regi Aegypti & multitudini eius. Locuturo ad Pharaonem, undecimo anno ſermo fit dñi: necdum enim uenerat ad duodecimum: qui numerus plenæ con- Gen.35.d ſumatæq; uirtutis ẽ. Vñ & duodecim ſunt filij Iacob: à qbus poſtea duodecim nomina prophetarũ uno uolumine continentur. Luc.6.c Et apoſtoli duodecim ſunt, quorũ qa unus Iudas proditor fuit: in locum eius Matthi- Marc.5.c as eligitur. Et archiſynagogę filia annorum duo- F decim à dño ſuſcitaẽ. Hęmorrouſa quoque anno duodecimo recipit ſanitatem: Sed quia corripiẽ Pharao, & poſtea plãgitur: ppterea tertius mẽſis et unus dies undecim annorum numero copulantur. Vnde & in conſequentibus duodecimo anno, mẽſe duodecimo, una menſis fit uerbũ domini ad Ezechiel, dicẽs: Fili hominis aſſume plãctum ſuper Pharaonem regem Aegypti, & dices ad eũ. Qui enim plangitur, ideo plãgitur ut intelligat quanta bona perdiderit, & tamen quia Pharao erat, & brachium eius necdum fuerat colligatum, nec priſtinam receperat fortitudinem: Propterea in anno & in menſe duodecimo, uigintinouem dies adhuc remanent, ut duodecim annorum numerus compleatur. Vno igitur menſis die, ſermo fit dñi ad prophetã, & pręcipitur ei ut loquatur regi Aegypti & multitudini eius. In quo mirandum quod quatuor interpretes non populum di- Matth.22.b xerint, ſed multitudinẽ. Multi enim uocati, & pauci electi. Et in lege ſcriptum eſt: Non eris cũ multitudine in malo. Diciturq; ad regẽ Aegypti: Cui ſimilis factus es in magnitudine ſiue in altitudine tua? Qđ & ipſe ſe exaltauerit, & ſubiaceat illi ſentẽ- G tiæ: Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, ſed tñ nõ ſit Luc.14.c eius altitudini ſimilis: qui quaſi Cedrus ſiue Cypariſſus in Libano fuerit, pulcher ramis & frondibus nemoroſus: excelſusq; altitudine & ad nubes uſq; erexerit caput: ad quas ſecundũ Dauid ueritas dei peruenit, & qbus mãdatur ne pluãt ſup Iſraẽl imbrẽ. Pulchritudo quoq; illius prædicatẽ quę in turpitudinẽ praua uolũtate mutata eſt, ita ut dicatur de eo: Confringet Pſal.28.d dñs Cedros Libani, & excelſus ipſe in altiſſimo montiũ Libano cõſtitutus, quãto ſublimior fuerat, tãto fortius caderet. Cuius ſcriptura ſancta uolens altitudinẽ demõſtrare, appellat cedrũ magnã quã nutrierũt aquę: nõ aquæ Siloẽ quæ uadunt cũ ſilẽtio, ſed aquæ Raſin & aquę Aegypti: de quibus ſcriptum eſt: Quid tibi ut bibas aqs Hier.2.d Geon ſiue Sior? quod aquas turbidas ſonat. H Abyſſus quoq; exaltauit eũ ſup quã in principio mũdi tenebræ ferebãtur, & ad quã in euangelio dæmones ne mittãtur rogãt. Luc.8.c Flumina eiuſdem abyſſi in circuitu radicum eius erãt: de quibus dicitur: Quid tibi & Hier.2.d uiæ Aſſyriorũ, ut bibas aquas fluminũ? Et in alio loco: Ecce dñs indu- Eſa.8.b cet ſuper uos aquam fluminis fortem & multã: regẽ Aſſyriorũ & omnẽ gloriã eius. Riuos quoq; ſuos emiſit abyſſus ad uniuerſa ligna regionis: ut non ſolum principem mũdi huius, ſed & ſocios illius irrigaret. Propterea eleuatus eſt, & ſuper oĩa ligna altiſſima ſuccreuit, & multiplicata ſunt arbuſta eius: & totius orbis poſſedit imperiũ, dicẽs: Hæc omnia mihi tradita ſunt. Et eleuati ſunt rami eius, qui aquis abyſſi fuerant irrigati. Qui extendit ſiue dilatauit umbraculum ſuum, ut omnes ſubijceret ſuæ ditioni. In ramis eius fecerunt nidos omnia uolatilia cœli. Omnis enim qui facit peccatũ: de dia- Ioan.8.d bolo natus eſt, & de ramorum eius numero computatur. Illa autem uolatilia fecerunt nidos in ra- Rom.3.c mis eius: quæ iuxta uiã euangelicam comedere ſementem

rupibus (ſiue campis) terræ, & recedẽt de umbraculo eius oẽs populi terræ & relinquẽt eã. In ruina eius habitauerunt (ſiue requieuerũt) omnia uolatilia cœli, & in ramis eius fuerunt uniuerſæ beſtiæ regionis. Quãobrem nõ eleuabũtur in altitudine ſua oĩa ligna aquarum: neq; ponẽt ſublimitatẽ ſuã inter nemoroſa atq; frondoſa (ſiue in nubibus) nec ſtabunt in ſublimitate ſua oĩa quæ irrigãtur aquis: quia omnes traditi ſunt in mortem ad terram ultimam, in medio filiorum hominũ ad eos qui deſcendunt in lacum. Hæc dicit dominus deus: In die quãdo deſcẽdit ad inferos induxi luctum (ſiue luxit eum abyſſus): operui eum abyſſo & prohibui flumina eius, & coërcui aquas multas. Contritus eſt (ſiue contenebratus) ſuper eum Libanus: & omnia ligna agri concuſſa ſunt (ſiue defecerunt). A ſonitu ruinæ eius commoui (ſiue commotæ ſunt) gẽtes cum deducerent eum (ſiue eam) ad infernum cum his qui deſcendebant (ſiue deſcendunt) in lacum: & conſolata ſunt in terra infirma omnia ligna uoluptatis (ſiue deliciarũ) egregia atq; præclara in Libano: uniuerſaq; irrigabantur aquis. Nam & ipſi cum ea (ſiue cum eo) deſcendent (ſiue deſcenderunt) ad infernum ad interfectos (ſiue uulneratos) gladio, & brachium (ſiue ſemen) uniuſcuiuſq; habitãtium ſub umbraculo eius, in medio nationum (ſiue uitæ ſuæ) perierunt. Cui aſſimilatus es ò inclyte atq; ſublimis inter ligna uoluptatis



A mentem: ſiue quia omnes peccauerunt & indigent Pſal.13.a miſericordia dei: de quibus dictũ eſt: Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: Idcirco in ramis eius fecerunt nidos. Sequitur: Et ſub frõdibus eius genuerunt omnes beſtiæ ſaltuum: quæ Chriſti mãſuetudinem perdiderũt: & ſub umbraculo illius habitabat cœtus gẽtium plurimarũ ut nullus eſſet qui non eius tangeretur umbraculo: præter eum Ioan.14.d qui dixit: Ecce uenit prĩceps mũdi iſtius: & inueniet in me nihil. Per unũ Rom.5.b enim hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ſic in omnes homines mors 1.Cor.15.c pertranſijt, in quo omnes peccauimus: & in Adam omnes morimur, cunctiq; peccauimus, & indigemus gloria dei. Et tamẽ ipſa habitatione diuerſa cõditio eſt. Alij habitant in ramis eius quaſi uolatilia, ſcientiã ſibi in philoſophia & in hæreticorũ dogmatibus pollicẽtes. Alij quaſi beſtię feræ, immites atq; crudeles: alij quaſi multitudo gẽtium plurimarum: ut cõmixtos diuerſis uitijs ſignificet atq; peccatis. Erat autẽ Aſſur pulcherrimus in magnitudine ſua, & in dilatatione arbuſtorũ ſuorũ: quia aquis multis radix eius fuerat irrigata: intantum ut in paradiſo dei nulla cedrorum & cypariſſorum eſſet altior, nec B abietes piniq; adæquarent ſublimitatem eius, ſiue platani non eſſent æquæ frondibus illius. Idcirco nulla arborum in paradiſo plãtatarũ ei fuerat adæquata: quia omne lignũ paradiſi dei nõ eſt aſſimilatum illi & pulchritudini eius. Nequaq; enim erectę ſunt per ſuperbiã, ſed ſcierunt humilitatẽ ſuã: neq; ſimilitudinẽ dei ſacrilego ſibi animo uendicare conatæ ſunt. Quodq; ſequitur: Et æmulata ſunt eam omnia ligna deliciarum quæ erant in paradiſo: ſic ediſſerimus. Aemulata ſunt ligna paradiſi multitudinẽ ramorum eius: Multi enim uocati, & pauci electi. Et, lata & ſpacioſa uia quæ ducit ad mortẽ. Cupit enim tantos habere in ſalutem, quãtos Aſſur habuit in perditionem. Vnde quia Aſſur ſublimatus eſt in altitudine: & dedit ſublimitatẽ ſuam uirẽtem atq; cõdenſam: ſiue uſq; ad nubes cacumen erexit: Eſa.14.d & eleuatum eſt cor eius ut diceret: Ero ſimilis altiſſimo: ppterea traditus eſt in manu fortiſſimi gẽtiũ: quã intelligimus aliam deteſtabilem poteſtatem, cui traditur ad puniẽdum, ipſe eſt enim inimicus & ultor: ut Aſſur intelligatur antichriſtus & fortiſſimus gẽtium cui traditus eſt, ſatanas: iuxta illud Apoſto- 1.Tim.1.d li: Quos tradidi ſatanæ ut diſcant nõ blaſphemare: Qui faciens faciet ei quæcunq; ei à dño fuerint imperata. Iſta autẽ cypariſſus eiecta eſt de paradiſo dei propter impietatẽ ſuam: & ſuccident illam alieni & crudeles ſiue peſtilẽtes in gentibus: ut impleatur illud quod ſcriptum eſt: Peſtilente flagellato, ſtultus Prou.19.d aſtutior fiet. Et iterum: Iam ſecuris ad radices arbo- Matth.3.c ris poſita eſt: qui præcident eam ſuper montes, ut corruat in ſuperbia ſua. In cunctis autẽ conuallibus corruent rami eius: ut ad tartarũ deducãtur omnes C qui in eius fuere comitatu: & recedãt de umbraculo illius & relinquãt eã: ut uolatilia cœli & beſtiæ terræ, quæ prius ſub illa fuerãt & illius umbraculo tegebãtur, poſtea pœnæ eius participes ſint. Cumq; uiderint cætera ligna ſyluarũ ſiue paradiſi, Aſſur cypariſſum ſententia dei corruiſſe: nõ eleuabũtur in ſuperbiã: nec ſe eſſe aliquid æſtimabũt nec irrigationẽ aquarũ ſuarũ ꝓprias arbitrabũtur diuitias: eo qđ oẽs rami et uolatilia cœli & beſtiæ terræ quæ erãt ſub imperio Aſſur, deducãtur in mortẽ ad terrã ultimã. De quibus Pſal.21.g ſcriptũ eſt: In cõſpectu eius cadẽt oẽs qui deſcendũt Ibid.62.c in terrã. Et in alio loco: Ingrediẽtur ad extrema terræ: & erũt nequaq; cũ angelis, ſed cũ filijs hominũ q deſcẽdunt in lacũ, ſiue in foueã ſempiternã. Cũ autẽ ille deſcẽderit ad extrema terræ: & pars uulpiũ fuerit à quibus lacerãdus eſt: tũc luctus erit uel omniũ ſociorũ eius uel ſanctarũ fortitudinũ: quæ illũ dolebunt ad inferos deſcẽdiſſe. Vnde dicit dñs: Operui eũ abyſſo: cuius aqs fuerat ante nutritus: & ꝓhibui flumina eius, id eſt, abyſſi: & coërcui aquas multas, ne eũ irrigarẽt, ſed magis opprimerẽt. Cõtriſtatus eſt ſuper eũ Libanus in quo fuerat exaltatus: & oĩa agri ligna cõcuſſa ſunt, ſucciſionẽ ſimilẽ formidan- D tia. A ſonitu ruinæ eius cõmoui gẽtes: ut nullus ꝑditionẽ illius ignoraret: & deductionẽ ad inferos cũ cæteris ſocijs eius. Acceperuntq; cõſolationẽ oĩa ligna uoluptatis, id eſt paradiſi: dum uident & mala malis, & bona bonis reſtitui. Hæc aũt ligna Libani ſunt, aquis irrigata fluminũ dñi: qbus & illa arbor fuerat irrigata quæ corruit. Siue oĩa ligna q̃ quõdã fuerũt bona & irrigabãtur aquis, & in Libani altitudine morabãtur, accipiẽt cõſolationẽ, quãdo principem ſuũ ſimilia uiderint ſuſtinere tormẽta. Et ipſa eñ deſcẽdẽt ad infernũ ad interfectos gladio dñi: & omnis fortitudo lignorũ habitabit ſub umbraculo eius: id eſt in pœna: in medio omniũ nationũ q̃ clauſtris inferni tenebũtur. Poſt hæc ad ipſum Pharaonẽ ſermo conuertitur: cui dictũ fuerat in principio: cui ſimilis factus es in magnitudine tua: & dicitẽ ad eum: Cui aſſimilatus es ò inclyte atq; ſublimis inter ligna uoluptatis? Nẽpe Aſſyrio qui corruit. Et tu eras inclytus atq; ſublimis inter ligna eden, hoc eſt deliciarũ & paradiſi: & ecce deductus es ſicut Aſſyrius cũ oĩbus lignis quæ quõdã fuerãt in delicijs ad terrã ultimã & ad inferos: & dormies nõ in rege, ſed in pœnis: in medio incircũciſorũ, hoc eſt immũdorũ: & cũ his qui in gladio dñi cõciderũt. Et ut ſciamus qui ſit ille cui dixerit, ò inclyte atq; ſublimis inter ligna uoluptatis: ponit manifeſtius: Ipſe eſt Pharao & omnis multitudo eius: Siue iuxta Lxx. ſic eſt Pharao & omnis multitudo eius: ut quomodo ſupra Aſſyrius ſucciſus eſt & corruit, ſic & Aegyptius ſubruatur. Cap. XXXII.

luptatis? Ecce deductus es cum lignis uoluptatis ad terrã ultimã. In medio incircũciſorũ dormies, cũ his qui interfecti ſunt gladio. Sic Pharao & oĩs multitudo eius, dicit dominus deus.

Cap. XXXII.

Et

E ET factum eſt duodecimo anno, in mēſe duodecimo, ſiue decimo in una die menſis &c.) Aeditionem utranq; miſcemus; in his dūtaxat in quibus diſcrepant. Alioquin ubi unus ſenſus eſt, Hebraicū ſequimur. In multis autē exemplaribus iuxta Lxx. duodecimus annus, & mēſis decimus ponitur: Iuxta cæteros aūt interpretes, decimus annus et duodecimus menſis: ut uel iam capta ſit Hieruſalem & gàudiū Pharaonis malis ſibi imminentibus auferatur; uel certe capſēda; & ſuis magis miſerijs doleat q̄ aliorū captiuitate lætetur. Et interim breuiter quędā hiſtoriæ fundamēta iaciētes; quid Hebræi ſuper hoc loco intelligāt percurramus. Leoni cōparatur Pharao, nō unius gētis, ſed multarū gentium; ſiue draconi in mari; ut terram aquasq; poſſideat; qui irrigatione fluminū erigebatur in ſuperbiā; quæ cornu uocat; F & multitudine exercitus ſui omnes aquas trāſiens poterat conturbare; idcirco expandere ſe dicit rete ſuū ſuper multitudinē eius, & extrahere eū ſagena ſua uel hamo; & proijcere ſiue extēdere eum ſuper terrā; qui quaſi coluber multis ſpiris fuerat inuolutus; ut à cunctis cœli uolatilibus deuoretur. Cumq; nō ſolum aues, ſed omnes beſtiæ terræ eum lacerauerint; reliquæ carnes eius, mōtes & ualles cāposq; cōplebunt; ita ut cūcta uermibus ſcateāt. Hæc autē loquitur per metaphorā; ut poſtq̄ uolatilia cœli & beſtiæ carnibus eius fuerint ſaturatæ; id eſt, exercitus eius & uniuerſa multitudo; reliqua pars in uermes & ſaniē cōuertatur. Tunc, inquit, cœli tenebris obuoluētur; ſol & luna & cætera luminaria nō dabunt lumen ſuū; ſed ſuper te cūcta nigreſcēt nihilq; tibi lætum erit; & ad tuū interitum oēs populi & cuncti reges eorū horrore nimio formidabūt, cōſpicientes gladiū meū huc illucq; uolitare & nulli parcere; & in tua ruina, ruinā ſimilē ptimeſcēt. Vt autē ſcias quis iſte ſit gladius; audi manifeſtius: Gladius regis Babylonis ueniet tibi; in gladijs fortium ſiue gigantiū deijciam omnē multitudinem tuā. Qui gigantes inexpugnabiles gentes ſunt; quæ Babylonij regis tenebātur exercitu. Iſti uaſtabunt ſiue diſperdēt ſuperbiam Aegypti & omnē multitudinē eius: nihilq; in Aegypto remanebit; ſed cū hominibus, et iumēta brutaq; animalia pariter auferētur. Et tanta erit ſolitudo in Aegypto; ut nec pede hominis nec ungula iumēti aquæ illius cōturbētur; ſed qeta ſint omnia; & aquæ fluminū eius quaſi oleū fluāt puriſſimæ ac nitētes; nullo per eas tranſeunte nec earum fluenta turbante. Hoc autem fiet propter Aegypti ſolitudinē; quæ redigetur in deſertū ab omni multitudine ſua; quādo habitatores eius dn̄s percuſſerit; G ut intelligāt qui remāſerint quod ipſe ſit dn̄s. Idcirco plāctus eſt Pharaonis, & plāgent eū filiæ gentiū in circuitu. Nō ſolū aūt ſuper illo, ſed & ſuper multitudine eius quę dn̄o uaſtāte deleta eſt. Hæc ſup ſimplici litera curſim dixiſſe ſufficiat; ueniamus ad intelligētiā ſpiritualē.

a ET factūm eſt duodecimo anno, in menſe duodecimo (ſiue decimo) in una die mēſis: factum eſt uerbum dn̄i ad me dicens: Fili hominis, aſſume lamentū ſuper Pharaonem regē Aegypti: & dices ad eū: Leoni gentium aſſimilatus es & draconi qui eſt in mari: & uentilabas cornu in fluminibus tuis: & cōturbabas aquas pedibus tuis: & conculcabas flumina earum (ſiue tua). Propterea hæc dicit dn̄s deus: Expandā ſuper te rete meum in multitudine populorū multorū: & extraham te in ſagena mea: (ſiue extraham te in hamo). Et proijciam (ſiue extrahā) te in terram: ſup faciē agri abijciam te (ſiue campi replebuntur tui): & habitare (ſiue ſedere) faciā ſuper

Nec puto magnopere laborādū noſſe qui ſit Pharao rex Aegypti, cum ſupra plenius dixerimus, eam uidelicet poteſtatē, cui Aegyptus credita eſt, uel una ꝓuincia, uel Aegyptus totius mūdi; quæ nō eſt leo cōdita, ſed proprio uitio aſſimilata leoni gētium. Homo eñ cū in honore eſſet nō intellexit, cōparatus eſt iumētis inſipiētibus & ſimilis factus eſt illis. Psal.48.d De hoc leone & Petrus loquitur: Aduerſarius noſter diabolus quaſi leo rugiens circuit quærens quē deuoret. 1.Pet.5.b H Et in nono pſalmo ſcriptum eſt: Inſidiatur in abſcōdito quaſi leo in ſpelunca ſua; inſidiatur ut rapiat pauperē. Et in Hieremia ſpiritus ſanctus ait: Leo de ſylua percuſſit eos. Hiere.5.b Draconem aūt dici diabolū; pro quo Aquila interpretatus eſt Leuiathan, nomē draconis exponens; iuxta ſuperiorem explanationē multis teſtimonijs docui: qui dixerat, mea ſunt flumina & ego feci ea. Iſte igit̄ draco fluminibus ſuis quaſi cornibus uētilabat plurimas nationes: quæ ſuper Marcione, Valentino, Arrio & Eunomio cæteriſq; hæreſeō principibus intelligere poſſumus; qui imitātur eccleſiaſticos uiros; dicentes ad dn̄m ſaluatorem: In te inimicos noſtros uētilabimus cornu: & nō uētilant ad ſalutem, ut de terra ad cœlum leuent; ſed ut in profundū abijciant. Deniq; ſequitur: Et cōturbabas aquas pedibus tuis; iuxta illud Apoſtoli: Qui autem cōturbat uos, portabit iudiciū. Gal.5.b Nō uult enim aquas Siloë bibere, quæ uadunt cū ſilētio, Eſa.8.b ſed aquas Aegypti turbidas atq; cœnoſas, quæ anteqū pedibus cōculcarētur draconis, purę erāt & ſuo fluētes ordine; poſtq̄ autē pedibus illius cōturbatæ ſunt, curſus ſui ordinem perdiderūt. Neq; enim utuntur hæretici teſtimonijs ſcripturarum ſibi cohærentibus, ſed cōturbant omnia. Et quia ipſe eſt inimicus & ultor; nō ſolum aquas alienas draco Aegyptius cōturbat pedibus ſuis; ſed cōculcat flumina ſua, ne parcat eis quos ſemel in ſuā redegerit poteſtatē. Quod deuitare cupiēs iuſtus, precatur: Nō ueniat mihi pes ſuperbiæ. Pſal.35.d Et in alio loco, cōculcatus petit ne iterū cōculcetur: Miſerere, inquit, mei dn̄e, quoniam conculcauit me homo. Pſal.55.a Inimicus autem homo diabolus eſt: de quo & alter



A & alter pſalmus loquitur: Vt nō magnificetur ultra homo ſuper terram. Propterea hæc dicit dn̄s deus: Expandam ſuper te rete meū: in multitudine populorum multorū. Rete dn̄i ueteris & noui teſtamenti ratione cōtextum, mittitur ſuper draconē qui habitat in populorū multitudine; & ſemper turbis & populorum multitudine delectatur: ut extrahat eū in ſagena ſua ſiue ī hamo ſuo. Matth.13.f Iſta eſt ſagena, quæ in mare huius ſeculi mittiť & extrahit piſces multos; alios eligēdos & alios abijciendos. Siue iſte eſt hamus; de quo in Iob ſcriptū eſt: Iob.40.d Adduces aūt draconē in hamo; & circūdabis capiſtrū circa nares eius; ꝑ quo interpretatus eſt Aq̄la: extrahes Leuiathā in hamo; & funibus colligabis linguam eius. Extrahitur autē draco ſiue Leuiathā de mari hamo uel ſagena dn̄i; ut proijciatur ſiue extendatur ſuper terrā; & omnes ſpiræ eius q̄bus ſuas inſi B dias occultabat aperiantē & ꝓferātur in publicum & in terram abijciantur: & iaceat qui in cœlo poſuerat os ſuum, & ſe altiſſimo ſimilē eſſe iactabat.

ſuper te omnia uolatilia cœli: & ſaturabo de te beſtias uniuerſæ terræ: et dabo carnes tuas ſuper montes: & implebo colles (ſiue ualles) ſanie tua (uel ſanguine tuo) & irrigabo (ſiue irrigabitur) terram putore ſanguinis tui (ſiue ſtercoribus tuis) ſuper montes: & ualles implebuntur ex te. Et operiam cū extinctus fueris cœlum: & nigreſcere faciā ſtellas eius: Solem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum. Omnia luminaria cœli mœrere faciā (ſiue contenebreſcent) ſuper te: & dabo tenebras ſuper terram tuam, dicit dominus deus. Et iritabo cor populorum multorū cum induxero contritionem (ſiue captiuitatem) tuam in gentibus ſuper terras, (ſiue in terra, quam neſcis.) Et ſtupeſcere faciam (ſiue contriſtabuntur) ſuper te populi (uel gētes multæ) & reges eorum horrore nimio formidabunt ſuper te: cum uolare cœperit gladius meus ſuper facies eorum: & obſtupeſcent repente ſinguli ꝑ anima ſua in die ruinæ tuæ: (ſiue expectantes ruinam ſuam à die ruinæ tuæ)

Vnde ſequitur: Et habitare ſiue ſedere faciā ſuper te omnia uolatilia cœli: & ſaturabo de te beſtias uniuerſæ terræ: Pſal.73.c ſecūdum illud quod ſcriptū eſt: Dediſti eum eſcam populis Aethiopum. Qui uel uolatilia uocantur uel beſtiæ terræ. Volatilia, quæ ſementē, ut diximus iuxta uiam rapiunt. Beſtiæ terræ, uitijs efferatæ: quod ad hæreticos atq; gentiles referri poteſt. Quod autē ſequitur: Et dabo carnes tuas ſuper montes, & implebo colles tuos ſanie tua; ſiue implebo ualles ſanguine tuo; hunc habet ſenſum; ut uolatilia cœli & beſtias terræ, deceptorum populos intelligamus crudelitatemq; gētilium; mōtes autē ad principes referamus hæreſeon; qualis fuit Valentinus & Marcion; colleſq; ſucceſſores eorū qui ſaturantur ſanie draconis; ſiue ualles, quæ implētur draconis ſanguine, inferiores quoſq; credentium. Aut certe mōtes aduerſarias poteſtates, quæ in aëre diſcurrunt: & ualles, quæ inferna penetrant; & æternis ſupplicijs mancipatæ ſunt. Porrò quod dicitur: & irrigabo terram putore ſanguinis tui ſuper mōtes, ſiue irrigabitur terra de ſtercoribus tuis ſuper mōtes, & ualles implebūtur ex te: illud ſignificat quod omnis ſuperbia & arrogās hæreticorum tumor, nō tam uitali & puro q̄ putrido atq; fœtenti ſanguine cōpleatur; iuxta illud quod ſcriptum eſt: Pone eos C ſicut ſtercus terræ. De quo ſanctus à dn̄o liberatur: Pſal.82.b Qui ſuſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigit pauperē. Ibid.112.a Vt collocet eū cum principibus, cū principibus populi ſui. Valles autē in ima depreſſæ: ut ſupra diximus: aut inferna ſignificāt aut humilē hæreticorū ſenſum, propter uoluptatē & terrenas opes cuncta facientiū. Qđ autē iungitur: Et operiā cum extinctus fueris cœlum, & nigreſcere faciam ſtellas eius; ſolē nube tegam, & luna nō dabit lumen ſuū; omnia luminaria cœli mœrere uel tenebreſcere faciam ſuper te: & dabo tenebras ſup terram tuam, ait dn̄s deus; ſi ſequamur literā, penitus intelligi nō poteſt. Quando enim interfecto Pharaone ſiue dracone, ſol et luna & ſtellæ nō dederūt lumen ſuum: & cœlum opertū eſt tenebris; iuxta illud poëticum: Impiaq; æternam timuerūt ſecula noctem? D Ergo hoc dicendum eſt, quod extincto Pharaone qui tranſfigurabat ſe in angelū lucis: de quo in alio loco ſcriptum eſt: Lux impiorum Iob.18.a extinguetur, cælum ſiue cœli operientur tenebris. De quibus & Paulus loquitur: Et ſpiritualia nequitiæ ī cœleſtibꝰ. Eph.6.b Et nigreſcere faciet dn̄s ſtellas eius, uel draconis uel cœli. Super quo & Iudas Apoſtolus ſcribit: Sidera errantia, quibus caligo tenebrarū in æternum reſeruatur. Iude.d Sol quoq; nube tegetur: Eſa.19.a ſol iniquitatis qui contrarius eſt ſoli iuſticiæ; nube aūt, uel ipſo dn̄o ſaluatore qui deſcendit in Aegyptum ſuper nubem leuem, nullo peccatoꝝ pondere prægrauatam; uel prophetis & Apoſtolis, de quibus legimus: Mandabo nubibus ne pluant ſuper eam imbrem. Ibid.6.b Et in pſalmis: Veritas tua uſq; ad nubes. Pſal.35.b Cū autem ſol iniquitatis fuerit obſcuratus; luna quam hæreticorum ſentimus eccleſiam, et quæ ſole iniquitatis lumen putabatur accipere, nō dabit lumē ſuū: nec decipiet credētes falſi nominis ſcientia. Omnia quoq; luminaria & quicquid uidetur in hæreticis eſſe doctrinæ, extincto dracone cæcabiť; ſiue mœrebūt principe perdito; ita ut ipſe dominus terram hæreticorum operiat tenebris, ignorantia ſcilicet ueritatis; ut cæci cæcos ducant in foueam; & habitatores terræ mittātur in tenebras exteriores; ubi eſt fletus & ſtridor dentium. Poſt hæc dicitur: Et iritabo cor populorum multorum: cum induxero con-

E tritionem ſiue captiuitatem tuam in gẽtibus ſuper
terram quã neſcis: ut qui prius Pharaoni ſeruierãt,
iraſcãtur cõtra eum: uidẽtes captiuitatẽ eius ad aliã
terram quã draco neſciebat eſſe perductã. Nec de-
bemus ambigere bonas eſſe terras quas Pharao ne-
ſciat, ſcilicet quãdo capti-
uitas Pharaonis alia ca-
ptiuitate mutatur: de qua
Pſal.67.d dicit̃ ad ſaluatorẽ. Aſcen
dens in altum, captiuam
duxit captiuitatem: acce-
pit, ſiue iuxta Apoſtolũ,
dedit dona hominibus.
Ephe.4.b Et ſtupeſcere, inquit, fa-
ciã ſuper te populos mul
tos: ut qui prius Pharao-
nis admirabãtur potẽtiã,
poſtea eũ admirentur de
ſuo culmine cecidiſſe. Re
ges quoq; populorũ hor
rore nimio formidabunt
ſuper eum, quorũ regna
dño diabolus oſtẽdit; &
de quibus in pſalmo dici
Pſal.2.a tur: Aſtiterũt reges ter-
ræ, & principes cõuene-
runt in unũ. Hoc aũt fiet
F cum uolare cœperit gla-
dius dñi ſup faciem eorũ:
ſubauditur regũ ſiue po-
pulorũ. Gladius autẽ dñi
intelligẽdus eſt uiuẽs ſer
mo dei & efficax & acu-
tus ſuper omnẽ gladium
ex utraq; parte acutũ: qui
uolat atq; diſcurrit & p-
ſtringit cernentiũ oculos
uultusq; deterret, ut ob-
ſtupeſcentes ſuper ruina
Pharaonis, ſe in illo ui-
deãt eſſe deiectos. Et dñi
Luc.2.c quidem gladius de quo ſcriptũ eſt: Ecce hic poſitus
eſt in ruinã & reſurrectionẽ multorũ, iacẽtes eleuat,
& male erectos humilitate cõmutat. Gladius aũt re
gis Babylonis ueniet ſuper draconẽ Aegyptiũ: ut
in gladijs fortiũ ſiue gigantiũ deijciat dñs multitu-
dinẽ eius qui regẽ Aegypti ſectabatur. Inexpugna
biles, inquit, ſiue peſtilẽtes de gẽtibus oẽs iſti: ut ma
li ad puniẽdũ tradãtur peioribus: de quibus ſcriptũ
Pſal.77.c eſt: Immiſſionẽ per angelos peſſimos. Et apoſtolus:
1.Tim.1.d Quos tradidi, inquit, ſatanæ: ut diſcant nõ blaſphe-
mare: uel in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus fiat.
Cum aũt per huiuſcemodi miniſtros deiecta fuerit
ſuperbia Aegypti & multitudo illius diſſipata: per-
dentur omnia iumẽta illius quæ erant ſuper aquas
plurimas: & nõ conturbabit eas pes hominis ultra.
Si eñ beatus qui ſeminat ſuper aquas ubi bos & aſi
nus calcat: ecõtrario infelix: qui ſimplices quidẽ ſuo
ultra poterit errore retinere: ita ut pes hominis nõ
calcet in eis: quo ne ſignũ quidẽ ſapiẽtiæ atq; ratio- G
nis aquæ Aegyptiæ in ſe habere uideãtur. Vngula
quoq; iumentorũ nõ turbabit eas: ut de limpidiſſi-
mis atq; nitẽtibus faciat turbidas atq; cœnoſas. Tũc
reddẽtur nõ ab alio ſed ab ipſo dño aquæ puriſſimę
quæ draconis fuerãt dña
tione turbatæ: ita ut flu-
mina earũ labãtur quaſi
oleũ: & ſint ueri luminis
nutrimẽtũ. Hæc aũt fiẽt,
cum dederit dñs terram
Aegypti deſolatã, et per-
diderit multitudinẽ eius,
& percuſſi fuerint oẽs
habitatores illius: ut iſto
profectu ſcire poſſint qđ
ipſe ſit dñs. Quod autem
iungitur. Planctus eſt, &
plangent eũ filiæ gẽtium
ſup Aegyptũ & ſup mul
titudinem eius plangent
eum, ait dñs deus: perſpi-
cuum eſt animas omniũ
gentiũ quæ prius oppreſ
ſæ fuerãt: ſiue earũ gẽtiũ
quæ nequaq; ĩ Aegypto
morabãtur, ſed in regio-
ne uiuentium, interfectũ H
draconẽ plãgere & oẽm
multitudinem eius: non
ſpe ſalutis: ſed qđ de tãta
potentia ſuo uitio & ſu-
perbia deiectus ſit in æ-
terna ſupplicia. a ¶ Et
factum eſt in duodecimo
anno, in quintadecima
menſis: factum eſt uerbũ
domini ad me dicens: Fi-
li hominis cane lugubre
&c.) Multum in hoc lo-
co Lxx. interpretũ ædi-
tio, & ordine & tranſlatione diſcordat: & quædam
in ea de Theodotione addita ſunt. Vnde neceſſe
habuimus & ipſam ponere: nequaq; parcentes lon
gitudini, & ſtudioſi lectoris diligentiæ ſeruientes.
b ¶ Et factum eſt in duodecimo anno &c.) Non
ignoro, faſtidioſam fore delicato lectori tantã inter
duas æditiones diſcrepantiam. Sed quid faciam ca-
lumniatoribus meis: qui ſi aliquid de Lxx. interpre
tum tranſlatiõe ſubtraxero: me ſacrilegum & abſq;
timore dñi uociferãtur: maxime qui cũ in fidei ueri
tate diſcordẽt & Manichæorum ſequãtur errores,
in eo imperitorum animas cõmouent, ſi de ueteri
quippiam mõſtrare potuerint mutatum conſuetu-
dine: libentius errare cupiẽtes, q; aliquid ab æmulo
uerum diſcere. Et interim iuxta hiſtoriam manife-
ſtus eſt ſenſus. In eodem enim anno duodecimo, &
in eodem, ut putamus menſe: ſed non in una, ut ſu-
pra menſis: uerum in quintadecima die, nequaquã



tuæ.) Quia hæc dicit dñs deus: Gladius re-
gis Babylonis ueniet tibi. In gladijs fortium
(ſiue gigantiũ) deijciã multitudinẽ (ſiue for-
titudinẽ) tuã: inexpugnabiles gentes oẽs hæ,
(ſiue peſtilẽtes de gentibus cunctis): & uaſta
bunt (ſiue perdent) ſuperbiam uel iniuriam
Aegypti: & diſſipabitur multitudo eius (ſiue
cõteretur omnis fortitudo illius.) Et perdam
oĩa iumẽta eius quæ erãt ſuper aquas plu-
rimas (ſiue ab aquis multis:) & nõ conturba
bit eas pes hominis ultra neq; ungula iumẽ-
torũ turbabit (ſiue calcabit) eas: Tunc puriſſi
mas reddam aquas eorũ: (ſiue ut aliquando
quieſcant aquæ eorũ:) & flumina eorũ quaſi
oleum adducam (ſiue ut oleũ fluent) ait dñs
deus: cum dedero terrã Aegypti deſolatam
(ſiue perditam.) Deſeretur autem terra à ple
nitudine ſua (ſiue cũ plenitudine) quãdo per
cuſſero (ſiue diſſeminauero) oẽs habitatores
eius: & ſcient quia ego ſum dñs. Plãctus eſt:
& plangẽt eũ filiæ gẽtium ſuper Aegyptum
& ſuper multitudinem eius (ſiue omni forti-
tudine illius:) plangent eum, ait dñs deus.

a HEB. Et factũm eſt in duodecimo an-
no, in quintadeci-
ma menſis: factum

b SEP. Et factũm eſt in duodecimo an-
no in quintadecima
menſis: factus eſt
ſermo



A ſuper Pharaone: ſed ſuper fortitudine ſiue multitu-
dine Aegypti plãctus aſſumitur: qui detrahitur de
ſuperbia ſua cũ uniuerſis filiabus ſuis, ſiue gentium
robuſtarum, ad terrã ultimã: id eſt in pfundum in-
ferni: diciturq; ad regẽ Aegypti: Quo melior es, ut
mortem merearis
euadere? Cum eñ
Aſſur & Elã, id eſt
Perſæ: & Moſoch
q interpretãt Cap-
padoces: & Thu-
bal, quos alij Ibe-
ros, alij Italos intel-
ligi uolũt: Idumæi
quoq; & principes
aquilonis ac Sido-
nij cũ uniuerſis ex-
ercitibus ſuis, quo-
rum auxilio horro
rem cũctis gẽtibus
præbuerũt, mortui
ſint & ĩterfecti gla-
dio: & poſuerĩt gla
dios ſuos ſub capi-
tibus ſuis: quod di
ctum ἐμφατικώτερον
accipiẽdum eſt: tu
ſolus poteris nõ ea-
dẽ ſuſtinere? Quin
potius cum uideris
B tãtam tecum apud
inferos multitudi-
nem dormiẽtium:
& ſepulchrum tuũ
fortiſſimorũ quon
dam principũ cir-
cundari memorijs:
habebis cõſolatio-
nẽ, leuiora tormen
ta æſtimãs cõſortio
plurimorũ. Hęc in-
terim iuxta ſimpli-
cẽ ſenſum ſtrictim
dixiſſe ſufficiat.
Nunc eadẽ breui-
tate, quantũ expla-
nationis patitur difficultas: ſpiritualis intelligentiæ
ſumma quæq; carpamus. Supra una menſis die fa-
ctus eſt ſermo dñi ad pphetã: hic quintadecima. In
prima aũt die, hoc eſt in kalendis, mẽſis exordiũ eſt:
in quintadecima, quãdo totus lunę orbis impletur:
& ſi quidẽ primus mẽſis fuerit, azymorũ eſt prima
dies: ſin autẽ ſeptimus, ſcenophegiarũ, quãdo figun
tur tabernacula: Quæ ſolennitates apud Hebræos
uel maximæ ſunt. Fit autẽ planctus ſuper fortitudi
nem Aegypti, ut fortis in malo eſſe deſiſtat: & reci-
piat infirmitatẽ: & quãdo infirmior fuerit, tũc for-
tior ſit. Pro fortitudine Aegypti: ĩ Hebraico habet
Matth.7.b multitudinẽ. Lata eñ & ſpacioſa uia eſt quæ ducit
ad mortẽ: & multi ingrediũtur per eã: ſicut ecõtra- C
rio dicitur ad Iſraël: Vos aũt eſtis pauci inter oẽs Gen.34.d
gentes: ſemper eñ uirtus rara eſt: & arta & anguſta Deut.28.g
uia quæ ducit ad uitã, & pauci ſunt qui ingrediũtur
per eã. Quod aũt Aegyptus plãgitur, & mortuæ fi-
liæ eius iuxta Lxx.
ſiue gẽtiũ robuſta-
rum deducũtur ad
terrã ultimã in lacũ
ſiue in foueã pfun
diſſimã: ſignificant
animæ ĩ Aegypto
huius ſeculi cõmo-
rãtes: quæ perdide
runt eum qui dicit:
Ego ſũ uita: & pec- Ioan.14.a
catis mortuæ, pon
dere eorũ ad infe-
ros detrahũtur: di-
cente peccatore:
Qm iniqtates meæ Pſal.37.a
ſupergreſſę ſunt ca
put meũ: ſicut on9
graue grauatæ ſũt
ſuper me. Iſtæ ſunt
de qbus ſcriptũ eſt
in alio loco: Ingre- Ibid.62.c
diẽtur in inferiora
terræ tradentur in
manus gladij, par-
tes uulpium erunt.
Qui enim fodit fo- Eccles.10.b
ueam, incidet in eã. D
Vnde & legimus:
Lacum aperuit & Pſal.7.d
effodit eũ: et incidit
in foueã quã fecit.
Quodq; ſequitur:
Quo pulchrior es
deſcende & dormi
cũ incircuncĩſis: p-
pprie ad Pharaonẽ
regẽ Aegypti ſer-
mo dirigitur: ſiue
ut in Lxx. de Theo
dotione additũ eſt
ad ipſam Aegyptũ: De aqua pulcherrima deſcende
& dormi cũ incircũciſis. Quod ſpecialiter ad eũ per
tinet: qui in baptiſmate Chriſti renatus, et audiẽs cũ
eccleſia: Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit dealbata, innitens
ſuper fratruelẽ ſuũ? poſtea uel fornicatione uel alijs
uitijs ſordidatus, eijcitur de eccleſia: et dicitur ad eũ:
De aqua pulcherrima deſcẽde & dormi cũ incircũ-
ciſis: id eſt, cũ immũdis: iuxta illũ ſenſum quẽ ponit
Apoſtolus: Nos ſumus circũciſio: q in ſpiritu deo Philip.3.a
ſeruiẽtes & gloriãtes in dño: & nõ in carne cõfiden-
tes. Hi omnes in medio uulneratorũ ſiue interfecto
rũ cadẽt cũ Pharaone: illo gladio quẽ uenit mittere
dñs ſuper terrã. Sicut enim Chriſti gladius bonos à



HEB. eſt uerbum dñi ad
me, dicens: Fili hominis,
cane lugubre ſuper multi
tudinem Aegypti: & de-
trahe eam ipſam & filias
gẽtium robuſtarũ ad ter-
ram ultimam cum his qui
deſcẽdunt in lacum. Quo
pulchrior es, deſcende &
dormi cum incircũciſis. In
medio interfectorum gla
dio cadent: gladius datus
eſt: attraxerũt eã & oẽs
populos eius. Loquentur
ei potentiſſimi robuſto-
rum de medio inferni: qui
cũ auxiliatoribus eius de-
ſcenderunt & dormierũt
cum incircunciſis interfe-
ctisq; gladio. Ibi Aſſur &
omnis multitudo eius: in
circuitu illius ſepulchra il-
lius, omnes interfecti &
qui ceciderũt gladio: quo-
rum data ſunt ſepulchra
in nouiſſimis laci: & facta
eſt multitudo eius per gy-
rũ ſepulchri eius, uniuerſi
interfecti cadentesq; gla-
dio: qui dederant quon-
dam formidinem in terra

SEP. ſermo dñi ad me, di-
cens: Fili hoĩs, plange ſup
multitudinẽ Aegypti: &
deducẽt filias eius gentes
mortuas in pfundũ terræ
ad eos qui deſcẽdũt in fo-
ueã. (Porrò ſub aſteriſcis
additũ eſt *) De aqua pul-
cherrima deſcẽde, & dor-
mi cũ incircũciſis. (Rurſũ
ordo ſeqt̃.) In medio uul-
neratorũ gladio cadẽt cũ
eo: & dormiet oĩs fortitu-
do eius: & dicẽt tibi gigan
tes, in pfũdo foueæ: deſcẽ
de quo melior es: deſcẽde
& dormi cũ incircũciſis in
medio uulneratorum gla
dio. Ibi Aſſur & oĩs cõgre
gatio eius. (Qđ q; ſeqt̃.)
Oẽs uulnerati ibi dati ſũt
& ſepulchrũ eius in pfun
do foueæ: & facta eſt con-
gregatio eius: (in Hebrai-
co nõ habet, ſed à Lxx. ad
ditum eſt. Rurſum dicit:)
In circuitu ſepulchri eius
oẽs uulnerati q ceciderant
gladio. (Et iterũ de æditio
ne Theodotiõis ſub aſte-
ricis additũ eſt *) Qui de-
derunt

E malis ſeparat dicẽs; Nõ ueni pacẽ mittere ſuꝑ terrã
Matth.10.d ſed gladiũ; ſic hæreticorũ gladius oẽs trũcat pplos,
& uulneratos ad infernũ deducit. Iſti ſunt gigantes
potẽtiſſimi & rebelles & ponẽtes ĩ excelſum os ſuũ;
& quãto per ſuperbiã ſe ad excelſa ſuſtollunt, tanto
ad ꝓfundũ foueæ
& in inferni nouiſ-
ſima detrahũtur; q
oẽs interfecti ſunt
gladio. Et ut ſciret
uel Pharao uel oĩs
Aegypti fortitudo
quæ ad inferna de-
tracta eſt, quos ha-
beret in pœnis ſo-
cios, ſequẽs ſermo
demõſtrat. Ibi Aſ-
ſur & oĩs multitu-
do eius; uel ſynago
ga eius. Princeps
enim hæreticorum
diabolus; cuius ue-
re cõgregatio ſyna
goga eſt; de qua in
Apocalypſi dicit;
Apoc.2.c Qui ſunt ſynago-
gæ ſatanæ. Sequen
tes autẽ uerſiculos
F qui obelo prænotã
tur, ꝑtereũdos pu-
to dicendumq; qđ
habetur in Hebrai
co; In circuitu illius
ſepulchra eorũ; ui-
delicet deceptorũ
ab eo. Qui oẽs uul
nerati uel interfe-
cti ſunt gladio: &
ideo corruerũt quo-
rum ſepulchra data
ſunt in nouiſſimis
laci. Qđ autẽ lacus
uocetur infernus;
perſpicue pſalmus ille demõſtrat; in quo pœnitens
Pſal.27.a loquitur; Aſſimilatus ſum cũ his qui deſcendunt in
lacum. Quẽ nequaq; debemus iuxta Latini ſermo-
nis proprietatẽ eum intelligere qui Græce λίμνη di-
citur; ut eſt lacus Tiberiadis; & lacus Larius, & Be-
nacus, multiq; alij, ſed quas nos ſolemus appellare
ciſternas. Quos lacus, quia aquas refrigerãt & oẽm
ab eis calorem ſpiritus auferunt; peccatores cũctiq;
hæretici fodiunt; & quantum in mea memoria eſt,
nullum ſanctorũ lacum, id eſt, ciſternam fodiſſe, ſcri
2.Para.26.b ptura teſtatur, ſed omnes peccatores; quorum fuit
Ozias rex leproſus; & qui per ſuã ſuperbiã corruit;
de quo ſcribitur, quod homo fuerit terræ operibus
incubãs; & multas ſuperbiæ turres ædificarit in an-
Prouer.5.c gulis, & lacus foderit. Ecõtrario ad iuſtũ dicit; Bibe
aquã de tuis uaſis; & de puteorũ tuorũ fontibus. Et
rurſum; Fons aquæ tuæ ſit ꝓprius. Vnde loquitur G
& dñs; Me dereliquerũt fontẽ aquæ uiuæ; & fode- Hiere.2.c
runt ſibi lacus; id eſt, ciſternas, quæ aquas cõtinere
nõ poſſunt. Sequit; Et facta eſt multitudo eius per
gyrũ ſepulchri eius. Hi oẽs cingũt Aſſyriũ, & eſt eo
rũ plurima multitu
do; q uniuerſi uul-
nerati ſunt & inter
fecti, & cadẽtes gla
dio. Nemo em̃ eo-
rum ſtare poteſt cũ
Moyſe, nec audire;
qui ſtatis in domo
dñi; ſed oẽs uulne-
rati ĩterfectiq; ſunt
et cadẽtes; q quõdã
dederãt formidinẽ
in terra uiuẽtiũ for
midinẽ aũt his qui
erãt eccleſijs ꝓpoſi
ti; ne in terra uiuen
tiũ facerẽt populos
mortuoꝝ, et ſimpli
ces quoſq; decipe-
rẽt. Vnde & Paulꝰ
aiebat; Timeo aũt; 2.Cor.11.a
ne forte ſicut ſer-
pẽs decepit Euam
malicia ſua; ita cor- H
rũpãtur ſenſus ue-
ſtri à ſimplicitate q̃
eſt in Chriſto. Sed
hic timor ſpe dñi
mitigatur, dicente
eccleſiaſtico uiro.
Dñs illũinatio mea Pſal.26.g
& ſalus mea, quem
timebo? Dñs pro-
tector uitæ meæ, à
quo trepidabo?
Poſt hæc dicit; Ibi
Aelã & oĩs multi-
tudo eius per gyrũ
ſepulchri eius; haud dubiũ quin Aſſyrij. Aelam in עֵילָם
linguã noſtrã uertitur aſcẽſus eorũ. Omnes em̃ qui
Chriſti humilitate cõtempta, diaboli aſcẽdere ſuper
biã, & ſe in falſi nominis ſciẽtia eſſe aliquid æſtima-
uerũt; Aelamitæ ſunt nuncupãdi; qui Aſſyrij regis
ſepulchrũ ambiũt; & interfecti ſunt uulneratiq; gla-
dio; Et licet in excelſo poſuerint os ſuũ; tamẽ deſcẽ-
derũt immũdi & incircũciſi ad terrã ultimã; ut quã-
to ſublimius fuerant eleuati, tanto fortius caderent.
Iſti poſuerunt terrorem ſuũ non ſemel, ſed ſecundo
in terra uiuentium. Quis enim eccleſiaſticorum ab
huiuſcemodi Aelamitarũ terrore ſecurus eſt; & nõ
aliquẽ ſui perdidit gregis? Pulchreq; eccleſia Chri-
ſti appellatur terra uiuẽtiũ; ut ecõtrario hæreticorũ
cõciliabula mortuorũ terra eſſe credãtur. Et porta-
uerunt, inquit, ignominiam ſiue tormentum ſuum
cum

HEB. uiuentium. Ibi Aelã
& omnis multitudo eius
per gyrũ ſepulchri illius;
omnes hi interfecti ruen-
teſq; gladio; qui deſcẽde-
runt incircũciſi ad terram
ultimã qui poſuerunt ter-
rorem ſuum in terra uiuẽ
tium; & portauerũt igno-
miniam ſuã cũ his qui de-
ſcẽdunt in lacũ. In medio
interfectorũ poſuerũt cu-
bile eius in uniuerſis po-
pulis eius; in circuitu eius
ſepulchrũ illius. Om̃es hi
incircũciſi interfectiq; gla
dio. Dederant em̃ terrorẽ
in terra uiuentium; & por
tauerũt ignominiã ſuam
cum his qui deſcẽdunt in
lacum: in medio interfe-
ctorũ poſiti ſunt. Ibi Mo-
ſoch & Thubal & omnis
multitudo eius; in circuitu
illius ſepulchra eius. Oẽs
hi incircunciſi interfectiq;
cadentes gladio: qui de-
derunt formidinem ſuam
in terra uiuentium. Et nõ

SEP. derũt ſepulchra eius
in lateribus laci; & facta ẽ
congregatio in circuitu ſe
pulchri eius. Omnes iſti
uulnerati cadenteſq; gla-
dio. (Poſt quæ poſuere
Lxx.) Qui dederũt timo-
rem ſuũ in terra uitæ. Ibi
Aelam & omnis fortitu-
do eius ĩ circuitu ſepulchri
eius, om̃es uulnerati & ca-
dẽtes gladio; & qui deſcẽ-
dunt incircunciſi in terræ
profundum: qui dederũt
terrorem ſuum in terra ui
tæ, & acceperunt tormen-
tum ſuũ cum his q deſcẽ-
dunt in foueam in medio
uulneratorum. Ibi dati
ſunt Moſoch & Thubal
& om̃is fortitudo eorum
in circuitu ſepulchri eius,
omnes uulnerati eius, uni
uerſi incircũciſi et uulnera
ti gladio; qui dederũt ter-
rorem ſuum ſuper terram
uitæ; & non dormierunt
cum gigantibus qui ceci-
derunt ab æterno; qui de-
ſcende



A cum his quos ſecum detraxerunt in lacũ & in pro-
fundum inferni; quorum cubile in medio interfe-
ctorum eſt; eorũ uidelicet quos ſuo mucrone iugu
larunt, & circũdantur huiuſcemodi populis. Hi po
puli, Aſſyrij regis populi ſunt; et licet circũciſos eſſe
ſe iactent; tamẽ in-
circunciſi interfe-
ctiq; ſũt gladio: &
tertio dederũt ter-
rorem atq; formi-
dinẽ in terra uiuẽ-
tium. Vnde porta
uerunt tormẽtum
ſuũ atq; ſuppliciũ
in medio eorum,
quos ſuis fraudi-
bus deceperũt. Ibi
quoq; eſt, id eſt, iu-
xta Aſſyrium Mo
ſoch & Thubal &
omnis multitudo
eius in circuitu ſe-
pulchri eius; om̃es
incircũciſi interfe-
ctiq; & cadẽtes gla
dio; q dederant for
midinẽ ſuã in terra
uiuentiũ. Pro Mo
B ſoch & Thubal,
Symmachꝰ & The
odotio interpreta-
ti ſunt cubile eoꝝ,
ut oſtenderent cu-
bilia hęreticorum,
imò foueas ſempi-
ternas, Aſſyrij re-
gis eſſe ſupplicia.
Moſoch interpre-
tatur inſania, Thu-
bal conuerſio; non
in bonum à malo,
ſed de bono in ma
lum; ſiue uniuerſa,
ut oſtendat oẽs hæ
reticos inſanire &
pari ſtudio ad peio
ra cõuerti. Nec mi
rum ſi inſanientes
& coaceruati in ma
lum habent multi-
tudinem, cum Aegyptij regis ſocij ſint qui gaudet
multitudine. Omnes hi interfecti gladio, qui dede-
rant formidinẽ ſuã, non ſemel nec ſecundo, ſed ter-
tio in terra uiuentiũ, de quibus ſupra plenius dixi-
mus. Sequitur; Et non dormient cum fortibus ſiue
gigantibus cadentibuſq; & non circuncíſis qui de-
ſcenderunt ad infernum cum armis ſuis, & poſue-
runt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & fuerunt ini-
quitates eorum in oſſibus eorum; quia terror for-
tium facti ſunt in terra uiuentiũ. Hi, inquit, qui hæ- C
reticorum principes extiterant; ad tantum maliciæ
peruenere culmen atq; cruciatum; ut nec cum forti
bus atq; gigãtibus qui à principio corruerunt, ſimi
lia mereantur ferre ſupplicia. Qui nequaq; erroris
ſui acta pœnitẽtia;
deſcenderũt ad in-
feros cũ armis ſuis
rebelles cõtra deũ
& eccleſiã eius: ſe-
cum arma deferen
tes, de quibus ſcri-
ptũ eſt; Filij homi-
num dẽtes eorũ, ar
ma & ſagittę, & po
ſuerũt, ait, gladios
ſuos ſub capitibus
ſuis; requieſcentes
in animo ꝑduelli:
& pro ſumma ui-
ctoria, ſententiarũ
ſuarũ iacula cõple-
xantes; intãtum ut
iniquitates eoꝝ fu
erint in oſſibus eo
rũ, hoc eſt, fortiſſi-
ma figmenta, & er
roris ſui dogmata
poſſidentes. Quia D
terror fortiũ facti
ſunt in uita ſua; ſi-
ue in terra uiuẽtiũ.
Quod quarto dici
tur; ut fortiſſimos
quoſq; & habẽtes
ſciẽtiam ſcriptura-
rũ & qui eſſent de
regione uiuentiũ,
ſua ꝑuerſitate ter-
rerent; dum deſcẽ-
dunt ad infernum
cum armis ſuis &
ponunt gladios ſu
os ſub capitibus ſu
is, & iniquitates eo
rum uſque ad oſſa
perueniunt. Poſt
hæc ſcriptũ eſt; Et
tu ergo in medio
incircunciſoꝝ con
tereris; quod uel ad Pharaonem uel ad fortitudinẽ
ſiue multitudinẽ Aegypti dicitur; quod & ipſa con
teratur, iuxta illud quod ſcriptũ eſt; Deus aũt conte Roma.16.c
rat ſatanam ſub pedibus ueſtris uelociter. Et dor-
mies, inquit, cũ interfectis gladio, ſomno perpetuo.
Ibi cum Aſſyrio, & cũ Aegyptia multitudine erit
Idumæa & reges eius, oẽs qui terrenis operibus ſer
uierũt ſiue ſanguine delectati ſunt. Etenim Idumęa
& terrenam & ſanguinariã ſonat. Oẽs reges & uni-
uerſi

HEB. dormiẽt cũ fortibus
cadentibuſq; & incircũci-
ſis; qui deſcẽderũt ad infer
nũ cũ armis ſuis, & poſue
rũt gladios ſuos ſub capi-
tibus ſuis, & fuerũt iniq̃ta
tes eoꝝ in oſſibus eorum;
quia terror fortiũ facti ſũt
in terra uiuẽtiũ. Et tu ergo
in medio incircũciſorũ cõ
tereris, & dormies cũ ĩter-
fectis gladio. Ibi Idumæa
& reges eius, & oẽs duces
eius qui dati ſunt cum ex-
ercitu ſuo cum interfectis
gladio, & qui cũ incircũci-
ſis dormierũt, & cũ his q
deſcẽderunt in lacum. Ibi
principes aq̃lonis oẽs: &
uniuerſi Sidonij (ſiue ue-
natores) qui deducti ſunt
cũ interfectis pauentes, &
in ſua formidine confuſi;
quia dormierũt incircũciſi
cum interfectis gladio, &
portauerũt confuſionem
ſuã cũ his qui deſcendunt
in lacum. Vidit eos Pha-
rao, & cõſolatus eſt ſuper
uniuerſa multitudine ſua
quæ interfecta eſt gladio
Pharao & om̃is exercitus
eius, ait dominus deus.
Quia dedi terrorẽ meũ in

SEP. ſcenderũt in infernũ
cum armis quibus utebã-
tur ad bella, & poſuerunt
gladios ſuos ſub capitibus
ſuis; & factæ ſunt iniquita
tes eorum in oſſibus eoꝝ;
quia terruerunt gigantes
in uita ſua. Et tu in medio
incircunciſorum contere-
ris; & dormies cum uulne
ratis gladio. Ibi Edom &
reges eius & omnes prin-
cipes Aſſur qui dederunt
fortitudinem eius in uul-
nere gladij; iſti cum uulne
ratis dormierunt cum his
qui deſcenderunt in foue-
am. Ibi principes aquilo-
nis omnes uniuerſi magi-
ſtratus Aſſur, qui deſcen-
derunt uulnerati cum ter-
rore ſuo, & in fortitudine
ſua confuſi dormierũt in-
circunciſi cum uulneratis
gladio; & abſtulerunt tor-
mentum ſuum cum deſcẽ
dentibus in foueam. Vi-
debit eos Pharao & cõſo-
lationem accipiet ſuper o-
mni fortitudine eorũ; uul-
nerati gladio Pharao, &
omnis fortitudo eius, di-
cit dominus deus. Quia
dedi formidinẽ eius ſuper
terram

E uerſi principes de quibus crebro & Apoſtolus loquitur, Philip.3.d terrenis operibus incubātes, & effundentes quotidie ſanguinē eorum quos ſua fraude deceperint, cū incircūciſis & immūdis dormierūt: & cū his qui deſcēderunt in lacū, de quibus ſupra diximus. In ipſo comitatu erūt & principes aqlonis: à quo exardeſcunt mala ſuper Hiere.1.c terrã. Et à quo uel ĩ Hieremia uel in hoc eodē ꝓpheta, olla illa plena car- Ezech.24.d niū oſſiūq; ſuccendit̃. Et nō ſolum principes aquilonis, uerū oēs magiſtratus Aſſur: ꝓ quo in Hebraico uerius poſitū eſt, uniuerſi Sidonij: quos nos in uenatores uertimus, iuxta illud qđ ſcri- Pſal.123.a ptū eſt: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantiū: ꝓ quo in Hebraico poſitum eſt, Sidoniorū. Qui Sidonij ſiue uenatores, dēducētur ad inferos pauētes: in ſua quondã confiſi fortitudine: & dormient immūdi, F & portabūt cōfuſionē ſiue tormentū ſuū: habentes malæ cōſciētiæ pœnitudinē ſempiternã: ita ut ignis eoꝝ nō extinguat̃: & uermis eorū non moriatur. Quos omnes cū uiderit Pharao cōſolabitur, uel habens adhuc maliciam priſtinã: & multos pœnæ ſuæ ſocios habere ſe cernens: uel certe cōſolatus eſt, uidēs & illos cōfundi in ſupplicijs & terroribus ſuis, ſuꝑ uniuerſa mltitudine ſua quæ interfecta eſt gladio, Pharaonis ſcilicet uel omniū ſociorū eius: præcipueq; Aſſyrij regis & Moſoch & Thubal & Idumæorū, & principum aquilonis & Sidoniorum. Hi eñ dederant terrorē ſuū in terra uiuentium. Quod quinto dicit̃: ut omnes iſtiuſmodi nationes cauere & fugere debeamus: quæ cūctis nos ſenſibus deceperūt, & ſcire eſſe horribiles: nec facile poſſe uitari: niſi omni cuſtodia ſeruauerimus cor noſtrū. Dormiuit, inquit, & ipſe Pharao cum ſocijs ſuis interfectis gladio: qui ſocij multitudo eius ſunt: per latam & ſpacioſam uiam pergētes ad ſupplicia ſempiterna. Cap. XXXIII. ET factum eſt uerbū dñi ad me dicens; Fili &c.)

HEB. terra uiuentiū & dormiuit in medio incircunciſorum cū interfectis gladio, Pharao & oms multitudo eius, ait dominus deus.

SEP. terram uitæ, & dormiet in medio in circūciſorum cū uulneratis gladio, Pharao & omnis multitudo eius, dicit dominus deus.

Cap. XXXIII.

a ET factûm eſt uerbū dñi ad me, dicēs: Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cū induxero ſuper eã gladium: & tulerit populus terræ uirū unū de nouiſſimis ſuis: (ſiue hominem unum de ſuis); & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorē, & ille uiderit gladiū uenientē ſuper terrã: & cecinerit buccina, & annunciauerit populo. Audiens autē quiſquis ille eſt ſonitū buccinæ & non ſe obſeruauerit: ueneritq; gladius & tulerit (ſiue cōprehenderit) eum: ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. Sonitū uel uocē buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit: ſanguis eius in ipſo erit: ſi aūt ſe cuſtodierit, animam ſuã ſaluabit. Quod ſi ſpeculator uiderit gladium uenientem, & non inſonuerit buccina, & populus nō ſe cuſtodierit: ueneritq; gladius & tulerit de his animam: ille quidē in iniquitate ſua captus eſt: ſanguinē autē eius de manu ſpeculatoris requiram. Et tu fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſraël. Audiens ergo ex ore meo ſermonem: annunciabis eis ex me: Si me dicente ad impiū: impie morte morieris, nō fueris locutus ut ſe cuſtodiat impius à uia ſua: ipſe impius in iniqui

G Rurſum ad prophetam ſermo fit dñi qui aliquãto ſiluerat tempore: eo quod nō poſſit ꝓpheta nec humana fragilitas iuge ad ſe atq; cōtinuū ſuſtinere uaticinium: & loquit̃ eadē quæ in ſuperioribus continentur. Fili hominis ſpeculatorē dedi te domui Iſraël, & audies ex ore meo uerbum, & cōminaberis eis ex me, in eo qđ dicam iniquo, morte morieris: & nō annūciaſti ei: nec locutus es ut annunciares iniquo & cōuerteretur à uijs ſuis & uiueret: iniquus ille in iniqtate ſua moriet̃, & ſanguinē eius de manu tua requirã. Et tu ſi annunciaueris iniquo, & non cōuerſus fuerit ab iniqtate ſua et à uia ſua, iniquus ille in iniquitate ſua moriet̃, & tu animã tuã liberaſti. Quæ ſi diligēter inſpicias: intelligis ſimilia quidē eſſe: ſed nō eadem, dū in pleriſq; diſcordãt. Et hoc in omnibus ſcripturis ſanctis obſeruare debemus: ubi uidetur aliqua ſilitudo eſſe H ſentētiæ: nō in omnibus eadē dici: ſed uel ſubtrahi pleraq; uel addi: & ſingulorum inter ſe uerborū diſcrepantiã habere rationē. Et interim priuſq; ad altiora ueniamus, breuis eſt explicãda ſententia. Si ſpeculator fuerit cōſtitutus in populis, ut annunciet gladium dñi iramq; uenientē: & annūciãte eo populus audire noluerit, ſpeculator liber erit: & ille qui oppreſſus eſt gladio, ipſe ſanguinis ſui ſuſtinebit reatū: quod ſi audierit, ſaluabit animam ſuam. Si aūt ſpeculator non ſonuerit buccina, & populus ignorãs uēturum gladiū nequaquàm ſe obſeruauerit: populus quidem in ſua morietur iniquitate, attamē ſanguinem moriētis de ſpeculatoris requiram manu. Et ut ſciret propheta Ezechiel generalem diſputationem ad ſe potiſſimum pertinere. Et tu, inquit, fili hominis, non à terra & à populo terræ, ut ſupra dixi, ſed à me cōſtitutus es ſpeculator domui Iſraël. Si ergo me dicente ad impium: impie morte morieris, non fueris locutus ad eum ut ſe cuſtodiat & de interitu liberetur: & ille quidem in ſua iniquitate moriet̃



A morietur quam prius cōmiſerat, & de qua ſi annūciaſſes potuit liberari: ſanguinem eius de manu tua requiram. Quod ſi tu annunciaueris atq; præceperis impio ut conuertatur à uijs ſuis peſſimis, & ille hoc facere noluerit: ille quidē in ſua iniquitate morietur: tu autem liberaſti de interitu negligentiæ animam tuã. Ex quibus uerbis diſcimus, poſſe hominē quuis iniquū & impiū ſi magiſtri uerba audierit & egerit pœnitentiam, à ſua impietate ſaluari: nec minus magiſtrū ſubire diſcrimen ſi docere noluerit: uel timore diſcriminis uel deſperatione peccantis, dū reus eſt ſanguinis eius q liberari potuit & de morte erui: niſi magiſtri ſilentio cōcidiſſet: & in utroq; liberū ſeruari arbitriū, dū & in magiſtri uolūtate eſt uel tacere uel loqui: & in auditoris arbitrio uel audire & facere atque ſaluari, uel contemnere & ꝓprio B perire contēptu. Nec ſtatim ſequit̃: ut quia ꝓpheta prædicit, ueniat quod prædixit: Nō enim prædicit ut ueniat, ſed ne ueniat: nec quia deus loquitur, neceſſe eſt fieri quod minatur, ſed ideo comminatur, ut conuertatur ad pœnitentiam cui minatur, & non fiat quod futurū eſt ſi uerba dñi contemnantur. Poſſumus autē tripliciter locum iſtū diſſerere: ut terra quæ ſibi ſpeculatorem cōſtituit: uel iuxta literã terra Iudæa ſit: uel iuxta ſpiritualem intelligentiam eccleſia: quæ ſæpe de nouiſſimis populi ſui ſpeculatorem eligit: illum 1.Cor.15.a uidelicet quē & Apoſtolus ſcribens ad Corinthios aſſumit iudicem: uel certe anima credentis quæ mētem atque rationem præponit populo ac turbæ cogitationum ſuarum: ut non omnia cogitationū incentiua ſuſcipiat, ſed iudicet atque diſcernat quæ ſectanda ſibi quæ ue fugienda ſint. Speculator terræ Iudææ, uel rex poteſt intelligi uel propheta: ſpeculator autē eccleſiæ, uel epiſcopus uel presbyter qui à populo electus eſt: & ſcripturarum lectione cognoſcens & præuidens quæ futura ſint, annunciet populo & corrigat delinquentem. Vnde magnopere formidandum eſt, ne ad hoc officium accedamus indigni: & aſſumpti à populo, negligētiæ nos demus atque deſidiæ: & quod his peius eſt, delicijs uentriq; & ocio ſeruientes, honorem nos accepiſſe Matth.20.d putemus nō miniſterium. Siquidem filius hominis

in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autē eius de manu tua requiram. Sin autem annūciante te ad impium ut à uijs ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à uia ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò tu animam a tuam liberaſti. Tû ergo fili hominis dic ad domum Iſraël: ſic locuti eſtis dicentes: Iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuꝑ nos ſunt: & in ipſis nos tabeſcimus: quomodo ergo uiuere poterimus? Dic ad eos: Viuo ego dicit dominus deus: Nolo mortem impij, ſed ut reuertatur impius à uia ſua & uiuat: Conuertimini à uijs ueſtris peſſimis: Et quare moriemini domus Iſraël? Tu itaque fili hominis, dic ad filios populi tui: Iuſticia iuſti non liberabit eum in quacunq; die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei, in quacunq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua: & iuſtus non poterit uiuere in iuſticia ſua in quacunq; die peccauerit. Etiam ſi dixero iuſto quod uita uiuat, & cōfiſus in iuſticia ſua fecerit iniquitatem: omnes iuſticiæ eius obliuioni tradētur: & in iniquitate ſua quã operatus eſt, in ipſa morietur. Sin autem dixero impio

non uenit miniſtrari ſed miniſtrare, & pedes diſci- C
pulorum lauit: ut oſtenderet omnes ſordes & uitia Ioan.13.a
à magiſtris in diſcipulis debere dilui atq; purgari. Nec ſtatim reſpondeamus: quid prodeſt docere: ſi nolit auditor facere quod docueris? Vnuſquiſque enim ex ſuo animo atq; officio iudicatur: Tu ſi locutus nō fueris: ille ſi audire cōtempſerit. De magiſtris negligentibus Salomon loquitur: Sapien- Eccli.20.d
tia abſcondita & theſaurus occultus: quę utilitas in utriſq;? Tale qđ ſignificatur & in euãgelio, qđ Mar.9.g
qui ſcandalizauerit unū de minimis eccleſiæ, expediat ei ut alliget̃ ad collum eius mola aſinaria et abijciat̃ in profundū: q; in ſpecula cōſtitutus, plurimis noceat. a ¶Tu ergo fili hominis dic ad domum Iſraël: ſic locuti eſtis dicentes: Iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos &c.) Si negligenter legamus: uidetur nobis eadem prophetia D
eſſe quæ ſupra, in qua dicitur: Nunquid uolēs cu- Supra.18.g
pio mortem iniqui, dicit dominus: niſi cōuerti eū à uia ſua mala & uiuere? Et in fine eiuſdē prophetiæ: Conuertimini & redite ab uniuerſis impietatibus ueſtris, & non erunt uobis in tormentū iniquitates. Ibi enim ad eos ſermo fit qui uolunt agere pœnitentiam & iuſticia peccata delere: ut cum fiducia conuertantur & pleno animo agant pœnitentiam. Hic autem ad eos loquitur qui magnitudine peccatorum imò impietatum ſuarum deſperant ſalutem & dicunt: Iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuꝑ nos ſunt, & in ipſis tabeſcimus: quomodo ergo uiuere poterimus? Et eſt ſenſus: Cū ſemel nobis mors ꝓpoſita ſit: & uulneribus noſtris nulla medicina poſſit reſtituere ſanitatē: quid neceſſe eſt laborare & fruſtra cōſumi, & præſentē uitã nō cū deſperatione trãſigere, ut ſaltē hac fruamur: quia futuram perdidimus? Quibus reſpōdet deus, non uelle ſe mortē impij, ſed ut reuertat̃ & uiuat. Et apoſtropham facit ad impios deſperãtes: cōuertimini à uijs ueſtris peſſimis. Atque ut ſciamus qui ſint impij ad quos loquit̃, ſequens ſermo demōſtrat. Quare moriemini domus Iſraël? Vita autē & mors in hoc loco nō hæc ſignificatur, qua omnes communi cum beſtijs lege naturæ uel uiuimus uel morte diſſoluimur, ſed illa de qua ſcriptum eſt: Placebo dño in re- Pſal.114.b
gione

E gione uiuentiũ. Et anima quæ peccauerit ipſa morietur. Et à ſpeciali cõmonitione qua Iſraël domui loquebatur, ad generalẽ tranſit diſputationẽ, quod & iuſtũ præteritæ nõ ſaluent iuſticiæ ſi nouis ſceleribus fuerit occupatus: & peccatorẽ uel impiũ antiqua peccata nõ perdãt, ſi operibus iuſticię ueteres emendarit errores: deũq; non præterita in utroq; iudicare, ſed præſentia. Si dixero, inqt, iuſto, uita uiues, & ei præmia iuſtiſtiæ pollicitus fuero, cõfiſusq; ille peccauerit: oẽs iuſticię eius priſtinę obliuioni tradentur: & præſenti iniquitate morieť: nec mea eſt mutata ſentẽtia: cum non poſſim eidẽ homini peccatori reddere quod iuſto promiſerã. Ecõtrario ſi peccatori & impio fuero cõminatus & dixero: Adhuc tres dies & Niniue ſubuerteť: & ille egerit pœnitentiã, boniſq; operibus ueterẽ emendarit errorẽ; ita ut F iudiciũ faciat & iuſticiã: pign⁹ reſtituat rapinãq; reddat: in mandatis uitæ ambulet, nec faciat quicq; iniuſtũ: nónne debet uita quæ Chriſtus eſt uiuere & nequaq; mori: cũ cõminatio peccatoris iuſtum punire non debeat? Tale quid loquitur ſermo Hiere.18.d diuinus ad Hieremiam quando deſcendit in domũ figuli: & audit uel promiſſa uel cõminationẽ dei id agere: ut uel homines prouocẽt ad ſalutem, uel deterreant à peccato. Vnde qui dicunt: Nõ eſt æqua uia domini, arguuntur quod ipſorũ ſit iniqua ſententia: habentiũ oculum peſſimum, & nequaq; noua, ſed uetera iudicantiũ. Quibus omnibus demonſtratur, nec peccatorem ſalutem deſperare debere ſi agat pœnitentiam: nec iuſtum in ſua confidere iuſticia, ſi perdiderit negligenter quod magno labore quæſierat. Manifeſta tranſcurrimus, ut in obſcurioribus immoremur. In quibus autem præſens prophetia diſcrepet à præterita & in quibus loquatur ſimilia, collatio utriuſq; poterit indicare. Porrò qd ſit iudicium facere & iuſticiã, pignus reſtituere, rapinam reddere, in mandatis uitæ ambulare & cætera, in hoc eodem propheta ſupra diximus. a ¶Et factum eſt in duodecimo &c.) Vndecimo anno regni Sedechiæ, quinto menſe, capta eſt ciuitas Hieruſalem. Hæc autem prophetia, duodecimo anno, decimo menſe, quinta mẽſis captiuitatis ſiue trãſmigrationis quãdo captus eſt Iechonias. Ex quo oſtẽditur, poſt unum annum & quatuor menſes & uigintiquinq; dies, capta Hieruſalem ueniſſe Babylonem unum ciuium Hieruſalem: qui nunciaret captam urbem atq; uaſtatam. Ante unum autem diẽ ꝗ ueniret qui iſta narraret: ueſperi facta eſt manus domini ad Ezechielẽ ꝓphetam, quæ aperuit os eius qđ diu clauſum fuerat: & quicquid erat ille dicturus, hic factum ante replicauit: nec ſiluit amplius uidens prophetiam ſuam opere completam, & nequaq; dubitare populum qui erat in Babylone, uel eos qui capti erãt de uaticinio prophetali. Tunc enim aperitur os prophetæ, quãdo qđ prius nunciauerat, opere mõſtrarit effectum, & tota libertate proclamat: qui nequaquàm futura: ſed uel pręſentia uel trãſacta demonſtrat. Hoc ſecundum literam. Cæterum iuxta Anagogen, ſi Ezechiel interpretať fortitudo dei: Chriſtus autem eſt dei uirtus & dei ſapientia: hoc intelligen- G H dum, quod capta Hieruſalẽ & ſubuerſa quicunq; perfidiã Iudæorũ potuerit euadere, quales fuerũt apoſtoli & reliquiæ quæ ſaluæ factæ ſunt: ipſe Chriſto nunciat omnes ceremonias Iudæorum eſſe ſubuerſas: quas quidã uſq; hodie obſeruandas putãt, nõ audientes illud Apoſtoli: A gratia excidiſtis q in lege iuſtificamini. Gala.5.a Mirorq; hominum pertinaciam: id uelle ſermone defendere, quod opere implere nõ audeant: niſi forte ſub pelle ouium: id eſt Chriſtianorũ, lupi cælanť Iudaici. Quid defenſor ſynagogæ in Chriſti eccleſijs perſonat? Capta ergo Hieruſalẽ atq; ſubuerſa, aperitur os dñi per apoſtolos & apoſtolicos uiros, qui poſſunt dicere: Os meũ apertũ eſt ad uos ò Corinthij & apertum eſt mihi oſtiũ magnũ & efficax. Et illud: Os meũ aperui & attraxi ſpiritũ: Psal.118.c quod nunꝗ tacere poterit, nec audire cũ Iſraël: Audi Iſraël & tace: ſed in toto orbe reſonabit, & Chriſti euãgelium pandet gentibus. Vnde iuxta hunc ſenſum & duodecimus annus ad duodecim refertur tribus: & decimus mẽſis ad tẽpus propiciationis Iudaicæ: quæ Græce diciť ἱλασμός, & quinta dies mẽſis ad ſenſus carneos: quæ om̃ia capta Hieruſalẽ & euãgelio ſuccedente, deleta eſſe & trãſiſſe monſtrauimus: & ueſpere, hoc eſt, in conſummatione mundi factam manũ dñi ad uerũ Ezechiel: qui futuras ruinas urbis cecine

impio, morte morieris, & egerit pœnitentiã de peccato ſuo: feceritq; iudiciũ & iuſticiã, pignus reſtituerit, rapinãq; reddiderit: in mandatis uitæ ambulauerit, nec fecerit quicq; iniuſtũ: uita uiuet & nõ morietur. Omnia peccata quæ peccauit nõ imputabuntur ei: iudicium & iuſticiam fecit, uita uiuet. Et dixerũt filij populi tui: Nõ eſt æqui ponderis uia domini: & ipſorum uia iniuſta eſt. Cũ enim receſſerit iuſtus à iuſticia ſua, feceritq; iniquitates, morietur in eis. Et cum receſſerit impius ab impietate ſua, feceritq; iudicium & iuſticiam: uiuet in eis. Et dicitis: Non eſt recta uia domini. Vnumquẽq; iuxta uias ſuas iudica-

a bo de uobis domus Iſraël. Et factũm eſt in duodecimo anno: in decimo menſe, quinta menſis trãſmigrationis (ſiue captiuitatis noſtræ:) uenit ad me qui fugerat (ſiue qui ſaluatus fuerat) de Hieruſalem, dicens: Vaſtata (ſiue capta) eſt ciuitas. Manus autem domini facta fuerat ad me ueſpere antequàm ueniret qui fugerat: aperuitq; os meum donec ueniret ad me mane: & aperto ore meo non ſilui



A cecinerat per prophetas & mane impletas eſſe monſtrauit. a ¶Et factum eſt uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis qui habitant in ruinoſis his ſuper hu. &c.) Primum ſciẽdum, quod octo plus uel minus uerſus ab eo loco quẽ poſuimus: Qui in ſanguine comeditis, & oculos ueſtros leuatis ad immundicias ueſtras: uſque ad eum locũ ubi ſcriptũ eſt: Hæc dices ad eos, ſic dicit dñs deus, ĩ Lxx. nõ habentur: qui cum multis alijs & hæc prætermiſerunt: ſiue interpretata ab eis, ſcriptorum paulatim ſublata ſunt uitio. Et Latini noſtri imò inuidi Chriſtiani: & ut apertius dicam, Grunnianæ factionis hæredes aduerſum nos latrãt, cur iuxta Hebraicũ diſſeramus: quaſi nolentibus ingerẽdi ſint cibi, & nõ his epulæ præparentur qui eas cũ gratiarum actione ſuſcipiũt. Certe ſi nobis nõ habẽt fidem: legãt alias æditio- B nes: Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis: interrogent Hebræos nõ unius loci: ne eos à me redemptos iactitent, ſed diuerſarum prouinciarũ: & cũ errori meo uel imperitię cunctos uiderint conſonare: tunc ſe intelligãt nimium eſſe prudentes, & magis cupere dormire ꝗ diſcere: habitẽtq; in ſeptuaginta cellulis Alexãdrini Phari: ne uela perdãt de nauibus: & funiũ detrimenta ſuſpirent. Hæc contra inuidos: nunc quod propoſuimus diſſeramus. Capta ut diximus Hieruſalem temploq; ſubuerſo, pauperes terræ, de Hiere.39.c quibus ſcribit Hieremias, ſoli relicti fuerãt in Hieruſalem: qui uineas & agros colerẽt: & in ruinis incenſæ urbis habitarent. Cumq; deberent agere pœnitentiam ſuper his propter quæ captiuitas uenerat: ſeipſos caſſa ſpe decipientes loquebãtur: Vnus fuit pater noſter Abraham, & tamen hanc terrã hæreditate poſſedit: nõ quod ipſe poſſederit: ſed quod ſemen eius terram repromiſſionis acceperit. Si igitur ille unus in tantos multiplicatus eſt populos: nos multo plures qui relicti ſumus in terra Iudæa, & habitamus in urbibus deſertis ac ruinoſis: utiq; multo amplius multiplicabimur: ut poſſideamus plures quod unus ille poſſedit. Quibus reſpondit dominus, Abraham unũ, fide poſſediſſe terram repromiſſionis. Credidit enim Abrahã deo, & repu- C Gene.15.b tatum eſt ei ad iuſticiã. Iſtos aũt incredulitate & ſceleribus occupatos, etiã ſi plures ſint, poſſidere non poſſe. Simulq; enumerat quid facientes offendant deũ: ſex uidelicet genera peccatorũ. Qui in ſanguine comeditis, & oculos ueſtros leuatis ad immũdicias, hoc eſt, ad idola ueſtra: & ſanguinem funditis, hoc eſt, homicidium perpetratis: nunquid iſta faciẽtes poteritis terram hęreditate retinere? Nec hoc eſtis ſcelerũ fine cõtẽti: ſed ſtatis in gladijs ueſtris quotidie, parati ad occidendum, & imitãtes Eſau, qui ſtetit et uixit in gladio ſuo: facitis abominationes incredibiles: uidelicet libidinũ turpitudines: & unuſquiſq; uxorem proximi ſui polluit: ut in eo ſit ſceleratior, qđ amici & proximi polluerit uxorem. Et cũ hæc, in- D quit, faciatis: arbitramini uos terrã hæreditate retẽturos? Reſponde igiť eis ò propheta: & hãc ſuper eos ex meo ſermone ꝓme ſententiam. Iuro per memetipſum, quod q habitant in ruinoſis & parietinis, gladio cadent: & qui in agris ſunt ſiue in campo, à beſtijs deuorẽtur: & qui in muratis ſiue in præſidijs ac ſpeluncis: dei irã uitare nõ poſſint: ſed fame morianť & peſtilentia. Et dabo, inquit, terrã Iudæam in ſolitudinẽ, & deficiet ſuperba fortitudo eius, quæ quondam fuerat fortitudo. Superbis aũt reſiſtit deus, & humilibus dat gratiã. Montes quoq; & omnia deſerentur, & in tantam uenient ſolitudinem, ut nullus per eos tranſeat, & tunc nequaq; cõfident in multitudine ſua pauci qui remanſerant: ſed cognoſcẽt ſolitudinis magnitudine quod ego ſim dominus, qui dedi terram in deſertum propter omnes abominationes quas operati ſint. Hæc dicta ſint aduerſus eos qui capta Hieruſalẽ omniq; Iudæorũ regione uaſtata, pauci habitabãt in ruinoſis & in deſertis urbibus uillulisq;. Nũc ueniamus ad Tropologiã, & iuxta cõſuetudinem noſtrã, latã diſputationẽ ſtringamus potius quàm diſſeramus. Omnis hæreticus in parietinis habitat & deſertis: & poſſidere ſe putat terram

a ſilui amplius. Et factũm eſt uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, qui habitant in ruinoſis his ſuper humum Iſraël loquentes, aiunt: Vnus erat Abraham, & poſſedit terram: nos autem multi ſumus: nobis data eſt terra in poſſeſſionem. Idcirco dices ad eos, hæc dicit dominus deus: Qui in ſanguine comeditis, & oculos ueſtros leuatis ad immundicias ueſtras, & ſanguinem funditis: nunquid terram hæreditate poſſidebitis? Stetiſtis in gladijs ueſtris: feciſtis abominationes, & unuſquiſque uxorem proximi ſui polluiſtis: & terram hæreditate poſſidebitis? Hæc dices ad eos: Sic dicit dominus deus: Viuo ego: quia qui in ruinoſis habitant, gladio cadent: & qui in agro eſt, beſtijs tradetur ad deuorandum: qui autem in præſidijs & in ſpeluncis ſunt, peſte morientur. Et dabo terram in ſolitudinem & in deſertum: & deficiet ſuperba fortitudo eius, & deſolabuntur montes Iſraël, eo quod nullus ſit qui per eos tranſeat. Et ſcient quia ego ſum dominus: cum dedero terram eorum deſolatam & deſertã propter uniuerſas abominationes ſuas, quas operati ſunt. Et tu fili hominis: filij populi tui loquuntur de te iuxta muros, & in oſtijs domorum: & dicunt unus ad alterum, uir ad proximum ſuum loquen

loquẽtes: Venite & audiamus qui ſit ſermo egrediens à domino. Et ueniunt ad te quaſi ſi ingrediatur populus: (uel quomodo populus congregari ſolet): & ſedent corã te populus meus & audiunt ſermones tuos & nõ faciunt eos: quia in canticum oris ſui uertũt illos, & auariciam ſuam ſequitur cor eorum: (ſiue ut in Lxx. continetur): Quoniam mendacium in ore eorum ipſi faciũt: & poſt abominationes ſuas cor eorum graditur. (Sequitur): Et es eis quaſi carmen muſicũ quod ſuaui dulciq́; ſono canitur: & audient uerba tua, & non facient ea: & cum uenerit quod prædictum eſt: ecce enim uenit: tunc ſcient quod propheta ſit in medio eorum.

E terram Iſraël, dicitq́;: Si Abraham fide ſua unus homo in tantã uenit beatitudinẽ: ut ſemen eius multiplicarẽt ſicut arena maris & ſicut aſtra cœli: quãto magis nos plures terrã Iſraël, hoc eſt, cernentiũ deũ: & Iudæã cõfeſſionis dominicæ poſſidebimus? Quibus reſpõdit dñs. Ille poſſedit terrã fidei merito: ueſtra autem infidelitas imò blaſphemia terram Iſraël, id eſt, eccleſiã poſſidere non poterit. Primũ eñi comeditis in ſanguine effundentes eorũ ſanguinem quos ſcandalizatis. Deinde oculos ueſtros leuatis ad immundicias uel abominatiões ueſtras, quas de ueſtro animo confinxiſtis: cum debueritis imitari eccleſiaſticum uirum, & dicere:

Pſal.122. Ad te leuaui oculos meos q habitas in cœlo. Tertio ſanguinẽ funditis, nõ uiuificantes eos quos ſeduxiſtis, ſed interficiẽtes.

Nec uobis ſufficit tria iſta feciſſe, ſed ſtatis in gladijs ueſtris, hoc eſt, perſeueratis in prauitate ſententiæ & parati eſtis ad cædes: & feciſtis abominatio-
F nes, ea agentes in cubilibus quæ turpe eſt loqui: & uxorem proximi ueſtri polluiſtis, eccleſiaſticam uidelicet conuerſationẽ, quotidie de complexu Chriſti deceptos rapere feſtinãtes. Et cum hæc feceritis, putatis uos terrã Iſraël hæreditate tenturos? Quibus loquitur deus: quod quicunque in ruinoſis hæreticorũ habitauerit cõciliabulis: gladio cadat ec-
Supra.149.b cleſiaſtico, de quo ſcriptũ eſt: Gladij ancipites in ma-
Matth.10.d nibus eoꝝ. Et in euãgelio: Non ueni pacẽ mittere
Luc.12.f ſed gladiũ. Et, ſeruus qui ſe luxuriæ tradit & ocio: diuidetur, id eſt, mucrone ferietur: & pars eius ponetur cum infidelibus. Et qui in agro ſiue in cãpo eſt: beſtijs tradetur ad deuorandũ: quas ꝓpheta uitare deſiderãs deprecatur: Ne tradas beſtijs animã
Pſal.73.d confitentem tibi. Qui autem in præſidijs & in mu-
Prouer.21.c ratis eſt, de quibus ſcriptũ eſt: Ciuitates firmas aſcẽdit iuſtus, & deſtruxit munitiones earũ in quibus
Matth.21.b confidebant impij: & uerſatur in ſpeluncis, de quibus dicitur: Scriptũ eſt: Domus patris mei, domus orationis uocabitur: uos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum: iſte fame ſermonis dñi & peſte morietur, & dabitur omnis terra hæreticorũ in ſolitu-

G dinem, ita ut frangatur eorũ ſuperbia: & redigãtur montes in ſolitudinẽ, qui ſibi altitudinẽ ſciẽtiæ promittebãt. Qui mõtes uocantur Iſraël: quia ſub Chriſti nomine deceptos quoſq; ſupplantant: nulluſq́; per eos tranſibit: nec dicere poterit quod Moyſes:
Trãſiens uidebo uiſionẽ Exod.3.a
hanc magnã: habitatores eñi ſunt peruerſoꝝ montiũ, nõ peregrini & accolæ: ut cum hæc paſſi fuerint: tunc cognoſcant ꝙ ipſe ſit dñs, q dederit terram eoꝝ in ſolitudinem propter abominationes quas operati ſunt. Sequitur: Eadẽ quidẽ die & eodem tẽpore, hoc eſt, duodecimo ãno, decimo mẽſe, in quinta mẽſis, qñ uenit qui fugerat de Hieruſalẽ: & qñ locutus eſt propheta ad eos qui erant in terra Iudæa, & æternæ poſſeſſiõis ſibi ſpem pollicebant̃, & iubet prophetę ut dicat populo qui in Babylone uerſat̃ & habitat cũ eo: & arguat eos ſuper inſidijs blandientibus: qui prophetæ uerba au-
H dire deſiderant, non ad animæ ſalutẽ ſed ad aurium uoluptatem. Iſti iuxta muros ſedebãt & in oſtijs domorum: nequaq́; in ſenſum prophetæ intrare cupientes, ſed mutuo ſe hortantur & dicunt: Venite & audiamus qui ſit ſermo egrediens à dño, & ſic ueniunt quaſi populus qui ingrediatur eccleſiã dei, & ſedent coram te populus meus qui meum eſſe ſe dicit: & nolunt facere quod audierũt. Iſtiuſmodi mihi uidentur eoꝝ ſimiles qui theatralibus ludunt̃ carminibus: & uel tragœdos audiunt uel comœdos, et ibi cũ uoluptate palpantur: ita ut cũ egreſſi fuerint à te, replicent ea & decantent: & dulci ſono ſe decipiant. Et audient, inquit, uerba tua & nõ facient ea. Tales ſunt uſq; hodie multi in eccleſijs, qui aiũt: Venite audiamus illum & illũ: mira eloquẽtia prædicationis ſuæ uerba uoluentẽ, plauſuſq́; cõmouent & uociferant̃ & iactãt manus: & quæ operibus neglexerãt, poſtq́; aduenisse cognouerint: neceſſe eſt eñi uenire quod ꝓpheta dei ſermone ꝓnunciat: tũc incipiẽt approbare & noſſe, quod cuncta quæ audierant, nõ fuerint hominis uerba ſed dñi: qui per prophetam & uirũ eccleſiaſticum locutus eſt.

Cõmentarij decimi in Ezechielẽ ꝓphetã, finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN VNDECIMVM commentariorum Ezechielis ad Euſtochium prooemium.

VNdecimus in Ezechielem explanationum liber, in extrema ſui parte contra Gog & Magog uaticinium cõtinebit: & uſq; ad exordium ciuitatis in mõte poſitæ & tẽpli in ea ſiti ueniet Hieruſalem. Quem ſi adiuuante domino & ſua myſteria diſſerẽte, potuero ad calcẽ uſq; perducere: diu mihi erit multũq́; dubitãdũ: utrũ ad ſpiritale templum



A plum debeam mittere manus, an aperte ignorantiam confiteri, præſertim cum & apud Iudæos C
& apud nos ſuper interpretatione eius grande ſilentium ſit: alijs in futuro tempore extruẽdum eſſe cenſentibus: alijs bono quidem animo, ſed imperito, ſcientibus ſpiritualia eſſe quæ dicũtur, & tamen ipſa ſpiritualia quomodo diſſeri debeant neſcientibus. Et interim ut præſentis operis cura nos teneat, ſcias ò uirgo Chriſti Euſtochium orandum tibi eſſe pro nobis. In prophetia difficillima, illud breuiter admoneo, quod uir noſtræ ætatis haud ignobilis, ad imperatorem ſcribens ſuper hac natione dixerit: Gog iſte, Gothus eſt, cui qua ratione poſſint omnia quę in ea ſcripta ſunt coaptari, non eſt meum ſed eorum qui hoc putant diſſerere.

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber undecimus.

a ET factũm eſt uerbum domini ad me dicens: Fili hominis, propheta de paſtoribus (ſiue ad paſtores) Iſraël, propheta & dices paſtoribus: Hæc dicit dñs deus: Væ paſtoribus Iſraël qui paſcebant ſemetipſos (ſiue ò paſtores Iſraël): nunquid paſcũt paſtores ſemetipſos? Nónne greges paſcuntur à paſtoribus? (ſiue nónne oues paſcunt paſtores?) Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit non ſolidaſtis (ſiue confortaſtis): & quod ægrotum, nõ ſanaſtis: quod fractũ, non alligaſtis: & quod abiectum erat (ſiue errabat), non reduxiſtis: quod perierat, nõ quæſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum potẽtia: (ſiue, qđ forte erat, afflixiſtis labore). Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor (ſiue paſtores): & factæ ſunt in deuorationem omnibus beſtijs agri, & diſperſæ ſunt. Errauerunt greges mei (ſiue oues) in cunctis montibus, & in uniuerſo colle excelſo, & ſuper omem faciem terrę diſperſi ſunt greges mei (ſiue oues) & nõ erat qui requireret, non erat inquã qui requireret (ſiue qui reduceret). Propterea ò paſtores, audite uerbum domini: Viuo ego dicit dominus deus: quia pro eo quod facti ſunt

ET factum eſt uerbum dñi ad me, dicens: Fili hominis &c.) Sæpe commonui ædítionem me utranq; miſcere, ut librorum uitem magnitudinem in his duntaxat q̃ nõ multũ à ſe in trãſlatione diſcordant. Poſt captam Hieruſalẽ poſtq́; annũciauit in Babylone qui fugerat, locutus eſt de his q habitabãt in ruinoſis Hieruſalẽ, & deinde ad eos q in captiuitate poſiti, nihilominus ꝑſeuerabãt in malicia, prophetæ uerba audire no-
B lẽtes: nũc ad paſtores, id eſt, ad prĩcipes ſermonẽ dirigit, quorum uitio oues, id eſt populi diſſipati ſunt. Et hoc notandũ, quod à duodecimo ãno, decimo mẽſe, quinta mẽſis tranſmigrationis ſiue captiuitatis Iechoniæ & qui cũ eo capti fuerant, uſq; ad uiceſimũ & quintum annũ, quãdo ſuper montẽ urbis ædificatæ templũ extruitur, & incredibilia eccleſiæ ſacramẽta pandunt̃: nullus in medio annus, nullumq́; tempus eſt poſitum, ſed ſimpliciter dicit̃: factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hoĩs, loquere ad illas & ad illos, ut ĩtelligere debeamus omnia quæ leguntur tredecim annis, diuerſis dicta temporibus, & tamen certa inter ſe ſpacia temporum non habere. Ad paſtores autem Iſraël ſermo dirigitur: quos uel reges uel principes, ſcribas & Phariſeos ac magiſtros Iudaici populi debemus accipere: Vel certe in euangelico populo, epiſcopos, preſbyteros, & diaconos: aut iuxta myſticos intellectus, angelos ſingularum eccleſiarum, ad quos ſcripſit Ioannes in Apocalypſi ſua. Apoc.1.a
Et quorum angeli quotidie uident faciem dei. Primumq́; dicitur: Væ paſtoribus Iſraël qui cũ gregẽ domini paſcere debeant, & ſaluti illius prouidere, ꝑ ſua feſtinãt luxuria. Vñ magnopere cauendum eſt, & obſeruãda illa præcepta: Ne quæras iudex Eccleſ.7.a
fieri, ne forte non poſſis auferre iniqtates. Et iterũ: Quanto maior es, tãto magis te humilia, & Ibidem.3.c
in conſpectu domini inuenies gratiam. Et rurſum: Ducem te cõſtituerunt, ne eleueris: ſed eſto Ibidem.32.a
inter eos quaſi unus ex illis. Vnde & apoſtolus, D
quaſi paruulum atq; lactentem inter diſcipulos 1.Cor.3.a
eſſe ſe dicit. Quodq́; ſequitur: Lac comedebatis, & lanis operiebamini: per Metaphoram paſtorum ad principes loquitur, de quibus & in alio loco ſcriptũ eſt. Qui Pſal.52.a
deuorant plebem meam ſicut eſcam panis. In lacte, omnes eſcas intellige: in lanis, multiplicem ueſtium uarietatem. Qđ autem dicitur: Et quod craſſum erat, occidebatis, de diuitibus populi loquitur: quos mali principes in eccleſijs iugulare narrantur, dũ eos prædicant, & uitia eorum increpare non audent. De quibus & ꝓpheta dicit: Populus meus, qui beatos uos dicunt, ſeducunt Eſa.3.b
uos: & ſemitam pedum ueſtrorum ſupplantant. De quibus & Iacobus loquitur, quod cum ingreſ- Iacob.2.a
ſi fuerint ad eos precioſis circundati ueſtibus, & anulo aureo, honoratur ab eis, & ſanctis pauperibus dicitur: Tu uero ſede in ſcabello ſiue in terra,

E aut ſta. Iſti quod infirmum eſt, non confortant ſiue
conſolidãt. Vnde & Paulus loquitur: Suſcipite in-
Rom.14.d firmos: & infirmum in fide aſſumite, & multi inter
uos infirmi et ægrotantes. Ad quos mittitur ſermo
Pſal.106.b diuinus, de quo ſcriptum eſt in pſalmis: Miſit uer-
bum ſuũ & ſanauit eos,
& eripuit eos de corru-
ptionibus eorũ. Et quod
fractũ eſt, ait, nõ alligãt:
nequaq; mortalia in po-
pulis cõſyderãtes uulne
ra: qualis eſt adulter, ho-
micida, ſacrilegus. Et qđ
abiectũ eſt, ſiue quod er-
rare uiderint, non redu-
cunt, permittẽtes eos ab
hæreticis decipi. Et qđ
perierit, nõ requirũt, nõ
tam perditos ſaluare cu-
piẽtes, q; eos qui ſunt in
eccleſijs deuorare: ſed cũ
auſteritate ĩperãtes eis,
& cũ potẽtia: quod pro-
prie ad ſuperciliũ epiſco
porũ pertinet: eorũ uide
licet ꝗ operibus dedeco
F rãt nominis dignitatẽ, et
pro humilitate aſſumũt
ſuperbiam, ut honorẽ ſe
putent conſecutos non
onus: & quoſcunq; in ec
cleſia uiderint præpotẽ-
tes, & dei habere ſermo-
nẽ, opprimere nituntur.
Vnde iuxta Lxx. ſcriptũ
eſt: Et quod forte erat,
affligebatis labore. Et di
ſperſus eſt populus dei,
uel uitijs, uel errore hæ-
reticorũ: eo qđ non eſſet
paſtor bonus, qui pone-
ret animam ſuam pro o-
uibus: ſed omnes merce
narij qui lucra tãtum de
gregibus cõſyderant, &
cum lupum uiderint fu-
giunt. Quorum negligẽ
tia, grex domini deuora
tur à beſtijs agri: de qui-
Pſal.103.c bus ſcriptum eſt: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox:
in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ agri, catuli leo-
num rugientes, ut rapiant, & quærant à deo eſcam
ſibi. Et diſperguntur, & errant in cunctis mõtibus,
qui eleuantur contra ſcientiam dei, & in uniuerſo
colle excelſo: qui per hæreticam ſuperbiam, eccle-
ſiaſticam deſpiciunt ſimplicitatem. Et ſuper omnẽ
faciem terræ diſperguntur: terrena, non cœleſtia
requirentes. Et non erat qui requireret, nec qui re-
duceret: quia delicijs occupati, gregis dominici

ſunt greges mei (ſiue oues) in rapinam: & o-
ues meę in deuorationẽ omniũ beſtiarũ agri,
eo quod non eſſet paſtor (ſiue paſtores): neq;
enim quæſierũt paſtores gregẽ meũ, ſed pa-
ſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos
non paſcebãt. Propterea paſtores audite uer-
bum domini: hæc dicit dominus deus: Ecce
ego ipſe ſuper paſtores requirã gregẽ meum
de manu eorũ, & ceſſare eos faciam, ut ultra
non paſcant gregẽ meum: nec paſcant am-
plius paſtores ſemetipſos: (ſiue oues): & libe-
rabo gregẽ meum (ſiue oues) de ore eorum, &
non erunt ultra eis in eſcam. Quia hæc dicit
dominus deus: Ecce ego ipſe requiram oues
meas, & uiſitabo eas ſicut uiſitat paſtor gregẽ
ſuum in die quando fuerit in medio ouium
ſuarum diſſipatarum: (ſiue quando fuerit ca-
ligo & nubes in medio ouium ſuarum ſepa-
ratarum:) ſic uiſitabo oues meas, & liberabo
eas de omnibus locis in quibus diſperſæ fue-
rant in die nubis & caliginis. Et educam eas
(ſiue eos) de populis (ſiue de gentibus): &
congregabo eas (ſiue eos) de terris (ſiue regio-
nibus): & inducam eas (ſiue eos) in terram ſu-
am, & paſcam eas (ſiue eos) in montibus Iſra-
ël, in riuis & in cunctis ſedibus terræ. In pa-
ſcuis uberrimis paſcã eas (ſiue eos): & in mon
tibus excelſis Iſraël erunt paſcua earum (ſi-
ue ouilia eorum): ibi requieſcent in herbis ui-
rentibus, & in paſcuis pinguibus paſcentur
ſuper montes Iſraël. Ego paſcam oues me-
as, & ego eas accubare faciam (ſiue requie-
ſcere) dicit dominus deus. Quod perierat,
requiram:

damna non curant. Vnde ad malos paſtores ſermo G
fit dñi, quia iſta & iſta feciſtis, quæ ſupra expoſui, &
quæ ſecundo enumerat: Ecce ego ipſe ad paſtores
ueniam, & requiram gregem meum de manu eo-
rum, quibus expedit, ut mola aſinaria alligetur ad
collum: q; ut minimũ ſcã
dalizẽt de populo meo.
Et hæc erit eorum pœna
uel maxĩa, ut ultra nõ pa
ſcãt gregem meũ: ne ſub
occaſione ouium ſeipſos
paſcãt, & opes cõgregẽt.
Et liberabo populũ meũ
de ore eorũ. Requiram,
inquit, de manu, & libe-
rabo de ore, quod auidis
faucibus deuoratur. Cũ
aũt requiſierit oues, uiſi
tat eas quaſi ægrotantes
atq; macilentas, & paſto-
rum negligentia diſſipa
tas, & liberabit de omni-
bus locis in die nubis &
caliginis: de qua loquiť
& Ioël: Adeſt dies dñi, &
prope eſt dies tenebrarũ
& caliginis, et dies nubis
& nebulæ. Tũc educenť H
de terris, ut inducãtur in
terram ſuam, quæ eſt ter
ra uiuentium: & ipſe eas
paſcet in montibus Iſra-
ël: de quibus loquiť Da-
uid: Leuaui oculos me- Pſal.120.a
os in mõtes: unde ueniet
auxilium mihi. Et nõ ſo-
lum in montibus, ſed in
riuis & in cũctis ſedibus
terræ, in paſcuis uberri-
mis, et in monte excelſo: Eſa.2.a
de quo Eſaias & Miche- Mich.4.
as plenius uaticinantur: et.7.
ſiue in mõtibus excelſis
Iſraël: Ibi requieſcent in
herbis uirentibus, & di-
cent: Dñs paſcit me: et ni Pſal.22
hil mihi deerit: in loco
paſcuæ ibi me colloca-
uit: Super aquas refectio
nis educauit me & paſcentur in paſcuis pinguiſſi-
mis ſuper montes Iſraël. Eſt infinita promiſſio ſpes
q; beatitudinis: quando ipſe dominus pollicetur di
cens: Ego paſcam oues meas: & nequaq; eas com-
mittã malis paſtoribus, & ego eas accubare faciam,
dicit dñs deus: ut requieſcant in ſinu Abraham,
Iſaac, & Iacob. Tunc quod perierat in gentium po-
pulis, requiretur: & quod errauerat in hæreticorũ
perſuaſione, reducetur, & quod confractum fue-
rat, alligabitur, & quod contritum atq; infirmum,
conſoli-



A conſolidabitur: ut impleatur quod ſcriptũ eſt: Qui
Pſal.102.a ſanat infirmitates eorum: & alligat cõtritiones eo-
Ibidem.50.d rum. Cor enim contritum & humiliatum deus non
Pſal.6.a ſpernit. Vnde & ſanctus loquitur: Sana me domi-
ne: quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et in triceſi-
moſeptimo pſalmo pœ-
nitens: Non eſt, inquit,
pax oſſibus meis à facie
peccatorum meorum, &
quod pingue (ait) & for-
te, cuſtodiam: ne uoreť à
beſtijs. Et paſcet oues
ſuas in iudicio: ſciẽs cui
oui ꝗ paſcua debeantur.
Ioan.14.a Diuerſæ eñ ſunt mãſio-
et.5.d nes apud patrem, & non
iudicat pater quenq;: ſed
omne iudiciũ dedit filio.
Hæc aduerſum paſtores
locutus eſt: nunc loquiť
ad oues, id eſt, ad popu-
lum: & ad utriuſq; peco-
ris gregẽ, id eſt ouiũ, &
caprarum, & non ſolum
ad oues & capras, ſed &
ad arietes & hircos, qui
ſunt in gregibus princi-
pes: quibus ait: Nónne
B uobis ſatis erat, quod bo
nis ſcripturarũ paſcuis
ueſcebamini: ſed ĩſuper
reliquias paſcuarum ue-
ſtrarum cõculcabatis pe
dibus: Et cũ aquam elo-
quiorum dei puriſſimã
biberetis, reliquas aquas
pedibus turbabatis, ut
populus meus conculca
tas à uobis paſcuas & tur
bidas aquas mãducaret
et biberet, et ueſtro uitio
quod per ſe bonum erat
corruptum uiolatumq;
ſuſciperẽt. Quod & oẽs
quidem hæretici faciũt,
ut carpant eloquia ſcri-
pturarum, & quãtum in
ſe eſt, maculent. Sed et ec
cleſiaſtici uiri ꝗ dogma-
tum non cuſtodiunt ue-
ritatem: ſed de ſuo corde
confingũt, magiſtramq;
habent præſumptionem
ſuã, ſimili errore retinẽ-
tur. Qui cũ populo per-
ſuaſerit uera eſſe quę fin
gunt, & in theatralẽ mo
dũ plauſus cõcitauerint
& clamores, immemo-
res fiũt imperitiæ ſuæ, & adducto ſupercilio, libra- C
tiſq; ſermonibus atq; trutinatis, magiſtrorum ſibi
aſſumũt autoritatẽ. Videamus igiť qđ ſit iudicium
inter pecus & pecus, & quo iudicio iudicet eos bo
nus paſtor et uerus, ꝗ accepit omne iudiciũ à patre.
Ecce, inqt, ipſe ego iudi-
co inter pecus pingue et
macilẽtũ: ſiue inter forte
& infirmũ. Fortes eñ la
teribus & humeris ſuis
impingũt atq; collidũt in
firma pecora, & cornib⁹
uẽtilant: neſciẽtes in lege
taurũ cornupetã debere
puniri. Impingebãt autẽ
lateribus, & cornibus uẽ
tilabant: donec diſperge
rent & eijcerẽt oues fo-
ras. Superbia eñ maiorũ
& præpoſitorũ iniquita
te frequẽter pellũtur de
eccleſia: ut diſpergãtur à
dño, quos ipſe ſaluauit.
Sed nõ dimittet eos ul-
tra dñs in rapinã, & iudi
cabit inter pecus & pe-
cus: nõ inter nomina di-
gnitatũ ꝗbus tumẽt præ
poſiti, ſed inter hominẽ D
& hoĩem: iuxta id qđ u-
terq; ſeruus eſt dñi. Tũc
ſuſcitabit paſtorẽ unũ, ꝗ
dicit in euãgelio: Ego ſũ Ioan.10.b
paſtor bonus: ſeruũ ſuũ
Dauid, ſecũdũ id qđ for-
mã ſerui dignatus eſt aſ-
ſumere: qui Dauid inter
pretať, manu fortis. Ipſe
paſcet eos, & dñs erit eis
in deũ, uel filius et pater,
uel certe paſtor iuxta aſ-
ſumptã carnẽ: dñs aũt &
deus iuxta uerbũ quod
erat in prĩcipio apđ deũ.
Qui Dauid, proficienti-
bus pecudibus in ratio-
nale aĩal, nequaq; paſtor
uocabiť: ſed prĩceps ĩ me
dio eorũ: de quo ſcriptũ
eſt: Medius aũt ueſtrum Ioan.1.d
ſtat quẽ uos ignoratis.
Tunc ponet cũ eis pactũ
pacis, nequaq; bellorũ at
q; diſcordiæ, quia factus
eſt in pace locus eius: ſed
pacis Chriſti, ꝗ exupe-
rat oẽm ſenſum, ꝗ dicit:
Pacẽ meã do uobis: pacẽ Philip.4.b
meã relinquo uobis. Et Ioan.14.d

requiram, & quod abiectum erat (ſiue erraue-
rat), reducam: & quod cõfractum fuerat alli-
gabo: & quod infirmum erat, cõſolidabo (ſi-
ue confortabo): & quod pingue & forte, cu-
ſtodiam & paſcam illas in iudicio (ſiue cum
iudicio). Vos aũt greges mei (ſiue oues meę):
hæc dicit dñs deus: Ecce ego iudico inter pe-
cus, & pecus arietũ & hircorum. Nónne ſatis
uobis erat paſcua bona depaſci: Inſuper & re
liquias paſcuarum ueſtrarum conculcabatis
pedibus ueſtris, & cum puriſſimam aquam
biberetis, reliquam pedibus turbabatis. Et o-
ues meæ his quæ conculcata pedibus ueſtris
fuerant paſcebantur, & quæ pedes ueſtri tur-
bauerãt, hæc bibebãt. Propterea hęc dicit do
minus deus ad eos: Ecce ego ipſe iudico inter
pecus pingue & macilentum (ſiue inter pecus
forte & infirmum): pro eo quod lateribus &
humeris ueſtris impingebatis, & cornibus ue
ſtris uentilabatis omnia infirma pecora, do-
nec diſpergerentur foras. Saluabo gregem
meum, & non erit ultra in rapinam, & iudi-
cabo inter pecus & pecus (ſiue inter arietem
& arietem). Et ſuſcitabo ſuper eas (ſiue eos)
paſtorem unum qui paſcat eas (ſiue eos) ſer-
uum meum Dauid: ipſe paſcet eas (ſiue eos):
& ipſe erit eis in paſtorem. Ego autem domi-
nus ero eis in deum, & ſeruus meus Dauid
princeps in medio eorum: Ego dominus lo-
cutus ſum. Et faciam cum eis pactum (ſiue te-
ſtamentum) pacis, & ceſſare faciam beſtias
peſſimas de terra, & qui habitabant in deſer-
to ſecuri dormient in ſaltibus. Et ponam eos
in circuitu collis mei benedictionem, & dedu
cam (ſiue dabo) imbrem in tẽpore ſuo, pluuię
benedictionis erunt. Et dabit lignum agri (ſi-
ue dabunt ligna camporum) fructum ſuũ: &
terra dabit germen ſuũ (ſiue fortitudinem): &
erunt (ſiue habitabunt) in terra ſua abſq; ti-
more (ſiue in ſpe pacis): & ſcient quia ego do-
minus, cũ contriuero catenas (ſiue torquẽ iu-
gi) eorum, & eruero eos de manu imperan-
tium

tium ſibi,(ſiue ſeruire eos facientium). Et nō
erūt ultra in rapinā gētibus:neq; beſtiæ terrę
deuorabunt eos:ſed habitabunt confidenter
(ſiue in ſpe)abſq; ullo terrore.Et ſuſcitabo eis
germen nominatum(ſiue plantationē pacis:)
& non erunt ultra imminuti(ſiue pereuntes)
fame in terra:neq; portabūt amplius oppro=
bria gentium.Et ſcient quia ego ſum domi=
nus deus eorum cū eis, & ipſi populus meus
domus Iſraël,dicit dñs deus.Vos aūt greges
mei,grex paſcuæ meæ(ſiue oues) hoīes eſtis
& ego dñs deus ueſter,dicit dominus deus.

Cap. XXXV.

a ET factus eſt ſermo domini ad me dicens:
Fili hominis,pone(ſiue conuerte) faciem
tuā aduerſum montē Seir,& prophetabis de
eo(ſiue ad eum)& dices illi,hæc dicit dñs de=
us:Ecce ego ad te mons Seir:& extēdam ma=
num meā ſuper te:& dabo te deſolatum atq;
deſertū. Vrbes tuas demoliar(ſiue in urbibus
tuis faciam ſolitudinē):& tu deſertus eris, &
ſcies quia ego ſim dñs:eo qd' fueris inimicus
ſempiternus,& concluſeris filios Iſraël in ma=
nus gladij(ſiue & aſſederis domui Iſraël frau
dulēter in manu gladij)in tēpore afflictionis
eorū,in tēpore iniquitatis extremæ. Propter=
ea uiuo ego dicit dominus deus:qm̄ ſanguini
tradā te,(ſiue qm̄ in ſanguine peccaſti,& ſan=
guis te perſequet̃):& cū ſanguinē oderis, ſan=
guis perſequet̃ te.Et dabo montē Seir deſola
tū & deſertū,& auferā de eo euntē & redeun=
tem:

E cessare faciet beſtias peſſimas de terra,uitia uel per=
turbationes,quibus animæ uexantur humanæ: uel
aduerſarias poteſtates à quibus impugnātur. Et q
habitant in deſerto ſecuri dormiēt in ſaltibus. Dñs
Pſal.28.b em̄ reuelabit cōdenſa ſyluarum,& in tēplo eius oēs
dicent gloriā.Eiectis aūt
beſtijs,& redacta terra ī
ſolitudinē:ab iſtiuſmodi
animātibus ſecuri dor=
Pſal.26.a miēt & dicēt:Dñs illumi
natio mea & ſalus mea,
quem timebo?Et ponet
eos qui ſecuri dormient
in circuitu mōtis,uel col
lis ſui,& erunt bñdictio.
Tūc dabit imbrē in tēpo
re ſuo & pluuiæ benedi=
ctionis erūt:quas ī Deu
teronomij benedictioni
Deut.28. bus pollicetur.Et dabit,
inqt, lignū uitæ,de quo
Gen.2.b in Geneſi ſcriptū eſt.Li=
gnūq; ſapientiæ:de quo
dicit:Lignū uitæ eſt oi=
Prouerb.3.c bus qui aſſumūt eā. Da=
bit aūt fructū ſuū, qn̄ &
terra dederit fructū ſuū:
Siue ligna regionū, ſan=
ctorum plurima multitu
F do.Et terra dabit germē
Pſal.84.b ſuū:Veritas em̄ de terra
orta eſt. Et erūt in terra
ſua abſq; timore, ſiue in
ſpe pacis:in terra uiuen=
tium,terra manſuetorū,
Matth.5.a de qua ſcriptū eſt: Beati
mites: qm̄ ipſi poſſide=
būt terram: ut rerū oīm
felicitate cognoſcant qd'
ipſe ſit dñs: qn̄ cōtriue=
rit catenas, uel circulum
ferreū iugi eorum: quo
quaſi grauiſſimo preme
bātur imperio,et eruerit
eos de manu imperātiū,
ſiue ſeruitute affligentiū
eos.Seruus eſt enim unuſquiſq; eius à quo uincit̃.
Et nequaq; erunt ultra in rapinā dæmoniacis genti
bus:nec beſtiæ terræ deuorabunt eos de quibus di
ximus:ſed habitabūt confidenter abſq; ullo errore,
iuxta ſuperiorē expoſitionē,Et ſuſcitabo,īquit, eis
germē nominatū,ſiue plantationē pacis,quæ loqui
tur in euangelio:Ego ſum uitis uera. Et non erunt
Ioan.15.a ultra imminuti fame in terra. Ergo fames in terre=
nis eſt:fames aūt audiēdi ſermonē dei:quæ ſub pa=
ſtore bono & germine nominato atq; oīm ſermone
celebrato,& plātatione pacis nequaq; erit in terra,
neq; amplius opprobrijs gentiū ſubiacebūt, ut di=
Pſal.113 cant:Vbi eſt dñs deus eorū?Et ſciēt poſt hęc oīa qd'
non ſolū ipſe ſit dñs,qd' & ſupra quoq; dixerat: ſed C
cū additamento,qd' dñs oīm ,ppriè deus eorū ſit cū
eis:qui dicit in euāgelio ad apoſtolos:Ecce ego uo= Matth.28.d
biſcū ſum cūctis diebus,uſq; ad cōſummationē ſe=
culi.Cū aūt fuerit ipe dñs deus eorū,tūc & ipſi erūt
ppl's eius, nō qlibet, ſed
qui meruerint appellari
domus Iſraël.Ac ne pu=
taremus uniuerſa q̃ di=
cta ſūt ad paſtores, & o=
ues hircoſq; et arietes p
tinere: ſoluit ænigma, i=
mò metaphorā, & ponit
manifeſtius:uos autē o=
ues meæ,& oues paſcuę
meæ homines eſtis. Oīs
igitur ſermo diuinus de
hoībus eſt, ad quos di=
cit,ego ſum dñs deus ue
ſter,dicit dñs deus.

Caput XXXV.

ET factus eſt ſermo
&c.)Illud aūt qd' in
Lxx.additū eſt & conſu
mētur,in Hebraico non
habet̃.Si ſemp in ,pphe=
tis eſſet ſermo dei,& iu=
ge in pectore eorū habe
ret hoſpitiū,nunq; tā cre
bro Ezechiel poneret: H
Et factus eſt ſermo dñi
ad me dicens.Sed qa ob
humanā fragilitatē,et ui
tæ huius neceſſitates,in=
terdum recedebat ab eis
,ppterea Ioānes baptiſta Ioan.1.c
loquit̃:Qui miſit me ba
ptizare,ipſe dixit mihi:
Sup quē uideris ſpm̄ ſā=
ctū in ſpecie colūbæ de=
ſcēdentē & manentē in
eo,ipe eſt.Nunq; em̄ ,p=
priū eſſet in Chriſto qd'
addit̃,& manentē in eo,
niſi ab alijs nōnunq; re=
cederet. Alioquin & ad
Moyſen loquit̃ deus:Auferā de ſpū q eſt in te: quē Num.11.d
utiq; nō haberet,niſi ad eū à dño deſcēdiſſet.Oīs aūt
iſtius capituli ,pphetia,eſt cōtra montē Seir: filiorū
uidelicet Eſau & Edom,q Græca & nr̃a lingua ap=
pellant̃ Idumæi,eo qd' tpe neceſſitatis & anguſtiæ,
qn̄ Iudas capiebat̃ à Babylonijs,inſultauerint eis,&
eiecto ppl'o Iudæorū,ſibi putauerint terrā traditā
ad poſſidendū,& non ſolū non ſuſceperint filios,ui
delicet Iacob fratris ſui:ſed perſecuti ſint & conclu=
ſerint in manus gladij. Vnde manifeſtius interpre=
tatus eſt Symmachus:Sanguinē tuum odiſti:& ſan
guis perſequetur te.Prophetatur aūt quod & ipſe
capiēdus ſit,& redigendus in ſolitudines ſempiter=
nas,



A nas,& rerū fine cognoſcat eſſe iudicem deū, eo qd'
dixerit:Duæ gentes,& duæ regiones meæ ſunt:uel
Idumæorū & Iudæorū,uel certe Iudæ & Iſraël,dua=
rum uidelicet & decē tribuū.Et locutus es de mon
tibus Iſraël,dicēs:Deſerti nobis dati ſunt ad deuorā
dum,nō cōſyderans qd'
hæc contra deū blaſphe=
mia redūdaret. Vñ ſequi
tur:Lætāte uniuerſa ter
ra,in ſolitudinē te redi=
gā.Et eſt ſenſus: Cū oīs
terra Iudęa receperit pri
ſtinum ſtatū, tu perma=
nebis in ſolitudine ſem=
piterna.Quodq; infert̃:
Sicuti gauiſus es ſup hæ
reditate domus Iſraël,eo
qd' fuerit diſſipata, ſic fa
ciā tibi:in Lxx.nō habe=
tur:ſed ſub aſteriſcis de
Theodotionis æditione
additū eſt.Oīs aūt ira dei
illuc proficit cōtra mōtē
Seir,ut cū fuerit diſſipa=
tus,& ipſe et uniuerſa I=
dumæa cognoſcāt, quia
B ipſe ſit dñs.Hęc iuxta hi
ſtoriā,& ſēſum magis q̃
uerba curſim dixerim:
Trāſibo ad Anagogē,
et ſtudio breuitatis pau=
ca perſtringā. Pone, in=
quit,ſiue cōuerte faciem
tuā aduerſū montē Seir.
Et ſignificāter ait, cōuer
te:ab alia ,pphetia ad aliā
prophetiā.Faciē aūt nō
corporis, ſed animi: de
qua dicit & apoſtolus:
Nos autem omnes reue
2.Cor.3.d lata facie,gloriam dñi contemplantes.Mons autem
Seir qui interpretatur hiſpidus & piloſus, cōtraria
fortitudo accipiēda eſt:q̃ præſidebat genti filiorum
Eſau,& ſe cōtra populū Iuda,id eſt, confeſſionis &
ueræ fidei erexerat.Quod ſi prudens lector oppo=
ſuerit,quomodo in iſto loco Seir, hoc eſt, hiſpidus
& piloſus intelligatur in malā partem: cum Helias
quoq; uir piloſus dictus ſit:Breuiter reſpōdebo: de
Eſau ſcriptū eſſe,qd' rufus fuerit,& quaſi pellis hi=
4.Reg.1.b ſpidus,de Helia uero qd' uir tantū piloſus. In Eſau
Gen.25.d qui ſanguinarius & cruentus,pelli hiſpidæ cōpara=
tur:mortaliū operū & ipſius mortis indicum eſt:in
in Helia uirilitatis argumentū.Quamobrem & ha=
bitatio eius in ſolitudine & conuerſationis auſteri=
tas,nō ſolum uirum,ſed et uirū fortiſſimum demō=
ſtrabat.Porrò Iacob qui ſupplātauerat Eſau,& pri=
mogenita eius acceperat:quia ſimpliciter habitabat
Gen.10.b domi,& non erat uenator ſicut gigas Nemrod id=
circo leuis appellat̃ et nitidus. Videamus ergo quid
dici præcipiat deus ad montē,ſiue contra montem C
Seir.Ecce ego ad te mons Seir:nō mittam angelos,
nec alijs utar miniſtris:ſed ipſe ad te ueniam,& ex=
tendā manū meā ſuper te,& habitū percutiētis aſſu=
mam,& dabo te deſolatū atq; deſertum:ut qui male
habitabaris,& plurimos
habebas impietatis tuæ
ſocios:intantū ut & ur=
bes extrueres imperiūq;
tibi propriū uendicares:
nunc deſolatus cū urbi=
bus tuis,quas & Hiere= Hier.1.b.51
mias deſtruere iubetur
atq; ſuffodere, ut bonas
pro eis extruat ciuitates:
in eo proficies, ut ſcias
qd' ego ſim dñs,quē an̄
ſolitudinē tui noſſe non
poteras. Om̄is aūt cauſa
peccati eſt qd' fueris ini=
micus ſempiternus. Vñ Pſal.4.a
dicit & pſalmus:Iraſcimi
ni & nolite peccare ut ci
to cōciliemur inimicis,et
odia charitate mutemus.
Sed nō talis mōs Seir, q
ſuper inimicitia ſempi=
terna cōcluſit ſiue obſe= D
dit filios Iſraël dolo ī ma
nu gladij.Ex quo intelli
gimus,qd' qcunq; gladiū
arripuerit contra filios
dei,& doloſe aliquid ege
rit & obſederit eos trada
tur ī manus gladij ſicut
mons Seir in tpe iniqui=
tatis extremæ: qn̄ dies
peſſimi ſunt,& mundus
in maligno poſitus eſt,
& multiplicata iniquita=
te refrigeſcit charitas multorū.Eſt aūt & aliud pec=
catum mōtis Seir:ut qm̄ oderat ſanguinē iuſtorū,
quē ſingulis pſecutionibus cupiebat effundere, ab
ipſo ſanguine ſuſtineat pſecutionē. Vñ & ſub altari
ſanctorū animæ clamitāt,& ultionem à dño ſui ſan
guinis deprecant̃.Et auferunt̃ de mōte Seir,euntes
& redeūtes,id eſt,oīs habitator,ſiue hoīes & iumē=
ta quæ ſaluant̃ in eccleſia,de quibus ſcriptū eſt: Ho
mines & iumēta ſaluos facies dñe.Qd' in mōte Seir Pſal.35.b
utrūq; delet̃,ut & hi qui uident̃ aliquid habere ra=
tionis:& illi qui ſimplici fide cōtenti ſunt,deo iubē
te diſpereāt.Et implent̃ mōtes eius uulneratorum
& occiſorū.Et nō ſolū mōtes qui ad impietatis uer
ticē puenerūt:ſed colles quoq;,hoc eſt,inferiores di
ſcipuli montis Seir, & ualles quæ in ima depreſſæ
ſunt:ſiue torrētes qui turbidas habēt aquas,& hinc
inde collectas,ueniētesq; de ſupbia,uel iuxta Lxx.
campos qui medij inter colles & ualles ſunt.Hi oēs
interfecti cadent gladio dñi & extentæ manus eius

tem:(ſiue homines & iumenta).Et implebo
mōtes eius occiſorū ſuorū(ſiue uulneratorū)
in collibus tuis & in uallibus tuis atq; torrēti
bus,interfecti gladio cadēt.In ſolitudines ſem
piternas tradam te,& ciuitates tuæ non habi
tabuntur,& ſcietis(ſiue ſcies) quoniā ego ſum
dñs:Eo quod dixeris:duæ gentes & duæ ter=
ræ(ſiue regiones)meæ erūt,& hæreditate poſ
ſidebo eas,cum dñs eſſet ibi.Propterea uiuo
ego dicit dñs deus:quia faciā iuxta iram( ſiue
inimicitiam)tuā:& ſecundū zelum tuū quem
feciſti odio habens eos, & notus efficiar tibi
cum iudicauero te:& ſcies quia ego ſum dñs.
Audiui uniuerſa opprobria tua:(ſiue uocem
blaſphemiarum tuarum)quæ locutus es:( ſi=
ue qa locutus es)de mōtibus Iſraël, dicēs:de=
ſerti nobis dati ſunt ad deuorādū, & inſurre=
xiſtis ſuper me ore ueſtro:(ſiue magnifice lo=
cutus es ſuper me ore tuo):& derogaſtis ad=
uerſum me(ſiue uociferati eſtis cōtra me)uer=
ba ueſtra:ego audiui.Hæc dicit dñs deus:Læ
tante uniuerſa terra, in ſolitudinem te redi=
gam: ſicuti gauiſus es ſuper hæreditate do=
mus Iſraël,eo quod fuerit diſſipata:ſic faciam
tibi.Diſſipatus(ſiue deſertus)eris mons Seir:
& omnis Idumæa,& ſciēt quia ego ſum dñs.
Caput

E atq; percutiētis:ut redigant̄ in ſolitudines ſempiter
nas,& ſi quæ erant ciuitates,hoc eſt,cōciliabula ma
læ habitationis,& ipſæ diſpercāt & deſināt in malā
partē habere cōſenſum,& diuidant̄ linguæ eorū,ne
turrē blaſphemiæ cōtra deū poſſint extruere,& re-
dactæ in ſolitudinē atq;
deſertū,cognoſcātqd'ipe
ſit dñs. Nec ſufficit mō-
ti Seir tāta dixiſſe q̄ ꝑte-
ritus ſermo narrauit:ſed
hoc quoq; ꝑ ſupbiā locu
tus eſt:Duæ gētes et duę
terræ ſiue regiones meę
ſunt:Idumęa uidelicet et
Iudæa,& hæreticos & ec
cleſiaſticos poſſidebo pa
riter.Et hoc(inqt)dixiſti
cū dñs eſſet ibi q ſuo po
pulo p̄ſidebat. Propter-
ea iurat dñs & dicit: Vi-
uo ego dicit dñs deus:
qd'iuxta irā tuā qua ſæ-
uiebas in populū dei:&
zelū tuū quo pſequeba-
ris Chriſti familiā, odio
habēs eos quos poſſide-
re cupiebas,cū te ꝑcuſſe
ro & iudicauero,tūc tibi
notus efficiar,& ſcies qd'
F opprobria tua & bla-
ſphemias nō alio referē-
te cognouerim, ſed ipſe
audierim q̄ locutus es cō
tra mōtes Iſraël dicēs:de
ſerti nobis dati ſūt ad de
uorandū.Montes Iſraël,
Moyſen,ꝓphetas & apo
ſtolos debemus accipe:
quos hæretici & hæreti-
corū prīceps diabolus ſi
bi putāt traditos ad de-
uorādum: qn̄ aut rarus,
aut nullus in eccleſia reperit̄ q poſſit pugnare ꝓ mō
tibus dñi,& eorū lacerationē ſua uoce defendere.
Et inſurrexiſtis,inqt ſup me ore ur̄o ſiue magnifi-
ce locuti eſtis:nō ut putatis cōtra mōtes,ſed ꝑ illos
aduerſum me,& rogaſtis ſiue clamaſtis aduerſum
Supra.cod.b me.Oēs em̄ p̄ces ur̄ę ò mōs Seir & ſocij mōtis Seir:
de qbus ſupra dictū eſt:Implebo mōtes eius,& col-
les,& ualles,& cāpos ſiue torrētes,fuerūt aduerſum
me:nequaq; p̄ces & oratiōes,ut putatis ad deū: ſed
clamores,uociferatiōes,atq; blaſphemiæ, un̄ & dñs
cōminat̄ et dicit:Sicuti gauiſus es ſup hęreditate do
mus Iſraël,qn̄ tuis pſecutiōibus diſſipata eſt,atq; la-
cerata,& ī toto orbe diſpſa,ſic faciā tibi.Lætāte em̄
uniuerſa terra uiuētiū,terraq; ſanctorū,& oībus cō
uerſis ad ſeruitutē dei,tu diſſipatus eris mons hiſpi
de,mōs piloſe,& oīs Idumæa,opa uidelicet terrena
& cruori & ſāguini dedita:ut tūc cognoſcas qd'ipſe
ſim dñs,q alibi ſū locutus:Ego ſū dñs deus ueſter. G

Caput XXXVI.

a TV aūtē fili hominis,ꝓpheta ſup montes
Iſraël,& dices:mōtes Iſraël audite uerbū
dñi,hæc dicit dñs deus,eo qd' dixerit inimi-
cus de uobis euge, altitudines ( ſiue ſolitudi-
nes)ſempiternæ in poſſeſſionē datæ ſunt no-
bis:propterea uaticinare & dic:hæc dicit dñs
deus:Pro eo qd'deſolati eſtis et cōculcati ꝑ cir
cuitū:(ſiue ꝓ eo qd'diſpſi eſtis ab his q in cir-
cuitu ur̄o ſunt):& facti in hæreditatē ( ſiue in
poſſeſſionē)reliquis gētibus, & aſcēdiſtis ſup
labiū linguæ,& opprobriū ppl'is( ſiue genti-
bus).Propterea mōtes Iſrl' audite uerbū dñi
dei:Hæc dicit dñs deus mōtibus & collibus,
torrētibus,uallibusq; & deſertis parietinis(ſi
ue diſſipatis),& urbibus derelictis q̄ depopu
latæ ſunt & ſubſannatæ(ſiue cōculcatæ)& re-
liquis gētibus ꝑ circuitū.Propterea hæc dicit
dñs deus. Qm̄ in igne zeli mei locutus ſum
de reliqs gētibus,& de Idumæa uniuerſa,qui
dederūt terrā meā ſibi ī hęreditatē cū gaudio,
& toto corde,& ex aīo,& eiecerūt eā ut uaſta-
rēt:( ſiue cū odio deſpiciētes aīas ut ſubuertę-
rēt eas in uaſtatiōe).Idcirco ait,uaticinare ſup
terrā Iſraël,& dices mōtibus & collibus,iugis
& uallibus,hæc dicit dñs deus:Ecce ego in ze
lo meo, & in furore meo locutus ſum eo qd'
cōfuſionē(ſiue opprobria) gentiū ſuſtinueri-
tis

Cap. XXXVI.

TV aūt &c.)Supra ponit̄ ꝓphetæ facies,ſiue cō
uertit̄ aduerſum mōtē Seir:hic filius hoīs loq-
tur ad mōtes ſiue ſup mōtes Iſraël,q iubent̄ dei au-
dire ſermonē.Et ut parū
per differā Tropologiā,
totius ad mōtes Iſraël ꝓ-
phetiæ,breuiter hic ſen-
ſus eſt.Quia īſultauit uo
bis inimicus, hoc ē, mōs
Seir,& putauit qd' in ꝑ-
petuum ip̄e uos poſſide
ret:& altitudines quōdā
dñi nūc deſertas ceſſiſſe
ſibi ī hæreditatē,& nō ſo
lū dixit,ſed et aliquanto
tp̄e uos poſſedit:intantū
ut ſuperbe loqueret̄ cō-
tra uos,qd'opprobriū eſ
ſetis cūctis gētibus. Pro
pterea hęc dicit dñs de⁹,
nō ſolū mōti Seir, ſed &
mōtibus eius et collibus,
torrētibus,uallibusq;,&
deſertis atq; uaſtatis, &
urbibus derelictis:qm̄ in
igne zeli ſui & aduerſū
oēs quidē gētes,ſed p̄ci-
puæ cōtra Idumæā locu H
tus ſit,q̄ cū cæteris,inqt,
gentibus tenuit terram
meam in poſſeſſionē, &
poſſedit gladio, & toto
corde poſſedit, ut eijce-
ret habitatores de ea, ter
ramq; uaſtaret.Propter-
ea loquere (ait prophe-
ta)ſuper terram Iſraël,&
dices montibus & colli-
bus & iugis(pro quibus
Lxx.ταῖς νάπαις interpre
tati ſunt: quæ nos nemoroſa intelligimus loca) &
uallibus:Hęc dicit dñs deus:in zelo & ī furore meo
opprobrij ueſtri ultor exiſtam, & leuabo manum
meam,ut gentes quæ in circuitu ueſtro ſunt, igno-
miniam & cōfuſionem ſuā portent:uos aūt ò mon
tes Iſraël,ſecundum priſtinū ſtatū germinetis uir-
gulta, ramosq; mittatis: ſiue iuxta Lxx. afferatis
uuas,quibus populus meus ſaturet̄ Iſraël. Qd'non
putetis poſt longū tempus futurū,prope eſt,inſtat,
& ueniet tēpus.Ac ne uobis uideatur hoc eſſe diffi
cile,ipſe ego ueniā ad uos,& qui à uobis receſſerā,
cōuertar ad uos:ut priſtinā culturam recipiatis: &
ſemente omnia compleantur, ita ut multi in uobis
ſint homines:& habitentur ciuitates quæ prius de-
ſtructæ fuerant.Et non ſolum homines multiplica-
bo,ſed & iumēta æque multiplicabūtur et creſcent:
& habitare uos faciam ſicut à principio , quando
Moyſe



A Moyſe duce trans Iordanem,duæ & ſemis tribus
Nume.32. acceperūt poſſeſſionem:& ſub Ieſu filio Naue,aliæ
Ioſu.2.c.13.b nouem & ſemis tribus terrā Iudæam poſſederunt:
boniſq; uos donabo multo maioribus,q̄ fuiſtis ab
initio priuſq; captiuitates uarias ſentiretis.Et cum
hoc uobis fecero,tūc co
gnoſcetis quod ego ſim
dñs.Et impleberis,inqt,
ò terra Iſraël ppl'o meo,
qui te hæreditate tentu-
rus eſt:& eris eis poſſeſ-
ſio,& nō addes ultra,ut
abſq; filijs ſis.Cum autē
multiplicatus fuerit ue-
ſter habitator ò montes
Iſraël,tūc nequaq; dicēt
inimici ueſtri cōtra uos,
q homines deuoretis,&
abſque liberis ſit ueſtra
poſſeſſio,ſed econtrario
multiplicetis homines,
& largiſſimā prolem ue-
ſtra poſteritas germinet.
Nec audies,inquit, am-
plius nec ſuſtinebis cōfu
ſionē gētiū:ſed nec amit
tes gētē tuā,ut aliqn̄ ſu-
ſtineas captiuitatē: quia
dñs locutus eſt.Hæc πα-
ραφρασικῶς more Iudaico
B dixerimus:quæ illi expe
ctant in mille annorū re
gno,qn̄ ciuitatē Hieruſa
lem aſſerūt extruēdā,&
tēplū quod in fine huius
uoluminis deſcribit̄ &
rerū omnium felicitatē:
quorū nōnulli arbitrant̄
ſub Zorobabel hęc fuiſ-
ſe cōpleta.Sed quomodo
ſtare poterit hoc quod dicit̄:Et habitare uos faciā
ſicut à principio:boniſq; donabo maioribus,q̄ ha
buiſtis ab initio:Sub Zorobabel em̄,Eſdra,& Nee
mia pauci de ppl'o ſūt reducti,& ipſi obediētes Me
dis ac Perſis:& deinceps Macedonibus & Aegy-
ptijs atq; Romanis,uſq; ad Titū & Veſpaſianū di-
uerſarū gentiū regibus ſeruierūt,& uſq; hodie ſer-
uiūt,ut ſtare omnino nō poſſit hoc qd' in extrema
dicit̄ prophetia:& opprobriū populorū nequaq;
portabis,& gētē tuā nō amittes amplius.Et qa lon
gū eſt nūc aduerſum dogma Iudaicū,& beatitudi-
nem uētri & gutturi Iudaico ſeruientē:qui omnia
terrena deſiderāt,& dicūt:Māducemus & bibamus,
1.Cor.15.d de quibus & Apoſtolus loquit̄:Eſca uētri,& uen-
ter eſcis:deus aūt & hunc & illam deſtruet,in breui
explanatione dicere:nūc ad ſpiritualē intelligētiā
trāſeamus,iuxta quā & Eſaiæ extremas partes in-
terpretati ſumus.Neq; em̄ iuxta Iudaicas fabulas,
quas illi δευτερώσεις appellāt,gemmatā & auream de
cœlo expectamus Hieruſalem,nec rurſum paſſuri C
circūciſionis iniuriā:nec oblaturi taurorū & arietū
uictimas,nec ſabbati ocio dormiemus.Qd' & mul-
ti noſtrorū,& p̄cipue Tertulliani liber,q inſcribit̄
de ſpe fideliū,& Lactantij inſtitutionū uolumē ſe-
ptimū pollicet̄,& Victo
rini Pitabionēſis ep̄i cre
bræ expoſitiōes,& nuꝑ
Seuerus noſter in dialo-
go,cui Gallo nomē im-
poſuit.Et ut Græcos no
minem,& primū extre-
mūq; cōiungā, Irenæus
& Apollinarius.Nos er
go mōtes Iſraël,ꝓphetas
& apl'os eſſe dicemus, q
audiūt uerbū dei,& qui-
bus diabolus inſultauit
inimicus dicens: Euge,
excelſi quōdā mōtes,de
qbus ſcriptū eſt: Mōtes Pſal.124.a
in circuitu eius:& dñs in
circuitu populi ſui,mihi
dati ſunt in poſſeſſionē:
qn̄ perſecutionis angu-
ſtijs deſolati ſūt & cōcul
cati per circuitū,& facti
in hæreditatē reliqs gen
tibus,& ab omnibus bla
ſphemati. Propterea lo-
quit̄ dñs cōculcatis mō- D
tibus & deſolatis,& non
ſolū mōtibus,ſed & infe
rioribus ac per ſingulos
gradus in terra Iudæa,
hoc eſt,in mōte eccleſiæ
cōſtitutis,de qua ſcriptū
eſt: Non poteſt ciuitas Matth.5.b
abſcōdi ſuper montē po
ſita,& collibus atq; tor-
rentibus:quorū hyeme perſecutionum & tēpeſta-
te,preſſuræ auget̄ fides. Vallibus quoq; his qui in
humilitate depreſſi ſunt,& deſertis eccleſijs & pa-
rietinis:atq; in toto orbe eccleſiarū cōciliabulis de-
relictis:qualis ſub Diocletiano & Maximiano in
toto orbe perſecutio fuit:per quā proſcriptæ ſunt
eccleſiæ atq; uaſtatæ:quādo ſubſannauerunt eccle
ſiam omnes gētiliū & hæreticorū gētes per circui-
tū:quod in igne zeli furoris ſui locutus ſit,& pro-
prie aduerſum Idumæam,quæ terrenis operibus
uolebat omnes depoſita imagine cœleſtis,portare
imaginē terreni.Illi enim dederunt terrā dei ſibi in
hæreditatē,& ex toto corde atq; ex animo eccleſiā
domini perſecuti ſunt,& eiecerunt eam de ſedibus
ſuis & uaſtauerūt.Sed quid profuit nationibus:qd
iuuit hæreticorū gētes inſultaſſe terræ domini:cū
dominus loquatur ad eam,& montibus illius col-
libuſq; ac iugis ſiue nemoroſis locis,quæ amœni-
tate uirebant paradiſi:& collibus,de quibus ſupra
dixímus,

tis. Idcirco hæc dicit dñs deus (ſiue adonai
dñs:)Ego leuaui(ſiue leuabo)manū meam:ut
gētes quæ in circuitu ueſtro ſūt,ipſe cōfuſionē
(ſiue ignominiā) ſuā portēt. Vos aūt montes
Iſraël ramos ueſtros(ſiue uuas ueſtras) germi
netis,& fructū ueſtrū afferatis populo meo
Iſraël:propè eſt enim ut ueniat. Quoniā ecce
ego ad uos:& conuertar ad uos (ſiue reſpiciā
uos)& arabimini & accipietis ſemētē,& mul
tiplicabo in uobis homines omnēq; domum
Iſraël,& habitabuntur ciuitates & ruinoſa in-
ſtaurabūtur(ſiue deſerta ædificabūtur.)Et re-
plebo uos hominibus & iumētis & multipli-
cabūtur & creſcēt:& habitare uos faciā ſicut à
principio:boniſq; donabo maioribus q̄ ha-
buiſtis ab initio:& ſcietis qa ego ſum dñs.Et
adducam(ſiue generabo)ſuper uos homines,
populū meū Iſraël,& hæreditate poſſidebūt
te(ſiue uos)& eris (ſiue eritis)eis in poſſeſſio-
nem:& nō addes ultra,ut abſq; eis ſis(ſiue &
nō addetis ultra,ut abſq; liberis uos faciant.)
Hæc dicit dominus deus:Pro eo quod dixe-
rūt de uobis (ſiue tibi) deuoratrix hominum
es & ſuffocans gentem tuā:propterea homi-
nes nō comedes amplius,& gētē tuā nō neca
bis ultra,ait dñs deus:nec auditā faciam in te
(ſiue in

E diximus,in zelo & in furore ſuo locutus ſit:& pro opprobrio gentium leuet manum ſuam cõtra aduerſarios,qui eccleſiam perſecuti ſunt,ut portent cõfuſionem & ignominiã ſuam:Tunc perſecutoribus interfectis,& pace eccleſiæ reddita,montes Iſraël,apoſtoli uidelicet & apoſtolici uiri,germinabunt arbores ſuas,& extendẽt ramos: uuasq; afferent calcãdas in prælo dñi,de quibus muſta fundũtur, quæ inebriẽt credentium populos,& exprimitur uinũ quod lætificat cor hominis,ut omnis fructus montiũ, de quibus conficitur panis de cœlo deſcẽdẽs,comedat̃ à populo dei Iſraël.Et ne forſitan deſperemus in perſecutiõibus
Abac.2.a additur:Propè eſt tẽpus ut ueniat.Veniens enim ueniet,& non tardabit. Vnde ſuũ ad montes & ad eos qui in tribulatiõibus perdurarũt,pollicet̃ aduentũ: atq; promittit
F quod poſt perſecutionis ardorẽ exerceatur terra prius decerpta Chriſti uomere,& omnem uirtutum ſementem recipiat, de qua naſcantur & multiplicentur homines & omis domus Iſraël.Cũq; ciuitates,hoc eſt,eccleſiæ credentiũ fuerint inhabitatæ redeũtibus turbis: tunc nequaquàm ſolum homines qui pollebant ſcientia ſcripturarũ:ſed & iumenta,ſimplices quiq; credentium multiplicabuntur atq; ſuccreſcent,& habitabuntur eccleſiæ ſicut à principio, hoc eſt, priuſq; eſſet perſecutio:boniſq; florebunt maioribus quàm habuerũt ab initio,martyrum uictorijs coronatæ.Et tunc ſciẽt quod ipſe ſit dominus qui reſtituit plebẽ ſuam priſtino ſtatui,quæ poſſideat eccleſias:& ipſa ſit eccleſiarũ hæreditas:& nequaq; ultra abſq; liberis ſit,quos in perſecutione perdiderat.Vnde iubetur prophetæ,ut loquatur ad terrã manſuetorum terramq; uiuentiũ,ſiue ad mõtes Iſraël,& dicat:Perſecutorum ultra non patieris opprobrium:nec inſultabunt iugulatum populum tuum,ſicut oues occiſionis.Pace enim reddita,opprobria uniuerſa ceſſabunt:nec ſuſtinebis cõfuſionem & ignominiam inter diuerſas in circuitu nationes,ſed gentem tuam habebis & populum:quia ueritas promiſſionis,domino loquente firmata eſt.

(ſiue in uobis)amplius cõfuſionem(uel ignominiam)gentium:& opprobria populorum nequaq; portabis(ſiue portabitis)& gentem tuam nõ amittes amplius(ſiue gens tua abſq; liberis ultra non erit)dicit dominus deus.Et
a factũm eſt uerbum domiui ad me dicẽs:Fili hominis,domus Iſraël habitauerũt (ſiue habitauit)in terra ſua:& polluerũt eam in uijs ſuis & in ſtudijs(ſiue idolis) ſuis:iuxta immundiciam menſtruatæ facta eſt uia eorum coram me,Et effudi indignationem meam(ſiue furorem meum)ſuper eos,pro ſanguine quem fuderunt ſuper terram:in idolis ſuis polluerunt eam,& diſperſi eos in gẽtes,& uẽtilati ſunt(ſiue uentilaui eos)in terras(ſiue regiones)iuxta uias eorum & adinuẽtiones(ſiue peccata( eorum iudicaũi eos,& ingreſſi ſunt ad gentes ad quas introierunt:& polluerunt nomen ſanctum meum,cum diceretur de eis,populus domini iſte eſt,& de terra eius egreſſi ſunt.Et peperci nomini meo ſancto (ſiue peperci eis propter nomen meum ſanctum)quod polluerat domus Iſraël in gentibus ad quas ingreſſi ſunt.Idcirco dices domui Iſraël,hæc dicit dominus deus:Non propter uos ego faciam domus Iſraël:ſed propter nomẽ meum ſanctum quod polluiſtis in gentibus ad quas intraſtis.

a ¶Et factum eſt uerbum domini ad me dic. &c.) G
Perſpicua ſunt quæ dicũtur,& omnis ſenſus montiũ Iſraël,qui prius deſerti fuerãt,& poſtea reſtituti,nunc manifeſtius ponitur.Redditq; cauſas deus quare populũ Iſraël captiuitati tradiderit,& propter ſuam clementiã pollicetur reducturũ ſe eos in terram Iudæã,& multo ampliora tributurũ: quàm abſtulerat.Quod quidam Iudæorum referunt ad Zorobabel tempora,quãdo Cyro rege Perſarum laxante captiuitatem eorum,de tribu Iuda & Beniamin plurimi reducti ſunt in Iudæam.Alij uero ad mille annorũ regnum referũt, quãdo ſub Chriſto quẽ putant eſſe uẽturum,ut ciuitas extruatur Hieruſalem,& ædificet̃ tẽplũ, de quo in ultima parte huius prophetiæ dicturi ſumus.Et interim ut Iudaicas fabulas relinquamus & interminabiles genealogias,iuxta cõſuetudinẽ noſtrã, breuiter H
τροπικῶς huius capituli percurramus,& quid nobis uideatur,iuxta eccleſiaſticam intelligentiam diſſeramus: Domus Iſraël,hoc eſt,populus Iudæorum habitauit quondam in terra ſua,hoc eſt, in terra Iudææ:quando educta eſt de Aegypto, ſed polluerũt eã in uijs & in ſtudijs,ſiue idolis ſuis:& intantũ extitere polluti,ut immundiciæ mulieris mẽſtruatæ cõparati ſint.Propter quod deus effudit indignationẽ ſuam ſuper eos,pro ſanguine prophetarum atq; iuſtorũ, quem fuderãt ſuper terram,dicente in euãgelio ſaluatore:Hieruſalem,Hieruſalem quæ occidis pro- Matth.23.d
phetas:& lapidas eos qui ad te miſſi ſunt.Et iterũ: Amen amẽ dico uobis:requiretur ſanguis qui effuſus eſt à generatione hac à ſanguine Abel iuſti,uſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ,quem 2.Para.24.f
effuderunt inter altare & templum.Non ſolum autem effuderunt ſanguinem,ſed & polluerunt terrã ſceleribus ſuis.Quamobrem diſperſit eos,uel ſub Babylonia captiuitate,uel ſub Romana:quãdo uere effuderunt ſanguinem Chriſti:& uentilati ſunt in terras,quomodo paleæ uẽtilantur,& iuxta uias ſuas & inuentiones peſſimas iudicati,ita ut in gentibus quoq; ad quas captiui ducti fuerant,pollue-



A rent nomen ſanctum dei:eo quod per irriſionẽ dicerẽt uniuerſæ nationes:Ecce populus dei iſte eſt, qui ſe iactabat proprie noſſe cultũ dei.Quod cum uidiſſem,ait:non propter eos,ſed propter nomen meum ſanctum:creator enim omniũ ſum,peperci eis, & ſanctificaui illos: & gloriæ priſtinæ reſtitui,ita ut ſuper credẽtes & ab errore cõuerſos,effunderem aquã mundã baptiſmi ſalutaris,& mũdarem eos ab abominationibus ſuis,& ab uniuerſis erroribus quibus fuerãt occupati:& darẽ eis cor nouũ,ut crederẽt in filiũ dei & ſpiritũ nouum, de quibus Dauid
Pſal.50. loquitur:Cor mundum crea in me deus,& ſpiritum rectũ innoua in uiſceribus meis.Et cõſiderandũ,quod cor nouum & ſpiritus nouus detur per effuſionem & aſperſionem aquæ. Quando autem cor nouum datũ
B fuerit & ſpiritus nouus, tunc auferetur de corde Iudaico omnis duricia, quæ lapidi comparatur, ut pro lapideo corde,ſit cor carneũ,molle & tenerũ,quod ſpiritũ dei in ſe poſſit recipere,& inſcribi literis ſalutaribus. Tũc ambulabũt in præceptis dñi,& cuſtodient iudicia eius,& habitabũt in terra cõfeſſionis,quã dederat patribus eorũ Abraham,Iſaac,& Iacob,& cunctis ſanctis ac prophetis:& erũt in populũ dei, & dominus erit eis in deum,quod præſenti tẽpore
Ioan.12.d comprobatur.Cumq; ſaluati fuerint,uocabit dominus frumẽtum & multiplicabit illud.Niſi enim granũ tritici cadẽs in terra,mortuũ fuerit,ipſum ſo-
Amos.8.d lum manet.Et nequaq; patiẽtur famem:nõ famem panis & ſitim aquæ,ſed famẽ audiendi ſermonem dei:quã paſſus eſt ille qui à patre profectus,omnẽ quam acceperat ſubſtantiã,diſſipauit:quãdo famis neceſſitate cogente,porcorum paſtus eſt ſiliquis.
Prouer.3.c Tunc multiplicabitur fructus ligni,hoc eſt,ſapientiæ,de quo ſcriptũ eſt:Lignum uitæ eſt omnibus qui requirũt eam:& genimina agri,in ſimilitudinẽ Iacob:cuius odor erat quaſi odor agri pleni,cui be-
Gene.27.d nedixit dominus.Nec ultra portabunt opprobriũ famis in gentibus,quod hodieq; Iudæorũ patitur incredulitas:ſed poſtq; beatitudinẽ fuerint cõſecu-
1.Cor.15.b ti,imitabũtur Apoſtolũ qui dicit:Nõ ſum dignus

intraſtis. Et ſanctificabo nomen meum magnum quod pollutum eſt inter gentes,quod polluiſtis in medio earum,ut ſciant quia ego ſum dominus dicit dominus exercituũ,cum ſanctificatus fuero in uobis coram eis. Tollã quippe uos de gẽtibus,& cõgregabo de uniuerſis terris:& adducã uos in terrã ueſtram. Et effundam(ſiue aſpergam)ſuper uos aquã mundam:& mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris,& ab uniuerſis idolis ueſtris mundabo uos. Et dabo uobis cor nouum,& ſpiritum nouum ponam in medio ueſtri(ſiue dabo uobis)& auferã cor lapideũ de carne ueſtra:& dabo uobis cor carneum. Et ſpiritum meum ponam in medio ueſtri (ſiue dabo uobis) & faciam ut in præceptis meis (ſiue iuſtificationibus meis) ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis,& operemini (ſiue faciatis) ea. Et habitabitis in terra quam dedi patribus ueſtris:& eritis mihi in populum, & ego ero uobis in deum.Et ſaluos uos faciã ex uniuerſis inquinamentis (ſiue immundicijs) ueſtris:& uocabo fructum & multiplicabo illum,& non imponam (ſiue dabo) uobis famem:& multiplicabo fructum ligni,& genimina agri,ut non portetis ultra opprobriũ famis

uocari apoſtolus:quia perſecutus ſum eccleſiã dei. C
Et recordabunt̃ uiarũ ſuarum peſſimarũ,& ſtudiorum nõ bonorũ quibus offenderãt deũ,& diſplicebũt eis iniquitates ſuæ:& ſcelera ſua quibus prius errauerãt.Hęc aũt oĩa tributurus eſt dñs nõ propter eos qui ꝓprio errore perierunt,ſed propter nomẽ ſanctũ ſuũ. Vnde prouocat domũ Iſraël,ut cõfundatur & erubeſcat ſuper prioribus uitijs,& ſuũ intelligat creatorẽ. Poſtq; autẽ mundauerit credentiũ ex Iudæis populũ ab iniqtatibus ſuis, & habitari fecerit urbes eccleſiæ:& inſtaurauerit ruinoſa quæ in ſynagogis cõciderãt:& terra cõfeſſionis fuerit exculta ceremonijs dei,q̃ quõdã uiſa eſt deſolata oĩbus ſanctis,q terrenæ cõuerſationis opa prætereũt: Tũc oẽs dicẽt:quomodo terra Iudæa q̃ quõdã fuerat inculta,nũc habet ſimilitudinẽ paradiſi dei, D
& ciuitates Iudææ q̃ deſertæ fuerãt & deſtitutæ, & ſua incredulitate ſuffoſſę,nũc erectę & munitæ ſunt in confeſſione & noĩe dñi ſaluatoris,ita ut omnis creatura cognoſcat,& multitudines angelorũ,quę terrã ambiũt Iſraël,quod dñs diſſipatas ædificauerit ciuitates,& incultas plantauerit regiones,& qđ pollicitus fuerat per prophetas, opere cõpleuerit:Nec hoc erit liberalitatis ſuæ in populũ quẽ ſaluauerit cõtẽtus munere,ſed multo maiora præſtabit.Inueniet̃ enim à domo Iſraël,qui multo tẽpore q̃ſitus fuerat,& nõ inuẽtus.Et poſtq; inuenerit eũ,multiplicabit eos ſicut oues:nõ brutorũ animantiũ,ſed oues hominũ,q̃ rationis cõfeſſioniſq; ſunt plenæ:ſicut oues ſanctas & greges Hieruſalẽ:in qua ꝓprie dei cultus,& uiſio pacis eſt,in ſolẽnitatibus eius:qñ comedimus azyma ſynceritatis & ueritatis:& agni carnibus ueſcimur,& cruore potamur,& in ſeptẽ hebdomadibus & in tabernaculis huius ſeculi dñica feſta celebramus,ut ciuitates quõdã deſertæ,plenæ fiãt regibus hoĩm,& hac ratione cognoſcãt,ꝙ ipſe ſit dñs qui cũcta præſtiterit.Hęc iuxta hiſtoriæ ueritatẽ,imò iuxta ꝓphetiæ fidẽ:quomodo populus Iſraël reſtituat̃ in integrũ ſtatũ,& reliqæ populi Iudæorũ apoſtolo Paulo do- Ro.9.f.11.d
cente,ſaluæ ſint in apoſtolis,& in omnibus qui ex Iudæis

E Iudæis in principio crediderũt, & uſq; hodie redeũt ad eccleſiã, breuiter dixiſſe ſufficiat. Nũc Tropologiæ eadẽ breuitate aperiẽdus eſt ſenſus: Quicunq; de domo eſt Iſraël, & cernit pacẽ Chriſti, quæ exuperat omnem ſenſum: habitat in terra ſua eccleſia, uel in carnis hoſpitio, quod ei à deo traditũ eſt. Sin aũt polluerit utranq; terram in uijs ſuis peſſimis, & immũdiciæ mulieris mẽſtruatæ fuerit cõparatus: effundit deus indignationẽ ſuam ſuper eũ pro ſanguine uel ſuo, uel eorũ, quos ſcãdalizauerit & effuderit ſup terrã, & uerſis cogitatiõibus qbus polluit eam. Tunc diſpergetur in gentes, ut incredulis coæquetur: & uẽtilabit̃ in terra inſtar palearum, ut à frumento eccleſiæ ſeparetur, F & iudicet̃ ſecundum uias ſuas. Quod ſi nec ſic ſenſerit peccatũ ſuũ, ſed polluerit nomen ſanctũ eius, dicent omnes inter quos habitauerit: Ecce populus dei: ecce qui egreſſus eſt de terra eius, imò proiectus. Sin autem egerint pœnitẽtiã, & ſanctificatus fuero in medio eorum: tũc omnis gẽtiliũ turba cognoſcet, quod ego eos tollam de terris in quas diſperſi erant: & reducam in terram eccleſiæ, & effundam ſuper illos nequaq; aquas baptiſmi ſalutaris, ſed aquas doctrinæ & ſermonis dei, & mundabo illos ab omnibus inquinamentis ſuis: & ab uniuerſis idolis atq; erroribus, quæ in ſuo corde ſimulauerant. Et dabo, inquit, eis cor nouũ, quod per peccatũ perdiderãt, & ſpiritũ rectum innouabo in cordibus eorũ. Et auferam cor lapideũ, cor uidelicet incredulum: & dabo cor carneum, molle, & tenerum, quod dei præcepta ſuſcipiat, ita ut ambulent in præceptis meis, & faciãt iudicia quæ prius neglexerant, & habitẽt in terra quam dederam patribus eorum, magiſtris uidelicet atque doctoribus, & rurſum ſit populus dei, & dominus eis uertatur in deum quem prius offenderãt. Tunc ſaluabuntur ab uniuerſis inquinamentis ſuis, & multiplicabitur eis frumentum de quo efficitur cœleſtis panis, & non patientur ultra famem ſermonis dei, & multiplicabitur in eis G lignum ſapientiæ, & genimina in eorũ pectore cõplebuntur. Nec erunt ultra opprobrium in gentibus, ſed poſtquàm miſertus fuerit eorum deus recordabuntur uiarum ſuarum peſſimarũ: & ſcient ubi fuerint, & diſplicebunt ſibi in iniquitatibus ſuis. Quod dicit dominus, nõ propter illos, ſed propter ſuam ſe facere clemẽtiam. Vnde & cohortatur errãtes, ut confundantur & erubeſcãt in uijs ſuis, & reſtituãtur in urbes eccleſiæ, quę rurſum habitent̃ ab eis, & omnia quæ in eis corruerant, ædificentur: & ad priſtinas redeãt ceremonias, & terra quondã deſerta quæ accolis & peregrinis & mundi huius cõuerſationẽ trãſeuntibus uiſa fuerat deſolata, reuertat̃ in priſtinũ ſtatum: H omneſq; mirentur & dicant: Terra illa inculta, terra deſerta, in qua om̃es quondam periere uirtutes: nunc facta eſt quaſi hortus uoluptatis & paradiſus dei, & ciuitates quondam deſertæ quæ deum hoſpitem non habebãt, & deſtitutæ erant à ſpiritu ſancto, & ſuffoſæ incredulitate, munitæ erunt fide Chriſti: ut ſciant omnes in circuitu, quod dominus ædificauerit animas diſſipatas, & plantauerit in eis atq; conſeuerit cunctarum uirtutum arbores: & ipſe rebus pręſtiterit, quæ ſermone promiſit. Rurſumq; cohortatur ſermo propheticus pœnitentes, ut etiã cum regreſſi fuerint in eccleſias, ſemper requirãt dominũ, & inueniãt eum: ut multiplicẽtur redeuntiũ turbis greges domini: non iumentorũ & brutorum animantium, ſed greges hominum, qui fidei rationiſq; ſint pleni, greges ſancti, greges urbis Hieruſalem, in cunctis ſolennitatibus quas dei clementia receperunt, ut poſtquàm ciuitates domini huiuſcemodi gregum multitudo compleuerit, tunc ſciãt omnes quod ipſe ſit dominus. Cap. XXXVII.

FActa eſt ſuper me manus domini, & eduxit me in ſpiritu domini, & dimiſit me in medio campi, qui er. &c.) Famoſa eſt uiſio, & omnium eccleſiarum Chriſti lectione celebrata: ob quam uel maxime cauſam utrãq; æditionẽ ex integro poſui: ne qua

Tropolog.

famis in gẽtibus. Et recordabimini uiarũ ueſtrarũ peſſimarũ ſtudiorumq; nõ bonorũ, & diſplicebũt uobis iniquitates ueſtræ, & ſcelera ueſtra. Non propter uos faciã, ait dominus deus: notũ ſit uobis: cõfundimini & erubeſcite ſuper uijs ueſtris domus Iſraël. Hæc dicit dñs deus: In die qua mũdauero uos ex omnibus iniquitatibus ueſtris: & habitari fecero urbes, & inſtaurauero ruinoſa, & terra deſerta fuerit exculta, quæ quondã erat deſolata in oculis omnis uiatoris, dicẽt: Terra illa inculta (ſiue deſerta) facta eſt ut hortus uoluptatis, & ciuitates deſertæ & deſtitutæ atq; ſuffoſſæ, munitæ ſederũt. Et ſcient gentes quæ derelictæ fuerint in circuitu ueſtro: quia ego dñs ædificaui diſſipata & plantaui inculta: ego dñs loquutus ſim & fecerim. Hæc dicit dominus deus: Adhuc in hoc inueniet me domus Iſraël (ſiue quærat domui Iſraël) ut faciam eis. Multiplicabo eos ſicut gregẽ hominũ (ſiue ut oues homines) ut gregẽ ſanctum (ſiue ut oues ſanctas) ut gregẽ (ſiue oues) Hieruſalẽ in ſolẽnitatibus eius: ſic erunt ciuitates deſertæ, plenæ gregibus (ſiue ouibus) hominũ, & ſcient quia ego dominus.

Cap. XXXVII.

a FActã eſt ſuper me manus domini, & eduxit me in ſpiritu domini.

ET facta eſt ſuper me manus domini, & eduxit me in ſpiritu domini: & poſuit



A ne qua nobis ab Hebræis calumnia fieret, ſi ſaltem in uerbis aliquid diſcreparent. Solent enim ridere de nobis & attollere ſuperciliũ: & inflatis buccis, ructare ſcientiã ſcripturarũ, ſi nõ dicam ſenſuũ diſcrepãtiã: quæ ſi fuerit, iure reprehẽdit̃, ſi uerborũ diſſonantiã in noſtris codicibus potuerint demonſtrare. Qui ergo putãt de reſurrectione, q̃ ab omnibus & Iudęis & Chriſtianis credit̃, dei eſſe ſermonẽ, hæc ſolẽt dicere: Facta eſt ſup prophetam manus dñi, hoc eſt, dominus atq; ſaluator, ꝑ quem pater cũcta opatus eſt: Ioan. 1. Omnia enim per ipſum facta ſũt, & ſine ipſo factũ eſt nihil qđ factũ eſt. Et eduxit me, inquit, in ſpiritu dñi, ſubauditur manus dñi. Eduxit aũt eũ in ſpiritu: B nõ in corpore, ſed extra corpus: & poſuit illũ ſiue dimiſit in medio cãpi, q plenus erat humanis oſſibus: nec eũ eſt paſſa requieſcere: ſed fecit oſſa om̃ia circuire, quæ nõ erãt operta humo, ſed ſuper campũ iacẽtia: nec ſolum multa, ſed multa nimis, & ꝓpter tẽporis uetuſtatẽ, arida ſiccaq; uehemẽter, & nihil in ſe humoris habẽtia. Cũq; interrogaſſet eũ ſermo diuinus, utrũ exiſtimaret hæc oſſa poſſe uiuere, reſpõdit: Domine deus tu noſti, qui plenã habes ſcientiam futurorum. Dixitq; ad eum dominus: Vaticinare de oſſibus, ſiue ſuper oſſa hæc, & dices ad ea: Oſſa arida audite uerbum dñi. In quo mirãdum quomodo ad oſſa arida ſit locutus: quæ ante neruos, carnes, & cutem, & ſpiritum uiuificantem, dei poſſent audire ſermonem. C Primumq; oſſa cum alijs oſſibus, neruorũ uinculis colligãtur, deinde implẽtur carnibus, & deſuper ob pulchritudinẽ extẽditur cutis quæ nudarũ carnium operiat fœditatẽ, & tũc accipiũt ſpiritũ, qui uiuere ea faciat, & poſtq; uixerint, tũc cognoſcant qđ ipſe ſit dñs. Dicẽte itaq; propheta qđ ei fuerat imperatum, ſtatim eſt facta cõmotio, oſſaq; in ſuam ſunt applicata compagem: aſtricta neruis, plena carnibus, pelle coopta: iacebantq; humana corpora ſpiritũ non habentia. Idcirco propheta uaticinat̃ ad ſpiritũ, & ait: Hæc dicit dominus deus: A quatuor uentis ueni ſpũs: à quatuor uidelicet mũdi plagis, ut quomodo in prima cõditione hominis, D inſufflauit deus in faciẽ eius, & factus eſt in animã uiuentem: ſic & ſecunda conditio, id eſt, reſurrectio mortuorum, inſufflãte ſpiritu uiuificet̃: Qui ingreſſus eſt humana corpora, ſtatimq; uixerũt, ſteterũtq; ſuper pedes ſuos. Vñ & reſurrectio dicitur mortuorũ, cõgregatio ſiue eccleſia multa, & ut in Hebræo habet̃, grãdis exercitus: eoq; compleretur tẽpore: Emitte ſpiritũ tuũ & creabũtur: & renouabis faciem terræ. Pſal. 103. d Quod aũt ſequit̃. Et dixit ad me: Fili hominis, oſſa hæc uniuerſa domus eſt Iſraël: uidet̃ facere quæſtionẽ: eo quod nõ de generali reſurrectione, ſed proprie de reſurrectione dicatur domus Iſraël, quæ dicat: Aruerũt oſſa noſtra & perijt ſpes noſtra, & abſciſſi ſumus à terra noſtra, ſiue omnino deſperauimus: quibus

HEB. & dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus, & circunduxit me per ea in gyrum. Erant autem multa ualde ſuper faciem campi, ſiccaq; uehementer. Et dixit ad me: Fili hominis: putás ne uiuẽt oſſa iſta? Et dixi: Domine deus tu noſti. Et dixit ad me: Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis: Oſſa arida audite uerbũ domini, hæc dicit dominus deus oſſibus his: Ecce ego intromittam in uos ſpiritum, & uiuetis: & dabo ſuper uos neruos, & ſuccreſcere faciã ſuper uos carnes, & ſuperextẽdam in uobis cutem, & dabo uobis ſpiritum & uiuetis, & ſcietis quia ego dominus. Et prophetaui ſicut præceperat mihi: factuſq; eſt ſonitus prophetante me, & ecce commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa: unumquodq; ad iuncturam ſuam. Et uidi, & ecce ſuper ea nerui & carnes aſcenderunt, & extẽta eſt in eis cutis deſuper, & ſpiritum non habebãt. Et dixit ad me: Vaticinare ad ſpiritum, uaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritũ, hæc dicit dominus deus:

SEP. & poſuit me in medio campi, & hic erat plenus oſſium hominũ, & circunduxit me ſuper ea per gyrum in circuitu, & ecce multa nimis ſuper faciem cãpi, & arida uehementer, & dixit ad me: Fili hominis, ſi uiuent oſſa hæc? Et dixi: Vnde dñe: domine tu noſti hæc. Et dixit ad me: Fili hominis, propheta ſuper oſſa iſta, & dices eis: Oſſa arida, audite uerbũ dñi. Hęc dicit dñs deus oſſibus iſtis: Ecce ego adducã ſuper uos ſpiritũ uitæ, & dabo ſuper uos neruos, & inducam ſuper uos carnes, & extẽdã ſuper uos pellem: & dabo ſpiritum meũ ſuper uos, & uiuetis: & cognoſcetis, quoniã ego ſum dominus. Et prophetaui ſicut præcepit mihi, & facta eſt uox cũ ego prophetarẽ, & ecce cõmotio, & accedebant oſſa ad oſſa ad iuncturã ſuam. Et uidi, & ecce ſup ea nerui & carnes oriebãtur: & aſcẽdebãt ſuper ea pelles deſuper, & ſpiritus non erat in eis. Et dixit ad me: Propheta fili hominis, propheta ſuper ſpiritum, & dic ſpiritui. Hæc dicit dominus deus. A quatuor

E quibus iſta dicentibus,tertio Ezechiel prophetare
compellitur,& dicere oſſibus aridis:Hæc dicit do-
minus deus:Ecce ego aperiam tumulos ueſtros.In
quo quærit:Si aperit tumulos,quomodo ſupra di
xerit:Erãt aũt multa ualde ſuper faciẽ cãpi,ſiccaq;
uehemẽter.Et,edu
cam,inquit,uos de
ſepulchris ueſtris
populus meus,ſe-
cundũ illud quod
ſcriptũ eſt in euan
Ioan.5.d gelio:Venit hora,
qñ q in ſepulchris
ſunt audient uocẽ
filij dei,& exibunt
qui bona egerunt
in reſurrectionem
uitæ.Et iterũ:Qui
audierint, uiuent.
Et ſi,ſicut nõnulli
arbitrãtur,de gene
rali reſurrectiõe di
cit ſermo diuinus:
qd neceſſe fuit ſpe
cialiter dici:Et in-
ducam uos in ter-
ram Iſraël:cum in
omni orbe terrarũ
reſurgere debeant
F mortui ex his lo-
cis in qbus ſepulti
ſunt:Cũq;,ait,edu
xero uos de tumu
lis ueſtris,& dede-
ro ſpiritũ meũ in
uobis & uixeritis,
tũc requieſcere uos
faciã ſuper humũ
ueſtram,ut poſtq;
requieueritis in ter-
ra Iſraël,tũc cogno
ſcatis qđ ipſe ſim
dñs, qui promiſſa
mea opere comple
uerim. Qui ergo
de generali reſur-
rectione hæc dicta intelligunt,illud quod uidetur
facere quæſtionẽ:Oſſa hæc uniuerſa domus eſt Iſ-
raël:ad ſanctorũ reſurrectionẽ referunt,de qua &
Apoc.20.b Apoſtolus Ioãnes in Apocalypſi loquitur:Beatus
& ſanctus qui habet partẽ in reſurrectione prima,
ſuper eum ſecũda mors non habet poteſtatẽ,quod
uidelicet alia ſanctorum,alia peccatorũ ſit reſurre-
ctio.Vnde & in pſalmo primo dicitur:Non reſur-
gũt impij in iudicio:neq; peccatores in cõſilio iu-
ſtorũ.Terrã aũt Iſraël quam reſurgẽtibus dñs pol-
Matth.5.a licetur:illam eſſe cõfirmãt,de qua ſcriptũ eſt:Beati
Pſal.114.b mites:quoniam ipſi poſſidebunt terrã.Et:Placebo
dño in regione uiuẽtiũ.Hæc loquunt,qui de gene
G rali,ut diximus,reſurrectione Ezechielẽ ſcripſiſſe
autumant.Qui aũt taliter interpretantur iſta,non
debent nobis facere inuidiã,quod iſtum locum ali-
ter exponẽtes,reſurrectionem negare uideamur.
Scimus enim multo robuſtiora teſtimonia,& in
quibus nulla ſit du
bitatio,in ſcriptu-
ris ſanctis reperiri:
ut eſt illud Iob:Su Iob.19.d
ſcitabis pellẽ meã,
quæ iſta ſuſtinet,
Et in Daniel:Mul Dan.12.a
ti qui dormiũt in
terræ puluere,re-
ſurgent:iſti in uitã
æternam,& iſti in
opprobrium & in
cõfuſionẽ æternã.
Et in euãgelio:No Matth.10.c
lite timere eos qui
corpus interficiũt,
animã aũt nõ poſ-
ſunt occidere: ti-
mete aũt eũ magis
q poteſt & animã,
& corpus ꝑdere in
gehẽnã.Et apoſto
lus Paulus: Qui Roma.8.b
uiuificabit morta-
lia ueſtra corpora
H propter inhabitan
tem ſpiritũ eius in
uobis,& mlta alia.
Ex quo perſpicuũ
eſt nõ nos reſurre
ctionẽ negare,ſed
hæc nõ ſcripta de
reſurrectione con
tendere,& per re-
ſurrectionis para-
bolã,de reſtitutiõe
Iſraël prophetari:
qui eo tempore ca
ptiuus erat in Ba-
bylõe.Nec ſtatim
hæreticis occaſio-
nem dabimus,ſi hæc de reſurrectione cõmuni in-
telligi denegemus.Nunq; enim poneret ſimilitu-
do reſurrectionis ad reſtitutionẽ Iſraëlitici populi
ſignificãdã:niſi ſtaret ipſa reſurrectio,& futura cre
deretur:quia nemo de rebus nõ extãtibus incerta
cõfirmat:Totaq; noſtra illò tẽdit aſſertio,qđ quo-
modo uideť incredulũ quod oſſibus aridis,& mul-
ta uetuſtate cõfectis,futura reſurrectio promittať,
& tamẽ futurũ eſt quod promittiť,ſic & reſtitutio
populi Iſraël qui ductus eſt in captiuitatẽ,& in to-
to orbe diſperſus:uideť quidẽ incredibilis his qui
dei nõ norunt potentiã,ſed tamen futura eſt:quia
ego,inquit,dñs locutus ſum:& faciã ſicut pollici-
tus ſum.

HEB. A quatuor uẽtis ue-
ni ſpiritus,& inſuffla ſuper
interfectos iſtos & reuiui-
ſcant.Et prophetaui ſicut
præceperat mihi,& ingreſ-
ſus eſt in ea ſpiritus & ui-
xerunt; ſteteruntq; ſuper
pedes ſuos exercitus gran-
dis nimis ualde. Et dixit
ad me: Fili hominis, oſſa
hæc uniuerſa domus Iſ-
raël eſt.Ipſi dicunt: Arue-
runt oſſa noſtra,& perijt
ſpes noſtra, & abſciſſi ſu-
mus.Propterea uaticinare
& dices ad eos,hæc dicit
dñs deus:Ecce ego aperiã
tumulos ueſtros,& educã
uos de ſepulchris ueſtris
populus meus, & inducã
uos in terram Iſraël,& ſcie
tis quia ego dominus cum
aperuero ſepulchra ueſtra
& eduxero uos de tumu-
lis ueſtris populus meus,
& dedero ſpiritum meum
in uobis & uixeritis,& re-
quieſcere uos faciam ſuper
humum ueſtram,& ſcietis
quia ego dñs locutus ſum
& feci,ait dominus deus.

SEP. A quatuor ſpiritibus
ueni ſpiritus,& inſuffla ſu
per mortuos iſtos, & ui-
uant. Et prophetaui ſicut
præceperat mihi,& ingreſ-
ſus eſt in eos ſpiritus & ui-
xerunt:& ſteterũt in pedi-
bus ſuis:cõgregatio multa
uehementer nimis.Et locu
tus eſt dñs ad me dicens:
Fili hominis, oſſa hæc o-
mnis domus Iſraël eſt.Ipſi
dicũt:Arida facta ſũt oſſa
noſtra: perijt ſpes noſtra:
deſperauimus:ꝓpterea ua
ticinare & dic ad eos,hæc
dicit dñs deus: Ecce ego
apiã memorias ueſtras,&
reducã uos de ſepulchris
ueſtris ppl's meus,& intro-
ducã uos in terrã Iſraël,&
cognoſcetis, qm̃ ego ſum
dñs cũ aperuero ſepulchra
ueſtra,ut educã uos de ſe-
pulchris ueſtris populus
meus.Et dabo ſpiritũ meũ
in uobis & uiuetis:& ponã
uos ſuper terram ueſtrã,&
cognoſcetis quia ego ſum
dominus:locutus ſum &
faciã dicit dominus deus.
Et factus



A tus ſum.Deniq; & in anteriori ꝓphetia,in qua mõ-
tibus Iſraël antiquus repromittitur ſtatus, dicit ad
Supra.36.c eos dñs:Et cõuertar ad uos & arabimini: & accipie
tis ſementem,& multiplicabo in uobis homines:o-
mnemq; domũ Iſraël,& rurſum: ꝙ domus Iſraël ha
bitatura ſit in terra
ſua, quæ quõdam
inculta, poſtea fu-
tura ſit quaſi hor-
tus uoluptatis, &
ciuitates deſertę &
deſtitutæ munian-
tur: & multiplicet
in eis domus Iſra-
el,ſicut grex ouiũ:
& cætera q̃ ſequũ-
tur ad eundẽ ſenſũ
pertinere: qui nũc
ſub Tropologia et
parabola diciť ari-
dorũ oſſiũ & peni
tus nullũ humorẽ
uitæ habentiũ:im-
pleto illo qđ in euã
gelio ſcriptum eſt:
Matth.19.d Quæ apud homi-
nes impoſſibilia ui
dẽtur, apud deum
B poſſibilia ſunt. Eie
cti ſunt autẽ de ſe-
pulchris ſuis, de ſe
pulchris captiuita-
tis:& uinculis qui-
bus ſeruitute Ba-
bylonia tenebãtur
aſtricti.Sed hæc o-
mnia Iudęi uel ſub
Zorobabel, ut pri
us dixi,expleta cõ-
firmant,qñ magna
eſt facta cõmotio:
& regnũ Chaldæo
rum in Medos Perſaſq; translatũ: uel in præſentia
Chriſti ſui,quẽ putãt eſſe uenturũ. Nos aũt ſpũali-
ter poſt crucẽ dñi ſaluatoris cõpleta memoramus,
Ioan.11.e & quotidie fieri in his,uel maxime qui inſtar Laza
ri peccatorũ ſuorũ faſcijs colligati,ad uocẽ dñi ſuſci
tãtur:& uere ſunt domus Iſraël,arẽs quondã & nul
lam ſpem habẽs ſalutis:ſed intrãte in ſe ſpũ gratiæ,
& porrigẽte dño manũ,de ꝓfundo inferi liberenť:
Matth.14.d & qui prius dixerant:Dñe deus,tu noſti hæc, poſt-
ea audiant liberati:Modicæ fidei quare dubitaſtis?
3.Reg.12.d a ¶Et factus eſt ſermo dñi &c.)Regũ narrat hiſto-
ria,ſub Roboam filio Salomonis duodecim tribus
fuiſſe diuiſas: & duas, hoc eſt Iudã & Beniamin cũ
leuitis ac ſacerdotibus ſecutas eſſe Roboam: qui re
gnauit in Hieruſalẽ,& regnũ eius appellatũ eſt Iu-
da. Alias uero decẽ tribus quæ dixerũt:Nõ eſt no-
bis pars in Dauid,neq; hæreditas in filio Iſai:Hiero
boam filio Nabath de tribu Ephraim,qui fuit filius C
Ioſeph ſubmiſiſſe ceruices:et ſeruiſſe ei,appellataſq;
ex magna ꝑte ppl'i antiquo noĩe Iſraël:& multo tꝑe
regnũ Iuda & Iſraël aduerſum ſe habuiſſe certamĩa,
proprijſq; paruiſſe regibus: primaſq; decẽ tribus 4.Reg.17.a
captas ab Aſſyrijs:
& poſt aliquãtũ tẽ
poris eas q̃ appella
bãtur Iuda à Chal-
dæis in Babylonẽ 4.Re.25.a
ductas eſſe capti-
uas: & tribũ Iuda
poſt annos ſeptua
ginta,antiquæ ter-
ræ redditã:decẽ au
tẽ tribus q̃ uocabã
tur Iſraël, uſq; ho-
die in mõtibus ur-
bibuſq; Medorũ
ſeruire captiuas.
Præſens igiť pro-
phetia hæc ex ore
dñi polliceť, quod
utrũq; ſibi iungať
imperium,hoc eſt,
regnũ Iudæ, & re-
gnũ Iſraël: tollaťq;
D uirga Ephraim, q
de Ioſeph ſtirpe ge
neratus eſt cũ reli-
quis tribubus,quę
ei ſociatæ ſunt: &
iũgať uirgæ Iuda:
ut nequaq; uoceť
Iuda & Iſraël, ſed
uno noĩe appellen
tur Iuda: & ſub fi-
gura ꝓphetæ, qui
ꝓcedit in typo dñi
ſaluatoris: nequa-
q; duab9 manibus,
ſed una Chriſti te-
neantur manu.Dicit eñ ſe aſſumere filios Iſraël de
medio nationũ,ad quas captiui ducti ſunt: & redu-
cturum eos in terrã & in montes Iſraël,de qbus ſu-
pra legimus:& appellandã unã gentẽ,uniuſq; regis
regendã imperio:ut ultra non polluanť in idolis &
abominationibus ſuis:ſed cũ fuerint de captiuitatis
ſedibus liberati in quibus peccauerũt,omnibus ui-
tijs eſſe mũdandos & futuros populũ dei:ita ut dñs
ſit deus eorũ.Et ſeruus,inquit,meus Dauid rex ſuꝑ
eos.De quo & angelus loquiť in euãgelio, ꝙ regna Luc.1.c
turus ſit ſuper domũ Iacob,& regni eius non ſit fi-
nis:tantæq; erit clemẽtiæ,ut nõ ſolum rex,ſed & pa
ſtor appelleť:eo quod ſuperbum nomẽ imperij, pa
ſtoris uocabulo mitiget.Qui poſtq; fuerint in gen-
tem unã,& in terra Iſraël,ac mõtibus habitauerint,
ambulaturi ſint in omnibus iudicijs dñi, & præce-
pta illius cuſtodituri:habitaturi aũt nõ in alia terra,

a HEB. Et factus eſt ſermo
dñi ad me,dicẽs: Et tu fili
hominis, ſume tibi lignũ
unũ, & ſcribe ſuper illud
Iudæ & filiorũ Iſraël ſocio
rũ eius:& tolle lignũ alte-
rũ,& ſcribe ſuper illud Io-
ſeph lignum Ephraim, &
omĩs domus Iſrl', ſociorũ
q; eius.Et adiũge illa unũ
ad alterum tibi in lignum
unũ: & erunt in unione in
manu tua.Cum aũt dixe-
rint ad te filij popl'i tui, lo
quẽtes:Nónne indicas no
bis qd in his tibi uelis? Lo
queris ad eos: Hæc dicit
dñs deus:Ecce ego aſſumã
lignũ Ioſeph, quod eſt in
manu Ephraim: & tribus
Iſraël,quæ iũctę ſunt ei: &
dabo eas pariter cũ ligno
Iuda, & faciã eas lignum
unũ: & erũt unũ in manu
eius.Erũt autẽ ligna ſuper
quę ſcripſeris in manu tua
in oculis eorũ, & dices ad
eos:Hęc dicit dñs deus:Ec

SEP. Et factus eſt ſermo
dñi ad me,dicẽs: Et tu fili
hominis, aſſume tibi uir-
gam unã, & ſcribe ſuꝑ eã
Iudã & filios Iſraël qui ap
poſiti ſunt ei:et uirgã ſecũ
dã aſſumes tibi: & ſcribes
ſuper eam Ioſeph,uirgam
Ephraim, & omnes filios
Iſraël qui appoſiti ſunt ei:
& cõiũges eas inuicẽ tibi ĩ
uirgã unã, ut copules eas:
& erũt in manu tua.Et erit
qñ dixerint tibi filij Iſraël
loquentes: Nõ indicas no
bis quid ſint iſta tibi? Et di
ces ad eos: hæc dicit dñs
deus: Ecce ego aſſumã in
tribũ Ioſeph per manum
Ephraim tribus Iſraël,quę
adiunctæ ſunt ei: & dabo
eos omnes ſuꝑ tribũ Iuda:
& erunt in uirgam unã:&
erunt una in manu Iuda.
Et erunt uirgæ quas inſcri
pſiſti ſic in manu tua corã
eis, & dices eis: Hæc dicit
dominus deus: Ecce ego
Aſſumã

E ſed in ea quā dedit ſeruo ſuo Iacob:in qua habitauerunt patres eoꝝ, Abrahā, Iſaac, & Iacob, & reliqui ſancti:& nō ſolū ipſi habitaturi ſint, ſed & filij eorū ac nepotes iuxta illud Vergilianū:Et nati natoꝝ & qui naſcent̃ ab illis:habitētq; nō ad breue tēpus, ſed in ꝑpetuū. Vultis aūt, ait, ſcire qui ſit iſte rex & paſtor? Ipſe eſt de quo ſupra dixi, ſeruus meus Dauid. (Philip.2.d) Qui cū in forma dei eſſet, nō eſt rapinā arbitratus eſſe ſe æqualē deo, ſed ſe exinaniuit formā ſerui accipiēs: & factus eſt obediens patri uſq; ad mortē, mortē aūt crucis: cūq; ſub tali rege fuerint, ꝑcutiā illis fœdus pacis:nequaq; ut ĩ ueteri teſtamēto certaminum atq; bellorum, ſed pactū pacis, quæ exuperat oēm ſenſum, F de qua ſaluator loquit̃ ad apoſtolos: (Ioan.14.d) Pacē meam do uobis: pacē meā relinquo uobis. Et propheta dicit: (Pſal.75.a) Factus eſt in pace locus eius. Quos cū in eccleſia fūdauerit & ſtabilierit, ita ut poſſint dicere: (Pſal.30.a) Statuit ſupra petrā pedes meos:tūc multiplicabunt̃ uel credētiū numero, uel multiplicatiõe uirtutum. Et dabo, inquit, ſanctificationē meam, ſiue ſanctuariū ĩ medio eorū in perpetuū: qđ Iudæi de tēplo interpretant̃ qđ ſub Zorobabel extructū eſt. Sed quō ſtare poterit hoc qđ dicit̃, in ꝑpetuū: cū templū illud qđ à Zorobabel extructum eſt, & poſtea à multis inſtauratū, Romano igne ſuccēſum ſit? Quæ omnia referēda ſunt ad eccleſiā & ad tpa ſaluatoris, qñ tabernaculū eius poſitum eſt in eccleſia:ubi factus eſt deus noſter, & nos ppl's eius. Profectuſq; omniū eſt, ut ſciāt ꝙ ipſe ſit dñs: & ipſe ſanctificet Iſraël, non iuxta carnē, ſed iuxta ſpiritū: qñ ſanctificatio eius in medio credentiū facta eſt in perpetuū. G Quod aūt dñs abiecerit tribū Ephraim, & elegerit tribū Iuda: & in pſalmis legimus, in quibus ſcriptū eſt: Et repulit tabernaculū (Pſal.77.g) Ioſeph: & tribū Ephraim non elegit, ſed elegit tribū Iuda, de qua ſcriptū eſt: Nō deficiet (Gene.49.b) princeps ex Iuda, neq; dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repoſitū eſt:et ipſe erit expectatio gētiū. Vere eñ in aduentu dñi ſaluatoris, duæ uirgæ, & ut in Hebraico poſitū eſt: duo ligna in unum iūcta ſunt ſceptrū, & in baptiſmate Chriſti dudū ſeparata ſociantur: ut fiāt ĩ unū nouū hoĩem, & in unā gētē: neq; polluant̃ ultra in idolis & abominationibus: ſed mūdi lauacro: ſint popl's dei; & imperet eis H Chriſtus; & habitēt ſup terrā mitiū, terrā uiuētiū, quā dederat ſeruo ſuo Iacob: q populū Iſraël in matris utero ſupplātauit. Sin aūt uoluerimus iuxta ꝓphetiā Oſee, quæ pene oñis ad decē tribus dirigitur, id eſt ad Ioſeph & Ephraim, & Samariā & Iſraël, ĩtelligere falſi nominis ſciētiā & diuerſas turbas hęreticorū: hoc dicemus, ꝙ in ultimo tpe qñ ſubintrauerit plenitudo gētiū, & omnis Iſraël ſaluus (Roma.11.d) fuerit: tūc etiā aduerſarij ppl'i, q cōtra domū Iudę & cōfeſſionē eccleſiæ pugnauerūt, tradāt ſe eccleſiaſticæ fidei: & uniuerſis erroribus derelictis, & principibus mūdi iſtius q deſtruunt̃: & patriarchis ſuis, q eos in blaſphemiarū barathrū deduxerūt: cōſurgāt & relinquāt idola ſua, & abominationes ſuas quas de ſuo corde cōfinxerāt: & de cūctis ſedibus ſuis in quibus peccauerūt, trāſeant ad eccleſiaſticā fidē: & mundent̃,

HEB. ecce ego aſſumā filios Iſraël de medio nationū, ad quas abierunt: & cōgregabo eos undiq;, & adducam eos ad humum ſuā: & faciam eos gentem unā in terra in mōtibus Iſraël: & rex unus erit omnibus imperans. Et non erunt ultra duæ gētes: nec diuidentur amplius in duo regna: neque polluentur ultra in idolis ſuis, & in abominationibus, & in cunctis iniquitatibus ſuis: & ſaluos eos faciam de uniuerſis ſedibus ſuis, in quibus peccauerunt: & mūdabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis deus. Et ſeruus meus Dauid rex ſuper eos: & paſtor unus erit omnium eorum: in iudicijs meis ambulabunt, et mandata mea cuſtodient, & facient ea. Et habitabunt ſuper terram quam dedi ſeruo meo Iacob; in qua habitauerunt patres ueſtri; & habitabunt ſuper eam ipſi & filij eorum, et filij filiorum eorum uſq; in ſempiternum; & Dauid ſeruus meus, princeps eorum in perpetuum. Et percutiā illis fœdus pacis: pactū ſempiternū erit eis: et fūdabo eos, & multiplicabo eos: et dabo ſanctificationē meā in medio eorū in ꝑpetuū. Et erit tabernaculum meū in eis: et ero eis deus, et ipſi erunt mihi ppl's. Et ſciēt gētes, qa ego dñs ſanctificator Iſraël: cū fuerit ſanctificatio mea in medio eoꝝ in perpetuū.

SEP. aſſumā omnē domū Iſraël de medio gentium, ad quas ingreſſi ſūt: & cōgregabo eos ex oĩbus qui in circuitu eius ſunt: & inducā eos in terrā Iſraël; et dabo eos in gentē unā in terra mea in mōtibus Iſrael, & princeps unus erit omniū iſtorū in regē. Et nō erunt ultra in duas gētes: nec diuident̃ ultra in duo regna; ut non polluant̃ ultra in idolis ſuis, et in offēdiculis ſuis, & in oĩbus impietatibus ſuis. Et eruam eos ex oĩbus iniqtatibus eorū in qbus peccauerūt: & mūdabo eos; et erūt mihi in populum, et ego ero eis in deū. Et ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum; et paſtor unus erit omniū iſtoꝝ: quia in præceptis meis ambulabunt, & iudicia mea cuſtodient & facient ea. Et habitabūt in terra ſua quam dedi ſeruo meo Iacob: ubi habitauerūt patres eorum, et habitabūt in ea ipſi & filij eorum, et filij filiorum eorū uſq; in ſempiternū. Et Dauid ſeruus meus, princeps eorum erit in perpetuū. Et diſponā eis teſtamentum pacis: teſtamētū ſempiternū erit cū eis. Et dabo eos & multiplicabo eos: et ponā ſācta mea in medio eoꝝ in perpetuū: et erit tabernaculum meū in eis: et ero eis deus & ipſi erūt mihi ppl's. Et ſciēt gētes quia ego ſū dñs q ſāctifico eos: cum fuerint ſancta mea in medio eoꝝ in perpetuū.



A mundentur, & ſint populus Chriſti, & ipſe ſit deus eorum: quæ plenius in Oſee ꝓpheta dictaſſe me noui. Q; ſi Iudæi & Chriſtiani Iudaizātes, hæc ad mille annoꝝ uoluerint referre regnū: neceſſitate cogūtur, ut ſuſcipiāt oēs qui ſalui fuerint habitaturos in terra Iſraël, ædificādam Hieruſalē, extruendū tēplū, cunctas legis ceremonias exercēdas, obſeruandū ſabbatū; accipiendā circūciſionis iniuriā: manducādum & bibendum; & diuitiarū abundātiā ꝓ ſūma beatitudine & cunctis opibus exiſtimandā, cū Apoſtolus dicat: (1.Cor.6.c) Eſca uentri, & uenter eſcis: deus autē & hūc et illas deſtruet. Qūo aūt ĩ typo reſurrectiõis ſuperior ſermo ꝓpheticus, reſtitutionē Iudaici populi demōſtrauit, B nō carnalē, ſed ſpiritualē: ſic & iſta ꝓphetia nequaq; ad carnis ſed ad aniæ pertinet felicitatē: & ad Chriſti fidē, qua mūdamur in baptiſmate: cuius regnū in perpetuum eſt: ut nō expectemus uentura quæ tranſacta ſunt, & quotidie tranſigi nouimus. Cap. XXXVIII.

ET factus eſt &c.) Primum hiſtoriæ fundamēta iaciēda ſunt: ſciendūq; ꝙ ad Ezechielē ꝓphetā iſte extremus ſermo ſit dñi. Neq; eñ poſt hunc ſile quid poſſumus inuenire: præter illud qđ in uiceſimoquinto anno ſcriptū eſt tranſmigrationis Iechoniæ: Facta eſt ſuper me manus dñi, & adduxit me illuc: hoc eſt, in terrā Iſraël, qñ ædificatio tēpli deſcribitur, & ceremoniarū eius ordo narrat̃. Deinde obſeruandū eſt, ꝙ ponit̃ ſiue obfirmat̃ facies ꝓphetæ cōtra Gog terrā, ſiue terrā Magog. Obfirmatione eñ & multa cōſideratione uultus opus eſt; ut quæ dicunt̃, noſſe poſſimus, ſecundū illud apoſtolicum: (1.Cor.3.d) Nos aūt oēs reuelata facie gloriā dñi cōtemplātes, in eandē imaginē reformamur, à gloria in gloriam quaſi à dñi ſpū. Igit̃ Iudæi & noſtri Iudaizantes putant Gog gētes eſſe Scythicas, immanes, & innumerabiles, q̃ trās Caucaſum montē, & Mœotidē paludē, & ꝓpe Caſpiū mare ad Indiā uſq; tēdant̃: & has poſt mille annoꝝ regnū eſſe à diabolo cōmouēdas: quæ ueniāt in terrā Iſraël, ut pugnent cōtra ſanctos multis ſecū gētibus cōgregatis. Primum, Moſoch, quos Ioſephus interpretatur, Cappadocas: deinde Thubal, quos idē Iberos uel Hiſpanos, Hebræi Italos ſuſpicantur: habentes ſecum in exercitu Perſas, C Aethiopas, & Libyas: Gomer quoq; & Thogorma, quos Galatas & Phrygas interpretant̃: Sabæos quoq; & Dedan & Carthaginenſes ſiue Tharſis: & hoc eſt qđ Ioānes quoq; in ſua ponit Apocalypſi. (Apoc.20.c) Et cū finiti fuerint mille āni, ſoluet̃ ſatanas de cuſtodia ſua: & egrediet̃ ut ſeducat gētes ĩ quatuor angulis terræ Gog & Magog: ut congreget eos ad bellū, quoꝝ numerus eſt ſicut arena maris. Et aſcēderūt ſup latitudinē terræ, & circūdederūt caſtra ſanctorū, & ciuitatē dilectā. Et deſcendit ignis à deo de cœlo & deuorauit eos: & diabolus q ſeducebat eos, miſſus eſt ĩ ſtagnum ignis & ſulphuris, ubi erat beſtia & pſeudopropheta: & cruciabūtur diebus & noctibus in ſecula ſeculorū: D nō intelligentes totū uolumē Ioānis, qđ reuelationis titulo p̄notatur eſſe myſticum: & reuelatione nos indigere, ut poſſimus cū ꝓpheta dicere: Reuela oculos meos, & (Pſal.118.c) cōſiderabo mirabilia de lege tua. Alij uero terrenū ſenſum relinquentes, & Iudaicas atq; aniles fabulas (1.Tim.4.b) quæ noxiæ ſunt, & acquieſcētes ſibi detrahunt in profundū, nimiū ad alta cōſcendunt: & multo peiores fingūt nænias; ut in cœleſti Hieruſalē, diaboli & oñis exercitus eius bella deſcribāt: et ſub τοπολογίαις gentium ſingularū interpretant̃ ſpūalia nequitię in cœleſtibus. Quæ nos oĩa lectoris arbitrio cōcedentes: nō tā aliena dānare ꝗ eccleſiaſticā explanationē affirmare conabimur. Gog Græco ſermone δῶμα, Latino tectū dicit̃. Porrò Magog interpretat̃, de tecto. Oĩs igit̃ ſuꝑbia & falſi nominis ſciētia, q̃ erigit ſe cōtra noticiā ueritatis, his nominibus demōſtrat̃. Iſta ſunt tecta de qbus & Eſaias loquit̃ in uiſiõe cōtra uallē Sion: Quid tibi factū eſt nūc, qm̃ aſcēdiſtis oēs in tecta uana? (Eſa.22.a) Tectumq; interꝑtabimur hæreticorū principes: & de tecto, eos q illoꝝ ſuſcepere doctrinas. Et pulchre poſt multas & myſticas in hoc uolumine ꝓphetias, extremū uaticinium eſt contra Gog & Magog. Si eñ tēpus iudicij eſt, iuxta Petrū, (1.Pet.4.d) ut incipiat à domo dei, & iuxta hūc eundē Ezechielē, q ait: (Supra.9.c) Et à ſanctis meis incipite: & nouiſſimus inimicus deſtruet̃ mors. (Eſa.2.a) In Eſaia quoq; primus ſermo fit cōtra Iudæā, in qua cōfeſſio dñi eſt: & extremus

HEB. cutiā illis fœdus pacis: pactū ſempiternū erit eis: et fūdabo eos, & multiplicabo eos: et dabo ſanctificationē meā in medio eorū in ꝑpetuū. Et erit tabernaculum meū in eis: et ero eis deus, et ipſi erunt mihi ppl's. Et ſciēt gētes, qa ego dñs ſanctificator Iſraël: cū fuerit ſanctificatio mea in medio eoꝝ in perpetuū.

SEP. diſponā eis teſtamentum pacis: teſtamētū ſempiternū erit cū eis. Et dabo eos & multiplicabo eos: et ponā ſācta mea in medio eoꝝ in perpetuū: et erit tabernaculum meū in eis: et ero eis deus & ipſi erūt mihi ppl's. Et ſciēt gētes quia ego ſū dñs q ſāctifico eos: cum fuerint ſancta mea in medio eoꝝ in perpetuū.

## Cap. XXXVIII.

a ET factus eſt ſermo dñi ad me, dicens: Fili hominis, pone faciē tuā cōtra Gog, terrā Magog principem capitis (ſiue ros) Moſoch, et Thubal: et uaticinare de eo. Et dices ad eū: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego ad te Gog principē capitis (ſiue ros) Moſoch, et Thubal: et circum agā te, & ponā frenū in maxillis tuis: et educā (ſiue congregabo) te & omnē exercitū tuū, equos & equites ueſtitos

E contra quadrupedes, quæ in deſerto ſunt: recte &
hic nouiſſimus ſermo fit cõtra Gog & Magog, qui
Pſal.45.d oppugnant ciuitatẽ dei, quã fluminis impetus læti
Eſa.27.c ficat. Et quæ in Eſaia dicit: Ego ciuitas firma, quæ
Matth.5.b oppugnat. Et de qua in euãgelio ſcriptũ eſt: Nõ po
teſt ciuitas abſcõdi ſuper
montẽ poſita. Et plenius
Pſal.121.d in pſalmo: Hieruſalẽ quę
ædificat ut ciuitas, cuius
ꝑticipatio eius in idipſm.
Mõtes in circuitu eius, et
dñs in circuitu popli ſui.
Porrò quod in exercitu
Gog ſiue Magog, qui iu
xta Lxx. Symmachũ, &
Theodotionẽ, princeps
eſt Ros, Moſoch, & Thu
bal: primã gentem Ros,
Aquila interꝑtat caput:
quem & nos ſequuti ſu-
mus, ut ſit ſenſus: Princi-
pem capitis Moſoch, &
Thubal. Et reuera, nec in
Geneſi, nec ĩ alio ſcriptu
ræ loco, nec in Ioſepho; q
dẽ qui omnia Hebraica-
rũ gentiũ in primo antiq
tatũ libro exponit noĩa:
hãc gentẽ potuimus in-
F uenire. Ex quo manife-
ſtum eſt, Ros non gentẽ ſignificare, ſed caput. Illud
quoq; breuiter annotãdũ, ꝙ in Ezechiel Gog, prin
Apoca.20.c ceps terræ Magog eſſe dicat. Apocalypſis uero &
Gog & Magog nationes eſſe cõmemoret, quę egre
diuntur de quatuor angulis terræ. Et quomodo à
Gene.32.f Iacob qui poſtea appellatus eſt Iſraël, omnis popu-
Ibid.10. lus Hebræoꝝ Iſraël ſortitus eſt nomen: & ab Arã
Syria, à Meſraim Aegyptus, quoꝝ in Geneſi ſcri-
pta ſunt nomina: ſic & à principe Gog, omnes qui
מֶשֶׁךְ ei ſubditi ſunt, Magog appellant. Moſoch aũt inter
תֻּבַל pretat, amẽtia: & Thubal, tota uel omnia. Princeps
igitur & caput ſuperbiẽtis amẽtiæ, & omniũ malo-
1.Ioan.5.d rum, iuxta illud qđ ſcriptũ eſt: Mundus in maligno
poſitus eſt: Gog & Magog appellant. Quæ gẽtes,
inimicæ aduerſariæq; ſanctoꝝ, egrediunt ab angu
lis terræ: rectã lineã relinquẽtes: & diſpoſitionẽ ca-
ſtrorum dei, quæ narrat in Numeris, & illud teſti-
Matth.8.b monium neſciẽtes: Multi de Oriente, & Occidente,
& Septentrione, & Meridie uenient: & diſcumbẽt cũ
Eſa.43.d Abraham, Iſaac & Iacob in regno dei. Et in alio: Di
cã Aquiloni, affer: & Aphrico, noli ꝓhibere. Adhuc
filios meos de terra longinqua: & filias meas ab ex-
tremo terræ: oẽs qui uocati ſunt nomine meo. Sed
nõ tales anguli terræ, de quibus egrediunt Gog &
Prouer.23.d Magog, iuxta quos angulos ſtat meretrix in Pro-
uerbijs, quæ prætereuntes ſtultos iuuenes per pla-
teas: per latã uidelicet & ſpacioſam uiã quę ducit ad
mortẽ, decipere feſtinat. Scribæ quoq; & phariſæi
Matth.6.a orãt in angulis platearũ, ut ab hominibus uideant:

ſtitos loricis uniuerſos: multitudinẽ magnã,
haſtam & clypeum arripientiũ: & gladiũ (ſi-
ue peltas) & galeas & gladios, Perſæ, Aethio
pes, & Libyes, cũ eis omnes ſcutati & galea-
ti: Gomer, & uniuerſa agmina eius: domus
Thogorma, latera Aquilonis (ſiue ab extre-
mis Aquilonis): et totum robur eius: popu-
liq; (ſiue gentes) multæ tecũ. Præpara & in-
ſtrue te & omnẽ multitudinẽ tuã quæ coa-
ceruata eſt ad te: et eſto eis in præceptũ (ſiue
& eris mihi in cuſtodiam.) Poſt dies multos
uiſitaberis: in nouiſſimis annorũ uenies ad
terram quæ reuerſa (ſiue peruerſa) eſt à gla-
dio: et congregata eſt de populis multis ad
montẽ (ſiue terram) Iſraël, qui fuerũt deſerti
iugiter: hæc de populis educta eſt: et habita-
bunt confidenter uniuerſi. Aſcẽdens autem
quaſi tempeſtas uenies, & quaſi nubes, ut
operias

qui receperunt mercedẽ ſuã. Quæ eſt igitur contra G
Gog cõminatio? Circumagã te ſiue cõuertã, & po-
nã frenum in maxillis tuis. Primũ, à ſentẽtia tua flu
ctuare te faciã atq; cõuerti: Et ponã frenũ in maxil-
lis tuis, de quo ſcriptũ eſt: In chamo & freno maxil- Pſal.31.b
las eoꝝ cõſtringe, qui nõ
approximãt ad te: ut in-
domitus equus atq; laſci
uiens & corruẽs per præ
cipitia, freno dñi ſubiu-
getur: ad quẽ ꝓpheta di-
cit: Aſcende ſuper equos Abac.3.b
tuos: & equitatio tua ſa-
lus. Et ad Iob per nubem
& turbinẽ dicit: Tu circũ Iob.39.c
dediſti equo fortitudi-
nem? Tales erant equi & Apoc.6.a
equites, quorũ multitudi
nẽ Ioãnes uidit in cœlo.
Dicit ergo ad Gog: Edu
cã, ſiue congregabo te, &
omnẽ exercitũ, uel forti-
tudinẽ tuã. Qui educit,
& de diſperſione congre
gatur, retrahit ad ſalutẽ,
iuxta illud qđ in lege pro
mittit: Si fuerit diſperſio Deute.30.a
tua à ſummitate cœli uſ-
q; ad ſummitatẽ eius, in- H
de cõgregabo te. Equos
quoq; eius & equites ueſtitos loricis, qui imitantur
armaturã Apoſtoli, & loricas iuſticiæ habere ſe ia- Ephe.6.c
ctant, multitudo nimia eſt: omnesq; arripiunt cõtra
eccleſiã clypeum & gladiũ, & ſunt gẽtes ſæuiſſimæ
& inimicæ Iſraël, Perſæ, Aethiopes, & Libyes: quo
rum aduerſum populũ dei in ſcripturis ſanctis bel-
la narrant. Gomer quoq; & domus Thogorma, qui
ueniunt de lateribus Aquilonis, qui eſt uẽtus frigi
diſſimus, & nomine dexter uocat, totumq; robur
Magog & oẽs qui ſubiecti ſunt ei populi, uenient cũ
illo ad præliũ. Cui dicit ꝑ Ironiã: præpara te & in-
ſtrue, & omnẽ multitudinẽ tuã quæ tuis paret im-
perijs coaceruа ad te: & ſcito ꝙ poſt dies multos ui-
ſitaberis, iuxta illud qđ ſcriptũ eſt: Viſitabo in uir- Pſal.88.e
ga iniqtates coꝝ: & in uerberibus pctã coꝝ. In no-
uiſſimo, ingt, annoꝝ uenies. Vñ & Ioannes loquit:
Filioli mei nouiſſima hora eſt. Et ppl̃s gẽtium hora 1.Ioan.2.c
undecima ad operandã cõducit uineã: ad quoꝝ ter
rã, id eſt, terrã mitiũ, terrãq; ſanctoꝝ, q̃ affert cente- Matth.20.a
nos & ſexagenos & tricenos fructus, uenit Gog ex
pugnãdã: q̃ reuerſa eſt ſiue auerſa à gladio. Scit em̃ Pſal.67.g
ſcriptũ: Diſſipa dñe gẽtes q̃ bella uolunt. Et in pace
cõſiſtit, & cõgregata eſt de ppl̃is & gẽtibus multis:
ut nationũ errore cõtẽpto, ueniret ad mõtes Iſraël,
patriarchas uidelicet & ꝓphetas, qui fuerũt quondã
deſerti iugiter ſine lege & præceptis dei: cui poſtea
dicit: Plures filij deſertę magis q̃ eius q̃ habet uirũ. Eſa.54.a
Iſta ſunt deſerta & inaquoſa, in qbus diabolus locũ
inuenire nõ poterat: quia uocati fuerãt ad ſalutẽ: &
poſtea



A poſtea aſſumptis alijs ſeptẽ dæmonibus nequiori-
bus ſe, reuerſus eſt in domũ ſuã, ad gentẽ uidelicet
Iſraël. Hæc, inquit, de populis educta eſt, ſubaudit
terra: ſiue hic de gẽtibus eductus eſt, ut intelligatur
credentium populus, qui habitauit in pace, & confi
dit in dño. Aſcẽdens aũt
Gog cum omni exercitu
ſuo, quaſi tempeſtas ue-
niet & quaſi nubes, ut
operiat terrã credẽtium.
Quis enim hæreticorũ,
quorum princeps diabo
lus eſt, nõ quaſi tẽpeſtas
uenit cõtra eccleſiã: & nu
be uerboꝝ ſuorum ſim-
plices quoſq; credẽtium
opprimere & operire fe-
ſtinat? Vnde dicit ad eũ:
Quantũ in te eſt, cuncta
operies tu & oĩa agmi
na tua, & populi multi te
cũ. Pulchreq; aſcendens
Gog nõ habet pluuiã uo
luntariã, nõ imbrem tem
poraneũ & ſerotinũ, qui
arentia arua lætificat, ſed
tempeſtatẽ & caliginẽ: ut
cuncta tenebris & errore
cõfundat. Propterea hęc
ei loquitur dñs deus: In
B illo tpe, hoc eſt, in diebus
nouiſſimis: aſcendẽt ſer-
mones ſuper cor tuũ, &
cogitabis cogitationem
peſſimã, ſcriptura dicẽte:
Eccles.10.a Si ſpiritus poteſtatẽ habentis aſcendere uoluerit ſu
per te, locum tuũ ne derelinquas. Ecõtrario autẽ in
Pſal.83.b ſancti cor aſcendit deus, de quo ſcriptũ eſt: Aſcẽſio
nes in corde ſuo diſpoſuit. Dicitq; Gog: Aſcẽdam
ad terrã abſq; muro ſiue proiectã: hoc eſt, quæ dei
auxilio deſtituta eſt: nec dialecticoꝝ argumentatio
ne munita: ueniã ad quieſcentes habitantesq; ſecu-
re, ſiue in pace. Rex em̃ noſter pacificus eſt, & in pa
ce locus eius. Oẽs, inquit, habitãt ſine muro, uectes
& portæ nõ ſunt eis. Hoc diabolus princeps hære-
ticorũ loquitur, ꝙ nulla habeat munimẽta eccleſia:
nec ſapientiã ſecularẽ, quæ apud deũ ſtulticia eſt: ut
diripiat ſpolia, & inuadat prædã eccleſiæ, & inferat
manum ſuã ſuper eos qui deſerti fuerãt, quãdo dei
noticiã nõ habebant: & poſtea reſtituti per Chriſtũ,
Ioan.17.a ueniant ad patrẽ, cui loquitur in euãgelio: Pater, re
uelaui nomen tuũ hominibus. Et ut ſciamus popu
lũ qui deſertus fuerat & poſtea reſtitutus, ſignifica-
re populũ Chriſtianũ, ſequit: Et ſuper populũ qui
eſt cõgregatus ex gentibus. Qui populus poſſidere
cœpit hæreditatẽ Chriſti, & eſſe habitator umbilici
Pſal.73.e terrę, de qua ſcriptũ eſt: Operatus eſt ſalutẽ ĩ medio
Ibid.84.b terræ. Veritas em̃ de terra orta eſt: quæ dicit in euã
Ioan.14.a gelio: Ego ſum uia & uita & ueritas. Hæc illo cogi-

operias terram tu & omnia agmina tua, &
populi (ſiue gentes) multi tecũ. Hæc dicit do
minus deus: In die illa aſcendent ſermones
ſuper cor tuũ: & cogitabis cogitationẽ peſſi-
mam, & dices: Aſcendam ad terram (ſiue ſu
per terram) abſq; muro (ſiue abiectam:) ue-
niam ad quieſcentes habitantesq; ſecure (ſi-
ue in pace:) omnes habitant ſine muro, ue-
ctes & portæ non ſunt eis: ut diripias ſpolia
& inuadas prædam: ut inferas manum tuã
ſuper eos qui deſerti fuerant & poſtea reſti-
tuti: & ſuper populũ qui eſt congregatus ex
gentibus, qui poſſidere cœpit & eſſe habita-
tor umbilici terræ. Saba & Dedan & nego-
ciatores Tharſis (ſiue Carthaginẽſes) & oẽs
leones (ſiue uillæ) eius dicent tibi: Nunquid
ad ſumenda ſpolia tu uenis? Ecce ad diripi-
endã prædã cõgregaſti multitudinẽ tuã: ut
tollas argentum & aurum, & auferas ſupel-
lectilẽ atq; ſubſtantiã, & diripias manubias
infinitas. Propterea uaticinare fili hominis,
& dices ad Gog: Hæc dicit dominus deus:
Nunquid

tante atq; dicẽte & poſſeſſionẽ eccleſiæ rapere feſti- C
nante: gẽtes quæ ab errore priſtino cõuerſæ fuerãt
ad ſalutem: Saba & Dedan & negociatores Tharſis
Carthaginis ſiue maris q inter ſeculi huius fluctus
bonis operibus quærunt mercimonia: & oẽs uillæ
earũ ſiue leones, aut catu
li leonũ, ut in Hebraico
cõtinet, loquent ei quæ
ſequuntur. Vt aũt pro ca
tulis leonũ qui Hebraice
dicuntur כְּפִיר Lxx. &
Theodotio ponerent uil
las: error perſpicuus eſt.
*Si em̃ per chi literã ſcri- *Forſan legẽ dũ eſt. Si enĩ
bas, appellat catulus leo- ב כְּפִיר p
nis: ſin aũt per ce quę He literã in pri-
braice dicitur coph, ager ma & י in ul
appellat & uilla. Vnde & tima ſyllaba
Capharnaũ ager pulcher ſcribas, ap-
rimus dicitur. Dicent er- pellatur catu
go Saba & Dedan & ne- lus leonis. Sin
gociatores Tharſis & o- autẽ ſine י,
mnes ſancti, qui leonũ ca בְּפָר ager
tuli nũcupantur: uel cer- appellatur et
te uillæ habitatiõesq; cre uilla.
dentiũ: ò Gog nunquid
idcirco uenis ut ſpolia ra
pias eccleſiæ, & ideo mul
titudinem cõgregaſti ut
Chriſti poſſeſſio tua fiat
hæreditas? Aut putas te D
argentũ & aurũ quod in
eloquio ſenſuq; intelligi
tur, eccleſię poſſeſſurũ, ut
auferas ſupellectilem o-
mnemq; ſubſtantiã, & diripias manubias infinitas,
Chriſti uictorijs congregatas? Propterea ò ꝓpheta
Ezechiel, qui in typo Chriſti appellaris filius homi
nis, loqre ad Gog & dic ei: Hæc dicit dñs deus: qñ
totius mũdi errore ſublato, populus meus Iſraël q
mente cernit deũ, habitauerit in eccleſia cõfidenter
ſiue in pace: tunc ſcies ſiue cõſurges & uenies de lo
co tuo. Qui ſit autem locus hæreticæ prauitatis, ſe-
quẽs ſermo demõſtrat: A lateribus Aquilonis, qui
omnẽ calorẽ credentiũ refrigerare conat. Venietq;
cũ eo populi multi, oẽs aſcenſores equoꝝ, de qbus
ſcriptum eſt: Equũ & aſcenſorẽ proiecit in mare: ce Exod.15.a
tus magnus & exercitus uehemens, cũ quibus aſcẽ
des, ait, ſuper populum meũ Iſraël quaſi nubes & ca
ligo, ut operias terrã meã, de qua ſupra dictũ eſt: In
nouiſſimis diebus eris, quãdo euangelica prædica-
tio, & adducã te ſuper terrã meã. Oportet em̃ & hæ 1.Cor.11.d
reſes eſſe, ut ꝓbati quiq; manifeſti fiant: & dei uolũ-
tate ἀγωνισις diabolus & oĩa peruerſitatis dogma
ta derelicta ſunt: ut ſciant omnes gẽtes & intelligãt
me: cum ſanctificatus fuero in te in oculis eorum ò
Gog: hoc eſt, cum pœnis tuis me intellexerint iudi
cem. Et facit apoſtrophã ad ipſum Gog. Nõnne tu
ille es de quo loquutus ſum in diebus antiquis, in

Nunquid non in die illo cū habitauerit po-
pulus meus Iſraël confidenter(ſiue in pace)
ſcies:(ſiue conſurges)? Et uenies de loco tuo
à lateribus (ſiue à nouiſſimis) Aquilonis, tu
& populi multi tecum:aſcenſores equorum
uniuerſi: cœtus magnus & exercitus uehe-
mens, Et aſcendes ſuper populum meum Iſ-
raël quaſi nubes ut operias terram. In nouiſ-
ſimis diebus eris(ſiue erit:) et adducam te ſu-
per terram meā:ut ſciant omnes gentes me,
cum ſanctificatus fuero in te in oculis eorū
ò Gog. Hæc dicit dominus deus: Tu ergo il-
le es de quo locutus ſum in diebus antiquis
in manu ſeruorum meorum prophetarum
Iſraël:qui prophetauerunt in diebus illis at-
que temporibus (ſiue annis):ut adducerem
te ſuper eos? Et erit in die illa, in die aduen-
tus Gog ſuper terrā Iſraël, ait dominus de-
us:aſcendet indignatio mea in furore meo.
Et in zelo meo,in igne iræ meæ locutus ſū:
quia in die illa erit cōmotio magna ſup ter-
ram Iſraël,et cōmouebuntur à facie mea pi-
ſces maris,et uolucres cœli,& beſtiæ agri(ſi-
ue campi): & omne reptile quod mouetur
ſuper humū:cunctiq; homines qui ſunt ſu-
per faciem terræ,et ſubuertētur(ſiue ſcinden
tur) montes:et cadent maceriæ(ſiue ualles:)
& omnis murus in terram corruet. Et cōuo-
cabo aduerſum eum in cunctis montibus
meis gladium(ſiue omnem formidinem gla
dij:)dicit dn̄s deus. Gladius uniuſcuiuſque
(ſiue hominis)in fratrem ſuū dirigetur. Et iu
dicabo eum peſte (ſiue morte) & ſanguine
& imbre uehementi : et lapidibus immenſis
(ſiue grandinis.) Ignem & ſulphur pluam
ſuper eum & ſuper exercitū eius (ſiue ſuper
oēs qui cū eo ſunt:)et ſuper populos multos
qui

E manibus ſeruorū meorꝫ prophetarū Iſraël, Moyſi
uidelicet qui ait in Numerorū libro dūtaxat iuxta
Nume.24.b Lxx. Egredieť homo de ſemine eius, & dn̄abiť gen
tium plurimarū:& eleuabiť Gog regnū eius:& cre-
ſcet regnū illius. Cæterū iuxta Hebraicū ita ſcriptū
reperi: Tolleť propterea
Agag rex eius, & aufere
tur regnū illius ; eo ꝙ re-
gnū Iſraël in Saule ꝓpter
Agag regē Amalech de
ſtructum ſit. Et in alio lo
co:Mundabit terram po
Ioël.3.a puli ſui. Ioël quoq; in ual
le Ioſaphat, hoc eſt, iudi-
cij dei,deſcribit populos
cōgregandos. Et Eſaias
oēſq; ꝓphetæ, in quorū
manibus & bonis operi-
bus ſermo fit dn̄i. Cū igi-
tur ueneris ſuper terram
Iſraël,aſcēdet indignatio
mea in furore meo cōtra
te & in zelo meo ꝓ pplo
meo. In igne iræ meæ lo-
quutus ſum:qui oīa ui
ctorū tuorꝫ ligna conſu-
mat. Illo,inqt,tpe erit ma
gna cōmotio ſup terram
F Iſraël. Immittēte eī dia-
bolo,crebra contra eccle
ſiam perſecutio fiet:quæ
qn̄ ſopita fuerit, & dei ui
cta pręſidio,tūc cōmoue
būtur à facie eius piſces
maris:& uolucres cœli,et
beſtię agri & omne repti
le qd' mouetur ſuper ter
rā,cunctiq; homines qui
ſunt ſup faciē terræ. Qd'
manifeſte de habitatori-
bus eccleſiæ demōſtrať:
quorum alij ut piſces ma
ris,alij ut uolucres cœli,
alij ut beſtię agri,& oīa
reptilia quæ moueť ſu-
per terrā:alij ut retinētes
hominis dignitatē,habi-
tant ſuper faciem terræ.
Quod autē morū diuerſi
tas, uarijs ſigneť nomini
bus,& Apoſtolus ſcribit
1.Cor.15.e ad Corinthios: q alia cor
pora poſt reſurrectionē
dicit eē cœleſtia,alia terrena:& aliud corpus piſcis,
aliud uolucris,aliud beſtiarū,aliud reptiliū,& aliud
Act.10.b hominū qui nomē priſtinū ſeruauerūt. In Actibus
quoq; apoſtolorꝫ linteū illud quod quatuor princi
pijs tertiò Petro apoſtolo demōſtrať, uarietatē cre
dentiū ſignificat:quæ in arca quoq; diluuij cōtineť.

Tunc aūt à facie dn̄i & à conſpectu maieſtatis eius G
ſubuertētur mōtes,qui ſe eleuabāt cōtra ſcientiam
dei:& cadēt ſepes ſiue ualles,quę uel humilitate ſen
ſus ad ima demerſæ ſunt:uel certe munitiones quæ
aliquid polliceň,ut imitentur eccleſiā dei, de cuius
ſepibus dicitur : Qui de- Eccles.10.b
ſtruit ſepē, mordebit eū
coluber. Et oēs muri in
terrā corruent. Cū eī ec
cleſiaſtici ſermonis appa
ruerit fortitudo, omnia
hæreticorꝫ corruent mu
nimēta. Et uocabo,inqt,
cū aduerſum illū,hoc eſt,
hæreticorum principem
Gog,in cūctis montibus
eius gladiū ; ut principes
exercitus eius gladio dn̄i
cōficiantur. Tūc hæreſis
dimicabit aduerſum hæ-
reſim:quorꝫ īter ſe cōpu
gnatio, noſtra uictoria
eſt. Et iudicabo, inqt, eū
morte uel peſte,et ſangui
ne & imbre uehemēti: &
lapidibus immenſis ſiue
grādinis. Iudicatur autē
Gog morte ſua:& ſāgui-
ne quē effudit & imbre H
uehementi, ſermonibus
eruditi & perfecti uiri,&
lapidibus immenſis qui
eum obruāt teſtimonijs
ſcripturarū: ſiue grandi-
nis,q calorē illius faciant
refrigeſcere. Oēs eī ad- Oſee.7.a
ulterātes, quaſi clibanus
corda eorꝫ. Ignē, inquit,
& ſulphur pluā ſup eū:ꝑ
quæ demōſtrať pœna iu
dicij ſempiterni. Et nō ſo
lū ſup eū q autor peruer
ſitatis fuit,ſed & ſuper o-
mnē exercitū & multitu
dinē eius, & ſuper pplos
multos qui ſunt cum eo.
Plures eī habēt hæreti-
ci ſocios, imò diabolus
princeps eorum infinita
multitudine circūdatur.
Omniq; errore ſublato,&
punitis atq; deſtructis hę
reticorꝫ principibus, ma
gnificatur dn̄s & ſanctificatur in credētibus,& no-
tus fit in oculis gentiū multarū,quæ illius fidei cre-
diderūt:& tam ex beatitudine ſui,ꝙ ex aduerſario-
rū pœnis ſcient atq; cognoſcent quod ipſe ſit domi
nus. Hæc ut potuimus interpretati ſumus,obediē-
tes illi præcepto: Neq; ad dexterā,neq; ad ſiniſtram
decli



A nabis,ſed uia regia ingredieris. Si quis autē no
ſtra reprehēdit,aut meliora ꝓferat quæ ſequamur:
aut ſi nihil uoluerit dicere,perfectam deo ſcientiam
derelinquat:dū tamen ſciat nequaq; in nobis uires,
ſed animum iudicandum. Cap. XXXIX.

TV aūt filij homīs ua
ticinare ad. &c.) Et
hæc Iudaicæ traditionis
hæredes & diſcipuli īter-
minabiliū fabularū, poſt
mille annorū regnū futu
ra cōtēdūt:interficiēdūq;
Gog principē Ros, Mo-
ſoch & Thubal ī finibus
Iſraël:& ab omnibus uo-
latilibus & beſtijs deuo-
randū:& habitatores ur-
bium Iſraël ſeptē annis li
gnorꝫ uſum nequaquam
habituros de ſucciſione
ſyluarum, ſed de armis
Gog, ſcutis uidelicet &
haſtis ſagittiſq; & bacu-
lis ſiue contis : ipſum aūt
Gog ſepeliendū in ualle,
quæ Hebraice diciť גיא,
& nomen ſepulchri illius
appellādum polyandriō:
B ubi ſcilicet multitudo ho
minum ſit ſepulta. Septē
aūt menſibus eū ſepelien
dum à dn̄o Iſraël ut terra
mundetur:& inclytā fu-
turam diē quando inter-
fectus ſit Gog,cōſtituen
doſq; qui oſſa diligenter
inquirāt et ſepeliant,quo
ſcilicet nihil in terra rema
neat inſepultū. Poſt men
ſes autē ſiue in menſibus
ſeptem peragrādam ter-
ram:et ſicubi os hominis
iacere perſpexerint,titu-
lo ꝓpe poſito demōſtrā-
dum, ut poſtea ſepeliant
illud qui huic operi præ-
poſiti ſunt:nomē autē ci
uitatis appellari Amona,
quæ Græce dicitur πολυ-
άνδριον,hoc eſt,multitudo
hominum ſepultorū : &
ſic terrā eſſe mundā. Hoc
illi dixerint : Nos autem
cœptæ explanationis ſenſum tenentes,ſingula quę
propoſuimus diſſeramus. Habet Gog & ipſe trini-
tatem ſuā:Ros, Moſoch & Thubal, caput uidelicet
& inſaniam,& uniuerſa:ut nullū ſit uitiū quod non
in Gog poſſeſſione conſiſtat. Iſte educetur ſiue cir-
cumagetur:& palpabitur, ſiue lactabitur:ut ſperās

qui ſunt cū eo. Et magnificabor & ſanctifica-
bor,& notus ero in cōſpectu gētiū multarū:
& ſcient quia ego ſum dn̄s. Cap. XXXIX.

a TV aūt fili hominis uaticinare aduerſum
Gog,& dices : Hæc dicit dn̄s deus:Ecce
ego ſuper te Gog principē capitis (ſiue Ros)
Moſoch & Thubal:& circumagam (ſiue cō
gregabo) te:& reducam(ſiue deducam)te:&
aſcendere faciam de lateribus (ſiue de nouiſ-
ſimis)Aquilonis:& adducam te ſuper mon-
tes Iſraël. Et percutiam (ſiue perdam)arcum
tuum in manu(ſiue de manu) ſiniſtra tua:&
ſagittas tuas de manu dextera tua: & deij-
ciam te ſuper montes Iſraël:& cades tu & o-
mnia agmina tua,& populi (ſiue gētes)quæ
tecum ſunt. Feris,auibus, omniq; uolatili &
beſtijs terræ dedi te deuorandum. Super fa-
ciem agri (ſiue campi) cades:quia ego locu-
tus ſum,dicit dominus deus. Et emittā ignē
in Magog,& in his qui habitāt in inſulis cō-
fidenter:(ſiue,& habitabuntur inſulæ in pa-
ce:)& ſcient quia ego dominus. Et nomē ſan
ctum meum notum faciam in medio popu-
li mei Iſraël ; & non polluam (ſiue non pol-
luetur) nomen ſanctum meum amplius : &
ſcient gentes quoniā ego ſum dominus ſan-
ctus Iſraël. Ecce uenit & factum eſt : (ſiue &
ſcies quoniam erit) dicit dominus : hæc eſt
dies de qua loquutus ſum. Et egredietur ha-
bitatores urbium Iſraël,& ſuccendent & cō-
burent arma,clypeum, & haſtas (ſiue peltas
& contos,) arcum & ſagittas, baculos ma-
nuum:& contos (ſiue lanceas:) & ſuccendēt
ea igni ſeptem annis. Et non portabunt (ſi-
ue non aſſument) ligna de regionibus (ſiue
de campis:) neq; ſuccident de ſaltibus:quo-
niam arma ſuccēdent igni & deprædabun-
tur

uictoriam,occidendus ducatur ad prælium. Et aſcē C
det de lateribus, ſiue de nouiſſimis Aquilonis:ex
quo exardeſcunt mala ſuper omnē terrā. Et ab eo
ipſo adducetur ſuper mōtes Iſraël:quos apoſtolos
& apoſtolicos uiros atq; eccleſiaſticos intelligere
debemus:ut poſtq; addu
ctus fuerit ad mōtes Iſra-
ël,tunc percutiatur arcus
qui eſt in manu ſiniſtra
eius:& ſagittæ quæ ma-
nu tenentur dextera. Et
ipſe eī imitatur ad īterfi
ciendos eos quos decepe
rit,habere arma à ſiniſtris
& dextris, per bonam &
malam famā. Iſtæ ſagittæ
ſunt & hæc iacula, de q-
bus & pſalmiſta loquiť:
Ecce eī peccatores intē Pſal.10.a
derunt arcum:parauerūt
ſagittas ſuas in pharetra,
ut ſagittēt in obſcuro re-
ctos corde. Quæ ignita Epheſ.6.c
diaboli iacula, ſcuto fidei
reſtinguenda ſunt. Deij-
cietur autem ſiue cadet
Gog,qui aſcēderat ſuper
mōtes Iſraël,in ipſis mō-
tibus cū omni exercitu D
ſuo cūctiſq; agminibus:
& erit in eſcam feris, aui-
bus,omnibuſq; uolatili-
bus & beſtijs terræ : ad-
uerſarijs uidelicet pote-
ſtatibus:quæ iuxta uiam
comedere ſementem, &
ſāguinarijs beſtijs. Quo-
modo eī ſcriptū eſt de
dracone:Dediſti eū eſcā Pſal.73.c
populis Aethiopum:ſic
decepti qq; ab hæreticis,
dęmonū cibi ſunt. Cadet
autem Gog uel in cam-
pi latitudine, uel in agri,
qui cultus eſt à dei agri-
colis. Neq; enim fieri po
teſt ut domini uerba ſint
irrita. Tūc mittetur ignis
in Magog,in eos uideli-
cet qui Gog ſuſcepere
doctrinā,& in eos q ad ſi
militudinē īſularū ſeculi
fluctibus uerberantur:et
putant ſe debere eſſe ſecuros : ille ignis de quo do-
minus loquitur:Ignem ueni mittere ſuper terrā:& Luc.12.f
quàm uolo ut ardeat:ut ſciant omnes & intelligant
quod ego ſim dn̄s:& nomē ſanctum meum notum
fiat in medio populi mei,qui nequaq; Gog autori-
tate ſeductus eſt:neq; ultra per occaſionem falſi no

E minis ſcientiæ polluatur nomē meū in hæreticis:&
ſciant gentes quæ in circuitu ſunt, ꝙ ego ſim dñs.
Quod aūt ſequitur:Ecce uenit, & factū eſt:de iudi-
Abac.2.a cio Chriſti dicit:Qui ueniēs ueniet & nō tradabit.
Et ipſa eſt dies pœnarū atq; uindictæ:de qua ꝑ oēs
ꝓphetas locutus eſt dñs.

tur eos quibus prædæ fuerant; & diripient
uaſtatores ſuos, ait dñs deus. Et erit in die il-
la, dabo Gog locū nominatum ſepulchrū in
Iſraël: uallē uiatorum ad orietem maris, quæ
obſtupeſcere facit prætereuntes (ſiue πολυάν-
δριον eorum qui uenerint ad mare:& ædifica-
bunt per circuitū os uallis:) & ſepelient ibi
Gog & omnē multitudinē eius:et uocabitur
uallis (ſiue גיא) multitudinis Gog. Et ſepeliēt
eos domus Iſraël ut mundēt terram (ſiue ut
mundetur terra) ſeptē mēſibus. Sepeliet autē
eos omnis populus terræ, & erit eis nomina
ta dies:in qua glorificatus ſum, ait dñs deus.
Et uiros iugiter cōſtituent, luſtrātes (ſiue cir-
cūeuntes) terrā:qui ſepeliant & requirāt eos
qui remāſerint ſuper faciem terræ, ut emun-
dent eam:poſt mēſes autem ſeptem quære-
re incipient

Et egredietur habitato-
res urbiū Iſraël, credētiū
populi:urbes autē Iſraël,
intelligimus eccleſias re-
ctæ fidei. Et ſuccendēt &
cōburent arma:de q̄bus
& in alio loco ſcriptū eſt:
Pſal.45.b Arcum cōteret & cōfrin
get arma, & ſcuta cōbu-
ret igni, clypeos et haſtas,
arcum & ſagittas, bacu-
los manus, in q̄bus puer-
ſum paſcha celebrabant:
lanceas ſiue cōtos; q̄bus
lata & inſanabilia infere-
bant uulnera doctrinarꝫ:
clypeosq;, arcus & ſagit-
tas:de quibꝰ ſupra dictū
eſt. Quodq; ſequitur:Et
ſuccendēt ea igni ſeptem
Exod.21.d annis; de Exodo & Leui
Leui.25.b tico exponēdū eſt in qui
F bus lege præcipitur, ut ſeptimo anno remiſſiōis q̄ñ
ſeruis Hebræis libertas redditur, & debita cuncta
ſoluuntur:& ad dños redit antiqua poſſeſſio, & q̄es
terræ tribuitur:& oēs fruges pauperibus cōdonan
tur:quo ſcilicet in ſeptē annis numero ſacrato atq;
perfecto hæreticorū armatura diſpereat:& eccleſia
ſtici uiri nequaq; ligna ſuccidāt de campis & regio-
nibus ſyluisq; & ſaltibus gētium:quos magis ſalua
re cupiunt q̄ perdere:ſed de hæreticorū, quos uice
rint clypeis, haſtis, ſagittis, baculis, contisq; & lan-
ceis. Habent em̄ & ipſi ad impugnādam eccleſiam
Chriſti tela diuerſa:q̄ ab eruditis hominibus igne
ſancti ſpiritus ſuccendenda ſunt:ſermone uidelicet
Luc.24.c eccleſiaſtico:quē q̄ habuerit, poterit dicere:Nōnne
cor noſtrū erat ardens in uia cū aperiret nobis Ieſus
ſcripturas? Nec poſſumus plenā habere pacē & ha-
bitationis cōfidentiā:niſi cunctā aduerſariorū ſupel
lectilē deprædemur:ut pereant omnia, & in cinerē
cōcrementur:& deprædemur eos qui nos fuerant
ante prædati:et uaſtemus illos qui uaſtauerūt prius
eccleſiā. In die illa in claro prædicatiōis lumine:Da-
bo, inquit, Gog locum nominatum ſepulchrum in
Iſraël:iuxta Hebraicum, uallem uiatorū ad orietem
maris, quæ obſtupeſcere facit prætereuntes. Cuius
ſermonis hic ſenſus eſt:Sepulchrū Gog non erit in
montibus, ſed in depreſſis uallibus & in cōfragoſis
locis, quæ Hebraice appellantur גיא quæ hæretici
cum in Occidēte ſint, Orientis loca eſſe cōfingunt:
ut decipiant uiatores, eos uidelicet qui ſeculū iſtud
pertranſeunt, & non ſunt habitatores, ſed peregri-
Pſal.38.c ni;dicentes illud propheticum:Aduena ſum ego et
peregrinus, ſicut omes patres mei. Quis enim præ- G
tereuntiū de quibus ſcriptū eſt:Et nō dixerunt qui Pſal.128.d
præteribāt, benedictio dñi ſuper uos:nō admiratur
& obſtupeſcit cū uallē uiderit uiatorū:quæ uiatori
bus uallis, habitatoribus mons uidetur? Hoc iuxta
Hebraicū. Ceterū Lxx.
trāſtulerūt, polyandrion
eorū qui uenerint ad ma
re, & ædificabūt in circui
tu introitū uallis. Labor
em̄ eſt eorū, qui egrediū-
tur de urbibus Iſraël:ut
omnē introitū & exitum
hæreticæ prauitatis qui
uenerāt ad mare, & ama-
ritudine illius delectabā-
tur:undarumq; molibus
& crudelitate naufragij,
claudāt & circūædificēt,
& in uoraginibus terræ
ſepeliāt:ne ultra exire ua
leant & aliquos ſua frau-
de decipere. Ibi ergo ſe-
pelient Gog & oēm mul
titudinē eius:qua ſemꝑ
hæretici delectantur. Et
uocabitur nomen uallis
illius, in qua Gog ſepul-
tus eſt, multitudinis ge, ſiue πολυάνδριον, hoc eſt, ſe- H
pulchrū plurimæ multitudinis. Et quomodo ſupra
diximus, per ſeptē annos aduerſariorum arma ſuc-
cendi:ſic per ſeptē menſes ſordibus hæreticorū ter-
ra mundabitur. A primo enim mēſe, quādo paſcha
dñi celebramus:& exterminatorem Aegypti, agni
in poſtibus noſtris cruore uitamus:uſq; ad exitum
anni, hoc eſt, uſq; ad ſeptimum menſem, quando ta-
bernacula figimus:& inter cæteras frondes palma-
rum quoq; ramis protegimur:ut perfecta cōtra ho
ſtes uictoria demonſtretur, feſtiuitates omnes com
plemus in populis:nec ſolū magiſtri, ſed & omnis
populus hoc certatim faciet, ut ſepeliat Gog, & ter-
ra operiat:& nequaq; aërē liberū capere permittat.
Poſt necē aūt & interfectionē ſiue ſepulchrū Gog,
eligētur uiri eccleſiaſtici, qui hoc habeant ſtudij:ne
quid in terra Iſraël maneat ſordium priſtinarū:ne
quid morticinum:qui luſtrent terram, & requirant
mortuos & ſepeliant:ut uidelicet mundetur terra
eccleſiæ. Sin autem poſt ſeptem menſes, quando de
bent eſſe cuncta purgata, hi qui terram peragrant
atq; circūeunt:in aliquo os hominis, hoc eſt, duritiā
hæreticæ prauitatis, ſiue morticinium quid doctri-
næ priſtinæ uiderint remanſiſſe:ponent iuxta illud,
ſiue ædificabunt titulū:ut poſtq; notati fuerint qui
huiuſcemodi ſunt:tunc uel emundentur uel ſepeliā
tur cum Gog, & in tumba ſepulturæ illius retrudā-
tur. Nomen autem ciuitatis, ubi ſeruorum domini
uictoria eſt & iacent aduerſarij, & omnis inimico-
rum eius multitudo proſtrata eſt, appellabit amo-
na ſiue polyandrion:ut finis omnium, reſtitutio pu
ritatis



re incipient. Et circuibunt peragrantes terrā:
cumq; uiderint os hominis, ſtatuent iuxta
illud titulum:donec ſepeliāt illud pollincto-
res in ualle (ſiue גיא) multitudinis Gog. No
men autem ciuitatis Amona (ſiue Polyan-
drion:) & mundabunt terram (ſiue mūdabi-
a tur terra.) Tū ergo fili hominis:hæc dicit do
minus deus:Dic omni uolucri & uniuerſis
auibus cunctisq; beſtijs agri (ſiue campi:)
Conuenite & properate; concurrite undiq;
(ſiue per circuitū) ad uictimam meam quam
ego immolaui uobis:uictimam grādem ſu-
per montes Iſraël:ut comedatis carnē, & bi-
batis ſanguinē. Carnes fortium (ſiue gigan-
tium) comedetis:& ſanguinē principū terræ
bibetis:arietum, agnorum, & hircorū tauro-
rumq; altiliū & pinguium omniū. Et come-
detis adipem in ſaturitate, & bibetis ſangui-
nem in ebrietate, de uictima quam ego im-
molaui uobis. Et ſaturabimini ſuper men-
ſam meam de equo et de equite forti (ſiue gi-
gante:) & de uniuerſis uiris bellatoribus, ait
dñs deus. Et ponam (ſiue dabo) gloriā meā
in gentibus (ſiue in uobis:) & uidebūt oēs
gētes iudicium meū quod fecerim:& manū
meā quam poſuerim (ſiue induxerim) ſuper
eos. Et ſcient domus Iſraël quia ego ſum do-
minus deus eorum à die illa & deinceps. Et
ſcient oēs gentes quoniā ꝓpter iniquitates
ſuas capta ſit domus Iſraël, eo ꝙ reliquerint
me, & abſconderim (ſiue auerterim) faciem
meam ab eis:& tradiderim eos in manu ho-
ſtium (ſiue inimicorū) eorū; & ceciderint in
gladio uniuerſi. Iuxta immundicias eorum
& ſcele

A ritatis ſit. Deniq; ſequitur:Et mūdabūt terrā:haud
dubiū quin hi de quibus ſupra ſcriptū eſt:quærere
incipient & circuibūt peragrātes terrā. a ¶Tu er-
go fili hominis:hæc dicit dñs deus:Dic omni uolu-
cri &c.) Hoc quod trāſtulimus iuxta Hebræos:&
cōgregabo eos ſuper ter
rā ſuā, & non derelinquā
quenq; ex eis ibi:in Lxx.
non habetur. Rurſumq;
quod iuxta Hebræos ꝓ
benedictione in ultimo
ponitur, eo ꝙ effuderim
ſpiritū meū:Lxx. trāſtule
runt, furorē:qui ad iram
pertinet præſertim cū in
Hebræo רוחי poſitū ſit:
quod proprie ſonat ſpiri
tum meū:& nequaq; fu-
rorem meū. Omnia autē
uſq; ad eū locum, in quo
ſuccedit tēpli ædificatio,
hi quos ſupra diximus
Iudæos & noſtros Iudai
zātes, ad ultimum tēpus
referunt:quod carnibus
Gog cunctiq; eius exer-
citus, quaſi pinguiſſimis
B hoſtijs uolucres beſtiæq;
ſaturādæ ſint:et reſtituāt
Iſraël in priſtinū ſtatū, &
nequaq; ultra à gentibus
expugnetur, ſed effundat
ſpiritū ſuū ſuper eos deꝰ,
ut habitēt in terra ſua:nō
omnes gentes, ſed ꝓprie
domus Iſraël. Nos autē
cœptā tropologiā ſequē
tes, hoc dicemus, ꝙ oēs
uolucres & uniuerſas be
ſtias conuocet dñs:ut tra
dat eis hæreticorū princi
pes, quaſi pinguiſſimas
hoſtias deuorandos. Vo
lucres autē & beſtiæ, uel
propter celeritatem in o-
mnia diſcurrendi, uel ꝓ-
1.Tim.1.d pter feritatem et crudeli-
tatem appellātur:quibus
tradūtur aduerſarij in in-
teritū carnis, ut ſpiritus
ſaluus fiat, & diſcāt nō blaſphemare. Comedent aūt
grandem & pinguiſſimam uictimā, nō alibi ſed ſuꝑ
montes Iſraël:quos prophetas & apoſtolos & ſan-
ctos uiros intelligere debemus. In illis enim contra-
riorꝫ dogmatū magiſtri corruūt, & ab ipſis pereunt
uulnerati, ſuper quos ædificat eccleſia:& ut uerius
Eſa.2.a dicam ſuper montium montem:de quo Eſaias lo-
Mich.4.a quitur & Micheas:Venite aſcēdamus in montem
domini, & in domum dei Iacob:& anūciabit nobis C
uias ſuas. Iſtæ autem aues & iſtæ beſtiæ celeres atq;
crudeles, comedent carnes & bibent ſanguinē, quæ
regnum dei poſſidere non poſſunt:carnes fortium
ſiue gigantium qui cōtra dei ſcietiam rebellabāt:&
ſanguinem principū, nō
cœli, ſed terræ bibēt:qui
cuncta terrena ſapuerūt:
ſanguinē arietū et agno-
rum & hircorum:ſiue iu
xta Lxx. arietum uitulo-
rum, & hircorum:ut tria
ſignificēt animātia, quæ
in dei uictimis immolan
tur. Imitātur enim et hæ-
retici eccleſiaſticam man
ſuetudinem, ſed oblatio
corum nō in dei cultum,
ſed in dæmonum cibum
proficit, quæ eſt pinguiſ
ſima hoſtia eorū, & qua-
ſi adipe ſaturantur:& bi-
bunt ſanguinē decepto-
rum uſq; in ebrietatem.
Hanc autem uictimam
deus immolat per eccle-
ſiaſticos uiros, ut multi- D
tudine deceptorum ſatu
rentur conuiuæ peſſimi,
& bibant uſq; ad uomitū
& ebrietatem. Quando
uideris ſanctos uiros, &
ſcripturis diuinis erudi-
tos truncare equos hære
ticorum & aſcenſores:de
quibus ſcriptum eſt:E-
quum & aſcēſorem pro- Exod.15.a
iecit in mare:& omnes re
belles & gigātes ſuo mu-
crone concidere, & cun-
ctorum bellatorum falſi
nominis ſcientiæ ſangui
nem fundere; tunc ſcito
menſam domini præpa-
ratam, ut ponat gloriam
ſuam in cunctis gētibus
quæ illius credunt nomi
ni:& intelligant eccleſiæ
ſanctorum illius iudiciū
quod fecerit ſuper aduer
ſarios, & manū fortem qua eos percuſſerit:& ſciant
domus Iſraël atq; cognoſcāt quod ipſe ſit dominus
deus eorum, qui loquutus eſt:Ego ſum dominus
deus ueſter, à die uictoriæ domini uſque in perpe-
tuum:& recogitent idcirco captam eſſe quondam
ab hæreticis domum Iſraël, & in toto peruerſorum
dogmatum orbe diſperſam, quod reliquerint eum,
qui parumper abſcondit ſiue auertit faciem ſuā ab
eis:&

E eis:& tradidit eos in manu hæreticorū:& ceciderūt illorū mucrone cōfoſſi,ꝓpter immūdicias & iniquitates ſuas:quæ cauſa extitit ut abſcōderet & auerteret faciē ſuā ab eis. Expoſitis aūt rationibus, ſecūdū illud quod ſcriptū eſt:Oportet & hæreſes eſſe,ut ꝓbati quiq; manifeſti fiāt: (1.Cor.11.d) captiuitatis Iſraël uidelicet eccleſiæ, in qua habitant cernētes deum:nūc pollicetur quod reducat in eccleſiā captiuitatē Iacob, qui Iudaicū populū ſupplātarat,& poſtea hæreticorū fraudibus ſupplantatus eſt:& miſereatū omni domui Iſraël nō iuxta carnē,ſed iuxta ſpiritum. Et aſſumam,inquit, zelū meū ꝓ nomine ſancto meo qd' blaſphemabatur in gētibus propter hæreticos: ut poſtꝗ eos liberauerim,erubeſcāt & cōfundantur, quare fide eccleſiaſtica derelicta, p̄uaricati ſint in me. Confundant aūt & erubeſcāt (Pſal.6.) F ualde uelociter,cū habitauerint in terra ſua: terra mitium,terraꝗ; ſanctorū: & habitauerint confidenter,ſiue in pace, nequaꝗ; hæreticorū inſidias formidantes. Tunc reducētur de populis, & cōgregabūtur de terris inimicorum ſuorum in terrā ſuā:& ſanctificabitur dñs in eis in cōſpectu gētium plurimarum:quæ & ipſæ credituræ ſunt dño:finisꝗ; ſit beatitudinis,ſcire atꝗ; cognoſcere ꝙ ipſe ſit dñs de⁹

& ſcelera(ſiue iniquitates)eorū feci eis:& abſcondi(ſiue auerti) faciē meā ab illis. Propterea hæc dicit dñs deus:Nunc reducā captiuitatē Iacob,& miſerebor omni domui Iſraël: & aſſumā zelum pro nomine meo ſancto:et portabunt cōfuſionē(ſiue ignominiam)ſuā: & omnem præuaricationē qua præuaricati ſunt in me:cū habitauerint in terra ſua confidenter (ſiue in pace) neminē formidantes:& reduxero eos de populis (ſiue gentibus:) & congregauero de terris inimicorum ſuorum (ſiue de regionibus gētium:) & ſanctificatus fuero in eis in oculis (ſiue in conſpectu) gentium plurimarū. Et ſcient quia ego ſum dñs deus eorum, cum trāſtulerim eos in natiōes (ſiue cū apparuero eis in gentibus:)& cōgregauero eos ſuper terrā ſuam,& nō dereliquerim quenꝗ; ex eis ibi. Et non abſcōdam(ſiue auertam) ultra faciem meam ab eis,eo quod effuderim ſpiritum(ſiue furorem) meum ſuper omnē domum Iſraël,ait dñs deus.

G eorū:eo ꝙ apparuerit eis in gētibus, ſiue trāſtulerit eos de nationibus:& cōgregauerit ſuper terrā ſuā, terrā Iudeā,terrā cōfeſſiōis,terrā mitiū, terramꝗ; uiuentiū:& ne unū qdē reliquerit hæreticæ prauitati: & ultra nō abſcōdat faciem ſuā ab eis:nec auerſetur illos,eo ꝙ effuderit ſpiritū gratiæ ſuæ,de quo & Ioël ꝓpheta loquitur:In (Ioël.2.g) nouiſſimis diebus effundā de ſpiritu meo ſuper omnē carnē:effuderit aūt ſuper omnē domū Iſraël. Sin aūt ꝓ ſpū,iuxta Lxx. furorē legerim⁹ q in Hebraico nō habetur,ſic ſentiendū eſt,ꝙ ultra nō abſcōdat faciē ſuam ab eis: in quos furorē ſuū ante effuderat. Huc uſꝗ; in Ezechiel ꝓphetam, deo ut optamus & credimus auxiliante & aperiēte os noſtrū,locuti ſumus:nō aliorū ſi q ſcripſerūt uel deinceps ſcripturi ſunt ſententiā deſtruētes, ſed aſſerētes qualiacūꝗ; ſunt noſtra. H In ædificatione autē tēpli & ordine ſacerdotū terræꝗ; ſanctę diuiſione, & flumine egrediente de templo, & arboribus ex utraꝗ; ripa ſemper uirentibus:& per ſingulos menſes afferentibus fructum, & reliquis quæ uſꝗ; ad finem ꝓphetico uolumine continentur,aperte imperitiam confitemur:melius arbitrantes interim nihil quàm parum dicere.

Cōmētarij undecimi in Ezechielē ꝓphetā finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DVODECIMVM COMmentariorum Ezechielis ad Euſtochium prooemium.

TRepidationē meā in explanatione tēpli Ezechiel,imò tacēdi perſeuerantiā,tuæ filia Euſtochiū preces & dñi ꝓmiſſa ſuperarūt,dicētes:Petite,& accipietis:quærite, & inuenietis:pulſate,& aperietur uobis. Et qua nos excuſatiōe uſi ſumus,ut in calce anterioris uoluminis diceremus,melius eſt nihil ꝗ; parū dicere:tu eā uertiſti in cōtrariū: ut referre putes ſaltē parum ꝗ; nihil dicere:quia in altero uoluntas prompta:in altero totius operis deſperatio eſt:naturamꝗ; huiuſcemodi hominū eſſe cōmemoras:ut nō tātam gratiā habeant pro his quæ tribueris,quantū dolorē ſuper his quæ negaueris. Minore enim ſtudio uirtutes laudamus ꝗ; uitia reprehēdimus:& ꝗuis pulchra ſint corpora:unius prauitate ac deformitate mēbri inſigniora fiunt. Obſequar igitur uoluntati tuæ,& flante ſpiritu ſancto,uela ſuſpendā, ignorans ad quæ ſim littora peruenturus:& cum hoc eodē ꝓpheta clamitans:à quatuor uentis ueni ſpiritus:faſtidioſoꝗ; lectori,imò animo perduelli noſtra lecturo,illud in explanatione templi tota libertate denuncio:ut ſi ueritatem deſiderat,quærat eam ab alijs. Nos aūt ea quæ in opere difficillimo poſſumus ſuſpicari,ſimpliciter confitemur atꝗ; dictamus:gratias acturi dño, ſi non in omnibus (quod impoſſibile eſt) ſed in pleriſꝗ; nobis aperuerit fores ſcientiæ. Prima enim,ut ait ſublimis orator,quæꝗ; ſectanti,honeſtum eſt etiam in ſecundis tertijsúe conſiſtere.

Cōmentariorum



## A COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetā liber duodecimus.

IN uicēſimo et quinto anno trāſmigrationis noſtræ(ſiue captiuitatis)in exordio anni(ſiue in primo menſe,) decima mēſis,quartodecimo anno poſtꝗ; percuſſa (ſiue capta) eſt ciuitas:in ipſa hac die (ſiue in die illa,) facta eſt ſuper me manus domini; & adduxit me illuc. In uiſionibus (ſiue in uiſiōe)dei, adduxit me in terram Iſraël;& dimiſit(ſiue poſuit) me ſuper montē excelſum nimis,ſuper quem erat quaſi ædificium ciuitatis,uergentis ad Auſtrum (ſiue è regione,) Et introduxit me illuc:et ecce uir,cuius erat ſpecies æris (ſiue æris ſplendentis:) & funiculus lineus (ſiue cementariorum) in manu eius; & calamus menſuræ in manu eius. Stabat autem

IN uiceſimo & quinto anno &c.) Si quinto anno captiuitatis ſiue tranſmigrationis regis Ioachin,in quarto menſe,in qnta mēſis aperti ſunt cœli Ezechieli prophetæ iuxta fluuiū Chobar,& uidit uiſiones dei: nūc aūt dicitur ꝙ in uiceſimo et qnto anno tranſmigrationis eiuſdē Ioachin,in exordio anni,decima menſis, facta ſit ſuper eū manus dñi:adductusꝗ; in terram Iſraël & poſitus ſuper mōtē excelſū nimis,ut uideret ædificiū ciuitatis uergentis ad Auſtrū:nulli dubium eſt quin decē & nouē annis nouēꝗ; mēſibus & qnꝗ; diebus anni uiceſimi cōpletis,omnis illius ꝓphetia contexta ſit. Quod ſi iuxta Theodotionē, qui in eo loco ubi nos poſuimus,in exordio anni,interpretatus eſt,in nono anno,decima menſis:nonus autem annus apud Hebræos uocatur mēſis ſeptimus:qui apud eos habet B uocabulum תִּשְׁרִי ut kalend.menſis ſeptimi ſit tubarum clangor:& decima dies eiuſdem mēſis, dies ieiunij & placationis:quintadecima uero quādo totus lunæ orbis expletur, dies ſcenophegiarū:datur intelligi ꝙ decima die placationis dñicæ monſtratū fuerat Ezechieli ædificium ciuitatis. Et quomdo reſtitutionem populi,imò uiuificationem in oſſibus campi ſub reſurrectionis imagine demonſtrauit:ſic nunc inſtaurationem urbis quæ Babylonio fuerat ante ānos quatuordecim igne deleta,ſub deſcriptione eius dñs pollicetē:ut ſicut captiuitatē & euerſionem,ollæ ſucēſæ à facie Aquilonis mōſtrauerat typus,& ꝓphetiæ ueritas opere cōprobata eſt:ita ex præteritorū fide,futuræ ædificationis ueritas uaticinio probaretur. Nec hoc de illo tempore dicitur, quod quidā imperiti Iudæorum uolunt,quādo ſub Zorobabel & ſub Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno templum extructū eſt; prophetātibus Aggeo & Zacharia. Hoc enim templū quod nunc deſcribitur,& ordo ſacerdotij terræꝗ; diuiſio & fertilitas, multo auguſtius eſt ꝗ; fuit quod Salomon extruxerat. Illud autē quod ædificatum eſt ſub Zorobabel, intantum paruum erat & prioris cōparatione nihili:ut qui prius templum uiderant, & poſtea hoc aſpiciebant,eiularent,doloremꝗ; ſuum lachrymis teſtarentur:& multo maior eſſet clamor ululantium, ꝗ; clāgor tubarum. Lege Eſdræ librū. (1.Eſdræ.3.g) Porrò quod additur, quartodecimo anno poſtꝗ; percuſſa ſiue capta eſt ciuitas; iuxta myſticos intellectus quatuordecim ſignificat generationes;quibus cōpletis C à Dauid uſꝗ; ad natiuitatem Chriſti, urbis reſtitutio promittitur ab eo,de quo ſcriptum eſt;Ipſe ædificabit ciuitatem meam,& captiuitatem populi mei reducet. (Eſa.45.c) Et iterum:Venit ut prædicaret captiuis remiſſionē,& cæcis uiſum: (Ibid.61.a) dicēs:his qui erāt in uinculis, exite; & qui erant in tenebris, reuelamini. Fit autem ſuper eum manus domini,ut iuxta carnem in Babylone poſitus,in ſpiritu ad terrā ueniret Iſraël;& nequaꝗ; in uiſione,ſed in uiſionibus dei poneretur ſuper mōtem excelſum nimis de quo Eſaias & Micheas uaticinantur; Venite aſcendamus in montē domini, & ad domum dei Iacob. (Eſa.2.a; Mich.4.a) Qui mōs excelſus eſt nimis ad comparationem montium cæterorū: de quibus propheta teſtatur,dicens; Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. (Pſal.120.) Et in alio loco:Montes in circuitu eius, & dñs in circuitu populi ſui. (Pſal.124.a) De quo & Eſaiæ dicitur:In montē excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion. (Eſa.40.b) D Super hunc montem oſtenditur ædificium ciuitatis:iuxta Lxx.& Aquilā, è regiōe, & ex aduerſo Aquilonis,unde ad terrā Iſraël ꝓpheta ueniebat:iuxta Theodotionem uero & Symmachum,uergētis ad Auſtrum:ubi plenū lumen eſt,& ſol iuſticiæ in ſummo cœli uertice poſitus. Vnde et in Cantico dicitur canticorum:Exurge Aquilo & ueni Auſter,perfla hortum meū,& fluent aromata illius. (Can.4.d) Fugatur enim de horto domini Aquilo uentus duriſſimus:ne refrigeretur dilectionis calor,floresꝗ; marceſcant. Quando autē dicitur:Quaſi ædificiū ciuitatis:nō uere ciuitas, ſed ciuitatis ſimilitudo mōſtratur:de qua ſcriptū eſt;Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei:quæ eſt Hieruſalē ædificata ut ciuitas,cuius participatio eius in idipſum:& in qua magnus dominus & laudabilis nimis; in ciuitate dei noſtri,in monte ſancto eius. (Pſal.86.a) Et in turribus ciuitatis iſtius deus cognoſcitur, quando ſuſcipiet eam. De qua & alibi:Fluminis impetus lętificat ciuitatē dei. (Pſal.45.a) Et:Non poteſt abſcōdi ciuitas ſuper montē poſita: (Matth.5.b) quæ loqtur in Eſaia:Ego ciuitas firma,ciuitas quæ oppugnatur. (Eſa.23.c) Nō dixit,quæ expugnatur, ſed oppugnatur;quæ ædificata eſt ſuper petram, & nulla tēpeſtate cōcutitur. Sequitur:Et introduxit me illuc: ſubauditur,manus dei. Illuc autem,hoc eſt,quaſi ad ædificiū ciuitatis:ut mihi cuncta quæ erant intrinſecus demonſtraret. Et ecce,inquit,uir, cuius erat ſpecies ſiue uiſio quaſi ſpecies æris fulgentis:ille uidelicet de quo ſcriptum eſt;Ecce uir oriens nomē eius. (Zach.6.c)

Habebat

E Habebat aũt ſpeciẽ nequaq; electri, ut in principio huius uoluminis dicitur: neq; accinctus erat zona
Apoc.1.c aurea: ut in Ioannis apocalypſi cõtinetur: ſed habebat ſpeciẽ iuxta Hebraicũ quaſi æris. Hæc eñ materia cũctis metallis uocalior eſt: & tinnitu longe reſonat. Vnde & in Da
Dan.2.e niel, ĩ imagine quæ erat ex auro, argento, ære, ferroq; cõpacta, regnũ Alexãdri atq; Græcorũ in æris ſimilitudĩe demõſtratur: ut Grææ linguæ eloquẽtia ſignaretur: per quã manifeſtũ eſt adhuc eos indigere doctrina: qui tẽpli ſpiritualiter ædificandi necdũ plene nouere myſteria. Funiculus quoq; erat lineus ſiue cementariorũ in manu eius: de quo &
Zach.2.d ĩ Zacharia ſcriptũ eſt: q funiculũ habuerit geometricũ: ut latitudinẽ & lon
F gitudinẽ urbis metiretur. Cemẽtariorum aũt, uel angelorum qui dei imperio miniſtrabant: uel Moyſi & omniũ ꝓphetarũ, atq; apoſtolorũ qui ædificãt ciuitatẽ dei, & adiutores uel miniſtri ſunt dñicæ uolũta
1.Cor.3.b tis. Vnde & Paulus apoſtolus loquebat̃: Dei agricultura, dei ædificatio ſumus. Quodq; ſequitur: Et calamus mẽſuræ in manu eius: deſignat gratiã propheticã: de qua ſcriptũ eſt in quadrageſimoquarto pſalmo: Lingua mea calamus ſcribæ, uelociter ſcri
Matth.11.a bentis. Et de Ioãne ꝓpheta atq; baptiſta: Quid exiſtis in deſertũ uidere, calamũ uẽto agitari? Quẽ calamum imitari cupiũt, qui ſcribẽtes ſcribunt iniquita
Pſal.67.f tem: & quibus imprecatur ꝓpheta: Increpa feras calami. Stabat aũt in porta: quia per ipſum ad patrem ingredimur: & ſine ipſo ciuitatẽ dei intrare nõ poſſumus: ut dignos ſuſcipiat, indignos abijciat. In por
Eſa.29.f ta quoq; iudicium eſt. Vnde & ꝓpheta dicit: Ode
Pſal.126.a runt arguentes in porta. Et in alio loco: Non confundetur cũ loquetur inimicis ſuis in porta. Hic uir locutus eſt ad ꝓphetam, in cuius manu erat funiculus, & cuius erat ſpecies quaſi æris: & qui calamum tenebat manu. Locutus eſt ad Ezechielẽ uerus architectus, quẽ imitabatur & Paulus Apoſtolus, di
1.Cor.3.b cens: Quaſi ſapiẽs architectus fundamẽtum poſui. Sapientẽ aũt uocat architectũ, ad diſtinctionẽ illius qui ſtultus eſt: & in Zacharia paſtor inſipiẽs appel
Zach.11.d latur: locutus eſt aũt quæ ſequũtur: Fili hominis uide oculis tuis, & auribus tuis audi: nõ oculis carnis

G ſed ſpiritus: nec auribus corporis, ſed animæ. Leua
Ioan.4.c te, inquit, oculos ueſtros, & uidete quia meſſes iam
Luc.8.b albæ ſunt ad metendũ: & qui habet aures audiendi, audiat. Videtur autẽ ædificatio ciuitatis, & auditur ordo ceremoniarũ & ſacerdotũ, terræq; deſcriptio. Nec ſufficit præcepiſſe ut cerneret oculis, et audiret auribus: ſed adiecit: Et pone cor tuũ in omia, ſiue & pone in corde tuo omia quæ ego oſtẽdã tibi. Nihil eñ ꝓdeſt uidiſſe & audiſſe, niſi ea quæ uideris & audieris ĩ memoriæ repoſueris theſauro. Quãdo autẽ dicit omia quę ego oſtẽdã tibi: intentũ facit auditorẽ: facit & cordis oculis ꝑparatũ: ut memoriter teneat quæ ſibi oſtẽdẽda ſunt: quia ut omia oſtẽdãtur tibi adduct⁹ es huc. Quo dicto oſtẽdit ſpecial'r nihil theoria & ſciẽtia dulci⁹:
H quã ꝓpheta deſiderat, dicens: Vnã petiui à dño, hãc requirã, ut inhabi
Pſal.26.b tem in domo dñi per omnes dies uitæ meæ: Vt uideam uolũtatẽ dñi, & uiſitẽ tẽplum eius. Vnde iun
Pſal.25.b git & loquitur: Dñe, dilexi decorẽ domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Annũcia, inquit, oĩa quæ tu uides domui Iſraël: ut qui per ſe uidere non poſſunt, per te diſcãt quæ tibi à dño demõſtrantur. Domui aũt Iſraël, his qui mẽte cõſpiciunt deum: de quibus erat & Nathanaël, q Chriſtũ ſtudioſiſſime requirebat, & meruit audire: Ecce uerus Iſraëlita, in
Ioan.1.g quo dolus nõ eſt. a ¶Et ecce murus &c.) Dũ eſſem Romæ puer, & liberalibus ſtudijs erudirer, ſolebã cũ cæteris eiuſdẽ ætatis & propoſiti, diebus dñicis ſepulchra apoſtolorũ & martyrũ circuire: crebroq; cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defoſſæ, ex utraq; parte ingrediẽtium per parietes habẽt corpora ſepultorũ: & ita obſcura ſunt omnia, ut ꝓ
Pſal.54.c pemodũ illud propheticũ cõpleatur: Deſcẽdant ad infernum uiuẽtes: & raro deſuper lumẽ admiſſum, horrorẽ temperet tenebrarũ: ut non tam feneſtram q̃ foramẽ dimiſſi luminis putes: rurſumq; pedetentim acceditur, & cæca nocte circundatis, illud Vergilianũ ꝓponitur: Horror ubiq; animos ſimul ipſa ſilentia terrent. Hoc mihi dictũ ſit, ut prudẽs lector intelligat quã habeam ſententiã ſuper explanatio
Pſal.96.a ne templi dei in Ezechiel: de quo ſcriptum eſt: Nu
Pſal.17.b bes & caligo ſub pedibus eius. Et rurſum: Tenebrę latibulum

autem in porta: & locutus eſt ad me idẽ uir. Fili hominis, uide oculis tuis, & auribus tuis audi: et pone cor tuum in omnia quæ ego oſtendam tibi (ſiue pone in cor tuum omnia quæ oſtendero tibi:) quia ut oſtendantur tibi adductus (ſiue ingreſſus) es huc: & annuncia (ſiue monſtrabis) omnia quæ tu uides domui Iſraël.

a HEB. Et eccẽ murus forinſecus, & in circuitu domus undiq;: et ĩ manu uiri calamus mẽſuræ ſex cubitorum & palmo: & mẽſus eſt latitudinem ædificij calamo uno: altitudinẽ quoq; calamo uno. Et uenit ad portam quæ reſpiciebat uiam Orientalem: & aſcẽdit per gradus eius, & menſus eſt limen portæ calamo uno latitudinẽ, id eſt, limẽ unum, calamo

SEP. Et ecce murus extra domũ ꝑ gyrũ: & in manu uiri calamus menſuræ cubitorũ ſex, & palæſtes: & murum menſus eſt, latitudinẽ æqualem calamo: & altitudinẽ eiuſdem mẽſuræ. Et ingreſſus eſt portã, quæ reſpiciebat Oriẽtem ſeptem gradibus, & menſus eſt thee, ſex hinc, et ſex inde, ælam portæ æqualẽ calamo lõgitudine, et æqualem calamo in latitudine: & ælam



A latibulum eius. Vnde & Moyſes nubem ingreſſus
Exo.24.d eſt & caliginem, ut poſſet dñi myſteria contempla
& 34.a ri, quæ populus longe poſitus & deorſum manẽs, uidere non poterat. Deniq; poſt quadraginta dies, uultum Moyſi uulgus ignobile caligantibus oculis non uidebat: qa glorificata erat, ſiue ut in Hebraico cõtinetur, cornuta facies Moyſi: Ita & mihi legẽti deſcriptionẽ tẽpli myſtici, quod Iudæi ſecundũ literã in aduentu Chriſti ſui, quẽ nos eſſe antichriſtum comprobamus, putãt ædificandũ, & nos ad Chriſti referimus eccleſiam, & quotidie in ſanctis eius ędificari cernimus accidit: ubicunque oculus cordis aperitur, & me aliquid uidere æſti
Cant.3.b mauero & tenere ſpõſum, & gaudẽs dixero: Inueni quem quæſiuit anima mea: tenebo eum & non dimittã eũ: rurſum me deſerit ſermo diuinus, fugitq;
B ſpõſus è manibus, & clauduntur oculi cæcitate, ita
Roma.11.d ut cogar dicere: O profundũ diuitiarũ ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ dei, q̃ inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & in
Pſal.35.b ueſtigabiles uiæ illius. Et quod alibi ſcriptũ eſt: Iu
& 29.a dicia dñi abyſſus multa. Et: De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi uocẽ meã: & illud Heliſei, qui
4.Reg.2.b raptũ à ſe magiſtrũ cordis oculis ſequebatur dicẽs: Pater, pater: currus Iſraël & auriga eius. Simpliciter igitur eſt fatendũ me tẽplum beati Ezechielis, quod ſecula cuncta tacuerunt, nõ temeritate uelle diſſerere, ſed fide & timore dei, coniecturam animi mei cupere legẽtibus demonſtrare, ut ſi ego in tabernaculum dei pelles caprarum piloſq; obtulero, unde peccatorũ ſpinæ & aculei protegãtur, & arceãtur pluuiæ & tẽpeſtates: alius qui diues eſt pro qualitate meritorũ, uel ferrum, uel æs, uel argentũ, aurumq; & precioſiſſimos lapides offerat: & nõ noſtra quia ſunt minora cõtemnat, ſed proprijs gaudeat opibus. Niſi enim ima fuerint, ſumma eſſe nõ poterũt, & ut maiora laudẽtur, minorũ cõparatione ſuccreſcũt. Videamus igit̃ quid ingreſſus Ezechiel ædificiũ ciuitatis uergẽtis ad auſtrũ primũ uiderit, deinde audierit. Et ecce, inquit, murus forinſecus in circuitu domus undique. Pro muro quem Aqla & Theodotio interpretati ſunt: Symmachus & Lxx. poſuere περίβολον. Murus ergo ſiue περίβολος ex omni parte domum, hoc eſt, templum domini circundabat: habebatq; uir cuius erat ſpecies quaſi ſpecies æris, non ſolum funiculum geometricum & cementariorum, ſed & calamum tenebat in manu: cuius ſupra menſura tacita eſt, & nunc ponitur

cubitorum ſex & palmo: qui rectius Græce dicit̃
C παλαιστὴ, & eſt ſexta pars cubiti. Alioquin palmus σπιθαμὴ ſonat, quam nõnulli pro diſtinctione palmam, porrò παλαιστὼ palmũ appellare cõſuerunt. Hoc igitur calamo menſus eſt latitudinem & altitudinem muri, & utrunq;, hoc eſt latitudo & altitudo uno fuere calamo, hoc eſt ſenis cubitis & palmo uno. Cumq; eſſent portæ plurimę, noluit ꝑ alias intrare portas, ſed per eã quæ reſpiciebat ad oriẽtalẽ plagã. Et quia nõ erat æqualis locus, & murus eñ per circuitũ & ipſa ædes dei in excelſioribus locis ædificata erat: propterea per gradus ingreditur imo cõſcendit: quos ſoli Lxx. ſeptẽ nominãt, cum & in Hebræo & in cæteris trãſlatoribus gradus tantũ abſq; numero legerimus. Ingreſſusq; portã, ſtatim mẽſus eſt limen portæ quod Lxx. θεὲ
D nominãt: pro quo in Hebræo ſcriptũ eſt סף. Et diligentẽ & ſtudioſum lectorẽ ammonendũ puto: ſi tamẽ ſciẽtia ſcripturarũ & nõ uanis oratorũ declamationibus ducit̃, ut ſciat omnia propè uerba Hebraica & nomina quæ in Græca & Latina trãſlatione ſunt poſita, nimia uetuſtate corrupta, ſcriptorumq; uitio deprauata, & dũ de inemẽdatis ſcribuntur inemendatiora, de uerbis Hebraicis facta eſſe Sarmatica, imò nullius gẽtis, dum & Hebræa eſſe deſierint & aliena eſſe nõ cœperint. Limẽ igit̃ portæ ſiue θεὲ imò ſaph, quod Symmachus οὐδὸν, Aquila & Theodotio πρόθυρον interpretati ſunt: habebat calamũ unum, hoc eſt, ſex cubitos & palmũ in latitudine: pro quo neſcio quid uolẽtes Lxx. addidere de ſuo, ſex hinc & ſex inde. Poſt limẽ aũt portæ, iuxta Hebraicũ mẽſus eſt thalamũ ſiue cubiculũ, ut Symmachus tranſtulit παστάδας, id eſt, poſtes ex utraq; parte calamo uno tam in longũ q̃ in latum, quod & ipſum Lxx. ælam trãſtulerũt, quod in conſequẽtibus Symmachus anteliminare interpretatus eſt. Inter thalamos autem duos ſiue cubicula & παστάδας erãt quinq; cubiti, & aliud prolimen portæ iuxta ueſtibulum intrinſecus calamo uno. Tertiũ quoq; ueſtibulũ portæ, octo habebat cubitos, & in fronte eiuſdẽ ſiue in marginibus duos cubitos. Quod ueſtibulũ ne quis putet idem eſſe quod ſupra, addidit: Veſtibulum aũt erat portæ interioris: pro quibus Lxx. primum & ſecundũ & tertiũ ueſtibulum tranſtulerunt. Thalami autem, id eſt, cubicula quæ poſt portam orientalem erant ædificata in ueſtibulis, reſpiciebãt ad uiam orientalem. Et

HEB. uno in latitudine: & thalamum uno calamo in longum, & uno calamo in latũ: & inter thalamos quinque cubitos, & limen portæ iuxta ueſtibulum portæ intrinſecus calamo uno. Et menſus eſt ueſtibulum portæ octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis: ueſtibulum autẽ portæ erat intrinſecus. Porrò thalami portæ ad

SEP. & ælam in medio theelath cubitorum ſex, & thee ſecundũ, æqualẽ calamo in latitudine, & æqualem calamo in lõgitudine: & ælam cubitorũ quinq;. Et thee tertiũ æqualem calamo in latitudine trium, & æqualem calamo in longitudine trium, & ælam portæ qui iuxta ælam portæ octo cubitorũ, & ælam duorũ cubitorũ: & ælam portæ

E ut ſciamus quot fuerint thalami:iūgitur,tres hinc
& tres inde:ad ſeptentrionem uidelicet & ad meri-
diem reſpiciētes & ad orientalē uiam;unaq; menſu
ra frōtiū erat ex utraq; parte.Mēſus eſt quoq; men
ſuram in latū liminis portæ,& reperit decē cubita,
& in longum tre-
decim cubita,& in
unum cubitū arta
bātur extrema tha
lamorum, uel ut
Symmachus trāſ-
tulit παραστάδων, &
utraq; frons ſingu
los habebat cubi-
tos.Thalami autē
ſiue παραστάδες,& ut
Lxx.de ſuo poſue
re θειλαθ ex utraq;
parte ſena habebāt
cubita. Menſusq;
eſt portam à tecto thalami ſiue παραστάδος uſque ad
tectum ſiue ad parietē eius,& inuenit inter tectum
& tectum latitudinis uiginti & quinq; cubita.Tan
tum enim erat ſpacij inter oſtiū & oſtium,ſiue in-
ter portam & portam.Hæc breuiter diuinātis ma-
gis q̄ explanantis animo dixerimus,uolētes iuxta
literam obſcuram,& penè nō apparentem adum-
F brare picturā.Cæterum pauca quæ poſſumus ſu-
ſpicari,ſtrictim, dubitāteſq; ponemus.Apoſtolus
Ephe.3.d Paulus uolēs Epheſios ſacratiora cognoſcere,im-
precatur eis ut repleantur ſapientia & charitate do
mini;ut radicati atq; fundati,ſcire ualeant & cōpre
hendere quæ ſit latitudo & longitudo & altitudo
& profundū diuitiarum eius,& ad eoſdem loqui-
Ibi.2.d tur:Ergo nequaq; eſtis peregrini,ſed ciues ſancto-
rum & domeſtici dei;ædificati ſupra fundamētum
apoſtolorum & prophetarum,ipſo angulari lapide
Ieſu Chriſto;in quo omnis ædificatio cōpacta,cre-
ſcit in templum ſanctum domino;in quo & uos ſu
perædificati eſtis in habitaculum dei in ſpiritu ſan
cto.Petrus quoque apoſtolus eiſdem penè uerbis:
1.Pet.2.d quia eodem ſpiritu,in epiſtola loquitur:Si quidem
crediſtis quoniam bonus dominus,ad quem ac-
cedentes lapidem uiuētem:ab hominibus quidem
reprobatum,à deo aūt electum & honoratū,& ipſi
ut lapides uiuentes ædificamini domus ſpiritualis
in ſacerdotium ſanctum,offerētes ſpirituales uicti
mas acceptabiles deo per Ieſum Chriſtum.Ex quo
perſpicuum eſt,dominū ſaluatorem qui uerus ar-
chitectus eſt,probare lapides qui poſſint poni in
tēpli fundamētis,qui in medio,qui in ſuperioribus
locis & inferioris mēſuræ:uel nō tam ſolidæ firmi-
tatis in muro & extra tēplū in circuitu τῷ περιβόλῳ
collocari.Non eſt enim parui roboris nec minimæ
firmitatis,impoſitos deſuper lapides ſuſtinere.Vn
Gal.6.a de ſcribit Apoſtolus ad credentes: Inuicem onera
ueſtra portantes.Et in alio loco ſcriptū eſt:non de-
bere nos pondus aſſumere quod ferre non poſſu-
mus.Calamus aūt mēſuræ qui habebat ſex cubita

HEB.uiam oriētalem,tres
hinc & tres inde;menſura
una trium & mēſura una
frontium ex utraq; parte.
Et menſus eſt latitudinem
liminis portæ decem cubi
torum,& longitudinē por
tæ tredecim cubitorū. Et
marginē ante thalamos cu
biti unius,& cubitus unus

& palmum unum,illud ſignificat,notam eſſe deo G
cōuerſationem noſtram,quæ in ſex diebus in qui-
bus mundus factus eſt cōtinetur,& notam eſſe ra-
tionem operum ſingulorū,ut aliud ad opera per-
tineat,aliud ad mētem.Vnde & latitudo æqua eſt
altitudini: quorū
latitudo ad opera
ut diximus;altitu-
do refertur ad ani
mū qui ad alta fe-
ſtinat.Illud aūt ſe-
mel monuiſſe ſuffi
ciat;noſſe me cubi
tum & cubita neu
trali appellari ge-
nere:ſed pro ſim-
plicitate & facilita
te intelligētiæ uul
giq; conſuetudine
ponere & genere
maſculino.Non enim curæ nobis eſt uitare ſermo
num uitia,ſed ſcripturæ ſanctæ obſcuritatem qui-
buſcunq; uerbis diſſerere.Ingreditur igitur uir cui
oriens nomen eſt per portā orientalem,ut illumi-
net eos quos in prima ueſtibuli frōte repererit ſiue
in ipſo introitu portæ;nō per unum ſed per plures
gradus:quorū ſiletur numerus,ut aſcēſionis appa-
reat difficultas,& quotcunq; gradus tibi propoſue
ris,ſcias minus eſſe ab eo quod dubiū derelinqui- H
tur.Iſtam arbitror portā de qua & in pſalmis cani-
tur:Hæc porta dn̄i,iuſti intrabunt per eam.Men- Pſal.117.c
ſusq; eſt limen portæ,ut ſcire ualeamus omnia pa-
tere noticiæ dei.Quod limen in latitudine unius
dicitur calami,& de altitudine ſiletur ac lōgitudi-
ne.Via enim eſt & introitus,& per eam ad interio
ra pergendum eſt,licet in hoc loco Lxx.ſuperflue
longitudinē,uel ut in pleriſq; codicibus cōtinetur
altitudinem dixerint:cubicula aūt,id eſt,thalami &
παραστάδες tam in longum q̄ in latū ſingulos habeāt
calamos,ſed inter thalamum & thalamum,quinq;
tantū ſunt cubita,ut interiora cubiculorum plenā
habeant menſurā calami,id eſt,ſex cubitorū & pal-
mi unius,dum opera pariter ratioq; cōſentiunt.Ea
uero quæ extrinſecus ſunt,hoc eſt inter thalamum
& thalamū quinq; cubita:necdum enim Chriſti ſe-
creta penetrarunt,nec poſſunt dicere:Introduxit Cant.1.a
me rex in cubiculum ſuum.Et alibi:Omnis gloria Pſal.44.c
filiæ regis intrinſecus.Sed diſcipulis cum Chriſto
domi cōmorātibus,myſteria eius audire non poſ-
ſunt,& foras ad ſe cupiunt dei exire ſermonem,&
propterea quinq; cubitorū mēſura in eis ponitur,
ut ad ſenſus quinq; omnia referre doceātur.Limē
quoq; alterius portæ,ſiue ut in Lxx.cōtinetur ſe-
cundi ueſtibuli & tertij,eiuſdem calami unius men
ſuræ eſt.Poſt quod ueſtibulū eius,hoc eſt,limē por
tæ,in introitu octo ponuntur cubita,ut interiora
ueſtibuli nequaquàm ſeptenarium numerū & ſex
cubita & palmū unum,ſed octonariū teneant:qui
ad reſurrectionis & diei dominicæ pertinēt ſacra-
mentum.

SEP.portæ intrinſecus &
thee portæ è regione,tres
hinc & tres inde,& men-
ſura una trium : menſura
una ælam hinc & inde.
Menſus eſt latitudinē in-
troitus portæ decem cu-
bitorum, & latitudinem
portæ cubitorum trede-
cim,& cubitus unus redi-
gebatur



A mentum.Et in frōte,inquit,eiuſdem ueſtibuli duo
erant cubita,quæ uel ad utrunq; pertinent inſtru-
mentum,uel ad literam & ſpiritum,uel ad myſte-
rium forcipis:qua in Eſaia de altari carbo compre
henditur,& defertur ad prophetæ labia purgāda.
Et ut ſciamus qđ
ſit hoc ueſtibulum
quod octo & duo-
bus cubitis termi-
natur,ponit mani-
feſtius. Veſtibulū
autem portæ erat
intrinſecus:per qđ
peruenimus ad tē-
plum dei.Thalami
quoq; & cubicula
quæ erāt ad uiam
portæ orientalis,
pro quibus Lxx.
ἐλεῦ ſcribunt, tres
erāt hinc & tres in-
de,mēſuræ unius:
id eſt,calamo uno:
qui ſex cubita &
unum palmum ha
bebat,de quibus ſupra dictum eſt:Et ἐλὰμ uno ca
lamo in longum & uno calamo in latum,& inter
thalamos quinq; cubitos.Ne igit̄ putaremus duos
tantum eſſe thalamos,ternos ex utraq; parte po-
B ſuit:ut ſenarium numerum demōſtraret:qui & in
Ioan.2.a hydrijs euangelij indicatur:in quibus aquæ in ui
na mutatæ ſunt,& quotidie Iudaici latices uertun-
tur in uinum,quod lætificat cor hominis:& Chri-
ſti cruore fit dulcius.Menſus eſt quoq; latitudinē
liminis portæ decem cubitorum,qui perfectus eſt
numerus:& uel decalogo cōtinetur:uel euangelio
rum quatuor ſacramento.Qui ab uno incipiens,
ita ad quatuor peruenit,ut denariū impleat nume-
rum.Cuius longitudo habebat tredecim cubitos:
pro qua in Lxx.rurſum ponitur latitudo,quod
mihi uidetur ſcriptorum negligētia deprauatum.
Neq; enim in uno loco latitudinē,& rurſum latitu
dinem decem uel tredecim cubitorum ſcriptura di
xiſſet.Poteſt aūt porta liminis,in quo ſacratus eſt
numerus ueteris & noui teſtamenti,uel ipſe domi-
Ioan.10.b nus intelligi,qui dicit:Ego ſum oſtium:uel certe
omnes ſancti per quos ingredimur ad noticiā dei,
quorū apoſtolus Paulus loquebatur:Os meum pa
1.Cor.9.c tet ad uos ò Corinthij,& dilatamini & uos.Trede-
cim aūt cubiti poſt octonarium numerū,librorum
Moyſi cōtinent ſacramentū:qui & in quinq; mon-
Matth.14.b ſtrantur panibus:& in Samaritana euangelij,quæ
Ioan.4.c arguit̄ quod quinq; habuerit uiros,& ſextū quem
ſe putabat habere nō habebat,& tamen octonarius
& quinarius numerus,uno cubito,id eſt quartode
cimo conſummatur,quia in Chriſto recapitulātur
omnia.Vnde dicit̄:Et cubitus unus finis utrinq;,
dum & uetus & nouū teſtamētū,una Chriſti men-
ſura cōplectitur,& altitudinem triginta cubitorū

HEB. finis utrinq;:thala-
mi autem ſex cubitorum
erant hinc & inde.Et men
ſus eſt portam à tecto tha-
lami uſq; ad tectum eius,
latitudinē uiginti & quin-
que cubitorum : oſtium
a cōtra oſtium.Et fecit frōn-
tes per ſexaginta cubi-
tos,& ad frontem atrium
portæ undique per circui-
tum. Et ante faciem por-
tæ quæ pertingebat uſque
ad faciem ueſtibuli portæ

arcæ Noē,unus cubitus includit.Thalami aūt,in- C
quit,ſiue ut Lxx.poſuere thau uel thee:uertentes
atq; mutantes per ſingula loca ut uoluerunt He-
braica nomina:ſex cubitorum erant ex utraq; par-
te,quod dicitur hinc & inde,& nequaq; habebant
palmum nec ratio
nem deſuper addi-
tam,quæ præſentē
cōuerſationē ad fu
turam beatitudinē
prouocaret,ſed tā-
tū ſex cubita.Vn-
de ſequit̄:Et men-
ſus eſt portā à te-
cto thalami uſque
ad tectum ſiue pa-
rietē eius:& inue-
nit latitudinis ui-
ginti & quinq; cu
bita:qui & ipſe nu
merus licet qua-
drus ſit:tamen re-
fertur ad ſenſus.Si
enim quinos cubi
tos cōtra ſe quin-
quies ordinaueris,uiceſimum & quintū numerum
efficies,qui eſt inter tectum thalamorū & tectū:&
tamen utrunq; è regione ſui poſitū,à ſummis par-
tibus habet oſtium cōtra oſtium.Hæc non friuola
uideant̄ eſſe lectori,licet & mihi ipſi qui dico diſpli D
ceant,ſentiēs me clauſam pulſare ianuā,ſed legēda
cum uenia ſunt,alioquin potui ſimpliciter ignorā
tiam cōfiteri,& omne ſtudioſorū amputare deſide-
rium.Sicut enim à perfecta ſciētia procul ſumus:le-
uioris culpæ arbitramur ſaltē parū q̄ omnino ni-
hil dicere. a ¶Et fecit frontes per ſexaginta cubi
tos &c.) Symmachus hunc locū ita interpretatus
eſt:Et fecit περιστάδας,quas nos circunſtantias poſſu-
mus dicere:pro quibus in Hebraico habet אֵלִים,
quæ Aquila interpretatus eſt κρίωμα,& nos in frō-
tes uertimus. Rurſum ubi Lxx. poſuere theim
atrij:in Hebraico habet אַיִל,numero ſingulari,qđ
Symmachus propè atriū:Aquila κρίωμα,id eſt fron
tem atrij trāſtulerūt.Sub diuo quoq; ælam portæ:
Aquila,ante faciē poſtiū portæ:Symmachus,con-
tra faciem ueſtibuli portæ,interpretati ſunt.Fene
ſtras abſcōditas quæ Hebraice appellāt אֲטֻמוֹת:
Symmachus τοξικάς tranſtulit.Et ubi dixere Lxx.
ſuper theim & ſuper ælam,idē Symmachus poſtes
poſuit & circūſtantias:Aquila,thalamos & frōtes
eorū:pro quibus in Hebraico ſcriptū eſt תָּאִים &
אֵלָיו.Porrò elamoth,quod Lxx.& Theodotio ſi-
militer ἐιλαμὼθ tranſtulerūt:Symmachus circun-
ſtantias:Aquila,frōtes interpretati ſunt.Aelam au
tem pro quo in Hebræo ſcriptum eſt אַיִל,oſtium
uel porticus appellatur.Pro palmis quoq; in He-
braico ſcriptum eſt תִּמֹרִים numero plurali:quia
ſingularis numerus,palmam תָּמָר uocat.Hæc fa-
ſtidioſo lectori ſcio moleſta fore:ſed uolui breui-

SEP.gebatur in cōſpectu
theri cubiti unius:& cubi-
ti unius terminus hinc in-
de:& thee cubitorum ſex
hinc,& cubitorū ſex inde.
Et menſus eſt portā à mu-
ro thee, uſq; ad parietem
thee,latitudine uigintiqn-
que cubitorū.Hæc porta
cōtra portam.Et ſub diuo
ælam portæ ſexaginta cu-
bitis,& theim atrij portæ
per circuitum.Et ſub diuo
atrij extrinſecus ælam por
tæ inte

E ter oſtendere, quantum temporis longitudine imò ſcriptorum uitio, & ut apertius loquar imperitia, ab Hebraica ueritate diſcrepet antiqua tranſlatio: præcipueq́ꝫ in Hebraicis nominibus: quæ nos de aliorum æditionibus in Latinum ſermonẽ expreſſimus: nõ tam explanationem dictionum quàm ſuſpicionem noſtrã ſimpliciter indicãtes. Puto aũt inter murũ tẽpli extrinſecus per circuitũ, & ipſam ædem in atrio; hoc eſt in medio, quędã fuiſſe propter ornatũ poſita, quæ Symmachus interpretatur circũſtãtias: id eſt, ſtantia quædam & de terræ ſolo erecta in ſublime, & hæc ſexaginta cubitorũ obtinere ſpaciũ. Rurſumq́ꝫ egredientibus de porta interiori ad faciẽ ueſtibuli, quod reſpiciebat portã exteriorem, quinquaginta cubitos
F obtinuiſſe locũ, in quibus feneſtræ erant obliquæ: quas Lxx. abſcõditas: Symmachus τοξικὰς uocat. Et hæ feneſtræ erant in thalamis, hoc eſt, in cubiculis ſingulis & porticibus quæ ante cubicula tendebãtur, obtinentes cubitos quinquaginta. Quæ feneſtræ obliquæ ſiue τοξικαὶ, idcirco à ſagittis uocabulum perceperũt, quod inſtar ſagittarũ anguſtum in ædes lumen immittant, & intrinſecus dilatentur: omniaq́ꝫ per circuitũ plena erãt huiuſcemodi feneſtris. Et ante frontes, inquit, porticuũ, pictura ſiue cælatura palmarum: per quæ oſtẽditur in introitu portæ, ſtatimq́ꝫ ingredientibus murum, ſexaginta occurrere cubita cum uarijs ornamẽtis, quæ referuntur ad conditionẽ mundi, ut ex creaturis creator intelligatur, & omnia ordine & ratione currentia, oſtendãt mundi uarietatem, qui apud Græcos κόσμος ab ornatu nomẽ accepit, & in ſex diebus factus eſt, ut per ſingulos dies, decades ſingulæ ſupputẽtur, quem perfectum numerũ ſupra diximus. Poſt hæc ingrediẽtibus nobis atriũ interius, occurrunt ante ipſum ueſtibulũ portæ interioris thalami cum obliquis feneſtris, quinquaginta cubitorũ tenẽtes ſpaciũ, qui & ipſe ſacratus eſt numerus. Et poſt ſeptẽ hebdomadas plenas feſtiuitatis & gaudij, Ogdoadis prima incipit dies, quæ eſt reſurrectionis, & introducit nos ad uiciniã tẽpli. Cũ enim omnia fecerimus, agẽtes prioris erroris pœnitẽtiã, tũc uicini & proximi efficimur deo, ut in exteriori atrio, noticiã creatoris creaturarum ordo nos doceat atq́ꝫ conſtantia: & in interiori, uerus iubileus

HEB. interioris q̃nquaginta cubitos: & feneſtras obliquas in thalamis, & in frõtibus eorũ q̃ erãt intra portã undiq́ꝫ per circuitũ. Similiter aũt erãt & in ueſtibulis feneſtræ per gyrũ intrinſecus: & ante frõtes pi a ctura palmarũ. Et ẽduxit me ad atrium exterius: & ecce gazophylacia & pauimẽtũ ſtratũ lapide in atrio per circuitũ: triginta gazophylacia in circuitu pauimẽti. Et pauimẽtũ in frõte

SEP. tæ interioris quinquaginta cubitis: & feneſtræ abſconditæ ſuper theim & ſuper ælam intra portam atrij per circuitum. Et ſimiliter elamoth, & feneſtræ in circuitu intrinſecus, & ſuper ælam palmæ hinc & inde. Et introduxit me in atrium interius, & ecce thalami & intercolumnia atrij per circuitum: triginta thalami per columnas & porticus poſt ianuas in longitudinem ianuarum ante

G in quo omnia nobis debita dimittuntur, inſtruat θεολογίαν, & introducat ad ſancta ſanctorum. Notandum quoq́ꝫ quod interius atrium plures feneſtras habeat, non directas & æquales, ſed obliquas & anguſtas exterius, & ſe intrinſecus dilatantes, ut per parua q̃dã foramina poſſimus ad interiora penetrare, & ad clariſſimi luminis, quod uerſatur in tẽplo, plenitudinem peruenire. Denique poſt ſexaginta & quinquaginta cubitos & thalamos & porticus & frontes porticuum, & feneſtras plurimas per circuitum, palmarum nobis cælatura uel pictura monſtratur, ut de mundo uictoriam poſſidentes, digni efficiamur palmas uidere uirtutum.

a ¶Et eduxit me ad atriũ exter. &c.) Pro thalamis triginta, quos uertere Lxx. ſiue gazophylacijs atq́ꝫ
H cellarijs, ut interpretatus eſt Aq̃la: Symmachus poſuit ἐξέδρας. Et pro centũ cubitis exterioris ſpacij qui tẽdebãt uſq́ꝫ ad portã orientalem: in Hebraico idẽ cubitorũ numerus & ad aquilonẽ tẽdere dicit̃: in Lxx. uero nomẽ aq̃lonis ablatũ eſt. Vir ergo ille qui habebat funiculũ cemẽtariorũ in manu & calamum mẽſuræ, & ſtabat in porta: inter cætera quæ prophetæ mõſtrabat aſpectui poſt atriũ ſexaginta cubitorũ, & aliud ueſtibulũ portæ interioris qđ tenebat q̃nquaginta cubitos: eduxit ꝓphetã ad atriũ exterius: ſiue ut in Lxx. continetur: introduxit ad atriũ interius. Satiſq́ꝫ miror iuxta literam & Lxx. quomodo poſt exteriora atrij, ſexaginta & q̃nquaginta cubitos tenẽtia: interius ſit atriũ qđ in latitudine cẽtũ cubitorꝫ tẽdat̃ ſpacijs: niſi forte iuxta myſticos intellectus & profectus ingrediẽtiũ, q̃ interiora in doctrinis fuerint latiora ſint. Introductus aũt in atriũ interius, ſiue ductus ad exterius atriũ, ut in Hebraico cõtinet̃: ſtatim intuitus eſt triginta thalamos uel gazophylacia, ſiue ut Symmachus interp̃tatus eſt exedras, quæ habitationi leuitarum atq́ꝫ ſacerdotũ fuerãt præparatæ, & pauimẽtũ uiuis ſtratũ lapidibus ſiue inter colũnas, ut oſtẽdat̃ interius atriũ uel exterius habere ante fores ordinẽ columnarũ, & pauimẽtũ in frõte portarũ, ſiue porticus poſt tergũ portarũ. In quibus porticibus puto colũnas ordine fuiſſe diſpoſitas, ut ante gazophylacia eſſent porticus, & in frõtibus porticuũ colũnæ porticus ſuſtinentes. Pauimentũ autem quod ſtratũ erat lapidibus & ante porticus atrij tendebatur: inferius



E inferius erat in aſcenſione porticuum, & eandẽ habebat longitudinem quam thalamorũ ædificatio poſſidebat. Menſuſq́ꝫ eſt idem uir, in cuius manu erat funiculus & calamus à facie portæ inferioris, ſiue ut Lxx. uolũt exterioris uſq́ꝫ ad frontem atrij uel portæ interioris, centũ cubitos ad orientẽ, & ut in Hebraico dicit̃, & ad aquilonem. Ex q̃bus intelligimus illud euangelicum quod à ſaluatore
Matth.13.a narratur: miſſæ in agrum ſemẽtis in terram bonã quæ multiplicet fruges pro uarietate uirtutũ in tricenariũ & in ſexagenariũ & centenarium numerum, huius loci uaticinio cõuenire. Et hic enim triceſimus & ſexageſimus & cẽteſimus numerus ponitur, ut his quaſi gradibus ad perfectam
F ſcientiã peruenire ualeamus, ita duntaxat ut ad interiora eccleſiæ q̃nquagenarius nos perducat numerus: q̃ finito ſeptem hebdomadarum ſabbato, in diẽ reſurrectionis erupit. Gazophylacia aũt appellant̃ quæ plena ſunt ſpiritualibus diuitijs, de quibus ſcriptũ
Prouer.13.b eſt: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Super quibus & Paulus apoſtolus gratulatur diſcipulis
Philip.1.b ſuis: quod pleni ſint omni uerbo & omni ſcientia. Gazæ autem lingua Perſarũ diuitiæ nũcupantur. Vel certe thalami qui Græce dicuntur παστοφόρια, oſtendũt ſponſi aduẽtui cubicula præparata, quæ fuere triginta numero, ut perfectam ætatem habitantium demonſtrarẽt. Et pauimentũ ſtratum erat lapide: ne luto & terra & puluere peccatorũ habitantiũ polluerẽtur ueſtigia, ſed ut ſuper uiuos incederẽt lapides, quibus ædificatur templũ dei: Siue intercolumnia erant ante thalamorũ fores, quæ impoſitũ deſuper ædificium ſuſtentarẽt. Iſtæ ſunt co-
Galat.2.b lumnæ de q̃bus & Paulus apoſtolus ſcribit: Dexteras dederunt mihi & Barnabæ, Petrus & Ioannes
1.Tim.3.d qui uidebantur columnæ eſſe. Et in alio loco: Columna & firmamentũ ueritatis. Et in Ioannis Apo-
Apoc.3.c calypſi legimus: Qui uicerit, faciam eum columnã in templo dei mei, & foras nõ egredietur amplius. Pauimentum ergo quod erat in fronte portarum, de quo iam diximus, ſiue porticus poſt tergũ por-

HEB. portarum ſecũdum longitudinem portarum erat inferius. Et menſus eſt latitudinem à facie portæ inferioris uſq́ꝫ ad frontem atrij interioris extrinſecus, centum cubitos ad orien a tem & ad aquilonem. Pòrtam quoque quæ reſpiciebat uiam aquilonis atrij exterioris menſus eſt, tam in longitudine quàm in latitudine, & thalamos eius tres hinc & tres inde, & frontem eius & ueſtibulum eius, ſecundũ menſuram portæ prioris: quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem uigintiquinque cubitorum. Feneſtræ autem eius & ueſtibulum &

SEP. rum ante colũnas inferius. Et mẽſus eſt latitudinẽ atrij ab eo loco qui erat ſub diuo portæ exterioris uſq́ꝫ ad interius: ſub diuo portæ interioris q̃ reſpiciebat exteriora, cubitos centũ & uergebat ad oriẽtẽ. Et introduxit me ad aq̃lonẽ, & ecce porta reſpiciẽs atriũ exterius. Et mẽſus eſt eã in lõgitudine & in latitudine, & thee eius tres hinc & tres inde: & eleu & elamoth (& quod in Hebraico nõ habetur) & palmas eius: & factum eſt ſecũdum mẽſurã portæ quæ reſpicit oriẽtẽ: quinquaginta cubitorum longitudo eius, & latitudo eius uigintiquinq́ꝫ cubitorum. Et feneſtræ eius & elamoth &

G tarum, quæ habitatores thalamorum ab imbribus defendebant, erat inferius. Semper enim quæ inferiora ſunt in altioribus collocantur, ut ad myſtica atq́ꝫ ſecreta & plena diuitijs ſpiritualibus, aſcenſu & gradibus peruenire poſſimus. Plenuſq́ꝫ numerus atq́ꝫ perfectus in decem decadarũ numero eſt: qui & ſemẽtẽ Iſaac centena fruge multiplicat. Gene.26.e
Sed q̃a in terra erat, & adhuc dicere poterat: Aduena ego ſum & peregrinus ſicut oẽs Psal.38.c
patres mei: hordeũ ſeuiſſe, & cẽteſimã frugem meſſuiſſe narrat̃. Matth.13.a
Necdũ eñ granũ tritici mortuũ fuerat in terra, quod multas fruges faceret, & famẽ Iudaici populi audiẽdi ſermonis dei, ſaturaret eo pane qui de cœlo deſcẽdit. Ioan.12.d
Quomodo aũt centum cubiti nõ ſolum ad portam oriẽtalem fuerint, H
ſed & ad portam aquilonis, ſequens teſtimoniũ demonſtrabit. a ¶Portã quoq́ꝫ quæ reſpiciebat &c.) Quid ſignificent uerba Hebraica thee & elau & elamoth, ſupra plenius diximus, ſed & in præſentiarũ, collatione ſui docebit noſtra tranſlatio. תא אילו אילמות
Menſus eſt aũt uir cuius funiculus in manu erat, portã quoq́ꝫ Aquilonis atrij exterioris: ſiue introduxit prophetam per portã aquilonis ad atriũ exterius. In quo conſiderandũ, quod primum introducatur per portã aquilonis: ſecundo per portam auſtri: tertio per portã orientalem.
Hiere.1.c Ab aquilone enim exardeſcunt mala ſuper habitatores terræ. Pulchreq́ꝫ qui habitator terræ eſt & non aduena atq́ꝫ peregrinus, patet iaculis eius qui uenit ab aquilone, cuius ignita ſunt iacula, quæ iuxta Apoſtolũ ſcuto fidei reſtinguuntur. Ephe.6.c
Et ad aquilonem exterius atriũ nominatur: ad meridiem uero, hoc eſt ad auſtrum, nõ exterius ſed interius. Dicit enim ſcriptura: Et introduxit me ad atrium interius ad portã auſtralem, quod & in oriẽtali atrio ſcriptũ ſimiliter inuenitur. Primus enim ad uirtutem ingreſſus eſt, aquilonẽ calcare pedibus, & per quinquagenarium & uiceſimum & quintũ numerum, ad ſummitatem centenarij peruenire: deinde introduci ad auſtralem plagã, & aquilonis frigus expellere, & tunc ad perfectam uenire uirtutem:

 id eſt

E id eſt ad portã oriẽtalem,in qua oritur ſol iuſticiæ, & per quam ſolus ingreditur pontifex. Et hoc obſeruandũ,quod cum quatuor plagæ ſint,de occidẽtali porta taceatur,de qua in principio ſexageſimi ſeptimi pſalmi ſcriptũ eſt:Iter facite ei qui aſcendit ſuper occidẽtem, dn̄s nomen eius: ut poſtquàm nobis præparãtibus iter domino,& illud implẽtibus qđ Ioannes Baptiſta clamat in eremo: Matth.3.a Parate uiam domino,rectas facite ſemitas eius: poſſimus audire quod in extrema parte eiuſdem pſalmi dicitur: Pſal.67.g Cãtate deo, pſallite domino q̃ aſcendit ſuper cœlum cœli ad orientem. Quod autem dicuntur thalami tres hinc & tres inde: hoc docet, qđ tam litera q̃ ſpiritus,& utraque F intelligentia,& hiſtoriæ & tropologiæ, ad trinitatis ſacramenta pertineant. Illudq́; quod additur:Et frontẽ eius & ueſtibulum ſecundum menſurã portæ prioris:oriẽtalem portam ſignificat,quæ prior non ordine,ſed merito nuncupatur. Et habebat,inquit,quinquaginta cubitos in lõgitudine,& uigintiquinq; in latitudine:ut in quinquaginta poſt ſeptem hebdomadas æterna requies demonſtretur:tendens per diem reſurrectionis ad regna cœlorũ,in quibus uera requies eſt. In uigintiquinq; aũt,de quo numero ante iam diximus,quinq; ſenſuum per quinq; ordines quadranguli mẽſura ſeruetur:quorũ alterum longitudini,alterũ latitudini coaptatur,ut in lõgitudine requies & delectatio ſacratioris ſcientiæ,in latitudine præſentiũ quæ ad ſenſus pertinet ratio demõſtretur. Quodq́; infertur:Et feneſtræ eius & & ueſtibula & ſculpturæ,ſiue ut Lxx. addidere palmæ erant iuxta menſurã portæ quæ reſpiciebat ad orientem:hoc ſubtiliter indicatur,quod quicũq; in introitu uirtutũ poſitus,tres & tres thalamos fuerit ingreſſus,frontemq́; & ueſtibulũ menſuræ portæ prioris agnouerit:ad ea perueniat illacq́; conſpiciat,quæ & in porta orientali pleniſſime ſuſcepturus eſt. Porrò quod ſequitur:Et ſeptẽ graduũ erat aſcenſus eius,& ueſtibulũ ante eam ſiue interius: G hunc habet ſenſum,quod per ſeptẽ gradus hebdomadis,& ollæ quæ à facie aquilonis accendiẽ,& ceremonias Iudæorũ quibus dedit deus præcepta nõ bona,& iuſtificationes in quibus nõ uiuant,in eis ſcãdamus ad altiora & ad ueſtibulũ eius,id eſt portæ: pro quo Lxx. elamoth trãſtulerũt. Quod ueſtibulum ante portã eſt ſiue interius. Nec ſolũ una porta eſt aquilonis, quæ ſupra porta appellatẽ exterior:ſed & altera interior, quæ habet ſimilitudinem portæ oriẽtalis,ut manifeſtius dixere Lxx. Et porta atrij interior reſpiciẽs portã aquilonis:ſicut erat porta quæ reſpiciebat ad orientem. Menſusq́; eſt à porta exteriori aquilonis H uſq; ad portã eiuſdem aquilonis interiorem centũ cubitos:ut his quaſi gradibus atq; menſuris, recedentes à porta exteriori,ad interiorem peruenire ualeamus, de cuius numeri ſacramẽto ſupra dictum eſt.

HEB. ſculpturæ, ſecundum menſuram portæ quæ reſpiciebat ad orientem. Septem graduum erat aſcenſus eius & ueſtibulum ante eam. Et porta atrij interioris contra portam aquilonis & orientalem. Et menſus eſt à porta uſque ad portam centum cubitos.

SEP. moth & palmæ eius ſicut in porta q̃ reſpiciebat oriẽtẽ,& in gradibus ſeptẽ aſcẽdebatur ad eam:& elamoth intrinſecus & porta atrij interioris reſpiciẽs ad portã aquilonis(& qđ in Hebraico nõ habetẽ) ſicut porta q̃ reſpicit ad orientẽ. Et mẽſus eſt atriũ à porta uſq; ad portã cẽtum cubitorũ.

a Et edũxit me ad uiam auſtralem,& ecce porta quæ reſpiciebat ad auſtrum. Et menſus eſt frontem eius & ueſtibulum eius, iuxta menſuras ſuperiores: & feneſtras eius & ueſtibula in circuitu, ſicut feneſtras cæteras: in qua erat quinquaginta cubitorum longitudo, & latitudo uigintiquinque, & in gradibus ſeptem aſcendebatur ad eam:& ueſtibulum ante fores eius, & cælatæ palmæ erant, una hinc & altera inde in fronte eius. Et porta atrij interioris in uia auſtrali,& menſus eſt à porta uſque ad portam in uia auſtrali,centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam auſtralem, & menſus eſt portam iuxta menſuras ſuperiores, thalamum eius,& frontem eius,& ueſtibulum eius,eiſdem menſuris

a ¶Et eduxit me ad uiam auſtral.&c.) Lxx. in eadẽ uerba cõſentiunt,præter thee & elau & elamoth & ælam: pro quo in Hebræo poſitũ eſt ulam. Thee autẽ interpretatẽ limen ſiue frons:Elau,circa eum ſiue ſuſtentacula:Elamoth propyla,ſiue ueſtibula. Vlam πρόπυλον,id eſt,ante fores. Illud autẽ quod iuxta Hebraicum poſuimus,& ueſtibulum ſiue πρόπυλον in circuitu per gyrũ longitudinis uigintiquinq; cubitorum,& latitudinis per quinq; cubitos:in Lxx. nõ habetur. Sed & hoc notandum,quod in auſtrali porta iuxta Lxx. nõ dicatur uia,ſed ſimpliciter:& eduxit me ad auſtrũ,& ecce porta quæ reſpiciebat ad auſtrũ. Per ſingulos igitur introitus Ezechiel quem cõfortauit deus,hoc enim nomẽ eius ſonat, ducitur:& de porta aquilonis tranſit ad portam auſtralem:cuius frontes & limina προπύλαια ſiue ueſtibula feneſtræq́; per circuitũ ſimiles habebant menſuras,quinquaginta cubitorum longitudinem,& uigintiquinq; cubitorum latitudinem,& per gradus ſeptem aſcendebatur ad eam:id eſt,ad portã auſtralem:

אילו אילמות אולם



A ſtralem,& ueſtibulum eius,hoc eſt Elamoth ante fores eius:duæ quoq; palmæ cælatæ,de quibus in ſeptentrionalis plagæ porta diximus. Et hoc tantum admonuiſſe ſufficiat,quod quæcunq; ibi ponuntur iuxta intelligentiam uiliorem, hoc eſt, iuxta literã: in meridiana porta intelligimus iuxta ſpiritualẽ ſenſum:Eiſdem enim lineis & hiſtoria currit & Tropologia:ſed illa humilior eſt,iſta ſublimior: Illa hæret terræ, iſta ad cœleſtia ſubuolat. Et in circuitu p̃ feneſtras cuncta plena erant luminis. Singula enim προβλήματα habent terminos ſuos: & proprium per illa ad animam credẽtis lumen ingreditur:præſertim ſi longitudo uitæ eius quinquagenarij anni,hoc eſt, iubilei myſterio fuerit p̃telata,& ad diuinioris ſẽſus latitudinem potuerit peruenire. In qua latitudine & plateis,agit ſapiẽtia confidenter,& cũ ſub B limi uoce clamitat:ſeptẽq; gradibus ingreditur, ut perueniat ad ueſtibulum,& per palmas propoſiti ſui atq; conatus,uictoriã teneat ſempiternã. Et ne putaremus unum eſſe ad auſtralem partẽ atriũ,de ſecundo dicitẽ atrio: Et porta atrij interioris in uia auſtrali:& menſus eſt à porta uſq; ad portam in uia auſtrali centũ cubitos:ut poſt hebdomadis et inſtrumenti ueteris ſacramenta,ad terram bonam & euãgelij gratiam perueniret. Nec ſolum in porta auſtrali ſecundum atrium eſt:ſed tertium,de quo nũc dicitur: Et introduxit me in atrium interius ad portam auſtralem,& menſus eſt portam iuxta menſuras ſuperiores. &c. Singula enim atria habent menſuras & ordines ſuos, & in eiſdem menſuris diuerſa gratia eſt,dum eaſdem res aliter in principio, aliter in profectu, aliter in fine cognoſcimus. Hoc uero quod in Lxx. non habetur,& ueſtibulum ſiue πρόπυλον per gyrum longitudine uigintiquinque cubitorum,& latitudine quinque cubitorum: uidetur facere quæſtionem, propter quod in ueteri interpretatione non poſitum eſt,quomodo poſt profectum tertij gradus uigintiquinque cubiti & quinque ponantur. Sed tollit ambiguitatem illud quod ſequitur:Et ueſtibulum eius ad atrium exterius,& palmas eius in fronte: ut ſcilicet hoc atrium quod habebat in longitudine uigintiquinque cubitos, & in latitudine quinque: non interioris ſed exterioris atrij ſit,ut prioris atrij latitudinem, hoc eſt uigintiquinque cubitos,exterioris atrij poſſideat longitudo, & in latitudine quinque cubitos C teneat. Quas menſuras,id eſt,uigintiquinq; & quinq;,ad eoſdem ſenſus referimus, uiſum uidelicet, & auditum,guſtum,& odoratũ,& tactũ:quas ſi ad altiora cõſcẽdimus,quinquies duplicamus,& de carnalibus ſenſibus facimus ſpirituales:ut eſt illud: Leuate oculos ueſtros et uidete,qm̄ iam meſſes albę ſunt ad metẽdũ. Et: Qui Ioan.4.e habet aures audiẽdi audiat. Et guſtate & uidete Luc.8.b qm̄ ſuauis eſt dn̄s. Et: Pſal.33.b Chriſti bonus odor ſumus deo in his q̃ credũt. 2.Cor.2.d Et in Ioãnis epiſtola dicitur. Qđ audiuimus & uidimus, 1.Ioan.1.a & manus noſtræ palpauerũt de uerbo uitę. Et ad extremũ nequaq; ut in ſeptẽtrionali plaga ſeptem tantũ gradus ſufficiũt:ſed poſt ſeptem octonarius ponitẽ numerus:ut de ſynagoga ad eccleſiam,de ueteri inſtrumẽto ad nouũ,de terrenis ad cœleſtia tranſeamus. a ¶Et introduxit me in atrium interius p̃ D uiam orientalem:& mẽſus eſt portam ſecũdum &c.)De ſeptentrionali plaga,in cuius atrium ſeptẽ tantũ aſcendebatur gradibus, tranſit ad auſtralem portam & atrium eiuſdem plagæ,ad quod non ſolum ſeptem,ut ſupra ſed octo gradibus aſcenditur: uidelicet ut per uetera tranſeamus ad noua,& ut loquar manifeſtius per patriarchas & prophetas ueniamus ad apoſtolos:ut in altero hebdomas,in altero ogdoas ſit. Nunc autem uenit ad ultimũ imò ad ſummum:& introducit prophetã per uiã portæ interioris,ſiue per artiũ:ad quod itur per uiã orientalem. Via iuxta Lxx. in hoc tantum habetur loco,in ſeptẽtrionali & auſtrali plaga omnino tacita eſt: ut poſſimus intelligere in orientali tantum porta illam intelligendam uiam, quæ dicit: ego ſum uia, Ioan.14.b ueritas & uita. Per ipſum enim uenimus ad patrẽ, Pſal.118. & de ipſo ſcriptum eſt:Beati immaculati in uia,qui nihil de Chriſto ſiniſtrum ſapiunt,ſed fides eorum pura eſt,& nequaquàm hæreticorum ſorde polluta. Idemq́; numerus thalamorum,frontium & ueſtibulorum & feneſtrarum & luminis earum, & eadem menſura longitudinis & latitudinis:quinquaginta uidelicet & uigintiquinque cubitorum ſacramenta conſeruans:& ueſtibulum eius portæ ſiue atrij interioris:quod iuxta Hebraicũ exterius ponitur,ut orientali lumine omnia teneantur incluſa:ſecundum illud quod ſcriptum eſt:Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Pſal.18.b Sin autem & exterius & interius accipimus atriũ:ſic intelligendũ eſt,quod deus & circunfuſus ſit & infuſus: dicens per prophetã:

menſuris: & feneſtras ueſtibulorum eius in circuitu,quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis uigintiquinq; cubitos. Et ueſtibulum per gyrum longitudine quinq; cubitorum,& latitudine quinq; cubitorum. Et ueſtibulum eius ad atrium exterius & palmas eius in fronte,& octo gradus eius erãt quibus a aſcendebatur ad eam. Et introduxit me in atrium interius per uiam orientalem:& mẽſus eſt portam ſecundum menſuras ſuperiores: thalamum eius,& frontem eius, & ueſtibula eius ſicut ſupra,& feneſtras eius & ueſtibula eius in circuitu: lõgitudine quinquaginta cubitorũ,& latitudine uigintiquinq; cubitorũ. Et ueſtibulũ eius, id eſt, atrij exterioris:(pro quo Lxx.& Symmachus,interiorem, poſuerunt)& palmæ cælatæ in frontibus eius hinc & inde,& in octo gradibus aſcenſus eius. Et intro

E Qui tenet cœlum palmo & terram pugillo: ut oĩa ab illo uideantur includi. Et rurſum: Eſa.40.c Cœlum mihi thronus eſt: Pſal.66.a terra autem ſcabellũ pedũ meorum, ut intra oĩa eſſe credendus ſit: iuxta illud Vergilianũ: Principio cœlum ac terras cãpoſq; liquẽtes: Lucentemq; globum lunæ Titaniaq; aſtra: Spiritus intus alit: totãq; infuſa per artus: Mẽs agitat molẽ, & magno ſe corpore miſcet. Cũq; per arma iuſticiæ à dextris & ſiniſtris, per gloriã & ignominiã: per bonam & malam famam, per laudes & uituperationes, uictoriã de iſto ſeculo ceperimus: tũc palmæ nobis dantur ex utroque latere: quos nec gaudia mutauere nec mœror, nec ꝓſpera nec aduerſa ſuperarũt: et nequaq; ꝑ ſeptẽ gradus, ſicut in aquilonis plaga: nec per ſeptẽ & octo, ſicut in meridie cõtinetur, ſed ꝑ octo tantũ gradus ad ſumma cõſcẽdimus: F eo quod ſufficiat nobis octonarij numeri, id eſt, euangelicũ ſacramentũ: 2.Cor.5.d ut poſſimus iuxta Apoſtolũ dicere: Et ſi nouera mus ſecũdũ carnẽ Chriſtum, ſed iam nũc nõ nouimus eũ, ſubaudit iuxta carnẽ. a ¶Et intro duxit me ad portã &c.) Multũ ĩ hoc teſtimonio Hebraica ueritas à Lxx. interpretum æditione diſcordat. Hoc enĩ qđ diximus: Ibi lauabunt holocauſtum, & in ueſtibulo portæ duæ menſæ hinc & rurſum: Vt immolet ſuper eas holocauſtũ & pro peccato, in Lxx. nõ habet: ſed in pleriſq; codicibus de Theodotione additum eſt. Rurſum ubi nos diximus: Et labia earũ palmi unius reflexa intrinſecus per circuitũ: Lxx. tranſtulerunt, & γεῖσος palmi habẽtes dolatũ intrinſecus per circuitũ. Quod uerbum, utrum Hebræũ, an Græcum ſit, ſcire non poſſumus niſi hoc tantum quod pro γείσω Symmachus & Theodotio, χεῖλος, id eſt, labia: Aquilæ prima æditio ἐπισάσεις, numero pluralis: ſecunda, labia tranſtulerunt: pro quo in Hebræo habetur שְׂפָתַיִם. Et ubi nos diximus: Super menſas aũt carnes oblationis: Lxx. poſuere de ſuo, & in menſis deſuper tecta: ut operiantur à pluuia & ſiccitate. Illud autẽ quod Hebræis nominibus ædiderunt, Thee, & Elau, & Elamoth, & Aelam: quid ſignificet, & ſupra admonuimus, & è regione oſtendere poteſt noſtra translatio: Nec neceſſe eſt ſuper G hoc ſæpe admonere lectorẽ, & prudentia eius ſtudioq; diffidere. Introducitur ergo rurſum ad portã quæ reſpiciebat ad aquilonẽ: ſed nequaq; ut ſupra ad atrium exterius, ſed interius. In eo enim quod in conſequẽtibus dicit: Veſtibulũ eius reſpiciebat ĩ atrium exterius: oſtenditur hoc atriũ fuiſſe intrinſecus: Per quæ ꝓfectus ingrediẽtis oſtẽditur: dũ in ſingulis locis nomina menſuræq; ſunt ꝓpriæ, & feneſtræ per circuitũ luminis plenæ ſcientiæ uniuerſa monſtrãtes, & per quinquaginta & uigintiquinq; cubita remiſſionis diuinorumq; ſenſuum ſacramẽta ſunt poſita, ut in ueſtibulo atrij interioris poſiti, exteriora uideamus: præteritorũ & præſentiũ noticiã contemplantes: per quã ueniamus ad duplices palmas atq; uictorias, & octo graduum myſteria cognoſcamus, introgreſſi H gazophylacia: in qbus tẽpli diuitiæ cõtinentur, & lauãtur orationes noſtræ ab omni ſorde peccati: menſæq; ex utraque parte binæ ſunt poſitæ, ut primũ immoletur holocauſtum, quod totum ſacer ignis aſſumat, deinde pro peccato, & ad extremũ pro ignorãtia: qđ uel ſcientes commiſimus uel ignorantes. Ad latus quoq; exterius iuxta Lxx. erat riuus fabrefactus, qui holocauſtorum cineres, & carnium uirulentias efferebat exterius, ſiue erant duæ menſæ, & ad latus alterũ ueſtibuli eiuſdem portæ duæ menſæ: id eſt, ex utraq; parte quaternæ, quatuor hinc, & quatuor inde: & poſt tergũ, ſiue ad latus earũ aliæ octo menſæ: ut ſimul faciant menſas ſedecim: quo numero prophetarum myſteria demonſtrantur: ut quicquid per euangelicam offerimus dignationem, prædictum eorum uaticinationibus approbemus. Quodq; inferuntur quatuor menſæ de lapidibus quadris extructæ, & hæ ipſæ ad ſacrificiũ & holocauſtum: iſti ſunt uiui lapides qui uoluuntur ſuper terram, & habent ſecum angularem lapidem, quo ueteris & noui inſtrumenti parietes continentur. Quatuor autem numerus, euangelica ſacramenta demonſtrat: longitudine & latitudine habens unum cubitum & dimidium, id eſt, per

a Et intrò duxit me ad portam quæ reſpiciebat ad aquilonem, & menſus eſt ſecundũ menſuras ſuperiores, thalamũ eius, frontẽ eius, ueſtibulũ eius, & feneſtras eius per circuitũ: longitudine quinquaginta cubitorũ, & latitudine uigintiquinq; cubitorũ. Veſtibulum eius reſpiciebat in atrium exterius & cælatura palmarum in fronte illius hinc & inde: et in octo gradibus aſcenſus eius. Et per ſingula gazophylacia oſtiũ in foribus portarũ: ibi lauabũt holocauſtum. Et in ueſtibulo portæ, duæ mẽſæ hinc, & duæ menſæ inde, ut immoletur ſuper eas holocauſtum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius quod aſcendit ad oſtium portæ quæ pergit ad aquilonem, duæ menſæ, & ad latus alterum ante ueſtibulum portæ, duæ menſæ. Quatuor menſæ hinc, & quatuor menſæ inde: per latera portæ, octo menſæ erant, ſuper quas immolabunt: quatuor aũt menſæ ad holocauſtũ de lapidibus quadris extructæ longitudine cubiti unius & dimidij, & latitudine cubiti unius & dimidij, & altitudine cubiti unius ſuꝑ quas ponẽt uaſa in quibus immolat holocauſtũ & uictimæ. Et labia earum palmi unius, reflexa intrinſecus per circuitum: ſuper menſas autem carnes



A per quadrũ: quæ ſimul iuncta, tres cubitos faciunt: qui tres cubiti habent in altitudine cubitum unum: ut myſteria trinitatis unius cubiti, hoc eſt, diuinæ maieſtatis mẽſura cõſeruet, dicente dño ad diſcipulos: Ite baptizate oẽs gentes in nomine patris & fi- Matth.28.d lij, & ſpiritusſancti. Nomen aũt dei, quaſi unius altitudinis cubitus eſt, q tres complectit proprietates, & holocauſta oblationum noſtrarum ſemper aſſumit. Super ipſas aũt quatuor menſas holocauſtorũ de uiuis lapidibus extructas, quarũ lõgitudo, & latitudo, & altitudo deſcripta eſt, ponũtur uaſa in quibus immolatur holocauſtũ martyrum: de quibus dicit: Pſal.115.a Precioſa in cõſpectu domini mors ſanctorum eius: & eorũ uictimæ, qui continentia & corporis ſanctitate, animas ſuas ĩmolant domino. Menſarumq; iſtarum nomina, puto in Matthæo, & Luca, Marco & Ioãne apoſtolis contineri: quarum B corona deſuper flexa intrinſecus, per circuitum margines ambiebat, ut holocauſta contineret intrinſecus, & nõ paſſim fluere permitteret, teneretq; carnes oblationis: ſiue ut Lxx tranſtulerunt: Et ipſæ menſæ tectæ erant deſuper propter imbrium uiolentiam, & æſtiui ſolis nimiam ſiccitatem: ut carnes deſuper poſitæ, poſſint Pſal.120.b dicere cum propheta: Per diem ſol nõ uret nos, neq; luna per noctem. Qorum alterum, nimijs pluuijs & tempeſtatibus tribulationum diſſoluit oblationes: alterum uehementi æſtu perſecutionum arefacit quicquid oblatum eſt. Ignoſce lector difficultati locorũ: aut ſi melius quid inuenire potes, doce: libẽter diſcimus, quod neſcimus. a ¶Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum &c.) Pro gazophylacijs: Lxx. ἡ ἐξέδρα tranſtulerunt. Illudq; qđ nos diximus exedræ ſiue gazophylacia cantorum, ab eis prætermiſſum eſt. Rurſumq; poſt menſuram ueſtibuli quinq; cubitorum hinc & quinque cubitorũ inde, addidere de ſuo, & latitudo portæ cubitorum quatuordecim: cum in Hebræo tantũ poſitum ſit: & latitudo portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. Hæc lectorem admonui, ne translationum diuerſitate turbetur: ſed ut in præſenti loco & maxime in menſuris templi, Hebraica ueritate contentus ſit. Igit poſt murũ, quem περίβολον, Lxx. trãſtulerunt: qui totũ tẽplũ per quadrũ ambiebat in circuitu, introductũ prophetã legimus in atriũ interius, & deinde ad aquilonem, & C ad auſtrũ, & ad portã orientalẽ, et rurſum ad aquilonem: De quibus ut potuimus, diximus, & in quorũ diuerſitatibus, uel nominũ, uel menſurarũ, quid nobis uideret, ꝑteritus ſermo mõſtrauit: quorũ ſẽſum teſtimonium ſaluatoris breuiter oſtẽdit dicẽtis: Ioan.14.a In domo patris mei multæ ſunt manſiones. Quibus expletis, ingreditur tẽplum, hoc eſt, ſanctaſanctorũ: de quibus nũc dicit, & intra portã interiorẽ, gazophylacia, ſiue exedræ cãtorũ. Ad quos illud imperiũ eſt: Cãtate Pſal.95.a dño canticũ nouũ. Qui Luc.2.b cũ ãgelis clamitãt: Gloria in excelſis deo, & ſuper terrã pax in hoĩbus bonæ uolũtatis. Quod atrium interius erat ſitũ ĩ latere portæ, quæ reſpiciebat ad aquilonẽ, et ad auſtrũ, & ad orientẽ: ut ſẽper meminerint cãtores dñi, & qui angelorũ officio detinent, ꝑ quos gradus ad ſũma ꝑuenerint: & myſteria ſingulorũ lo D corũ diligẽter agnoſcãt. Deniq; uir ille cuius calamus & funiculus erat in manu, introducto propheta in atrium interius, qđ reſpiciebat uiam meridianam, hæc locutus eſt: Hoc eſt gazophylacium ſiue exedra: et ut Theodotio poſuit, thalamus: qui habitationi ſacerdotum ſeparatus eſt, obſeruantiũ in excubijs templi. Porrò gazophylacium quod reſpicit ad uiã aquilonis, ſacerdotum erit, qui excubant ad miniſteriũ altaris. In quo notandũ qđ ſacerdotes quibus cuſtodiæ tẽpli delegatæ ſunt, habitant in gazophylacio qđ reſpicit ad uiam meridianam, in qua lux pleniſſima eſt. Hi aũt qui excubant ad miniſterium altaris, in quo offerũtur uictimæ pro peccato, in gazophylacio ſint qđ reſpicit uiam aquilonis: eos qui ab aquilone ueniũt & offerunt uictimas pro peccatis, ſuſcipere & ſaluare cupientes. Qui utriq; pro officijs ſuis domino ſeruientes appellantur filij Sadoch, qui interpretatur, צָדוֹק iuſtus ſiue iuſtificãs: omnipotẽs uidelicet deus: de quo ſcriptum eſt: Iuſtus dominus & iuſticias di- Pſal.10.b lexit, æquitatem uidit uultus eius. Iſti autem filij Sadoch de filijs Leui, qui interpretatur, aſſumptus, & ipſi aſſumuntur à domino, ut accedant ad eum, & nequaquam de ſolo dicatur Moyſe, Moy- Exod.19.d ſes accedebat ad dominũ, alij uero non accedebant: ſed & omnes qui ſeruiunt ei & miniſtrant, domino appropinquare dicuntur. Iſte autem uir qui introduxit Ezechielem in atriũ interius: & ut ita loquar, ad

a nes oblationis. Et extrà portam interiorẽ gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ reſpicientis aquilonem, & facies eorum contra uiam auſtralẽ: una ex latere portæ orientalis, quæ reſpiciebat ad uiã aquilonis. Et dixit ad me: Hoc eſt gazophylacium quod reſpicit uiã meridianam ſacerdotum, qui excubant in cuſtodijs templi. Porrò gazophylacium quod reſpicit ad uiã aquilonis, ſacerdotum, erit qui excubant ad miniſterium altaris. Iſti ſunt filij Sadoch qui accedũt de filijs Leui ad dominum, ut miniſtrẽt ei. Et menſus eſt atrium longitudine centũ cubitorum et latitudine centũ cubitorũ per quadrũ: & altare ante faciẽ templi. Et introduxit me in ueſtibulum templi: & menſus eſt ueſtibulum quinq; cubitis hinc, & quinque cubitis inde, & latitudinem portæ trium cubitorum hinc & trium cubitorum inde. Longitudinẽ autem ueſtibuli uiginti cubitorum, & latitudinem

E ad ſanctaſanctorum:menſus eſt ipſum atriū in quo
erant duæ exedræ ſiue gazophylacia cuſtodum
templi,ſiue altaris habitaculis delegata,& reperit lō
gitudinis & latitudinis per quadrum centenos cu=
bitos:ut ſacerdotes dei miniſterio ſeruientes: qui p
artam et anguſtam uiam
intrauerāt, habeāt deam
bulacra latiſſima, & in
perfecto cōſummatoq;
uirtutum numero com=
morētur.Et in ipo atrio
erat altare ante faciē tem
pli:ut nunq; ſanctorū ad
deū ceſſet oratio. Supra
dictus quoq; uir intro=
duxit Ezechielem in ue=
ſtibulū ſiue πρόπυλον tem
pli:qđ mēſus eſt quinq;
cubitis hīc,et quinq; cu=
bitis inde quoniā qui in
troductus eſt,diuinis ſen
ſibus fuerat eruditus; &
nec dexteram nouerat,
nec ſiniſtram,ſed uia regia ingrediebatur.Latitudo
autem ipſius portæ,per quam introitus erat ad ue=
ſtibulum templi:habebat ternos cubitos hinc & in=
de.In quo ſcripturæ ſanctæ obſeruanda elegantia:
quod non dixerit,à dextera & ſiniſtra,ne uideretur
in ſanctiſſanctorum ſiniſtrū aliquid nominare: ſed
F hinc & inde,id eſt,ex utraq; parte.Statimq; prudēs
lector intelligit,trinum numerum ad trinitatis my
ſterium pertinere,quæ porta eſt ingredientium ad
deum:dum & pater in filio eſt, & filius in patre, &
in utroq; ſpiritusſanctus,Qui ternus numerus,una
porta eſt eorū qui poſt baptiſmum trinitatis perue
niunt ad ſalutē.Quod autem ſequitur: Longitudo
ueſtibuli uiginti cubitorū,& latitudo undecim cu=
bitorum:uidetur facere quæſtionē,quomodo dua=
lis numerus qui refert ad duas decadas, & undeci=
mus qui unum uidetur habere minus, ut ſacrum
numerum expleat duodecimum,in ueſtibulo tem=
pli eſſe dicatur,Quod plerīq; ſic ſoluunt: Quamuis
ſancti ſint ſacerdotes,& in templi miniſterijs collo=
cati, & quotidie uictimas offerant Chriſto: tamen
quia in hoc mortali fragiliq; corpuſculo,& ægrota=
tionibus uitijsq; ſubiecto commorantur, uicena=
rium habent numerum & undecimum. Vnde dice
Rom.7.d bat & Apoſtolus:Miſer ego homo,quis me libera=
bit de corpore mortis huius: Non quod iuxta ſæ=
uiſſimam hæreſim abolēda corpora eſſe credamus:
ſed qđ uoti noſtri ſit ſuperueſtiri, non ſpoliari, &
mortale hoc accipere immortalitatem: & corrupti=
uum induere incorruptionem.Illud autē quod ſe=
quitur:Et octo gradibus aſcendebatur ad eam, id
eſt,ad portam interiorem,ſcientibus Hebræam lin
guam,facit magnam difficultatem. Denique Sym=
machus,quē in hoc loco ſecuti ſumus, octo gradus
poſuit:Lxx,decem:Theodotio & Aquilæ ſecunda
ædítio,undecim:prima autem nullum numerū po
ſuit,ſed abſolute ait,& gradibus in quibus aſcende G
batur ad eā:ut uel iuxta conſuetudinē priorū por=
tarum,octo intelligamus gradus:ſicut intellexit &
Symmachus:uel certe quos habebebat porta inte=
rior:quorū numerū ſcriptura nō dixit: pro quo in
Hebręo poſitū eſt uero=
hab וְרֹחַב,id eſt, & lati=
tudo עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה aſte
Eſre. Quod ſi ita legat,
undecim ſignificat :ſin=
autem pro Eſre עֶשְׂרֵה,
hoc eſt,decem, legamus
אֲשֶׁר eſer,non ſignificat
decem, ſed pronomen,
qui.Hæc Hebræi ſermo
nis expertibus delyramē
ta uideantur:ſed nūc nō
controuerſias ſcribimus
aut oratiōes,in qbus lu=
di ſolet cōpoſitione uer=
borum,ſed explanatio=
nes & cōmentarios He=
bręorum uoluminū.Ve
rum redeamus ad cœptum:Octo ſiue decē gradi=
bus, qui pfectus eſt numerus,aut undecim, de quo
iam diximus,aſcendit ad portam ſanctorū:in cuius
frōtibus columnæ erāt,una hinc,& altera inde. Nō
dixit,duæ,ne in dualem incurreret numerum, ſed
una & una:qui perfectus eſt numerus:& uniōe ſui
imitatur deum.Iſtæ autem erant columnæ duæ, de H
quibus & in Apocalipſi dicitur:Qui uicerit,faciam Apoc.3.c
eū columnā in tēplo dei mei,& foras non egrediet.
Et Petrus ac Ioannes columnæ appellantur eccleſię Gal.2.b
per quos ingredimur ad ſanctaſanctorum:& quo=
rum doctrina ad Chriſtum,noſter introitus eſt.

dinem undecim cubitorū, & octo gradibus
aſcendebatur ad eam,& columnæ earum in
frontibus;una hinc & altera inde.

Caput XLI.

a ET introduxit me in templū,& mēſus eſt
frontes ſex cubitos latitudinis hinc, &
ſex cubitos latitudinis inde, latitudinem ta=
bernaculi. Et latitudo portæ decem cubito=
rum erat, & latera(ſiue humeri)portæ, quin=
que cubitis hinc, & quinque cubitis inde. Et
menſus eſt longitudinem eius quadraginta
cubitorum,& latitudinem uiginti cubitorū.
Et ingreſ

Cap. XLI.

ET introduxit me &c.)Poſt multa myſteria,ua=
rioſq; introitus,& locorum ſingulorum pro=
prietates,tandē aliquando uir cuius funiculus cę=
mentariorū,& mēſuræ calamus in manu erat,Eze=
chielem prophetā introducit in templū, & menſus
eſt frontem tēpli:pro quo ælam Lxx.& ælim The=
odotio, & in circuitu Symmachus tranſtulerunt.
Et ex utraq; parte latitudo tabernaculi ſenum cu=
bitorum erat ſacramentū creaturarū omniū conti=
nens:In ſex em̄ diebus, mundus eſt conſummatus.
Per quorum noticiam cauſasq; conditionis atq; ra
tionem,intramus ad templum dei, & ex creatura=
rum ordine atq; cōſtātia cognoſcimus creatorē.La
titudo aūt portæ tēpli erat decē cubitorū q ſacratus
& pfectus eſt numerus:& in quo mēſe ſeptimo,die
decimi menſis,ieiuniū & ppiciatio eſt, Decima aūt
die mēſis primi,q appellat Niſan,ad imolationē &
pparationē paſchæ,agnus aſſumit.Septimo igitur
mēſe decimæ offerunt in dei horrea:ſiue ut ſcriptu
ra appellare conſueuit torcularia. Vnde dicit &
Apoſtolus:Dilatamini & uos ut poſtq; per decem 2.Cor.6.c
portæ cubitos templū quis fuerit ingreſſus, ex u=
traque parte portæ ipſius latera,ſiue ut proprie in
Hebraico



A Hebraico dicitur,humeri menſurētur,qui ſemp re
Gen.49.c feruntur ad opera.Vnde & Iſachar deſyderauit bo
num,requieſcens inter medios cleros: uidensq; re=
quiē,quia bona eſt,& terrā quia pīguis: ſuppoſuit
humerū ad laborandū,& factus eſt uir agricola. Et
in ueſte pontificis,hume
rale cū rationali ſtringit,
ut rationi opera copulē
tur,& poſſit dicere uir
eccleſiaſticus:A manda=
Pſal.118.n tis tuis intellexi.Qui hu
meri portæ, ex utraque
parte,qnas habebāt por=
ticus:ut p terrenos ſen=
ſus atq; diuinos,ſup quo
rum differentia ſæpe ſcri
pſimus,ingrediamur a=
dyta templi:cuius mēſus
eſt uir ille qui ductor p=
phetæ erat, longitudinē
quadraginta cubitorum
& latitudinē uiginti cu=
bitorum :ſiue ut melius
eſt,portæ longitudinem
ac latitudinē:quia ſupra
tantū de latitudine & hu
meris eius dixerat. Qđ
autem uicies quadragin
B ta octingētesimū nume=
rū faciat,qui uicinus eſt
octonario,nulli dubium
eſt.Vnde & in Eccleſia=
ſte pręcipitur:Da partes
Eccl.11.a ſeptem:da & octo.De cuius numeri ſacramēto, cre
bro diſputaſſe me noui:ſiue quia per tribulationes
& anguſtias huius ſeculi,intramus ad ſanctuarium
dn̄i:idcirco longitudo portæ habebat cubitos qua=
Deut.9.b dragīta,qui numerus ſemper in labore poſitus eſt.
3.Reg.19.b Vnde & Moyſes & Helias quadraginta diebus nō
Deut.29.a comedunt panem,& aquam non bibunt: Et annis
quadraginta populus Iſraēl uexatur et probatur in
ſolitudine,& per multos labores terram repromiſ=
Matth.4.a ſionis ingreditur:Et dn̄s atq; ſaluator ſecūdum aſ=
ſumpti corporis fragilitatem, quadraginta diebus
tentatur in ſolitudine:ut poſt uictoriam accedent
angeli & miniſtrent ei.Cum autem per tribulatio=
2.Theſ.2.c nes & anguſtias poterimus dicere illud Apoſtoli=
Pſal.4.a cū:In omnibus tribulati,ſed nō coanguſtati: atque
illud propheticū:In tribulatione dilatatiſti mihi:tūc
nobis latiſſimus aperitur introitus,qui uiginti cu=
bitorum habet latitudinem,& ſuperatis mundi cer
taminibus atq; terrenis:qui et ipſe dualis eſt nume
rus,ingrediamur templi penetralia,& audiamus im
Ioan.16.g perantem diſcipulis dominium: Confidite, ego ui=
ci mundum.

a Et ingreſſus intriſecus(ſiue in atriū interius),
menſus eſt in frōte(ſiue ælā)portæ duos cubi
tos,& portā ſex cubitorū & latitudinē portæ
ſeptē cubitorū:(ſiue & humeros portæ ſeptē
cubitis hinc,& ſeptē cubitis inde). Et menſus
eſt longitudinē eius(ſiue oſtiorū)uiginti cubi=
torum,& latitudinem uiginti cubitorū ante
faciē tēpli,Et dixit ad me:Hoc eſt ſanctūſan=
b ctorum.Et mēſus eſt parietem domus ſex cu
bitorū,& latitudinem lateris quatuor cubito=
rum undiq; per circuitū domus.Latera autē
latus ad latus,bis trigintatriū,& erant eminē=
tia quæ ingrederentur per parietē domus in
lateribus per circuitū,ut continerent, & non
attingerent parietē templi.Et platea erat in ro
tundum aſcendens ſurſum per cochleam, &
in cœnaculū tēpli deferebat per gyrum. Idcir
co latius erat templū in ſuperioribus,& ſic de
inferioribus aſcendebatur ad ſuperiora & me
dium ÷ & de medijs ad triſtega & Thrael.
Et

a ¶ Et ingreſſus intrinſecus ſiue
in atrium interius &c.)Quantumuis proficiamus,
ſemper nobis maior profectus aperitur.Vnde poſt
introitū templi rurſum ingredimur intrinſecus:ſi=
ue ut Lxx.trāſtulerunt,interius atriū:in cuius frōte
ſiue elau pro quo Symmachus περὶ τῆς θύρας, id eſt, C
circa portam:Theodotio Hebraicū אֵיל el,Aquila,
oſtium:nos frontē interpretati ſumus,duo erāt cu=
biti:ut iuxta ſuperiorē ſenſum per dualē numerū
ingrediamur ad eū locū,ubi ſunt ſanctaſanctorum.
Vnde & ipſa porta ſex
cubitorum erat,p quam
ingreſſi,æternā requiem
poſſidemus, quæ in ſe=
ptenario numero demō
ſtrat:Pro quo Lxx.tran
ſtulerunt,& latitudinem
portæ ſeptem cubitorū
hinc,& ſeptē cubitorum
inde:in Hebræo & cæte
ris ędítionibus ſemel tā=
tum ſeptem cubiti in la=
titudine portæ , poſiti
ſunt.Quod autem ſequi
tur:Et menſus eſt longi
tudinē eius:ſiue ut Lxx.
trāſtulerūt,oſtiorum ui=
ginti cubitorū,p quo in
pleriſq; codicibus iuxta
Lxx.quadraginta conti
nentur,latitudinē quoq;
uiginti cubitorum ante
faciem templi:illud ſigni
ficat,quod ante tēpli fa= D
ciem & introitū eius, p̄=
teriti laboris atq; certa=
minis nobis mēſura ſem
per occurrat.Quam em̄
rationem in ſingulis numeris duplex numerus poſ
ſidet,eandem duę habent decades.Et hoc cōſyderā=
dum,quod ingreſſus intrinſecus per portam duo=
rum in fronte cubitorū,& ſex habentem cubitos:
ſeptemq; in latitudine ex utraq; parte:& uiginti cu
bitos in longitudine:totidemq; in ipſis templi fori=
bus,doceatur ppheta qui ſit ille locus, uel quo ap=
pelletur uocabulo.Dixit enim,inquit,mihi:Hoc eſt
ſanctumſanctorum.Sin autem ante templum,ſiue
ut ſcriptura cognominat ante faciem templi ſactū=
ſanctorum eſt:quātam beatitudinem in templi ady
tis, & in interioribus eius exiſtimare debemus: De
qua propheta loquitur : Hoc labor eſt in conſpe= Pſal.72.c
ctu meo, donec ingrediar in ſanctuariū dei,& intel
ligam in nouiſſimis eorum: Sed & hoc notandum
quod in deſcriptione tabernaculi dicuntur ſancta=
ſanctorum, plurali numero: hic autem ſanctumſan
ctorum, numero ſingulari: ut poſt ſancta uenia=
mus ad ſanctum:quomodo poſt multa cātica per=
uenimus ad canticumcanticorum, quod omnium
carminum carmen eſt, & quod canentes, ſponſi co
pulamur amplexibus. b ¶ Et menſus eſt pa=
rietem domus,ſex cubitorum,& lati.&c.)Quod au
tem in Lxx.ponitur:Et de medijs ad triſtega,id eſt,
ad tria cœnacula & Thrael,in Hebraico non habe=
tur.Pro Thrael quoq; quod neſcio quid ſignificet:
Neq;

a Et uidi in domô altitudinem per circuitū fundata latera ad menſurā calami, ſex cubitorū ſpacio, & latitudinē per parietē lateris forinſecus, quinq; cubitorū, & interior domus in lateribus domus, & inter gazophylacia latitudine uiginti cubitorum in circuitu domus undiq;. Et oſtium lateris ad orationem: (quod in Lxx. nō habetur) oſtiū unum ad uiā aquilonis, & oſtium unum ad uiā auſtralem, & latitudinem loci ad orationem: (quod & ipſum Lxx, non tranſtulerunt), quinq; cubitorum in circuitu. Et ædificium quod erat ſeparatū uerſumq; ad uiam reſpicientē ad mare latitudinis ſeptuaginta cubitorum: paries aūt ædificij quinq; cubitorum latitudinis per circuitum, & longitudo eius nonaginta cubitis.

Et menſ-

E Neq; enim in Hebræo legitur, apud illos וָרָאִיתִי : qđ & nos & cæteri tranſtulerunt, & uidi, ut ſequatē ordo teſtimonij: a ¶Et uidi in domo altitudinem per circuitū fundata &c.) Poſtq̄ peruenit ad ſanctumſanctorum (de quo ſupra diximus) uir ille uenerabilis, mēſus eſt ſanctiſanctorum parietem: qui propter fabricā mūdi, & omnem uiſibilem creaturā, quæ in ſex diebus cōdita eſt, ſex habebat cubita, & latitudinē unius lateris quatuor cubitorum: non ex uno latere, ſed per circuitum. Quatuor autem cubita tenebat per circuitū domus latitudo, ut quatuor elementa monſtraret: ex quibus uniuerſa cōpacta ſunt & maxīe humana corpa, contra quæ ſancti dimicātes & ſubijciētes ſe animę poteſtati, interiora merētur intrare, & dñi arcana cognoſcere. Ipſa autem latera q̄ in circuitu domus erāt: & quatuor cubitorū ſpacio à templi parietibus ſeparabantur, F iuncta ſibi erant, ita ut unum latus, aliud latus contingeret, & haberet in conſuetudine Leuit.12.a non triginta & tres cubitos: ſed bis triginta tres, hoc eſt, ſexagintaſex. Vetus in Leuitico loquitur teſtamentum, in ortu maris poſt unam hebdomadam, & illam quæ genuit, & illum qui genitus eſt trigintatres explere dies ut ueniant ad purificationem. Porrò ſi genuerit fœminam, duplicem obſeruari numerum, id eſt, ſexagintaſex. Et quia, ut ueniamus ad ſanctaſanctorum: non ſolū prima indigemus natiuitate, ſed & ſecunda: ut nati in carne, renaſcamur in ſpiritu: Idcirco non ſexagintaſex, ſed bis triginta & triū ponitur numerus: ut utraq; natiuitas deo autori debeatur, illiuſq; clemētiæ, & duplici muro circūeant latera domus quæ templi fulciunt ędificiū. Quodq; ſequitur iuxta Hebraicum: Et erant quædā eminentia quæ egrederentur per parietem domus per latera in circuitu: ut continerent & nō attingerent parietem templi: illud ſignificat, quod ſancti uiri in multitudine credentium erūpant per parietem templi: per omnia uidelicet latera in circuitu, & contineant eccleſiæ fundamenta, et tamen non tangant parietem templi: tantum uidiſſe contenti, & de longe inenarrabilia adoraſſe myſteria. Nunc enim uidemus per ſpeculum in ænigmate, & pleniſſimam tangere atque comprehendere non poſſumus ueritatem. Quod autem platea erat in rotundum, aſcendens ſurſum per cochleam, & in cœnaculū templi deferebat per gyrū: & idcirco latius erat templum in ſuperioribus, & ſic

G de inferioribus aſcendebatur ad ſuperiora & medium: puto perſpicuum eſſe lectori, ſemper anguſtiora eſſe quæ deorſum ſunt in ieiunijs, χαμαιευνίαις, & uictus cōtinentia: paulatimq; dū ad ſumma cōſcēdimus, latiorē nobis aperiri uiā & impleri quod ſcriptū eſt: in tribulatiōe dilataſti mihi. Pſal.4.a Per rotundū autem & per cochleam aſcendimus templi cœnaculum: quæ figura inter omia σχήματα à philoſophis quoq; huius ſeculi pulchior approbatur: dum & cœlū, & ſol, & luna, & aſtra cætera, et pūctum terræ: in corporibus quoq; humanis, oculi, quaſi altera ſydera, & figura capitis, qđ omniū ſenſuum receptaculum eſt, teretesq; digiti, & fœmina, & brachia hanc præferunt rotunditatem. Porrò cœnaculū 3.Reg.17.d templi ad quod de anguſtioribus ad altiora conſcendimus: illud puto eſſe quod in regum uolu- 4.Reg.4.b mine Helias habuit & Heliſæus, & in apoſtolorum Act.9.g actibus, Tabia, id eſt δόρκας, & dammula noſtra poſ- H ſedit quæ bonis operibus ad ſumma conſcenderat. Apoſtolus autē Petrus, ſuper quem dominus eccleſiæ fundamēta ſolidauit, tranſcendit cœnaculum, & uenit ad tectum quod ſignificantius Græce δῶμα dicitur, id eſt, tecti ſolariū & incognita prius ſeculo Mar.14.b eccleſiæ ſacramenta cognouit. Saluator quoq; generis humani paſcha fecit in cœnaculo, & magno lato q; cœnaculo, atq; omni ſorde purgato ſtratoq;, et ad ſpirituale cōuiuium præparato, ubi myſterium corporis & ſanguinis, ſuis tradidit diſcipulis, & æternam nobis agni immaculati reliquit feſtiuitatē. Quodq; addidit: Et de medijs ad triſtega, id eſt, tertia cœnacula & θραέλ, uidetur mihi obelo prænotandum. Quid enim neceſſe eſt dubia & non ſcripta diſſere: cum in ea quæ Hebræorum tenentur libris debeamus incumbere? Sequitur: Et uidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera ad menſuram calami, ſex cubitorum ſpacio: & latitudinem per parietē lateris foriſecus quinq; cubitorū, & inter gazophilacia quæ Symmachus ἐξέδρας uocat, latitudinem cubitorum uiginti per circuitum domus. Quibus numeris oſtenditur, quod de mundo hoc, & de terrenis ſenſibus, & de duali duarum decadarum numero, qui refertur ad uiginti, non ſolum in ſanctaſanctorum, ſed & in cœnacula eorum mereamur aſcendere, & ſemper habere in memoria, quod per ſex dies conditionis noſtræ, & per quinque ſenſus, & per uiginti cubita latitudinis aſcenderimus ad cœnaculum templi, &

terrenam



a HEB. Et mēnſus eſt domus longitudinē centum cubitorū: & quod ſeparatum erat ædificiū & parietes eius, longitudinis centum cubitorum. Latitudo autē ante faciem domus, et eius quod erat ſeparatū contra orientē, centū cubitorum. Et menſus eſt longitudinē ædificij cōtra faciē eius quod erat ſeparatū ad dorſum * אַתִּיקֵיהָא id eſt, eminentia ex utraq; parte, centū cubitorum: et templum interius, & ueſtibula atrij. Limina & feneſtras obliquas* הָאַתִּיקִים, in circuitu per tres partes contra uniuſcuiuſq; limen, ſtratumq; ligno per gyrū in circuitu: terra autem erat uſq; ad feneſtras: & feneſtræ clauſæ. Super oſtia, & uſq; ad domum interiorem: & forinſecus per omnem parietem in circuitu intrinſecus: & forinſecus ad menſuram. Et

SEP. Et mēſus eſt ÷ contra ·· domū lōgitudinem cubitorū centū: & reliqua & ſeparantia & parietes eius in longitudinē cubitorū centum: et latitudinē cōtra faciem templi, & reliqua ecōtra cubitorū centum. Et menſus eſt longitudinem ſeparantis cōtra faciē reliquorū, quæ erant poſt tergum domus illius & reliqua hinc & inde, cubitorū centū lōgitudinē: & tēplū et anguli: et Aelā exterius ſtrata ligno: et feneſtræ in modum retis factæ, tres ad lucēdū, ut pſpiceretur per eas. Et domus, & ea quæ proxima erāt, ſtrata ligno p circuitū: & pauimentū & de pauimēto uſq; ad feneſtras. Et feneſtræ aperiebantur tripliciter ut pſpicerent p eas: et uſq; ad domū interiorē & exteriorem: et per oēm parietē in circuitu intrinſecus et extrīſecus mēſura,

A terrenam humilitatē, ſenſumq; literæ relinquentes, tranſierimus ad ſummitatē eccleſiæ, ſpirituſq; ſanHiere.1.c cti conſortio gaudeamus. Et oſtiū, inquit, lateris ad orationē cōtra uiam Aquilonis, à quo exardeſcunt mala ſuper omnē terrā: & quē dñs abacturū ſe à nobis pollicet, dicēs: Ioël.2.e Et eum qui ab aquilone eſt, abigam à uobis. Pulchreq; in oſtio cōtra aquilonē locus orationis eſt: ut ſecūdū Apo- 1.Theſ.5.d ſtolū, oremus ſine ceſſatione: & dicamus cū Hieremia: Treno.2.f Non ſileat pupilla oculi mei: uel præſentia mala uitare cupiētes, uel agētes gratias p præteritis. Quamdiu enim in tabernaculo corporis huius ſumus ingemiſcimus dici- Rom.7.d muſq;: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sed B & ad uiā auſtralem erat oſtiū: & ipſum iuxta Hebraicū habens locū oratiōis: & quinq; tendens cubitis p circuitū. Poſt frigus enim aquilonis ad auſtralem trāſimus calorē: & tamē rurſum oratiōis quærimus locum in aquilonis oſtio, ut euadamus pericula: in auſtrali, ut agamus gratias p præteritis: & ſit nobis uictoriæ ſecura poſſeſſio. Quinq; aūt cubiti, & in hoc loco diuinos indicāt ſenſus, per quos de terrenis ad altiora cōſcendimus. Et ædificiū, inquit, quod erat ſeparatū uerſumq; ad uiā reſpiciētem ad mare, latitudinis ſeptuaginta cubitorū: ut poſt labores, et pericula, et ſeculi iſtius fluctus atq; naufragia: & annos ſeptuaginta: de qbus Hieremias ſcribit, & Hie.25.c.29 Daniel, & Zacharias, uerū & legitimū ſeptē decada- Dan.9.a Zach.7.b rum ſabbatum cōſequamur: ut ſit nobis æterna requies: & per quinq; cubitorū latitudinē ueniamus ad longitudinē nonaginta cubitorū: in qua ætate de Gen.21.a repromiſſione filiū Sara generauit quæ nonaginta annorū, id eſt, nouē decadarū, peperit Iſaac, iuncta Abrahā centenario: id eſt, decē decadarum habenti myſterium. Qui numerus quid ſignificet, ſequens

C ſcriptura mōſtrabit. a ¶Et mēſus eſt domus longitudinem cētum &c.) Verbū cōtra, quod Lxx. trāſtulerunt in principio teſtimonij, ubi ſcriptū eſt: Et menſus eſt cōtra domum, in Hebraico nō habetur: & idcirco obelo prænotandū eſt: ut ſit rectius & uerius, & menſus eſt domū longitudine cubitorum cētū, & reliqua: Deſcribuntur autē ſanctaſanctorū & tēplū interius quod poſt nonagīta cubitos, ex tribus partibus cētenos cubitos habere dicatur: perfectū uidelicet numerū decadarū decem: ut & mēte, & ſermone, & operibus domino ſeruiamus: recordātes illius apo- Al. ἐκθέτας. ſtolici exēpli ī quo ait: Vt ſcire poſſimus quæ ſit latitudo, & longitudo, et profundū, & altitudo. Quod autem in Al. ἐκθέτας. Hebraico dicitur, D ædificiū ſeparatū et parietes eius: Lxx. reliqua interpretātur & ſeparantia: q̄ non hæreāt parietibus templi, ſed propinquos & ſuos habeāt parietes. Ipm quoq; templum & anguli eius: & Aelam, id eſt, περίπυλον ſiue ueſtibulū, exterius erāt ſtrata ligno: ſapiētia uidelicet, quod lignū uitæ ſitū in paradiſo ſcriptura cōmemorat. Feneſtræ Gen.2.b quoq; erāt factæ in modum retis inſtar cancellorū: ut non ſpeculari lapide nec uitro, ſed lignis interraſilibus & uermiculatis clauderentur: pro quibus in Hebraico, obliquas feneſtras habet: quæ in tribus tantū erant partibus templi, ad dexterā uidelicet & ſiniſtram, & poſt tergū: id eſt ad meridiem & ad aquilonem, & ad occidētem. Orientalis aūt pars non habebat feneſtras: quia ipſe introitus clarum immittebat lumen intrinſecus: & cuncta interiora templi, ianuarum lumine cōplebantur: ita ut per ſingulas feneſtras & cancellorum foramina intro quis poſſet aſpicere. Et nō ſolum exteriora erāt ſtrata ligno, ſed tanta erat lignorū copia per circuitū: ut & pauimentum & de pauimento uſq; ad feneſtras, lignis omia

Ii iungeren

E ungerentur. Quæ feneſtræ iuxta Lxx. aperiebant̃ tripliciter; ut apertis eis, triplex in templo dei intelligentia monſtraretur; iuxta illud quod alibi dicitur: Prou.22.c Tu autem deſcribe ea tripliciter. Proſpicitur autem per eas nõ ſolum interius, ſed & exterius: ut que interiora ſunt, inuiſibilia; quæ exteriora, uiſibilia cognoſcamus: ut aliud mẽtem, aliud carnem, aliud ſpirituale intelligentiam, aliud ſimplicem mõſtret hiſtoriã; & per oẽs parietes in circuitu, tam intrinſecus ꝗ extrinſecus erãt mẽſuræ ſuæ. Nihil enim abſq; ratione & menſura in templo dei, & maxime in ſanctaſanctorũ à deo factũ eſt. Cælata quoq; erãt Cherubim, haud dubiũ ꝗn in lignis, de pauimento uſq; ad fe F neſtras pertingẽtibus; & tam fabrefactæ erãt cælaturæ: ut non ſculptæ, ſed appoſitę uiderent̃. Cherubim interp̃tatur, ſciẽtiæ multitudo. Igit̃ intrinſecus in interioribus tẽpli poſt ſciẽtiæ multitudinem cælantur & palmæ; in quibus ſignũ uictoriæ eſt; di- Philip.3.c cente Apoſtolo: Perſequor aũt ad ſtatutũ brauium ſupernæ uocatiõis dei, in Chriſto Ieſu. Quæ palmæ erant inter Cherub & Cherub; ut unũ Cherub duarum palmarum lateribus uallaretur; quod Cherub nequaꝗ, ut in prĩcipio huius ꝓphetæ legimus, quatuor habebat facies, hominis ſcilicet & leonis, & uituli, & aquilæ; ſed tantũ duas, hoc eſt, hominis & leonis: quorũ primũ ad rationẽ pertinet, ſequẽs ad furorẽ; qui ſignificãtius Græce ϑυμὸς appellatur. Furorem aũt dicimus, nõ eum qui perturbationi & uitio ꝓximus eſt; ſed qui mẽtis cõſolidat mollitiam, et fortiorẽ facit animũ dimicantis. In principio enim ſubiacemus cõcupiſcẽtiæ; quæ refertur ad uitulum ꝓpter terrena opera; & alia ſunt carnalia, alia ſpiritualia, quorũ extremũ aquilæ deputatur. Cum autẽ intrauerimus ſanctaſanctorũ, & interiora tẽpli poſſederimus, nequaꝗ alia re indigemus, niſi ratiõe atq; fortitudine: quorũ alterum ad ſenſum atq; prudẽtiam; alterũ refertur ad animi perſeuerantiã. Omnis igitur paries per circuitũ tẽpli à pauimento uſq; ad laquearia, Cherubim habebat, & palmas mira arte cælatas: poſtq; aperiebatur ſanctuariũ & tẽplũ per quatuor angulos cõtra faciẽ ſanctorũ. Prius em̃ habemus ſciẽtiæ multitudinẽ, per quã uictoriã de hoſte cõſequimur: & poſtea nobis ſanctuariũ aperitur G & tẽplũ; quod habet quatuor angulos, & ſtationem firmiſſimã; & quæ in nullã partẽ decliuior ſit. Hanc em̃ habet naturam mẽſura quadrãguli, ut ſtabili cõſiſtat baſi, & in myſtico numero, ꝗ prudẽti lectori perſpicuus eſt elemẽta quatuor ex ꝗbus cõſtant om̃ia, ſolida perpetuaq; poſſideat. Et cũcta cõtra faciem ſanctuarij aſpiciebant; ante qđ ſanctuariũ, ſiue in quo ſanctuario erat ſpecies altaris lignei triũ cubitorũ altitudine, & lõgitudine cubitorũ duorũ, & latitudine cubitorũ duorũ, qui iũcti, ſeptẽ faciũt cubitos. H Quod altare habebat cornua; & tã baſes, ꝗ parietes eius, hoc eſt, latera erant lignea; in quo ſcripturæ ſanctæ myſteria humanus ſermo nõ poteſt explicare; quomodo altare in quo ignis ſuccẽdẽdus erat: mẽſa uidelicet thymiamatis nihil ab igne patiat̃, ſed ut ita dicã, igne purius fiat. Sicut em̃ ſanctorũ opera de ꝗbus ſcribit Apl's: Vniuſcuiuſq; opus quale ſit, 1.Cor.3.c ignis ꝓbabit; nõ pereunt, ſed per ignẽ puriora mõſtrantur: ita & altaris ligna quæ de lignis paradiſi ſunt; nõ cremãtur igne uicino, ſed puriora redduntur. Nec mirũ hoc de ſanctuario, & interioribus tẽpli & altari thymiamatis credere; cũ etiã ἀμίαντον, qđ ligni genus eſt, uellini habens ſimilitudinem; quãto plus arſerit, tanto mũdius inueniat̃. Ignoſce lector difficultati; & ueniam tribue pauperis intelligẽtiæ. Per feneſtras em̃ obliquas & in modũ retis factas, & ꝗ ſemper clauſæ ſunt, uix uſq; ad interiorẽ domũ cordis noſtri oculũ poſſumus intromittere; ut oĩa ꝗ cernimus in umbra, uideamus & in imagine; & cũ Apl'o clamemus: O ꝓfundum diuitiarũ ſapiẽtiæ & Rom.11.d ſciẽtiæ dei; ꝗ inſcrutabilia ſunt iudicia eius; et inueſtigabiles uiæ illius. Et: Quis cognouit ſenſum dei: Eſa.9.b niſi ille qui eſt magni cõſilij angelus; & ſua poteſt dignis aperire myſteria. ἐκθέτας aũt Romę appellãt ſolaria de cœnaculorũ parietibus eminẽtia, ſiue menia Forſitan legendum eſt, ἐξώσοας. na ab eo qui ea primus inuenit, quæ nõnulli Græcorum * uocant

HEB. fabrefacta Cherubim & palmæ; & palma inter Cherub & Cherub: duáſque facies habebat Cherub: Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte: & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte: expreſſam per omnẽ domũ in circuitu. De terra uſq; ad ſuperiora portæ, Cherubim & palmæ cælatæ erãt in pariete tẽpli. Limẽ quadrãgulũ erat; & facies ſanctuarij aſpectus cõtra aſpectum altaris lignei, triũ cubitorum altitudo eius; & lõgitudo eius duorum cubitorum: et anguli eius, & longitudo eius & parietes eius lignei.

SEP. ſura & cælata Cherubim, et palmæ ĩter Cherub et Cherub. Duæ facies Cherub: facies hominis ad palmam hinc, & facies leonis ad palmã inde: cælatus om̃is paries ꝑ circuitũ à pauimẽto uſq; ad laquearia Cherubim, & palmæ cælatæ. Et ſanctuarium et tẽplum aperiebatur per quatuor angulos contra faciem ſanctorum: uiſio quaſi ſpecies altaris lignei; triũ cubitorum altitudo eius: & longitudo cubitorũ duorum: & latitudo cubitorũ duorum: & cornua habebat. Baſes quoq; & parietes eius lignei.

a Et locutus eſt ad me: Hæc eſt menſa corã dño: & duo oſtia erãt in tẽplo & in ſanctuario: & in duobus oſtijs ex utraq; parte bina erant oſtiola, quæ in ſe inuicem plicabãtur. Bina em̃ oſtia erant ex utraq; parte oſtiorũ: & cælata erant in ipſis oſtijs templi Cherubim & ſculpturæ palmarum: ſicut in parietibus quoq; expreſſæ erant. Quamobrẽ & craſſiora erant ligna in ueſtibuli fronte forinſecus: ſuper quæ feneſtræ erãt obliquæ: & ſimilitudo palmarum hinc atq; inde in humerulis ueſtibuli, ſecundũ latera domus latitudinẽq; parietum.

a ¶ Et locutus eſt &c.) Multũ



A Multum in hoc loco Lxx. æditio ab Hebraica ueritate diſcordat. Vnde hoc ſolum admonebo, quod ꝓ craſſioribus lignis, σπουδαῖα, hoc eſt, neceſſaria, ſiue cura digna tranſtulerint; & ꝓ obliquis feneſtris, abſconditas; & quod in fine teſtimonij poſitum eſt; & mẽſus eſt hinc & inde laquearia ſuperliminaris ſiue ueſtibuli, per latera domus compacta ſiue coniuncta, quæ illi dixerũt, ἐζυγωμένα; ꝓ quibus poſſumus æqui põderis uertere. Vir ergo ille qui ꝓphetam in abdita templi introduxerat; & inter cætera oſtenderat ei altare ligneum; quod & angulos et cornua iuxta Lxx. & parietes habebat ligneos, dixit ei: Hoc altare qđ reſpicis, ipſa eſt menſa co- Pſal.22.b ram dño; quæ in ſimilitudine rubi ardet & non cõburitur: de qua ſanctus loquitur ad deũ: Paraſti in conſpectu meo mẽſam, aduerſus eos qui tribulant me. Duo quoq; oſtia erant in templo & in ipſo ſanctuario; per quæ utriuſq; inſtrumẽti ſacramẽta mõſtrãtur, & in duobus oſtijs ex utraq; parte bina erãt oſtiola quæ in ſe inuicem plicabãtur; ut & in hiſto- B ria ſpiritualem habeas intelligẽtiam; & in Tropologia hiſtoriæ ueritatem; quorum utrũq; altero indiget; & ſi unũ defuerit, perfecta caret ſcientia. Quod aũt ſequitur, Bina erant oſtia ex utraq; parte oſtiorum, iuxta literam perſpicuum eſt. Solent enim in maioribus triclinijs bina ſibi hærere atq; coniungi; ut maior introitus nequaquàm duobus & ingentibus, ſed quatuor minoribus claudatur uel aperiatur foribus. In quibus oſtijs templi, ſiue ſanctiſanctorum cælata erant Cherubim; de quibus ſupra diximus; Et ſculpturæ palmarum; ut poſt ſciẽtiæ multitudinem, uictoria intrantibus præberetur. Quæ ſculptura palmarum in omnibus quoq; parietibus templi erat. Redditq; cauſas, quare cælatæ fuerint Cherubim in ipſis oſtijs, & palmarum expreſſe ſimilitudines. Vnde & craſſiora erant ligna in ueſti- C bulo portæ forinſecus; ut & firmitatem haberent et caelaturam poſſent recipere. Pulchreq; iuxta intelligẽtiam ſpiritualem, firmiora & cælata ſunt oſtia; ut & firmitatem habeãt & pulchritudinem; ne quis in ſanctaſanctorum ſimilis Oziæ poſſit irrũpere, & 2.Par.26.d ſibi ſacerdotiũ uẽdicare. Super quæ oſtia erant feneſtræ obliquæ ſiue abſcõditæ; ut ipſum quoq; lumẽ quod præbebatur intrinſecus, non haberet perfectam ſcientiam, nec clarum lumen & cunctis patẽs; ſed pleriſq; ex parte eſſet abſcõditum. Nũc em̃ uidemus in ænigmate; & necdum nouimus ſicut oportet nos ſcire; cũ autem uenerit quod perfectum eſt, tũc quod ex parte fuerat, deſtruetur. Et erat ſimilitudo palmarum hinc atq; inde. Eleganter in interioribus templi, & in ſanctiſſanctorum non poſuit dexteram & ſiniſtram; ne quid ſiniſtrum in his quæ magna ſunt & arcana dicere uideretur; ſed hinc atq; inde, iuxta illud qđ in euãgelio ſcriptũ eſt: Qui te percuſſerit in dexteram maxillã, præbe ei & alteram. Nunquid dicere non potuit, & ſiniſtram? D Sed quando ꝑcutitur dextra, præbet̃ altera dextra; quia in ſancto uiro utrunq; dextrum, utrunq; perfectum eſt. Et in humerulis ueſtibuli ſecundum latera domus, latitudinemq; parietum; pro quo Lxx. trãſtulerunt, in laquearibus Aelam, hoc eſt, propyli, & latera domus, æqualis ponderis ſiue menſuræ; per quæ latenter oſtenditur, & poſtes ſuperliminaris; ſiue ueſtibuli; hoc enim humeruli uidẽtur ſignificare, & latera domus, & latitudinem parietum, cũcta rationis plena eſſe atq; menſuræ; & nihil in templo domini reperiri, quod abſq; menſura & ſapientia conſtitutum ſit.

Commentarij duodecimi in Ezechielem prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVMDECIMVM Commentariorum Ezechielis ad Euſtochium procemium.

TErtiuſdecimus explanationum in Ezechielem liber, ſecundus eſt expoſitionis templi; quẽ & quartumdecimum opitulante ſaluatore noſtro ad finẽ uſq; dictare cupio: illud eiuſdẽ numeri cum Dauid in quartodecimo pſalmo canens: Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo; aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Quod & pro difficili et impoſſibili debemus accipere. Vnde et in alio loco quaſi uir deſideriorum enixius deprecatur ac dicit: Vnum petiui à domino: hoc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ; ut uideam iocũditatem domini; & uiſitem templum ſanctum eius. Et rurſum: Quàm dilecta, inquit, tabernacula tua domine uirtutũ cõcupiſcit & deficit anima mea in atrijs domini. Aemulorum maledicta præuenio; qui non quid ipſi poſſint, ſed quid ego non poſſim, conſiderant; & cum noſtra dijudicent, ſua iudicanda non præbent; nunq; in agone pugnãtes; ſed de pugnantibus ocioſo imò ſuperbo animo iudicantes. Facile eſt dare dictata de populo; & in ſingu-

E los ictus calumniari,ac de alieno ridere ſanguine:& ubi uulnus infigi debuerit, imperiti laniſtæ more diſſerere.Ego in explanatione templi Ezechielis,& cæterorum quæ ad finem ipſius uoluminis pertinent:fateor me pro rei magnitudine nihil dignum ſcribere:& in paucis,ſi qua tamen accipere meruero,gratias agere ſaluatori.Scriptum eſt enim:Niſi credideritis, nõ intelligetis.Et in alio loco:Si habueritis fidē ut granum ſinapis:& dixeritis mõti huic,tranſmigra & tranſplantare in mari,fiet.Et quomodo Apoſtolus granum ſinapis nõ modicā fidei portionē, ſed totā fidem eſſe cõmemorat,dicēs:Et ſi totā fidē habuero:ita ut mõtes transferā:Igitur granū hoc ſinapis,etiam ſi modicum fuerit,in magnā ſuccreſcit arborē:& uolatilia cœli habitant in ramis eius. Quamobrē tibi filia Euſtochium quæ noſtra qualiacūq; fuerint libēter accipis cõteſtatū uolo:& illud rhetoris Victorini breuiter admoneo, ut obſcuritatē uoluminū ex tribus rebus fieri ſcias: uel rei magnitudine,uel doctoris imperitia,uel audientis duritia:quoꝝ primū & ſecundū liquido in hoc opere cõfitebor:tertiū,acumen ingenij tui & deſideriū ſcripturarum facile renuit:quæ priuilegio uirginali,& uictus cõtinentia,nõ dicā frequentē,ſed iugem hoſpitem poſſides deum. Igitur tertiumdecimum in Ezechiel arripiamus librum:cuius hoc principium eſt. G

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetā liber decimustertius.

ET eduxit me in atrium exterius per uiam ducentem ad aquilonem: & induxit me in gazophylacium quod erat &c.) Hoc qd' Lxx. tranſtulerunt ad orientē,in Hebraico non habetur:& ſuperfluum eſſe manifeſtum eſt. F Quomodo enim educitur ad portā exteriorem ad orietem: cum ſequatur, contra portam aquilonis? Illud quod & ſupra, & in hoc loco poſuimus: Et eduxit me in gazophylaciū quod erat contra ſeparatum ædificium:& cõtra ædem uergentē ad aquilonem:pro quo habetur in Lxx.Et eduxit me: & ecce exedræ quinq; de reliquo ædificio, & iuxta ſeparatum ad aquilonem;Pro ſeparato,quod Aqla & Symmachus tranſtulerunt:ſecunda Aquilæ æditio,& Theodotio ipſum uerbum poſuere,*gazera: גִּזְרָה in omnibus locis ſimiliter exprimētes:multaq; alia quæ in præſenti loco poſita ſunt inter Hebraicum & Lxx,non ſolum ordine,ſed & numero,& uerborum interpretatione diſcordant: ut ſi uoluerimus hærere in ſingulis, & diuerſitates eorum quærere, & explanare rationem,multum aberremus à ꝓpoſito:Volueramq; deſperatione & magnitudine rei præſens teſtimonium ſilentio præterire:ſed melius arbitratus ſum quodcunq; dicere, q̃ omnino nihil dicere,Socraticum illud aſſumēs:Scio quod neſcio. Pars enim ſciētiæ,eſt ſcire quod neſcias.Poſtq; igitur ea quæ erant intus,propheta diligentius contēplatus eſt:eduxit eum uir, cuius funiculus & calamus erat in manu,ad atrium exterius,per uiam ducentem ad aquilonem quod & ſupra iam uiderat, anteq; interiora penetraret.Sed aliter uidemus per fectam habentes ſcientiam;aliter in principio diſciplinæ. Et neceſſe eſt;ut qui interiora conſpexerit,ſecundum eādem formā atq; menſuras & recondita ſacramēta, etiam quæ exteriora ſunt,uideat. H Eductus autē eſt in gazophylacium: ſiue ut Symmachus & Lxx.tranſtulerunt exedrā:uel ut Thedotio παςοφόριομ,qđ in thalamum uertitur;quod erat contra ſeparatum ædificium.Quod autē Lxx. addidere pro gazaphilacio,exedras quinq;,in Hebraico non habetur.Quod gazophylacium erat cõtra ſeparatum ædificium,de quo ſupra iam diximus,gazera.Separatum autem erat,eos ſuſcipiēs qui ab aquilone ueniebant;& erat contra ædem uergentem ad aquilonem,id eſt,reſpicientem quidem aquilonis partes, ſed non in aquilone poſitum, ut facilior eſſet tranſitus his qui aquilonis frigora relinquebant:à quo exardeſcunt mala ſuper terram.Legimus in Numerorum libro,tribus Dan & Neptalim,& Aſer filiorum Bale & Zelphe ancillarum Rachelis & Liæ ad aquilonis plagas caſtra tenuiſſe: (Nume.2.d) Nunc quoq; in facie longitudinis oſtij aquilonis centum fuiſſe cubitos,& latitudinis quinquaginta:ut ex decem decadis,quadrangulus numerus atq; perfectus:& ex ſeptem hebdomadibus,qui remiſſionis eſt numerus: & in principium unionis, id eſt,ogdoadis erumpit ſacerdo-

Cap. XLII.

a ET eduxit me in atriū exterius per uiam ducentem ad aquilonem:& induxit me in gazophylacium quod erat contra ſeparatum ædificium, & contra ædem uergentem ad aquilonem,In facie lõgitudinis centum cubitos oſtij aquilonis: & latitudinis quinquaginta cubitos,cõtra uiginti cubitos

ET eduxit me in atriū exterius ad orientem cõtra portam aquilonis: & introduxit me: & ecce exedræ quinq; iuxta partem ædificij, & prope ædificium ſeparatum ad aquilonem: econtra cubitis centum longitudinis ad aquilonem: & latitudinis quinquaginta cubitis,deſcriptæ ſicut portæ atrij



HEB. atrij interioris:et cõtra pauimētum ſtratū lapide atrij exterioris: ubi erat porticus iūcta porticui triplici. Et ante gazophylacia deambulatio decē cubitorū latitudinis,ad interiora reſpiciēs uiæ cubiti unius:& oſtia earū ad aquilonē:ubi erant gazophylacia in ſupioribus humiliora:quia ſupportabāt porticus quæ ex illis eminebāt de īferioribus & de medijs ædificij. Triſtega enim erāt,et nõ habebant colūnas ſicut erāt columnæ atrioꝝ:propterea eminebant de inferioribus & de medijs à terra cubitis quinquaginta. Et peribolus exterior ſecundum gazophylacia quæ erāt in uia atrij exterioris ante gazophylacia:lõgitudo eius

SEP. atrij interioris & ſicut colūnę atrij exterioris per ordinē cõtra faciē porticus ternæ:& cõtra exedras deambulatio cubitorū decē latitudinis,per cubitos centū lõgitudinis in interiorē uiā cubiti unius: & oſtia earū ad aquilonē. Et deambulationes cœnaculorū ſimiliter,quoniam eminebant columnæ à colūnis inferioribus:& ſpacium ſimile erat.Et porticus triplices erāt, & colūnas nõ habebant ſicut columnæ in exterioribus:ꝓpterea eminebant ab his quæ erāt inferius & in medio de terra quinquagīta cubitorū:et lumē exterius ſicut exedrarū atrij exterioris quæ reſpiciebāt cõtra exedras aquilonis,longitudine cubitorum quinquaginta

A talia in templo dei ſpacia monſtrarentur. Illudq; quod iuxta Hebraicum iungitur:cõtra uiginti cubitos atrij interioris:pro quo Lxx. trāſtulerūt: deſcripta erant ſicut portæ atrij interioris:hunc habet ſenſum:ꝙ exterioris atrij centenarius & quinquagenarius numerus,eādem uim habeat quam uicenarius atrij īterioris. Si eñ quatuor qnquies ſupputes, in numero uicenario, utrunq; reperies teſtamētum:ut & lex teneatur in euangelio:& euangeliū de legis radice naſcatur.Pro quo numero Lxx. ſimilitudinem atrij interioris interpretati ſūt: forſitan formidantes uicenarium numerū, in quo offeruntur Eſau munera in atrio interiori ponere. Sequitur: B Et contra pauimētum ſtratum lapide atrij exterioris: ubi erat porticus, iuncta porticui triplici:pro quo Lxx. tranſtulerunt:Et ſicut columnæ atrij exterioris per ordinem poſitæ,contra faciem porticuum tripliciū. Significat autem,quod pauimētum atrij exterioris,uiuo fuerit ſtratū lapide:ut nec æſtatis puluere, nec luto hyemis,ſacerdotum ueſtigia polluātur. Vnde & dominus aſcenſurus ad patrem, Apoſtoloꝝ lauat pedes: ut mundatis purgatisq; ueſtigijs ſcandāt regna cœlorum; (Ioan.13.a) & imperat Apoſtolis,ut in quācunq; ingreſſi fuerint ciuitatem,& nõ ſuſceperint eos:excutiant pedum ſuorum puluerē:quo ſcilicet nihil munerū terrenorum ab eis apud ſe remanere patiātur. Non ſolum autē pauimentum ſtratum erat lapide:ſed & porticus erat iuncta porticui triplici. Vna porticus ab imbre & æſtu ꝓtegens ſacerdotes,& iuncta porticui triplici:demõſtrat myſterium trinitatis:quod cum patris & filij,& ſpiritus ſancti diuidatur nominibus:tamen una ſibi diuinitate coniungitur. Erat quoq; āte gazophylacia ſiue exedras uel thalamos, deambulatio decem cubitorum latitudinis,ad interiora reſpiciēs uiæ cubiti unius. Quodq; à Lxx. additum eſt:Per cubitos longitudinis centum:ſuperfluum eſt;quia in Hebraico nõ habetur: quod ponentes,tulerunt id quod habetur in Hebræo ad interiora reſpiciēs uiæ cubiti unius:quod nos de Hebraica ueritate trāſtulimus. C Significat autem quod ante fores gozophylaciorum omniū ſiue exedrarū & thalamorū fuerit deambulatio,latitudinē habens cubitorum decem: qui & ipſe ꝑfectus eſt numerus:uel ꝓpter decalogū, uel propter euāgelij ſacramentum. Si eñ ab uno per duos et tres ad quartū numerum uenias,decenarius euāgeliorum numerus efficitur: In cuius latitudine deambulāt ſacerdotes,ante ſingula gazophylacia gradiētes:ita dūtaxat ut ſemper ad interiora reſpiciant uiæ eius quæ ducit ad cubitum unum: ad cultum uidelicet unius diuinitatis: D dicente filio ad patrem;Reuelaui nomen tuum hominibus. (Ioan.17.g) Ipſa eſt eñ uia, interiora reſpiciēs, quæ dicit in euāgelio:Ego ſum uia,& uita, & ueritas: (Ibid.4.a) qa nemo uenit ad noticiam patris,niſi ꝑ filiū. Sequitur: Et oſtia earū ad aquilonem,ubi erant gazophylacia in ſuperioribus humiliora:quia ſupportabāt porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus & medijs ædificij. Triſtega enim erant,& nõ habebant columnas ſicut erāt columnæ atriorum:propterea eminebāt de inferioribus & de medijs à terra cubitis quinquaginta. Qđ iungitur:oſtia earum ſubauditur, exedrarum,ſiue gazophylaciorū:de quibus ſermo ſupra fuit. Quæ gazophylacia erant in ſuperioribus,id eſt,in cœnaculis humiliora. (3.Reg.17.d) Quæ cœnacula aſcendit Helias & (4.Reg.4.b) Heliſæus:& dñs cum diſcipulis paſcha facturus:& (Marc.14.b) Tabita quæ & fide apoſtoli,& uirtutū ſuarum merito ſuſcitata eſt. (Act.9.g) Iſta ſunt cœnacula:de qbus in pſalmo ſcriptū eſt:Qui rigat montes de cœnaculis ſuis. (Pſal.103.b) Niſi eñ quis mons fuerit effectus & ad altiora ſurrexerit,pluuijs dñi non irrigabitur:qui pro diuerſitate meritorum dē primo,ſecundo, & tertio irrigatur cœnaculo.Ipſa quoq; gazophylacia,hoc eſt,theſauri gazarum domini, in ſuperioribus humiliora ſunt.Quanto enim quis excelſior fuerit,tanto cum

E Apoſtolo humilitate deijcitur, dicens: Qui nõ ſum 1.Cor.15.b dignus uocari Apoſtolus: quia perſecutus ſum eccleſiam dei. Erant aũt ipſa gazophylacia in cœnaculis humiliora: quia ſupportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus & de medijs ædificij. Redditq́; cauſas cur gazophylacia in cœnaculis poſita, humiliora fuerint: Quia ſupportabant, inquit, porticus, quæ libertate aëris fruebantur, et eminebãt de ĩferioribus & de medijs ædificij: ut ſecundũ cœnaculũ pauimẽto inferioris domꝰ eſſet eminẽtius: & tertium cœnaculũ ſecũdo eſſet excelſius: & quãto quis ad ſuperiora cõſcẽderet, tanto altiori uteretur cœnaculo qđ humilitate creſcebat, dicẽte dño: Marc.9.e Qui uult inter uos maior eſſe, fiat oĩm F minimus. Neq; ẽm columnis alijs portabãtur: ſicut in atriorũ columnis legimus: ſed eminebãt de inferioribus & de medijs à terra cubitis quĩquaginta, numero remiſſionis omniũ debitorũ. Hæc ſunt aũt triſtega, de quibus Prouer.22.c præcipitur: Deſcribe ea tripliciter, conſilio & ſcientia, ut reſpõdeas ſermonibus ueritatis his quæ ꝓponũtur tibi. Inferiora igitur & exteriora, columnis indigẽt: quæ aũt altiora ſunt & interiora, columnarũ, id eſt, alieni auxilij uſu non egent. Poſt hæc dicitur: Et peribolus exterior ſecũdum gazophylacia quæ erãt in uia atrij exterioris ante gazophylacia: lõgitudo eius quinquaginta cubitorum: quia longitudo erat gazophylaciorum atrij exterioris quinquaginta cubitorum et longitudo ante faciem templi, centum cubitorum. Peribolus murũ ſignificat qui erat exterior: & cingebat gazophylacia in uia atrij exterioris, habẽs in longitudine quinquaginta cubitos: de cuius numeri ſacramẽto crebro diximus. Porrò lõgitudo ante faciem templi, nequaq́; quinquaginta cubitorum erat, ut ante gazophylacia, ſed centum cubitorum: ut poſt remiſſionẽ omnium peccatorum, perfecta præmia in centenario numero præſtolemur. Pro peribolo ſiue muro, quod Hebraice dicitur גדר, Lxx. lumen interpretati ſunt, quod uenit extrinſecus, & illuminat cordis noſtri oculos: nõ ſufficiente natura noſtri luminis, quod uerſatur in ſenſu, perfectum ſciẽtiæ habere fulgorẽ: niſi extrinſecus ꝑ dei gratiã introëat: Quod primum oculos noſtri cordis illuminat: & oĩe atrium exterius qđ quinquaginta cubitorũ latitudine tẽditur, facit clareſcere. Poſtea uero cũ uenerimus ante faciẽ templi, perfecta in centenario numero recipiemus præmia. Erat autem ſubter gazophylacia ĩtroitus ab oriẽte ingrediẽtiũ in ea de atrio exteriori. Oportet enim dei nos poſſidere diuitias: & de atrio exteriori ſũbter gazophylacia H orientis introitũ reperire: & per latitudinem periboli, qui reſpicit uiam orientis uenire ad ædificium quod ſanctis eſt ſeparatum: ante quod ſunt gazophylacia: & in ipſa uia ſimilitudo gazophylaciorũ, quę erant in uia aquilonis. Licet enim ad oriẽtis perueniamus introitum: tamen ſimilitudo maiorum eſt in minoribus: & nõ poſſumus ad orientis peruenire lumen, niſi per uiã aquilonis: id eſt, per minora et humiliora ad maiora & altiora tendamus. In ipſo autẽ introitu, lõgitudo erat ſimilis latitudinis, id eſt, eadẽ mẽſura per quadrum: omnisq́; ingreſſus & ſimilitudines, & oſtia, eandem habebant menſuram & ſimilitudinem quã gazophylacia quæ erant in uia reſpiciente ad auſtrum. Per orientem quippe aquilonis frigora reſtinguentes, peruenimus ad auſtrum in quo ſpõſus recubat in meridie: & in pleno uerſatur lumine. In capite autem eiuſdem uiæ, hoc eſt, orientalis quæ patet ingredientibus oſtium eſt: quod niſi apertum fuerit ab eo qui dicit: Ego ſum oſtium: & qui habet Ioan.10.b clauem Dauid, ad ueſtibulum ſanctorum uirtutibus Eſa.22.f ſeparatum, & quod ab aquilone uenientes ſuſcipit

HEB. quinquaginta cubitorũ. Quia lõgitudo erat gazophylaciorꝝ atrij exterioris quinquaginta cubitorũ: & longitudo ante faciem tẽpli centũ cubitorꝝ. Et erat ſubter gazophylacia hæc introitus ab oriente ingredientium in ea de atrio exteriori: in latitudine periboli atrij qđ erat cõtra uiam orientalẽ in faciem ædificij ſeparati. Et erãt ante ædificium gazophylacia: & uia ante faciẽ eorũ iuxta ſimilitudinem gazophylaciorꝝ, quæ erãt in uia aquilonis: ſecũdũ lõgitudinẽ eorum, ſic & latitudo eorũ. Et oĩs introitus eorũ, & ſimilitudines, & oſtia eorũ, ſecũdũ oſtia gazophylaciorũ, quæ erãt in uia reſpiciẽte ad auſtrũ: oſtium in capite uiæ: quæ erat ante ueſtibulum ſeparatum per uiam orientalem ingredientibus.

SEP. quaginta. Lõgitudo enim exedrarum reſpiciẽtium ĩ atriũ exterius, erat cubitorum quinquaginta. Et hæc ſunt contra faciem ſuam, omnes cubitorum centum. Et oſtia exedrarum iſtarũ ad introitum orientalem: ut ingrediatur per eadem in atrio exteriori, ſecũdum lumen quod erat in principio deambulatiõis ad auſtrum cõtra meridiem & faciem reliqui ædificij, & ſeparati. Et exedræ et deambulatio, cõtra faciem ſuam, iuxta menſuras exedrarum & uiam ad aquilonem, & longitudinẽ earum, & latitudinẽ earum, & omnis exitus earum, & introitus & luminaria, & oſtia exedrarum cõtra meridiem: & introitus ab initio deambulacri ad luminare ſpacio calami: & ut ad orientem iretur per ea.

Et di

ſcipit



A ſcipit, nõ poſſumus peruenire. Superfluum eſt iuxta Lxx. ſingula loci huius uerba diſſerere: cum & hæc quæ dicta ſunt, obſcuritate non careant: & illa quæ reticemus, ſimilia propè ſint his quæ diximus. a ¶Et dixit ad me: Gazophylacia aquilonis & gazophylacia auſtri, q̃ ſunt ante ædificium ſeparatũ: hæc ſunt gazophylacia ſancta in quibus ueſcũtur ſacerdotes qui appro. &c.) Vir ille qui ductor prophetæ fuit, poſtq́; eum duxit in atrium exterius, & monſtrauit oĩa quæ præteritus ſermo narrauit: gazophylacia quoq́; ſiue exedras, in quibus diutiſſime commoratus eſt, dixit ad eũ: Hæc ſunt gazophylacia uel exedræ thalamiq́; ad aquilonem & ad auſtrũ, quæ ſunt ante ædificium ſeparatum, & appellantur ſancta gazophylacia in quibus ueſcuntur ſacerdotes qui appropin- B quant ad dominum in ſancta ſanctorum. Ex q̄bus diſcimus, multas ciborum eſſe diuerſitates, quibus ueſci ſacerdotibus licet uel non licet, & de his ipſis quos licet in cibos ſumere, non in omnibus ſumuntur locis, nec ab omnibus, nec omni tempore. Gazophylacia aquilonis & auſtri puto eſſe, quæ uel hiſtoriæ contineant ſimplicitatem, uel ſpiritualis intelligentiæ ſacramenta: ut per aquilonem ueniamus ad meridiem. Neque enim ſic legenda eſt litera, & hiſtoriæ fundamenta iacienda, ut non ueniamus ad culmina: nec ita pulcherrimo ædificio tecta ponenda, ut nequaquàm fundamenta ſint ſolida. Sacerdotes autem qui ueſcuntur in cellarijs in quibus multæ diuitiæ continentur, ipſi ſunt qui appropinquant ad dominum. De quibus ſcriptura teſtatur, quod Exod.24.d Moyſes appropinquauerit ad dominum: & cæteri accedere non potuerint. In ædificatione templi myſtici, & in eccleſiæ ſacramẽto multi ſunt ſacerdotes & apoſtolici uiri qui accedunt ad dominum, & nõ in quolibet loco, ſed in ſanctoſanctorum. Quodq́; iuxta Lxx. dicitur: Filij Sadoch, qui interpretatur, iuſtus: in Hebraico non habetur: Ibi, inquit, Sacerdotes ponent ſanctaſanctorum & oblationem, hoc eſt, uictimã holocauſti, & pro peccato, & pro ignorantia: ut non ſolum iuge offerant ſacrificium, ſed pro diuerſitate temporum, & qualitate peccati, atq́; ignorãtiæ ſciant placare dominum: quia ipſe locus C ſanctus eſt, & ſacerdotalis in eo dignitas commoratur, quæ poſſit rogare pro cæteris. Quando autem procedendum eſt ad eos qui non poſſunt templi adyta penetrare, nec diuinæ ſcientiæ arcana cognoſcere: egrediãtur, inquit, foras ad eos ſacerdotes in atrium exterius: nequaquàm cum his ueſtimentis quibus intrinſecus induti erant, uiſcera uidelicet miſericordiæ & dominum ſaluatorem, de quibus ſcriptum eſt: Induimini dominum Ieſum Chriſtum: Roma.13.d nec his utantur ſermonibus, de quibus loquit̃ deus: Myſterium meum mihi & meis: ne incurrant in illud quod ſaluator prohibet, dicens: Nolite dare Matth.7.d ſanctũ canibus: nec ꝓijciatis margaritas ante porcos: Sed ponent ueſtimẽta ſua intrinſecus: quibus induuntur, quando miniſtrant in templi adytis: ſancta enim ſunt, & D ad eos qui perfectam nõ habent ſanctitatem non debent proferri: accipientq́; alia ueſtimenta, & ſic procedent ad populum. Sic, inquit, loquentur ad populum: quomodo poteſt audire populus. Vnde & Apoſtolus 1.Cor.5.a Corinthijs loquebatur, in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio quæ nec inter gentes quidem: Lac uobis potum dedi, non eſcam: Ibid.3.a id eſt, ſolidum cibum: necdum enim capere poteratis. Ad quos rurſum dicit: Filioli mei, quos iterũ parturio, Gala.4.c donec Chriſtus formetur in uobis. Paruulis enim atq́; lactentibus non ſolum non prodeſt ſolidus cibus, ſed interficit eos: qui perfectæ ætatis hominibus congruit. Illud autem quod à Lxx. additũ eſt: Propterea non egredientur in atrium exterius ſacerdotes, ut ſemper ſancti ſint qui offerunt, obelo prænotemus, quia in Hebraico non habetur.

b ¶ Cumq́; compleſſet menſuras domus interioris, eduxit me per uiam portæ quæ reſpiciebat ad uiam orientalem: & menſus eſt eã undiq́; &c.) Sciendum quod poſt uentum orientalem & aquilonem, in uento auſtrali & occidentali apud Lxx. ordo præpoſterus ſit. Illi enim primum poſuerunt, occidentalem: id eſt, mare: & poſtea auſtralem: cum apud Hebræos primum ponatur uentus auſtralis, & poſtea occidentalis. Quodq́; ſcriptura nũc dicit:

a Et dixit ad mẽ: Gazophylacia aquilonis, & gazophylacia auſtri, quæ ſunt ante ædificium ſeparatum: hæc ſunt gazophylacia ſancta in quibus ueſcuntur ſacerdotes qui appropinquant ad dominum in ſanctaſanctorum. Ibi ponent ſanctaſanctorum, & oblationem pro peccato & pro delicto: locus enim ſanctus eſt. Cum autem ingreſſi fuerint ſacerdotes, non egredientur de ſanctis in atrium exterius: & ibi reponent ueſtimenta ſua in quibus miniſtrant, quia ſancta ſunt, ueſtienturq́; ueſtimentis alijs: & ſic proce- b dent ad populum. Cũmq́; compleſſet menſuras domus interioris, eduxit me per uiam portæ quæ reſpiciebat ad uiam orientalem: & menſus eſt eam undique per circuitum (ſiue ſimilitudinem domus per circuitum in ordine.) Menſus eſt autem contra uentum orientalem (ſiue & ſteti poſt tergum portæ reſpicientis ad orientem) calamo menſuræ per circuitum quingẽtos calamos, in calamo menſuræ per gyrum. Et mẽſus eſt contra uentum aquilonis quingentos calamos, in calamo menſuræ per gyrũ.

Et ad

E Cumq́ compleſſet mēſuras domus interioris, edu
xit me per uiam portæ quæ reſpicit ad uiam orien=
talem:oſtendit cuncta quæ ſupra dicta ſunt, & fo=
rinſecus, & intrinſecus, & in interioribus templi,
hoc eſt,ſanctiſanctorum, proprie ad templi ædifi=
cium pertinere,& templi
interioris. Vnde nunc ſe
quitur:Eduxit me per ui
am portæ quæ reſpicie=
bat ad uiam orientalem,
& menſus eſt eam undi=
que per circuitum,ſiue ſi
militudinem domus.Per
quod demonſtratur, nō
ipſam domum, ſed ſimili
tudinem domus eſſe quę
cernitur; quia nunc per
ſpeculū uidemus in æni=
gmate;cum autem uene=
rit quod perfectū eſt, tūc
qď ex parte eſt, deſtrue=
1.Cor.13.c tur. Vnde & Moyſes in
tabernaculo,& Salomon
in ædificio: non ueritatē
tentorij & templi, ſed ſi=
militudinem figuramq́
fecerunt;ut per hæc quæ
minora ſunt & terrena:
F ea quæ in cœleſtibus &
in ſpirituali ædificio ſūt,
intelligere poſſimus. *Vir autem qui* prophetā edu=
xerat,nequaquàm *in atrium exterius*,ſed per uiam
portæ quæ *reſpiciebat ad uiam orientalem*, primū
menſus eſt contra uentum orientalem: id eſt ad ori
entalem plagam quingentos calamos per gyrum;
ſecundo ad aquilonem; tertio ad auſtrum; quarto
ad mare;id eſt,ad occidentem, per quatuor uideli=
cet uentos,murum in circuitu, tam in longitudine,
quàm in latitudine,hoc eſt per quadrum: qui mu=
rus ſimul habebat duo milia calamos. Sin autem ca
lamos ſex cubitorum erat, & παλαιστῇ uno,qui πα=
λαιστής, ſexta pars cubiti eſt; peſpicuum eſt murum
exteriorem habuiſſe per circuitū calamos duo mi=
lia,qui faciunt cubitos duodecim milia, trecentos,
tringintatres,& trientem de duobus milibus. Pru=
dens lector & diligens legat librum Ieſu Naue, &
inueniet quomodo in ſuburbanis hæc menſura ſer
Luc.8.c uetur. Vnde & legio dæmonum, hunc numerum
elegit in ſuffocatione porcorum; ut qui ſeruienti=
bus deo,præcepto domini ſeparatus eſt: in contra=
riam partem referatur ad perditionem eorum, qui
uitam cœno dignam,& ſordibus conſectantur. O=
mnis autem murus qui eſt exterior, & habet ſpa=
cioſiſſimam longitudinem & latitudinem per qua=
drum,apoſtolorum continet numerum: id eſt,duo
decim milium;ut ſingulis apoſtolis millenus nume
rus deputetur:& tamen ad menſuram plenitudinis
Chriſti,& perfecti uiri non ueniat: niſi iungatur ei
& παλαιστής,qui trecenti,triginta,& tres cubiti ſunt,

& cubiti tertia pars; per quæ ſanctæ & uenerabilis G
trinitatis myſterium demonſtratur, quæ cingit &
uallat omnia:& habitatores templi ſui præſtat tu=
tiſſimos. Vnde trecentorum cubitorum arca Noë Gene.6.e
habet longitudinem:& triginta cubitorum altitudi
nem;quæ conſummatur
in uno cubito. Quod au
tem ibi addunt quinqua
ginta cubiti in latitudīe,
remiſſionis (ut ſæpe dixi
mus)ſignificat ſacramen
tum. Vnde & dn̄s trigin Luc.3.e
ta annorum uenit ad ba=
ptiſmum:& hic ipſe pro=
pheta in principio uolu=
minis ſui annū ponit tri=
ceſimum; qui trecenteſi=
mus & triceſimus nume
rus tribus additis & ter=
tia parte completur. Illud
autē quod ꝑ ſimplicitatē
interpretationis,dum pa
rum attendimus celerita
te dictādi, & Lxx. habēt
& noſtra translatio: mu=
rum eius undiq́ per cir=
cuitū, longitudine quin=
gētorum cubitorum, &
latitudine quingētorum H
cubitorum,Hebræus ſer
mo non continet:ſed ſimpliciter,longitudinē quin
gentorum,& latitudinē quingentorum, ut ſubaudia=
tur,calamorum;ſicuti quarto ſupra dictū eſt,ad ori
entalem uentum,& ad aquilonē, & ad auſtrū, & ad
mare quingentis calamis,murum partium ſingula=
rum ab eo qui tenebat calamum fuiſſe dimenſum.
Quingēteſimus aūt numerus qui uicinus eſt quin= Leui.25.b
quagenario, quod ad remiſſionē pertineat omniū
peccatorū;nō ſolū uetus ſcriptura,ſed & ſaluatoris
in euangelio uerba demōſtrant,dicentis:Duo debi Luc.7.f
tores erāt fœneratori cuidam,unus debebat dena=
rios quingentos, & alius quinquaginta. Et murus
diuidit inter ſanctuarium & uulgi locum. Ex quo
intelligimus omnem ſupra templi deſcriptionem,
ſacerdotum qui ſunt filij Sadoch, fuiſſe miniſterijs
delegatam. Hunc autem murum, qui tanto ſpacio
dilatetur & uniuerſa circumeat, ſeparare ſanctua=
rium & uulgi locum. Cap. XLIII.
ET eduxit me ad portam quæ reſpiciebat ad uiā
orientalem &c.) Primum de translationis ua=
rietate dicendum eſt. Hoc quod ponunt Septua=
ginta. Et eduxit me; in Hebraico non habetur. Si
enim adductus fuerat ad portam quæ reſpiciebat
orīetem,quid neceſſe fuit ut educeretur, cum ideo
inductus ſit,ut uideret quid in porta fieret orien=
tali?Deinde ubi dicitur:Vox erat ei, haud dubium
quin dei, quaſi uox aquarum multarum; quod &
Ioannes in ſua confirmat Apocalypſi: Lxx. poſue= Apoc.14.a
runt: Et uox caſtrorum quaſi uox geminantium
multorū

Et ad uentum auſtralem menſus eſt quin=
gentos calamos,in calamo menſuræ per cir
cuitum. Et ad uentum occidentalem men=
ſus eſt quingentos calamos, in calamo men
ſuræ. Per quatuor uentos mēſus eſt murum
eius undique per circuitū,longitudine quin=
gentorum cubitorum,& latitudine quingen
torum cubitorum, diuidentem inter ſan=
ctuarium & uulgi locum.

Cap. XLIII.

a ET eduxit me ad
portam quæ re=
ſpiciebat ad uiā oriē=
talem: & ecce gloria
dei Iſraël ingredieba
tur per uiam orienta
lē;et uox erat ei qua=
ſi uox aquarū mul=

ET adduxit me
ad portā quæ re
ſpiciebat cōtra orien
talē:& eduxit me: &
ecce glīa dei Iſraël ue
niebat ꝑ uiā oriētis:
& uox caſtrorꝝ,qua=
ſi uox geminātium
multorū



A multorum. Tertio in Hebraico habetur: Vidi uiſio
nem ſecundum ſpeciem quam uideram, quādo ue=
nit ut diſperderet ciuitatem. Venit autē ille qui in
principio huius ꝓphetæ ueſtitus erat lineis; & atra
mentarium habebat ad lumbos cum alijs ſex,ut di=
ſperderet ciuitatē:
nō ut ungeret, qď
Lxx. tranſtulerūt:
qui quarto dixe=
re: Et uiſio currus
quam uideram,qď
in Hebraico non
habetur. Dicamus
ſtrictim de ſingu=
lis,quantum expla
nationis patiť diffi
cultas;ne dum ſtu=
demus breuitati,
uelamentum nō ſo
lum Moyſi, ſed &
prophetę Ezechie
lis remaneat in no
bis: q cupimus re=
uelata facie ueritа=
tem domini contē
plari. Gloria ergo
dei Iſraël ingrediť
per uiam orienta=
B lē:per quā & egreſ
ſa fuerat, quādo ci
uitas domini furo
re percuſſa eſt. In=
greditur autē,imò
regreditur ad eam
quia templum do=
mini ędificatum in
monte monſtraue
rat. Et tamen mul=
to plus eſt quod in conſequentibus dicitur: Leua=
uit me ſpiritus, & introduxit me in atrium exte=
rius;& ecce repleta erat gloria domini domus. Hic
enim gloria tantum dei Iſraël ingreditur; ibi autem
dicitur,quod plenitudo gloriæ dn̄i fuerit in tēplo,
Eſa.6.a de qua & Eſaias ſcribit: Vidi dn̄m ſedentem ſuper
thronum excelſum & eleuatū; & plena erat domus
gloria eius;quando reuelata facie gloriam domini
contemplantes,reformamur in imaginē creatoris.
Apoc.14.a Vox quoq́ erat dei,quaſi uox aquarum multarū,
omnium ſcilicet in toto orbe populorū; ut Ioannes
euangeliſta interpretatur: ſiue quaſi uox caſtrorū,
& ſicut uox geminantium multorum,ut exercitus
Gene.32.a dei ſacramēta cognoſceret. Quod intelligēs Iacob,
uocauit nomen illius loci caſtra. De quibus & alibi
ſcriptum eſt;Currus dei decē milium multiplex mi
Pſal.67.d lia lætantium. Vna autem uox dicitur caſtrorū &
multitudinis:propter unū in dei laude conſenſum.
Eſa.6.b Geminaturq́ uox canentium patri,& filio & ſpiri=
tui ſancto:Sanctus,ſanctus, ſanctus dominus deus
ſabaoth,plena eſt terra gloria eius. Sequitur: Et ter

ra ſplendebat à maieſtate eius. Quod proprie in ad= C
uentu Chriſti factum eſt, quando in omnem terrā Pſal.18.a
exijt ſonus apoſtolorum:& in fines orbis terrę uer Roma.10.d
ba eorum: quotidieq́ impletur in credentibus: & 1.Cor.15.g
ad perfectum complebitur, quando corruptiuum
hoc induerit incor
ruptionem,& mor
tale iſtud fuerit im
mortalitate ueſti=
tum. Quod autem
infertur:Et uidi ui
ſionem ſecundum
ſpeciem quam ui=
deram,quando ue
nit ut diſperderet
ciuitatem:pro quo
Lxx. trāſtulerunt;
quando ingreſſus
ſum, ut ungerem
ciuitatem, cum iu=
xta Hebraicū per=
ſpicuum ſit, iuxta
Lxx. plurimā ob=
ſcuritatem habet;
quomō Ezechiel
ingreſſus ſit ut un
geret ciuitatem;ad
cuius prophetiam
cōminationemq́ ce= D
ciderit;niſi forte il=
lud dicamus;quod
correptio prophe=
tæ ſit unctio ciuita
tis; & unctio olei
exultationis ſacer=
dotalis & regij; qď
qui libēter recepe=
rint, & audire uo=
luerint,efficiuntur uncti domini,de quibus ſcriptū Pſal.104.b
eſt;Nolite tangere Chriſtos meos; & in prophetis
meis nolite malignari. Ille autem poteſt iuxta Ana=
gogen,ungere ciuitatem,de qua ſcriptum eſt:Glo= Pſal.86.a
rioſa dicta ſunt de te ciuitas dei:q uidit uiſionē cur
rus & myſteriorū dei,quā intuitus eſt Ezechiel ſu=
per fluuium Chobar, qui onus pondusq́ ſignifi= כְּבָר
cat. Quid enim grauius fluminibus Babylonijs,ſu=
per quæ Dauid ſedit & fleuit cū recordareť Sion? Pſal.136.a
De quibus ſcriptum eſt: Præterit enim figura hu= 1.Cor.7.f
ius mundi. Nihilq́ puto in ſeculi huius cōfuſione
eſſe perpetuum;ſed omia præterire & fluere. Quæ
qui conſiderauerit,cadet,ſuper faciem ſuam, intelli
gens quàm procul ſit à maieſtate dei; & flectet ge=
nua ad patrem in nomine Ieſu Chriſti. Cumq́ ait,
ego corruiſſem,maieſtas domini ingreſſa eſt tem=
plum per uiam portæ quæ reſpiciebat ad orientē:
ſtatimq́ me eleuauit ſpiritus;ipſe em̄ iacens perge=
re non ualebam:& introduxit me in atriū interius,
foris enim cecideram:& ecce,qui prius conſpexeram
gloriam dei Iſraęl uenientem per uiam orientalem:
uidi

HEB. tarum:& terra ſplē
debat à maieſtate eius. Et
uidi uiſionē ſecundū ſpe=
ciem quam uideram,quā=
do uenit ut diſperderet ci=
uitatem; et ſpecies ſecun=
dum aſpectum quem ui=
deram iuxta fluuiū Cho=
bar;et cecidi ſuper faciem
meam. Et maieſtas domi=
ni ingreſſa eſt templū per
uiam portæ quæ reſpicie=
bat ad orientem. Et eleua=
uit me ſpiritus,& introdu
xit me in atrium interius,
& ecce repleta erat gloria
dn̄i domus. Et audiui lo=
quentem ad me de domo;
& uir q ſtabat iuxta me,di
xit ad me:Fili hominis,lo
cus ſolij mei,& locus ueſti
giorum pedum meorum,
ubi habito in medio filio=
rum Iſraël in æternum.

SEP. multorū:et terra re=
ſplendebat quaſi fulgur à
gloria ꝑ circuitū. Et uiſio
quā uidi ſecūdum uiſionē
quā uideram, qn̄ ingredie
bar ut ungerē ciuitatē. Et
uiſio currus quā uidi ſcd̄m
uiſionē quā uiderā ſuper
fluuiū Chobar; cecidiq́ ī
faciē meā. Et gloria dn̄i in=
greſſa eſt domum per uiā
portę quę reſpiciebat oriē
tē. Et aſſumpſit me ſpūs,
& introduxit me in atriū
interius;et ecce plena glo=
ria dn̄i domus. Et ſteti, et
ecce uox de domo loquē=
tis ad me; & uir ſtabat iu=
xta me,et dixit ad me: ui=
diſti fili hoīs locū ſolij mei
& locū ueſtigij pedū meo
rū, in qbus habitabit no=
men meum in medio do=
mus Iſraël in ſempiternū.
Et non

E uidi repletam gloria dñi domum eius:& uocem ad
me de domo interiori loquentē audiui. Quæ quid
ſit locuta,ſcriptura non narrat:niſi forte illud Apo
2.Cor.12.d ſtoli:Et audiui uerba ineffabilia quæ nō licet homi
ni loqui. Vir aūt,inquit,qui ſtabat iuxta prophetā,
dixit ad eū: quem
perſpicue dñm in-
telligimus,Cui ēm
alij poterit conue-
nire quod ſequit̄:
Fili hominis,locus
ſolij mei, & locus
ueſtigiorum pedū
meorum, ubi habi
to in medio filiorū
Iſraël in æternum:
niſi illi qui habitat
in eccleſia in me-
dio filiorum Iſraël
cernentiū deum:et
habitat in perpe-
tuum, non ſecun-
dum templum Sa-
lomonis ad tēpus:
Et locus eius eſt il-
le, de quo ſcriptū
Pſal.75.a eſt: Et factus eſt in
pace locus eius, q̄
exuperat omnem
ſenſū: Et locus ue-
F ſtigiorum pedum
illius apoſtolis di-
Ibid.131.b centibus: Adore-
mus in loco ubi ſteterunt pedes eius. Et pulchre di
xit,ſteterunt:In eccleſia enim ſtant pedes dñi: in ſy-
nagoga ambulant & prætereunt. Vt autē ſciamus
hoc dici de eccleſia,iungitur: Et non polluent ultra
domus Iſraël nomē ſanctum meum: quod proprie
ad eos pertinet qui ſanctæ conuerſationis in eccle-
ſia cōmorantur. Qui ſint autē qui polluerint prius
nomen ſanctum dei,ponit manifeſtius:Ipſi & reges
eorum,tam populus,q̄ ſacerdotes,in fornicationi-
bus ſuis quibus à deo fornicati ſunt,& in ruinis re-
gum ſuorum:qui fruſtra ſibi per ſuperbiam, regiū
nomen aſſumunt. Deniq; ſequitur: Et in excelſis.
Arrogans enim mens offendit deū:humilis ad mi-
ſericordiam prouocat. Qui poſt ſuperbiā, imò per
ſuperbiam fabricati ſunt limen ſuū iuxta limen dei:
2.Timo.3.b & poſtes ſuos iuxta poſtes illius. Audiāt hæc iuxta
literam mulierculæ oneratæ peccatis, quæ circūfe-
runtur omni uento doctrinæ: ſemper diſcentes, &
nunquàm ad ſcientiam ueritatis peruenientes:mē-
tem iunctam deo,non uicinitatem eccleſiarū & ha-
bitationem proximam,dei in ſe prouocare clemen
tiam:quin potius indignationem domini commo-
ueri;quando in conſecratis deo locis, indignus ha-
bitator eſt. Fabricati ſunt,inquit, limen ſuum iuxta
limen meū:ut nihil intereſſet inter ſacrū & ꝓphanū,
& poſtes ſuos iuxta poſtes meos:ut unus laicorum

HEB. Et non polluent ultra domus Iſraël nomen ſanctum meum,ipſi & reges eorum in fornicationibus ſuis, et in ruinis regū ſuorum & in excelſis:qui fabricati ſunt limen ſuum, iuxta limen meū et poſtes ſuos iuxta poſtes meos: & murus erat inter me & eos: et polluerunt nomen ſanctum meum in abominationibus quas fecerunt: propter quod conſumpſi eos in ira mea. Nūc ergo repellāt procul fornicationem ſuam, et ruinas regum ſuorum à me, et habitabo in medio eorum a ſemper. Tū aūt fili homi-

SEP. Et nō cōtaminabūt ultra domus Iſraël nomē ſanctū meū, ipſi et duces eorum in fornicatione ſua et in homicidijs ducum in medio ſui, cum ponerēt limē meū in liminibus ſuis & poſtes meos iuxta poſtes ſuos. Et dederunt pariētē meū quaſi cōnexū inter me & ſe:et contaminauerūt nomē ſanctū meum in iniquitatibus ſuis quas faciebant. Et cōtriui eos in furore meo et in occiſiōe. Et nunc abijciant fornicationem ſuā, et homicidia ducum ſuorū à me: et habitabo in medio eorum in ſempiternū. Et tu fili hoīs oſtende

& ſacerdotum eſſet introitus. Vnde & Apoſtolus G
dicit:Probet autē ſe homo:& ſic accedat ad corpus 1.Cor.11.f
& ſanguinem dñi. Et ut grauius faceret quod dice-
bat,ſequentē iungit uerſiculum: Et murus erat in-
ter me & eos;ut ſacerdotalia ſacrificia & loca ſacra-
mentoꝝ corporis
& ſanguinis Chri-
ſti,breuiſſimus mu
rus diuideret. Et
polluerunt,inquit,
nomē ſanctū meū,
in abominationi-
bus quas fecerunt.
Quid ꝓdeſt habita
tiōis uicinia, & me
dius inter cellulam
noſtrā & altare dñi
paries: cū in his q̄
ſecreto facimus &
quæ turpe eſt etiā
dicere, cōtamineť
& polluať nomen
dñi: Ego hoc arbi-
tror,quod nō pol-
luat nomē dñi,niſi
ille qui uiſus eſt no
mini eius credere:
& ex illius cenſeri
uocabulo. Et quo-
modo tollit mēbra
Chriſti,& facit mē H
bra meretricis,qui
prius Chriſto cre-
didit:ſic ille polluit nomen dei, qui prius nominis
eius fidē ſuſceperit. Alioquin ethnicus & Iudæus
cum ſint polluti & contaminati,imò contaminatio
ipſa atq; pollutio, nomen dei polluere & contami-
nare non poſſunt:quod illi polluunt, ad quos dici-
tur:Nomen meum per uos blaſphematur in genti- Roma.2.d
bus. Propter has igitur cauſas conſumpſi eos in ira
mea: quia hæc fecere quæ diximus. Et tamē clemēs
dominus rurſum prophetæ præcipit, ut iubeat eis
procul à ſe remouere fornicationes priſtinas,& rui
nas regum ſuorum ac principum derelinquere, &
repellere non tam à ſe,q̄ à deo: & boni operis ſta-
tim præmia pollicetur dicēs: Et habitabo in medio
eorum,de quo & in euangelio dicitur: Medius in- Ioan.1.d
ter uos ſtat quem uos neſcitis,& habitabit non par
uo tempore:ut in ſynagoga,ſed in perpetuū: quod
in Chriſti eccleſia comprobatur. a ¶Tu autē fili
hominis oſtende domui Iſraël templū: & confundā
tur ab iniquitatibus ſuis:& metianť fabricā, & eru-
beſcant &c.) Non parui operis eſt,quod oculis car
nis uel mēte cōſpexeris audientibus demonſtrare:
ut & ipſi tecū uidiſſe uideantur. Quamobrē ſcribit
& Ioſephus,eos qui ad deſcribendam terram miſſi
ſunt ab Ieſu filio Naue,fuiſſe γεωμέτρας,& artē quæ
nunc philoſophorum propria eſt,habuiſſe geome-
triæ. Domui igitur Iſraël, eorum qui animo con-
ſpiciunt



A ſpiciunt deum,oſtenditur domus,hoc eſt,templum
quod Ezechiel ſitum in monte cōſpexit: & nō ſolū
in monte,ſed ſicut nūc dicitur in ſummitate mōtis:
quam nequaq; illā putemus,quæ à Salomone con-
ſtructa narrať in Regū & in Paralipomenon libris.
Illa ēm alterius or-
dinis atq; menſurę
eſt:& in ſinglis ma
gnā habēs diuerſi-
tatē: tātumq; infe-
rior tēplo qđ nūc
oſtēdiť Ezechieli:
ut nō ſolū cultores
eius & æditui, ſed
& ipſe fabricator
eius Salomon pec
cauerit, & offende
rit deū, licet poſtea
egerit pœnitentiā,
ſcribēs Prouerbia
Prou.24.d in qbus ait: Nouiſ
ſime ego egi pœni
tētiā, & reſpexi ut
eligerē diſciplinā.
Iſta aūt quæ Eze-
chieli & per Eze-
chielē domui Iſraël
oſtēdiť,talis eſt: ut
B qui eā mēte cōſpe-
xerit,ceſſet ab iniq
tatibus ſuis:nō qui
buſdā,ſed oībus:ſi
ue ut in Hebraico
cōtineť: cōfundať
& ſuſtineat tormē
tum ſuū pro omni
bus quæ fecerit. Suſtinet autē tormentū iniquitatū
ſuarum,qui ceſſat præterita facere peccata,multūq;
prodeſt ei qui ante peccauerit uidere domū dei: &
omnis fabricæ eius noſſe rationē:ut & peccare deſi
Pſal.25.b ſtat:& habēs illius deſideriū,dicat ad dñm: Dñe,di-
lexi decorē domus tuæ:& locū habitationis gloriæ
Ibid.26.b tuæ. Et iterū: Vnū petiui à dño,hoc requirā: ut in-
habitē in domo dñi omnibus diebus uitæ meæ: cū
cœpero uiuere & eſſe cū Chriſto,qui eſt uita credē
tium. Sequitur: Exitus eius & introitus, ſubaudiť,
domus. Exitus aūt eoꝝ qui egrediunť ad eos q fo-
ris ſunt:& introitus eorū qui per magiſtrorū diſci-
plinam ad interiora penetrant. Et omnē,inquit,de-
ſcriptionem eius,ſiue ſubſtantiā eius,ut Lxx.tran-
ſtulerūt,quæ nō tam ad naturā domus,q̄ ad ſupel-
lectilē pertinet atq; diuitias. Et uniuerſa præcepta,
cunctumq; ordinē,& oēs leges tēpli oſtendes eis,q
portauerunt tormentū iniquitatū ſuarum: & ceſſa-
uerunt,ſiue cōfuſi ſunt ſuper his quæ ante geſſerāt.
Idcirco autē oſtende eis, ut cuſtodiant omnia quæ
præcepta ſunt. Nihil ēm prodeſt ſcire deſcriptionē
domus & oēs diſtributiōes eius, de quibus ſcriptū
Ioan.14.a eſt: Multæ māſiones apud patrē meū. Et iterū: Sta-

HEB. nis oſtende domui Iſraël templum,et confundātur ab iniquitatibus ſuis:& metiantur fabricam, & erubeſcant ex omnibus quæ fecerunt. Figurā domus & fabricæ eius, exitus & introitus, et oēm deſcriptionē eius,et uniuerſa præcepta eius:cunctumq; ordinē, et om̄es leges eius oſtende eis: & ſcribes in oculis eorum ut cuſtodiant omnes diſtributiones eius et præcepta illius, & faciant ea. Iſta eſt lex domus in ſummitate mōtis. Omnes fines eius in circuitu, ſanctum ſanctorum erit. Hæc eſt ergo lex a domus. Iſtæ mēſuræ altāris in cubito ueriſſimo qui habebat cubitū & palmū

SEP. oſtēde domui Iſraël domum: & ceſſabūt à peccatis ſuis:et uiſionem eius, & diſpoſitionem illius: & ipſi ſuſtinebunt tormentū ſuū pro omnibus quæ fecerunt. Et deſcribes domū & præparationē eius, & exitus atq; introitus eius:et ſubſtātiā eius, & oīa præcepta illius & om̄ia legitima eius, et om̄es leges eius oſtendes illis,et deſcribes corā eis: et cuſtodient om̄es iuſtificationes & omnia præcepta mea,& facient ea: et deſcriptionem domus in uertice montis: omnes termini eius in circuitu, ſancta ſanctorum ſunt. Iſta eſt lex domus. Et hæc menſura altaris in cubito perfecto cubitus, &

tuit terminos gētium ſecundū numerum filiorum C
Iſraël,ſiue angelorū dei: niſi feceris quæ præcepta Deute.32.a
ſunt. Domus autē & lex omnium præceptorū dei,
& urbs quæ in ſummitate montis eſt cōſtituta: illa
credēda eſt,de qua ſcriptum eſt: Nō pōt ciuitas ab- Matth.5.b
ſcondi ſuper mon-
tem poſita. Et: Flu Pſal.45.a
minis impetus læ-
tificat ciuitatē dei.
Quæ perſpicue re
fertur ad eccleſiā:
& ſita eſt ī eo mon
te qui in uertice o-
mnium montium
eſt; & à quo uulne
ratus eſt princeps
Tyri:om̄esq; fines
& termini domus
huius, ſancta ſan-
ctorum ſunt. In illa
domo,hoc eſt,in ta
bernaculo quod fa
bricatus eſt Moy-
ſes:& in tēplo qđ à
Salomone conſtru
ctum eſt: interiora
tantū ubi erāt Che
rubim & propicia D
toriū & arca teſta-
menti & mēſa thy-
miamatis, appella-
bantur ſanctaſan-
ctorum. In hac aūt
domo quæ mon-
ſtrať Ezechieli, &
quæ in ſummitate
montis eſt conſtituta:omnes termini eius reputan-
tur in ſanctaſanctoꝝ. Quodq; inferť: Hæc eſt lex
domus:uel ad præterita pertinet, de quibus iam di
ctū eſt:uel ad ea quæ dicenda ſunt poſtea. a ¶Iſtæ
menſuræ altaris &c.) Scriptum eſt: Abyſſum & ſa- Eccles.1.a
pientiā quis inueſtigabit: Et: O profundū ſapiētiæ Roma.11.d
& ſciētiæ dei,cuius alta ꝓfunditas: & quis inueniet
eā: Multū eſt ſi uoluerimus tēplū Salomonis huic
templo & oēs partes eius & tabernacula cōparare.
Qđ quia difficillimū eſt:interim in præſentiaꝝ alta
re qđ Ezechieli oſtēſum eſt:altari qđ in Exodo le- Exod.83.a
gimus ex ꝑte modica cōferamus. Ibi altare qnq; cu
bitorū in lōgitudine & qnq; cubitoꝝ in latitudine,
id eſt quadrangulū:& triū cubitorū in altitudine de
ſcribiť:hic uero recedēs à ſenſibus quinq; tendit ad
unionē:in qua cubitus ꝑfectus ſiue ueriſſimus po-
nitur:cui iūgiť palmus,id eſt,παλαιστή, ſextā ut ſupra
diximus habēs partē cubiti. In ſinu aūt eius, hoc eſt
altaris,erat cubitus:q ſcilicet ea q̄ igne cōſumebanť
ſuſcipiebat,& in latitudine eius alius cubitus: ut &
interiora,hoc eſt ſecreta,& ſpacia altaris q̄ in latitu-
dine demōſtranť,uno cubito finirenť. Qđ aūt ſeq-
tur:Et definitio uſq; ad labiū eius:pro quo Aquila,
Symma

E Symmachus & Theodotio poſuerunt terminum:
Lxx. rurſum γεῖσος interpretati ſunt. Cuius uerbi
ut ante iam dixi non poſſum ſcire rationem: nec cu-
ius linguæ ſit dicere confidenter: niſi hoc admone-
re lectorẽ: quod ubi nũc definitionẽ interpretatus
ſum, ſupra coronã
tráſtulerim. Illudq;
breuiter demõſtra-
tur, quod in circui-
tu ipſius altaris, id
eſt, in margine &
circulo repandum
fuerit labiũ, & qua-
ſi corona in modũ
lilij: habẽs in aſpe-
ctu plurimam ue-
nuſtatem. Quæ de-
finitio ſiue giſus ꝑ
circuitũ palmi uni-
us ſiue παλαιστῆς la-
titudine tendebat.
Fouea autem alta-
ris ſiue profundũ
& altitudo: ꝓ qua
in Hebraico poni-
tur חֵיק, de ſinu ter-
ræ uſq; ad crepidi-
F nem nouiſſimam,
uel uſq; ad ꝓpicia-
toriũ maximũ, du-
obus cubitis erat:
& latitudo eius cu-
biti unius. Inferio-
ra enim & profun-
da & terrę cohærẽ-
tia, duali numero, qui & in immũdis animalibus po-
ſitus eſt continentur: ſuperiora autem & ad crepi-
dinem ſiue propiciatoriũ peruenientia, quod The-
odotio ipſo Hebraico nomine appellauit עֲזָרָה,
unius cubiti habẽt latitudinem, ut dualis numerus
tranſeat ad ſolitarium: & bonum nuptiarum, quod
inferius eſt, ad unionis perueniat beatitudinem.
Quodq; ſequit: Et à crepidine minori uſq; ad cre-
pidinem maiorem quatuor cubitorum, & latitudo
unius cubiti, pro quo in Lxx. poſitum eſt: Et à pro-
piciatorio minori uſq; ad propiciatorium maius: et
Theodotio in utroq; azara tranſtulit: illud eſt intel-
ligendum, quod propiciatoriũ minus, lapis ſit exci-
Dani. 2. d ſus de monte ſine manibus: & propiciatorium ma-
ius, ipſe lapis qui creuit in montem magnum & im-
pleuit uniuerſum orbem. Siue iuxta alterũ ſenſum,
propiciatorium minus eſt, quãdo exinaniuit ſe for-
Philip. 2. b mam ſerui accipiens: & propiciatorium maius, qñ
Ioan. 17. a recepit gloriam quam habuit apud patrem anteq;
mundus fieret. Prius enim Chriſti humiliora co-
gnoſcimus, & ſic ad diuinitatis eius altitudinẽ per-
uenimus: & tamen utriuſq; naturæ propiciatoriũ,
hoc eſt minoris atq; maioris, ad unius altaris perti-
net ſacramentum. Inter duo autẽ propiciatoria mi-
nus atq; maius: quatuor erant cubita, quatuor mũ- G
di elementa ſignantia: quæ & ipſa perueniunt ad
unius cubiti altitudinem. Et hoc animaduertẽdum
quod in menſura altaris primus cubitus in latitudi-
ne nulli copulatur, ſed ſua unione perfectus eſt: ſe-
cundus autẽ latitu-
dinis cubitus, poſt
duos cubitos cre-
ſcit ad ſummũ, &
tertius cubitꝰ poſt
propiciatoriũ mi-
nus & maius ꝑ qua-
tuor elementa ad
unius cubiti myſte-
riũ tendit: ut unus
& alter & tertius
cubitus ĩ altare do-
mini, nequaq; pri-
mus, ſecũdus, et ter-
tius: ſed unus, &
unus, & unus eſſe
dicatur. Ipſe autem
ariel quatuor cubi-
torum erat, & ab
ariel uſq; ſurſũ cor-
nua quatuor: ſiue
ut in Lxx. dicitur,
ab ariel uſq; ad ſu- H
periora cornuũ cu- אֲרִיאֵל
bitus unus. Ariel
ut pleriq; æſtimãt
interpretatur lux
mea deus. De quo
& in Eſaia prophe-
ta, ubi ſcriptũ eſt:
Væ tibi ciuitas Ariel quã expugnauit Dauid ſiue Eſa. 29. a
circũdedit, plenius diximus. Vt autẽ ego arbitror,
leo uel fortis dei: quod nomen refertur proprie ad
altare, in quo uel illuminatio dei eſt, uel leo & forti-
tudo eius, dicente Iacob ad Iudã: Catulus leonis Iu- Gene. 49. b
da: ad prædã fili mi aſcẽdiſti: requieſcens accubuiſti
ut leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eũ? Cubitorũ
autem quatuor eſt & cornua habet quatuor: ſiue ſu-
periora quatuor cornuũ uno cubito finiuntur, ut
euangeliorum menſura & in totũ orbem fortitudo
diſcurrens: ſub illuminatione dei & leonis fortitu-
dine demonſtretur, ad unumq; cubitũ perueniant
diuinæ cõfeſſionis. Et ut paulatim obſcuritas præ-
ſentis loci manifeſtior fiat, Sequitur: Et Ariel duo-
decim cubitorꝫ in longitudine, per duodecim cubi-
tos latitudinis, quadrãgulũ æquis lateribus. Quod
nemo dubitat ad duodecim tribus pertinere, quæ
in Ioãnis Apocalypſi ſcriptæ ſunt & ad apoſtolorꝫ Apoc. 7. a
numerũ: de cuius ſacramento ſupra dixiſſe me me-
mini. Per quatuor aũt latera mundi, duodeni cubiti
ſimul efficiunt quadragintaocto cubitos ſacerdota-
lium ciuitatum: ut iſtis quaſi fundamentis in toto
orbe diuiſis, eccleſiæ fortitudo ſolidetur. Porrò cre-
pido pro qua Lxx. propiciatorium: Theodotio ut
ſupra

HEB. (ſiue παλαιστῶν,) ĩ ſinu
eius erat cubitus: & cubi-
tus in latitudine: & defini-
tio uſq; ad labiũ eius in cir-
cuitu palmi unius. Hæc
quoq; erat foſſa altaris. Et
de ſinu terrę uſq; ad crepi-
dinẽ nouiſſimã duo cubi-
ti, et latitudo cubiti unius:
& à crepidine minori uſq;
ad crepidinẽ maiorẽ qua-
tuor cubiti: et latitudo uni-
us cubiti. Ipſe autem ariel
quatuor cubitorum, et ab
ariel uſq; ſurſum cornua
quatuor. Et ariel duodecĩ
cubitorum in lõgitudine,
per duodecim cubitos la-
uena ſum ego & peregrinus ſicut omnes patres
mei. Hæ ſunt ueræ ſolẽnitates dei, quas cõſequen-
tius quis Pẽtateuchũ diſſerẽs interpretabitur. Pri-
ma uirtus eſt ſacerdotis, non tantũ docere quæ no
uerit, ſed omnes dei feſtiuitates cuſtodire, ut poſſit
alijs cuſtodiẽda præcipere quæ & ipſe obſeruaue-
rit. Sacerdotũ aũt officiũ eſſe legis habere noticiã,
Malach.2.b & in Malachia diſcimus, qui ait: Labia ſacerdotis
cuſtodient ſcientiã, & legem requirẽt ex ore eius:
quia angelus domini exercituũ eſt. a ¶Et ſabba-
ta mea ſanctificabunt, & ad mortuum &c.) Adhuc
ſacerdotibus præcipitur. In quibus obſeruandum,
quod nõ dixerit abſolute: & ſabbata ſanctificabũt:

uel iuxta Eſaiã: Neomenias & ſabbata ueſtra odit G
anima mea, ſed cum diſtinctione ſabbata mea. Vn- Eſa.1.d
de & in euangelio ſcriptum eſt: Sacerdotes in tem Matth.12.a
plo ſabbatum uiolant & abſq; culpa ſunt: non ſab-
batum dei, ſed ſabbatum literæ, ſabbatum Iudæo-
rum: quod recte uiolant
qui ſunt genus electũ, re
gale, ſacerdotale. Porrò
ſabbatum quod ſanctifi
catum eſt: illud intelliga
mus quod & Apoſtolus
docet relictũ eſſe popu-
lo dei, de quo dicitur: Si Pſal.94.b
intrabũt in requiẽ meã:
quod Hebraice ſabbatũ
nominatur. Sanctificat
aũt ſabbatũ dei, qui non
portat onus peccati in
ſabbato: nec dicit: Sicut Ibi.37.a
onus graue grauatæ ſũt
ſuper me. Qui talis eſt,
nõ colligit ligna in ſabba
to: nec ſuperædificat fun 1.Cor.3.c
damento Ieſu Chriſti, li-
gna, fœnum, ſtipulã: nec
accendit ignẽ qui inuti-
lem conſumat materiã, & die ſabbati in uno perma
net loco: nec foras egreditur, ſed quaſi columna in
tẽplo dei poſitus permanet, ſuper quo Ioannes ſcri H
bit in Apocalypſi: Qui uicerit, faciam illum colum Apoc.3.a
nam in templo dei mei, & foras nõ egredietur am-
plius. Quodq; ſequitur: Et ad mortuũ hominẽ non
ingrediẽtur ne polluãtur: proprie ſacerdotalis offi
cij eſt, morticina nõ tangere, ut qui pro aliorũ ui-
tijs deprecatur, ipſe ad altare mundus accedat. De
quibus mortuis & ſaluator loquitur in euangelio:
Dimitte mortuos ut ſepeliãt mortuos ſuos. Iſti cõ Matth.8.c
taminãtur in patre mortuo, quãdo relinquũt crea-
torem ſuum: & in matre mortua, de eccleſia recedẽ
tes: in filio quoq; & filia, quod aliud ad cogitatio-
nes, aliud ad opera pertinet, quod ſignificantius
Græce dicitur: τὰ νοητὰ καὶ αἰσθητά. Fratrem quoq;
& ſororem, qui eodẽ renatus eſt ſpiritu, ſi putaue-
rit mortuũ, cõtaminatur in eo: ita duntaxat ſi ſoror
uirgo permanſerit: nec ullius uiri fuerit maculata
cõplexu. Ex quibus intelligimus priuilegiũ uirgi-
nale, quod cuiuſlibet uiri cõtactus, perfectam auſe
rat puritatem, quæ utrum recte, perperàm ne dicta
ſint: lectoris arbitrio relinquamus. Naturæ quoq;
ſuper hoc probaẽ affectus, ut ordine charitatis, iu-
xta quod ſcriptũ eſt: Ordinate in me charitatẽ: poſt Cant.2.a
rerũ parentẽ deum, carnis quoq; pater diligatur &
mater: filius & filia: frater & ſoror: ita dũtaxat ſi de
domo nõ exierit, nec in alterius tranſierit poteſta-
tem. Poſtq; aũt ſacerdos fuerit emundatus purifica
tionis ordine quę in Moſaica lege cõſcripta eſt: ſe-
ptẽ dies numerabuntur ei, uel perfectus numerus
pœnitudinis, uel poſt cõſummationẽ mũdi, quan-
do ad ueram trãſimus ogdoadem, ut introẽat ſan-
cta ſan

a ſolennitatibus meis cuſtodient. Et ſabbâta
mea ſanctificabunt, & ad mortuum homi-
nem non ingredientur ne polluantur (pro
quo Lxx. tranſtulerunt, & ſuper animam ho
minis non ingredientur ne polluantur) niſi
ad patrem, inquit, & matrem: filium & filiã:
fratrem & ſororem quæ uirum non habuit,
contaminabuntur. Et poſtquàm fuerit mun-
datus ſeptem dies numerabuntur ei, & in
die introitus ſui in ſanctuarium & ad atrium
interius ut miniſtret mihi in ſanctuario: of-
feret pro peccato ſuo domino deo (ſiue offe-
ret placationem.) Non erit autem eis hære-
ditas; ego hæreditas eorum: & poſſeſſiones
non dabitis eis in Iſraël: ego poſſeſſio eorum.
Victimam



A cta ſanctorum: hoc eſt enim interius atriũ, & poſ-
ſit miniſtrare in ſanctuario: & ſemper offerre pro
peccato conſcientiæ uictimã: nec ullum tempus ſit
quo non recordetur maculatũ ſe fuiſſe ſuper patre
& matre, filio & filia, fratre & ſorore. Multa quip-
pe facere cõpellimur in
ſeculi huius anguſtijs cõ
ſtituti: uel cõditione car
nis uel fragilitate natu-
ræ. Qui aũt talis extite-
rit, ut miniſtret in ſan-
ctuario, & atrium ingre
diaẽ interius, & offerat
ſemp deo ſacrificiũ, ita ut
uerus ſacerdos ſit, imò
imitator eius, de quo ſcri
Pſal.109.a ptum eſt: Tu es ſacerdos
in æternũ ſecũdũ ordinẽ
Melchiſedech: iſte nullã
habebit hæreditatẽ, niſi
deum qui eſt hæreditas
eius: nec accipiet poſſeſ-
ſionẽ in Iſraël, hoc eſt in-
ter uulgus ignobile, ſed
ſacerdotalem, ut dicat de
eo dñs: Ego ſum hæredi
tas & ego poſſeſſio eorũ.
Quem cum inuenerint, loquẽtur ac dicent: Tene-
bo eum & non dimittã illum, & pſallent cum pro-
Pſal.72.d pheta: Pars mea dominus. a ¶Victimam & pro
B peccato & pro delicto ſiue pro ignorãtia ipſi come
dent &c.) Pro uictima & ſacrificio, quod Hebraice
dicitur מִנְחָה: Aquila & Symmachus interpretati
ſunt, donũ. Rurſum pro uoto quod Lxx. ἀφόρισμα,
hoc eſt ſeparationẽ tranſtulerũt: Aquila & Symma
chus & Theodotio ἀνάθημα interpretati ſunt, quod
Hebraice diciẽ חֵרֶם. Et cõſiderandũ quod omnia
quæ nunc per prophetam dominus loquitur: per
Moyſen ante iam dixerit. Quærendumq; cur eadẽ
quæ dicta ſunt repetat: Vt uidelicet quæ in mẽti-
bus hominum ſunt uel legendi negligẽtia, uel au-
diendi contemptu & obliuione deleta, uiua uoce
innouẽtur: quæ nõ ſit ſcripta calamo & atramẽto,
ſed ſpiritu & uerbo dei. Vnde & ſaluator nullum
uolumẽ doctrinæ ſuæ proprium dereliquit, quod
in pleriſq; apocryphorum delyramenta cõfingunt:
ſed patris & ſuo ſpiritu quotidie loquitur in cor-
de credentiũ. Et hæc erit reſponſio aduerſum eos
qui calumniãtur prophetas, cur quæ in Pentateu-
cho continentur, in ſuis uoluminibus replicent.
Victimam igitur & pro peccato & pro delicto ſi-
ue ignorantia comedent ſacerdotes, de quibus ſcri
Oſee.4.b ptum eſt: Peccata populi mei comedent. Nec tan-
tum gaudendum eſt ad oblationem munerũ: quan
tum timendum ad honoris condemnationem, ſi eo
abutamur indigne. Primitiua iuxta literam ſunt
animantium & inanimantium quæ prima naſcun-
tur & quæ primum terra gignit. Primitiæ quoq;
ciborum noſtrorum ſacerdotibus offeruntur, ut

nihil guſtemus nouarũ frugum, niſi ſacerdos ante C
guſtauerit. Hoc autem facimus, ut reponat ſacer-
dos benedictionem & oblationem noſtram in do-
mo ſua: ſiue ut ad imprecationem ſuam, dominus
benedicat domibus noſtris. Grandis dignitas ſa-
cerdotũ: ſed grandis rui
na eorum ſi peccant. Læ
temur ad aſcẽſum, ſed ti-
meamus ad lapſum. Nõ
eſt tãti gaudij excelſa te-
nuiſſe, quãti mœroris de
ſublimioribus corruiſ-
ſe. Neq; enim ſolum pro
noſtris delictis redde-
mus rationem: ſed pro
omniũ quorũ abutimur
donis, & nequaq; ſumus
de eorum ſalute ſoliciti.
b ¶Omne morticinum
& captũ à beſtia, de aui-
bus & de pecoribus: nõ
come. &c.) Et iuxta lite-
ram, omni generi electo,
regali & ſacerdotali, qđ
proprie ad Chriſtianos
refertur, qui uncti ſunt
oleo ſpirituali, de quo
ſcriptum eſt: Vnxit te deus, deus tuus oleo exulta Pſal.44.b
tionis præ participibus tuis: hæc præcepta conue-
niunt, ut morticinum non comedat tam de auibus
quàm de pecoribus, cuius nequaq; ſanguis effuſus D
eſt, quod in Actibus apoſtolorum dicitur ſuffoca- Act.15.d
tum: & quæ neceſſario obſeruanda, apoſtolorũ de
Hieruſalem epiſtola monet: & captũ à beſtia, quia
& ipſum ſimiliter ſuffocatum eſt: & condemnat ſa-
cerdotes qui in turdis, ficedulis, gliribus & cæteris
huiuſcemodi hæc auiditate gulæ non cuſtodiunt.
Poſſumus autem iuxta Anagogen morticinũ di-
cere, in quo animæ ſanguis emortuus eſt, & imita-
tur Nabal Carmelium, qui interpretatur ſtultus: 1.Reg.25.f
& audita ira Dauid pauore contremuit, & mortuũ
eſt cor eius in eo. Captus autem à beſtijs, quarũ ne
morſibus lanietur, propheta ſuſpirat dicẽs: Ne tra Pſal.73.d
das beſtijs animam confitentem tibi: ille dicendus
eſt qui aduerſarij leonis morſibus deuoratur: &
pardi qui nõ mutat uarietatem ſuam, & urſæ quæ
raptis ſæuit catulis, & luporũ Arabiæ & reliqua-
rum beſtiarum: quas in uarietate dæmonum acci-
pimus. Aues autem illas eſſe dicimus, quæ ponũt
in cœlum os ſuũ: & illa pecora, quæ prona in ter-
ramq; uergentia, uentri tantum & his quæ ſub uen
tre ſunt ſeruiunt.

Cap. XLV.

CVmq; cœperitis terram diuidere in poſſeſſio
nem: ſeparate primitias domino ſanctificatũ
de terra longitudinis uigin. &c.) Poſt ceremonias
ſacerdotum, cultumq; eorũ & cibum: quæ debeant
ſumere, quæ uitare: nunc terræ ſanctæ facit deſcri-
ptionẽ, & anteq; omnem in tribus diuidat, de cun-
ctis tribubus iubet eligi locum, qui in lõgitudine
habeat

a Victimâm & pro peccato & pro delicto (ſiue
pro ignorantia) ipſi comedent: & omne uo-
tum (ſiue ſeparatio) in Iſraël ipſorum erit. Et
primitiua omnium primogenitorũ & omnia
libamenta ex omnibus quæ offeruntur, ſa-
cerdotum erunt, & primitiua ciborum ueſtro
rum dabitis ſacerdoti, ut reponat benedictio-
nem domui ſuæ (ſiue ut ponat benedictiones
b ſuper domos ueſtras.) Omnẽ morticinum &
captum à beſtia de auibus, & de pecoribus:
non comedent ſacerdotes. Cap. XLV.
c CVmq; cœpẽritis terram diuidere in poſ-
ſeſſionem, ſeparate primitias domino
ſanctificatum de terra longitudinis uiginti-
quinq; milia, & latitudinis decẽ milia: ſanctifi
catũ erit in omni termino eius per circuitum.
Et erit

E habeat uigintiquinqꝫ milia,& in latitudine decem milia.Et quia nō eſt poſitū cubitorū ſiue pedū aut ulnarū:ſubintelligi datur ſignificare calamum qui erat in manu uiri,& habebat menſuræ ſex cubitos & ſextā partem unius cubiti:id eſt παλαιςῶ.Diligēs ſupputet lector quot calami mille paſſus faciāt, & quàm multa milia in lōgitudine fuerint & latitudine.Poſt quā deſcriptionē, rurſus præcipit ut de ſanctificata terra quæ electa eſt ex omnibus tribubus Iſraël:id eſt uigintiquinqꝫ miliū calamorū in longitudine,& decē miliū in latitudine: eligat̄ ad ædificandū ſanctuariū,id eſt,templū domini,alia intrinſecus terra,quingētorū calamorum per circuitū:hoc eſt duûm miliū.Et ne forſitan ædificio tēpli ædes aliæ iūgerētur:præcipit ut quinquaginta cubitis per circuitū terra ſit uacua in ſuburbana:uel ut Symmachus & Theodo F tio & Lxx. trāſtulerunt in terminū & ſeparationē & ſpaciū.Hac deſcriptione finita:alia ex integro ſeparādæ ſanctificationis mēſura præcipit̄, ut uigintiquinqꝫ miliū calamorū in lōgitudine, & latitudine decē miliū, poſt ſuperiorē menſurā terra alia metiatur:in qua nequaqꝫ ſit tēplū:id eſt ſanctū,ſed ſanctum ſanctumqꝫ ſanctorū,& habitēt in ea ſacerdotes,qui accedūt ad miniſteriū dn̄i.Habitēt aūt eo tēpore,quādo ſacerdotali funguntur officio,& ſit ipſa ut diximus poſſeſſio uigintiqnqꝫ milium calamorū in longitudine,& decem milium in latitudine.Porrò leuitæ qui ſacerdotibus ſeruiunt & habēt propria miniſteria,accipient locum ad ædificanda uiginti gazophylacia:iuxta Aquilā, exedras:iuxta Symmachum,thalamos:iuxta Theodotionē,gazeras:ſiue ut Lxx.trāſtulerūt ciuitatē. Per quod intelligimus,ſeparatum quendā locum ad habitationē leuitarū,urbis uocabulo nūcupari: qui locus quinqꝫ milia habeat calamorū in latitudine,& uigintiquinqꝫ milia in lōgitudine.Hæc autē omnia:id eſt ſanctuariū & alterum ſanctuariū,ſanctumqꝫ ſanctorum,& habitacula ſacerdotum,& domus leuitarum qui miniſtrant ſacerdotibus,appellantur loca ſeparata & conſecrata in miniſteriū & in ſanctificationem domui Iſraël.Poſt quadrupli-

Et erit ex hoc ſanctificatum,quingentos per quingētos quadrifariā per circuitum,& quinquaginta cubitis ſuburbana eius per gyrum. Et à menſura iſta menſurabis longitudinē uigintiquinqꝫ milium,& latitudinē decem milium,& in ipſo erit templū(ſiue ſanctificatio) ſanctumqꝫ ſanctorū,Sanctificatum de terra, erit ſacerdotibus miniſtris ſanctuarij qui accedunt ad miniſterium domini:& erit eis locus in domos,& in ſanctuariū ſanctitatis.Viginti quinqꝫ milia lōgitudinis,& decem milia latitudinis.Leuitæ autem qui miniſtrāt domui: ipſi poſſidebunt uiginti gazophylacia (pro quibus Lxx.tranſtulerunt:ipſi tenebunt ciuitatem ut habitent.) Et poſſeſſionem ciuitatis dabitis quinqꝫ milibus latitudinis,& longitudinis uigintiquinqꝫ milibus,ſecundū ſeparationem ſanctuarij omni domui Iſraël.Principi quoqꝫ hinc & inde de ſeparatione(uel primitijs) ſanctuarij in poſſeſſionē ciuitatis cōtra faciem ſeparationis ſanctuarij,& contra faciē poſſeſſionis urbis à latere maris uſqꝫ ad mare,& à latere oriētis uſqꝫ ad orientē,longitudinis autem iuxta unamquāqꝫ partem à termino occidentali uſqꝫ ad terminum orientalem, terræ

G cem terræ ſanctæ deſcriptionē:ponitur quinta diuiſio.Princeps ſiue dux populi accipiat hinc & inde:hoc eſt ex utraqꝫ parte ſanctuarij in poſſeſſionē ſuā,& in urbe uerſetur:reſpiciatqꝫ eius poſſeſſio ad ſeparatū tēplo locum & faciem urbis:ſitqꝫ à latere maris:hoc eſt ab occidente uſqꝫ ad alterum latus maris:latitudinē habēs, quam inferius in deſcriptione tribuum ſingularum propheta deſcribit. Deniqꝫ ſequitur:In lōgitudine aūt iuxta unamquāqꝫ partē quam ſingulæ tribus accipiūt,à termino occidentali,id eſt maris,uſqꝫ ad terminum orientalē:qui ubi finiat̄, in tribuū deſcriptiōe noſcemus.Et hæc erit poſſeſſio ducis ſiue principis in terra Iſraël. Hæc interim dicta ſint,ut ſimplex hiſtoriæ ſermo noſcatur.Cæterū ſi uoluerimus cōparare ſpiritualibus ſpiritualia,& iuxta quoſdā interpretes ad altiora cōſcēdere,qui aſſerunt figuram futurorū eſſe præſentia,& omnia H quæ dicuntur pertinere ad cœleſtem Hieruſalē, quæ eſt mater omnium noſtrū & eccleſiā primitiuorū:nō quidē difficile erit dicere quæ dicta ſunt ab alijs:ſed ueremur ne huiuſmodi expoſitionē prudēs lector nequaqꝫ recipiat.Vnde ad præſens tēpus & ad eccleſiā ꝙ nūc laborat in mundo & ad cœleſtia ire feſtinat referenda ſunt omnia, ut de uniuerſo mundo eligātur:alij in poſſeſſionē dei qui ſanctum poſſideāt:alij qui ad maiora profecerint teneāt ſancta ſanctorum.In miniſtris quoqꝫ ordo diuerſus eſt ſacerdotum & leuitarū:quorum alij orationibus ſuis atqꝫ uirtutibus quotidie ſacrificia offerunt deo:alij in ſecundo & minori gradu ſunt ut eis miniſtrēt,& per eos qui ad uirtutū culmina cōſcenderūt,& ad extremū ſit dux ſiue princeps,qui tantū poſſit:ut contra unā tribum poſſeſſionem accipiat:uniuſqꝫ meritum cōpenſet merita plurimorū,& primū dum uerſat̄ in ſeculo,de mari uſqꝫ ad mare latitudinē poſſideat:deinde ab occidēte ſiue à mari uſqꝫ ad orientē:ut præſentia derelinquēs ad futura feſtinet,& habeat certā poſſeſſionē ſuā,& nequaqꝫ principes aliena deſiderent,& unaquæqꝫ tribus ſuā partē teneat:Quod ꝓprie ad epiſcopos & presbyteros referri poteſt:quibus dicit̄: ut non



A ut non uaſtent atqꝫ depopulētur ultra populū dei: nec terrā Iſraël hæreditate poſſideāt:ſed unuſquiſqꝫ habeat poſſeſſionē ſuā quæ gradui illius conſtituta eſt.Vigintiquinqꝫ aūt milia referunt̄ ad ſenſus,quę quater poſita ſunt.Porrò decē milia ad perfectā ſcientiam ; ut in altero ſimplex tantū teneatur hiſtoria:in altero etiā de theologia & ſupernis uirtutibus diſputet̄ : quia decenarius pfectus eſt numerus.Illud quoqꝫ cōſiderādū,ꝙ ſacerdotes ꝗ in maiori gradu ſunt cōſtituti, uigintiquinqꝫ milia poſſideāt in lōgitudine,& decē milia in latitudine. Leuitæ aūt,id eſt,inferior gradus, eundē quidē numerum habeat in lōgitudine,hoc eſt,uigintiquinqꝫ milia:ſed latitudo ipſoꝝ quinario numero finiat̄.Vnde & uiginti tantū tenent gazophylacia: in quo numero offerunt̄ munera Eſau.Princeps uero qui uere princeps in populo eſt,& meret̄ ducis nomē accipere,hinc inde accipit poſſeſſionē ſanctuarij: ex omnibus uidelicet qui ei uolūtate ſubiecti ſunt: & urbis habitator eſt:multorumqꝫ ſalutē,ſuā mercedem facit.In priori tēplo,quod dicit̄ ſanctuariū, quingēti per ſingula latera calami deſcribuntur,& rurſum quinquaginta cubiti,quibus omnis ſacerdotū poſſeſſio ſeparat̄.In ſecūdo aūt ſanctuario, ubi ſunt ſan B cta ſanctorum,latitudo templi & ſpaciū nō deſcribitur,ſed incertus numerus eſt. Quod quidem & in poſſeſſione principis inuenimus, qui abſqꝫ ullo numero habet poſſeſſionē in populo Iſraël, dū profectus uniuerſoꝝ redundat ad principē: & diſcipulorum ſalus,præmiū magiſtroꝝ eſt. a ¶ Hæc dicit dn̄s &c.iniquitatē et rapinas &c.)Pro rapinis Lxx. miſeriā tranſtulerunt:pro cōfinijs,oppreſſionē.Eſt aūt ſenſus.Quia accepiſtis partē ueſtrā ò principes ſcriptura dicente:Principi quoqꝫ hinc inde in ſeparationem ſanctuarij poſſeſſionē ciuitatis, ſubaudit̄

terræ erit ei poſſeſſio in Iſraël: & non populabuntur(ſiue uaſtabunt)ultra principes populum meum: et terram dabunt domui Iſ a raël ſecundū tribus eorum. Hæc dicit dominus deus;Sufficiat uobis principes Iſraël: iniquitatem & rapinas intermittite ; & iudiciū & iuſticiam facite ; ſeparate confinia ueſtra à populo meo,ait dominus deus.

C dabitis:& tāta eſt ueſtra potētia,ut unius tribus partem acceperit ueſtra poſſeſſio:idcirco pręcipio atqꝫ cōmoneo,ut ſufficiat hucuſqꝫ iniquitatem feciſſe & rapinas,dum aliena inuaditis atqꝫ diripitis.Et quia ſcriptum eſt:Dimitte ma Pſal.43.c lū,& fac bonū:ecōtrario, iudicium facite atqꝫ iuſticiā,iudicantes pupillo & Eſa.1.c iuſtificātes uiduā: ſeparate ueſtra cōfinia à populo meo: ne uidelicet terminos trāsferatis.Et ꝗa ipſa uicinia lædit humiliorē, qui ſuperciliū maioris & potētioris nō poteſt ſuſtinere. Hoc interim dictū ſit ad illius tēporis populū. Cæterū & noſtris principibus præceptū poterit coaptari , qui in morem Pharaonis & Aegyptioꝝ opprimūt filios Iſraël per potentiā:nec meminerunt ſcriptū ; Ducē Eccli.32.a te cōſtituerunt,ne eleueris: ſed eſto inter eos quaſi unus ex ipſis.Et illud qđ in euāgelio κτ λȣκαν dn̄s loquit̄:Si aūt dixerit ſeruus ille in corde ſuo,morat̄ Luc.12.f dn̄s meus uenire,& cœperit percutere ſeruos & ancillas,comedere & bibere , & inebriari ; ueniet dn̄s ſerui illius in die qua nō putat,& hora qua neſcit,& diuidet eū,& partē eius ponet cū infidelibus.Diſcipulos quoqꝫ ſuos in euāgelio ſecundū Matthæum Matt.20.d D his præceptis erudit: Scitis qm̄ principes gentium dominant̄ eoꝝ:& qui maiores ſunt, poteſtatē exercent in eos.Nō ſic erit inter uos:ſed qui uoluerit in uobis magnus eſſe, fiat miniſter ; & ꝗ uoluerit eſſe primus,ſit omniū ſeruus:ſicut filius hominis nō uenit miniſtrari,ſed miniſtrare:& dare animā ſuā redēptionē ꝓ pluribus. Multa ſunt ſi uoluero de ſacris ſcripturis reuoluere:ubi maioꝝ ſuperbia coërcet̄, & ad humilitatē oēs dn̄i ꝓuocant̄ dicētis ; Diſcite à Matth.11.d me,quia mitis ſum & humilis corde.

Cōmētarij decimitertij in Ezechielē ꝓphetā finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVMDECIMVM Commentariorum Ezechielis ad Euſtochium procemium.

QVod in principio templi Ezechielis debui dicere,nunc præpoſtero ordine in fine dicturus ſum,illius uerſiculi memor:Hic labor,ille domus & inextricabilis error. De quo & in alio loco idē poëta decantat:Vt quondā Creta fertur labyrinthus in alta Parietibus textū cæcis iter,ancipitemqꝫ Mille uijs habuiſſe dolū:qua ſigna ſequēdi Falleret indeprenſus & irremeabilis error.Ita & ego iſtarū ſcripturarū ingreſſus oceanū & myſteriorū dei,ut ſic loquar labyrinthū,de quo ſcriptū eſt:Poſuit tenebras latibulum ſuū, et nubes in circuitu eius:perfectā quidē ſcientiā ueritatis mihi uendicare nō audeo, ſed noſſe cupientibus aliqua doctrinæ indicia præbuiſſe,non meis uiribus,ſed Chriſti miſericordia:qui errātibus nobis ipſe dolos tecti ambageſqꝫ reſoluit:cæca regens ſpū ſancto ueſtigia:quē ſequentes,ad portū explanationum prophetæ Ezechielis peruenire poterimus:in quē extremus,id eſt,quartus decimus liber eſt.Quē ſi orante te uirgo Chriſti Euſtochium ad finē uſqꝫ perduxero,& dn̄s uitæ huius cōceſſerit ſpaciū,tranſibo ad Hieremiā,qui unus nobis remanet prophetarū:cuius interpretatio,mei quidem laboris & tuarum orationum,ſed proprie Chriſti erit clementiæ.

E COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetā liber decimusquartus.

a STathēra iuſta & ephi iuſtum & batus iuſtus erit uobis. Ephi & batus æqualis, et unius mēſuræ erūt: ut capiat decimā partē cori batus, et decimam partē cori ephi; iuxta menſurā cori erit ęqua libratio eorū. Siclus autem uiginti obolos habet. Porrò uiginti ſicli & uigintiquinq; ſicli, et q̄ndecim ſicli, minā b faciunt. Et hæ ſūnt primitiæ quas tolletis; ſextā partem ephi de coro frumenti; & ſextam partem ephi de coro hordei. Menſura quoq; olei; batus olei, decima pars cori eſt, et decem bati corum faciūt; quia decem bati implent corum.

STathera iuſta & menſura iuſta & chœnix iuſtus erit uobis ad menſuram; & chœnix ſimiliter unus erit ad accipiēdum. Decima pars gomor chœnix, & decima pars gomor ephi. Gomor erit æquum ad pondus uiginti oboli. Viginti ſicli; quinq; & uiginti ſicli, & quindecim ſicli, mina erit uobis. Et hæ ſunt primitiæ quas ſeparabitis. Sextam partem mēſuræ de gomor tritici, et ſextam partem ephi de coro hordei, et præceptum olei cotylem, id eſt, cyathum, olei decem cotyles; quia decē cotyles ſunt gomor.

STathera iuſta &c.) Hic locus iuxta Lxx. nō cohæret, & penitus intelligi nō poteſt dū nō ſolū numeros menſurarū, ſed etiā noīa cōmutarūt. Pro ephi eñ interpretati ſūt menſurā, generale nomē pro ſpeciali; & pro bato chœnicā; p homer quoq; Hebraico qui Gręce dicit̃ κόρος, trāſtulerunt gomor; rurſum pro bato chœnica. Dicamus ergo iuxta Hebraicū & literam; & quid nobis uideatur, in ſingulis aptius explicemus. Stathera quæ hebraice dicit̃ mozene מֹאזְנֵי, in his intelligit̃ quæ appendunt̃. Epha aūt quæ in Græco ſermone corrupte F dicit̃ οἶφι, ad menſurā pertinet uariarū frugū. Verbi gratia; tritici, hordei, leguminū. Porrò batus, q Hebraice appellabat̃ bath, בַּת, eadē mēſura eſt quę & ephi; & in ſpeciebus tantū liquidis, uini & olei, & iſtiuſmodi. Corus triginta habet modios; & in utraq; mēſura, hoc eſt, tā aridarū q̄ liquentiū tenet principium. Decima pars cori in his quæ modio menſurant̃, appellatur epha, id eſt, tres modij, & decima pars cori in ſpeciebus liquidis, uocatur batus ſiue uadus; ut eiuſdem mēſuræ ſit epha & batus. Porrò ſiclus qui Græce dicit̃ σατὴς, uiginti habet obolos. Mina uero quæ appellat̃ mna, habet ſiclos ſexaginta; qui faciūt obolos mille ducentos. Quod aūt dicit̃, uiginti ſicli & uigintiquinque ſicli, & quindecim ſicli minam faciunt; lectorem turbare non debet. Idcirco enim difficultas in nūeris ponit̃, ut intentū animū faciat Luc. 8. d auditoris. Vnde & multa dicuntur in parabolis & ænigmatibus; ut qui habet aures audiendi, audiat. Omniſq; pphetia in obſcuritate cōtinet ueritatē, ut diſcipuli intrinſecus audiant; uulgus ignobile & foris poſitū, neſciat quid dicat̃. Præcipit ergo ſcriptura diuina, ut iuſta ſint pōdera, dicēs: Nō erit in marſupio tuo mēſura grādis & minor; ſtathera uera & iuſta erit uobis, & menſura uera & iuſta erit uobis. Leui. 19. g Et in Prouerbijs dicitur: Stathera grādis & minor, abominabile eſt utrunq; in cōſpectu dei. Prouer. 11. a Qd' quidē nō ſolū in cōmercijs & in uſu quotidianæ uitæ nobis eſt obſeruandū, ſed in oībus cuſtodiēda iuſticia, G dicēte ſcriptura: Sermonibus tuis facies ſtatherā & appēdiculū: Eccli. 28. d ut & in uerbis & in opere & cogitationibus, oīa pōdere & ratione faciamus. Obolū autē, hoc eſt uiceſimā partem ſicli ſiue ſtatheris eſſe minimā portiunculā, in alio loco legimus: In prologo Galeato. Eius qui fidelis eſt totus mūdus diuitiarū; illius aūt q īfidelis eſt, neq; obolus. Quaſi alijs uerbis dixerit: Infidelis nihil in mundo poſſidet; ſed etiam minima īdiget portione. De quo alijs uerbis in euāgelio dicit̃: Nō egrediet̃ inde, niſi reddat nouiſſimū quadrātē, Matth. 5. d hoc eſt, etiā extremū nūmū & minutū. Legimus decē mnas ſingulis ſeruis ad negociandū traditas; Luc. 19. b & in alia parabola inter ſeruos talenta diuiſa; Matth. 25. b H & debitorē quingētorū denariorū & q̄nquaginta; Luc. 7. f & operarios uineæ q ſingulos accipiūt denarios; Matth. 20. a & mulierē uiduā quæ drachmam perdiderat, & uix eā lucernæ accenſione reperit. Luc. 15. b Quæ oīa quē ſenſum habeāt, non eſt huius tēporis diſſerere.

b ¶Et hæ ſunt &c.) Et hic mutatis noībus mēſurarū in Lxx. æditione cōfuſa ſunt oīa: ut q̄d dicat̃, nō poſſit intelligi. Qui eñ ſupra p ephi mēſurā, & pro bato chœnica dixerāt; & p coro gomor; p ſiclo appendiculū, & hic pro ephi poſuere mēſurā; p coro nūc gomor nūc ipm corū, & in mēſura olei p bato κοτύλην, id eſt, cyathū. Dicamus igit̃ primū iuxta literā; δεκάδα, hoc eſt, decimā partē omniū frugū, Leuiticæ tribui ppl's ex lege debebat. Rurſum ex ipſis decimis, Leuitæ, hoc eſt, inferior miniſtrorū gradus, decimas dabat ſacerdotibus; & hæc eſt quæ appellatur δευτεροδεκάτη. Erant quoq; & aliæ decimæ, quas unuſquiſq; de pplo Iſraël in ſuis horreis ſeparabat, ut comederet eas cū iret ad tēplū in urbe Hieruſalē & in ueſtibulo tēpli: & ſacerdotes ac leuitas inuitarēt ad cōuiuia. Erāt aūt & aliæ decimæ, quas pauperibus recōdebāt: q̄ Græco ſermone appellant̃ πτωχοδεκάδα. At uero primitiua q̄ de frugibus offerebāt, nō erāt ſpāli numero definita, ſed offerētiū arbitrio derelicta. Traditionēq; accepimus Hebræorū nō lege præceptā, ſed magiſtrorū arbitrio inolitā: q pluri mū, quadrageſimā partē dabat ſacerdotibus: q minimū



a Et arietē unū de grege ducentorū de his quę nutrit Iſraël in ſacrificium, et in holocauſtū, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait dñs deus: Omnis populus terræ tenebit̃ primitijs his principi in Iſraël. Et ſuper principe erunt holocauſta, et ſacrificium, et libamina, in ſolennitatibus, & in kalendis, et in ſabbatis, et in uniuerſis ſolēnitatibus domus Iſraël. Ipſe faciet pro peccato ſacrificium, et holocauſtū & pacifica, ad expiandum pro domo Iſraël

A nimum, ſexageſimā: inter quadrageſimā & ſexageſimā licebat offerri quodcūq; uoluiſſent. Qd' igitur in pentateucho dubium derelictū eſt, hic ſpecialiter definitur ppter ſacerdotū auariciā, ne amplius à populo exigāt in primitijs deferendis, id eſt, ut ſexageſimā partē offerant eorū quæ gignūtur è terra. Si eñ corus q Hebraice appellat̃ חֹמֶר, & à Lxx. dicitur gomor, triginta habet modios; tā in aridis ſpeciebus, q̄ in liquentibus, Epha quoq; et batus iuxta qd' ſupra diximus, decima pars eſt cori; præcipiturq; ut ſexta pars tā ephi q̄ bati detur ſacerdotibus in primitijs offerēdis, quæ de tribus modijs dimidiū facit modiū; perſpicue ſupputat̃, ſexageſimā partē primitiarū ſacerdotes accipere debere. Hæc interim iuxta literā, & iuxta Hebraicā ueritatē, & ſenſiſſe, & audiſſe ſufficiat. Nunc reuertamur ad intelligentiā ſpiritualē; Prouer. 3. b in qua primū quærendū, quomō dicat̃: Honora dominū de tuis iuſtis laboribus; & da ei de fructibus iuſticiæ tuæ; ut impleant̃ cellaria tua frumēto, & uino torcularia tua redundēt; ut poſtq; obtuleris pri- B mitias laborū tuorū atq; uirtutum, & dixeris: Deute. 28. a Ecce nunc ego attuli tibi primitias frugū terræ, quas dediſti mihi dñe, merearis audire: Benedictus tu in ciuitate, & benedictus tu in agro; benedicti filij uteri tui, & genimina terræ tuæ, & fructus iumentorum tuorum, & cætera; & poſſideas (iuxta Apoſtolum) Ephe. 1. a omnem benedictionem ſpiritualiū in cœleſtibus in Chriſto: dū quicquid habes, nō tuę putas eſſe uirtutis, ſed eius miſericordiæ, qui fruges dedit. Et ſi quidem tantā habuerimus ſcientiā ſcripturarū, ut myſtica quæq; pādamus: & doceamus homines, id eſt, rationale animal; damus primitias frumenti noſtri. Si aūt poſt Anagogen, purā tantū ſequamur hiſtoriā, quæ ſimplices nutrire poteſt, iuxta illud quod Pſal. 35. b ſcriptum eſt: Homines & iumēta ſaluos facies dñe: damus primitias hordei noſtri; quod hordeū ſeuit Iſaac, ſed in terra alienigenarū; & ortum eſt ei centuplum. Qui hordei dat primitias, poteſt dicere: Pſal. 22. Dñs paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit; ſup aquas refectionis educauit me. Qui autē rationalia paſcit animātia; uertit ſentētiā, & dicit: Præparaſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulāt me. Et poſtq; olei & uini obtulerit primitias, iungit & loquit̃: Impinguaſti in oleo caput meū: & calix tuus inebriās q̄ præclarus eſt: illo oleo qd' abſq; fece mundiſſimū, ad lucernā dñi præ Pſal. 51. b paratur. Qd' qui præparauerit, exhilarat̃ facies eius in oleo, oleo exultationis quo unctus eſt Chriſtus præ participibus ſuis: & effectus oliua, cum ppheta cātabit: Ego aūt ſicut oliua fructifera in domo dei. Et illo uino qd' de uera uite redūdat in torcularibus ſaluatoris, dicēte dño: Ego ſum uitis, uos aūt ppagines; C pater meus agricola. Ioan. 15. a De his torcularibus tres pſalmos legimus: octauū, & octogeſimū, & octogeſimūtertiū: qui oēs ad eccleſiæ ſacramēta referūtur. Et in ueteri quidē lege, abſq; mēſura erant & numero primitiæ; nō enim ad menſurā deus ſpiritū dabat. Ioan. 3. d In ſecunda aūt ædificatione tēpli, quod Ezechielis pphetia continet, certa mēſura eſt, id eſt, ſexagenarius nūerus, quo mūdus explet̃, & dicitur nobis: In qua mēſura mēſi fueritis, remetietur uobis. Matth. 7. a

a ¶Et arietē unum &c.) Supra dixit quota pars eorū quę appēdunt̃ menſuræ quoq; tā aridarum ſpecierum q̄ liquentium debeat offerri principi: nunc eundē primitiarum in animātibus ordinē tenet: ut unum de grege ducētorū arietū iubeat offerri, quos nutrit Iſraël in ſacrificiū, & in holocauſtū, & in pacifica, ad expiandum pro populo Iſraël, ait dñs deus. Quod nos interpretati ſumus, de his quæ nutrit Iſraël: in Hebraico ſcriptū eſt מִמַּשְׁקֵה, qd' Aquila & Symmachus interpretātur ἀπὸ τῶν ὑδάτων, Lxx. & Theodotio, ἀπὸ τῶν ποτηρίων, D quorū alterū de irriguis, alterū de canalibus ſiue piſcinis ſonat: ut uidelicet primitiæ principis, nō alibi niſi in irriguis nutriātur. Et q̄uo in ſuperioribus legimus ſexageſimā partē debere offerri principi de his quæ appēduntur, & quæ mēſuræ ſubiacēt: ſic nunc ducēteſima pars animantiū iubet̃ offerri, & huiuſcemodi legis pręceptis, omnē populum eſſe ſubiectum: ut offerat duci ſiue principi, qd' uidelicet per illū holocauſta; & ſacrificia, & libamina, in ſingulis ſolēnitatibus offerant̃ pro pplo, & expietur domus dei. Ex quo animaduertendū, quod quomodo populus debitor eſt primitiarū offerendarū principi, ſic princeps debitor eſt populi offerre p eo uictimas: quē iuxta Tropologiā nō aliū ītelligere poſſumus, niſi dñm ſaluatorē. Iſte de ducētis animantibus ſuſcipit arietē: ſiue ut ſignificātius Hebraicus ſermo demōſtrat, βόσκημα, qd' ad cuncta animantia, & nō pprie ad arietē referri poteſt: & ſuſcipit animal uel arietē, q nutritus eſt in locis irriguis, ſanctarum uidelicet ſcripturarum, & poteſt dicere: Dñs paſcit me & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ Pſal. 22. ibi me collocauit: ſuper aquas refectionis educauit me. Hæc erāt irrigua, imò hi canales: ad quos & Iacob Gene. 30. f ducebat pecora ſua, ut in ipſis biberēt atq; cōciperent: & iuxta uirgarū colorē, fœtus æderēt dño. Pro ſacrificio, hoc eſt, θυσίας Aquila & Symmachus donū interpretant̃: qd' in Hebraico dicit̃ מִנְחָה, & pprie nō ptinet ad hoſtiā, ſed ad ea quæ ex ſimila, & polēta, & oleo offeruntur in ſacrificio. Holocauſtū uero eſt, qd' totū offertur deo, & ſacro igne cōſumitur. Pacifica, q̄n reconciliamur deo: & pro nobis

E Apoſtolus loquitur: Precamur pro Chriſto, reconciliamini deo. Et in alio loco: Deus erat in Chriſto, mundum recõcilians ſibi. Iſte aũt princeps, cui primitiæ de animãtibus offerunt̃, ipſe eſt & rex: ut in crucis quoq; titulo demonſtrat̃, Hebraicis & Græcis literis ac Latinis. Nitentibusq; Iudæis, ut deponeretur titulus trium phalis, gẽtiũ in Pilato turba reſpõdit: Qđ ſcripſi, ſcripſi. Sub principe, inquit, erunt. Pulchre ſacerdotalis dignitas cõmonetur, cui ſubiecta ſit officio: ut ſciat ſe ſacrificiũ & libamina q̃ offerũtur ex uino, pro pplo offerre debere in cunctis ſolennitatibus: tã uidelicet in kalẽdis, id eſt, neomenijs, q̃ in ſabbatis: qñ tenebris cũcta operientibus, lunaris exordiũ luminis eſt, et in requie ſabbatorũ: ut faciat uidelicet ꝓ peccato ad expiãdũ pro domo Iſraël, quæ eſt eccl'ia dei uiuẽtis, columna & firmamentum ueritatis. Iſta eſt

2. Cor. 5. d

Ioan. 19. d

a Iſraël. Hæc dicit dñs deus: In primo menſe, una menſis ſumes uitulũ de armento immaculatũ, & expiabis ſanctuarium. Et tollet ſacerdos de ſanguine quod erit pro peccato, et ponet in poſtibus domus: et in quatuor angulis crepidinis altaris, & in poſtibus portæ atrij interioris. Et ſic facies in ſeptima menſis pro unoquoq; qui ignorauerit & errore deceptus eſt, et expiabitis pro domo. In primo menſe, quartadecima die menſis, erit uobis paſchæ ſolennitas: ſeptem diebus azyma comedent. Et faciet princeps in die illa pro ſe, & pro uniuerſo populo terræ uitulum pro peccato. Et in ſeptẽ dierum ſolennitate faciet holocauſtum dño: ſeptem uitulos, & ſeptẽ arietes immaculatos quotidie ſeptẽ diebus: & pro peccato hircũ caprarũ quotidie. Et ſacrificiũ

F eñ domus dei uiuentis & domus Iſraël, quæ expiatione ſuorum indiget peccatorum. a ¶Hæc dicit dñs &c.) Totũ capitulũ poſui, ne diuiſum per ſingula legẽtis animũ cõturbaret. Et primũ de interpretationis uarietate dicendũ eſt. Vbi nos interpretati ſumus, in quatuor angulis crepidinis altaris: Lxx. trãſtulerunt, & ſuper quatuor angulos tẽpli, & ſuper altare. Et ubi nos diximus, pro unoquoq; qui ignorauit & errore deceptus eſt: illi poſuerũt, pro ignorante & pro paruulo. In eo quoq; ubi nos diximus, & ſacrificium ephi per uitulũ, & ephi per arietem faciet, & olei hin per ſingula ephi: illorũ æditio tenet: & ſacrificiũ & coctionẽ uitulo, & coctionẽ arieti dabis, & olei hin coctionis. In extremo quoq; uerſiculo, ubi nos diximus: in ſacrificio & in oleo: illi dixerunt, ſicut in manaa, ſicut in oleo. In primo, inquit, menſe & prima die mẽſis: haud dubiũ, quin niſan ſignificet: ſumes uitulũ de armẽto: nõ qui domi nutritus ſit, ſed qui in armẽto, hoc eſt, de grege & numero plurimorũ. In ſeptima quoq; eiuſdem mẽſis die: quæ duæ ſolẽnitates, hoc eſt, primi mẽſis, prima dies: & eiuſdẽ ſeptima, in lege Moſaica nõ habentur. Quartũdecimũ aũt diẽ mẽſis, quo paſcha celebrat̃: & Moyſes præcepit obſeruandũ, qñ ſeptem diebus azyma comedimus. Quartã uero ſolẽnitatẽ de qua dicit: ſeptimo mẽſe, quintadecima die mẽſis in ſolẽnitate, & cætera: uidetur mihi ſignificare ſcenophegiã: quã hic ſine noĩe poſuit. Curramus ergo ad ſingula: & qđ nobis uideat̃, breuiter diſſeramus. Eſſe ſolẽnitates ſpũales, & Ap'lus docet: Ne ergo qs uos

Exod. 12. c

Col. 2. c

G iudicet in cibo & potu, aut in parte ſolennitatis, aut neomeniæ, aut ſabbatorũ, q̃ ſunt umbra futurorũ. Et ſic per Eſaiã loquit̃ deus: Neomenias ueſtras, & ſabbata ueſtra, & diẽ magnũ nõ ſuſcipio: ieiuniũ, & ferias, & neomenias, & ſolẽnitates ueſtras odit anima mea. Manifeſtũ eſt, ꝙ qui ſolẽnitates oderit Iudæorum, ſuas diligat: ſabbatũ uidelicet qđ relictũ eſt populo dei: ut uideamus q̃ à deo donata ſunt nobis: & loquamur, non in doctis humanæ ſapiẽtiæ uerbis, ſed in doctrina ſpũs: ſpũalibus ſpũalia cõparãtes. In p̃ſenti eñ ſeculo qđ in maligno poſitũ eſt, dies bonos uidere nõ poſſumus, ſed in nouo, de q̃bus diebus in carmine Moſaico ſpũs ſanctus canit: Memento dierũ antiq̃tatis: intellige annos gñationis generationũ. De q̃bus et ſanctus loquebatur in pſalmo: Nocte in corde meo meditabar. Et iterum: Et annos æternos in mente habui,

Eſa. 1. d

Deute. 32. d

Pſal. 76. b

H & meditatus ſum. Qui iſtum nõ ſuſcipit intellectũ: rñdeat quomõ illud poſſit exponere qđ Eſaias de futuro & nouo ſeculo uaticinat̃: Erit mẽſis ex menſe, & ſabbatũ ex ſabbato: & ueniet oĩs caro adorare dñm: qñ ueri adoratores nequaq; adorabũt in monte Garizim, nec in Hieruſalẽ, ſed in ſpũ & ueritate: qñ erit cœlũ nouũ, & terra noua: & liberabit̃ oĩs creatura à ſeruitute corruptionis, in libertatẽ filiorum dei: & ſol ſepties tantũ lumẽ accipiet: & luna ſoli cõparabitur. Acceſſimus eñ ad montẽ Sion, q interpretatur ſpecula: & ad ciuitatẽ dei uiuẽtis Hieruſalẽ cœleſtẽ, & ad milia angelorũ ſolẽnitates. De qua ſolennitate loquit̃ & alius ꝓpheta: Quid facietis in diebus congregationis, & in diebus ſolennitatis domini? Hoc eſt illud quod & alibi dicitur. Celebra Iuda feſtiuitates tuas: redde uota tua. Si ergo didicimus ſolennitates ſpirituales, conſequenter docebimur & uictimas ſpirituales. Aſſumit̃ uitulus de armento, ſiue taurus, ut interp̃tatus eſt Symmachus, liber & nullo preſſus iugo, hoc eſt, onere peccatorum: & immaculatus, qui peccatũ non fecit, nec dolus inuẽtus eſt in ore eius: uitulus nouellus, cornua efferens & ungulas ut in ipſo mundetur & expietur ſanctuariũ. Et tollet, inquit, ſacerdos de ſanguine eius quod erit pro peccato omniũ: qui alijs uerbis agnus appellatur in Exodo & in Euãgelio, baptiſta Ioanne dicente: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mũdi. Sanguis autem ipſe eſt precioſus, in quo redimimur in paſſione domini ſaluatoris: cuius carnibus alimur, & cruore potamur: quo tanguntur quatuor

Eſa. 66. g

Ioan. 4. c

Eſa. 65. c

Roma. 8. d

Oſee. 9. a

Naum. 1. d

Ioan. 1. d



A quatuor anguli crepidinis altaris: quod Theodotio ipſum uerbum Hebraicum poſuit, עֲזָרָה: ſiue ἱερὸν, id eſt, tẽpli, ut Lxx. trãſtulerunt: ut ſanctificetur domus & altare. Vniuerſa eñ mundi elemẽta hoc ſanguine ſanctificant̃: ut cũ quis expiatus fuerit atque mũdatus, ingrediat̃ portã atrij interioris: & poſſit dñi arcana cognoſcere: & cõſequenter uenire ad ſeptimã diẽ mẽſis primi, & conſequi requiẽ: & dño offerre ſacrificiũ tã pro ignorãtia, de qua Dauid loquit̃: Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris q̃ ꝓ paruulo, qui cũ ad ꝑfecti uiri menſurã peruenerit, deſtruet ea q̃ paruuli ſũt, & loquit̃ cõfidenter: Dũ eſſem ꝑuulus, quaſi paruulus loq̃bar, quaſi paruulus ſapiebã. Siue ꝓ eo qui errore deceptus eſt: & nõ tã uolũtate, q̃ boni opinione peccauit. Completis aũt duabus ſolennitatibus primi mẽſis, hoc

Pſal. 24. b

1. Cor. 13. c

crificium ephi per uitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per ſingula ephi. Septimo menſe, quintadecima die mẽſis in ſolennitate, faciet ſicut ſupra dicta ſunt per ſeptẽ dies: tam pro peccato, q̃ pro holocauſto & in ſacrificio, & in oleo. Cap. XLVI.

a HAec dicit dñs deus: Porta atrij interioris quæ reſpicit ad Oriẽtem, erit clauſa ſex diebus, in quibus opus fit: die autẽ ſabbati aperietur: ſed & in die kalendarum aperietur. Et intrabit princeps per uiam ueſtibuli portæ deforis: & ſtabit in limine portæ: & facient ſacerdotes holocauſtũ eius & pacifica eius: & adorabit ſuper limẽ portæ & egredietur: porta aũt nõ claudetur uſq; ad ueſperã. Et adorabit populus terræ ad oſtiũ portæ illius

B eſt, primæ diei & ſeptimæ eius, uenit ad quartũdecimum diẽ mẽſis in quo paſchæ ſolẽnitas eſt, de qua ſcriptũ eſt: Etenĩ paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Tunc comedimus ſeptem diebus azyma in requie & ſecuritate rerum omniũ, qñ fermentũ maliciæ & nequitiæ deſtruẽtes, mãducamus azyma ſynceritatis & ueritatis: principe noſtro cũcta hæc pro nobis offerente, & primũ pro ſe ipſo. Suſcepit enim corpus humanũ, & per peccatũ deſtruxit peccatũ: qui pro nobis dolet & portat infirmitates noſtras: deinde pro domo ſua, quod in Lxx. ſcriptũ eſt: ſed in Hebraico nõ habetur, id eſt, pro eccleſia, & pro omni populo terræ, uniuerſo uidelicet humano genere. Saluator eſt eñ omniũ hominũ, & maxime fidelium: & ipſe eſt ꝓpiciatio pro peccatis noſtris: & non ſolũ pro noſtris, ſed pro omni mundo. Oblato autẽ uitulo pro uniuerſo populo terræ, in ſeptẽ diebus reliquis dñicæ paſſionis ſeptẽ uituli & ſeptem arietes immaculati offeruntur quotidie, ut holocauſto & igne dñico cõcremẽtur. Septẽ aũt uituli & ſeptem arietes ſunt, qui cõfigurant̃ dominicæ paſſioni: ut imitẽtur uerum uitulũ, & uerum arietẽ: & ſanguine martyrũ per ſeptẽ dies totius mundi peccata purgent̃. Hircus quoq; caprarũ offertur pro peccato quotidie, ſeptẽ uidelicet diebus. Attendẽdumq; diligentius, ꝙ in ſacrificio ephi per uitulum, & ephi per arietem & olei hin offerunt̃ quæ lege præcepta ſunt. In oblatione autẽ hirci, nec ephi, nec (ut Lxx. tranſtulerũt) coctio ponit̃: qui pro ephi, πέμμα, hoc eſt, coctionem interpretati ſunt. Hin uero quæ olei certa mẽſura eſt, de qua ante iam diximus, aſſumit̃

1. Cor. 5. b

C in ſacrificio uituli & arietis: ut fomentum luminis ſempiterni, & requiem laboris, & laſſitudinis ſanitatẽ, poſt placationẽ peccatorũ accipere poſſimus. In ſeptimo quoq; mẽſe, quintadecima menſis die, hoc eſt, ſcenophegiarũ, id eſt, oblationis & ſacrificiorũ ordo ſeruãdus eſt, tã pro peccato q̃ pro holocauſto, & in ſacrificio & in oleo: ut feſtiuitatẽ dñi fugatis tenebris & orto lumine olei conſequamur: clarioresq; habeamus ſolennitates, in quibus nobis omnia peccata donãtur. Cap. XLVI.

HAec dicit dñs deus: Porta &c. & ſacrificiũ ephi per parietẽ &c.) Vbi nos interpretati ſumus ephi, quę eſt decima pars cori: Lxx. tranſtulerũt πέμμα, quod in noſtra lingua coctionem ſonat. Et ubi nos diximus, ſacrificiũ, illi ipſum Hebraicũ poſuere uerbum מִנְחָה, quod Aquila, donũ uel ſacrificiũ: Theodotio, ſa-

D crificium trãſtulit. Et interim priuſq; quid iſta ſignificent, diſſeramus: ipſa ſcripturæ παραφραστικῶς uerba pandẽda ſunt. Porta, inquit, atrij interioris ſex diebus, de quibus ſcriptũ eſt: Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua: erit clauſa, nec quęlibet porta, ſed quæ reſpicit ad Orientẽ, unde oritur ſol iuſticiæ. Porrò die ſabbati, id eſt, ſeptimo, in quo reqes eſt, aperiet̃ per ſingulas hebdomadas, & rurſum cõpletis diebus triginta, qñ alterius mẽſis finis, & alterius exordiũ eſt, id eſt, neomenia, die uidelicet kalẽdarũ aperietur: ut quod priuilegiũ habet ſeptimus dies in hebdomada, hoc habeat priuilegium mẽſis exordiũ. Cur aũt aperiat̃ die ſeptimo & die kalẽdadarum porta interioris atrij quæ reſpicit ad Orientem, ſequens ſermo monſtrabit. Et intrabit, inquit, princeps ꝑ uiã portæ deforis atrij uidelicet exterioris: & ſtabit in limine portæ ĩterioris atrij, q̃ reſpicit ad Orientẽ: nec ingrediet̃ atriũ interius, ſed illo ſtante, alij ſacerdotes facient pro ipſo holocauſtũ: quam oblationẽ interpretatus eſt Symmachus, & pacifica, ſiue quæ ad ſalutẽ pertinẽt: ut poſtq; hoſtia principis, ſacro igne fuerit cõcremata, & dux recõciliatus deo, tunc adorare poſſit ſuper limen portæ interioris atrij in quo ſteterit & egrediat̃. Quid igitur? Poſt egreſſionẽ principis ſtatim porta claudetur? Nequaq;, ſed aperta erit uſq; ad ueſperam: ut poſt principem, omnis populus terræ adoret cõtra oſtiũ portæ illius: adoret autem in ſabbatis & in kalẽdis quando aperitur porta. Et quia ſupra dixerat: Facient ſacerdotes holocauſtum eius & pacifica eius: nec ſignificauerat holocauſtorum numerum, nunc

E infert:Holocauſtum autē hoc offeret princeps dño in die ſabbati. Offeret aūt nō per ſe, ſed per ſacerdotes, de quibus ſcriptū eſt:Et facient ſacerdotes holocauſtū eius & pacifica eius:ſex, inquit, agnos immaculatos, & arietē immaculatū:ita ut ſacrificiū arietis mēſura ephi ſit, quæ Hebraice appellatur אֵיפָה. Sex autē agnis ſit ſacrificiū quod offerre potuerit manus eius ꝗ offert:et per ſingula ephi, erit olei menſura quæ appellatur hin. Kalendarū autē, hoc eſt, neomeniarū dies, hoc habebit priuilegium amplius à die ſabbati: ut uitulus immolet̃ de armento, ſiue taurus immaculatus. Cætera autē, hoc eſt, ſex agni immaculati & aries immaculatus & ſacrificia eorum, ritū ſabbati poſſidebūt: ita dūtaxat ut ſicut in ariete ephi offertur ſacrificij, id eſt, ſimilæ & hin olei: ita offeratur & in uitulo. Hæc perſpicuitatis cauſa ſint poſita: nunc ſpiritualem

F ſenſum dño donāte referemus. Sex diebus quibus operamur in mundo, porta orientalis atrij interioris clauſa nobis eſt. Poſtꝗ̃ autem uenerimus ad diē ſeptimum, id eſt, ad diem ſabbati, in quo æterna requies eſt:ſiue ad diem kalendarum, quādo poſt cæcam noctem, & horribiles tenebras, lucis exordiū eſt, aperitur nobis porta orientalis:& ſi quis noſtrū per merita uirtutum, ducis nomen & dignitatē fuerit conſequutus:per uiam ueſtibuli portæ deforis, hoc eſt per mundi huius labores, & portam eccleſiæ, quæ adhuc in terrenis finibus poſita eſt, ingredietur:nō interius atrium:hoc enim in præſenti loco ſcribitur, ſed ad limen portæ interioris: & ſtabit in ea. Sin autem princeps in præſenti ſcriptura non ingreditur atriū interius, ſed ſtat in limine eius: nulli dubium eſt nunc ex parte nos uidere, & ex parte cognoſcere:& necdū reuelata facie gloriā dñi côtēplari. Deniꝗ̃ ſtante principe in limine portæ atrij interioris, cæteri ſacerdotes, ꝗbus hoc officiū delegatū eſt, quos poſſumus intelligere uirtutes angelicas, facient pro ipſo holocauſtū & pacifica. Indigemus eñ miſericordia dei, & omnis creatura ad cōparationem creatoris immunda eſt, & diuino igne

Eſa.6.b purgāda:quo & Eſaiæ ꝓphetæ purgata ſunt labia: ut poſtꝗ̃ per ſacrificiū pacē receperit, tunc in limine cōſtitutus, adoret omnipotentiam dei: & ſe atrij interioris ingreſſu fateatur indignū, & ſtatim ingrediatur. Poſtꝗ̃ aūt qui primus eſt, fuerit egreſſus:nō claudetur uſꝗ̃ ad ueſperā huius ſeculi ipſa porta interioris atrij, ſed aperta erit: ut populus quocꝫ ter-

tæ illius in ſabbatis & in kalendis coram domino. Holocauſtū autē hoc offeret princeps dño in die ſabbati:ſex agnos immaculatos, & arietem immaculatum; & ſacrificiū ephi per arietem: ignis autem ſacrificiū quod dederit manus eius, & olei hin ꝑ ſingula ephi. In die autem kalendarum uitulum de armēto immaculatū, & ſex agni & arietes immaculati erūt. Et ephi per uitulum: ephi quocꝫ per arietem faciet ſacrificium:agnis autem ſicut inuenerit manus eius, & olei hin per ſin-

a gula ephi. Cūꝗ̃ ingrēdit̃ princeps, per uiam ueſtibuli portæ ingrediat̃:& per eandem uiā exeat. Et cū intrabit populus terræ in cōſpectu dñi in ſolēnitatibus:qui ingredit̃ per portam Aquilonis ut adoret, egrediatur per uiam portæ meridianæ: & qui ingreditur per uiam

G ræ ſit ad oſtium, & adoret ad eū:nequaꝗ̃ omni tempore, ſed qñ requieuerit à peccatis: & fugatis tenebris fidei, & ſciētiæ lumē acceperit. Hoc aūt ipſum holocauſtum quod offert princeps per ſacerdotes in die ſabbati, ſex agnoꝝ immmaculatoꝝ numero terminat̃: pro ſex uidelicet diebus in quibus operamur in mūdo: & arietē immaculatum qui princeps gregis eſt: ita ut per ſingulos arietes offerat̃ in ſacrificio ephi, id eſt, decima ꝑs cori. In agnorū aūt ſex ſacrificio, certa menſura nō ponitur: ſed quantūcunꝗ̃ dederit manus eius ꝗ offert, hoc eſt, pro operū qualitate atꝗ̃ mēſura. Olei aūt hin offeret per ſingula ephi, hoc eſt, oleū quod ſibi quinꝗ̃ uirgines præpararūt, ut ungat ſimilam ſiue cōmiſceat: & omis oblatio dei plena ſit lumine ueritatis: & exhilaretur facies offerentis oleū. Die autē kalendarū, hoc eſt, die triceſimo, qñ primogenita Matth.25.a

H & leuitæ numerant̃ in lege præter omnē Iſraël, de quibus ſupra diximus:offertur uitulus immaculatus de armento:ſuper quo plenius in priori capitulo diſſeruimus:& agni ſex, & arietes immaculati, & cætera quæ offerunt̃ in ſabbatis, ut æternā requiē conſequamur, & mereamur audire: Euge ſerue bone, quia in paucis fidelis fuiſti, ſuper multa te conſtituam:intra in requiē dñi tui:& nō ſolū ad portā interioris atrij peruenire, ſed etiā penetralia eius intrare poſſimus, & illud opere poſſidere:Plantati in Pſal.91.c domo dñi:in atrijs dei noſtri florebunt. a ¶Cūꝗ̃ ingredit̃ princeps &c.) Princeps ille de quo ſupra dictum eſt:Et intrabit princeps per uiam ueſtibuli portæ deforis, per eandē portā ingrediat̃, & per eādem egrediat̃:liberi eñ arbitrij eſt: & poteſtatē habet ponendi animam ſuā, & rurſum reſumendi eā: tamꝗ̃ ad nos ueniens, ꝗ̃ ad cœleſtia cōſcendens, eadē maieſtatis ſuæ utitur libertate. Deniꝗ̃ nō quærit nūdinas, nec ſolēnitates, nec differentiā ullā obſeruat dierum:quia omne tempus, ei feſtiuitas eſt. Populus aūt in nundinis tantū & in ſolennitatibus ingreditur & egredit̃:& nō per eandē uiam, ſed per alterā atꝗ̃ alterā. Scriptū eſt eñ:Et cum intrabit populus terræ in cōſpectu dñi in ſolēnitatibus:qui ingreditur per portā Aquilonis ut adoret, egrediat̃ per uiam portæ meridianæ, & qui ingredit̃ per uiā portæ meridianæ, egrediatur per uiā portæ Aquilonis:non reuertetur per uiam portæ per quam ingreſſus eſt, ſed è regione illius egredietur. Quod non ſolum his præcipitur qui egrediuntur de So- Gene.19.d

domis



A domis, & dicitur eis: Ne reſpicias retrorſum:neꝗ̃

Luc.9.g illis ꝗ manū mittūt ad aratrū, ut nō reſpiciāt ea quæ poſt tergū ſunt:ſed in domo quocꝫ dñi cōſtitutis, iubetur ne poſt terga reſpiciāt, & reuertātur ad egena & infirma elemēta:& incipiētes ſpiritu, carne cōſumētur:ſed ut de ſpiritualibus quocꝫ ad maiora ꝓcedant, & dicāt cū Apo-

Philip.3.c ſtolo:Præteritorū obliuiſcens, & in priora me extendēs:ut nequaꝗ̃ ex ꝑte cognoſcant, & ex parte ꝓphetent, ſed ueniant ad perfectū:iuxta eā tamen perfectionem quā poteſt capere humana natura, ut intelligamus illud euā-

Luc.17.c gelicum:Et uos cū omia feceritis, dicite:ſerui inutiles ſumus:quod debuimus facere fecimus. Vnde & Apoſtolus in eadē epiſtola de duabus loquitur perfectionibus:quaſi imperfectus eñ ſcribit:

Philip.3.c Nō quia iam accepi, aut quaſi iam perfectus ſim: perſequor autē ſi apprehendā, in quo & cōprehē-

B ſus ſum à Chriſto. Statimꝗ̃ quaſi perfectus loquitur:Vnum autē, poſteriorum obliuiſcēs, ad ea quæ in priora ſunt me extendens:iuxta propoſitum perſequor ad brauium ſupernæ uocationis. Quotquot ergo ꝑfecti ſumus, hoc ſapiamus. Quomodo enim poteſt ſtare ſententia:ut qui dixerat, nō quia iam accepi:aut quia iam perfectus ſum, audeat dicere:Quotquot ergo perfecti ſumus, hoc ſapiamus? Ex quo perſpicuum eſt omnē hominē, & uniuerſam creaturā, ꝗ̃uis ad perfectionem uenerit, tamē indigere miſericordia dei: & plenam perfectionē ex gratia, non ex merito poſſidere. Præcipitur itaꝗ̃ populo terræ:ut ſi ingreditur per portā Aquilonis ut adoret, egrediatur per uiam portæ meridianæ. Quis eſt iſte populus cui hoc præcipitur? Nempe gentilium:ut qui derelinquens portam Aquilonis, à quo exardeſcunt mala ſuper terram, ingreſſus fuerit templum, nō egrediatur niſi per uiam portæ meridianæ, ad portā luminis, ad portam caloris, ad portā in qua ſpōſus cubat

Cant.4.d in meridie. Deniꝗ̃ dicitur in eodē Canticocanticorum:Surge Aquilo, & ueni Auſter. Qui uero in ingreditur per uiā portæ meridianæ, egrediatur per uiam portæ Aquilonis. Quis nam ille eſt populus? ſcilicet Iudæoꝝ, qui derelinquēs portā uię luminis, uadit ad portā Aquilonis: de quo dicitur:Aquilo

Hiere.1.c uentus duriſſimus. Nam & olla Hieremiæ à facie Aquilonis accēditur. Dicamus & aliter:Per portā Aquilonis ingreditur, qui peccata dimittit:& egreditur per portā meridianā, qui uirtutes ſequit̃. Et

uiam portæ meridianæ, egrediatur per uiā portæ Aquilonis. Non reuertetur per uiam portæ, per quam ingreſſus eſt, ſed è regione illius egredietur. Princeps autem in medio eorum, cum ingredientibus ingredietur: & cum egredientibus, egredietur. Et in nundinis, & in ſolennitatibus erit ſacrificium ephi per uitulum, & ephi per arietem. Agnis autē erit ſacrificium ſicut inuenerit manus eius:et

a olei hin per ſingula ephi. Cùm autem fecerit princeps ſpōtaneum holocauſtum, aut pacifica uolūtaria dño, aperietur ei porta quæ reſpicit ad Orientem: & faciet holocauſtum ſuum & pacifica ſua, ſicuti fieri ſolet in die ſabbati:& egredietur claudeturꝗ̃ porta poſt quàm exierit. Et agnum anniculum immaculatum faciet holocauſtum quotidie domino:mane & mane faciet illud. Et ſacrificium ſiue

C ecōtrario:ſi iuſtus lapſus fuerit in peccatis, ingredit̃ quidē per portā meridianā, ſed egreditur per uiam portæ Aquilonis. Princeps autē, inquit, in medio eorū erit:ingredientiū ſcilicet & egredientiū:iuxta illud quod ſcriptū eſt:Medius inter uos ſtat, quem Ioan.1.d uos ignoratis. Et Apoſtolus: An ignoratis ꝗa 2.Cor.13.b Chriſtus ĩ uobis eſt? Sin aūt ignorātibus dicitur, ꝙ medius inter eos ſtet Chriſtus, quanto magis ſciētibus? Sed cum inter ſciētes Chriſtus ſteterit: tūc corpus mortuū fiet ꝓpter peccatū: & ſpiritus uiuens ꝓpter iuſticiā. Ingreditur aūt princeps cū ingrediētibus, & egredit̃ cū egrediētibus:utrorūꝗ̃ uirtutis atꝗ̃ peccati teſtis aſſiſtēs. In nundinis ergo & in ſolēnitatibus ſabbatorū uidelicet & kalēdarū, & uniuerſæ feſtiuitatis:de qua ĩ anterioribus locuti ſumus:tam in uitulo, ꝗ̃ in ariete per ſingula ephi offerētur in ſacrificio. In agnis uero nō erit

D certus numerus:nec uoluntati dimiſſum arbitrium, ſed uiribus quis utetur & bono cōſcientiæ:ut quātum poteſt, nō quantum uult offerat:& ſuper omnia olei hin per ephi ſingula:ut ungatur ſimila & lucerna accendatur in cōſpectu domini:& qui eo utitur, poſſit dicere:Ego autē Pſal.51.b ſicut oliua fructifera in domo dñi. a ¶Cum autē fecerit princeps ſpōtaneum &c.) Vbi nos legimus, immaculatum:& in Hebraico ſcriptum eſt תָּמִים: Aquila, perfectū interpretatur. Et ubi Lxx. מִנְחָה, Theodotio, ſacrificiū:Aquila & Symmachus, donum transferūt. Pro eo aūt quod nos diximus, ſpōtaneum, Lxx. ὁμολογίαν, id eſt, cōfeſſionē, uerterunt: & ꝓ principe, ducē:hoc enim נָשִׂיא ſignificat. Adhuc aūt ſermo de principe eſt:de quo Eſaias loquitur:Ecce teſtimonium in gētibus dedi eū, principē Eſa.55.b & præceptorē in gentibus. Et Ezechiel:Et ego dominus ero eis in deum:& Dauid princeps in medio Ezech.34.f eorū. Cum igitur iſte princeps fecerit ſpontaneum, & dixerit:Voluntaria ſiue ſpontanea oris mei beneplacita fac dñe:Spontaneū autē holocauſtum, ut Pſal.118.o totum ſe offerat deo:& pacifica uolūtaria, quod in prioribus non inuenitur:ſcriptum eſt enim: Et facient ſacerdotes holocauſtum eius, & pacifica eius: Et de ſpontaneis ac uoluntarijs, quibus nunc dicitur, omnino reticetur:ut nō neceſſitate faciant, ſed uoluntate:poſt holocauſtū offerat pacifica, & recōcilietur deo. Vnde & uirginitas maior eſt nuptijs, 1.Cor.7. quæ non exigitur nec redditur, ſed offert̃. Pro pacificis, quæ Hebraice dicūtur שְׁלָמִים Lxx. ſalutaria

E interpretantur:ut ipſa recõciliatio pacificorũ,ſalus
ſit offerẽtis.Cũ ergo hoc fecerit princeps,aperietur
ei porta:uel iuxta Lxx.aperiet ſibi portã quæ reſpi
cit ad Oriẽtem:illã uidelicet portã,de qua ſcriptum
Pſal.117.e eſt:Hæc porta dñi,iuſti intrabunt,p eã:& unde oriẽ
ſol iuſticiæ.Et faciet,iqt,
holocauſtũ ſuũ & pacifi-
ca ſua:de qbus nunc dixi
mus,Faciet aũt quia ſpõ-
taneũ ſacrificiũ eſt, & nõ
alij p eo facient ſacerdo-
tes,uidelicet ſicut fieri ſo
let in die ſabbati.Ergo oĩ
tẽpore holocauſtũ & pa-
cificũ quod offertur uolũ
tarie,reſeratã habet por-
tã dñi:nec obſeruat ſab-
batũ,ſed oẽs dies ei repu
tãtur in requiem.Deniq;
poſt q̃ obtulerit holocau
ſtũ et pacifica,ſtatim egre
ditur et clauditur poſt eũ
ianua,ſiue claudit ianuã:
ut ſeruet principi priuile
giũ ſuũ:nec ſacrificia eius
populo miſceãtur. Et qa
generaliter dixerat,ſpon
taneũ holocauſtũ aut pa-
cifica uolũtaria dño : nec
F appoſuerat taurũ ſiue ui
tulum, & arietẽ uel ouẽ,
hircumq̃, p peccato:docet qđ ſit ipſum holocauſtũ:
Agnum,inquiẽs,anniculũ immaculatũ faciet holo
cauſtũ:& nõ certis diebus, ſed quotidie:nec quali-
bet hora,ſed mane,mane faciet illũ:p ſingula uideli-
Pſal.5.a cet mane,quãdo orto ſole lucis exordiũ eſt.De quo
mane Dauid loqtur in pſalmo:Mane exaudies uo-
cem meã:mane aſtabo tibi & uidebo. Et in alio lo-
Ibid.29.b co:Ad ueſperum demorabitur fletus, & in matuti-
Ibid.62.a no lætitia.Et iterum:Deus deus meus,ad te de luce
uigilo.Qui ſit aũt iſte agnus immaculatus,ſiue per-
Eſa.53.a fectus & anniculus,Eſaias plenius docet, dicẽs:Si-
cut ouis ad uictimã ductus eſt,& ſicut agnus in cõ-
ſpectu tondẽtis ſe ſine uoce,& nõ aperuit os ſuũ.Et
Hiere.11.d Hieremias:Ego aũt ſicut agnus innocẽs ductus ad
Ioan.1.d uictimam,non cognoui. Et Ioannes baptiſta:Ecce
Exod.12.d agnus dei,qui tollit peccata mundi. Iſte eſt agnus q
immolatur in Aegypto:de cuius ſanguine armanẽ
poſtes fidei ; & exterminator excluditur. Annicu-
lus aũt,quia prædicauit annũ dñi acceptabilẽ,& diẽ
retributionis.Nec miretur lector, ſi idẽ & princeps
eſt & ſacerdos,& uitulus, & aries, & agnus:cum in
ſcripturis ſanctis p uarietate cauſarũ legamus eum
dñm,& deum,& hominẽ,& pphetã,& uirgã, & ra-
dicem,& florẽ,& principem,& iudicem,& regẽ,iu-
ſtum,& iuſticiam,apoſtolũ, & epiſcopũ,brachium,
ſeruũ,unigenitũ,paſtorẽ, filiũ, & puerũ,unigenitũ
& primogenitum,oſtiũ,uiã,angelũ,ſagittã,& ſapiẽ-
tiam,& multa alia:quorũ omniũ,ſi uoluero teſtimo

(ſiue manaa)faciet ſup eo mane,mane, ſextã
partem ephi (ſiue mẽſuræ):& de oleo tertiã
partẽ hin,& miſceaẽ (ſiue iuxta Symmachũ,
aſpergatur) ſimilæ ſacrificium,(ſiue manaa)
dño legitimum,iuge atq; perpetuũ.Facietis
agnũ & ſacrificiũ,& oleũ mane,mane,holo-
a cauſtũ ſempiternũ.Hęc dicit dominus deus:
Si dederit princeps(ſiue dux)donũ alicui de
filijs ſuis,hæreditas eius filiorũ ſuorum erit,
poſſidebunt eam hæreditarie. Sin aũt dede-
rit legatũ de hæreditate ſua uni ſeruorũ ſuo-
rum:erit illius uſq; ad annũ remiſſionis(pro
quo Theodotio ipſum uerbum Hebraicum
poſuit דְּרוֹר) ſed reuertetur ad principẽ:hæ-
reditas aũt eius filijs eius erit.Et non accipiet
princeps de hæreditate populi per uiolẽtiã,
& de poſſeſſione eorum ; ſed de poſſeſſione
ſua hæreditatem dabit filijs ſuis:ut non diſ-
pergatur populus meus unuſquiſq; à poſſeſ
ſione

nia dicere,pprio libro indigent.In holocauſto itaq; G
iſtius agni immaculati et anniculi qui mane ſemper
offertur,faciet ipſe prĩceps ſacrificiũ, ſiue manaa:&
ſimilã,ſiue donũ mane,mane ſextã partẽ ephi,ſub-
audiẽ,ſimilæ.Sexta aũt pars ephi,dimidius modius
eſt.Si eñ ephi,decima ps
cori eſt,id eſt,tres modij:
nulli dubium,quin ſexta
pars ephi, dimidiũ faciat
modium. De oleo quoq;
mẽſuræ hin, tertia ps of-
fertur:ut miſceaẽ,ſiue aſp
gatur ſimilæ ſacrificium
deo,legitimum,iuge atq;
perpetuũ:qđ nulla inter-
mittitur die ; ſed omi tpe
orto ſole ſemp offerẽ:ut
impleaẽ qđ in fine capitu
li huius ponitur : Faciet
agnũ in ſacrificiũ;& oleũ
mane, mane holocauſtũ
ſempiternũ. a ¶Hæc di
cit dñs &c.)Hucuſq; ſer-
mo de principe, nunc de
hæredib9 eius præcepta
tribuũtur:imò de donis,
hæreditate atq; legatis,q
bus dare debeat:& quo-
rum ſit,uel ad tẽpus, uel H
æterna poſſeſſio.Si,inqt,
filijs ſuis dederit uel do-
num,uel hæreditatẽ,ipſi poſſidebũt eã:quia eis ſuc-
ceſſionis iure debetur:& de alio ad aliũ nõ põt trãſi
re poſſeſſio.Sin aũt dederit uni ſeruorũ ſuorum legati
nomine:tamdiu habebit poſſeſſionẽ,q̃diu uel ſepti
mus annus remiſſiõis q dicitur דְּרוֹר :uel iubileus,
hoc eſt,quinquageſimus adueniat:quãdo omis em Leui.25.d
ptio,atq; donatio reuertiẽ ad priores dños:ita ut ſer
uus uſum habeat p tpe,& pprietatẽ poſſeſſiõis filij
principis.Quod aũt ſequitur:Et nõ accipiet prin-
ceps de hæreditate populi per uiolẽtiã:ſiue ut Lxx.
tranſtulerũt,ut opprimat eos:uel ut Aqla & Sym-
machus,ut affligat eos atq; cõtriſtet:ſed de poſſeſſio
ne ſua hæreditatẽ dabit filijs ſuis. Sugillat nõ ſolum
illius tẽporis ſacerdotes & principes, ſed nři quoq;
qui ditiores fiũt ſacerdotes dignitate:& præter ea q̃
ſibi dñi diſpoſitiõe debẽtur,tollũt à pauperibus per
uiolentiã:uel ſub honoris nomine diuites ſpoliãt:ut
ipſis quoq; filijs ſuis qbus paterna debeẽ hæreditas
nil debeãt derelinquere,niſi qđ ſibi à parẽtibus de-
relictũ eſt.Ergo q ditior eſt ſacerdos q̃ uenit ad ſa-
cerdotiũ,qcquid plus habuerit,nõ filijs debet dare,
ſed pauperibus & ſanctis fratribus,et domeſticis fi-
dei:qui uincũt merita liberorũ:ut reddat ea quę dñi
ſunt,dño ſuo:q loquiẽ in euãgelio:Quicqd uni iſto Matt.25.d
rũ feciſtis,mihi feciſtis.Ipſe eñ in pauperibus ſuſci-
piẽ hoſpitio:uiſitaẽ in carcere: nudus tegitur:ſitiẽs
bibit:ſaturaẽ eſuriẽs.Vt nõ diſpergaẽ,inquit,popu
lus meus à poſſeſſione ſua.Si eñ licentiam habuerit
princeps



A princeps,uel accipere,uel rapere,uel ſub figura ho-
noris tenere,quæ nõ ſunt ſua & liberis derelinque-
re:ppls q in noĩe dei fuerat cõgregatus diſpergetur
in partes atq; lacerabiẽ:ſiue iuxta legẽ, ne paulatim
alterius hæreditas trãſeat ad aliũ:& pereat funicu-
lus diuiſiõis, p quẽ ſorte
ad unũquẽq; uenit hære
ditas.Diſpergit ergo po-
pulũ dei, & aufert ab eo
poſſeſſionẽ fidei ſempi-
ternã:qui aliena dona uel
bona,uel rapina, uel adu
latione,uel blanditijs,uel
ptextu religiõis,filijs fra-
tribuſq; & cõſanguineis
derelinquit. a ¶Et intro
duxit me &c.Et dixit,in-
qt,&c.)Hoc eñ Hebrai-
ce ſignificat בָּנִיָּה. Vir q
calamũ tenebat manu &
funiculũ cementarij,quo
ędificiũ metiretur.Intro-
duxit,inqt,me p ingreſſũ
qui erat ex latere portæ,
ul' poſt tergũ portæ.Nec
poſuit cuius portæ,Oriẽ
talis,auſtralis,aut alterius
plagæ,ſed reliquit incertũ:ut irẽ ad locũ ſanctuarij:
B & in gazophylacia, ſiue in cubicula ſacerdotũ,quæ
reſpiciebãt ad Aquilonẽ et ad mare,ad Septẽtrionẽ
uidelicet & ad Occidentẽ:hãc habẽte ſcriptura ſacra
cõſuetudinem:ut p ſitu terræ Iudææ, ſemper mare
Occidentẽ uocet. Et cõſiderãdũ q locus ſacerdotũ
ubi p delicto,ſiue ignorãtia & p peccato coquũtur
ſacrificia,ne cruda offerantur,in atrium exterius ad
Aquilonẽ & Occidẽtẽ poſitus ſit:unde uẽtus frigi-
diſſimus oriẽ,& ubi ſolis lumẽ occũbit.Ex quo oſtẽ
ditur,quicqd ad eduliũ ptinet:uel p errore eſſe,uel
p peccato.Sin aũt & p ignorãtia offertur ſacrificiũ:
Iob.1.a quãto magis p delicti cõſcientia? Vnde & Iob offe-
rebat mane quotidie hoſtiã p filijs ſuis,timẽs ne per
ignorãtiam deliquiſſent.Qđ aũt ſequitur:Vt non
efferãt in atriũ exterius,& ſanctificeẽ ppls q ſanctifi
cationi nõ fuerat pparatus:illud ſignificat, ne facile
nõ ſanctificatis ſancta tribuamus:nec mittamus (iu
Matth.7.a xta Euangeliũ) margaritas ante porcos:nec demus
Exod.19.c ſanctum canibus.Deniq; Moyſes tribus diebus ab
omni immũdicia,& ab uxorũ cõplexu uult populũ
ſanctificari,ut accedat ad montẽ Sina, & ſanctifica-
tus ſctã ſuſcipiat.Si aũt acceſſuri ad audiẽda & ſuſci
pienda uerba dei ſanctificari iubẽtur ab uxoribus,
manifeſtũ eſt in lege illud apoſtolicũ cõtineri:Noli-
1.Cor.7.a te fraudare inuicẽ,niſi forte ex cõſenſu ad tẽpus,ut
uacetis orationi:& ex cõſenſu abſtinẽdũ ab uxori-
bus,ut uacemus orationi.Poſt hæc ſcriptum eſt:Et
eduxit me in atriũ exterius,& circũduxit me p qua-
tuor angulos atrij:& ecce atriolũ erat ĩ angulo atrij,
atriola ſingula per angulos atrij ; in quatuor angu-
lis atrij atriola diſpoſita,Ille uir quẽ ſæpe cõmemo-

a ſione ſua.Et intrôduxit me per ingreſſium q
erat ex latere (uel poſt tergũ)portæ in gazo-
phylacia ſanctuarij ad ſacerdotes(ſiue in exe
dras et thalamos)qui reſpiciebãt ad Aquilo-
nem:& ecce ibi erat locus uergẽs ad Occidẽ-
tem:(ſiue ad mare:& ut Lxx. trãſtulerũt, ſe-
paratus).Et dixit ad me.Iſte eſt locus ubi co-
quent ſacerdotes pro delicto & pro peccato
(ſiue p ignorãtia) , & ubi coquẽt ſacrificium
(ſiue manaa & donũ):ut nõ efferant in atriũ
exterius, & ſanctificetur populus. Et eduxit
me in atrium exterius , & circũduxit me per
quatuor angulos atrij:& ecce atriolũ erat in
angulo atrij,atriola ſingula p angulos atrij.
In quatuor angulis atrij atriola diſpoſita,
quadraginta cubitorum per longum , & tri-
ginta

rat,eduxit eũ de loco ſacerdotũ q uergebat ad Aq- C
lonẽ:ſiue q erat ſeparatus,ubi coquũt ſacerdotes p
delicto,& p pctõ,uel ignorãtia:eduxit autẽ in atriũ
exterius.Ex quo intelligimus illud atrium de quo
egreſſus eſt fuiſſe interius:& multa eſſe atria in ſcri-
pturis ſctĩs, de qbus legi
mus:Qui ſtatis in domo Pſal.134.a
dñi, in atrijs domus dei
noſtri:Et ĩ Ioãne:Et alias Ioan.10.c
oues habeo quæ nõ ſunt
ex hoc atrio,& illas opor
tet me adducere, & uocẽ
meã audiẽt:& fiet unum
atriũ,& unus paſtor:hoc
eñ Gręce αὐλὴ ſignificat:
qđ Latina ſimplicitas in
ouile trãſtulit.Qñ aũt di-
cit,ex hoc atrio, oſtendit
eſſe & aliud:qđ uel in gẽ
tiũ turba ad diſtinctionẽ
Iſraël,uel in cœlis ad ſepa
tionẽ terreni atrij demõ-
ſtraẽ:& p qualitate meri-
torum unicuiq; officio atriũ
delegatũ:ſup quo ĩ ante-
rioribus plenius diſputa
tũ eſt.Hoc aũt atrium de
quo nũc ſermo eſt,p ſingulos angulos quatuor ha-
bebat atriola,q̃ Lxx.minora uocãt & nos p facilita D
te ſenſus ὑποκορισμῶς, atriola diximus. Quadragita
cubitorum erãt per lõgũ,& triginta per latũ. De qbus
numeris in hoc eodẽ ppheta diſputaſſe me memini:
quod aliud ad tribulatiões & anguſtias, aliud ad p-
fectam referatur ætatẽ. Vnde quadraginta diebus
Moyſes,& Helias,& dñs atq; ſaluator in eremo ie- Exod.34.d
iunarũt:& ad ſacerdotale officiũ,nõ poſt uiceſimũ- 3.Reg.19.b
quintũ ætatis ãnũ,ſed poſt triceſimũ accedũt.Quã- Matth.4.a
obrẽ & dñs triginta annorum erat,cũ uenit ad baptiſ- Luc.3.c
mũ:& in hoc eodẽ ppheta triceſimus annus poniẽ
in exordio. Vbi igitur cibi,ibi & anguſtia atq; ten-
tatio,p quæ parãtur cibi.Et ubi in perfecti uiri ue-
nerimus ætatẽ,ibi calcãda ſunt oĩa,& dicẽdũ:Habẽ
tes uictũ & ueſtitum,his cõtẽti ſimus.Et:Si dederit 1.Tim.6.b
mihi dñs cibũ ad ueſcẽdũ,& ueſtẽ ad operiẽdũ. Vel Gen.28.d
certe illud:Eſca uẽtri,et uẽter eſcis:deus aũt & hunc 1.Cor.6.c
& illa deſtruet.Neq; eñ in futuro mãducabimus et
bibemus,ſed illo ueſcemur pane q de cœlo deſcẽdit
de quo in pſalterio caniẽ:Panẽ angelorum mãducauit Pſal.77.c
homo,Et:Meus cibus eſt,ut faciã uolũtatẽ eius qui Ioan.4.e
miſit me.Quia aũt mẽſura una atriolorum erat quatuor
quæ atrij maioris angulos poſſidebãt,quatuor mũ-
di ſignificat plagas:q in ſudore uultus noſtri come
damus panẽ:& omis labor uẽtri ſtercoriq; pficiat:
quæ quatuor atriola, uel unus paries ambiebat:&
culinæ fabricatæ erãt ſubter porticus per gyrũ,uel
ppinqua habeãt accubita:ut ubi cibi, ibi & mẽſarũ
præparatio. Et ne forſitan ignoraret ppheta quid
eſſent q̃ cerneret,dixit ad eũ:Hæc eſt domus culina
rum,in qua coquent miniſtri dñi uictimas populi.
Populi

E Populi quidē uictimæ quæ offeruntur pro delicto ſiue peccato & ignorantia,ſunt alimenta & refrigeria ſacerdotum;ut meminerint nihil ſe aliud debere appetere,cum etiam in templo carnes ad eorum refrigeria præparatæ ſint.

Cap. XLVII.

ET cōuerti me &c.Et mēſus eſt mille,torrētem &c.) Pro quo Lxx. tranſtulerūt;Et mēſus eſt mille,& nō poterat ꝑtrāſire:qm̄ ferebatur aqua inſtar præcipitis torrētis, qui trāſiri nō pōt.Aquæ iſtæ quæ egrediebantur ſubter limē domus,id eſt templi,nō ferebantur ad Aquilonē & ad Occidētem,ſed ad Orientē;& in latere tēpli dextro,id eſt, ad meridiē;ipſamq́; meridiē non cuiuslibet loci, ſed altaris.Ex quo perſpicuū ſit ſacras eſſe aquas; & ſaluatoris noſtri ſignificare doctrinā;iuxta il- Eſa.2.a lud quod ſcriptū eſt:De Sion egrediet̃ lex;et uer- Ibid.11.c bum dñi de Hieruſalē.Et F in alio loco;Repleta ſunt omīa ſciētia dñi,ſicut aqua multa operiēs mare.De Zach.14.b his aq̃s & Zacharias ꝓpheta uaticinatus eſt,dicens: In die illo egredietur aqua uiuēs de Hieruſalem;& mediū eius in mare primū;mediū aūt illius in mare Ioan.4.b nouiſſimū.De his aquis & ad Samaritanā dñs loq̃batur;Si ſcires quis eſt qui dicit tibi,da mihi bibere: tu forſitan petiſſes eū,& dediſſet tibi aquā uiuētem. Et iterū;Omnis qui bibit de aqua iſta, ſitiet denuo: qui aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei, nō ſitiet in Ioan.7.f æternū.Et in tēplo clamabat atq; dicebat;Si q̃s ſitit, ueniat ad me & bibat.Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de uentre eius fluēt aquæ uiuæ: hoc aūt dixit de ſpiritu quē accepturi erāt credētes in eum.Iſtæ ſunt aquæ de quibus ꝓpheta loqueba- Pſal.22.a tur in pſalmo:Super aquas refectiōis educauit me. Supra.36.e Et Ezechiel;Aſſumā uos de gētibus & de terris,& aſpergam ſuper uos aquā mundā;& mundabimini ex omnibus immūdicijs ueſtris.Apparuerūt enim fontes aquarum. Et in nonageſimoſecūdo pſalmo canitur;Eleuauerūt flumina dñe,eleuauerūt flumina uoces ſuas à uocibus aquarū multarū,Mirabiles Eſa.8.b elationes maris.Iſtæ ſunt aquæ Siloë quæ uadunt Ibid.12.a cum ſilentio, de quibus loquitur Eſaias;Haurietis Pſal.67.f aquas de fontibus ſaluatoris. Et pſalmiſta;Benedicite dño de fontibus Iſraël. Et idem Eſaias de dño Eſa.33.a ſaluatore;Iſte,ait,habitabit in excelſa ſpelūca petræ fortiſſimæ,Panis ei dabit̃,& aqua illius fidelis.Erupit enim in deſerto aqua;& uallis in terra ſitiēti.Di- Eſa.43.a citurq́; credētibus;Noli timere: quoniā redemi te, meus es tu;& ſi tranſieris per aquā,tecum ego ſum.

...ginta per latum. Menſuræ unius quatuor erant;& paries per circuitum ambiens quatuor atriola;& culinæ fabricatæ erant ſubter porticus per gyrum (ſiue propè accubita, quæ Aquila, σιβάδας, interp̃tatus eſt;Symmachus περιφράγματα, Theodotio ip̄m uerbū Hebraicū poſuit תירות). Et dixit, inq̃t,ad me; Hæc eſt domus culinarū,in qua coquēt miniſtri domus uictimas ppl̃i(ſiue uictimam.)

Cap. XLVII.

a ET cōuerti me ad portam domus,& ecce aquæ egrediebantur ſubter limen domus ad Oriētem. Facies em̄ domus reſpiciebat ad Orientem. Aquæ aūt deſcendebant in latus tēpli dextrū ad Meridiē altaris.Et eduxit me ꝑ uiā portæ Aquilonis;& cōuertit me ad uiam foras portā exteriorem, uiam quæ reſpiciebat ad orientem: & ecce

G Et rurſum;Qui ſititis,ite ad aquā. Et per Hieremiā loquitur deus;Duo mala fecit ppl's meus.Me dere- Eſa.55.a liquerūt fontē aquæ uiuæ;& foderūt ſibi lacus, qui Hiere.2.c aquā cōtinere nō poſſunt.Sicut igitur legimus ī bonā partē aquas ꝗ egrediūtur de limine tēpli;& referūtur ad doctrinā eccleſiæ;ſic ſunt aquæ amaræ, et aquæ peſſimæ;ad quas Hieremias ꝓpheta nos ꝓhibet accedere,dicens: Quid uobis & uiæ Aegypti,ut bibatis de aquis Geon? quæ Hebraice dicūtur שחור,id eſt,turbidæ atq; cœnoſæ. De q́b⁹ iratus ſuper hæreticis loquitur deus;Ecce ego ci- Ibid.9.e babo eos anguſtijs;& dabo eis potū aquam fellis: in qua draco regnat Aegyptius, ꝗ dicit;Mea ſūt Supra.29.a flumina, & ego feci ea;ꝗ &.23.c onme excelſum uidet;& ipſe eſt rex corū qui in aquis ſunt. Vnde uir eccleſiaſticus dñm deprecat̃ et dicit;Saluum me fac dñe; Pſal.68.a quoniā intrauerūt aquæ H uſq; ad animā meā. Infixus ſum in limo ꝓfundi,& nō eſt ſubſtātia;& tēpeſtas demerſit me.Et iterū:Libera me ab his ꝗ oderunt me;& de ꝓfundis aquarū;nō me præcipitet tēpeſtas aquæ;nec abſorbeat me ꝓfundū;neq; urgeat ſuper me puteus os ſuū.Et in alio pſalmo;Niſi quia Ibid.123. dñs erat in nobis,dicat nūc Iſraël;niſi quia dñs erat in nobis.Cū exurgerēt homines in nos,forſitan uiuos deglutiſſent nos.Cū iraſceretur furor eorū ſup nos,forſitan aqua abſorbuiſſet nos.Et ſpōſa in Cātico canticorū;Aqua multa nō poterit reſtinguere Cant.8.c charitatē,& flumina nō demergēt eam.Iſta eſt aqua de qua dicit Oſee;Cōtēpſit me Galaad ciuitas quæ Oſee.6.c operatur uanitates cōturbās aquā;et fortitudo eius uiri piratæ.Quæ aqua alio nomine uocat̃ marah, מָרָה hoc eſt,amaritudo;ī qua lignū crucis mittit̃;& amara uertūtur in dulcia.Cōſidera legē Moyſi, ſi intelli- Exod.21.c gatur iuxta ſenſum carneū Iudæorū:quomō amara ſit,effodiēs oculum ꝓ oculo, dentē ꝓ dente;uide in 2.Reg.13.c Thamar fornicationē; & Oſee iūctum fornicariæ, Oſee.1.a Hieremiæ περίζωμα;Moyſi uxorē Aethiopiſſam,et Hiere.13. interfectionē Aegyptij,& mille alia;quæ ſi intelliga- Num.12. mus iuxta occidentē literam,& nō iuxta ſpiritū ui- Exod.2. uificantē,amara ſūnt;& lectorē ſuū nō tam ædificāt quàm deſtruunt.Iſtæ igitur aquæ, quæ egrediūtur de templo domini, & pergunt ad Orientem;& deſcendūt in latus templi dextrum ad altaris meridiē: ubi ſponſus cōuiuas ſuos paſcit & accubat.Quod autem ſequitur;Et eduxit me per uiā portæ Aquilonis;& conuertit ad uiam foras portam exteriorem,uiā quæ reſpiciebat ad Orientem;illud latenter oſtendit



A oſtendit,ꝙ ſtatim ad portā orientalē peruenire non poſſumus,niſi per uiā portæ Aquilonis longo circuitu perueniamus ad eā.Niſi em̄ uētū frigidiſſimū uicerimus calore fidei, & calcauerim⁹ regiōes eius: Rom.16.c ut impleatur illud in nobis Apoſtolicū; Deus autē cōteret ſatanam ſub pedibus ueſtris uelociter;portam per quā egrediūtur aquæ, & ſūt à latere dextro,ingredi nō ualebim⁹. Et nota ꝙ aquæ iſtæ quæ egrediūtur ꝑ portā Oriētis,intātum leuas partes fugiunt;ut à dextris altaris ad meridiē ꝑgere deſcribant̃.Vir aūt,inquit, ille qui habebat funiculū in manu, cū me duxiſſet per portā Aquilonis forinſecus ad uiā quæ reſpiciebat Orientē;& ipſe quoq; eſſet in eodē loco, mēſus eſt eiuſdem aquæ mille cubitos;& tranſduxit me ꝑ aquā uſq; ad talos;quos Aquila & Symmachus & Theodotio ἀστραγάλους interp̃tati ſunt: B pro quibus. Lxx.trāſtulerunt;& tranſiuit in aqua, aquā remiſſionis;quod intelligere poſſumus prima hominū ſignificare peccata;quæ ingrediētibus nobis aquas dñi dimittuntur;& baptiſmi oſtēdūt gratiā ſalutarē;& initia ſunt profectuū,tamē ipſa ſublimia. Deniq; ad talos uſq; pertingunt, qui plantæ calcaneoq́; uicini ſunt;qui Gen.3.c patet morſibus colubri, dicente dño;Tu eius obſeruabis caput,& ipſe obſeruabit tuū calcaneum.Et in Pſal.40.c pſalterio de Iuda dicitur proditore;Qui edebat panes meos,magnificauit ſuper me ſupplantationem ſiue calcaneū;hoc enim Græcū πτέρνη ſignificat.Poſt mille aūt cubitos qui perueniunt uſq; ad talū, menſus eſt alios mille cubitos in aqua & tranſduxit me uſq; ad genua.Poſt remiſſionē ſiquidē peccatorum & iter profectuum,quādo paululum de terrenis ad altiora conamur aſcendere,flectimus dño genua,di- Philip.2.d cente Apoſtolo;Vt omne genu flectatur,cœleſtiū, terreſtrium & infernorū;& omnis lingua cōfiteat̃, quoniam dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Tertio menſus eſt mille alios cubitos;& tranſduxit, inquit,me per aquā uſq; ad renes.His em̄ gradibus ad ſublimia peruenimus;quæ tamen ipſa ſublimia uſq; ad lumbos & renes perueniūt;ut omnis in nobis ignobilis libido trūcetur;& poſſideamus ſanctificationē corporis,ſine qua nemo uidet deū.Vnde Supra.8.a & in hoc eodē ꝓpheta;A pedibus uſq; ad lumbos deus igneus cernitur.Indigēt em̄ igne & purgatio- Pſal.37.c ne opera lumborum;dicēte iuſto;Quoniam lumbi mei repleti ſunt illuſionibus; per quos nobis & in die, & in noctium phantaſmate illudit inimicus.

& ecce aquæ redundantes à latere dextro cū egrederetur uir ad Oriētem,qui habebat funiculum in manu ſua;& menſus eſt mille cubitos: & tranſduxit me per aquam uſq; ad talos;(ſiue tranſiuit in aqua aquam remiſſionis),Rurſumq́; menſus eſt mille;& tranſduxit me per aquam uſq; ad genua(ſiue tranſiuit in aqua,aquam uſq; ad fœmina.) Et mēſus eſt mille, & traduxit me per aquam uſq; ad renes(;ſiue & tranſiuit aquā uſq; ad lumbos).Et menſus eſt mille torrentem, quem non potui pertranſire: quoniā intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non poterat a tranſuadari.Et dixit àd me;Certe uidiſti fili hominis;& eduxit me & conuertit ad ripam torrentis(ſiue fluminis).Cumq́; me cōuertiſſem(ſiue cōuertiſſet),ecce ī ripa torrētis (ſiue fluminis

A lumbis uero uſq; ad caput & uerticē,precioſiſſimo metallo electri fulgore reſplendet;ut nihil in ſe ſordidū,nihil habeat uilitatis.Vnde nūc quarto dicitur;Et mēſus eſt mille,ſubauditur,cubitos torrentem;quod Lxx.nō trāſtulerūt, quē nō potui pertrāſire;multo meli⁹ q̃ Lxx. qui dixerūt, & nō poterat pertrāſire. Propheta em̄ & omnis humana natura,poſt lumbos torrentem cogitationū,& incētiua in corde uitiorū, nō poteſt pertrāſiri.Vir aūt ille qui indutus erat baddim, & ductor ꝓphetæ, liquido pertranſijt;ꝗ peccatum nō fecit,nec dolus Eſa.53.c inuentus eſt in ore eius. Cauſaſq́; reddit,cur propheta mille quartos cubitos nō potuerit ꝑtrāſire; quoniā,inquit,intumuerant aquæ ꝓfundæ torrētis,ꝗ nō poteſt trāſuadari.Et quomodo ſcriptū eſt, gloriante propheta; Torrentē pertrāſiuit ani- Pſal.123.a ma noſtra? Sed facile ſoluitur, ſi ſciamus pro hoc D ſcriptū eſſe in Hebræo;Torrēs ꝑtrāſijt animā meā. De hoc torrēte & Eſaias loquitur;Ecce ego inclino Eſa.66.d ſuper eos ſicuti fluuiū pacis,& ſicut torrētē inundātem gloriā.Et in triceſimoquinto pſalmo de ſanctis dicitur;In ꝓtectiōe alarū tuarū ſperabūt,Inebriabūtur ab ubertate domus tuæ;& torrēte deliciarū tuarum potabis eos;quoniam apud te eſt fons uitæ.Et in centeſimo uiceſimoquinto;Cōuerte dñe captiuitatem noſtrā,ſicut torrēs in Auſtro.Et ſuper ſaluatore;De torrēte bibet in uia.Quis em̄ hominū gloriari poteſt caſtū ſe habere cor;uel ad cuius mētem per oculorū feneſtras,mors cōcupiſcētiæ nō introibit;& (ut parū dicā) animi titillatio? Mundus enim 1.Ioan.5.d in maligno poſitus eſt;& à pueritia appoſitū eſt cor Gen.8.c hominis ad malū;ut ne unius quidē diei à natiuitatis ſuæ exordio,ſine pctō ſit humana cōditio.Vnde Pſal.50.a & Dauid cōfitetur in pſalmo;Ecce em̄ in iniquitatibus cōceptus ſum,& in peccatis concepit me mater mea.Nō in iniq̃tatibus matris meæ uel certe meis, ſed in iniq̃tatibus humanæ cōditiōis.Vnde & Apl's Rom.5.c dicit;Regnauit mors ab Adā uſq; ad Moyſen,etiā ſuper eos ꝗ nō peccauerūt in ſimilitudinē præuaricationis Adæ.Qđ cubitos genere maſculino,& nō neutrali,cubita dicimus, iuxta regulā grāmaticorū; & in ſuperioribus docui,nō nos ignorātia hoc facere,ſed cōſuetudine ꝓpter ſimplices quoſq; & indoctos;quorū in cōgregatione eccleſiæ maior eſt numerus. a ¶Et dixit &c.) Totū capitulū q̃q; ꝓlixū ſit,ſimul ponere uolui;ne ſenſum legentis irrūperē; & lectionis ordo diuiſus in partes,audientis intelligentiā

fluminis) ligna multa nimis (ſiue arbores
multæ nimis) ex utraq; parte. Et ait ad me:
Aquæ iſtæ quæ egrediuntur ad tumulos ſa-
buli Orientis, & deſcendunt ad plana deſer-
ti: (ſiue aqua iſta quæ egreditur in Galilæā,
quæ uergit ad Orientem, & deſcendit ad A-
rabiam) intrabunt mare: & exibunt, & ſana-
būt aquæ. Et omnis anima uiuens (uel ani-
malium) quæ ſerpit (ſiue ſerpentium): quo-
cunq; uenerit torrens (ſiue fluuius) uiuet: &
erunt piſces multi ſatis poſtq; uenerint illuc
aquæ iſtæ: & ſanabuntur, & uiuent omnia
ad quæ uenerit torrens (ſiue fluuius). Et ſta-
bunt ſuper illas piſcatores ab Engaddi uſq;
ad Engallim, ſiccatio ſagenarum erit. Pluri-
mæ ſpecies erunt piſciū eius: ſicut piſces ma-
ris magni, multitudinis nimiæ. In his autem
quæ egrediūtur ripas, & ſūt paluſtria, nō ſa-
nabuntur

E gentiā cōturbaret. Primūq; dicendū, q; ꝑ torrēte in
Hebraico dicitur נַחַל: & Græco ſermone χειμάῤῥους
appellatur: Lxx. flumē trāſtulerūt. Deinde pro Ga-
lilæa, quæ Hebraice dicitur גָּלִילָה: Aquila θῖνας
interpretatus ſit: quod tumulos ſignificat arenarū,
Symmachus μετέωρον: qđ
poſſumus transferre cō-
finiū. Pro Arabia quoq;
Symmachus, inhabitabi-
lem: Aquila, humilia uel
plana: Theodotio, Ara-
bas trāſtulerūt. Dicamus
ergo quid nobis uideat̃
in ſingulis. Vir ille q erat
ductor Ezechielis, cōmo
net ꝓphetam, ut diligen-
tius intueatur & uideat:
& occulta myſteria ocu-
lis mētis attendat. Vocat
aūt filiū hominis, uel in fi
gurā dñi ſaluatoris: etem̃
Ezechiel interpretat̃, for
titudo uel imperium dei:
uel certe ad cōmonitionē
fragilitatis humanæ: ne
obliuiſcat̃ cōditiōis ſuæ,
dum ei magna mōſtran-
tur: & cōmonitum ducit
F atq; cōuertit ad ripā tor-
rētis: ut quoniā mediam
profunditatem tranſire nō potuerat: ſaltem ea quæ
in ripis ſunt, recognoſcat. Cumq;, ait, me conuertiſ-
ſem, ſiue ille me conuertiſſet, qui ductor erat et mo-
nitor: ecce in ripa torrentis, ſiue fluuij, ligna multa,
uel arbores plurimæ nimis ex utraq; parte. Torrēs
iſte qui pro aquarum abundantia fertur more tor-
rentis: & ſuſcipit de cœlo pluuias: de quo in præte-
rita diximus lectiōe: ipſe à Lxx. appellatur fluuius,
eo q; perpetuas aquas habeat: nec de pluuijs hinc
inde collectas, ſed de uiuo & perpetuo fonte manā-
tes. De quo fluuio multa in ſcripturis ſanctis legi-
mus: ſed in præſentiarum pauca dicēda ſunt: ac pri
Pſal.45.a mum illud: Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei.
Ibid.64.b Et in alio loco: Flumen dei repletum eſt aquis: præ-
paraſti cibum eorum: quia ſic eſt præparatio tua.
Ibid.92.a Rurſumq; pluraliter: Eleuauerūt flumina dñe, ele-
uauerunt flumina uoces ſuas, à uocibus aquarum
Eſa.43.c multarū: Mirabiles elatiōes maris. Et in Eſaia: Faciā
in deſerto uiam: & in inuio flumina. Et in alio eiuſ-
Ibid.44. dē loco manifeſtius: Apparebit in Sion fluuius de-
currēs glorioſus in terra ſitienti. Super hunc fluuiū
erāt arbores plurimæ ex utraq; parte ripæ: ut inter
duo ſcilicet īſtrumēta uetus & nouū, clauſus curre-
ret fluuius. Ligna aūt multa uel arbores plurimas et
multas nimis, illas arbitror, quas in paradiſo ſcriptu
ra cōmemorat pomis uarijs abundare: docetq; pro
phetam ductor præuius & magiſter, & dicit: Aquę
iſtæ q̃ egrediūtur uel in Galileā gētiū, iuxta Lxx. uel
(ut uerius in Hebræo cōtinetur) ad tumulos ſabuli
Orientalis: & deſcendunt ad plana deſerti, uel ad G
Arabiā: intrabunt mare uel ad exitus maris, & ſana
buntur aquæ. Aquas uel baptiſmi gratiā, uel euan-
gelicā ſignificare doctrinam, dudū diximus. Quę ſi
egrediātur de limine tēpli dñi, & apoſtolicā teneant
diſciplinā: tumulos ſabu-
li, ſteriles prius & inferti-
les faciūt eſſe frugiferos:
& oīa plana atq; deſer-
ta ita irrigātur, ut expri-
māt in ſe Hierichontini
fluuij ſacramētū: quē He
liſæus euāgelico & apo-
ſtolico curauit ſale: intan 4.Reg.2.d
tū ut ubi prius ſterilitas
fuerat & mors, ibi uber-
tas eſſet & uita. Nec ſolū
deſerta ſanarūt, ſed intrāt
mare Orientale: mare ui-
delicet mortuū, in quo ni
hil poterat eſſe uitale, &
mare amariſſimū: quod
Græce λίμνη ἀσφάλτου, id
eſt, ſtagnū bituminis uo-
catur. Mirūq; in modum
aquis euāgelicis aquæ ſa
nantur mortuæ: quæ ab
eo q; nihil in ſe uitale ha- H
beant, nomē mortis ſor-
titæ ſunt. Nō ēm noue-
rant eū qui dicit: Ego ſum uita & ueritas. Et reuera Ioan.14.a
iuxta literā hucuſq; nihil quod ſpiret & poſſit ince-
dere præ amaritudine nimia ī hoc mari reperiri po
teſt: nec cochleolæ quidē paruiq; uermiculi & an-
guillæ: & cætera animantiū ſiue ſerpētium genera:
quorū magis corpuſcula poſſumus noſſe q̃ nomi-
na. Deniq; ſi Iordanis auctus imbribus piſces illuc
influēs rapuerit, ſtatim moriuntur: & pinguibus a-
quis ſupernatāt. Cū hæc itaq; nihil utilitatis habeāt,
ut ſimplex ſermo teſtatur: etiā ſi facta fuerint, quod
ſtulta Iudæorū ſuperſtitio credit: iuxta intelligentiā
ſpiritualē dñi torrente curatæ, habebūt piſces pluri
mos: & uiuēt omnia ad quæ torrēs iſte peruenerit:
ita ut piſcatores ſtent ſuper ripas ab Engaddi, uſq; עין גדי
ad Engallim: quorū prius fontē ſiue oculū hœdi, ſe- עין עגלים
quens fontē oculúmue uitulorum ſonat. Engallim
enim in principio eſt maris mortui, ibi Iordanis in-
greditur. Engaddi uero ubi finitur atq; cōſumitur.
Mare aūt mortuū illud puto eſſe, de quo Zacharias Zach.14.b
loquit̃: In die illa egredietur aqua uiuēs de Hieruſa
lē: & mediū eius in mare primū. Daniel quoq; ī hæc
uerba cōſentit: Videbam, & ecce quatuor uēti cœli Dan.7.a
innitebāt in mari magno. Et Dauid: Mirabiles ela- Pſal.92.a
tiones maris. Et ex pſona ſaluatoris in pſalmo: Ve- Ibid.68.a
ni in ꝓfundum maris, & tēpeſtas demerſit me. Rex
quoq; Aegypti iuxta eundē Ezechielē draco appel Ezech.32.a
lat̃, q habitat ī mari, & uētilat fluminibus quaſi cor-
nibus ſuis. Et iterū: Hoc mare magnū et ſpacioſum. Pſal.103.c
Qđ q̃ diu nō ſuſcepit ī ſe aquas fluminis ſiue torrē
tis, omne



nabuntur, ſed in ſalinas dabuntur. Et ſuper
torrentem (ſiue fluuium) orietur in ripis eius
ex utraque parte omne lignum pomiferum
(ſiue frugiferum) non defluet folium ex eo
(ſiue non inueteraſcet ex eo) & non deficiet
fructus eius. Per ſingulos menſes afferet pri-
mitiua (ſiue innouabuntur omnia) quia aquæ
eius de ſanctuario egredientur, & erit fru-
ctus eius in cibum, & folia eius ad medici-
nam (ſiue & aſcenſio eius ad ſanitatem.)
Hæc dicit

A tis, omne quod in ſe habet, mortificat: ſed dominus,
Oſee.6.a de quo dictum eſt: Percutiet & curabit poſt duos
dies: & in die tertio ſurgemus, & uiuemus in cōſpe
Ibi.11.a ctu eius: ipſe loquitur in eodē propheta Oſee: Ego
colligaui Ephraim: ſuſcepi eum in brachio meo: &
non cognouerunt, quia
ſanaui eos in correptio-
ne hominis: qui uulnera
tus eſt propter peccata
noſtra: & infirmatus pro
Eſa.53.b iniqtatibus noſtris. Di-
ſciplina pacis noſtræ ſu-
per eū, & liuore eius ſa-
nati ſumus. Ipſe iſtud ma
re quod eſt ſalſiſſimū, &
nimia amaritudine mor
tuū, ſua morte ſanauit:
Ibi.61.a qui dicit per Eſaiā: Spi-
ritus domini ſuper me:
propter quod unxit me,
euangelizare pauperibus miſit me: ſanare eos qui
cōtriti ſunt corde. Vnde & per Hieremiā clamitat:
Hiere.3.g Cōuertimini filij cōuertētes, & ſanabo cōtritiones
ueſtras. Dixit enim populus impatiēs: & dolorem
uulnerū ſuorū diutius ferre nō ſuſtinens: Trāſiuit
æſtas, pertranſijt meſſis, & nos ſaluati non ſumus.
Hiere.8.g Vnde reſpōdit ei dñs: Nūquid reſina nō eſt in Ga-
laad: aut medici nō ſunt ibi? Quare nō aſcēdit ſana
B tio filiæ populi mei? Et ipſe Hieremias uociferat̃,
Ibi.17.b & dicit: Sana me dñe, & ſanabor: ſaluū me fac, & ſal-
uus ero. Deniq; angeli qui præſides erāt populi Iu
dæorū: eo tēpore quādo clamauit multitudo inſi-
Matth.27.c piens, & ait: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios
noſtros. Et: Velum tēpli ſciſſum eſt: & omnia He-
bræorū ſacramēta reſerata: reſpōderūt præcipienti
Hiere.51.a dño atq; dixerūt: Curauimus Babylonē, & non eſt
ſanata: relinquamus eā, urbē uidelicet confuſionis
atq; uitiorū. Vnde & Ioſephus in ſua narrat hiſto-
ria: quod poſtq; dñs crucifixus eſt: & uelum templi
ſciſſum eſt, ſiue liminare tēpli fractum corruit: au-
dita ſit uox in adytis tēpli uirtutū cœleſtiū, trāſea-
mus ex his ſedibus. Hoc totū nō ſuperfluo, ſed ne-
ceſſario dictum ſit: quia mare mortuū, influente in
ſe flumine dñi, dicit̃ eſſe curatū. Super hoc mare ab
Engaddi oculo & fonte hœdi, qui pro peccato ſem
per offertur, uſq; ad Engallim fontē uitulorū, qui
mactantur dño: & imitātur uitulū cornua efferen-
tem & ungulas: qui in typo ſaluatoris ad altare ma
ctatur: erūt piſcatores quibus loquitur dñs Ieſus:
Matth.4.c Venite ad me, & faciā uos piſcatores hominum, de
Hiere.16.c quibus & Hieremias: Ecce ego, inquit, mittā piſca
tores. Et plurimæ ſpecies, imò genera piſcium erūt
Ioan.21.c in mari quondā mortuo. Quos piſces ad dexteram
partē iubente dño extraxit Petrus: & erāt centum
quinquagintatres: ita ut præ multitudine eorū re-
tia rūperentur. Aiunt aūt qui de animātiū ſcripſe-
re naturis & proprietate, qui ἁλιευτικὰ tam Lati-
no, q; Græco didicere ſermone: de quibus Oppia-
nus Cilix eſt poëta doctiſſimus: centum quinqua-
gintatria eſſe genera piſciū: quæ omnia capta ſunt C
ab apoſtolis: & nihil remanſit incaptū: dum & no-
biles & ignobiles, diuites & pauperes, & omne ge-
nus hominū de mari huius ſeculi extrahit̃ ad ſalu-
tem. Quod aūt ſequitur: In littoribus eius & in pa
luſtribus, ſiue in his quę
extra littora egrediūtur
aquæ non ſanabuntur:
illud latenter oſtēdit, qđ
qui in Noë arca nō fue-
rit, pereat regnante dilu
uio, & quos iſte fluuius
nō attigerit, nō ſuſcipiāt
ſanitatem: ſed in ſalinas,
inquit, dabuntur, iuxta
illud quod ſcriptum eſt:
Peſtilēte flagellato, ſtul- Prouer.19.d
tus ſapientior erit. Eru-
diūt enim bonos exēpla
peiorū. Siue in ſalinas da
buntur, iuxta illud quod in euāgelio ſcriptum eſt:
Bonum eſt ſal: ſi aūt ſal infatuatū fuerit, in nihil eſt Mar.9.g
utile: ut in perpetuū frugibus careāt & uirore. Qđ
& urbs poſt ruinā ſale conſperſa demōſtrat. Super
torrentem uero ſiue fluuiū orietur in ripis eius ex
utraq; parte omne lignū pomiferū: ſiue ut omnes
uoce cōſona trāſtulerūt, βρώσιμον, quod cibū & eſcā
tribuit, & quod mandi poteſt: appellaturq; lingua
Hebraica, מַאֲכָל: & nihil iuxta Lxx. ueteraſcet in D
eo: ſed quotidie innouabūtur fruges eius: ſiue non
defluet foliū ex eo, & nō deficiet fructus eius, iuxta
illud quod in primo pſalmo ſcriptū eſt: Et erit tāq;
lignū quod plātatū eſt ſecus decurſus aquarū, quod
fructum ſuū dabit in tēpore ſuo, & foliū eius non
defluet. Per ſingulos, inquit, mēſes, afferet primiti-
ua: ſiue ut in Lxx. ſcriptū eſt: Fructus eius in reno
uatione ſui primitiua dabit: ut omnes credētiū fru
ctus primitiæ ſint: & ſinguli mēſes ſingulis apoſto
lis deputentur. Hoc aūt eueniet: quoniā aquæ eius
de ſanctuario egrediētur: Ne putemus riparū eſſe,
uel arborū aut mēſium tantarū frugū abundantiā:
reddit cauſas ubertatis, & infert: Quia aquæ eius Roma.9.c
de ſanctuario egredient̃. Nō ergo uolētis neq; cur
rentis, ſed miſerentis dei eſt. Horum omniū ligno-
rum principatū tenet lignū uitæ: quod intelligitur
ſapientia, de qua ſcriptū eſt: Lignū uitæ eſt omni- Prouer.3.c
bus credētibus in eam. Illudq; quod dicit̃: Et erunt
fructus eius in cibū: & foliū eius ad medicinā, diui-
norum librorum ſacramēta demōſtrat: quorum al
terum pertinet ad literā, alterū ad ſpiritū: ut uerba
ſimplicia intelligamus in folijs: in fructibus uero
ſenſum latentē. Sicut enim ſcientia ſcripturarū du
cit ad regna cœlorū: & præbet nobis panē qui di-
cit: Ego ſum panis qui de cœlo deſcendi: ſic folia Ioan.6.e
eius moralē doctrinā cōtinent, & tribuunt ſanita-
tem, ut peccantium curent uulnera. Pro folijs quæ
Hebraice dicuntur עָלֶה: propter uerbi & uocis ſi-
militudinem, Lxx. aſcenſionē tranſtulerunt: quod
& ipſum ſic ediſſeri poteſt: ut poſt cibos fructuū,

E uerborum monitis ad cœleſtia conſcendamus.
a ¶Hæc dicit dominus deus &c.) Pro eo quod
nos diximus:quia Ioſeph duplicem funiculum ha-
bet:Lxx.tranſtulerũt,augmentũ funiculi.Etenim
Ioſeph interpretatur,augmentũ:rem intelligentes יוסף
pro nomine:& lectoris
animum confundentes.
Subtracta enim Leuitica
tribu,& tẽpli ſacrificijs
delegata,remanebãt un-
decim tribus:quarũ tri-
bus Ioſeph diuiſa eſt in
duas, Ephraim , & Ma-
naſſe:qui dixerũt ad Io-
Ioſ.17.d ſue filiũ Nun:Quare de-
diſti mihi poſſeſſionem
ſortis & funiculi unius,
cum ſim tãtæ multitudi
nis,& benedixerit mihi
dñs:Quibus reſpõdit Io
ſue:Si populus multus
es,aſcende in ſyluam: &
ſuccide tibi ſpacia in ter-
ra Pherezei &Raphaim,
ꝗa anguſta eſt tibi poſ-
ſeſſio montis Ephraim.
F Et iterum:Dixitq; Ioſue ad domũ Ephraim & Ma
naſſe:Populus multus es,& magnæ fortitudinis:
nõ habebis ſortẽ unã,ſed tranſibis ad montẽ:& ſuc
cides tibi atq; purgabis ad habitãdũ ſpacia,& pote
ris ultra ꝓcedere,cũ ſubuerteris Chananæum:quẽ
dicis ferreos habere currus,& eſſe fortiſſimũ.Hoc
propterea dixerim:quia nũc ſcriptura cõmemorat
Ioſeph,hoc eſt,Ephraim & Manaſſe duplicẽ habe-
re funiculũ.Singulæ aũt tribus iuxta multitudinẽ
ſuam,æqualia accipiunt terræ ſpacia:nequaꝗ̃ arbi-
trio diuidẽtis,ſed ſorte quæ in dñi poteſtate conſi-
Ioſ.19.d ſtit.Deniq; & ipſe Ioſue,qui diuiſor terræ fuit,non
propriã ſibi ſeparauit terrã,ne optimã elegiſſe ui-
deretur,ſed accepit à principibus omniũ tribuum
Thamnathſareh in monte Ephraim. b ¶Hic eſt
aũt terminus terræ ad plagã ſep.&c.) Inter deſcri-
ptionẽ terræ ſanctæ duodecim tribuum Ioſue filij
Nun,& quæ nũc per Ezechielẽ fieri imperat̃,hoc
intereſt:quod ibi inter tribus ſorte terra diuiditur:
Num.34.b hic dñi iubẽtis arbitrio delegatur.In Numerorum
igitur libro in quo omnis terra repromiſſiõis per
quatuor plagas breui ſermone diuidit̃:ab aꝗlone,
id eſt,plaga ſeptẽtrionali iſta deſcriptio eſt.Porrò
ad ſeptentrionalẽ partẽ à mari magno termini inci
piẽt:peruenientes uſq; ad montẽ altiſſimũ,à quo ue
niens in Hemath,uſq; ad terminos Sedada:ibuntq;
confinia uſq; Zephrona,& uillã Enan,ſiue Haſer
Enon:Dicuntq; Hebræi ſeptentrionalẽ plagã inci
pere à mari magno:quod Palæſtinæ, Phœnicis,&
Syriæ,quæ appellatur Cœle,Ciliciæq; prætẽditur
littoribus,& per Aegyptũ tendit ad Libyã.Quod
autem dicit:Peruenient termini uſque ad montem
altiſſimum,idem Hebræi autumant uel Amanum

a Hæc dicit dõminus deus: Hic eſt terminus
in quo poſſidebitis terram in duodecim tri-
bubus Iſraël: quia Ioſeph duplicem funicu-
lum habet. Poſſidebitis autem eam ſinguli
æque ut frater ſuus:in quam leuaui manum
meam ut darem patribus ueſtris,& cadet ter-
b ra hæc uobis in poſſeſſionem.Hic ẽſt autem
terminus terræ ad plagam ſeptentrionalem à
mari magno uiæ Hethalon uenientibus Se-
dada,Hemath,Berotha,Sabarim,quæ eſt in-
ter medium Damaſci & confinium Hemath:
atrium Thicon,quæ eſt iuxta terminos Hau-
ran (ſiue Hauranitidis.) Et erit terminus à
mari uſq; ad atrium Enon(ſiue Seranan) ter-
minus Damaſci, & ab aquilone ad aquilo-
nem ter

montẽ ſignificari uel Taurũ:quod nobis uidetur G
uerius.A quo,inquit,uenies in Hemath,quæ nũc
Epiphania nominat̃:ab Antiocho crudeliſſimo ty
rannorũ nomine cõmutato:Nam cognomentũ ha
buit ἐπιφανής.Vſq; ad terminos,inquit,Sedada:qui
locus & in præſenti Eze
chielis ponitur lectione:
Ibunt confinia uſq; Ze-
phrona:quam urbẽ ho-
die Zephyrium oppidũ
Ciliciæ uocant.Hoc au
tem quod ſequit̃:Et uil-
la Enan:pro quo in He
braico ſcriptum eſt, חצר
עינון ſiue Enan,& p̃ſens
cõtinet locus.Et interim
ſecũdum hiſtoriã breui-
ter ſtrinxiſſe ſufficiat,&
tam Numerorũ ꝗ̃ Eze-
chielis deſcriptionem ſi-
bi ex latere copulaſſe:ut
prudens lector intelligat
in quibus,uel eadem,uel
uicina,uel diuerſa cõme
morarint.Nũc interpre
tatis nominibus ſingulo
rum,ſequamur Anagogen:& quid nobis uideatur H
in ſingulis,præbẽte dño diſſeramus.Hethalon in- חֶתְלֹן
terpretat̃,incunabula mœroris:Sedada,latus eius, צְדָדָה
à latere,non à latitudine intellige:Hemath, furor: חֲמָת
qui Græce dicitur, χόλος:Berotha,putei:Sabarim, בֵּרוֹתָה
circuitus montiũ:Damaſcus,ſanguis ſacci,& oſculi סִבְרַיִם
ſiue poculi.Domũ aũt ſiue atriũ Thicon, Symma- דַּמֶּשֶׂק
chus interpretat̃,atriũ mediũ:quod pergit ad ter- תִּיכוֹן
minos Hauran,Igitur Thicon,mediũ ſonat.Hau- חַוְרָן
ran quam Lxx.in Græcũ uertere ſermonẽ,Haura- חָצֵר
nitidis,iracũdiã.Haſer aũt Enon quæ eſt terminus עֵינוֹן
Damaſci,in lingua noſtra dicitur atriũ fontis.Se-
ptẽtrionalis igitur plaga incipit à mari magno per
uiam Hethalon:quod interpretat̃,incunabula mœ
roris,& per pœnitentiã uenit ad Sedada,ubi eſt ex
latere declinatio.Intelligimus enim impẽdentẽ no
bis Hemath,hoc eſt,indignationẽ dei:ſiue Hemath
ueritate cõperta,aperiuntur nobis putei Berotha,
quos foderũt principes,Abraham,Iſaac,& Iacob:
longoq; circuitu peruenimus ad montes Sabarim:
qui poſiti ſunt inter Damaſcũ,hoc eſt,ſanguinẽ ci-
licij,& confiniũ Hemath,ut ſupra diximus,uerita-
tis.Sicut enim per mœrorẽ declinamus mala impẽ
dentia,& ex latere deuitamus:ſic poſt ſanguinẽ &
ciliciũ uitæ ſanguinariæ,anteꝗ̃ ueniamus ad confi
nia Hemath,circuimus & peruenimus ad montes,
de ꝗbus ſcriptũ eſt:Montes in circuitu eius,& dñs Pſal.124.a
in circuitu populi ſui.Qui locus appellatur,atriũ
Thicon,hoc eſt,atrium medium,ut interpretatus
eſt Symmachus:iuxta terminos Hauran,quod ira-
cundiam ſonat,& cum propheta dicamus:Iram do Michee.7.b
mine ſuſtinebo,quoniam peccaui ei.Et à mari uſq;
terminos Damaſci, in quo & apoſtolus Paulus à
furore



A furore Iudaico,& effuſione eccleſiaſtici ſanguinis,
Act.9.a lumen cæcitate conſpexit,& aſſumpto cilicio per-
ſecutionis ueteris,euangelium prædicauit:ut per-
ueniret ad atriũ fontis æterni:& in aquilone quon
dam poſitus, apprehenderet terminum ueritatis.
a ¶Porrò plaga orien-
talis de med.Hauran,&
de med.&c.)Pro quo in
Numerorũ libro ita ſcri
Num.34.b ptũ reperi:Inde metien-
tur fines cõtra orientalẽ
plagã de uilla Enan,hoc
eſt,Haſer Enon,uſq; Se-
phama : & de Sephama
deſcendent termini Re-
bla contra fontem:inde
peruenient cõtra orien-
tem in mare Chenereth,
& tendent uſq; ad Iorda-
nem,& ad ultimum clau
dentur mari.Supra dixerat:Et erit terminus à ma-
ri uſq; ad Haſer Enon,terminus Damaſci.A fine
igitur ſeptẽtrionalis plagæ,hoc eſt,atrio Enan,ten
dunt fines iuxta Numerorũ librũ uſq; Sephama,
quam Hebræi Apamiã nominant:& de Apamia
deſcẽdunt termini in Rebla,quæ nunc Syriæ uoca
tur Antiochia.Et ut ſcias Reblam hanc ſignificare
urbem,quæ nũc in Syria Cœle nobiliſſima eſt,ſe-
quitur:Contra fontem,quem perſpicuũ eſt ſignifi
B cari Daphnen:de quo fõte ſupra dicta urbs,aquis
abundantiſſimis fruitur.Hic autem locus à Cneo
Pompeio,qui primus Iudæã Romano ſubegit im-
perio,militari manu conſitus eſt,& ab eo iuxta fa-
bulam poëtarũ,Daphnes nomẽ accepit ob lauros
& cypariſſos:quæ arbores in ipſo loco frequẽtiſſi-
mæ ſunt.Inde,inquit,peruenient termini cõtra oriẽ
talem plagam ad mare Chenereth,uſq; ad ſtagnum
Tyberiadis.Mare autẽ dicitur,cum habeat dulces
aquas:iuxta idioma ſcripturarũ:quo congregatio-
nes aquarũ appellãtur maria.Et tendẽt,inquit ter-
mini uſq; Iordanẽ,& ad ultimũ claudẽtur mari:uel
mari mortuo,uel ut alij putãt,lingua maris rubri:
in cuius littore Ahila poſita eſt:ubi nunc moratur
legio & præſidiũ Romanorum.Hoc iuxta Nume
rorũ librũ dictum ſit:Iuxta Ezechielẽ uero de me-
dio Hauran,quod eſt oppidũ Damaſci in ſolitudi-
ne,& de medio Galaad,qui mons Libani collibus
copulatus,cecidit in ſortẽ Ruben,& Gad,& dimi-
diæ tribus Manaſſe,& eſt à tergo Phœnicis & Ara
Gene.31.c biæ:ad quẽ montẽ peruenit de Carris profectus Ia
cob,& cõprehenſus eſt à Laban,de quo & Hiere-
Hiere.22.b mias loquitur:Galaad tu mihi initiũ Libani:quam
cepit de Amorreorum regione Galaad filius Ma-
chir,filij Manaſſe:finiſq; huius plagæ,Iordanis flu
uius diſterminãs,& mare orientale:quod in hoc lo
co mare mortuũ,nõ linguã maris rubri intelligũt.
Dicamus iuxta Tropologiã:Poſt terminos aqui-
lonis longo circuitu per Hethalon, & Sedada,&
Berotha, Sabarim quoque,Thicon,& Hauran,&

nem terminus Hemath plaga ſeptentriona-
a lis. Põrrò plaga orientalis de medio Hau-
ran, & de medio Damaſci,& de medio Ga-
laad,& de medio terræ Iſraël:Iordanis diſter-
minans, ad mare orientale metiemini pla-
b gam orientalem.Plãga autem auſtralis me-
ridiana à Thamar uſque ad aquas contradi-
ctionis (ſiue ad aquas Mariboth: hoc enim
contradictio ſiue διαδικασμός, hoc eſt, iurgia
ſonat.)Cades quoq; & torrens uſque ad ma-
re magnum

Damaſcum,& atrium Enon,ad Hemath uſq; per- C
uenit oriẽtalis plaga:de medio iracundiæ Hauran,
& de medio Damaſci,ſanguine uidelicet pœniten-
tiæ,& de medio Galaad:quod interpretat̃,reuela-
tio,uel tumulus teſtimonij:ut poſt irã & pœniten
tiam,ſpem ſalutis oſten-
dat:& de medio terræ Iſ-
raël,quæ uiſionẽ cõtinet
pacis,uſq; ad dulciſſima
Iordanis fluenta pertin-
gat:quæ longe ſeparato
mari lumen oriẽtis cõſe
quitur,ita ut fluuio Ior-
danis,qui interpretat̃,ri
uus iudicij,& oriẽtis ter
mino finiat̃.Quod autẽ
in Lxx.ponit̃ φοινικῶνος,
id eſt palmeti,in Hebrai
co nõ habetur:pro quo
nos metiemini interpre
tati ſumus:Errorq; manifeſtus,quod pro תָּמוֹדוּ
literæ decepti ſimilitudine ד & ר,legerũt תְּמָרוֹת.
b ¶Plaga aũt auſtralis meridiana &c.) Pro quo in
Num.34.a Numerorum libro ita ſcriptũ eſt:Incipiet à ſolitu-
dine Sin,quæ eſt iuxta Edom:& habebit terminos
cõtra orientẽ mare:qui circuibũt auſtralem plagã
per aſcenſum ſcorpionis,ita ut tranſeant Senna,&
peruenient in meridie uſq; ad Cades barne:unde
egrediẽtur cõfinia ad uillã nomine Addar:& ten- D
dent uſq; ad Aſemona:ibitq; per gyrũ terminus ab
Aſemona uſq; ad torrentem Aegypti,& maris ma
gni littore finietur.Quod breuiter hoc ſignificat,
ne per occaſionẽ Ezechielis,ad expoſitionẽ uidea-
mur Numerorũ trãſiſſe latiſſimã.A ſolitudine Sin,
quæ eſt iuxta Edom,& mari rubro terminũ circui
re,& per aſcenſum ſcorpionis,& per Senna & Ca-
des barne & atriũ Addar:& ab Aſemona perueni-
re uſq; ad torrentẽ Aegypti:qui iuxta urbem Rhi
nocoruram mari influit.Hic uero terminus plagæ
auſtralis,hoc eſt,meridianæ incipit à Thamar:quæ
urbs in ſolitudine eſt,quã & Salomon miris operi-
bus extruxit:& hodie Palmyra nuncupatur:He-
bræoq; ſermone תָּמָר dicit̃:quæ in lingua noſtra,
palmam ſonat:uſq; ad aquas cõtradictionis Cades,
quam in deſerto eſſe nõ dubiũ eſt,& torrens ingre
diẽs mare magnũ,hoc quod Aegypti Palæſtinæq;
prætendit littoribus,& hæc eſt plaga auſtralis ad
meridiẽ.Poſt plagã ergo aquilonis & oriẽtis,quan
do ortus nobis fuerit ſol iuſticiæ:accipimus meri-
dianã plagã,quãdo totũ nobis deſuper lumẽ infun
ditur,& cum Abrahã inimus conuiuiũ,& inebria- Gene.19.a
mur uino,quod lætificat cor hominis,cum Ioſeph Pſal.103.b
& fratribus eius.Incipit aũt iſta poſſeſſio,& hi ter-
mini à Thamar:à palma uidelicet uictoriaq; uitio-
rum uſq; ad aquas contradictionis. Semper enim
uirtutibus cõtradicitur.Vnde & prædicationi euã
gelicæ Iudæi cõtra Paulum diſſerentes,in toto or- Act.15.a
be aſſerunt contradici.Et in euãgelio legimus,Sy-
meone dicente:Hic erit in ruinam & reſurrectio- Luc.2.e

E nem multorū,& in ſignū cui cõtradicetur. Omnis aūt cõtradictio eſt ſanctitatis,quod interpretat̃ Cades,dicēte Pſalmiſta: (Pſal.28.b) Cõcutiet dominus deſertum Cades:quod uidelicet primū non habebat domini ſanctitatē:ſed cõcuſſum eſt atq; cõmotū,ut reciperet hoſpitē deū qui dicit: (Eſa.66.a) Super quem requieſcit ſpiritus meus,niſi ſuper humilē & quietū & trementem uerba mea? Poſt deſertum Cades uſq; ad mare magnū in meridie plagæ auſtralis torrens eſt, de quo ſupra diximus:qui nõ de terra,ſed de cœlo pluuias habet diuerſarū uirtutū uarietate collectas. a ¶Et plaga maris,mare ma.&c.) De qua manifeſtius & breuius ſcribit Numerorū liber. Plaga aūt occidētalis à mari magno incipiet,& ipſo fine cõcludet,hoc eſt,de mari uſq; ad mare:ad torrētē uidelicet Rhinocoruræ, qui F influit in mare uſq; ad eū locum qui eſt cõtra Hemath urbē Syriæ,de qua ſupra diximus. Occidēs aūt iuxta leges Tropologiæ ſemper in mari eſt: ſemp in ſalo & fluctibus, ubi quotidie naufragia ſuſcitātur:& miſerorum neces,& diuitiarū & mercium amiſſio,& tamē cum hæc omnia patiētia fregerimus, uenimus per directū ad Hemath,hoc eſt,ad domini ueritatē:qui uictis perſecutionibus, æterna nobis præmia repromiſit. b ¶Et diuidetis terram iſtam uobis &c.)Per hoc capitulū diſcimus,& decutitur ſuperciliū Iudæorum,nihil inter Iſraël & gentiū populum eſſe diuiſum. Si enim aduenis & alienigenis cum his qui ſunt de populo Iſraël,hoc eſt,indigenis terra diuiditur:nulli dubiū eandē eſſe hæreditatē populi gentiū & populi Iudæorum:ſi tamē cõuerſi fuerint ad cultū dei Iſraël, quod proprie nomen poſſidet Chriſtianū:habētibus Iudæis legis literā & nobis ſpiritū:illis tenentibus membranas,& nobis eum qui ſcriptus eſt in mēbranis. Et apud Moyſen ſorte terra diuiditur: hic autem,ut diximus,domini iudicio delegatur: unaq; poſſeſſio eſt aduenæ & Iſraëli,& in ſingulis tribubus datur hæreditas iubente domino deo.

ET hæc nomina tribuū,à finibus aquilonis iuxta uiam Hethalon pergen- Ca. XLVIII. G tibus Hemath atrium &c.)Deſcripta terræ ſanctæ poſſeſſione tam iuxta præſentē Ezechielis prophetiam quàm iuxta Numerorū librum:nūc ſingularū tribuū à plaga oriētali uſq; ad plagā occidētis,id eſt, maris poſſeſſio deſcribit̃,& primū fines accipiūt ab aquilone iuxta uiā Hethalon pergentibus Hemath,atrium ſiue Haſer Enon terminum Damaſci ad aqlonē iuxta Hemath:de qbus ante iam diximus. Incipit aūt primū tribus Dan:ſecunda Aſer: tertia, Neptalim: quarta,Manaſſe:quinta, Ephraim:ſexta Ruben: ſeptima, Iudæ,hoc eſt, à ſiniſtra parte:& cõplet̃ numerus ſeptenarius: Deinde primitiæ ſacerdotū & leuitarū,& ſanctuariū dñi in medio:ſanctumq; ſanctorū. Vrbs quoq; ipſa deſcribit̃ per ſingula latera in quadrū, quatuor milia & quingentos habens calamos. Suburbana quoq; ſacerdotū & leuitarū per ordinem deſcribuntur, & (H) poſſeſſio principis. Rurſumq; à parte dextera ſuccedūt quinq; tribus à plaga ſimiliter orientis, uſq; ad plagā occidentis: quarū prima eſt Beniamin:ſecūda Symeon:ſuā ſpecialiter habēs poſſeſſionē,& nequaquàm ut prius mixtā cū Iuda:tertia, Iſachar: quarta, Zabulon:quinta,Gad:portæq; ciuitatis ternæ per ſingulas plagas:& nomē ipſius ciuitatis,quod in frõte põtificis auri lamina cõtinet̃. De quibus uniuerſis in ſuis diſſeremus locis. Hocq; notādū quod quadragintaocto ciuitatū quæ in Numerorū uolumine tribui leuiticæ dātur ad habitādū cū ſuburbanis (Num.35.a) ſuis,hic ſilētur noīa,& ciuitates fugitiuorū:quarū tres trans Iordanem,Boſor uidelicet & Ramoth & Gaulon in duabus & dimidia tribu datæ ſūt:& tres intra Iordanem,Cades uidelicet,& Sichē,& Cariatharbe. Neq; eñ opus erat in deſcriptiõe myſtica, & habitatiõe ſanctorū & cõuerſatione perfecta,fugitiuorū deſcribi auxilia:qbus Iſraël indiguit adhuc in terra poſitus,& per multos labores atq; diſcrimina ad hāc ciuitatē uenire feſtinās,& in ſingulis ſanctis loquēs:Aduena ſum atq; pegrinus ſicut (Pſal.36.c) oñes patres mei. Et in alio loco:Habitaui cū habitantibus Cedar:multū peregrinata eſt anima mea. (Ibi.119.b) Et ſuper

re magnum:hæc eſt plaga ad meridiem auſtralis. a Et plaga maris,mare magnum à confinio per directum, donec uenias Hemath: b hæc eſt plaga maris. Et diuidetis terrā iſtam uobis per tribus Iſraël,& mittetis eam in hæreditatem uobis & aduenis qui acceſſerūt ad uos, qui genuerint filios in medio ueſtri,& erunt uobis ſicut indigenæ inter filios Iſraël: uobiſcum diuidēt poſſeſſionem in medio tribuum Iſraël. In tribu autem quacunq; fuerit aduena,ibi dabitis poſſeſſionem illi,ait dominus deus.

Cap. XLVIII.

c ET hæc nõmina tribuum,à finibus aquilonis iuxta uiam Hethalon pergentibus Hemath atrium Enon,terminus Damaſci ad aquilonem iuxta Hemath,& erit ei à plaga orientali mare,Dan una. Et à termino Dan à plaga orientali uſque ad plagam maris Aſer una. Et ſuper terminum Aſer à plaga orientali uſque ad plagam maris,Neptalim una. Et ſuper terminum Neptalim à plaga orientis uſque ad plagam maris,Manaſſe una. Et ſuper terminum Manaſſe à plaga orientali uſq; ad plagam maris,Ephraim una. Et ſuper terminum Ephraim à plaga orientali uſque ad plagam maris,Ruben una. Et ſuper terminum Ruben à plaga orientali uſq; ad plagam



A a ¶Et ſuper terminum Iuda à plaga oriētali &c.) Superfluum eſt diſſerta diſſerere,& in quibus ſupra laborauimus,quaſi nõ ſint dicta iterum laborare. Poſt ſeptem tribuū terminos,ab oriente uſq; ad occidentē deſcribuntur primitiæ:quarū latitudo teneat uigintiquinq; calamorū:lõgitudo uero ſicuti tenēt ſingulæ tribus ab oriēte uſq; ad mare:cuius lõgitudinis incertus eſt numerus. Neque eñ in ſingularū deſcriptione tribuū,mēſura deſcripta eſt. Sin autē latitudo habet uigintiquinq; miliū calamorū, cõijci dat̃ multo maiorē eſſe numerum lõgitudinis,quæ ſemp maior eſt latitudine. In medio aūt ſanctuariū ponit̃ iuxta primitias quæ ſunt dño ſeparatæ,lõgitudinis uigintiquinq; milium calamorū,& latitudinis decem milium:quæ legens nihil aliud poſſum dicere,niſi illud Apoſtoli: (Roma.11.d) O profundum diuitiarū ſapientiæ & ſciētiæ dei,quàm (B) inſcrutabilia iudicia eius & inueſtigabiles uiæ eius. Et in alio loco: (Ephe.3.d) Vt poſſitis cõprehendere cum omnibus ſanctis,quæ ſit latitudo,& longitudo,& ſublimitas,& profundum:ſcire etiā ſupereminentem ſciētiæ charitatem Chriſti:ut impleamini in omnem plenitudinē dei. Vigeſimumquintum autem numerum referri ad ſenſus,de quibus dictum eſt:Senſum diuinū poſſidebitis,& decem milium ad perfectam cõſummatamq; uirtutē:quæ decalogo ueteris inſtrumēti,ad euangelicum perueniat ſacramentum,& prius breui ſermone perſtrinximus,& hic ex parte cõmonebimus. Si enim ab uno addēs numero,ad quatuor peruenias,denarium implebis numerū:atq; ita fiet ut & uetus teſtamentum cõſtringatur in nouo,& nouum in ueteri dilatetur. b ¶Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarij ſacerdotum &c.) Quatuor primitiarum ſanctuarij deſcribuntur plagæ,quæ non ad populum,nec ad uulgus ignobile,neq; ad leuitas inferiorem gradum,ſed proprie ad cultū pertinent ſacerdotum:aquilonis uidelicet & occidentis,& orientis,& auſtri: & per partes profectuum ordo narratur:ut aquilonis frigora relinquētes,ueniamus ad occidentem:quod ſcilicet occidāt nobis uitia atque intereant,& inde tranſeamus ad orientem:ortoq; nobis ſole iuſticiæ,ueniamus ad meridiem:in quo clariſſimū lumen atq; perfectum eſt, & tam ab aquilone uſque ad mare,quàm ab oriente uſq; ad meridiem uigintiquinq; milia lõgitudinis, C & latitudinis decem milia ſint:ut ubiq; eadē longitudinis & latitudinis mēſura ſeruetur. Sanctuariū autem,id eſt,templū dñi in medio erit primitiarū ſacerdotaliū:& æquo latere ex omni parte uallabit̃. Et quod dixerat:Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarij ſacerdotū:ne cõmuni uocabulo omnes ſacerdotes uindicarēt ſibi huius loci poſſeſſionē & ceremonias obſeruandas,ponit ſpecialiter inferens:Sacerdotibus ſanctuariū erit de filijs Sadoch,qui interpretatur, (צדוק) iuſtus:de quo dicitur: (Pſal.10.b) Iuſtus dominus & iuſticias dilexit:æquitatem uidit uultus eius. Pro quo Sadoch:Lxx. ſcribūt Sadduc. Iſte Sadoch loquit̃ in euāgelio: (Ioan.5.d) Nõ enim pater iudicat quenquam: ſed omne iudiciū dedit filio. Et de hoc ſub nomine Salomonis myſtice propheta decātat: (Pſal.71.a) Deus iudiciū tuū regi da,& iuſticiā tuā filio regis. Illi autē ſacerdotes,domini (D) ſanctuariū poſſidebūt & cuſtodient ceremonias eius:qui non errauerunt cum errarent filij Iſraël atq; leuitæ,de quibus in ſuperioribus diſputatum eſt:qui nõ offerūt uictimas,ſed priuilegio nominis & erroris ſui humilitate cõtenti,ſemper loquūtur in corde:Iniquitatem meam ego agnoſco:& peccatum meum cõtra me eſt ſemper: (Ibi.50.) Audiat hoc ſacerdotalis gradus,& Arianæ perſecutionis ardore ſuperatus,ac ueræ poſtea fidei ne opibus careat & potentia colla ſubmittens,ſufficere ſibi ſi nõ expellat̃ ex tēplo,ſi priſtini nominis umbrā quandā & imaginē teneat,& nõ reſupinus ructans delicias:quaſi immaculatus & purus de excelſo throno nobis imperitiæ ſuæ,& barbaræ garrulitatis ructet nauſeā. Erunt,inquit,eis primitiæ de primitijs terræ,hoc eſt ſacerdotibus:& qui nõ errauerunt cum errarēt filij Iſraël & leuitæ. Primitiæ aūt de primitijs,ſicut decimarū decimæ,ſanctumq; ſanctorum iuxta terminum leuitarum:ut habeant quidem leuitæ cõfinia ſacerdotū,ſed umbilicum,id eſt,mediū eius & ipſam poſſeſſionem tenere nõ ualeant. c ¶Sed & leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerd.&c.)Quod nos uertimus in prophanum,pro quo Aquila βέβηλον, Symmachus & Theodotio λαϊκὸν tranſtulerunt, Lxx. dixere προτείχισμα, quod antemurale poſſumus dicere. Prophanū aūt eſt & laicū,id eſt,uulgare,quod omni populo habitare paſſim licet. Illud

a gam maris,Iuda una. Et ſuper terminū Iuda à plaga oriētali uſq; ad plagā maris,erunt primitiæ quas ſeparabitis,uigintiquinq; milia latitudinis & lõgitudinis:ſicuti ſingulæ partes à plaga oriētali,uſq; ad plagam maris,& erit ſanctuariū in medio eius. Primitiæ quas ſeparabitis domino,lõgitudo uigintiquinq; mili- b bus,& latitudo decē milibus. Hæ autem erūt primitiæ ſanctuarij ſacerdotum:ad aquilonē lõgitudinis uigintiquinq; milium,& ad mare latitudinis decem milia:ſed & ad orientem latitudinis decē milia,& ad meridiem longitudinis uigintiquinq; milia,& erit ſanctuarium dñi in medio eius. Sacerdotibus erit ſanctuariū de filijs Sadoch,qui cuſtodierūt ceremonias meas,& nõ errauerunt cum errarent filij Iſraël,ſicut errauerunt leuitæ. Et erunt primitiæ de primitiuis terræ ſanctum ſanctorum, c iuxta terminum leuitarum. Sed & leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum uigintiquinq;

quinq; milia longitudinis, & latitudinis decẽ milia: omnis lõgitudo uigintiquinq; milium, & latitudo decem milium. Et non uenundabunt ex eo neque mutabunt (ſiue metientur) nec tranſferentur primitiæ terræ (ſiue auferentur) quia ſanctificatæ ſunt domino. Quinque milia autem quæ ſuperſunt in latitudine per uigintiquinq; milia, prophana erunt urbis in habitaculum, & in ſuburbana: & erit ciuitas a in medio eius. Et hæ mẽnſuræ eius: ad plagã ſeptentrionalem, quingenti & quatuor milia, & ad plagam meridianam, quingenti & quatuor milia, & ad plagam orientalem, quingenti & quatuor milia: & ad plagam occidentalem, b quingenti & quatuor milia. Erunt autem ſuburbana ciuitatis ad aquilonem, ducenti quinquaginta: & ad meridiem ducenti quinquaginta: & ad orientem, ducenti quinquaginta: & ad mare, ducenti quinquaginta.

Quod

[E] autem quod dixerunt Lxx, nec menſurabitur, nec auferetur: pro eo quod nos diximus: non mutabitur, nec transferetur, ſenſum non habere, perſpicuũ eſt. Deſcribitur quoq; leuitarum poſſeſſio quæ uicina quidem eſt finibus ſacerdotum, & eadem habet ſpacia in lõgitudine & in latitudine pro multitudine leuitarum, quæ habet paucitas ſacerdotum, ſed tamen proprijs utitur terminis, & intelligit ſe à ſacerdotali gradu eſſe diſiunctam, ad decutiendam ſuperbiam miniſtrorum: qui ignorantes humilitatẽ ſtatus ſui ultra ſacerdotes, hoc eſt, preſbyteros intumeſcũt: & dignitatem non merito, ſed diuitijs exiſtimãt. Certe qui primus fuerit miniſtrorũ: quia per ſingula concionatur in populos, & à pontificis latere non recedit: iniuriam putat ſi preſbyter ordinetur: & nõ meminit mẽſarum & uiduarum [F] miniſter, in obſequiũ ſe & miniſterium non ſolum ſacerdotũ, ſed & uiduarum & pauperum delegatũ. Et non uenundabunt, inquit, ex eo neq; mutabunt, ut permaneat leuiticæ diſtributionis æterna poſſeſſio: nec uincat precio meritum dignitatis: nec ab alio trãſferamus ad alium: quia quæ ſanctificata ſunt domino, nõ ſunt eorũ quibus data ſunt, ſed eius cuius nomine poſſidentur. Quinque milia autem quæ ſuperſunt in latitudine: per uigintiquinq; milia, ſubauditur, longitudinis, prophana erunt urbis: ut cunctis habitare liceat Iſraëlitis, omniq; de plebe: non quod immunda ſint, aut aliquid in habitatione terræ ſanctæ contaminatum, putridum putetur & ſordidũ: ſed quod præter ſacerdotes omnibus in eis habitare permiſſum ſit. Per quę intelligimus cuncta quæ referimus ad ſenſus, hoc eſt, ad corporis uoluptates: quæ uiſu, & auditu, tactu, odore, & ſapore capimus eſſe prophana, & templi ſanctimoniam non habere: nec ſacerdotale eſſe priuilegium, ſed laicæ uilitatis. Ciuitas autem erit in medio, de qua ſcriptum eſt: [Pſal. 45. a] Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. [Matth. 5. b] Et: Non poteſt ciuitas abſcõdi ſuper montem poſita: de qua dicemus in conſequentibus: προτείχισμα, hoc eſt, antemurale: & διάστημα, id eſt, ſpacium: quod Septuaginta pro ſuburbanis interpretati ſunt: quẽ ſenſum in hoc loco habeãt, ignoramus. a ¶Et hæ menſuræ eius: ad plagam ſeptentrionalem, quingenti & quatuor milia, & ad plag. &c.) Quod dicit: Et hæ menſuræ eius, ſubaudiendum eſt ciuitatis.

[G] In fine enim præteriti capituli poſitum eſt: Et erit ciuitas in medio eius, id eſt, terræ. Primumq; à plaga ſeptentrionali incipit, & e regione ponit plagã meridianam. Rurſumq; par reddit pari: ut oriẽtali plagæ econtrario ponat occidentalem, id eſt, mare: ſingulaq; latera ciuitatis habeãt quatuor milia & quingẽtos calamos, qui faciunt ſupputatim undecim milia paſſuum & octogintaquinq;, ut ſimul omnis urbs ſicut in fine huius uoluminis ſcribitur: per circuitũ habeat decem & octo milia calamorum, qui faciunt quadragintaquatuor milia paſſuum & trecentos quadraginta. Vnde & quadrageſimus quartus pſalmus qui inſcribitur, in finem pro his qui cõmutabuntur: & pertinet ad Idida: id eſt, ad amabilẽ domini: ſiue ut interpretatus eſt Aquila pro lilijs, Symmachuſq; pro floribus eccleſiæ, quæ [H] urbs domini eſt, cõtinet ſacramenta, de qua ſcribitur in eodem pſalmo: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato circundata uarietate. Et iterum: Omnis gloria filiæ [Matth. 23. c] regis intrinſecus: ut non ſit ſimilis ſepulchris forinſecus dealbatis, ſed & intus & foris omnia lauet paropſidis. Cumq; receſſerimus ab aquilone uẽto frigidiſſimo: tranſimus ad meridiem, & poſt ortum in nobis lumen ſcientiæ, occaſum fortitudinũ formidamus, nequaq; præterita ſed futura conſiderantes: nec habentes certam uirtutis poſſeſſionem: ſed quotidie in oratione dicentes: Ne inducas nos in [Matth. 6. b] tentationẽ quam ferre non poſſumus. b ¶Erunt autem ſuburbana ciuitatis ad aquilonem, ducenti quinquaginta, & ad meridiem, ducenti quinq. &c.) Pro ſuburbanis quæ Hebraice dicuntur מִגְרָשׁ: rurſum Lxx. διάστημα, id eſt ſpacium tranſtulerunt. Quod autẽ dicitur, ducenti quinquaginta per ſingulas plagas, ſubauditur calami: qui ſena cubita habent & unum palmum, & per ſingula latera faciũt paſſus ſexcentos decem & ſeptem paulo minus, & in cõmuni mille calamos: habẽtes paſſus duo milia quadringentos ſexaginta octo: quæ ſpacia muros per circuitum ambiunt ciuitatis, ut inter urbem & ea quæ reliqua ſunt diuidant. Ex quo oſtenditur nullum de his ſpacijs ad exercendum opera ciuitatis capiendorumq; fructuum habere licentiam: ſed uacare ab uſu & opere hominũ: ut circũmuralia urbis, ſponte naſcẽtium uirgultorum atq; herbarũ, & cæterorum quæ terra gignit, habeãt amœnitatem.

Quod



a Quod autem reliquum fuerit in longitudine ſecundum primitias ſanctuarij, decem milia in oriẽtem: & decẽ milia in occidentẽ, erũt ſicut primitiæ ſanctuarij: & erunt fruges eius in cibum uel in panes his qui ſeruiũt uel operantur ciuitati. Seruientes autem uel operantes ciuitati: ſeruient uel operabuntur ex omĩbus tribubus Iſraël. Omnes primitiæ uigintiquinque milium, per uigintiquinque milia in quadrum, ſeparabuntur in primitias ſan- b ctuarij & poſſeſſionem ciuitatis. Quod autẽ reliquum fuerit, principis erit ex omni parte ſiue hinc ſiue inde primitiarum ſanctuarij & poſſeſſionis ciuitatis è regione (ſiue contra faciem) uigintiquinque milium primitiarum uſq; ad terminum orientalem, ſed & à mari è regione (ſiue contra faciem) uigintiquinque milium uſq; ad terminum maris ſimiliter in partibus principis erit, & erunt primitiæ ſanctuarij & ſanctuarium templi in medio eius. De poſſeſſione quoq; Leuitarum, & de poſſeſſione ciuitatis in medio partium principis erit inter terminũ Iuda et inter

terminum

[A] a ¶(Quod aũt &c.) Poſt urbis ſanctæ deſcriptionem & ſuburbana eius reliquã partẽ primitiarum ſanctuarij decẽ milia calamorũ in oriẽtẽ, & alia decem milia ad occidentẽ tẽdentium, delegari his qui opera ciuitatis exercent ad uarios uſus, et quibuſcũq; urbs ĩdiget: ut ſcilicet ſerant, & ex frugibus q̃ in hoc terræ naſcunt ſpacio ueſcãtur operarij: q uel mœnia urbis extruunt: uel interrupta et ruinoſa reſtituũt: ut habeat ciuitas cultũ ſuum: & ſarta tecta, cum popoſcerit neceſſitas, inſtaurent. Et hæc nõ ſolũ in Iſraël uel in poſſeſſione terræ ſanctæ ſpiritualiter eccleſiæ myſterio continetur: ſed in Romano quoq; fieri ꝓbamus imperio: ut q̃dam uillæ ſint pertinentes ad iura urbium uel regia munificentia, uel hæreditatibus & donatiõe multorũ: ne ſcilicet paulatim ædificia collabant, [B] & ædes publicæ quæ ornamento ſunt ciuitati, lõga uexẽtur incuria. Operarij autẽ, inquit, ſiue q ſeruiũt in operibus ciuitatis, erunt ex omnibus tribubus Iſraël: ut nullus ſe ab opere ciuitatis immunem putet, ſed omẽs certatim extruant eccleſiam. Quod in tabernaculo quoq; factũ legimus, ut pro uarietate uirium, alius aurum & argẽtum, coccum, byſſum & purpuram, uariaq; & diuerſa ſubtegmina: alij pelles & caprarũ offerant pilos: & cum eſſent dona diuerſa pro qualitate ſubſtantiæ, unum donantium eſſet præmium: imò maius eorum qui parua quidem obtulerint, ſed maiora pro uiribus: in exemplum uiduæ [Luc. 12. d] pauperis quæ duo minuta in gazophylacij dona mittebat, & domini eſt iudicio laudata, dicẽtis: Vere dico uobis quia uidua hæc pauper pluſq; omẽs miſit: Nam omnes hi ex abundantia ſibi miſerunt in munera dei: hæc aũt ex eo quod deeſt illi omnem uictum ſuum quem habuit miſit. Sicut ergo diximus de operibus ciuitatis: ſic illud breuiter ꝑſtringendum eſt quod omnes primitię ſanctuarij & poſſeſſio ciuitatis pariter ſupputata per quadrum, contineat milia ducẽta quadraginta ſex & partẽ tertiã. Si eñ uigintiquinq; milia calamorũ qui ſenos cubitos habent & palmũ unũ, faciunt noſtra, hoc eſt, Romana ſexaginta & unũ milia & ſexcentos ſexaginta ſeptẽ paſſus: nulli dubiũ eſt, hæc in quadruplum ſupputata ſuperiorẽ efficere numerũ. Ex quo ꝑſpicimus oĩa intelligẽda ſpiritualiter eccleſiæ poſſeſſionem multo latiorẽ eſſe q̃ quondã fuit in Iudæa qui ne accepere quidẽ partes terræ ſanctæ: ſed ex ſingulis tribubus quadragintaocto ciuitatũ, nõ ex pleno poſſeſſionẽ ſed habitationẽ & hoſpitia ſuſceperũt:

[C] ut ipſi quoq; q uidentur laici nec perueniſſe ad ſacerdotalẽ & leuiticũ gradum: tamẽ ſi operent in dñi ciuitate, ueſcant de ſancta terra, terra mitiũ, terraq; credentiũ: quorũ unus loquebat: [Pſal. 26. d] Credo uidere bona dñi in terra uiuentiũ. b ¶Quod autem reliquũ &c.) De hoc principe ſupra plenius diſputatũ eſt, & quod tãtum ſolus acciperet quãtum una tribus: Nũc autem aliud diſcimus qđ ex cũctis tribubus quicquid reliquũ fuerit, hic ſolus accipiat: ut nulla tribus ſit quæ principi dona non offerat: non aliũde, ſed ex primitijs quæ [D] templo & ſanctuario & delegatis urbis partibus ſeruiunt. Hoc eſt enim quod dicit: E regione ſiue contra faciẽ uigintiquinq; miliũ primitiarũ uſq; ad terminũ orientalem ſiue uſq; ad terminũ maris: ut ſint primitię inter ſeptem & quinq; tribus, & in ipſis primitijs ciuitas & ſuburbana eius, & in medio ciuitatis ſanctuarium templi. Sed & de poſſeſſione Leuitarum & de poſſeſſione ciuitatis quicquid reliquum eſt, principi deputabitur: eritq; pars extrema ſeptem tribuũ uicina primitijs & ciuitati & templo in tribu Iuda, & pars extrema quinq; tribuum eodẽ iure quo ſupra in tribu Beniamin, ipſa extrema pars ad principem pertinebit. Ex quo ſcripturæ ſanctæ ſacramenta miranda ſunt, & cogitanda magis, quam eloquio ꝓferenda. In priori eñ diuiſione terrarũ trans Iordanẽ per Moyſen duabus tribubus Rubẽ & Gad & dimidiæ tribui Manaſſe terra diuiſa eſt: [Nu. 32.] intra Iordanẽ aũt ꝑ Ioſue filiũ Nun & Eleazarũ filiũ Aarõ, [Ioſ. 13. a] Iudas poſſedit ab auſtro: & Ephraim & Manaſſe [Ioſ. 15. a] tribus dimidia, ab aquilone. Poſtea uero de Silo miſſis exploratoribus per ſingulas tribus, & deſcriptione terræ allata ad Ioſue & Eleazar, Beniamin [Ioſue. 18. a] iuxta Iudã ab auſtro, & iuxta Ephraim & dimidiã tribũ Manaſſe accepit poſſeſſionẽ. Secunda tribus Symeon hæreditatem accepit in tribu Iuda: ut impleretur [Gen. 49. b] quod ſcriptum eſt de Leui & Symeon: Diuidã eos in Iacob & diſpergam eos in Iſraël. Tertia

terminū Beniamin,& ad principem pertinea bit. Et rěliquis tribubus: à plaga orientali uſque ad plagā occidentalē,Beniamin una. Et contra terminū Beniamin, à plaga orientali uſqꝫ ad plagam occidentalē,Symeon una. Et ſuper terminū Symeonis à plaga oriētali uſqꝫ ad plagm occidentis,Iſachar una. Et ſuper terminum Iſachar à plaga orientali uſqꝫ ad plagam occidentalem, Zabulon una. Et ſuper terminum Zabulon à plaga orientali uſque ad plagam maris,Gad una. Et ſuper terminū Gad ad plagam auſtri in meridiem: & erit finis de Thamar uſqꝫ ad aquas contradictionis Cades: hæreditas contra mare magnum. Hæc eſt terra quam metiemini tribubus Iſraël, & hæ partitiones earum, ait dominus b deus. Et ēgreſſus ciuitatis à plaga ſeptentrionali quingentos & quatuor milia menſurabis. Et portę ciuitatis ex nominibus tribuum Iſraël: portæ tres à ſeptentrione. Porta Rubē una: porta Iudæ una: porta Leui una. Et ad plagam orientalem quingentos & quatuor milia: & portæ tres. Porta Ioſeph una, porta Beniamin una: porta Dan una: Et ad plagam meridianam quingentos & quatuor milia metieris: & portę tres: Porta Symeonis una: porta Iſachar una: porta Zabulon una. Et

E Zabulon Galilęam accepit in qua eſt mons Thabor. Quarta Iſachar ubi eſt Iezrahel uſqꝫ ad Iordanem. Quinta Aſer uſque ad montem Carmelū qui imminet mari magno Tyrumqꝫ & Sydonem. Sexta Neptalim,in Galilęa uſqꝫ ad Iordanē: ubi Tyberias q̃ olim appellabat̃ Chenereth. Septima Dan uſqꝫ Ioppē: ubi ſunt turres Hailon & Selebi & Emaus,quæ nunc appellatur Nicopolis: licet poſtea legerimus qđ ceperit ſibi tranſcenſis alijs tribubus urbem Leſem in tribu Dan,quę hodie appellat̃ Paneas. Cū hæc ſe ita habeant,& inter priorem tribuum deſcriptionem,& q̃ nunc habet̃ tāta diuerſitas ſit: hoc cōſyderemus quomodo et in præſenti deſcriptione & in præterita inter tribū Iuda & Beniamin urbs & templum collocatum ſit. Et in priori quidē deſcriptione Iudas erat ab auſtro, & Beniamin ab
F aquilone: hic uero econtrario fit: ut Iudas ſit ab aquilone & Beniamin ab auſtro: poſt quē ſecūdus eſt Symeon: tertius Iſachar: quartus Zabulon: quintus Gad: quinqꝫ uidelicet tribus,ſicut in cōſequētibus dicit̃: Scriptū eſt em̄. a ¶Et reliquis tribubus: à plaga &c.) Quod in quinqꝫ & ſeptē tribubus ſemper in fine ponit̃ una: ſubintelligit̃ uel pars uel poſſeſſio uel hæreditas: licet Aquila & Symmachus interpretentur genere naturali τὸ ὅριον, quod ſignificat terminū. Illudqꝫ breuiter attendendum in extrema quinqꝫ tribuum, tribus Gad quæ in priori deſcriptione fuit trans Iordanē,poni in eā partem quam prius Iudas tenuit: ad plagā uidelicet auſtri in meridiem: & eſſe terminum de Thamar uſqꝫ ad aquas cōtradictionis Cades, hæreditate cōtra mare magnū. Thamar ipſam de qua iam diximus, quam nūc Palmyram,& olim à Salomone conſtructa eſt: palma enim Hebræo ſermone Thamar apתָּמָר pellat̃,ab eo quod ibi palmeta ſint plurima,quidam putant hoc ſortitā uocabulū. Quodqꝫ ſequit̃: Vſqꝫ ad aquas cōtradictionis Cades,hæreditas cōtra mare magnū: pro quo Lxx. tranſtulerunt de Thæman & aqua Marimoth Cades, hæreditas uſqꝫ ad mare magnū: illud eſt obſeruandū in Hebraico eundem ſermonē נַחֲלָה,quia ambiguus ſit: & hæreditatem G ſonare & torrentē,& hic magis torrentē accipi debere q̃ hæreditatē. Iſte eſt enim torrens qui ingreditur mare magnū Rhinocoruræ: ut ante iam diximus. Cades aūt quæ in libro Ioſuæ appellat̃ Cades Barne: in deſerto eſt qđ extenditur uſqꝫ ad urbē Petram: Mariboth uero מְרִיבוֹת qđ interpretat̃ contradictionis: nō uocabulū loci eſt: ut pleriqꝫ æſtimant, ſed aquarū: in quibus populus dño cōtradixit, & Moyſes offendit deū: dicēte pſalmo: Tentauerūt Pſal.105.e eum ad aquam cōtradictionis, & afflictus eſt Moyſes ꝓpter eos. Oīſqꝫ terræ ſanctæ hæreditas ab auſtrali plaga iuxta terminos Aegypti, Rhinocorura,& torrēte finitur. Et quia Gad in- גָּד terpretat̃ tētatio,in poſſeſſione eius de palmetis tranſimus ad aquas contradictionis uſqꝫ Cades quæ interpretat̃ ſancta, קָדֵשׁ ut intelligamus nos etiā poſt uictoriā mundi de- H bere eſſe ſollicitos & ſemper in metu,& recordari illius uerſiculi: Tentatio eſt uita hominū ſup terrā,& ad ſanctitatē aduerſarijs impugnātibus peruenire: ſicqꝫ obtinere uictoriā ut è uicino torrentem plenum imbriū contēplemur. b ¶Et egreſſus ciuitatis &c.) De ambitu ciuitatis qđ per latera ſingula in quadrū quatuor milia quingētos calamos habuerit,præteritus ſermo narrauit: q faciunt decē & octo milia calamorū,ut in præſenti capitulo quoqꝫ poſitum eſt,id eſt,quadragintaquatuor milia paſſuū: & trecentos quadraginta paſſus: Nunc ſcribitur per ſingula latera, hoc eſt per undecim milia paſſuum,& octogintaquinque paſſus, ternas fuiſſe portas: quas Aquila, Symmachus, & Theodotio διεξόδους, Lxx. διεκβολὰς uocant: nos interpretati ſumus, egreſſus & exitus ciuitatis. Illudqꝫ primum breuiter admonendū,eaſdem tribus in circuitu tabernaculi ita caſtrametatas: ut ad orientem fuerit Iudas,Iſachar,& Zabulon filij Liæ: & ad meridiem,Ruben,Symeon,Gad,duo filij Liæ et tertius filius Zelphe ancillæ Liæ. Ad occidentem uero Ephraim & Manaſſes & Beniamin, duo uidelicet filij Rachelis: quia Ioſeph ꝓ tribu Leui quæ ſacrifi



Et ad plagam occidentalem, quingentos & quatuor milia: & portæ eorum tres. Porta Gad una, porta Aſer una, porta Neptalim una,per circuitum decem & octo milia,& nomen ciuitatis ex illa die,dominus ibidem.

A ſacrificijs deputata eſt, in duas tribus Ephraim & Manaſſe diuiſa eſt. Ad aquilonem autē Dan & Aſer & Neptalim: quorū primus & tertius filij ſunt Bale ancillæ Rachelis: ſecundus filius Zelphe ancillæ Liæ ignobiles,& ad aquilonem poſiti: quippe qui ex ancillarū inter ſe diſſidentiū ſtirpe generati ſint. Hoc iuxta Numerorū librum & deſcriptionē tabernaculi quæ iubente deo Moyſi ore dictata eſt. Noſtra uero urbs quæ eſt ciuitas magni regis, cuius artifex
Pſal.86.a & cōditor eſt deus,de quaᵃ & pſalmiſta canit: Nunquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſſimus: aliam habet tribuum in terra ſancta deſcriptionem & menſuram ciuitatis & poſſeſſionis ordinem & plagas tribuum ſingularum. Primum enim plagæ aquilonis opponuntur tres portæ ſiue exitus ciuitatis: quorum eſt primogenitus Ruben: & Iudas regiæ ſtirpis autor, & Leui ſuper cuius noīe in tabernaculo & ſacrorū deſcriptione nil dictū eſt,ut primogenita poſſidentes quaſi genus regale & ſacerdotale,aquilonis frigora contemnamus. Secundo uero ad orientem eſt Ioſeph,Beniamin,& Dan: ambo filij Rachel & unus
B Bale ancillæ eius. Ad meridiem uero Symeon, Iſachar,& Zabulon: qui tres Liæ filij ſunt. Porrò ad occidentem Gad,Aſer,& Neptalim: quorum priores duo filij Zelphe ſunt ancillæ Liæ: tertius filius C Bale ancillæ Rachelis. Quis ſapiens & intelligit Oſee.14.d hæc: intelligens & cognoſcet ea? Quia rectæ uiæ domini: & iuſti ambulabunt in eis: præuaricatores uero corruent in illis. Has duodecim portas ſiue exitus,pro qualitate meritorum atque uirtutū ſingulis tribubus ſub apoſtolicis & patriarcharum nominibus arbitror delegatas. De quibus & in Apocalypſi Ioannis apertius ſcribitur, Apoc.21.d & multa diuinarum ſcripturarum ſacramenta teſtantur. Et neceſſę eſt, ut talis ciuitas decem & octo milium per circuitum teneat calamorum: ſub quo numero & in duodeuigeſimo pſalmo lex naturalis eſt ſcripta,gratiaqꝫ euangelij deſcribitur: quibus eccleſia: id eſt,urbs ſaluatoris extructa eſt. Nomē quoque ipſius ciuitatis nequaquàm erit ut prius Hieroſolyma quæ interpretatur uiſio pacis: ſed adonai ſama, quod in Latinū יְהוָה ſermonem uertitur dominus ibidem: qui recedat שָׁמָּה nūqꝫ ab ea ut à priori populo ante diſceſſit: dicēs ad Ioan.14.d diſcipulos: Surgite, abeamus hinc. Et ad Iudæos: Matth.23.d Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: ſed æternam habeat poſſeſſionem: & ſit ei ipſe poſſeſſio: iiſdem diſcipulis repromittens: Ecce ego uobiſcum Math.28.d ſum uſqꝫ ad conſummationem ſeculi. D

Cōmentariorum in Ezechielē prophetā finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM COMMENTAriorum Danielis ad Pammachium & Marcellam procœmium.

COntra prophetam Danielem duodecimum librum ſcribit Porphyrius,nolens eum ab ipſo cuius inſcriptus eſt nomine eſſe compoſitum: ſed à quodam qui temporibus Antiochi qui appellatus eſt Epiphanes,fuerit in Iudæa,& non tam Danielem uentura dixiſſe quàm illum narraſſe præterita. Deniqꝫ quicquid uſque ad Antiochum dixerit, ueram hiſtoriam continere: ſi quid autē ultra opinatus ſit,quia futura neſcierit, eſſe mentitum. Cui ſolertiſſime reſponderunt Euſebius Cæſarienſis epiſcopus tribus uoluminibus,id eſt octauodecimo & nonodecimo & uiceſimo. Apollinarius quoque uno grandi libro: hoc eſt,uiceſimoſexto,& ante hos ex parte Methodius. Verum quia nobis propoſitum eſt non aduerſarij calumnijs reſpondere,quæ longo ſermone indigent: ſed ea quæ à propheta dicta ſunt noſtris diſſerere,id eſt, Chriſtianis. Illud in præfatione commoneo: nullum prophetarū tam aperte dixiſſe de Chriſto. Non enim ſolum ſcribit eum eſſe uenturum,quod eſt commune cum cæteris: ſed etiam quo tempore uenturus ſit docet: & reges per ordinem digerit: & annos enumerat,ac manifeſtiſſima ſigna prænunciat. Quæ quia uidit Porphyrius uniuerſa completa & trāſacta,negare non poterat: ſuperatus hiſtoriæ ueritate,in hanc prorupit calumniam: ut ea quæ in conſummatione mundi de Antichriſto futura dicuntur: propter geſtorum in quibuſdam ſimilitudinem ſub Antiocho Epiphane impleta cōtendat. Cuius impugnatio teſtimonium ueritatis eſt. Tanta enim dictorum fides fuit,ut propheta incredulis hominibus non uideatur futura dixiſſe ſed narraſſe pręterita. Et tamē ſicubi ſe occaſio in explanatione eiuſdem uoluminis dederit, calumniæ illius ſtrictim reſpondere conabor,& philoſophiæ artibus imò maliciæ ſeculari, per quam ſubuertere nititur ueritatē,& quibuſdā præſtigijs clarū oculorum lumen auferre, explanatione

E natione ſimplici contraire. Itaq; obſecro uos Pãmachi φιλομαθέσατε & Marcella unicum Romanæ ſanctitatis exemplar, iunctos fide & ſanguine: ut conatus meos ueſtris orationibus adiuuetis: ut dominus atq; ſaluator pro cauſa ſua: ſuo ſenſu, meo ore reſpondeat: qui loquitur ad prophetam: Aperi os tuum & implebo illud. Si enim cum apprehenſi fuerimus ante iudices & tribunalia, monet ne cogitemus quid reſpondere debeamus: quanto magis contra aduerſarios blaſphemantes, ſua poteſt bella bellare: & in ſeruis ſuis uincere? Vnde & pſalmi plurimi illud Hebraicum quod in titulis ponitur לַמְנַצֵּחַ: pro quo Lxx. tranſtulerunt in finem: magis pro uictoria cõtinent. Aquila enim interpretatus eſt τῷ νικοποιῷ, hoc eſt ei qui præbet uictoriam. Symmachus ἐπινίκιον, quod proprie triumphum palmamq; ſignificat. Sed & hoc noſſe debemus inter cætera, Porphyrium de Danielis libro nobis obijcere: idcirco illum apparere confictum: nec haberi apud Hebræos, ſed Græci ſermonis eſſe commentum: Quia in Suſannæ fabula cõtineatur: Dicente Daniele ad preſbyteros, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, quam etymologiam magis Græco ſermoni conuenire q̃ Hebræo. Cui & Euſebius & appollinarius pari ſententia reſponderunt: Suſannæ Beliſq; ac draconis fabulas non contineri in Hebraico: ſed partem eſſe ꝓphetiæ Habacuc filij Ieſu de tribu Leui: ſicut iuxta Lxx. interpretes in titulo eiuſdem Belis fabulæ ponitur: Homo quidam erat ſacerdos nomine Daniel, filius Abda, conuiua regis Babylonis: cum Danielem & tres pueros de tribu Iuda fuiſſe, ſancta ſcriptura teſtet̃. Vnde & nos ante annos plurimos cum uerteremus Danielem, has uiſiones obelo pronotauimus: ſignificãtes eas in Hebraico non haberi. Et miror quoſdam μεμψιμοίρους indignari mihi: quaſi ego decurtauerim librum: cum & Origenes & Euſebius & Apollinarius alijq; eccleſiaſtici uiri & doctores Græciæ: has, ut dixi, uiſiones non haberi apud Hebræos fateantur: nec ſe debere reſpondere Porphyrio pro his, quæ nullam ſcripturæ ſanctæ autoritem prębeant. Illud quoq; lectorem admoneo,

F Danielem non iuxta Lxx. interpretes, ſed iuxta Theodotionem eccleſias legere: qui utiq; poſt aduentum Chriſti incredulus fuit: licet eum quidam dicant Hebionitam qui altero genere Iudæus eſt. Sed & Origenes de Theodotionis opere in æditione uulgata aſteriſcos poſuit: docens defuiſſe quæ addita ſunt, & rurſus quoſdam uerſus obelis prænotauit, ſuperflua quæque deſignans. Cumq; omnes Chriſti eccleſiæ tam Græcorum quàm Latinorum Syrorumq; & Aegyptiorum hanc ſub aſteriſcis & obelis æditionem legant: ignoſcant inuidi labori meo: qui uolui habere noſtros quod Græci in Aquilæ & Theodotionis ac Symmachi æditionibus lectitant. Et ſi illi in tantis diuitijs doctrinarum non contemnunt ſtudia hominum Iudæorum: cur Latina paupertas deſpiciat hominem Chriſtianum? Cuius ſi opus diſpliceat, certe uoluntas recipienda eſt. Verum iam tempus eſt ut ipſius prophetæ uerba texamus, non iuxta conſuetudinem noſtram proponentes omnia & omnia diſſerentes, ut in duodecim prophetis fecimus: ſed breuiter & per interualla ea tantum quæ obſcura ſunt explanantes: ne librorum innumerabilium magnitudo, lectori faſtidium faciat. Ad intelligendas autem extremas partes Danielis, multiplex Græcorum hiſtoria neceſſaria eſt: Suctorij uidelicet Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybij, Poſidonij, Claudij, Theonis, & Andronici cognomento Alipij: quos & Porphyrius eſſe ſecutum ſe dicit: Ioſephi quoq; & eorum quos ponit Ioſephus, præcipueq; noſtri Liuij, & Pompei Trogi atq; Iuſtini: qui omnem extremæ uiſionis narrant hiſtoriam: & poſt Alexandrũ uſq; ad Cæſarem Auguſtum Syriæ & Aegypti: id eſt Seleuci & Antiochi & Ptolemęorum bella deſcribunt. Et ſi quando cogimur literarum ſecularium recordari, & aliqua ex his dicere quæ olim obmiſimus: non noſtræ eſt uoluntatis, ſed, ut ita dicam, grauiſſimæ neceſſitatis: ut probemus ea quæ à ſanctis prophetis ante ſecula multa prædicta ſunt, tam Græcorum quàm Latinorum & aliarum gentium literis contineri.

G H

Commenta



A

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Danielem prophetam liber primus.

ANno tertio regni Ioakim regis Iuda, uenit &c.) Ioakim filius Ioſiæ cuius tertiodecimo anno prophetare orſus eſt Hieremias, ſub quo & Olda mulier prophetauit: ipſe eſt qui alio nomĩe appellat̃ Heliachim, & regnauit ſuper tribũ Iuda & Hierl'm annis undecim. Cui ſucceſſit in regnũ filius eius Ioachin cognomẽto Iechonias: q tertio mẽſe regni ſui, die decimo captus eſt à ducibus Nabuchodonoſor, ductuſq; eſt in Babylonem, & in loco eius conſtitutus eſt Sedechias filius Ioſiæ pratruus eius: cuius anno undecimo Hierl'm capta atq; ſubuerſa eſt. Nemo igit̃ putet eundẽ in Danielis prĩcipio eſſe Ioakim qui in Ezechielis exordio Ioachin ſcribitur. Iſte enim extremã ſyllabã Kim

B habet, ille Chin. Et ob hanc cauſam in euangelio ſecundũ Matthæum una uidet̃ deeſſe generatio: quia ſecunda τεσσαραδέκας in Ioakim deſinit filio Ioſiæ, & tertia incipit à Ioachin filio Ioakim. Qđ ignorãs Porphyrius, calumniam ſtruit eccleſiæ, ſuã oſtẽdens imperitiã, dum euangeliſtæ Matthæi arguere nititur falſitatem. b ¶Et tradidit dominus in manu eius &c.) Quodq; traditus ſcribit̃ Ioakim, monſtrat nõ aduerſariorum fortitudinis fuiſſe uictoriã, ſed domini uoluntatis. c ¶Et partẽ uaſorũ domus &c.) Terra Sennaar locus eſt Babylonis, in quo fuit cãpus Dura, & turris quam uſq; ad cœlum hi qui ab oriente mouerant pedes ſuos, ædificare conati ſunt. *Gene.11.b* Vnde & à confuſione linguarum locus nomẽ accepit Babylon: quæ in linguam noſtram transfertur confuſio. Simul & animaduertendũ ſecundum Anagogen, quod rex Babylonis nõ potuerit uniuerſa dei uaſa transferre, & in idolo quod ſibi finxerat collocare, ſed partẽ uaſorũ domus dei, quæ intelligenda ſunt dogmata ueritatis. Si enim cũctos philoſophorum reuoluas libros, neceſſe eſt ut in eis reperias aliquam partem uaſorum dei. Vt apud Platonem, fabricatorem mũdi deum: ut apud Zenonem Stoicorũ principẽ inferos & immortales animas: & unũ

C bonũ, honeſtatẽ: ſed quia iungunt mendaciũ ueritati: & naturæ bonũ multis perdunt malis, ideo partem uaſorũ domus dei, & nõ om̃ia uaſa integra atq; perfecta cepiſſe memorantur. d ¶Et ait &c.) Pro Aſphanez in æditione uulgata ἀβριεσδρὶ ſcriptũ reperi, & ꝓ φορθομμὶμ quod Theodotio poſuit, Lxx. & Aquila, electos trãſtulerunt: Symmachus Parthos, pro uerbo nomen gentis intelligens: quod nos iuxta æditionẽ Hebræorũ quæ κατ᾽ ἀκρίβειαν legit̃, in tyrannos uertimus: maxime quia procedit de regio ſemĩe. Vñ & arbitrantur Hebræi, Danielem & Ananiã & Miſaël & Azariã fuiſſe eunuchos: impleta illa ꝓphetia quę ad Ezechiã ꝑ Eſaiam prophetam dicitur: Et de ſemine tuo tollent, & facient eunuchos in domo regis. *Eſa.39.d* Si autem de ſemine regio fuerũt: nulli dubiũ quin de genere fuerint Dauid. Niſi forte huic ſenſui illud

D contrariũ ſit quod ſequitur: Pueros ſiue iuuenes in quibus nulla eſſet macula: ut doceret eos literas & linguã Chaldæorũ. Philo arbitratur linguam Hebræorũ ipſam eſſe Chaldaicã, quia Abraham de Chaldæis fuerit. Quod ſi recipimus quærẽdũ eſt, quomodo nunc Hebræi pueri linguã quam nouerant doceri iubeãtur: niſi forte iuxta quorundã opinionẽ duas Abrahã linguas, & Hebræorũ & Chaldæorũ ſciſſe dicamus. e ¶Et impoſuit eis ꝑpoſitus &c.) Non ſolum præpoſitus eunuchorũ ſiue magiſter, & ut alij trãſtulerũt ὁ ἀρχιευνοῦχος ſanctis immutat nõia, ſed & Pharao Ioſeph in Aegypto appellauit, Saphanatphaneh, *Gen.41.f* צפנת פענח nolẽtes eos in terra captiuitatis uocabula habere Iudæorum. Vnde propheta dicit in pſalmo: Quomodo cãtabimus canticum dñi in terra aliena? *Pſal.136.a* Porrò dominus in bonã partẽ nomina mutat antiqua, & ex rebus imponit uirtutũ uocabula: ut Abram appellaret Abraham, & Sarai Sarã. *Gen.17.a* In euangelio quoq; quondam Simon Petri nomen accepit, & filij Zebedæi appellati ſũt, filij tonitrui: qđ *Marc.3.b* non ut pleriq; putant boanerges, ſed emendatius legitur benereem. f ¶Propoſuit aũt Daniel &c.) Qui de menſa regis & de uino potus eius nõ uult comedere ne polluat̃: utiq; ſi ſciret ipſam ſapientiã atq;

a ANnõ tertio regni Ioakim regis Iuda, uenit Nabuchodonoſor rex Babylonis Hieruſa
b lem & obſedit eam & tradidit dominus in manu eius Io
c akim regem Iuda: Et pãrtem uaſorum domus dei, & aſportauit ea in terram Sennaar in domo dei ſui, & uaſa intulit
d in domũ theſauri dei ſui. Et ãit rex Aſphanez præpoſito eunuchorum ſuorum ut introduceret de filijs Iſraël & de ſemine regio & tyrãnorum pueros in quibus nulla eſſet macula, decoros forma & eruditos omni ſapientia, cautos ſciẽtia & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palacio regis ut doceret eos literas & linguam Chaldæorum. Et cõſtituit eis rex annonã per ſingulos dies de cibis ſuis & de uino unde bibebat ipſe: ut enutriti tribus annis, poſtea ſtarent in conſpectu regis. Fuerunt aũt inter eos de filijs Iuda, Daniel, Ana
e nias, Miſaël, & Azarias. Et impõſuit eis præpoſitus eunuchorum nõia, Danieli, Baltaſar: & Ananiæ, Sedrach: Miſaëli, Miſac, & Aza
f riæ, Abdenago. Prõpoſuit aũt Daniel in corde ſuo ne pollueretur de menſa regis & de uino potus eius, & rogauit eunuchorũ præpoſitum.

E atq; doctrinam Babyloniorum eſſe peccatū, nunq̃ acquieſceret diſcere quod non licebat. Diſcunt aūt non ut ſequantur, ſed nt iudicent atq; conuincant. Quomodo ſi quiſpiam aduerſus mathematicos uelit ſcribere imperitus μαθήματος, riſui pateat, & aduerſum philoſophos diſputās, ſi ignoret dogmata philoſophorū. Diſcūt ergo ea mente doctrinā Chaldæorū; qua & Moyſes omnem ſapientiam Aegyptiorū didicerat.

a ¶Dedit autem deus Danieli gratiam & miſericordiam in conſpectu principis &c.) Qui propter peccata maiorū ductus eſt in captiuitatem, propter uirtutum ſuarū magnitudinem ſtatim mercedem recepit. Propoſuerat enim in corde ſuo ut nō pollueretur de mēſa regis, & epulis regijs præpoſuerat uiles cibos; Idcirco gratiam & miſericordiam in conſpe-
F ctu principis eunuchorū accepit, dño largiēte. Ex quo intelligimus pro neceſſitate rerum, ſi quādo diligūtur ſancti ab infidelibus, dei eſſe miſericordiæ non bonitatis hominum peruerſorum.

b ¶Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus decē & dentur nobis legumina ad ueſcēdum & aqua ad bibendum & contemplare &c.) Incredibilis fidei magnitudo non ſolū ſibi corpulentiam polliceri eſu uilioris cibi, ſed & tempus ſtatuere. Non eſt ergo temeritatis ſed fidei, ob quam regias dapes contempſerunt.

c ¶Pueris aūt his &c.) Nota qđ deus dederit ſanctis pueris ſcientiam & diſciplinā ſeculariū literarum in omī libro & ſapientia. Pro quo Symmachus īterpretatus eſt artē grammaticam, ut cuncta quæ legebant intelligerent, & ſpiritu dei de Chaldæorum ſcientia iudicarent. Daniel autē hoc extra tres pueros habebat inſigne, quod uiſiones & ſomnia quibus per ſymbola quædam & ænigmata futura monſtrantur, ſagaci mente cernebat: ut quod alij uidebant in phantaſmate, hic oculis cordis aſpiceret. G

d ¶Completis itaq; diebus quos dixerat rex ut introducerentur, introduxit eos &c.) Completos dies, triennij tēpus intellige, qđ rex conſtituerat, ut enutriti tribus annis, poſtea ſtarent in conſpectu regis.

e ¶Et omne uerbum ſapientiæ & intellectus qđ ſciſcitatus eſt ab eis &c.) Pro hariolis & Magis, uulgata æditio ſophiſtas & philoſophos tranſtulit: non iuxta hanc philoſophiam & ſophiſticam diſciplinam, quam Græcorū eruditio pollicet̄, ſed iuxta doctrinam gētis barbaræ, qua uſq; hodie Chaldei philoſophātur.

f ¶Fuit autem Daniel uſq; ad annum primum Cyri regis. &c.) Dicemus in conſequentibus, quomodo qui uſq; ad annum primū regis Cyri hic fuiſſe deſcribit̄: H poſtea tertio anno eiuſdē Cyri regis & primo Darij fuiſſe memoret̄.

Cap. II.

IN anno ſecūdo regni Nabuchodonoſor, uidit Nabuchodon. &c.) Si poſt tres annos pueri ingreſſi ſunt in conſpectu eius, ut ipſe præceperat: quomodo nunc ſecūdo anno regni ſui ſomniū uidiſſe narratur? Qđ ita ſoluunt Hebræi: ſecūdum hic annum dici regni eius omnium gentium barbararum: non Iudææ tātum & Chaldæorum, ſed Aſſyriorū quoq; & Aegyptiorū & Moabitarum & reliquarum nationum, quas dño cōcedēte ſuperarat. Vnde & Ioſephus in decimo antiquitatū ſcribit libro: Poſt annū ſecundū Aegyptiæ uaſtitatis: rex Nabuchodonoſor uidit mirabile ſomnium, & cōterritus eſt ſpiritus eius, & ſomnium eius fugit ab eo. Vidit rex impius ſomniū futurorum, ut interpretāte ſancto quod uiderat, deus
glorificaretur

a ſitum ne contaminaretur. Dedit autem deus Danieli gratiā & miſericordiam in cōſpectu principis eunuchorū: et ait princeps eunuchorum ad Danielem. Timeo ego dominū meū regem qui cōſtituit uobis cibum & potū: qui ſi uiderit uultus ueſtros macilētiores præ cæteris adoleſcentibus coæuis ueſtris, condēnabitis caput meū regi. Et dixit Daniel ad Malaſſar quē conſtituerat princeps eunuchorū ſuper Danielē, Ananiam, Miſaëlem, & Aza-
b riam: Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad ueſcendum & aqua ad bibendū: & contēplare uultus noſtros & uultus puerorū qui ueſcuntur cibo regio, & ſicut uideris, facies cum ſeruis tuis. Qui audito ſermone huiuſcemodi, tentauit eos diebus decē. Poſt dies autē decē apparuerūt uultus eorū meliores & corpulētiores præ omnibus pueris qui ueſcebātur cibo regio. Porrò Malaſſar tollebat cibaria & uinū
c potus eorū, dabatq; eis legumina. Pueris aūt his dedit deus ſcientiā & diſciplinā in omni libro & ſapientia. Danieli aūt intelligētiam o-
d mnium uiſionū & ſomniorū. Cōplētis itaq; diebus quos dixerat rex ut introducerent̄: introduxit eos præpoſitus eunuchorū in cōſpectu Nabuchodonoſor. Cūq; eis locutus fuiſſet rex: nō ſunt inuēti tales de uniuerſis ut Daniel, Ananias, Miſaël, & Azarias, & ſteterunt
e in cōſpectu regis. Et omne uerbū ſapiētiæ & intellectus qđ ſciſcitatus eſt ab eis rex, inuenit in eis decuplū ſup cūctos hariolos & magos
f q erāt in uniuerſo regno eius. Fuit autē Daniel uſq; ad annum primum Cyri regis.

Caput II.

g IN annō ſecundo regni Nabuchodonoſor, uidit Nabuchodonoſor ſomnium, & cōterritus eſt ſpiritus eius, & ſomnium eius
fugit



A glorificaretur: & captiuorum deoq; in captiuitate ſeruientium ſit grande ſolatium. Hoc idem in Pharaone legimus: non quod Pharao & Nabuchodonoſor uidere meruerint, ſed quod Ioſeph & Daniel digni extiterint qui interpretatione eorū omnibus præferrentur.

a ¶Præcepit ergo rex ut conuocarentur &c.) Quos nos hariolos, cæteri ἐπαοιδοὺς interpretati ſunt, id eſt, incantatores. Ergo uidētur mihi incātatores eſſe, qui uerbis rem peragūt. Magi qui de ſingulis philoſophātur. Malefici qui ſanguine utuntur & uictimis, & ſæpe contingunt corpora mortuorum. Porrò in Chaldæis γενεθλιαλόγους ſignificari puto; quos uulgus mathematicos uocat. Conſuetudo autem & ſermo cōmunis, magos pro maleficis accipit: q aliter habētur apud gentē ſuam, eo quod ſint philoſophi Chaldæorum: & ad artis
B huius ſciētiā reges quoq; & principes eiuſdem gētis omnia faciunt. Vnde & in natiuitate dñi ſaluatoris ipſi primum ortum eius intellexerunt: & uenientes in ſanctam Bethlehem, adorauerunt puerum, ſtella deſuper oſtendente. (Matth. 2. a)

b ¶Et dixit ad eos rex: Vidi ſomnium &c.) Vmbra quædam, et ut ita dicam, aura ſomnij atq; ueſtigium remāſit in corde regis: ut referentibus alijs poſſit reminiſci eorum quæ uiderat & nequaq; eum deciperent mentientes.

c ¶Reſpōderunt Chaldæi regi Syriace &c.) Huc uſq; quæ lecta ſunt, ſermone narrantur Hebræo. Ab hoc loco uſq; ad uiſionem anni tertij regis Balthaſar quam Daniel uidit in Suſis, Hebraicis quidem literis, ſed lingua ſcribuntur Chaldaica: quam uocat hic Syriacā.

d ¶Niſi indicaueritis mihi ſomnium & cōiecturam eius, peribitis uos, & domus C ueſtræ &c.) Comminatus eſt pœnam, proponit & præmia: ut ſi potuerint ſomnium dicere, cōſequenter credat etiam his quæ incerta ſunt: hoc eſt quid ſignificet ſomnium. Quod ſi non potuerint ea dicere, de quibus rex in pleriſq; confuſus poterat recordari, etiam futurę interpretationis perdant fidem. Deniq; ſequitur.

e ¶Somniū itaq; dicite mihi, ut ſciā quod interpretationem quoq; eius uerā loquamini. Reſpondentes ergo Chaldæi coram rege dixerunt: Non eſt homo ſuper ter. &c.) Confitentur magi, confitentur harioli & omnis ſcientia ſecularis literaturæ; preſcientiam futurorum nō eſſe hominū, ſed dei. Ex quo probatur ꝓphetas dei ſpiritu locutos qui futura cecinerūt.

f ¶Quo audito rex in furore & in ira magna præcepit ut perirent oēs ſapiētes Babylonis &c.) D Quærunt Hebræi, cur Daniel & tres pueri non ſint ingreſſi ad regē cum alijs ſapientibus; & prolata ſentētia iubeātur perire cum cæteris. Quod ita ediſſerunt, ut eo tempore quo rex præmia & dona & honorem maximū promittebat ire noluerint, ne impudenter diuitias & dignitatem Chaldaicam uiderētur appetere. Aut certe ipſi Chaldæi inuidentes gloriæ eorum & ſcientiæ, ſoli ingreſſi ſunt quaſi ſoli præmia percepturi: et poſtea in periculo uoluerunt habere conſortes quos in ſpe gloriæ refutauerant.

g ¶Et interrogauit eum qui à rege acceperat poteſtatē: quā ob cauſam &c.) Scientes Chaldæi quod decuplū ſuper cunctos hariolos et magos qui erāt in uniuerſa Chaldæa Daniel et tres pueri ſaperent & in-

a fugit ab eo. Præcēpit ergo rex ut conuocarentur harioli & Magi & malefici & Chaldæi, ut indicarent regi ſomnia ſua. Qui cum
b uenisſent, ſteterunt corā rege. Et dixit ad eos rex: Vidi ſomnium, & mente confuſus igno-
c ro quid uiderim. Reſpōnderunt Chaldæi regi Syriace: Rex in æternum uiue; dic ſomniū ſeruis tuis, & interpretationem eius tibi indicabimus. Et reſpondēs rex ait Chaldæis; Ser-
d mo receſſit à me. Niſi indicaueritis mihi ſomnium & cōiecturam eius: peribitis uos, & domus ueſtræ publicabuntur. Si autem ſomnium & coniecturā eius narraueritis: præmia & dona & honorem multum accipietis à me. Somnium igitur & interpretationem eius indicate mihi. Reſponderunt ſecundo atque dixerunt: Rex ſomnium dicat ſeruis ſuis, & interpretationem ei indicabimus. Reſpondit rex, & ait: Certe noui quod tempus redimitis, ſciētes quod receſſerit à me ſermo. Si ergo ſomnium nō indicaueritis mihi, una eſt de uobis ſentētia, quod interpretationem quoq; fallacem & deceptione plenam compoſueritis ut loquamini mihi donec tempus
e pertranſeat. Somnium itaque dicite mihi ut ſciam quod interpretationē quoq; eius uerā loquamini. Reſpondentes ergo Chaldæi coram rege dixerunt: Nō eſt homo ſuper terrā qui ſermonem tuum rex poſſit implere: ſed neq; regum quiſq; magnus & potens uerbū huiuſcemodi ſciſcitatur ab omni hariolo & Mago & Chaldæo: Sermo enim quem tu rex quæris grauis eſt, nec reperietur quiſq; qui indicet illum in conſpectu regis, exceptis dijs quorum nō eſt cum hominibus conuer-
f ſatio. Quo audito rex in furore & in ira magna ꝑcepit ut perirēt oēs ſapiētes Babylonis. Et egreſſa ſentētia ſapiētes interficiebātur: q̄rebaturq; Daniel et ſocij eius ut perirēt. Tūc Daniel req̄ſiuit de lege atq; ſnīa ab Arioch principe militiæ regis, q egreſſus fuerat ad in-
g terficiēdos ſapiētes Babylonis. Et interroga-
uit eum

E telligerent, cælauerunt eos interrogationē regis, ne præferrentur ſibi in interpretatione ſomnij: Et ob hanc cauſam interrogauit Daniel de crudelitate ſententiæ qui cauſam periculi ſui neſciebat. a ¶Cum ergo rem indicaſſet Arioch Danieli; Daniel ingreſſus rogauit regem ut tēpus daret ſibi &c.) Daniel tempus poſtulat; nō quo tractatione & ſagacitate mētis occulta perquireret, ſed quo occultorum dominū præcaretur. Et ideo Ananiam & Miſaëlē & Azariam iungit ad preces, ne ſolus de ſuo merito uideatᷣ præſumere; ut quorum erat cōmune diſcrimē, cōmunis eſſet & oratio. b ¶Tūc Danieli per uiſionem nocte myſteriū reuelatum eſt.) Somnium regis ſuo diſcit ſomnio; imò & ſomnium & interpretationem eius, dei reuelatione cognoſcit, quod dæmones ignorabāt, ſapientia ſeculi ſcire non poterat: F Vnde & Apoſtoli myſteriū quod cūctis retro generatiōibus fuerat ignoratum, dn̄o reuelante cognoſcūt. c ¶Et Daniel benedixit deo cœli & locutus ait: Sit nomen dn̄i &c.) Ad diſtinctionem eorū qui uerſantur in terra, & dęmoniacis artibus atq; præſtigijs terrena deludunt: Daniel deo cœli benedixit. Dij enim qui non fecerunt cœlū & terram peribūt. d ¶Et ipſe mutat tempora & ætates & transfert regna atque &c.) Nō ergo miremur ſi quādo cernimus & regibus reges & regnis regna ſuccedere, quæ dei gubernātur & mutātur & finiūtur arbitrio. Cauſaſq; ſingulorū nouit ille qui cōditor omniū eſt: & ſæpe malos reges patitur ſuſcitari, ut mali malos puniāt; ſimulq; ſuboſtendit & generali diſputatiōe præparat auditorē, ſomniū quod uidit eſſe de mutatione & ſucceſſione regnorū. e ¶Dat ſapientiā ſapientibus &c.) Iuxta illud quod ſcriptum eſt: (Prouer.1.a) Audiet ſapiens & apponet ſapiētiā. Qui enim habet, dabitur (Matth.25.c) illi: & animæ quæ feruet amore ſapiētiæ libēter ſpiritus dei infunditᷣ. (Sap.1.a) In peruerſam aūt animā non introibit ſapiētia. f ¶Ipſe reuelat ꝓfunda & ab.&c.) Cui deus reuelat ꝓfunda & poteſt dicere: O ꝓfundū diuitiarū ſapiētiæ & ſciētiæ dei: G (Rom.11.d) iſte habitāte in ſe ſpiritu ſcrutatᷣ etiā ꝓfunda dei, & in ꝓfundo animæ ſuæ fodit altiſſimos puteos, & oēm terrā egerit quę ꝓfundas aquas operire cōſueuit; ſeruatq; mandatū dei, dicens: (Prouer.5.d) Bibe aquā de tuis uaſis, & de puteorū tuorū fonte. Quodq; ſequitur: Nouit ī tenebris cōſtituta, & lux cū eo eſt: Tenebrę ſignificāt ignorantiam, & lux ſcientiam atq; doctrinā. Itaq; deū ut peruerſa nō cælāt, ita recta ambiūt atq; circūdāt. Siue ita interpretādū eſt, quod tenebroſa myſtica quæq; & ꝓfunda ſignificēt; iuxta illud qd' legim⁹ in Prouerbijs: Intelligit quoq; parabolā & tenebroſum ſermonem: hoc ipſum ſignificat quo din pſalmis legimus: (Pſal.17.b) Tenebroſa aqua in nubibus aëris. Qui em̄ ad excelſa cōſcendit, & terrena deſerens, inſtar auiū tenuiſſimū aërē et ætheria quęq; deſiderat; H iſte nubes efficitur: ad quā ueritas dei ꝑuenit: & quæ ſup ſanctos pluere cōſueuit; repletuſq; multitudine ſcientiæ, habet multas aquas ī corde ſuo tenebroſas & ī uolutas caligine: quā ſolus Moyſes ingreditᷣ & loquitur (Exod.33.b) deo facie ad faciē: de quo ſcriptum eſt: (Pſal.17.b) Poſuit tenebras latibulum ſuū. g ¶Tibi deus patrū noſtrorū &c.) Ne ſui uideatur meriti qd' impetrauit refert ad patrū iuſticiā & ad ueritatē dei, q ſeminis eorum etiā in captiuitate miſeretᷣ. h ¶Et nūc oſtēdiſti &c.) Quod quatuor rogāt, uni oſtēditur; ut & arrogātiā fugiat ne ſolus impetraſſe uideatur; & agat gratias quod myſteriū ſomnij ſolus audierit. i ¶Sapiētes Babylōis &c.) Imitatur clemētiā dei; qui ꝓ perſecutoribus deprecatur & non uult eos perire ꝓpter quos fuerat ipſe periturus. k ¶Inueni hominem de filijs &c.) Dei gratiam ad ſuā refert diligentiā: & inueniſſe ſe dicit, cum Daniel ultro ſe obtulerit ut introduceretur ad regem: in quo ἦθος oſtēditur nunciorū; qui cū bona nunciāt, ſua uideri uolūt. Qui aūt ſolutionē ſomnij repromittit, utiq; ante narraturus eſt ſomnium. Et nota

uit eū qui à rege acceperat poteſtatē: quā ob cauſam tam crudelis ſententia à facie regis a eſſet egreſſa. Cūm ergo rē indicaſſet Arioch Danieli, Daniel ingreſſus rogauit regē ut tēpus daret ſibi ad ſolutionē indicādam regi. Et ingreſſus eſt domum ſuam, Ananiæq; & Miſaëli & Azariæ ſocijs ſuis indicauit negocium, ut quærerent miſericordiam à facie dei cœli ſuper ſacramento iſto: & non perirent Daniel & ſocij eius cum cæteris ſapientibus b Babylonis. Tunc Danieli per uiſionē nocte c myſterium reuelatū eſt. Et Daniel benedixit deo cœli: & locutus ait: Sit nomen domini benedictum à ſeculo & uſq; in ſeculum: quia d ſapientia & fortitudo eius ſunt. Et ipſe mutat tempora & ætates, et transfert regna atq; e conſtituit: Dat ſapientiam ſapiētibus & ſciē- f tiam intelligentibus diſciplinam. Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tene- g bris conſtituta, & lux cum eo eſt. Tibi deus patrum noſtrorū confiteor teq; laudo: quia ſapientiam & fortitudinem dediſti mihi. Et h nūc oſtendiſti mihi quæ rogauimus te: quia ſermonem regis aperuiſti nobis. Poſt hæc Daniel ingreſſus ad Arioch quem conſtituerat rex ut perderet ſapientes Babylonis: ſic i ei locutus eſt: Sapientes Babylonis ne perdas. Introduc me in conſpectū regis: & ſolutionem regi narrabo. Tunc Arioch feſtinus introduxit Danielem ad regem & di- k xit ei: Inueni hominem de filijs tranſmigrationis Iudæ qui ſolutionem regi annunciet.

Reſpō



A nota ꝙ de filijs Iuda ſit Daniel, nō ſacerdos ſicut in fine Belis fabula continet. a ¶Putás ne uere potes &c.) Seruat ordinē quæſtiōis, ut primū ſomniū quod ſe magi ignorare reſpōderāt, & poſtea interpretationē quærat ſomnij; ut cū ſomniū audierit, & quæ uiderat recognouerit, tūc credat & interpretationi quæ uariā recipit cōiecturā. b ¶Myſterium qd' rex interrogat, ſapientes magi &c.) Pro haruſpicibus qd' nos uertimus; in Hebræo גזרין habetᷣ: quod ſolus Symmachus θύτας interpretatus eſt, quos Græci ſolēt ἡπατοσκόπους appellare: q exta inſpiciunt ut ex his futura prædicāt. Myſterium aūt uocās ordinem ſomnij reuelati, oſtendit quicquid occultum eſt & ab hominibus ignoratᷣ, poſſe myſteriū nūcupari. Tollit quoq; regi prauā ſuſpicionem, ne humana æſtimet inueniri poſſe ſolertia quod dei ſolius no- B ticiæ reſeruatᷣ. c ¶Sed eſt deus in cœlo reuelans myſteria.) Fruſtra igitur ab hominibus quæris in terra quod deus ſolus nouit in cœlo. Et occulte retrahēs eum à multorum deorum cultu, ad unius dei noticiam dirigit. d ¶Qui indicauit tibi rex Nabuchodonoſor q̄ uētura ſint nouiſſimis tēporibus.) Abſq; adulatiōis uitio ueritate ſociata blāditur ut regi; quod illi à deo myſteria ſint reuelata quę nouiſſimis tēporibus ſint uētura. Nouiſſimi aūt dies, aut ex eo numerandi ſunt tēpore quo Danieli ſomniū reuelatū eſt uſq; ad cōſummationē mūdi. Aut certe hoc ſentiēdū eſt ꝙ uniuerſa interpretatio ſomnij tēdat ad finē in quo imago ſtatuaq; quæ cernitur cōterēda eſt. e ¶Somniū tuū & uiſiones capitis tui &c.) Nō dixit uiſiones oculorum tuorū: ne quid putaremus eſſe corporeū, ſed capitis. (Eccl.2.b) Sapiētis em̄ oculi in capite eius: in principali uidelicet cordis: (Matth.5.a) iuxta illud qd' in euāgelio legimus. Beati mūdo corde, qm̄ ipſi deū uidebunt: (Ibid.9.a) Et: Quid cogitatis in cordibus ueſtris. Alij uero huius occaſione capituli τὸ ἡγεμονικὸν nō in corde, ſed iuxta Platonē in cerebro ſuſpicātur. f ¶Tu rex cogitare cœpiſti &c.) Pro eo quod eſt poſt hæc; ſoli Lxx, dies nouiſſimos tranſtulerūt. C Quod ſi ita legitur, ſollicitius requiramus ubi dies nouiſſimi ſcripti ſunt: & redarguamus eos q mundū nō putāt eſſe periturū. Nūq; em̄ dies appellarētur nouiſſimi ſi mūdus eſſet æternus. Quodq; dicitur: Tu rex cogitare cœpiſti: indicat cauſas ſomnij qd' idcirco ei deus futurorum myſteria reuelauerit: qa ipſe rex uoluerit ſcire uētura: & ut Nabuchodonoſor diuinæ inſpirationis miretur gratiā nō ſolum qd in ſomno uiderit, ſed ante ſomniū quid tacitus cogitarit exponit. g ¶Et qui reuelat myſteria oſtēdit tibi &c.) Illud qd' in euāgelio legimus: (Matth.5.g) Qui ſolem ſuū oriri facit ſup malos & bonos: etiā ſuper Nabuchodonoſor intelligimus eſſe cōpletū. Tanta enim eſt clemētia omnipotentis dei, ut etiā Nabuchodonoſor diſpēſationis ſuæ qua mundū regit myſteria reuelaret. Interrogemus eos qui diuerſas aſſerunt eſſe naturas, D cuius naturæ Nabuchodonoſor intelligant, bonæ an malæ. Si bonæ, cur impius dicitᷣ? Si malæ (ut certū eſt) cur malo atq; terreno, id eſt χοϊκῷ, ſua deus ſacramēta monſtrauit? h ¶Mihi quoq; nō in &c.) Putauerat rex noticiā futurorū ſolertia mētis humanæ poſſe cōprehēdi: & ideo ſapiētes Babylonis interfici iuſſerat. Ergo Daniel eos excuſat q dicere nō potuerunt & ipſe inuidiā fugit, ne quis æſtimet eū quæ dicturus eſt, ꝓpria dixiſſe ſapiētia. Cauſa aūt reuelationis ꝓpheticæ regis eſt deſideriū, qui uoluit uentura cognoſcere. Ergo honorat regē quādo ꝓpter illius ſcientiā ſibi dicit à deo myſteria reuelata. Et hoc cōſiderandū quod ſomnia in quibus aliqua uētura ſignātur & quaſi per nubilū ueritas demōſtratur, nō pateant cōiectoribus & humanæ mētis arbitrio, ſed dei ſolius ſciētiæ. i ¶Tu rex uidebas & ecce quaſi ſtatua una grandis &c.) Pro ſtatua, id eſt ἀνδριάντι, quod ſolus interpretatus eſt Symmachus, cæteri imaginem tranſtulerunt: uolentes hoc nomine ſimilitudinem oſtēdere futurorū. Sequamur interpretationem propheticam: & Danielis uerba interpretātes: quæ ab illo breuiter dicta ſunt, latius exponamus.

Reſpondit rex & dixit Danieli, cuius nomē a erat Baltaſar. Putás ne uere potes indicare mihi ſomniū quod uidi & interpretationem eius? Et reſpondens Daniel coram rege ait: b Myſterium quod rex interrogat, ſapientes, Magi & harioli & haruſpices non queunt c indicare regi. Sed eſt deus in cœlo reuelans d myſteria. Qui indicauit tibi rex Nabuchodonoſor quæ uentura ſint nouiſſimis tem- e poribus. Somnium tuum & uiſiones capitis f tui in cubili tuo huiuſcemodi ſunt. Tu rex cogitare cœpiſti in ſtratu tuo quid eſſet futu- g rum poſt hæc. Et qui reuelat myſteria, oſten- h dit tibi quæ uentura ſunt. Mihi quoq; non in ſapientia quæ eſt in me plus quàm in cunctis uiuētibus, ſacramentum hoc reuelatum eſt; ſed ut interpretatio regi manifeſta fieret i & cogitationes mentis tuæ ſcires. Tu rex uidebas, & ecce quaſi ſtatua una grandis: ſtatua illa magna & ſtatura ſublimis ſtabat cōtra te: & intuitus eius erat terribilis. Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat: pectus autem & brachia de argento: porrò uenter & fœmora ex ære, tibiæ autem ferreæ, pedū quædam pars erat ferrea & quædam fictilis. Videbas ita donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus: & percuſſit ſtatuam in pedibus ſuis ferreis & fictilibus & comminuit eos. Tunc contrita ſunt pariter ferrum,

teſta

E a ¶Caput, inquit, aureū
tu es rex.) Per qđ oſtēdit
primū regnū Babyloniū
auro p̄cioſiſſimo cōpara
tum. b ¶Et poſt te cō-
ſurget &c.) Medorū ui-
delicet atq; Perſarum: qđ
argenti habet ſimilitudi-
nē, min⁹ priore & maius
ſequente. c ¶Et regnū
tertiū, aliud æneū qđ im-
perabit uniuerſæ terræ.)
Alexādrum ſignificat &
regnum Macedonū, ſuc-
ceſſorumq; Alexandri.
Quod recte æneum dici
tur. Inter omnia em̄ me-
talla æs uocalius eſt et tin
nit clarius, & ſonitus eius
longe lateq; diffunditur:
ut nō ſolū famā & poten
tiam regni, ſed & eloquē
tiam Græci ſermonis o-
ſtenderet. d ¶Et regnū
quartū erit ueluti ferrū:
quomodo ferrum cōmi-
nuit & domat &c.) Re-
gnum autē quartū quod
perſpicue p̄tinet ad Ro-
F manos, ferrum eſt quod
cōminuit & domat oīa:
ſed pedes eius et digiti ex
parte ferrei & ex parte
ſunt fictiles: quod hoc tē
pore manifeſtiſſime com
probaẗ. Sicut em̄ in prin
cipio nihil Romano im-
perio fortius & durius
fuit: ita in fine rerū nihil
imbecillius: qn̄ et in bellis
ciuilibus & aduerſum di
uerſas nationes, aliarum
gentium barbararū indi-
gemus auxilio. In fine au
tem horū omniū regno-
rū auri, argēti, æris & fer
ri, abſciſſus eſt lapis dn̄s
atq; ſaluator, ſine mani-
bus: id eſt, abſq; coitu &
humano ſemine de ute-
ro uirginali: & contritis
omnibus regnis, factus
eſt mons magnus, & im-
pleuit uniuerſam terrā:
qđ Iudæi & impius Por
phyrius male ad populū
referūt Iſraël, quē in fine
ſeculorū uolunt eſſe for-
tiſſimum & omīa regna

teſta, æs, argētum, & aurū & redacta quaſi in
fauillam æſtiuæ areæ quæ rapta ſunt uento,
nullusq; locus inuentus eſt eis. Lapis autem
qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons ma-
gnus & impleuit uniuerſam terram. Hoc er-
go eſt ſomnium: interpretationē quoq; eius
dicemus coram te rex: Tu rex regum es, cui
deus cœli regnum & fortitudinē & imperiū
& gloriam dedit: & omnia in quibus habi-
tāt filij hominum & beſtiæ agri: & uolucres
cœli dedit in manu tua: & ſub ditione tua
a uniuerſa cōſtituit. Tu es ergo caput aureum.
b Et poſt te conſurget regnum aliud minus te
c argēteum. Et regnum tertium aliud æneum
d quod imperabit uniuerſæ terræ. Et regnum
quartum erit ueluti ferrum: quomodo ferrū
comminuit et domat omnia: ſic cōminuet et
conteret omnia hæc. Porrò quia uidiſti pe-
dum & digitorum partem teſtam figuli &
partem ferream: regnum diuiſum erit, quod
tamen de plantario ferri orietur: ſecundum
quod uidiſti ferrum mixtum teſtæ ex luto:
& digitos pedum ex parte ferreos & ex par-
te fictiles: ex parte regnum erit ſolidū & ex
parte contritum. Quod autē uidiſti ferrum
mixtum teſtæ ex luto, cōmiſcebuntur quidē
humano ſemine, ſed nō adhærebunt ſibi: ſi-
cut ferrum miſceri nō poteſt teſtæ. In diebus
autē regnorum illorum ſuſcitabit deus cœli
regnum quod in æternum nō diſſipabitur:
& regnum eius alteri populo non tradetur.
Cōminuet autē & conſumet uniuerſa regna
hæc: & ipſum ſtabit in æternū: ſecūdū quod
uidiſti quod de mōte abſciſſus eſt lapis ſine
manibus & cōminuit teſtā & ferrū & æs &
e argētum & aurū. Deus magnus oſtēdit regi
quæ futura ſunt poſtea: et uerū eſt ſomnium
f & fidelis interpretatio eius. Tūc rex Nabu-
chodonoſor cecidit in faciē ſuā & Danielem
adorauit: et hoſtias & incēſum præcepit ut ſa
crificarent ei. Loquens ergo rex ait Danieli:
g Verē deus ueſter deus deorū eſt & dn̄s regū
& reuelans myſteria: quoniā potuiſti aperire
h hoc ſacramētum. Tunc rex Danielē in ſubli
me extulit: & munera magna et multa dedit
ei: et cōſtituit eū principē ſup omēs p̄uincias
Babylonis: et præfectū magiſtratuum ſuper
cunctos

conterere & regnare in G
æternū. c ¶Deus ma-
gnus oſtendit &c.) Rur-
ſum reuelationē ſomnij
nō ſui dicit meriti, ſed ut
interpretatio regi mani-
feſta fieret: & doceret re-
gē qđ deus ſolus eſſet co
lendus. f ¶Tūc rex Na
buchodonoſor cecī. &c.)
Hunc locū calumniatur
Porphyrius, quod nūq;
ſupbiſſimus rex captiuū
adorauerit: quaſi non &
Lycaones ob ſignorū ma
gnitudinē Paulo & Bar- Act. 14. b
nabæ uoluerīt hoſtias ī-
molare. Error eſt ergo gē
tiliū, qui omē qđ ſupra ſe
eſt deos putāt, ſcripturæ
nō debet imputari q̄ ſim-
pliciter refert uniuerſa q̄
geſta ſunt. Sed et hoc poſ
ſumus dicere, qđ cauſas
adorādi & immolandarū
hoſtiarum & incenſi atq;
ſacrificij ip̄e rex expoſue
rit dicens ad Danielem.
g ¶Vere deus ueſter
deus &c.) Ergo nō tā Da H
nielē q̄ in Daniele ado-
rat deū qui myſteria reue
lauit. Quod & Alexan-
drū magnū regē Mace-
donū, in pontifice Ioiada
feciſſe legimus. Quod ſi
diſplicet hoc, dicendū eſt
Nabuchodonoſor ſigno
rum magnitudine & ſtu
pore cōfuſum qd faceret
ignoraſſe: ut q dn̄m uerū
intelligebat & dn̄m regū,
ſeruū eius adoraret & illi
adoleret incēſū. h ¶Tūc
rex Danielem &c.) Et in
hoc calumniator eccleſię
p̄phetam reprehēdere ni
titur, quare nō recuſarit
munera, & honorē Baby
loniū libenter ſuſceperit:
non cōſiderās ideo regē
uidiſſe ſomniū, & inter-
pretationis myſteria per
puerum reuelata, ut Da-
niel creſceret: & in loco
captiuitatis princeps o-
mniū fieret Chaldæorū,
& dei omīpotentia noſce
retur. Quod quidē & in
Ioſeph



A Ioſeph apud Pharaonem & Aegyptum factū legi-
Gene. 41. e mus: Et in Mardocheo apud Aſuerū: ut in utraq;
Heſter. 6. a gente haberēt captiui & peregrinātes Iudæi ſolatia,
uidētes hominē gētis ſuæ Aegyptiorū eſſe princi-
pem uel Chaldæorū. a ¶Daniel autē poſtulauit à
rege &c.) Nō obliuiſcit
eorum cum quibus dn̄m
deprecatus eſt: & q ſecū
periclitati fuerāt. Itaq; fa-
cit eos iudices p̄uinciarū:
ipſe aūt à regis latere nō
recedit. Cap. III.
NAbuchodonoſor
rex fecit ſtatuā au-
ream altitudine cubitorū
ſexaginta la. &c.) Velox
obliuio ueritatis: ut qui
dudum ſeruū dei quaſi
deum adorauerat, nunc
ſtatuam ſibi fieri iubeat,
ut ipſe adoreē in ſtatua.
Quod aūt aurea ſit & in-
finiti ponderis: illud in
cauſa eſt, ut ſtuporē uidē
tibus creet, & res inani-
mata adoretur ut deus,
dum unuſquiſq; ſuā cōſe
Coloſ. 3. a crat auaricīā. Datur autē
B per occaſionē captiuorū
barbaris nationibus ſalu
tis occaſio: ut q primū p
Danielis reuelationē po-
tentiā cognouerāt unius
dei: in triū puerorū quo-
que fortitudine diſcant
mortē cōtēnere & idola
nō colere. c ¶Et ſtatuit
eam in campo Dura p̄ui
ciæ Babylonis. Pro Dura
Theodotio, Deira. Sym-
machus Doraum. Lxx.
περίβολον tranſtulerunt, qđ
nos uiuarium uel cōclu-
ſum locum dicere poſſu-
mus. d ¶Itaq; Nabu-
chodonoſor rex miſit ad
congregandos ſatrapas,
magiſtratus & iudices
&c.) Excelſa periculoſi-
us ſtant, & citius corruūt
quæ ſublimia ſunt. Prin-
cipes congregantur ad
adorandum ſtatuam, ut
per principes ſeducātur
& gentes. Qui enim diui
tes ſunt & potentes, dum
timent carere diuitijs &
potentia, facilius ſupplā-
tantur. Seductis autem

a cūctos ſapiētes Babylonis. Daniel aūt poſtu
lauit à rege & cōſtituit ſuper opera p̄uinciæ
Babylonis Sedrac, Miſac, & Abdenago. Ipſe
aūt Daniel erat in foribus regis. Ca. III.
b NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuā aureā
altitudine cubitorum ſaxaginta, latitu-
c dine cubitorum ſex. Et ſtatuit eam in campo
d Dura p̄uinciæ Babylonis. Itaq; Nabucho-
donoſor rex miſit ad cōgregādos ſatrapas,
magiſtratus & iudices, duces & tyrannos &
præfectos: omnesq; principes regionum ut
conuenirent ad dedicationem ſtatuæ quam
erexerat Nabuchodonoſor rex. Tunc con-
gregati ſunt ſatrapæ, magiſtratus & iudices,
& duces tyrāni & optimates qui erāt in pote
ſtatibus cōſtituti: et uniuerſi principes regio-
num ut cōuenirent ad dedicationem ſtatuæ
quā erexerat Nabuchodonoſor rex. Stabāt
aūt in conſpectu ſtatuæ quam poſuerat Na-
e buchodonoſor rex. Et præcō clamabat ualē-
ter: Vobis dicitur populis, tribubus & lin-
guis, in hora qua audieritis ſonitum tubæ &
fiſtulæ & citharæ, ſambucæ & pſalterij &
ſymphoniæ, et uniuerſi generis muſicorum:
cadentes adorate ſtatuam auream quam cō-
ſtituit Nabuchodonoſor rex. Si quis autem
non cadēs adorauerit, eadem hora mittetur
f in fornacem ignis ardentis. Poſt hæc igitur
ſtatim ut audierunt omnes populi ſonitum
tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ & pſalte-
rij & ſymphoniæ et omīs generis muſicorū:
cadētes oēs populi tribus & linguæ adoraue
runt ſtatuā auream quā conſtituerat Nabu-
g chodonoſor rex. Statimq; & in ipſo tēpore
accedētes uiri Chaldæi accuſauerūt Iudæos.
Dixeruntq; Nabuchodonoſor regi: Rex in
æternum uiue: tu rex poſuiſti decretum ut
omnis homo qui audierit ſonitū tubæ, fiſtu-
læ & citharæ, ſambucæ, & pſalterij & ſym-
phoniæ et uniuerſi generis muſicorum, pro-
ſternat ſe ut adoret ſtatuam auream. Si quis
autē nō procidēs adorauerit mittatur in for-
nacem

magiſtratibus, ſubditi populi maiorum exemplo C
pereunt. e ¶Et præco clamabat ualenter: uobis
dicitur populis, tribubus & linguis, in hora qua au
dieritis ſonitum tubæ & fiſtulæ & citharæ.) Non
quo omnes populi uniuerſarum nationum in cam
po Dura potuerint con-
gregari & adorare ſtatuā
auream, ſed quo in prin-
cipibus cunctarum gen-
tium omnes gētes & po-
puli adoraſſe credantur.
Omnem ſcripturam ſan-
ctam mente percurrens,
niſi tamen me fallit obli-
uio, nequaq; reperio qđ
ſanctorum quiſq; deum
cadens adorauerit: ſed
quicunq; idola & dæmo
nes & res illicitas adora-
uerit, cadens dicitur, ad-
orare: ut in præſenti loco
nō ſemel ſed crebrius. Et
in euangelio diabolus lo
quitur ad dominū: Hæc Matth. 4. b
omnia dabo tibi, ſi cadēs
adoraueris me. Sed &
hoc dicēdum omnes hæ
reticos qui fulgore elo-
quentiæ ſecularis falſum D
dogma componunt, au-
ream ſtatuam facere: &
quantum in ſe eſt perſua
ſione compellere, ut ca-
dentes adorent idolum
falſitatis. f ¶Poſt hæc
igitur ſtatim ut audie-
runt omnes populi ſoni-
tum tubæ, fiſtulæ, & ci-
tharæ, ſambucæ & pſal-
terij & ſymphoniæ & o-
mnis generis muſico-
rum: cadentes ador. &c.)
Eodem ſenſu accipiendū
quo ſupra: ut omnes po-
pulos ītelligamus in prī-
cipibus. Neq; enim adeſ-
ſe uniuerſæ ſimul pote-
rant nationes. g ¶Sta-
timq; & in ipſo tempore
accedentes uiri Chaldæi
accuſauerunt Iudæos.)
Quos præpoſitos in Ba-
bylone regis operibus
inuidebant & offende-
bantur peregrino cultu
& auerſione idolorum,
nacti occaſionem crimi-
nantur ad regem. Deniq;
ſequitur.

E a ¶Sunt ergo uiri Iudæi quos cōstituisti super o-
pera regionis Babyloniæ, Sedrach, Misac, & Ab-
denago qui cōtempserunt decretū tuū.) Et quodā-
modo sic loquūtur: Quos prætulisti nobis & capti-
uos uel seruos, principes esse fecisti; hi elati in super
biā, tua p̄cepta cōtēnunt:
deos tuos non colunt, &
statuā aureā quā erexisti
nō adorāt. Qđ in princi-
pio huius uisionis dixi-
mus, hic manifestius ap-
probatur, alios esse deos
Nabuchodonosor et aliā
statuam aureā quā in cul
tu sui iussit erigi; nā & in
cōsequētibus ipse rex lo-
quitur: b ¶Deos meos
nō colitis & statuā aureā
quā &c.) Alij hāc dicunt
scripturæ sanctæ cōsue-
tudinem, ut unū idolum
appellet pluraliter; ut est
illud in Exodo de uitulo:
Exod.32.d Isti sunt dij tui Israël, qui
eduxerūt te de terra Ae-
gypti. Et in Regū uolu-
3.Reg.12.g mine; Hieroboam ponēs
aureum uitulū in Bethel,
F idola fecisse narrat. Ecō-
trario multa dæmonia
singulari numero appel-
Esa.44.c lātur: ut in Esaia: Inclinat
se & adorat illud & uotū
faciēs dicit: deus meus es
tu. c ¶Prosternite uos
& adorate statuam &c.)
Quāq; in furore præce-
perit adduci pueros, tñ
dat spaciū pœnitudinis:
ut si ciciderint & adora-
uerint, prior culpa ueniā
consequatur: sin aūt ado-
rare cōtēpserint, præsens
pœna sit fornacis arden-
tis. d ¶Et quis est deus
qui eripiat uos de manu
mea?) Ille uidelicet cuius
seruū dudū adorasti; quē
uere deum deorū et dñm
regū esse dixisti. e ¶Na
buchodonosor rex &c.)
In Hebræo nō habet re-
gē, sicut in Lxx. ne adula
ri uiderētur impio, aut regem uocare eū qui ad ini-
qua compelleret. Quod si quis contentiosus regem
quoq; legerit: dicemus eos nō procaciter regem ad
effusionem sui sanguinis prouocare, sed ita reddere
regi honorē debitū, ut dei cultus nō lædatur. Quod
aūt ait: Nō oportet nos de hac re respōdere tibi; Ille
sensus est; nō debes audire uerba quorū iam rebus G
ipsis probabis fortitudinē atq; cōstantiā. f ¶Ecce
ēm deus noster quē colimus, pōt eripere nos de ca-
mino ignis ardētis &c.) Vnde se putauerat terrere
pueros, inde cernit in eis materiā fortitudinis. Nec
in longū differūt, sed præ
sens sibi pollicētur auxi-
liū dicētes: Ecce ēm deus
noster quē colimus, ipse
nos & de eo qđ minaris
incēdio & de tuis pōt ma
nibus liberare. g ¶Qđ
si noluerit.) Pulchre ad
id quod dixerāt: Pōt eri-
pere nos: nō intulit con-
trariū: si nō potuerit, sed
si noluerit: ut nō impossi
bilitatis dei, sed uolūtatis
sit si perierint. h ¶No-
tum tibi sit rex, qa deos
tuos nō colimus et statuā
&c.) Siue statuā, ut Sym-
machus: siue imaginem
aureum, ut cæteri trāstu-
lerunt, uoluerimus lege-
re, cultores dei eam ado-
rare nō debēt. Ergo iudi
ces et principes seculi qui
H imperatorū statuas ado-
rant & imagines: hoc se
facere intelligant qđ tres
pueri facere nolētes pla-
cuerunt deo. Et notanda
proprietas, deos coli, ima
ginem adorari dicūt: qđ
utrunq; seruis dei nō cō-
uenit. i ¶Tūc Nabu
chodonosor &c.) In qui-
busdā psalmis tituli præ-
notantur, Pro his qui cō
mutabuntur. Sermo igi-
tur cōmutationis ambi-
guus est, & de bono ī ma
lum, & de malo in bonū.
Neq; enim commutatio
uultus Nabuchodono-
sor bonę parti poterit co
aptari; Licet quidā & in-
scriptionem psalmorū de
bono ad malū referāt: qđ
hi qui naturaliter debue-
rāt intelligere deū, cōtra
Christū & sanctos eius
perturbatione mētis & furore mutati sunt. k ¶Et
p̄cepit ut succēde. &c.) Quasi nō posset simplex &
solitus ignis triū puerorū cōsumere corpora: sed fu
ror & ira q̄ insaniæ ꝓxima est, modū tenere nō pōt.
Et uult eos multiplicis pœnæ cōminatione terrere
quos paratos uidebat ad mortē. l ¶Et confestim
uiri

a nacem ignis ardentis. Sūnt ergo uiri Iudæi
quos cōstituisti super opera regionis Baby-
loniæ, Sedrach, Misac & Abdenago: qui cō-
tēpserunt decretū tuū: Deos tuos nō colunt:
& statuam auream quā erexisti nō adorant.
Tunc Nabuchodonosor rex in furore & ira
præcepit ut adducerētur Sedrach, Misach et
Abdenago. Qui cōfestim adducti sunt in cō
spectu regis: ꝓnūciansq́; Nabuchodonosor
rex, ait eis: Veré ne Sedrach, Misac et Abde-
b nago, Dēos meos non colitis: & statuam au-
ream quā cōstitui nō adoratis? Nunc ergo si
estis parati quacūq; hora audieritis sonitum
tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, & psalterij
& symphoniæ omisq́; generis musicorum:
c Prōsternite uos & adorate statuam quā feci:
quod si nō adoraueritis, eadē hora mittemi-
ni in fornacē ignis ardētis: Et qūis est deus q̄
eripiat uos de manu mea? Respōdentes Se-
drach, Misac & Abdenago, dixerūt regi: Na
e buchōdonosor rex: nō oportet nos de hac re
f respōdere tibi. Eccē ēm deus noster quē coli-
mus potest eripere nos de camino ignis ardē
g tis, & de manibus tuis ò rex liberare. Qūod
h si noluerit, Nōtū tibi sit rex quia deos tuos
nō colimus: & statuam auream quā erexisti
i nō adoramus. Tīnc Nabuchodonosor re-
pletus est furore: & aspectus faciei illius com
mutatus est super Sedrach, Misac & Abde-
k nago. Et præcēpit ut succēderetur fornax se-
ptuplū q̄ incēdi cōsueuerat: & uiris fortissi-
mis de exercitu suo iussit ut ligatis pedibus
Sedrach, Misac & Abdenago, mitterent eos
l in fornacē ignis ardētis. Et cōnfestim uiri illi
uincti braccis suis & tiaris & calciamentis &
uestibus, missi sunt in mediū fornacis ignis
ardētis: Nā iussio regis urgebat: fornax autē
succensa



A uiri illi uincti braccis su-
is &c.) Pro braccis quas
Symmachus ἀναξυρίδας, in
terpretatus est: Aquila
& Theodotio saraballa di
xerunt: & non ut corru-
סַרְבָּל pte legitur sarabara. Lin-
gua autem Chaldæorū
saraballa crura hominū
uocātur & tibiæ: & ὁμω-
νύμως etiam braccæ eo-
rum quibus crura tegun
tur & tibiæ, quasi crura-
les & tibiales appellatæ
sunt. Tiara autem uerbū
Græcum est & usu uer-
sum in Latinum. De quo
Vergilius: Sceptrumq́;
sacerq́; tiaras. Est autem
genus pileoli quo Persa-
rū Chaldæorumq́; gens
utitur. a ¶Porrò ui
ros illos qui miserant Se
drach, Misac &c.) Eos ui
ros scilicet de quibus su-
pra dixerat: Et uiris for-
tissimis de exercitu suo,
iussit ut ligatis pedibus
B Sedrach, Misac & Abde
nago, mitterēt eos in for
nacem ignis ardentē. Nō
ergo fortuito quoscunq;
ministros perdidit Na-
buchodonosor, sed uiros
fortes de exercitu suo &
ad bella promptissimos:
ut nō solum miraculum
pertimesceret, sed exerci
tus sui damna sentiret.
b ¶Viri autem hi tres
Sedrach, Misac & Abde
nago ciciderunt in me-
dio &c.) Grande miracu
lum, ligati mittuntur in
fornacem & cadūt in me
diū ignis præcipites: ar-
dent uincula quibus liga
ti sunt & uinctorum cor
pora, timens flamma nō
tangit. Hucusq; Hebræi
legūt: media quæ sequū-
tur usq; ad finem cantici
trium puerorum, in He-
braico non habētur: De
quibus ne omnino præ-
terisse uideamur, pauca
dicenda sunt. c ¶Be-
nedictus es domine de-
us patrum nostrorū &c.)
Quando diuersis premi C
mur angustijs, ex toto
cordis hoc loquamur af-
fectu: & quicquid nobis
acciderit, iuste nos susti-
nere fateamur, ut cōplea
tur in nobis illud qđ scri
ptum est: Exultauerunt Psal.96.b
& lætatæ sunt filiæ Iudæ
in omnibus iudicijs tuis
domine. d ¶Peccaui-
mus enim & inique egi-
mus recedētes à te &c.)
Et certe tres pueri non
peccauerūt: nec eius æta
tis erant quando ducti
sunt in Babylonē; ut pro
pter sua uitia punirētur.
Ergo quomodo hi ex ꝑ-
sona populi loquuntur,
sic illud Apostoli legēdū Roma.7.c
est: Non enim quod uo-
lo hoc ago, sed quod no-
lo illud operor, & cæte-
ra quæ in eodē loco scri-
pta sunt. e ¶Quoniam
domīe imminuti sumus
plusq́; omnes gētes & su
mus &c.) His uersiculis D
utendum est, si quando
ecclesiæ propter peccata
populi, sanctorum uiro-
rū & magistrorū qui in
lege dei doctissimi sūt su
stinēt penuriā: & quādo
in persecutionibus non
offertur sacrificiū & obla
tio. Quidam hūc locum,
& ad cœlestem referunt
Hierusalem quod animę
ad terrena delapsæ, & in
loco lachrymarum & cō
fessionis positæ, plangāt
antiqua delicta: & cæte-
ra quæ ꝓphetalis sermo
cōplectitur: sed hæc non
recipit ecclesia dei.
f ¶Sed in anima con-
trita & spiritu humilita-
tis suscipiamur &c.) Et
ex præsenti loco & ex eo
quod sequitur: Benedi-
ctus spi

a succensa erat nimis. Pōrrò uiros illos qui mi
serant Sedrach, Misac & Abdenago interfe
b cit flamma ignis. Viri aūtē hi tres Sedrach,
Misac & Abdenago ciciderunt in medio ca
mino ignis ardētis colligati. Et ambulabant
in medio flāmæ laudantes deum & benedi
centes dño. Stans autem Azarias orauit sic:
c aperiensq́; os suū in medio ignis ait: Bēnedi
ctus es domine deus patrum nostrorum: &
laudabile & gloriosum nomē tuum in secu-
la: quia iustus es in omnibus quæ fecisti no-
bis, & uniuersa opera tua uera: & uiæ tuæ re
ctæ, et omnia iudicia tua uera. Iudicia enim
uera fecisti iuxta omnia quæ induxisti super
nos & super ciuitatem sanctam patrum no-
strorum Hierusalem: quia in ueritate & in iu
dicio induxisti omnia hæc propter peccata
d nostra. Peccāuimus enim & inique egimus
recedentes à te & deliquimus in omnibus: et
præcepta tua non audiuimus nec obseruaui
mus, nec fecimus sicut præceperas nobis, ut
bene nobis esset. Omnia ergo quæ induxisti
super nos: et uniuersa quæ fecisti nobis, in ue
ro iudicio fecisti, et tradidisti nos in manibus
inimicorum nostrorum iniquorum & pessi
morū præuaricatorumq́; & regi iniusto &
pessimo ultra omnem terram. Et nunc non
possumus aperire os. Cōfusio & opprobriū
facti sumus seruis tuis & his qui colūt te. Ne
quæsumus tradas nos in perpetuum pro-
pter nomen tuum: et ne dissipes testamentū
tuum: neq; auferas misericordiam tuā à no-
bis propter Abraham dilectum tuū, et Isaac
seruum tuum & Israël sanctum tuū, quibus
locutus es pollicens quod multiplicares se-
men eorum sicut stellas cœli et sicut arenam
e quæ est in littore maris. Quōniā domine im
minuti sumus plusq́; omes gentes: et sumus
humiles in uniuersa terra hodie ꝓpter pecca
ta nostra, et nō est in tēpore hoc princeps &
propheta et dux neq; holocaustū, neq; sacri
ficium, neq; oblatio, neq; incensum, neq; lo-
cus primitiarū coram te ut possimus inueni-
f re misericordiā. Sēd in anima cōtrita & spū humilitatis suscipiamur: si
cut in holocausto arietū & taurorū, et sicut in milibus agnorum pin-
guium: sic fiat sacrificiū nostrum in cōspectu tuo hodie ut placeat tibi,
quoniam nō est cōfusio cōfidentibus in te. Et nūc sequimur te in toto

corde & timemus te, & quærimus faciẽ tuã. Ne confundas nos, ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinem tuam, & ſecundum multitudinẽ miſericordiæ tuæ: & erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriã nomini tuo dñe: & confundantur omnes qui oſtẽdunt ſeruis tuis mala. Confundantur in omni potentia tua, & robur eorũ cõteratur, & ſciant quia tu es dñs deus ſolus & glorioſus ſuper orbẽ terrarum. a Et nõn ceſſabant qui miſerãt eos miniſtri regis ſuccendere fornacem naphtha, et ſtupa & pice & malleolis, & effundebaĩ flãma ſuper fornacem cubitis quadragintanouem: & erupit & incendit quos reperit iuxta b fornacem de Chaldæis. Angelũs autem dñi deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacem & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi uentum roris flantem, et non tetigit eos omnino ignis neq; cõtriſtauit, nec quicquàm moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi uno ore laudabant & glorificabant & benedicebant deum in fornace dicentes: Benedictus es domine deus patrum noſtrorum: & laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſecula. Et benedictum nomen gloriæ tuæ ſanctum: & laudabile & ſuperexaltatum in omnibus ſeculis. Benedictus es in tẽplo ſancto gloriæ tuæ, et ſuperlaudabilis & ſupergloriosus in ſecula. **H** Benedictus es in throno regni tui, et ſuperlaudabilis & ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es qui intueris abyſſos & ſedes ſuper Cherubim: et laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es in firmamento cœli: c & laudabilis & glorioſus in ſecula. Benedicite oĩa opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite angeli dñi dño: laudate &c. Benedicite cœli domino: laud. Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt domino: laud. Benedicite oẽs uirtutes dñi dño: laud. Benedicite ſol & luna dño: laud. Benedicite ſtellę cœli dño: laud. Benedicite imber & ros dño: lau. Benedicite omnis ſpũs dei dño: lau. Benedicite ignis & æſtus domino: laud. Benedicite frigus & æſtas domino: laud. Benedicite rores & pruina dño: laud. Benedicite gelu & frigus dño: laud. Benedicite glacies et niues dño: laud. Benedicite noctes & dies dño: laud. Benedicite lux et tenebræ dño: laud. Benedicite fulgura & nubes dño: lau. Benedicat terra dñm: laudet et ſuperexaltet eũ in ſecula. Benedicite montes & colles dño: lau. Benedicite uniuerſa germinantia in terra domino: laud. Benedicite fontes domino: lau. Benedicite maria & flumina domino: lau. Benedicite cete et omnia quę mouentur in aquis domino: lau. Benedicite omnes uolucres cœli domino: lau. Benedicite oẽs beſtiæ et pecora domino: lau. Benedicite filij hominum dño: lau. Benedicat Iſraël dñm: laudet & ſuperexaltet eũ in ſecula. Benedicite ſacerdotes domini domino: lau. Benedicite ſerui domini domino: lau. d Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorũ dño: lau. Benedicite ſancti

**E** ctus ſpiritus & animæ iuſtorũ domino: Et in pſalmis: *Pſal. 50.d* Sacrificiũ deo ſpiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatũ deus nõ deſpicit: ſunt qui aliũ uelint eſſe ſpiritum in homine excepto ſpirituſancto & aliã animã. Sed laborandum eis erit, quomodo abſq; carne & gratia ſpũs ſancti duę ſubſtãtiæ & duo interiores homines in uno homĩe eſſẽ dicanĩ. a ¶ Et nõ ceſſabant qui miſerãt &c.) Salluſtius ſcribit in hiſtorijs quod naphtha ſit genus fomitis apud Perſas, quo uel maxime nutrianĩ incendia. Alij oſſa oliuarũ quæ proijciunĩ cũ amurca arefacta, naphthan appellari putant: Vnde & Græce πυρίνη dicit̃, ab eo quod πῦρ, id eſt, ignẽ nutriat. b ¶ Angelus aũt dñi deſcendit cũ Azaria **F** & ſocijs eius in for. &c.) Oppreſſa perturbationibus anima & uarijs moleſtijs occupata, cũ hominum deſperauerit auxilium: & tota ad dominũ fuerit mente cõuerſa deſcẽdit ad eã angelus dñi, ſcilicet ſermo diuinus & excutit flammæ æſtuantis ardores: ut nequaquã ignita iacula inimici cordis noſtri arcana penetrent, nec illius fornace claudamur. c ¶ Benedicite omnia opera dñi dño laud. &c.) Generali laudatione præmiſſa, qđ oĩs creatura debeat laudare dñm: in cõſequentibus per partes ſingulas cohortaĩ angelos & cœlos, aquas atq; uirtutes, ſolem & lunã, imbrem & rorem, ſpiritũ, ignem & æſtum, & frigus & cauma, & cætera quæ longũ eſt texere: ita ut fontes quoq; & maria & cete & uolucres beſtiasq; & pecora ad laudem dñi pro- **G** uocet & filios hominũ: & poſt omne hominum genus Iſraëlẽ: & de ipſo Iſraël ſacerdotes & ſeruos domini, ſpiritus animasq; iuſtorum, ſanctos & humiles corde: Et ad extremũ Ananiam, Azariã, Miſaëlem: qui ad laudem dñi præſenti beneficio prouocãtur. Omnis autem creatura nõ uoce, ſed opere laudat dominũ: quia ex creaturis conſequenter creator intelligitur: & in ſingulis operibus atq; effectibus dei magnificẽtia demõſtraĩ. d ¶ Benedicite ſancti & humiles corde domino: laudate &c.) Humilitatem



cite ſancti & humiles corde domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite Anania, Azaria, Miſaël domino: laudate & ſuperexaltate in eum ſecula. Qui eruit nos de inferno, & ſaluos fecit de manu mortis & liberauit nos de medio ardentis flammæ: & de medio ignis eruit nos. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Benedicite oẽs religioſi domino deo deorũ: Laudate & confitemini ei: quia in oĩa ſecula miſericordia a eius. Tũc Nabũchodonoſor rex obſtupuit & ſurrexit propere, & ait optimatibus ſuis: Nónne tres uiros miſimus in mediũ ignis b compeditos? Qũi reſpondentes regi dixerunt: Vere rex. Reſpõdit rex, & ait: Ecce ego uideo uiros quatuor ſolutos & ambulantes in medio ignis: & nihil corruptionis in eis c eſt, et ſpecies quarti ſimilitudo filij dei. Tũnc acceſſit Nabuchodonoſor ad oſtium fornacis ignis ardentis, & ait: Sedrach, Miſac, & Abdenago ſerui dei excelſi: egredimini & uenite. Statimq; egreſſi ſunt Sedrach, Miſac, et Abdenago de medio ignis. Et congregati ſunt ſatrapæ, magiſtratus & iudices & potentes regis cõtemplabantur uiros illos: quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum: & capillus capitis eorum non eſſet aduſtus & ſaraballa eorum non fuiſſent immutata, & odor ignis nõ tranſiſſet per eos. Et erumpens Nabuchodonoſor ait: d Benẽdictus deus Sedrach, Miſac & Abdenago: qui miſit angelum ſuũ & eruit ſeruos ſuos qui crediderunt in eum, & uerbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora ſua in ignem ne ſeruirent & adorarẽt omnẽ e deum præter deum ſuũ. A me ergõ propoſitum eſt hoc decretum: ut omnis populus, tribus & lingua quæcũq; locuta fuerit blaſphemiam contra deũ Sedrach, Miſac & Abdenago, diſpereat: & domus eius uaſtetur. Neq; enim eſt deus alius qui poſſit ita ſaluare. Tunc

**A** litatem cordis habere, & præſens uerſiculus docet, & illud quod in euangelio dicitur: *Matth. 11.d* Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Cordis autem illa eſt humilitas, quæ in alio loco paupertas ſpiritus appellatur: ut non erigamur ſuperbia, nec ficta gloriam humilitate quæramus: ſed toto corde inclinemur. Hucuſq; de Theodotionis æditione pauca perſtrinximus confeſſionis & laudum trium puerorum quæ non habentur in Hebræo: exinde ſequamur Hebraicã ueritatem.

a ¶ Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit & ſurrexit propere, & ait optimatibus ſuis: Nõne tres uiros miſimus &c.) Punitis principibus, rex corripitur ut uiuens glorificet deum. Interrogat autem optimates ſuos: quorũ accuſatione & cõſilio tres pueros in ignẽ fornacis miſerat, ut illis **B** reſpõdentibus ſe miſiſſe tres pueros in fornacem, iſte eis nunciet & oſtendat. b ¶ Qui reſpondentes regi dixerunt: Vere rex: Reſpondit rex & ait: Ecce ego uideo uiros quatuor ſolutos & ambulantes in medio ignis &c.) Rurſum dicam: O quã ſapiens ignis, quàm inenarrabilis dei potentia: uinculis ſtricta ſunt corpora, uruntur uincula, corpora non uruntur. Speciem autẽ quarti quẽ ſimilem dicit filio dei, uel angelum debemus accipere, ut Septuaginta trãſtulerunt: uel certe ut plerique arbitrantur dominum ſaluatorem. Sed neſcio quomodo rex impius dei filiũ uidere mereatur. Ergo iuxta Symmachum qui interpretatus eſt: Species autẽ quarti ſimilitudo filiorum, nõ dei, ſed deorum, angeli ſentiendi ſunt: qui & dij, **C** & deorum uel dei filij ſæpiſſime nũcupantur. Hoc iuxta hiſtoriam. Cæterum in typo præfigurat iſte angelus ſiue filius dei, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui ad fornacem deſcendit inferni: in quo clauſæ & peccatorum & iuſtorum animæ tenebantur, ut abſque exuſtione & noxa ſui eos qui tenebantur incluſi mortis uinculis liberaret. c ¶ Tunc acceſſit Nabuchodonoſor ad oſtium fornacis ignis ardẽtis, & ait: Sedrach, Miſac, & Abdenago ſerui dei excelſi: egredimini & uenite &c.) Pauore perterritus, non per nũcios quærit à pueris, ſed ipſe eos ex nomine uocat, ſeruos dei excelſi appellans, & petens ut ad ſe egrediantur quos uinctos in fornacem miſerat.

d ¶ Benedictus deus Sedrach, Miſac, & Abdenago: qui miſit angelum ſuum & eruit ſeruos ſuos &c.) Quem ſupra filium dei, hic angelum uocat, **D** quanquam in ſuperioribus ſimilitudo filij dei non ueritas appellata ſit. Rurſum ergo Nabuchodonoſor dei confeſſionẽ recipit: & dãnatis idolis laudat tres pueros, qui noluerunt ſeruire & adorare omnem deum, excepto deo ſuo: & miraĩ quod ſanctos dei ignis tangere non potuerit. Quod autem ait:

e ¶ A me ergo propoſitum eſt hoc decretum ut omnis populus, tribus et lingua quæcunq; locuta fuerit blaſphemiam contra deum &c.) Quidam peſſime ad diabolum referunt, quod in conſummatione & fine mundi, etiam ipſe recipiat noticiam dei & oĩes ad pœnitentiam cohortetur: & hunc uolunt eſſe regem Niniue q nouiſſime deſcendit de throno ſuperbiæ, & humilitatis præmia conſecutus ſit.

Tũc rex

a Tūnc rex promouit Sedrach, Miſac, & Abdenago in prouincia Babylonis. b Nabuchodonoſor rex omnibus populis, gentibus, & linguis qui habitant in uniuerſa terra: pax uobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelſus: placuit ergo mihi prædicare eius ſigna, quia magna ſunt: et mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius, quia regnum ſempiternum, & poteſtas eius in generatione & generationem.

Cap. IIII.

c EGo Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea: & florens in palatio meo. d Somnium uidi quod perterruit me: & cogitationes meæ in ſtratu meo: e Et uiſiōnes capitis mei conturbauerunt me. Et per me propoſitum eſt decretum ut introducerentur in conſpectu meo cuncti ſapientes Babylonis: & ut ſolutionẽ ſomnij indicarent mihi. Tũc ingrediebantur harioli, Magi, Chaldæi & haruſpices: & ſomnium narraui in cōſpectu eorum: & ſolutionem eius non indicauerũt mihi: f donec collega ingreſſus eſt in conſpectu meo Daniel: cui nomen Baltaſar ſecundum nomen dei mei: g Qui habet ſpiritum deorum ſanctorum in ſemetipſo: & ſomniũ

E a ¶Tunc rex promouit Sedrach &c.) Qui dicunt ſupra tres pueros non iudices prouinciarũ, ſed præfectos operum ſingulorum fuiſſe in Babylone: hic uolunt etiã eos prouinciarum iudices conſtitutos. b ¶Nabuchodonoſor rex &c.) Epiſtola Nabuchodonoſor in ꝓphetæ uolumine ponit̃: ut non fictus ab alio poſtea liber ſicut ſycophanta mentit̃, ſed ipſius Danielis eſſe credatur. Cap. IIII. EGo Nabuchodonoſor &c.) Hiſtoria quidem manifeſta eſt, & nō magna interp̃tatione indiget: q̃ ad offenſam dei Nabuchodonoſor uerſus in amentiam, ſeptem annis inter bruta animalia uixerit: & herbarũ radicibus alitus ſit: ac poſtea miſericordia dei reſtitutus in regnũ laudauerit & glorificauerit regẽ cœli: quia omnia opera eius uera: & uia eius iudicia: & gradiẽtes in ſuperbia poteſt humiliare. F Sed qui uolũt per Nabuchodonoſor contrariã intelligere fortitudinẽ, de qua dominus loquitur in euãgelio: Videbam ſatanam quaſi fulgur cadẽtem de cœlo. (Luc.10.c) Et Ioãnes in Apocalypſi, (Apoc.12.d) quod draco cadens in terram, tertiã partem ſtellarum ſecum traxerit. Et Eſaias: (Eſa.14.c) Quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur? aſſerunt nequaquàm potuiſſe fieri, ut fœno per ſeptem annos ueſceretur homo qui nutritus eſt in delicijs: & ſeptẽ annis abſq; ulla laceratione corporis ſui, inter beſtias uixerit. Et quomodo amenti homini per ſeptẽ annos imperiũ reſeruatũ ſit, regnumq́; potentiſſimũ abſq; rege tanto tẽpore fuerit: aut ſi alius illi ſucceſſerit in regnum: cuius uecordiæ æſtimãdus ſit, ut cederet imperio, quod tanto tẽpore poſſidebat: præſertim cum hiſtoriæ Chaldæorũ nihil tale cōtineant: nec potuiſſe fieri: ut qui de minoribus ſcripſerãt, maiora reticerent. Hæc autem omnia quærant & replicent: ut cũ hiſtoria non ſteterit, per Nabuchodonoſor diabolus ſignificet̃. Quod nos nequaq̃; recipimus, ne omnia quæ legimus, umbræ uideantur & fabulæ. Quis enim amentes homines non cernat inſtar brutorum animantium in agris uiuere locisq́; ſylueſtribus? Et ut cuncta prætercam, cũ multo incredibiliora & Græcæ & Romanæ hiſtoriȩ accidiſſe hominibus prodiderint: Scyllam quoq; & Chimeram, Hydrã atq; Centauros, aues & feras, flores & arbores, ſtellas & lapides factos ex hominibus narrent fabulæ: quid mirum eſt ſi ad oſtendendam potentiam dei, & humiliandam regum ſuperbiam, hoc dei iudicio ſit patratum? G Quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo, ſiue in throno, ut interpretatus eſt Theodotio. Domum autem diaboli, qui ſenſum ſequuntur contrariũ, mũdum iſtum intelligũt. De quo & in euangelio ipſe loquitur ad ſaluatorem: Hæc omnia mihi tradita ſunt. (Matth.11.b) Et Apoſtolus dicit: Mundus in maligno poſitus eſt. (1.Ioan.5.d) d ¶Somniũ uidi quod ꝑterruit &c.) Reſpondeant quale ſomnium uiderit cōtraria fortitudo: niſi forte om̃e quod in hoc mũdo habere uidetur, umbra & ſomnium eſt. e ¶Et uiſiones capitis mei cōturbauerunt me.) Nota q́d & Nabuchodonoſor uiſiones non oculorum & H cordis, ſed capitis nouerit: quia propter gloriam ſeruorum dei, futurorũ illi myſteria reuelantur. f ¶Donec collega ingreſſus eſt in conſpectu meo Daniel: cui nomen Baltaſar &c.) Exceptis Lxx. translatoribus, qui hæc omnia neſcio qua ratione prætererunt: tres reliqui, collegam interpretati ſunt. Vnde iudicio magiſtrorum eccleſiæ, æditio eorum in hoc uolumine repudiata eſt: & Theodotionis uulgo legitur: quæ & Hebræo & cæteris translatoribus congruit. Vnde & Origenes in nono Stromatum uolumine aſſerit ſe quæ ſequuntur ab hoc loco in propheta Daniele, non iuxta Lxx. interpretes: qui multum ab Hebraica ueritate diſcordant, ſed iuxta Theodotionis æditionem diſſerere. g ¶Qui habet ſpiritum deorum ſanctorum in ſemetipſo: & ſomnium coram ipſo &c.) Pro eo quod hic dicitur, deorum ſanctorum, lingua Chaldaica qua ſcriptus eſt Daniel legimus אֱלָהִין קַדִּישִׁין, q́d deos ſanctos, & nō deum ſanctũ ſignificat: ut Theodotio interpretatus eſt. Nec mirum ſi erret Nabuchodonoſor: & quicquid ſuper ſe cernit, nō deum, ſed deos arbitret̃. Deniq; & in cōſequentibus: Baltaſar, inquit, princeps hariolorũ, quẽ ego ſcio quod ſpiritum deorum ſanctorum habeas in te: Baltaſar princeps



ſomnium corã ipſo locutus ſum. Balthaſar princeps hariolorũ, q̃m ego ſcio quod ſpiritum deorum ſanctorꝶ habeas in te: & omne ſacramẽtum nō eſt impoſſibile tibi: uiſiones ſomniorum meorꝶ quas uidi, & ſolutionem earũ narra. Viſio capitis mei in cubili meo: a Videbãm, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia: magna arbor & fortis, & proceritas eius cōtingens cœlũ: aſpectus illius erat uſq; ad terminos uniuerſæ terræ. Folia eius pulcherrima, et fructus eius nimius, & eſca uniuerſorꝶ in ea. Subter eã habitabant animalia & beſtiæ, et in ramis eius conuerſabantur uolucres cœli: & ex ea ueſcebat̃ omnis caro. Videbam in uiſione capitis mei b ſuper ſtratũ meũ. Et eccẽ uigil & ſanctus de cœlo deſcendit, clamauitq́; fortiter, & ſic ait: Succidite arborẽ, et præcidite ramos eius: excutite folia eius, & diſpergite fructus eius, fugiant beſtiæ quæ ſubter eã ſunt: & uolucres de ramis eius. Verũtamen germen radicum eius in terra ſinite, et alliget̃ uinculo ferreo & æreo in herbis quȩ foris ſunt: et rore cœli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano cōmutetur, & cor feræ detur ei: et ſeptẽ tẽpora mutẽtur ſuper eũ. In ſententia uigilũ decretũ eſt: & ſermo ſanctorum & petitio, donec cognoſcant uiuentes, q̃m dñatur excelſus in regno hominum: et cuicũq; uoluerit, dabit illud: et humillimum hominẽ cōſtituet ſuper eũ. Hoc ſomniũ uidi ego Nabuchodonoſor rex. Tu ergo Balthaſar interpretationẽ narra feſtinus: quia om̃es ſapientes regni mei nō queunt ſolutionẽ edicere mihi. Tu autem potes: quia ſpiritus deo- c rum ſanctorum in te eſt. Tūnc Daniel cuius nomen Balthaſar, cœpit intra ſemetip̃m tacitus cogitare quaſi hora una & cogitatiões eius cōturbabãt eũ. Rñdẽsq́; rex ait: Balthaſar ſomniũ & interp̃tatio eius nō d cōturbet te. Rñdit Balthaſar & dixit: Dñẽ mi rex, ſomniũ hoc his qui e te oderũt: & interpretatio eius hoſtibus tuis ſit. Arbōrẽ quam uidiſti ſublimẽ atq; robuſtã, cuius altitudo pertingit ad cœlum, & aſpectus illius in omnẽ terrã: et rami eius pulcherrimi, et fructus eius nimius: & eſca

A princeps hariolorum ſiue incantatorum, ut alij interpretati ſunt. Non mirum ſi princeps hariolorũ omnium conſtitutus ſit: qui ad præceptum regis ſapientiam didicerat Chaldæorũ: & decuplũ omniũ ſapientior fuerat inuentus. Quæramus ab his qui in hac uiſione non recipiunt hiſtoriam: quis iſte ſit Nabuchodonoſor q̃ ſomnium uiderit: & quis Daniel qui ſomniũ eius ediſſerat, & uentura prædicat: & quomodo hic ipſe Daniel, qui utiq; iuxta eos, ſancta intelligenda eſt fortitudo: à Nabuchodonoſor princeps hariolorum eius conſtituitur, & collega appellat̃? a ¶Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo &c.) Non ſolum de Nabuchodonoſor rege Chaldæorum, ſed de omnibus impijs propheta loquitur. (Pſal.36.g) Vidi impiũ ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani: qui nō uirtutum magni- B tudine, ſed ſua eleuantur ſuperbia: & ideo excidũtur & corruũt. Vnde bonũ eſt illud ſectari quod dominus docet in euãgelio: (Matth.11.d) Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Quod aũt ait iuxta Theodotionẽ, τὸ κῦτος, id eſt, altitudo eius, ſiue κυρεία, ut poſtea ipſe interpretatus eſt, id eſt dominatio: pro quo nos uertimus, aſpectus eius: idem contemptores hiſtoriæ calũniant̃, quod nequaq; dominatio Nabuchodonoſor regis orbem terrarũ poſſederit. Neque enim Græcis & Barbaris, cunctisq́; ſeptẽtrionis & occidẽtis nationibus imperauit, ſed tãtum orientis prouincias tenuit: id eſt Aſiam, non Europam & Libyam. Ex quo intelligi uolunt cũcta ad diabolũ referenda eſſe: cũ hæc om̃ia nos hyperbolice dicta debeamus accipere, ob ſuperbiã regis impij, qui tantũ gloriat̃ in Eſaia: ut cœlũ ſe tenere iactet: C & orbem terrarum quaſi nidum & oua uolucrum. (Eſa.14.) b ¶Et ecce uigil &c.) Pro uigili, Theodotio ipſum Chaldaicum uerbũ poſuit עִיר, quod per tres literas ר & י & ע ſcribit̃: ſignificat aũt angelos quod ſemper uigilent: & ad dei imperium ſint parati. Vnde & nos crebris pernoctationibus imitamur angelorũ officia. Et de dño dicitur: Nō dormitabit, (Pſal.120.a) neq; dormiet qui cuſtodit Iſraël. Deniq; in cōſequẽtibus legimus: In ſententia uigilũ, hoc eſt, angelorũ decretũ, & ſermo ſanctorꝶ & petitio. Conſuetudo aũt Græci Latiniq; ſermonis ἶριν uocat, quæ ꝑ multicolorẽ arcũ ad terras deſcẽdere dicit̃. c ¶Tunc Daniel cuius &c. tacitus cogitare &c.) Tacitus intellexit Daniel ſomniũ eſſe cōtra regem: & timorẽ cordis uultus pallore ſignabat: dolebatq́; pro eo qui ei pluri- D mũ honoris detulerat. Et ne uideret̃ inſultare atq; lætari contra hoſtẽ regẽ: deniq; deteſtans id quod intelligebat loquit̃ ad eũ. d ¶Dñe mi rex &c.) Videns ergo Nabuchodonoſor eum metuere: ne ſiniſtrum quid atq; cōtrarium cōtra regem dicere uideret̃: cohortat̃ eum ut ſimpliciter & uere loquatur quod intelligit, nec quicq; metuat. e ¶Arborẽ quã uidiſti ſublimẽ atq; rob. &c.) Abſq; regis iniuria explicat ueritatem: ut non eum ſuperbiæ, ſed potentiæ uideatur arguere.

Et uin

E a ¶Et uinciatur ferro &c.) Et ſupra ſimiliter ſcri-
ptum eſt. Quærunt ergo à nobis qui hiſtoriæ con-
tradicunt: quomodo in uinculo ferreo, & æreo fue-
rit Nabuchodonoſor: aut quis eū uinxerit, & cōpe-
dibus alligauerit: cū perſpicuum ſit omnes furioſos
ne ſe præcipitent: & alios
ferro inuadant, catenis li
gari. b ¶Hæc eſt inter
pretatio ſententiæ &c.)
Auſteritatē ſentētiæ, uer
borum tēperat blādimē-
tis: ut cum dura præceſſe
rint, mitioribus repro-
miſſis releuat animū ter-
riti. Deniq; īfert. c ¶Re
gnum tuū manebit &c.)
Vnde hi qui hiſtoriæ cō
tradicunt & uolunt dia-
bolo reddi priſtinam di-
gnitatem, in hoc loco ue-
lificant: quod poſt tormē
ta, poſt efferationē, poſt
herbarum & fœni cibos,
& ſeptem annorum cir-
culos, confiteatur domi-
num & ſit qui prius fue-
rat. Qui reſpondere de-
bent quomodo cōgruat
F ut angeli qui nunq; cor-
ruerant, eum rurſus prin
cipē habeant qui per pœ
nitentiam ſit reuerſus.
d ¶Quamobrē rex &c.
& peccata tua eleemoſy-
nis redime &c.) Si prædi
xit ſentētiam dei quæ nō
poteſt immutari, quomo
do hortatur ad eleemoſy
nas, & miſericordias pau
perum, ut dei ſentētia cō
mutetur? Quod facile ſol
uitur Ezechiæ regis exē
Eſa.38.4 plo; quem Eſaias dixerat
eſſe moriturum: & Nini
uitarum, quibus dictum
Ione.3.4 eſt; Adhuc quadraginta
dies, & Niniue ſubuerte
tur. Et tamen ad preces
Ezechiæ & Niniue, dei
ſentētia commutata eſt:
non uanitate iudicij, ſed
eorum conuerſione, qui
meruere indulgentiam.
Hiere.18.4 Alioquin & in Hiere-
mia loquitur deus ſe ma-
la minari ſuper gentem;
& ſi bona fecerit, minas
clementia commutare. Rurſum bona agenti ſe aſſe
rit polliceri: & ſi mala fecerit, dicit ſe ſuā mutare ſen
tentiam: non in homines, ſed in opera quæ mutata G
ſunt. Neq; enim deus hominibus, ſed uitijs iraſcit:
quæ cum in homine non fuerint, nequaquàm pu-
nit quod mutatum eſt. Dicamus & aliter: Fecit qui
dem Nabuchodonoſor iuxta Danielis conſilium
miſericordias in paupe-
res: & idcirco uſq; ad mē
ſem duodecimum in eū
eſt dilata ſententia: Sed
quia poſtea ambulans in
aula Babylonis, gloria-
tur & dicit: Nónne hæc
eſt Babylon magna, quā
ego ædificaui in domum
regni, in robore fortitu-
dinis meę, & in gloria no
minis mei: bonum miſe-
ricordiæ perdidit malo
ſuperbiæ. e ¶Forſitan
ignoſcet deus delictis tu
is. Hæc omnia &c.) Cū
beatus Daniel præſcius
futurorum de ſententia
dei dubitet; rem temera-
riam faciunt, qui auda-
cter peccatoribus indul-
gentiam pollicentur. Et
tamen ſciendum quod ſi
H Nabuchodonoſor bona
opera facienti uenia re-
promittitur: multo ma-
gis alijs promittitur, qui
leuiora peccata commiſe
runt. Legimus & in Hie Hiere.29.b
remia præceptum popu
lo Iudæorū, ut orent pro
Babylonijs: quia in pace
eorum ſit pax captiuo-
rum. f ¶Cum adhuc
ſermo eſſet ī ore re. &c.)
Arrogans gloriatio ſta-
tim punitur à domino.
Et ideo differtur ſenten-
tia, ne uideat miſericor-
dia in pauperes minime
pfuiſſe. Sed ſtatim ut lo-
cutus eſt per ſuperbiam,
perdidit regnum quod
ob eleemoſynas fuerat re
ſeruatum. g ¶Donec
ſcias quod dominet ex-
celſus in regno hominū:
& cuicunq; uoluerit, det
illud. Eadē hora ſer. &c.)
Magna miſeriæ conſola
tio; quando in tormētis
poſitus, ſcit proſpera ſe-
cutura: quanq; Nabuchodonoſor tanti furoris ſit
& amentiæ, ut malorum tempore, bonorum quæ
ei deus

eſca omnium in ea; ſubter eam habitantes
beſtiæ agri, & in ramis eius commorantes
aues cœli: tu es rex, quia magnificatus es, &
inualuiſti: & magnitudo tua creuit & perue-
nit uſq; ad cœlum, & poteſtas tua in termi-
nos uniuerſæ terræ. Quod autē uidit rex ui-
gilem & ſanctum deſcendere de cœlo & di-
cere: Succidite arborem & diſſipate illam; at
tamen germen radicum eius in terra dimit-
a tite: Et uinciatur ferro & ære in herbis foris,
& rore cœli conſpergatur: et cum feris ſit pa
bulum eius, donec ſeptem tempora commu
b tentur ſuper eum. Hæc eſt interpretatio ſen-
tentiæ altiſſimi, quæ peruenit ſuper dominū
meum regē: Eijcient te ab hominibus & cū
beſtijs feriſq; erit habitatio tua, et fœnum
ut bos comedes; et rore cœli infunderis. Se-
ptem quoq; tempora mutabuntur ſuper te,
donec ſcias quod dominetur excelſus ſuper
regnum hominum: et cuicunq; uoluerit det
illud. Quod autem præcepit quod relinque
c retur germen radicū eius, id eſt, arboris: Rē-
gnum tuum tibi manebit poſtq; cognoue-
d ris poteſtatem eſſe cœleſtē: Quāobrēm rex
conſilium meum placeat tibi, & peccata tua
eleemoſynis redime; et iniquitates tuas miſe
e ricordijs pauperum: Fōrſitan ignoſcet deus
delictis tuis. Hæc omnia uenerunt ſuper re-
gem Nabuchodonoſor. Poſt duodecim mē
ſium finem in aula Babylonis deambula-
bat. Reſponditq; rex, & ait: Nónne hæc eſt
Babylon ciuitas magna quam ego ædifi-
caui in domum regni in robore fortitudinis
f meæ, & in gloria decoris mei? Cūm adhuc
ſermo eſſet in ore regis, uox de cœlo irruit:
Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex, regnū
tuum tranſijt à te, et ab hominibus eijcient
te, & cum beſtijs & feris erit habitatio tua:
fœnum quaſi bos comedes; & ſeptem tem-
g pora mutabunt ſuper te; Dōnec ſcias quod
domine



A ei deus promiſerat, nō fuerit recordatus. a ¶Ego
Nabuchodonoſor oculos meos &c.) Niſi oculos le
uaſſet ad cœlum ſenſum priſtinum non recepiſſet.
Quando aūt dicit ſenſum ſibi redditū, oſtendit non
formam ſe amiſiſſe, ſed mentē. b ¶Et regnū eius
in generatiōe & ge. &c.)
Si hoc quod in ſcriptu-
ris dicitur: in generatiōe
& generatione, ſimplici-
ter accipimus pro eo qđ
eſt, in omnia futura tem-
pora; nulla quæſtio eſt:
Sin autem (ut ſæpe dixi
mus) generatio & gene-
ratio, duas generationes
ſignificat, legis, & euan-
gelij quærendū eſt, quo-
modo Nabuchodono-
ſor dei ſacramēta cogno
uerit. Niſi forte hoc dica
mus, quod poſtq; oculos
ad cœlum leuauit, & re-
cepit priſtinum ſtatum,
& exaltauit & benedixit
deum uiuentem in ſem-
piternū, etiam hoc non
ignorauerit. c ¶Iuxta
B uoluntatē &c.) Et hoc lo
quitur quaſi homo ſecu
li. Nō enim qđ uult, hoc
facit: ſed quod bonū eſt,
hoc uult deus. Nabucho
donoſor autem ſic locu-
tus eſt, ut dum potentiā
dei prędicat, iuſticiā eius
uideat arguere, qđ īme-
rito pœnas ſuſtinuerit.
d ¶Et optimates &c.)
Ergo iuxta eos qui hiſto
riæ contradicūt; omnes
angelicæ fortitudines re
quiſituræ ſunt diabolū:
et in tantam creſcit potē
tiam, ut qui quondā ad-
uerſus deū ſuperbierat
maior futurus ſit, q; fuit
ante peccatū. e ¶Nūc
&c.) Intellexit Nabucho
donoſor, quare ſeptēnij
pœnas ſuſtinuerit, & id-
circo ſe humiliatū, qa cō
tra deum ſuperbierit.
Cap. V.
BAltaſar rex fe. &c.)
Sciendū eſt nō hūc
eſſe filiū Nabuchodonoſor, ut uulgo legentes arbi-
trantur; ſed iuxta Beroſum, qui Chaldæam ſcripſit
hiſtoriā, & Ioſephū, qui Beroſum ſequit; Poſt Na-
buchodonoſor qui regnauit annis quadraginta tri-
bus, ſucceſſiſſe in regnū eius filiū qui uocabat Euil C
marodach: de quo ſcribit Hieremias, quod ī primo Hier.52.g
anno regni ſui leuauerit caput Ioachin regis Iudæ,
& eduxerit eū de domo carceris. Refert idem Ioſe-
phus, quod poſt mortē Euilmarodach, in regnū pa
tris ſucceſſerit filius eius
Neglíſar, poſt quē rurſū
filius eius Laboſordach:
quo mortuo Baltaſar fi-
lius eius regnū tenuerit;
quē nūc ſcriptura cōme
morat; quo interfecto à
Dario rege Medorū, q
Cyri regis Perſarū auū-
culus fuit & Cyro Per-
ſa; q̄ duo regna Eſaias a- Hier.21.c
ſcenſorē bigæ cameli, &
aſini uocat, deſtructum
eſſe imperiū Chaldęorū.
Quod quidē & Xeno-
phon ī Cyri maioris ſcri
bit īfantia; & Pompeius
Trogus, et multi alij qui
barbaras ſcripſere hiſto-
rias. Hūc Dariū in Græ
cis uoluminibus quidā
Aſtyagen, alij Aſtyagis
filiū putant, & alio apud
D eos appellari noīe. Vnuſ
quiſq; aūt principū uo-
catorū iuxta ſuā bibebat
ætatē. Siue ut cæteri in-
terpretes trāſtulerūt: Bi-
bebat ipſe rex uinū corā
cūctis principibus quos
uocauerat. g ¶Præce-
pit ergo iam temu. &c.)
Tradūt Hebræi huiuſce
modi fabulam: uſq; ad ſe
ptuageſimū annū, quo
Hieremias captiuitatem
populi Iudæorū dixerat
eſſe ſoluēdam, de quo &
Zacharias in principio
uoluminis ſui loquit: ir-
ritā putās dei pollicitatio
nē Baltaſar, falſumq; p-
miſſum: uerſus ī gaudiū,
fecerit grande cōuiuiū:
īſultās quodāmodo ſpei
Iudæorū, & uaſis templi
dei: ſed ſtatim ultio cōſe-
cuta eſt. Qđ autē Balta-
ſaris patrem Nabucho-
donoſor uocat, nō facit
errorē ſcientibus ſanctæ ſcripturę conſuetudinem:
qua patres, omnes proaui, & maiores uocantur. Et
hoc conſyderandum, quod ſobrius iſta non faciat,
ſed temulentus: oblituſq; pœnę quæ Nabuchodo-

dnetur excelſus in regno hominū; & cuicūq;
uoluerit, det illud. Eadē hora ſermo cōpletus
eſt ſup Nabuchodonoſor; & ex hoībus abie-
ctus eſt, & fœnū ut bos comedit, & rore cœli
corpus eius infectū eſt, donec capilli eius in ſi-
militudinē leonum creſcerent, & ungues eius
a quaſi ungues auiū. Igitur poſt finē dierū egō
Nabuchodonoſor oculos meos ad cœlū le-
uaui; & ſenſus meus redditus eſt mihi; & altiſ
ſimo bñdixi; & uiuentē in ſempiternū lauda-
ui & glorificaui; quia poteſtas eius, poteſtas
b ſempiterna. Et rēgnum eius in generatione &
generatione, & omēs habitatores terræ apud
c eū in nihilū reputati ſunt. Iūxta uoluntatē eīū
ſuam facit tam in uirtutibus cœli, q; in habita
toribus terræ, & nō eſt qui reſiſtat manui e-
ius, & dicat ei, quare feciſti? In ipſo tēpore ſen-
ſus meus reuerſus eſt ad me, & ad honorē re-
gni mei decorēq; perueni, & figura mea reuer
d ſa eſt ad me. Et optimātes mei, & magiſtratus
mei requiſierunt me, & in regnum meum re-
ſtitutus ſum; & magnificentia amplior addi-
e ta eſt mihi. Nūnc igitur ego Nabuchodono-
ſor laudo, et magnifico, et glorifico regē cœli:
quia omnia opera eius uera, & uiæ eius iudi-
cia, & gradiētes in ſuperbia poteſt humiliare.

Caput V.

f BAltāſar rex fecit grande conuiuium opti-
matibus ſuis mille: & unuſquiſq; ſecun-
g dum ſuam bibebat ætatē. Præcēpit ergo iam
temulentus, ut afferrentur uaſa aurea atque
argentea, quæ aſportauerat Nabuchodo-
noſor pater eius de templo quod fuit in Hie-
ruſalem, ut biberent in eis rex & optimates e-
ius, uxoreſq; eius, & concubinæ. Tunc alla-
ta ſunt uaſa aurea quæ aſportauerat de tem-
plo quod fuerat in Hieruſalē: & biberunt in
eis rex & optimates eius, uxores & concubi-
næ

E noſor proauũ illius cõſecuta eſt. a ¶Bibebant ui
num &c.) Quanta ſtultitia, in aureis uaſis bibentes
deos ligneos laudabãt & lapideos. Quãdiu uaſa fue
runt in idolio Babylonis, nõ eſt iratus dominus: ui
debãtur eñ rẽ dei ſecundũ prauã quidẽ opinionẽ,
tñ diuino cultui cõſecraſ
ſe: poſtq; aũt humanis u-
ſibus diuina cõtaminãt,
ſtatim pœna ſequit̃ poſt
ſacrilegiũ. Laudãt autem
deos ſuos, inſultãtes deo
Iudæorum, quod illis ui
ctoriam tribuentibus, bi
bebant in uaſis eius. Iu-
xta Tropologiã, hoc di-
cendum eſt: quod oĩes
hæretici & doctrina con
traria ueritati, quæ aſſu-
mit uerba prophetarũ:
et teſtimonijs diuinę ſcri
pturæ abutit̃ ad ſenſum
ſuum: & dat bibere his
quos decipit, & cũ qbus
fornicata eſt: tollat uaſa
templi dei & inebrietur
in eis, & nõ deũ cuius ua
ſa ſũt: ſed deos laudẽt au
reos & argenteos, & æ-
F neos & ferreos ligneoſ-
q; & lapideos. Aurei mi-
hi uidentur hi qui ſecula
ri ratione cõpoſiti ſunt.
Argentei, qui habẽt elo
quij uenuſtatem: & Rhe
torica arte cõſtructi ſũt.
Qui autem inferũt fabu
las poẽtarũ & uetuſtis u-
tunt̃ traditiõibus: habẽ-
tes inter ſe multã uel ele
gãtiæ uel ſtulticiæ diffe-
rẽtiam: iſti uocãtur ænęi
& ferrei. Qui autem pe-
nitus inepta proponũt,
lignei appellantur & la-
pidei. Quos oĩes in du-
Deu. 27.d as partes Deuteronomi
um diuidit ſcribẽs: Male
dictus qui facit ſculptile
& cõflatile opus manuũ
artificis, & ponit illud in
abſcondito. Abſcondũt
enim omnes hæretici, &
operiunt mendaciorũ ſu
orum dogmata, ut ſagit-
tẽt in obſcuro rectos cor
de. b ¶In eadem &c.)
Pulchre dixit: In eadẽ ho
ra, ſicut & ſupra legimus
de Nabuchodonoſor: cũ

adhuc ſermo eſſet in ore regis, uox de cœlo ruit: ne G
ob aliud ſibi illata ſupplicia, ſed ob blaſphemiã co-
gnoſceret. Vident̃ aũt digiti in pariete ſcribere con
tra cãdelabrũ: ne & manus & id qd' ſcribebat̃, lon-
gius à lumine nõ parerẽt. Et ſcribũt in pariete aulæ
regię; ut intelligat rex ad
ſe pertinere qd' ſcribit̃.
c ¶Tũc facies &c.) Et
hic notãdũ propter eos
pſalmos q habẽt titulos:
Pro his q cõmutabunt̃,
qd' imutatio nõ ſolũ ſan
cti, ſed & pctõris quoq;
ſit. Nã & ĩ cõſequẽtibus
legimus: Rex Baltaſar ſa
tis cõturbatus eſt: & uul
tus illius immutatus eſt.
d ¶Exclamauit itaq; rex
&c.) Oblitus eorũ q̃ Na
buchodonoſor acciderãt
antiquũ et inolitũ ſuę gẽ
tis ſequit̃ errorẽ: ut non
dei ꝓphetã ſed magos, et
Chaldæos & haruſpices
uocet. e ¶Purpura
&c.) Rẽ quidẽ facio ridi
culã, ut in expoſitione ꝓ
phetarũ de uerborũ ge-
neribus quaſi grãmati-
cus diſputẽ. Sed quia à H
quodã nihil ſciẽte, & oĩa
pollicẽte reprehẽſus ſũ,
cur torquẽ genere fœmi
nino trãſtulerim breui-
ter annotabo: qd' Cicero
& Maro torquẽ genere
fœminino, Titus Liuius
maſculino dixerint.
f ¶Et tertius &c.) Vel
tertius poſt me, uel unus
è tribus pricipib', quos
alibi τριστάτας legimus.
g ¶Regina &c.) Hanc
Ioſephus auiã Baltaſaris
Origenes matrẽ ſcribũt:
unde & nouit ꝑterita q̃
rex ignorabat. Euigilet
ergo Porphyrius, qui eã
Baltaſaris ſoniat̃ uxorẽ:
& illudit plus ſcire, q̃ ma
ritũ. h ¶Eſt uir &c.)
Præter Symmachũ, qui
Chaldaicã ueritatẽ ſecu-
tus ẽ; cęteri ſpiritũ dei i-
terꝑtati ſunt. i ¶Et in
diebus &c.) Patrẽ uocat
Nabuchodonoſor (ut ſu
pra diximus) proauũ e-
ius ſecundũ cõſuetudinẽ
ſcriptu

a næ illius. Bibebant uinum & laudabant deos
ſuos aureos & argenteos, & æreos, ferreos li-
b gneoſq; & lapideos. In eadem hora apparue-
rũt digiti quaſi manus hoĩs ſcribentis contra
candelabrũ in ſuperficie parietis aulæ regiæ.
Et rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis.
c Tunc facies regis cõmutata eſt, & cogitatio-
nes eius conturbabãt eum, & cõpages renum
eius ſoluebantur, & genua eius adinuicẽ colli-
d debantur. Exclamauit itaq; rex fortiter ut in-
ducerent magos, Chaldæos, & haruſpices. Et
proloquens rex ait ſapientibus Babylonis:
Quicunq; legerit ſcripturã hanc, & interpre-
e tationem eius manifeſtã mihi fecerit; Purpu-
ra ueſtietur: & torquẽ aureã habebit in collo:
f Et tertius in regno meo erit. Tunc ingreſſi o-
mnes ſapientes regis non potuerũt ſcripturã
legere, nec interpretationem indicare regi.
Vnde rex Baltaſar ſatis cõturbatus eſt, & uul
tus illius immutatus eſt. Sed & optimates e-
g ius turbabantur. Regina autem pro re quæ
acciderat regi & optimatibus eius, domũ con
uiuij ingreſſa eſt: & proloquens ait: Rex in æ-
ternũ uiue: nõ te cõturbent cogitationes tuæ,
h ne facies tua immutetur. Eſt uir in regno tuo
qui ſpiritũ deorũ ſanctorum habet in ſe. Et in
i diebus patris tui ſapientia & ſcientia inuentæ
ſunt in eo: Nam & rex Nabuchodonoſor pa
ter tuus, principem magorũ, incantatorum,
Chaldæorũ, & haruſpicum cõſtituit eum. Pa
ter inquam tuus ò rex: quia ſpiritus amplior,
& prudentia intelligentiaq; & interpretatio
ſomniorũ, & oſtẽſio ſecretorum, ac ſolutio li-
gatorum inuẽtæ ſunt in eo, hoc eſt, in Danie-
le: cui rex impoſuit nomen Baltaſar. Nunc
itaq; Daniel uocẽt, & interpretationem nar-
rabit. Igitur introductus eſt Daniel coram
rege. Ad quem præfatus rex ait: Tu es Dani-
el de filijs captiuitatis Iudæ: quẽ adduxerat
pater meus rex de Iudæa? Audiui de te, quõ
ſpiritũ deorum habeas: & ſcientia intelligen-
tiaq; ac ſapientia ampliores inuẽtæ ſunt in
te



A ſcripturarum. Imitanda autẽ eſt ſancti uiri & inter
barbaros cõuerſatio, cum regis auia uel mater pro
uirtutum magnitudine tantis eum laudibus eleuet.
a ¶Ad quæ reſpondẽs Daniel &c.) Aemulemur
Danielẽ, regis dignitatẽ & munera cõtemnentem:
qui abſq; ꝑcio proferens
ueritatẽ, iam illo tẽpore
præceptũ euangelicũ ſe-
Matth. 10.a quebatur: Gratis accepi
ſtis, gratis date. Alioqn
& triſtia nũciantẽ, inde-
cens erat libenter dona
ſuſcipere. b ¶Quos uo
lebat, &c.) Nabuchodo-
noſor proaui ponit exẽ-
plũ: ut & dei iuſticiã do-
ceat, & propter ſuperbiã
etiam pronepotẽ ſimilia
ſuſtinere cõfirmet. Si aũt
Nabuchodonoſor quos
uolebat interficiebat: &
quos uolebat, percutie-
bat: quos uolebat, exalta
bat, & quos uolebat, hu-
miliabat: In huiuſcemo-
di honoribus & percuſſi
onibus, exaltatiõe & hu-
B miliatione, nõ eſt dei ꝓ-
uidentia, nec præceptũ,
ſed eorũ uolũtas qui per
cutiunt quos uoluerint,
& exaltãt, & reliqua. Qd'
cũ ita ſit, quærendũ eſt:
quo ſenſu illud legatur:
Prouer. 21.a Cor regis in manu dei:
quodcũq; uoluerit, illud
declinabit: niſi forte ſan-
ctũ quẽq; dicamus regẽ:
cuius nõ regnat peccatũ
in mortali corpore: et cu
Rom. 6.d ius ideo ſeruatur cor: qa
in manu dei eſt. Quicqd
aũt in manu dei patris
fuerit iuxta euangeliũ,
nullus poteſt rapere ex
ea, & quicũq; raptus fue
rit, intelligitur in manu
dei nõ fuiſſe. c ¶Tu
quoq; fili. &c.) Proauus
tuus, quia eleuatũ eſt cor
eius, & ſpiritus illius ob
firmatus eſt ad ſuperbiã:
depoſitus eſt de ſolio re-
gni ſui, & gloria eius ab-
lata eſt: & reliqua. Et tu
igitur cũ hæc de parente
cognouiſſes, & ſcires qd'
Iacob. 4.b ſuperbis reſiſtit deus: hu
milibus autem dat gra-

tiam, nõ debueras aduerſus dñatorem cœli eleuare C
cor tuũ, & inſultare maieſtati illius, & ea facere q̃ fe
ciſti. Hunc locũ quidã ad Antichriſtũ referunt, qd'
imitatus patris ſui diaboli ſuperbiã, contra deũ ere
ctus ſit. Sed quærendum eſt ab eis, quis ſit Daniel
qui eis ſcripturam dei in
terpretatur, & qui Medi
& Perſæ occidentes eũ,
& ſuccedẽtes in regnum
eius. Nulli enim dubiũ
quin poſt Antichriſtum
ſancti regnaturi ſint.
d ¶Hæc eſt autẽ ſcri-
ptura quæ digeſta eſt,
mane, Thecel, phares. Et
hæc interpretatio ſermo
nis: &c.) Tria tantũ uer-
ba ĩ pariete ſcripta ſigna
uerat: Mane, Thecel, pha
res: quorũ primũ, nume
rũ: ſecundũ, appenſionẽ:
tertiũ diuiſionem ſonat.
Nõ ſolũ ergo lectiõe o-
pus fuit, ſed interpretati
one eorum quæ legerat:
ut intelligeret quid hæc
uerba prædicerent: quo
ſcilicet numeraſſet deus D
regnum illius atq; com-
pleſſet, & appendiſſet in
ſtathera iudicij ſui: et an-
te eum iugularet gladi-
us, quàm natura diſſol-
ueret, & imperium eius
in Medos diuideretur et
Perſas. Cyrus enim, ut
ante iã diximus, rex Per
ſarum, iũcto ſibi Dario
auunculo, ſubuertit im-
perium Chaldæorum.
e ¶Tũc iubẽte rege &c.
qd' haberet poteſtatẽ ter
tius ĩ regno.) Siue tertiæ
partis regni. Accepit aũt
inſigne regiũ, torquẽ &
purpurã: ut Dario qui
erat ſucceſſurus ĩ regnũ
fieret

te. Et nũc ingreſſi ſunt in cõſpectu meo ſapiẽ-
tes magi, ut ſcripturã hãc legerẽt, & interpre-
tationem eius indicarẽt mihi, & nequiuerunt
ſenſum huius ſermonis edicere. Porrò ego au
diui de te qd' poſſis obſcura interpretari, & li-
gata diſſoluere. Si ergo uales ſcripturã legere,
et interpretationẽ eius indicare mihi, purpura
ueſtieris, & torquẽ aureã circa collũ tuũ habe-
bis: & tertius in regno meo princeps eris. Ad
a quæ reſpondens Daniel ait corã rege: Mune
ra tua ſint tibi: & dona domus tuæ alteri da:
ſcripturã aũt legam tibi rex: & interpretatio-
nem eius oſtendã tibi. O rex, deus altiſſimus
regnũ & magnificentiã, gloriã & honorẽ de-
dit Nabuchodonoſor patri tuo, & propter
magnificentiã quam dederat ei, uniuerſi po-
puli, tribus & linguæ tremebant & metuebãt
b eum. Quos uolebat, interficiebat: & quos uo-
lebat, percutiebat: quos uolebat, exaltabat: &
quos uolebat, humiliabat. Quando aũt eleua
tum eſt cor eius, & ſpiritus illius obfirmatus
eſt ad ſuperbiam: depoſitus eſt de ſolio regni
ſui, & gloria eius ablata eſt, & à filijs hominũ
eiectus eſt: ſed & cor eius cũ beſtijs poſitum
eſt: & cũ onagris erat habitatio eius. Fœnum
quoq; ut bos comedebat: & rore cœli cor-
pus eius infectum eſt: donec cognoſceret qd'
poteſtatẽ haberet altiſſimus in regno homi-
num, & quemcunq; uoluerit, ſuſcitabit ſup il
c lud. Tũ quoq; filius eius Baltaſar non humi-
liaſti cor tuũ cum ſcires hęc oĩa: ſed aduerſum
dñatorẽ cœli eleuatus es: & uaſa domus eius
allata ſunt coram te: & tu & optimates tui, &
uxores tuæ, & cõcubinæ tuæ, uinũ bibiſtis in
eis, Deoſq; aureos & argenteos, & æreos, fer-
reos ligneoſq;, & lapideos, q nõ uidẽt, neq; audiũt, neq; ſentiũt, lauda
ſti. Porrò deũ q habet flatũ tuũ in manu ſua, & oẽs uias tuas, nõ glorifi
caſti. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manus q̃ ſcripſit hoc qd' exaratũ
d eſt. Hæc eſt aũt ſcriptura q̃ digeſta eſt: Mane, Thecel, Phares. Et hęc in-
terpretatio ſermonis: Mane numerauit deus regnũ tuũ & cõpleuit il-
lud. Thecel, appẽſum eſt in ſtatera, et inuentũ eſt minus habẽs. Phares,
e diuiſum eſt regnũ tuũ, & datum eſt Medis & Perſis. Tunc iubẽte rege

E fieret notior, & per noticiam honoratior. Nec mirum ſi Baltaſar audiens triſtia, ſoluerit præmiū qđ pollicitus eſt. Aut enim longo poſt tempore credidit uentura quæ dixerat: aut dum dei prophetā honorat, ſperat ſe ueniam cōſecuturum. Quam ſi non impetrauit, maius fuiſſe credendū eſt ſacrilegiū in deum q̃ honorem in hominem. a ¶Eadem nocte īterfectus eſt Balt. &c.) Ioſephus ſcribit in decimo Iudaicæ antiquitatis libro: obſeſſa Babylone à Medis & Perſis, Dario uidelicet & Cyro in tantā ueniſſe Baltaſar regē Babylonis obliuionem ſui, ut celeberrimū iniret conuiuiū, & in uaſis templi biberet, & obſeſſus uacaret epulis. Vnde poteſt ſtare hiſtoria, quod eadem nocte ſit captus atq; iugulatus: dum omnes aut uiſionis interpretationisq; pauore terrētur: aut occupati ſunt
F feſtiuitate & ebrietate cōuiuij. Quod autem uincēte Cyro rege Perſarū, & Dario rege Medorū, ſolus Darius ſucceſſiſſe in regno ſcribitur: ordo ætatis, & propinquitatis, & regni eſt. Darius enim ſexaginta duorum annorum erat: et maius regnum Medorum q̃ Perſarum legimus, & auunculus qui prior erat iure naturæ, ſucceſſor regni debuit numerari. Vnde & in uiſione quæ contra Babylonem in Eſaia legit̃: poſt multa quæ longum eſt ponere, hæc futura narrantur:
Eſa.13.d Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos qui argentum non quærant, nec aurū uelint: ſed ſagittis paruulos interficiant, & lactantibus uteris non miſereantur.
Hier.51.c Et Hieremias: Sanctificate, inquit, cōtra eam gētes, reges Mediæ, duces eius, & uniuerſos magiſtratus eius, cūctamq; terrā poteſtatis illius. Et in conſequētibus, Filia Babylon quaſi area, tēpus trituræ eius: adhuc modicum & ueniet tempus meſſionis eius. Quod autem in conuiuio capta ſit Babylon quam hortatur ad pugnam, manifeſtius ſcribit Eſaias: Ba-
Eſa.21.b bylon dilecta mea, facta eſt mihi in miraculum: pone menſam, contemplare in ſpecula comedentes & bibentes ſurgite principes, arripite clypeum.

Cap. VI.

PLacuit Dario & cōſtituit ſupra &c. Igitur Daniel ſuperabat omnes principes & Satrapas: qa ſpiritus dei amplior erat in illo.) Ioſephus (de quo ſupra diximus) huius loci ſcribens hiſtoriam, ita locutus eſt, Darius autem qui Babyloniorum deſtruxit imperium, iuuante ſe & pariter dimicante Cyro

indutus eſt Daniel purpura, & circūdata eſt torques aurea collo eius, & prædicatū eſt de eo qđ haberet poteſtatē tertius in regno. Ea-
a dem nocte interfectus eſt Baltaſar rex Chaldæus, & Darius Medus ſucceſſit in regnum, annos natus ſexagintaduos. Cap. VI.
b PLacuit Dario & conſtituit ſupra regnum Satrapas centum uiginti, ut eſſent in toto regno ſuo: & ſuper eos principes tres, ex q̄bus Daniel unus erat: ut Satrapæ illis redderent ratione, & rex non ſuſtineret moleſtias. Igitur Daniel ſuperabat omes principes & ſatrapas: quia ſpiritus dei amplior erat in illo.
c Porrò rex cogitabat conſtituere eū ſuper omne regnū, unde principes & Satrapæ quærebant occaſionē ut inuenirent Danieli ex latere regis: nullamq; cauſam & ſuſpicionem reperire potuerunt, eo quod fidelis eſſet, & oīs culpa & ſuſpicio non inueniretur in eo. Dixerūt

G propinquo ſuo, annum uitæ agebat ſexageſimumſecundum, quando cepit Babylonem: eratq; filius Aſtyagis, qui altero apud Græcos uocabatur nomine: tulitq; ſecum Danielem prophetam, & adduxit in Mediā, & unum fecit ē tribus principibus, q uniuerſo regno eius prę erāt. Ex quo ītelligimus ſubuerſa Babylone, Dariū reuerſum eſſe ad regnū ſuū in Mediā, ſecūq; adduxiſſe Danielē in honore eodem, quo à Baltaſar profectum acceperat. Nec ambiguum eſt, audiſſe eum ſignum atq; portentum, quod Baltaſari acciderat: & interpretationem quam Daniel expoſuerat, & quomodo Medorum regnum Perſarumq; prædixerit. Nemo ergo perturbet̃, quod nunc in regno Darij, nunc in regno Cyri, Daniel fuiſſe dicat̃. Pro Dario, Lxx. Artaxerxē interpretati ſunt. Quod autem ordo præpoſte-
H rus eſt, ut ante ſub Dario narretur hiſtoria, quā ſub Baltaſar, quod poſtea lecturi ſumus, q à Dario interfectus eſt: illud uidetur mihi in cauſa, quod ſtatim hiſtoriam hiſtoriæ copulauit. In fine enim ſuperioris dixerat uiſionis: Et Darius Medus ſucceſſit in regnum, annos natus ſexagintaduos. Sub hoc igitur Dario qui interfecit Baltaſar hæc geſta ſunt quæ dicturi ſumus. c ¶Porrò rex cogitabat &c.) Pro principibus quod Symmachus tranſtulit: Theodotio, τακτικούς; Aquila, σωεκτικούς interpretatus eſt. Cumq; quęrerem qui eſſent iſti principes τακτικοὶ uel σωεκτικοὶ, in Lxx. æditione legi manifeſtius, qui dixerunt: Et duos uiros quos conſtituit cum eo, & ſatrapæ centum uiginti. Quia igitur inter duos principes, īter quos erat tertius, hūc primum facere rex cogitabat: inuidiæ & inſidiarū nata occaſio eſt. Quærebant occaſionem ut inuenirent Danieli ex latere regis. Et in hoc loco Hebræi tale neſcio quid ſuſpicantur: latus regis, regina eſt, uel concubinæ eius, cæteræq; uxores, quæ ex latere dormiūt. Quærebant ergo occaſionem in rebus huiuſcemodi, ſi in ſermone, tactu, nutu, internūcio poſſent accuſare Danielem. Sed nullam, inquiunt, cauſam & ſuſpicionem reperire potuerūt: quia eunuchus erat, & eū in re ſtupri arguere non potuerūt. Hoc illi dixerint, q ꝓpter occaſionē unius uerbi longas ſolēt fabulas texere. Nos interpretemur ſimpliciter, quod nullam occaſionem aduerſus eū repererint, in qua regi noxius fuerit, eo quod fidelis eſſet:



A lis eſſet: & oīs culpa & ſuſpicio non inueniretur in eo. Pro ſuſpicione Theodotio & Aquila ἀμβλάκημα interpretati ſunt: quæ Chaldaice dicitur eſſat-
שְׁחִיתָה tha. Cūq; ab Hebræo quærerē quid ſignificaret: reſpondit uim uerbi ſonare δέλεας, quā nos illecebrā ſiue σφάλμα, hoc eſt, errorē dicere poſſumus. Porrò Euripides in Medea ἀμπλακίας, per π, & nō β ἁμαρτίας, id eſt peccata appellat. a ¶Dixerunt ergo uiri &c.) Felix conuerſatio in qua inimici nullā reperiunt occaſionē, niſi forte in legitimis dei. b ¶Tūc principes & ſatrapæ ſurripuerunt &c.) Pulchre dixit, ſurripuerunt: Nō em̄ hoc locuti ſunt quod agere cogitabant: ſed per honorē regis, inimico moliūtur inſidias. c ¶Nunc itaq; rex &c.) Perſpicuū fit qđ ſupra diximus, unū regnū fuiſſe ſub Dario & Cyro Medorū atque Perſarū. d ¶Quod cū Daniel &c.) De omi ſcri-
B ptura ſancta celeri memoria congregandū eſt: ubi δώματα, quæ latine dicuntur mœnia uel tecta, ſiue ſolaria: & ἀνάγαια, id eſt, cœnacula le-
Mar.14.b gerimus, Nā & dn̄s noſter paſcha celebrat ī cœnaculo. Et in Actibus a-
Act.1.c poſtolorum ſuper centū uiginti animas credentium ſpirituſſanctus deſcēdit in cœnaculo. Et nūc Daniel regis iuſſa cōtemnens, & in deo habens fiduciam, nō orat in humili loco, ſed in excelſo: & feneſtras aperit contra Hieruſalē, ubi erat uiſio pacis. Orat aūt ſecundū præceptū dei: dictaq; Sa-
3.Reg.8.c lomonis, qui contra templū orandū eſſe admonuit. Tria aūt ſunt tēpora quibus deo flectenda ſunt genua: tertiā horā, ſextā & nonam, eccleſia-
Act.3.a ſtica traditio ītelligit. Deniq; tertia hora deſcēdit ſpirituſſanctus ſup apo-

a Dixerūt ergo uiri illi: Nō inueniemus Danieli aliquam occaſionē, niſi forte in lege dei ſui.
b Tūnc principes & ſatrapæ ſurripuerūt regi, & ſic locuti ſunt ei: Dari rex in ęternum uiue, conſiliū inierunt omnes principes regni tui, magiſtratus & ſatrapę, ſenatores & iudices, ut decretum imperatorium exeat & edictum: ut omnis qui petierit aliquam petitionē à quocunq; deo & homine uſq; ad triginta dies ni-
c ſi à te rex, mittatur in lacum leonum. Nūnc itaq; rex confirma ſententiam, & ſcribe decretum, ut non immutet̃ quod ſtatutū eſt à Medis atq; Perſis: nec præuaricari cuiq; liceat. Porrò rex Darius ꝓpoſuit ædictū & ſtatuit.
d Qūod cū Daniel cōperiſſet, id eſt cōſtitutam legem, ingreſſus eſt domū ſuā, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo cōtra Hieruſalem, tribus tp̄ibus in die flectebat genua ſua, & adorabat: confitebaturq; corā deo ſuo ſicut ante
e facere cōſueuerat. Viri igitūr illi curioſius inquirentes, inuenerūt Danielē orantē & obſecrantem deū ſuū. Et accedentes locuti ſunt re-
f gi ſuper edicto, Rēx, nunquid nō conſtituiſti: ut omnis homo qui rogaret quenq; de dijs & hominibus uſque ad dies triginta niſi à te rex, mitteret̃ in lacū leonū? Ad quos reſpon-
g dens rex ait: Vērus eſt ſermo iuxta decretum Medorū atq; Perſarū, qđ præuaricari non li-
h cet. Tūnc reſpondētes dixerūt corā rege: Daniel de filijs captiuitatis Iudææ non curauit de lege tua & de edicto qđ conſtituiſti: ſed tribus tēporibus per diē orat obſecratione ſua.
i Quod uērbum cum audiſſet rex, ſatis contriſtatus eſt, & pro Daniele poſuit cor ut liberaret eum: & uſq; ad occaſum ſolis laborabat
k ut erueret illum. Viri aūtem illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scito rex, quia lex Medorum eſt atq; Perſarū: ut omne decretū quod
l conſtituerit rex non liceat immutari. Tūnc rex præcepit, & adduxerunt Danielē, & miſerūt eum in lacum leonum. Dixitq; rex Danieli: Deus tuus quem colis ſemper, ipſe liberabit

C ſtolos. Sexta uolens Petrus comedere, ad orationē aſcēdit in cœnaculū. Nona, Petrus & Ioannes per- Ibidem.10.b
gebāt ad templū. e ¶Viri igitur &c.) Ex hoc loco Ibidem.3.d
diſcimus, ne temere nos offeramus p̄iculis: ſed quātū in nobis eſt īſidias declinemus. Vnde & Daniel non in foro, non in plateis faciebat cōtra regis imperiū, ſed in abſcōdito: ut ueri dn̄i dei om̄ipotētis iuſſa nō negligeret. f ¶Rex nunquid &c.) Tacēt de Danielis noīe: ut cū rex generaliter ſe iuſſiſſe reſpōderit, uerbo ſuo teneat̃: ne aliter ſup Danielē faciat q̃ locutus eſt. g ¶Verus &c.) Crebrius ānotamus: ubicūq; dicit̃, regnū Medorū atq; Perſarū: ut ſoluamus difficillimā quæſtionē, qua nunc ſub Dario, nunc ſub Cyro Daniel fuiſſe memoratur. h ¶Tūc rn̄dentes &c.) Vt maior ſit indignitas contemnentis eū q regis iuſſa cōtemnit, dicūt eſſe captiuū. i ¶Quod uerbum &c.) Intellexit ſe ꝓpria reſpōſione eſſe decep-
D tum: & quod cauſa inſidiarū eſſet inuidia. Itaq; nec cōtra ſuā legē facere uideretur: nō autoritate regia, ſed ratione atq; cōſilio uult Danielem de diſcrimine liberare. Et intantum nititur & laborat, ut rex potentiſſimus uſq; ad ſolis occaſum cibū nō accipiat, & illis tāta in malo pertinacia eſt: ut nec uolūtate regis moueantur, nec iniuria. k ¶Viri aūt illi intelligētes &c.) Sicut rex intelligebat principes accuſare propter inuidiā: ſic & illi ītelligebāt regis animū, quod uellet Danielē de præſenti morte eruere. Vnde iuxta legem Medorū atq; Perſarū, dicūt regis iuſſa non poſſe fieri irrita. l ¶Tunc rex pręcepit &c.) Cedit multitudini, et cōſentiētibus aduerſarijs, mortē amici

E non audet negare;quodq; ipſe obtinere nõ potuit, dei tradidit potentiæ. Nec ambigue loquitur: ut dicat, ſi potuerit liberare te;ſed audacter & confidenter;Deus, inquit, tuus quem colis ſemper, ipſe te liberabit. Audierat enim tres pueros qui inferioris à Daniele gradus erãt;flãmas uiciſſe Babylonias; & Danieli multa myſteria reuelata;unde & diligebat eum hominemq; captiuum habebat in honore maximo. a ¶Allatuſq; eſt lapis unus, & poſitus ſup os laci; quē obſignauit rex anulo ſuo &c.) Obſignauit anulo ſuo lapidē, quo os laci claudebatur;ne quid contra Danielem moliãtur inimici. Credidit eñ eũ dei potētiæ & qui de leonibus ſecurus eſt, de hominibus pertimeſcit. Obſignat autē & anulo optimatũ ſuorum;ne qd ſuſpicionis cõtra eos habere uideretur. b ¶Et abijt rex in domũ ſuam, & dormiuit incœnatus; cibiq; non ſunt allati coram eo &c.) Quanta regis beneuolētia, ut cibũ nec die nec nocte caperet;ſomnũ oculis nõ concederet;ſed cum periclitante ꝓpheta ipſe penderet affectu. Si aũt rex neſciens deũ, hoc facit ꝓ altero, quē uult de diſcrimine liberari;quãto magis nos pro peccatis proprijs inedia, & uigilijs debemus deũ ad clementiam flectere? c ¶Tũc rex primo diluculo conſurgens &c.)Lacũ uocat depreſſam in altũ foueã, uel arentē ciſternam, in qua leones nutriebãtur. Feſtinus autē primo diluculo pergit ad lacum, credēs eũ uiuere. Lacus aũt Latine, aquarũ dulciũ congregatio nuncupatur;ut lacus Benacus, & Larius, & cæteri;quē Græci λίμνην, id eſt, ſtagnũ uocant. d ¶Appropinquanſq; &c.)Cordis affectũ lachrymis indicat, & oblitus regiæ dignitatis uictor ad captiuũ, dñs currit ad ſeruũ. e ¶Daniel &c.)Viuentē uocat, ad diſtinctionē deorũ gētiliũ; qui ſimulacra ſunt hominũ mortuorũ. f ¶Deus tuus cui &c.)Nõ quod dubitet de dei potentia; de quo ſupra dixerat;Deus tuus quē colis ſemper ipſe liberabit te;ſed ambiguã ſententiã tēperat;ut cũ Daniel illæſus apparuerit; quãto res incredibilior eſt tãto aduerſum principes iuſtior ĩdignatio ſit. g ¶Rex in ęternũ uiue. &c.)Honorat honorãtē ſe;& ei uitã imprecat̃ æternã. h ¶Deus meus &c.)Nõ leonũ feritas ĩmutata ē;ſed rictus eorũ & rabies concluſa eſt ab angelo, & idcirco clauſa; quia prophetæ bona opera pręceſſerant; ut nõ tã gratia liberationis ſit, quã iuſticiæ retributio. Has autē uoces, oĩs ſanctus uir ꝓferat qui ereptus eſt de ore leonũ inuiſibiliũ, & de lacu inferni;qa credidit ĩ deũ ſuũ. i ¶Tũc Darius &c.) Sicut Nabuchodonoſor ſcribentē linguis & gentibus, quidã interpretatus eſt in cõtrarias fortitudines, ita & Dariũ interpretat̃, qđ oẽs ad pœnitentiã ꝓuocet. Et quęrit utrũ hoc in iſto mundo futurũ ſit, an ĩ altero; uel certe poſt alios mundos. Quæ nos ꝓ delyramētis & caſſis ducentes fabulis;hoc ſolũ dicimus ideo ſigna fieri ꝑ ſeruos dei apud barbaras nationes;ut unius dei cultus & religio prædicetur.

H

k ¶Porrò Daniel perſeuerauit &c.)Ergo qđ ſupra legimus in fine primæ uiſionis;Fuit autem Daniel uſq; ad annũ primũ Cyri regis;non uitæ illius tp̃s accipiendũ eſt. Siquidem in ultima legimus uiſione;Anno tertio Cyri regis Perſarũ, uerbũ reuelatũ eſt Danieli cognomēto Baltaſar;ſed hoc ſignificatur, quod uſq; ad primũ annũ Cyri regis, qui Chaldæorũ deſtruxit imperiũ, Daniel potens fuerit in Chaldæa; poſtea uero à Dario in Medos tranſlatus ſit.

G F

a rabit te;Allatuſq; eſt lapis unus, et poſitus ſuper os laci;quem obſignauit rex anulo ſuo, & anulo optimatum ſuorũ, ne quid fieret cõtra Danielem. Et b abijt rex in domũ ſuam, & dormiuit incœnatus;cibiq; non ſunt allati corã eo;inſuper & ſomnus c receſſit ab eo. Tũnc rex primo diluculo conſurgens, feſtinus ad lacum leonũ perrexit; d Appropinquanſq; lacui, Danielem uoce lachrymabili inclamauit & affatus eſt eum. e Dãniel ſerue dei uiuentis; f Deus tuus cui tu ſeruis ſemper, putás ne ualuit liberare te à leonibus? Et Daniel reſpondens regi ait; g Rēx in æternum uiue. h Deus meus miſit angelum ſuum, & cõcluſit ora leonum, & nõ nocuerunt mihi; quia coram eo iuſticia inuenta eſt in me, ſed & coram te rex delictum non feci. Tunc uehementer rex gauiſus eſt ſuper eo, & Danielem præcepit educi de lacu. Eductuſq; eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inuenta eſt in eo;quia credidit deo ſuo. Iubente autem rege, adducti ſunt uiri illi qui accuſauerunt Danielem, & in lacum leonum miſſi ſunt, ipſi & filij & uxores eorum, & non peruenerunt uſq; ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones;& omnia oſſa eorum comminuerunt. i Tũnc Darius rex ſcripſit uniuerſis populis, tribubus & linguis habitantibus in uniuerſa terra;Pax uobis multiplicetur. A me conſtitutum eſt decretum, ut uniuerſo imperio & regno meo tremiſcant & paueant deum Danielis. Ipſe eſt enim deus uiuens & æternus in ſecula, & regnum eius non diſſipabitur, & poteſtas eius uſq; in ęternum. Ipſe liberator atq; ſaluator, faciens ſigna & mirabilia in cœlo & in terra;qui liberauit Danielem de lacu leonum. k Porrò Daniel perſeuerauit uſq; ad regnum Darij, regnumq; Cyri Perſæ.

Caput

Cap.



A Anno primo Baltaſar regis Babylonis Dan. &c.) Hæc pericope, quam nũc conamur exponere, & ſequens, de qua dicturi ſumus;priores ſunt iuxta hiſtoriã q̃ duæ ſuperiores. Iſta enim & ſequēs, primo & tertio anno Baltaſar regis accidiſſe memorantur;illa aũt quæ ante ſuperiorē lecta eſt, nouiſſimo anno, imò nouiſſima die regni Baltaſar ſcribitur. Et hoc nõ ſolum in (Hiere.39.a; Ezech.17.d) Daniele, ſed in Hieremia quoq; & Ezechiele legimus;ſicut in locis ipſis ſi uita comes fuerit, docere poterimus. Sed in ſuperioribus ordo ſequit̃ hiſtoriæ;quid ſub Nabuchodonoſor & Baltaſar, & Dario ſiue Cyro mirabiliũ ſignorũ acciderit. In his uero narrant̃ ſomnia quę ſingulis ſint uiſa tēporibus; quorũ ſolus propheta conſcius eſt, & nullã habēt apud barbaras nationes ſigni uel reuelationis magnitudinem ſed tantũ ſcribunt̃, ut apud poſteros eorũ quæ uiſa ſunt, memoria perſeueret. b ¶Videbã in uiſione

B mea nocte &c.)Quatuor uētos cœli, quatuor arbitror angelicas poteſtates;qbus principalia regna cõmiſſa ſunt, iuxta illud quod in Deuteronomio (Deut.32.a) legimus;Quãdo diuidebat altiſſimus gētes;qñ ſeparabat filios Adã, cõſtituit terminos populorum iuxta numerũ angelorũ dei. Pars aũt dñi ppl's eius; Iacob funiculus hæreditatis eius. Mare aũt mundũ iſtũ, ſeculumq; ſignificat;ſalſis amariſq; fluctibus redundantē;ſicut dñs in parabola ſagenæ miſſæ in mare interpretat̃. Vnde & draco rex dicit̃ omniũ (Pſal.73.c) quæ in aquis ſunt, & cuius ſecundũ Dauid in mari (Amos.9.d) cõfringũtur capita. Et in Amos legimus;Si deſcenderit in ꝓfundũ maris, ibi mãdabo draconi;& mordebit eũ. Quatuor aũt beſtias, quæ aſcēdebãt de mari;& erãt diuerſæ inter ſe, angelo diſſerente noſcamus. Hæ, inquit, quatuor beſtiæ magnæ, quatuor regna cõſurgēt de terra. Quatuor aũt uēti qui pugnabãt in mari magno;ideo uēti cœli eſſe dicũtur; quia unuſquiſq; angelus facit pro eo regno quod ſibi creditũ eſt. Et hoc notãdũ, quod regnorũ feritas atq; crudelitas, beſtiarũ nomine demonſtretur. c ¶Prima quaſi leæna, & alas habeb. &c.) Regnũ Babyloniũ propter ſæuitiã & crudelitatē, ſiue propter luxuriã, & uitã libidini ſeruientē;non leo, ſed leæna appellat̃. Aiũt eñ hi qui de beſtiarũ ſcripſere naturis, leænas eſſe ferociores, maxime ſi catulos nutriãt, & ſemꝑ geſtire ad coitũ. Quod aũt habebat alas aquilæ, ſuꝑbiã ſignificat regni potētiſſimi;cuius princeps loquit̃ per Eſaiã;Suꝑ ſydera cœli ponã thronũ meũ;& ero ſimilis altiſſimo. Vnde dici- (Eſa.14.d)

C tur ad eum;Si alte feraris ut aquila, inde te detrahã. Alioquin ut leo inter beſtias, ita aquila inter aues (Abdie.b) regnũ tenet. Sed & hoc dicendũ, aquilã multo tempore uiuere, & regnũ Aſſyriorum multis ætatibus fuiſſe dominatũ. Quod aũt euulſæ ſunt alæ eius, id eſt leænæ ſiue aquilę, cætera regna ſignificat;qbus prius imꝑabat & uolitabat in mũdo. Et ſublata eſt, inqt, de terra;ſubuerſo uidelicet imperio Chaldæorũ. Quodq; ſequit̃;Et ſuꝑ pedes quaſi homo ſtetit, & cor eius datũ eſt ei; Si de Nabuchodonoſor ĩtelligimus, perſpicuum eſt q̄ poſtq; ꝑdidit regnũ, & potētia eius ablata eſt;rurſum in priſtinũ ſtatũ reſtitutus ſit, & nõ leænã, ſed hominem ſe eſſe didicerit, & cor receperit quod amiſerat. Sin aũt generaliter de regno Chaldæorum; hoc ſentiēdum eſt, quod interfecto Baltaſar, & Medis Perſiſq; imperio ſuccedētibus, Babylonij homines & humilis fragiliſq; naturæ ſe eſſe intellexerint. Nota ordinem;qui in imagine caput aureũ dicitur, hic leæna appellatur.

D d ¶Et ecce beſtia alia ſimilis urſo &c.)Beſtia ſecũda urſo ſimilis, ipſa eſt de qua in uiſione ſtatuæ legimus;Pectus eius & brachia de argento. Hæc ob (Supra.2.a) duriciã & ferocitatē urſo cõparat̃. Rigidũ enim & parcioris uictus, in morē Lacedæmoniorũ, regnũ Perſarũ fuit;ita ut in pulmēto ſale uteret̃ & cardamo. Legamus Cyri maioris infantiã. Quodq; dicit̃; In parte una ſtetit;ſic Hebræi interp̃tant̃, nihil eos aduerſum Iſraël crudele geſſiſſe. Vnde & in Zacharia propheta, equi albi appellant̃. (Zach.1.g) Tres aũt ordines ſiue uerſus qui erãt in ore eius & in dētibus;quidã ſic interpretatus eſt, ut regnũ Perſarũ in tres principes diceret fuiſſe diuiſum;ſicut in περικοπῇ Baltaſar & Darij legimus, tres fuiſſe principes;qui cētũ uiginti ſatrapis præfuerint. Alij aũt, tres reges poſt Cyrũ fuiſſe Perſarũ autumãt, & quæ illis ſint nomina reticēt. Nos uero cum poſt Cyrũ qui regnauit annis triginta, ſciamus apud Perſas regnaſſe Cãbyſen filiũ eius, & fratres magos, & deinceps Dariũ; cuius ſecũdo anno cœptũ eſt ædificari tēplũ in Hieruſalē. Quintũ, Xerxen filiũ Darij;ſextũ, Artabanum;ſeptimũ, Artaxerxen;qui μακρόχειρ, id eſt, longimanus cognominatus eſt;octauum Xerxen;nonum, Sogdianum;decimum, Darium cognomento νόθος;undecimum, Artaxerxen;qui appellatus eſt μνήμων, id eſt recordãs;duodecimũ, aliũ Artaxerxē, qui & ipſe cognominatus eſt Ochus;tertiumdecimum, Arſen Ochi filium;quartumdecimũ, Dariũ Arſami filiũ;qui ab Alexandro Macedonum rege

a Anno primo Baltaſar regis Babylonis Daniel ſomnium uidit. Cap. VII. Viſio autem capitis eius in cubili ſuo. Et ſomnium ſcribens, breui ſermone comprehendit, b ſummatimq; perſtringēs, ait;Videbam in uiſione mea nocte;& ecce quatuor uenti cœli pugnabãt in mari magno, & quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari diuerſæ inter c ſe. Primã quaſi leæna, & alas habebat aquilæ. Aſpiciebam donec euulſæ ſunt alæ eius, & ſublata eſt de terra, & ſuper pedes quaſi homo ſtetit, & cor eius datum eſt ei. d Et eccē beſtia alia ſimilis urſo in parte ſtetit, & tres ordines erant in ore eius & in dentibus eius, & ſic dicebant ei;Surge comede carnes plurimas.

Poſt hoc

E ſuperatus eſt:Quomodo tres reges Perſarū fuiſſe dicemus: niſi forte legamus aliquos ſæuiſſimos, quos ex hiſtorijs reperire nō poſſumus.Ergo tres ordines in ore regni Perſarum,& in dētibus eius, tria regna debemus accipere:Babyloniorū,Medorum,atq; Perſarum:quæ in unum redacta ſunt regnū. Quodq; infert. Et ſic dicebāt ei: Surge,comede carnes plurimas: Illud tempus ſignificat, quādo ſub Aſuero,quē Lxx.Artaxerxē uocāt: Heſter.3.d ad ſuggeſtionem Aman Agagitæ,una die oēs Iudæi iuſſi ſunt trucidari.Et pulchre nō ait:deuorabat eos,ſed ſic dicebāt ei:ut conatus tātum fuerit;& nequaquàm rei exitus ſit conſequutus. a. ¶Poſt hoc aſpiciebam & ecce alia quaſi &c.) Tertiū regnū Macedonū,de quo in ſtatua legimus:Venter & fœmora eius ex ære:pardo beſtiæ uelociſſimæ & ὁρμητικῇ cōparatur:quæ præceps F fertur ad ſanguinem;& ſaltu in mortē ruit.Et alas habebat quatuor. Nihil enim Alexādri uictoria uelocius fuit,qui ab Illyrico & Adriatico mari uſq; ad Indicum oceanum,& Gangen fluuiū:nō tam prælijs,ꝗ̄ uictorijs percurrit,& in ſex annis partem Europæ,& omnem ſibi Aſiam ſubiugauit.Quatuor autē capita eoſdē dicit duces eius,qui poſtea ſucceſſores regni extiterunt:Ptolemæum,Seleucum,Philippum,Antigonum.Quodq; additur:Et poteſtas data eſt ei:oſtendit,nō Alexādri fortitudinis,ſed domini uolūtatis fuiſſe. b ¶Poſt hoc aſpiciebā in uiſione no.&c.) Quartum quod nunc orbem tenet terrarum,imperium Romanorū eſt,de quo in ſtatua dicit: Tibiæ eius ferreæ:pedum quædam pars ferrea,quædā fictilis:& tamen ipſius ferri ex parte nunc meminit: dētes eius ferreos & magnos eſſe cōteſtans.Satiſq; miror,quod cum ſupra leænam & urſum & pardū, in tribus regnis poſuerit.Romanū regnū nulli beſtiæ compararit:niſi forte ut formidoloſam faceret beſtiā,uocabulū tacuit:ut quicquid ferocius cogitauerimus in beſtijs,hoc Romanos intelligamus. Hoc quod hic tacitum eſt,Hebræi in pſalmis dictū putant:Deuaſtauit eam aper de ſylua:& ſingularis Pſal.79.b ferus depaſtus eſt eam.Pro quo in Hebræo habet: Omnes beſtiæ agri lacerauerunt eam:dum in uno imperio Romanorum,omnia ſimul regna cognoſcimus:quæ prius fuerant ſeparata.Illud aūt quod ſequitur: Comedens atq; comminuens,& reliqua pedibus ſuis cōculcans:ſignificat omnes nationes,

a Poſt hoc aſpiciebam,& ecce alia quaſi pardus,& alas habebat auis quatuor ſuper ſe: & quatuor capita erant in beſtia,& poteſtas
b data eſt ei.Poſt hoc aſpiciebam in uiſione noctis,& ecce beſtia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis:dentes ferreos habebat magnos,comedens atque comminuens,& reliqua pedibus ſuis conculcans. Diſſimilis
c autem erat cæteris beſtijs quas uiderā prius.
d e Et habebat cornua decem. Conſiderabam cornua,& ecce cornu aliud paruulum ortum eſt de medio eorum,& tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius.Et ecce oculi quaſi oculi hominis erant in cornu iſto,& os lo-
f quens ingentia. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt,& antiquus dierum ſedit.Veſtimentum eius candidum quaſi nix:& capilli capitis eius quaſi lana munda.Thronus eius flammæ

uel interfectas ab eis,uel tributo & ſeruituti ſubiugatas. c ¶Diſſimilis autem erat cæteris be.&c.) G In prioribus enim beſtijs ſingula formidinum ſigna,in hac omnia ſunt. d ¶Et habebat cor.&c.) Porphyrius duas poſteriores beſtias,Macedonum & Romanorum,in uno Macedonum regno ponit & diuidit:Pardū uolens intelligi ipſum Alexandrum: beſtiam autē diſſimilē cæteris beſtijs, quatuor Alexandri ſucceſſores,& deinde uſque ad Antiochū cognomēto Epiphanen: decē reges enumerat,q fuerunt ſæuiſſimi: ipſoſq; reges non unius ponit regni. Verbi gratia: Macedoniæ,Syriæ,Aſiæ,& Aegypti:ſed de diuerſis regnis unū efficit regū ordinē:ut uidelicet ea quæ ſcripta ſunt:Os loquens ingentia:nō de antichriſto,ſed de Antiocho dicta credantur. e ¶Conſiderabam cornua,& ecce cor.&c.) Fruſtra Porphyrius cornu paruulū, H quod poſt decem cornua ortū eſt,Epiphanen Antiochum ſuſpicatur:& de decē cornibus tria euulſa cornua,ſextum Ptolemæum cognomēto Philometorem:& ſeptimū Ptolemæum Euergetem,& Artarxiam regē Armeniæ:quorū priores multo antequàm Antiochus naſceretur,mortui ſunt.Cōtra Artarxiam uero dimicaſſe quidē Antiochum nouimus:ſed illū in regno priſtino permāſiſſe.Ergo dicamus quod omnes ſcriptores eccleſiaſtici tradiderunt:in cōſummatione mundi,quādo regnū deſtruendū eſt Romanorum,decē futuros reges:qui orbem Romanū inter ſe diuidāt:& undecimū ſurrecturū eſſe regē paruulum,qui tres reges de decē regibus ſuperaturus ſit:id eſt,Aegyptiorū regem,& Aphricæ,& Aethiopiæ:ſicut in cōſequentibus manifeſtius dicemus.Quibus interfectis,etiā ſeptē alij reges uictori colla ſubmittēt.Et ecce,ait,oculi quaſi oculi hominis erāt in cornu iſto.Ne eum putemus iuxta quorundam opinionem,uel diabolū eſſe uel dæmonē,ſed unum de hominibus:in quo totus ſatanas habitaturus ſit corporaliter.Et os loquens ingentia. Eſt enim homo peccati filius per- 2.Theſſ.2.a ditionis,ita ut in templo dei ſedere audeat,faciens ſe quaſi deum. f ¶Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt,& antiquus dierū ſed.&c.) Simile quid & in Ioannis Apocalypſi legimus: Poſt hæc ſtatim Apoc.4.b fui in ſpiritu,& ecce thronus poſitus erat in cœlo,& ſuper thronum ſedens:& qui ſedebat,ſimilitudinem habebat lapidis iaſpidis & ſardini,& iris erat



A erat in circuitu throni ſimilis aſpectui ſmaragdino:& circa thronum alij throni uigintiquatuor:& ſuper uigintiquatuor thronos,uigintiquatuor ſenes ſedētes,amicti ueſtibus candidis:& ſuper capita eorum,coronas aureas:& de throno egrediebantur fulgura & uoces,& tonitrua:Et ſeptē lampades ardētis ignis in conſpectu throni:quæ ſeptē ſunt ſpiritus dei.Et in cōſpectu throni,ſicut mare uitreū ſimile cryſtallo. Multi igit̃ throni quos uidit Daniel,hi mihi uidentur eſſe,quos Ioānes uigintiquatuor thronos nūcupat. Vetus aūt dierū ille eſt,qui apud Ioannem ſolus in throno ſedet.Filius quoq; hominis,qui uenit ad uetuſtū dierū,ipſe eſt qui apud Apoc.5.d Ioānē,leo dicit̃ de tribu Iuda,radix Dauid,& cætera his ſimilia.Hos thronos eſſe reor,de quibus Paulus apoſtolus loquitur: Coloſſ.1.e Siue throni,ſiue dominationes. B Et in euāgelio legimus: Matth.19.d Vos aūt ſedebitis ſuper duodecim thronos,iudicātes duodecim tribus Iſraël. Sedēs aūt & uetuſtus dierū dicit̃ deus,ut æterni iudicis habitus demōſtretur.Veſtimentū eius quaſi nix candidū:& capilli capitis eius,quaſi lana munda. Matth.17.a Et ſaluator trāſformatus in monte,& gloriā diuinæ maieſtatis aſſumens,in cādidis uidetur ueſtibus.Quodq; capilli eius lanæ mundiſſimæ comparantur,purū oſtēditur ſyncerumq; iudiciū:& nullam perſonā in iudicādo recipiēs.Senex quoq; deſcribitur:ut maturitas cōprobetur ſentētiæ.Thronus eius flāmæ ignis,ut peccatores tormētorū magnitudinē pertimeſcāt,& iuſti ſaluentur:ſic tamen quaſi per ignē.Rotæ eius ignis accenſus ſiue currus eius. Ezech.1.a Et in Ezechiel,quadrigæ ſedēs inducitur deus,& omnia dei flāmea ſunt.De quo & alibi dicitur: Deut.4.d Deus ignis cōſumēs eſt:ut lignū,fœnū,ſtipulam arſura in die iudicij nouerimus.Et in pſalmis legimus: Pſal.96.a Ignis ante eum præcedet:& inflāmabit in circuitu omnes inimicos eius.Fluuius igneus rapiduſq; egrediebat̃ à facie eius,ut peccatores traheret in gehēnā. a ¶Milia miliū miniſtr.&c.) Non quo iſte miniſtrorū dei numerus diffinitus ſit,ſed quo maiorē multitudinē humanus ſermo explicare nequerit.Iſta ſunt milia,& iſtæ myriades,de quibus in pſalmis legimus: Pſal.67.d Currus dei decē milibus, multiplex milia lætātiū,dñe in eis.Et in alio loco:

flammæ ignis:rotæ eius ignis accenſus:fluuius igneus rapiduſq; egrediebatur à facie
a eius.Milia miliū miniſtrabant ei:& decies mi-
b lies centena milia aſſiſtebāt ei.Iudicium ſedit,
c & libri aperti ſunt.Aſpiciebām propter uocē ſermonū grandiū,quos cornu illud loqueba-
d tur.Et uidi quoniā interfecta eſſet beſtia & periſſet corpus eius,& traditum eſſet ad comburendum igni:aliarū quoq; beſtiarum ablata eſſet poteſtas:& tempora uitæ cōſtituta eſſent eis uſq; ad tēpus & tempus. Aſpiciebā ergo
e in uiſione noctis:& ecce cum nubibus cœli
f quaſi filius hominis ueniebat:Et uſq; ad antiquum dierū peruenit,& in cōſpectu eius obtulerunt eum,& dedit ei poteſtatē,& honorē,
g & regnū.Et omnes populi,tribus,& linguæ ipſi ſeruiēt.Poteſtas eius,poteſtas æterna quę nō auferetur:& regnū eius quod nō corrumpetur.Horruit ſpiritus meus:ego Daniel territus ſum in his:& uiſiones capitis mei cōturbauerūt me.Acceſſi ad unum de aſſiſtētibus, & ueritatē quærebam ab eo de omnibus his. Qui

Qui facit angelos ſuos ſpiritus:& miniſtros ſuos C ignem urentē. Ibi.103.d Duplex aūt angelorum officiū eſt: Aliorum qui iuſtis præmia tribuūt:aliorū qui ſingulis præſunt cruciatibus. b ¶Iudiciū ſedit,& libri aper.&c.) Cōſcientiæ,& opera ſingulorum in utrāq; partem,uel bona uel mala omnibus reuelant̃.Bonus liber ille eſt: quē ſæpe legimus,liber uiuētium. Malus liber, qui in accuſatoris tenetur manu:qui eſt inimicus & uindex,de quo & in Apocalypſi legimus: Accuſator fratrū noſtro- Apoc.12.c rum.Liber iſte terrenus eſt,de quo & propheta dicit:In terra ſcribātur. Hiere.17.b c ¶Aſpiciebā propter uocē ſermonū grā.&c.) Dei iudiciū uenit propter humiliandā ſupbiā: Idcirco Romanū delebitur imperiū:quia cornu illud loquebat̃ grandia. d ¶Et uidi quoniā interfecta eſſet be.&c.) In uno Romano imperio D propter antichriſtū blaſphemantē,omnia ſimul regna delēda ſunt,& nequaq; terrenum imperiū erit,ſed ſanctorū cōuerſatio,& aduētus filij dei triūphātis,de quo dicit̃. e ¶Et ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis uenie.&c.)Qui in ſomno Nabuchodonoſor,lapis ſcribitur abſciſſus ſine manibus:& creuiſſe in montem magnū,& cōminuiſſe teſtam,ferrum,æs, argentū,& aurum:nunc ſub perſona filij hominis introducitur:ut aſſumptio carnis humanæ ſignificetur in filio dei,iuxta illud quod in Actibus apoſtolorū legimus:Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes Act.1.b in cœlum?Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à uobis in cœlum:ſic ueniet quemadmodū uidiſtis eum euntem in cœlum. f ¶Et uſq; ad antiquū dierū perue.&c.)Totum quod dicitur,oblatum cum omnipotenti deo:& accepiſſe poteſtatem,& honorem, & regnum,iuxta illud Apoſtoli accipiendum eſt: Qui cum in forma dei eſſet,non rapinam arbitra- Philip.2.a tus eſt eſſe ſe æqualē deo:ſed ſemetipſum exinaniuit,formam ſerui accipiens:in ſimilitudinem hominum factus:& habitu inuentus ut homo,humiliauit ſemetipſum,factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.Quæ cūcta ſi hæreſis Arianorum pio uellet aduertere ſenſu,nequaquàm filio dei,calumniā inæqualitatis moueret. g ¶Et omnes populi tribus,& linguæ ipſi ſeruient:poteſtas eius &c.) Hoc cui poteſt hominum cōuenire, reſpondeat

E respondeat Porphyrius: aut quis iſte tam potēs ſit, qui cornu paruulū quem Antiochum interpretatur, fregerit atq; cōtriuerit. Si reſpōderit, Antiochi principes à Iuda Machabæo fuiſſe ſuperatos, docere debet quomodo cum nubibus cœli ueniat, quaſi filius hominis: & offerat̄ uetuſto dierū, & detur ei poteſtas & regnum: & omnes populi, tribus ac linguæ ſeruiāt illi: & poteſtas eius æterna ſit, quæ nullo fine claudat̄. a ¶Hæ quatuor beſtiæ magnæ quatuor ſunt regna &c.) Quatuor regna, de quibus ſupra diximus, fuere terrena. Eccle.3.d Omne enim quod de terra eſt, reuertet̄ in terrā: ſancti aūt nequaq; habebunt terrenū regnum, ſed cœleſte. Ceſſet ergo mille annorum fabula. b ¶Et obtinebunt regnum uſq; in ſec. &c.) Si hoc de Machabæis intelligit̄, doceat qui iſta contendit, quomodo regnū F eorum perpetuum ſit. c ¶Et ſermones contra excel. &c.) Siue ut interp̄tatus eſt Symmachus: Sermones quaſi deus loquet̄: ut qui dei aſſumit potentiā, uerba quoq; diuinæ ſibi uendicet maieſtatis. d ¶Et ſanctos altiſſimi cōteret, & putabit &c.) Præliabit̄ enim antichriſtus contra ſanctos, & ſuperabit eos: In tātamq; eriget̄ ſuperbiā, ut leges dei & ceremonias mutare conet̄, & eleuet̄ ſupra omne quod dicit̄ deus, religionē cūctā ſuæ ſubijciens poteſtati. e ¶Et tradentur in manu eius uſq; ad tempus, & tēpora, & dimid. &c.) Tempus, annum ſignificat: Tempora iuxta Hebraici ſermonis proprietatem, qui & ipſi dualem numerum habent, duos annos præfigurāt. Dimidium autē temporis, ſex mēſes: qbus ſancti poteſtati antichriſti permittendi ſunt: ut cōdemnentur Iudæi qui non credentes ueritati ſuſceperunt mendaciū. De quo tēpore G & ſaluator in euangelio loquitur: Niſi abbreuiati Matth.24.b eſſent dies illi, nequaq; ſalua eſſet omnis caro. Non cōuenire hæc tēpora Antiocho, in extrema uiſione dicemus. f ¶Et iudiciū ſedebit ut auferat̄ potentia, & cōtera. &c.) Hoc de antichriſto, id eſt, de cornu paruulo, quod grandia loquebatur quia regnū eius deſtruēdū ſit in perpetuū. g ¶Regnum aūt & poteſtas, & magnitudo regni, quæ &c.) Hoc loquitur de Chriſti imperio quod ſempiternum eſt. h ¶Hucuſq; finis uerbi.) Iſtius uerbi atq; ſermonis, quē mihi in præſenti uiſione dn̄s reuelauit. i ¶Ego Daniel multū in cogitationibus meis conturbabar &c.) Hactenus liber Danielis Chaldaico Syriacoq; ſermone conſcriptus eſt. Cætera quæ ſequuntur H uſque ad finem uoluminis, Hebraice legimus.

Cap. VIII.

Anno tertio regni Baltaſar regis uiſio appa. &c.) Poſt duos annos ſuperioris reuelationis, hæc uiſio: Illa em̄ in primo anno Baltaſar: hæc in tertio cernit̄. Vnde infert: Poſt id qđ uiderā in principio. l ¶Vidi in &c. in Elam regione.) Siue ut Symmachus interpretatus eſt, ciuitate: à qua etiā regio nomē accepit: ut à Babylone, Babylonij, & ab Elam, Elamitæ: pro qua Lxx. Elimaidem regionē interpretati ſunt. Suſis aūt metropolis eſt regionis Elamitarum, in qua Daniel ſecūdum hiſtoriam Ioſephi, turrim extruxit excelſam, & quadro ædificatā marmore: tantæq; magnitudinis & pulchritudinis, ut uſq; in præſens uideatur eſſe noua. In eaq;

Qui dixit mihi interpretationē ſermonum, & a docuit me. Hæ quatuor beſtiæ magnæ, quatuor ſunt regna quæ conſurgent de terra: Suſcipient autem regnum ſancti dei altiſſimi. Et b obtinebunt regnum uſq; in ſæculum & ſeculum ſeculorum. Poſt hæc uolui libenter diſcere de beſtia quarta, quæ erat diſſimilis ualde ab omnibus & terribilis nimis. Dentes & ungues eius ferrei: comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus ſuis cōculcabat, & de cornibus decē quæ habebat in capite: & de alio quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua, & de cornu illo quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat cæteris. Aſpiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduerſus ſanctos, & præualebat eis donec uenit antiquus dierum: & iudicium dedit ſanctis excelſi, & tēpus aduenit, & regnū obtinuerunt ſancti. Et ſic ait: Beſtia quarta, regnum quartum erit in terra: quod maius erit omnibus regnis: & deuorabit uniuerſam terram, & conculcabit & cōminuet eam. Porrò cornua decem ipſius regni, decem reges erūt: & alius conſurget poſt eos: & ipſe potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et ſer- c d mōnes cōtra excelſum loquetur. Et ſanctos altiſſimi cōteret, & putabit quod poſſit mutare e tempora & leges. Et trādentur in manu eius uſq; ad tempus, & tēpora, & dimidium tem- f poris. Et iudicium ſedebit ut auferatur potentia: & conteratur, & diſpereat uſque in finem. g Regnum autem & poteſtas, & magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cœlum, detur populo ſanctorū altiſſimi: cuius regnum, regnum ſempiternum eſt, & omnes reges ſeruient ei & h i obedient. Hucuſque finis uerbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis cōturbabar: & facies mea mutata eſt in me: uerbum autem in corde meo conſeruaui. Cap. VIII.

k Anno tertio regni Baltaſar regis, uiſio apparuit mihi. Ego Daniel poſt id l quod uiderā in principio, uidi in uiſione mea, cum eſſem



A In eaq; regum Perſarum atq; Medorum cōduntur reliquiæ: & cuſtos ſiue ædituus, ac ſacerdos eiuſdē loci Iudeus eſt. Cum eſſem in Suſis caſtro. Nō quo caſtrū ipſa ſit urbs, ut diximus, metropolis & potētiſſima, ſed quo tāta firmitate edificata ut caſtrū eſſe uideatur. a ¶Vidi aūt in uiſione me eſſe ſuper &c.) Pro quo Aquila tranſtulit, ſuper Vbal אוּבַל Vlai: Theodotio, ſuper Vbal: Symmachus ſuper אוּלַי paludē Vlai: Lxx. ſuper portā Vlai. Sciēdum eſt aūt Vlai, nomē eſſe loci ſiue portæ, ut in Troia, σκαιὰ porta: & apud Romanos, Carmētalis dicitur, habētes ſingulæ ex proprijs cauſis origines nominū. b ¶Et leuaui ocu. &c.) Quāuis in ſomnis uideant̄, quæ uident̄ in umbra uidelicet & imagine: tamē ne ipſa quidē uidere poſſumus ſine oculis eleuatis. c ¶Et ecce aries &c.) Arietem, B Dariū uocat auūculum Cyri: qui poſt Aſtyagen patrem regnauit in Medis. Cornu autē unū excelſius altero atq; ſuccreſcēs, ipſum Cyrū ſignificat: q poſt Aſtyagē auū maternū cū auūculo Dario, quem Græci κυαξαρὴν uocāt, Medis impauit & Perſis. d ¶Poſtea uidi arietē cornib. &c.) Non ipſum arietē Cyrū uidelicet, uel Dariū, ſed eiuſdē regni arietē, id eſt, Dariū alterū, q ultimus potētiæ Perſicæ rex fuit, & quē ſuperauit Alexāder Philippi filius, rex Macedonū. Quod aūt Darius iſte rex potentiſſimus & ditiſſimus fuerit, tā Grææ, q̄ Latinæ, ac barbaræ narrāt hiſtoriæ. e ¶Et ego intelligebā &c.) Ex ſupioribus enim uiſionibus in quibus ſecūdū regnū per arietē & hircum ſignificatū eſt: etiā nunc intelligit, quod Medorū atq; Perſarū cernat imperiū. f ¶Et audiui unum C &c.) Pro altero neſcio quo, qđ Symmachus interpretatus eſt τινὶ ποτε, quē & nos ſecuti ſumus: Aqla & Theodotio, & Lxx. φελμωνὶ ipſum uerbū Hebraicū poſuerūt. פַּלְמוֹנִי Nomē ergo angeli tacēs gnāliter unū quēlibet de angelis indicauit. g ¶Vſq; quo uiſio &c.) Vnus angelus interrogat alterū angelū uſq; ad qđ tēpus dei iudicio ſub Antiocho rege Syriæ, tēplū futurū ſit deſolatū, & ſimulacrū Iouis ſtaturū in tēplo dei: iuxta id qđ ſubiunxit, dicēs: Et ſanctuariū, & fortitudo cōculcabit̄. h ¶Et dixit ei: Vſque ad ueſperā &c.) Legamus Machabæorū libros, & Ioſephi hiſtoriā, ibiq; ſcriptum reperiemus: cēteſimo quadrageſimo tertio anno à Seleuco, qui primus regnauit in Syria poſt Alexādrū, ingreſſum Antiochum Hieroſolymā, & uniuerſa uaſtaſſe: reuerſumq; D anno tertio, in tēplo poſuiſſe ſtatuā Iouis, & uſq; ad Iudā Machabæum, id eſt, uſq; ad annū cēteſimū quadrageſimūoctauū, p annos uaſtitatis Hierlm ſex, cōtaminationis autē tēpli tres, duo milia trecētos dies, & tres mēſes eſſe cōpletos: poſt quos tēplū purgatū eſt. Quidā pro duobus milibus trecētis, duo milia ducētos legūt: ne ſex anni & tres mēſes ſupereſſe uideant̄. Hūc locū pleriq; noſtrorū ad antichriſtū referūt, & qđ ſub Antiocho in typo factū eſt, ſub illo in ueritate dicūt eſſe cōplēdū. Qđ aūt infert: Mūdabit̄ ſanctuariū, Iudæ Machabei ſignificat tpa: qui de uico Modin filijs ac ppinqs ſecū ānitētibus, & mſtis de ppl̄o Iudeorū Antiochi duces ſupat: iuxta Emaus, q̄ nūc Nicopolis

cum eſſem in Suſis caſtro, quod eſt in Elam a regione. Vidi autem in uiſione me eſſe ſuper b portam Vlai. Et leuaui oculos meos & uidi. c Et eccē aries unus ſtabat ante paludem (ſiue ante portā, quod Hebraice dicitur אוּבַל) habens cornua excelſa, & unum excelſius altero d atq; ſuccreſcēs. Poſtea uidi arietem cornibus uentilantem cōtra occidentem, & cōtra aquilonem, & contra meridiem: & omnes beſtiæ non poterāt reſiſtere ei: neq; liberari de manu eius: fecitq; ſecundum uoluntatem ſuā, & ma- e gnificatus eſt. Et ego intelligebā. Eccē autē hircus caprarum ueniebat ab occidēte ſuper faciem totius terræ, & nō tangebat terrā. Porrò hircus habebat cornu inſigne inter oculos ſuos, & uenit uſq; ad arietē illum cornutum, quem uideram ſtantem ante portā, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis ſuæ. Cumq; appropinquaſſet prope arietem, efferatus eſt in eum: & percuſſit arietem, & cōminuit duo cornua eius: & non poterat aries reſiſtere ei. Cumq; eum miſiſſet in terrā, cōculcauit eum: & nemo quibat liberare arietē de manu eius. Hircus aūt caprarū magnus factus eſt nimis. Cumq; creuiſſet, fractum eſt cornu magnum ipſius: & orta ſunt cornua quatuor ſubter illud per quatuor uentos cœli. De uno autē ex eis egreſſum eſt cornu unum modicum, & factum eſt grāde cōtra meridiem, & cōtra orientem, & cōtra fortitudinem: & magnificatū eſt uſq; ad fortitudinem cœli, & deiecit de fortitudine, & de ſtellis, & conculcauit eas. Et uſq; ad principem fortitudinis magnificatū eſt: & ab eo tulit iuge ſacrificium, & deiecit locum ſanctificationis eius. Robur autem datum eſt ei contra iuge ſacrificium propter peccata: & proſternetur ueritas in terra, & proſperabitur f & faciet. Et audiui unum de ſanctis loquentem: & dixit unus ſanctus alteri, neſcio cui lo- g quenti: Vſq; quō uiſio & iuge ſacrificium, & peccatum deſolationis quæ facta eſt, & ſanctuarium, & fortitudo conculcabitur? Et di- h xit ei: Vſque ad ueſperam & mane dies duo milia, trecenti, & mundabitur ſanctuarium. Factum

E polis dicitur. Quod audiens Antiochus qui cõtra principẽ principũ ſurrexerat, id eſt, dñm dominantium, & regẽ regum in Elimaide, quæ regio Perſarum eſt; templũ Dianæ ſpoliare cupiẽs, quod habebat precioſa donaria, & ibi quoq; amiſſo exercitu ſine manibus contritus eſt: id eſt, triſticiæ morbo perijt. Veſpere autẽ & mane, ſucceſſionem diei noctiſq; ſignificat. a ¶Factũ eſt aũt cum uiderem ego Daniel &c.) Videbat uiſionẽ per picturam & imaginẽ, & illius intelligẽtiam neſciebat. Nõ ergo omnis qui uidet, intelligit: quomodo ſi ſcripturã ſanctã legamus oculis, & corde nõ intelligamus. b ¶Et ecce ſtetit in cõſpe. &c.) Nõ enim uiri ſunt angeli, ſed in ſpecie uidẽtur uirorum. Sicut Abrahã ad quercũ Mambre tres uiſi ſunt uiri; qui utiq; uiri nõ erant: è quibus unus adoratur ut dñs. Vnde & F ſaluator loquitur in euãgelio: Abrahã uidit diẽ meũ; uidit & lætatus eſt. c ¶Et audiui uocem uiri &c.) Virũ iſtũ q præcepit Gabrieli, ut Danielem faciat intelligere uiſionẽ, Iudæi Michaëlem autumant. Conſequẽter aũt quia uiſio de prælijs erat; regumq; certaminibus, imò regnorũ ſucceſſiõibus: Gabriel q præpoſitus eſt prælijs, huic officio mancipatur. Gabriel enim in linguã noſtrã uertitur, fortitudo, uel robuſtus dei. Vnde & eo tẽpore quo erat dominus naſciturus, & indicturus bellũ dæmonibus, & triumphaturus de mũdo: Gabriel uenit ad Zachariã & ad Mariã. Et poſtea in pſalmis legimus de dño triũphãte: Quis eſt iſte rex gloriæ: dñs fortis & potens, dñs fortis in prælio: ipſe eſt rex gloriæ. Vbicunq; medicina & ſanatio neceſſaria eſt, Raphaël mittitur, qui interpretatur, curatio uel medicina dei: hoc uidelicet nominis interpretatione ſignificante quod in deo ſit medicina uera. Si cui tamen placet Tobiæ librum recipere. Porrò ubi populo proſpera promittuntur, & ἱλασμός, quod nos uel propiciationẽ uel expiationem poſſumus dicere, neceſſaria eſt: Michaël dirigitur, qui interpretatur, quis ſicut deus: ut ſcilicet G intelligatur: quia propiciationẽ uel expiationẽ nullus poſſit offerre niſi deus. d ¶Et ait ad me: Intellige &c.) Et Ezechiel, & Daniel, & Zacharias: quia ſæpe inter angelos eſſe ſe cernũt: ne eleuẽtur in ſuperbiã, & angelicæ, uel naturæ, uel dignitatis ſe eſſe credãt: admonentur fragilitatis ſuę, & filij hominũ nuncupãtur, ut homines ſe eſſe nouerint. e ¶Et tetigit me &c.) Propheta qui pauore lapſus, quadrupes & pronus iacebat in terra: ad tactũ angeli erigitur, ut poſſit abſq; formidine audire & intelligere quæ dicũtur. f ¶Ego oſtendã tibi &c.) Ne quis me putet proprium ſenſum ponere; Gabrielis exponentis uiſionem, prophetæ uerba diſcamus. g ¶Aries quẽ uid. &c.) Darius uidelicet filius Arſami, in quo Medorũ & Perſarũ regnũ deſtructum eſt. Porrò hircus H caprarũ qui ueniebat ab occidente, & propter nimiam uelocitatem terrã tãgere nõ uidebatur, Alexãder eſt, rex Græcorũ: qui ſubuerſis Thebis, in Perſas arma corripuit, & apud Granicum fluuiũ inito certamine, Darij duces ſupauit: & ad extremum ipſum percuſſit arietẽ, & duo eius cõfregit cornua, Medos atq; Perſas: miſitq; eum ſub pedibus ſuis: & utrunq; cornu ſuo ſubiugauit imperio. Cornu aũt grãde, ipſe eſt rex primus Alexãder, quo triceſimoſecundo ætatis ſuæ anno mortuo in Babylone, ſurrexerunt pro eo quatuor duces eius qui ſibi imperium diuiſerunt. Aegyptũ enim Ptolomæus Lagi filius tenuit; Macedonas Philippus, qui & Arideus frater Alexãdri; Syriã & Babylonem & omnia regna oriẽtis, Seleucus Nicanor. Aſiæ regnauit Antigonus. h ¶Sed nõ in fortitu. &c.) Nullus enim magnitudini Alexãdri potuit coæquari. i ¶Et poſt regnũ eorũ &c.) Cõſurget Antiochus ἐπιφανής filius Seleuci, qui & Philopater appellatus eſt. Qui cum obſes fuiſſet Romæ: & neſciẽte ſenatu, per dolum cepiſſet imperiũ, cõtra Ptolemæũ Philometorẽ dimicauit,

Gen. 18. a — Ioan. 8. g — גַּבְרִיאֵל — Luc. 1. a — Pſal. 23. d — Tob. 5. a

a Factũm eſt autem cum uiderem ego Daniel
b uiſionem, & quærerem intelligentiam. Et ecce[b]
ſtetit in conſpectu meo quaſi ſpecies uiri. Et
c audiui uocẽ uiri inter ulai, & clamauit, & ait:
Gabriel fac intelligere iſtã uiſionem. Et uenit,
& ſtetit iuxta ubi ego ſtabam. Cumq; ueniſ-
d ſet, pauens corrui in faciem meã. Et ait ad me:
Intellige fili hominis, quoniã in tempore finis
complebitur uiſio. Cumq; loqueretur ad me,
e collapſus ſum pronus in terrã: & tetigit[e] me,
& ſtatuit me in gradu meo. Dixitq; mihi:
f Ego[f] oſtendã tibi quæ futura ſunt in nouiſſi-
mo maledictionis: quoniã habet tẽpus finem
g ſuum. Aries quem uidiſti habere cornua duo,
rex Medorum eſt atq; Perſarum. Porrò hir-
cus caprarũ, rex Græcorum eſt: & cornu grã-
de quod erat inter oculos eius, ipſe eſt rex pri-
mus. Quod autẽ fracto illo, ſurrexerunt qua-
tuor pro eo: quatuor reges de gẽte eius cõſur-
h gẽt: ſed nõn[h] in fortitudine eius. Et poſt regnũ
eorũ cum creuerint iniquitates, conſurget rex
impudẽs facie, & intelligẽs propoſitiones, &
roborabitur fortitudo eius, ſed nõ in uiribus
ſuis, & ſupra quàm credi poteſt uniuerſa ua-
ſtabit & proſperabitur & faciet: & interficiet
robuſtos, & populum ſanctorũ ſecũdum uo-
lũtatem ſuã: & dirigetur dolus in manu eius:
& cor ſuum magnificabit, & in copia rerum
omniũ occidet plurimos, & cõtra principem
principũ cõſurget, & ſine manu cõteretur. Et
uiſio ueſpere & mane quæ dicta eſt, uera eſt.
Tu ergo



A micauit, hoc eſt, cõtra meridiẽ, & cõtra Aegyptios. Rurſumq; ad Orientẽ contra eos qui res nouas in Perſide moliebantur, ad extremũ cõtra Iudæos dimicans; capta Iudæa, ingreſſus eſt Hieroſolymã; & in templo dei ſimulacrũ Iouis Olympij ſtatuit; & uſq; ad fortitudinẽ cœli, id eſt filios Iſraël, qui angelorũ uallabantur auxilio, erexit magnificentiã ſuã; ita ut de ſanctis plurimos idololatriæ ſubijceret: & uelut ſtellas cœli cõculcaret pedibus ſuis. Atq; ita factum eſt, ut & meridiem & orientem, id eſt Aegyptũ & Perſidẽ ſuo teneret imperio. Quodq; ait: Vſq; ad principẽ fortitudinis magnificatus eſt: hoc ſignificat q erectus ſit contra deũ, & ſanctos illius perſecutus ſit: & tulerit ἐνδελεχισμόν, id eſt, iuge ſacrificiũ: quod mane offerebatur & ueſpere, et polluerit atq; deiecerit locũ ſanctificationis eius. Et hoc nõ ſua uirtute, ſed B propter peccata populi. Atq; ita factũ eſt, ut ueritas proſterneretur in terrã: & cultu idolorũ florente, dei religio cõquieſceret. a ¶Tu ergo &c.) Expoſita Gabriel angelus uiſione, quã ſupra ut potuimus diſſeruimus, ponit in fine: Tu ergo ſigna uiſionẽ: quia poſt dies multos erit. Ex uerbo oſtendens ſignaculi, obſcura eſſe quæ dicebantur; & nõ patere multorũ auditui: nec poſſe añ intelligi, niſi rebus & operibus impleantur. b ¶Et ego Daniel &c.) Hoc eſt illud quod in Geneſi de Abrahã legimus: q poſtq; dñm audierit loquentẽ ſibi, terrã & cinerẽ eſſe ſe dixerit. Ergo Daniel ad uiſiõis horrorem languiſſe & ægrotaſſe ſe dicit: Et cum ſurrexiſſet feciſſe opera quæ ſibi à rege fuerãt imperata, reddens omnibus omnia, & euangelicũ illud ſciẽs: Reddite quæ ſunt cæſaris, cæſari: & q̃ ſunt dei, deo. c ¶Et ſtupebant &c.) Si nõ erat q interpretaretur, qũo ſupra interpretatus eſt angelus: Sed qđ dicit, hoc eſt, reges audierat: & eorũ nomina neſciebat, futura cognouerat, & quo tpe futura eſſent, dubius fluctuabat. Itaq; qđ ſolũ facere poterat, ſtupebat ad uiſionẽ, & dei ſciẽtiæ cuncta relinquebat. Cap. IX.

IN anno primo Darij &c.) Hic eſt Darius, qui cũ C Cyro Chaldæos Babyloniosq; ſuperauit, ne putemus illũ Dariũ, cuius ſecũdo anno templũ ædificatũ eſt; qđ Porphyrius ſuſpicatur, ut annos Danielis extẽdat; uel eũ qui ab Alexãdro Macedonum rege ſuperatus eſt. Addit ergo nomẽ patris; additq; uictoriã; quia primus de ſemine Medorũ, ſubuertit regnũ Chaldæorũ; ut auferat ꝓpter ſimilitudinẽ nominis lectiõis errorẽ. e ¶Ego Daniel intellexi &c.) Prædixerat Hieremias ſeptuaginta annos deſolationis tẽpli; poſt quos rurſus ueniret populus in Iudæã, & ædificaret templũ & Hieruſalẽ; quæ res Danielẽ nõ facit negligentẽ, ſed magis ꝓuocat ad rogandũ: ut qđ deus per ſuã ꝓmiſit clemẽtiã, per horũ impleat preces: ne negligentia & ſuperbia pariant offenſam. Deniq; in Geneſi legimus cẽtum uiginti D annos pœnitentiæ cõſtitutos ante diluuium: qui quia tãto tẽpore, hoc eſt, centũ annis noluerũt agere pœnitẽtiam; nequaq; expectat ut & uiginti alij cõpleantur; ſed infert ante qđ poſtea fuerat cõminatus. Vnde & ad Hieremiã dicit ob duriciã cordis populi Iudæorũ: Ne ores ꝓ populo hoc: quia non audiam te. Et ad Samuel: Vſq; quo luges ſuper Saul, & ego abieci eũ: In cinere igitur & ſacco poſtulat impleri qđ ꝓmiſerat deus: non quo eſſet incredulus futurorũ, ſed ne ſecuritas negligẽtiam, & negligentia pareret offenſam. f ¶Obſecro dñe deus mag. &c.) Aduerſus eos qui tua præcepta contemnunt. g ¶Cuſtodiẽs pactũ &c.) Nõ ergo quod pollicetur deus ſtatim futurum eſt, ſed in eos ſua promiſſa complet, qui cuſtodiũt mãdata illius. h ¶Peccauimus, inique egimus &c.) Peccata populi: quia unus è populo eſt, enumerat ex perſona ſua: quod & Apoſtolum in epiſtola ad Romanos facere legimus. i ¶Tibi dñe iuſticia.) Iuſte enim patimur, quod meremur. k ¶Tibi dño deo noſtro &c.) De quo ſupra dixerat, tibi dñe iuſticia: nunc quia dñs nõ ſolũ iuſtus, ſed & miſericors eſt, dicit

Gen. 18. d — Hiere. 52. c & 29. c — Gene. 6. a — Hiere. 7. b — 1. Reg. 16. a — Roma. 5. c

a Tũ ergo ſigna uiſionem: quia poſt dies mul
b tos erit. Et ego[b] Daniel langui & ægrotaui ꝑ
dies. Cumq; ſurrexiſſem, faciebam opera re
c gis. Et ſtupebam[c] ad uiſionẽ, et non erat qui
interpretaretur. Cap. IX.
d IN anno[d] primo Darij filij Aſueri de ſemi-
ne Medorũ, qui imperauit ſuper regnum
e Chaldæorum, anno uno regni eius; Ego[e] Da
niel intellexi in libris numerum annorũ; de
quo factus eſt ſermo dñi ad Hieremiam pro
phetã, ut cõplerentur deſolationis Hieruſalẽ
ſeptuaginta anni. Et poſui faciẽ meã ad dñm
deũ rogare et deprecari in ieiunijs, ſacco et ci
nere. Et oraui dñm deũ meũ, et cõfeſſus ſum
f & dixi: Obſecro[f] dñe deus magne & terribi-
g lis: Cuſtodiens[g] pactum & miſericordiam di
ligentibus te & cuſtodientibus mãdata tua.
h Peccauimus[h], inique egimus, impie egimus,
& receſſimus & declinauimus à mãdatis tu-
is atq; iudicijs. Non obediuimus ſeruis tuis
prophetis qui locuti ſunt in nomine tuo re-
gibus noſtris, principibus noſtris, patribus
i noſtris, omniq; populo terræ. Tibi domine[i]
iuſticia, nobis autem confuſio faciei, ſicut eſt
hodie uiro Iuda & habitatoribus Hieruſalẽ
& omni Iſraël: his qui propè ſunt, et his qui
procul in uniuerſis terris ad quas eieciſti eos
propter iniquitates eorum in quibus pecca-
uerunt in te. Domine nobis confuſio faciei:
regibus noſtris, principibus noſtris, et patri-
k bus noſtris qui peccauerunt. Tibi domino[k]
deo

E dicit: Tibi dñe miſericor
dia,ut poſt ſentētiā iudi-
cantis eū ꝓuocet ad cle-
mentiā. a ¶Et ſtillauit
ſup̱ nos.) Nō totā in nos
effudiſti irā quā ferre nō
poteramus,ſed ſtillā furo
ris tui:ut correpti in pla-
ga, reuerteremur ad te.
b ¶Maledictio & dete-
Deute.27.b ſtatio &c.) In Deutero-
nomio maledictiones &
benedictiones dei legi-
mus: quæ poſtea dictæ
ſunt in mōte Garizim &
Ebal ſup̱ iuſtos & pecca
tores. c ¶Omne malū
hoc uenit &c.) Grandis
duritia ut & in plagis po
ſiti,deū nō rogarēt: ꝙ &
ſi rogarūt, ideo nō roga-
rūt,q̄a nō ſunt reuerſi ab
iniq̄tatibus ſuis. Reuer-
ſio autē ab iniquitate, eſt
cogitare ueritatem dei.
d ¶Et uigilauit do.&c.)
Qn̄ propter pctā corripi
mur, uigilat ſup̱ nos de-
F us,& uiſitat nos. Qn̄ ue-
ro à deo deſerimur,et nō
iudicamur,indigniq; ſu-
mus correptione dn̄i,tūc
dormire dicit̃. Vnde &
Pſal.77.g in pſalmis legimus: Sur-
rexit quaſi dormiēs dn̄s,
& quaſi crapulatus à ui-
no. Malicia enim noſtra
inebriat deū: quæ qn̄ in
nobis corripit̃, euigilare
dicit̃, & de ſua ebrietate
conſurgere:ut nos pecca
to ebrios euigilare faciat
iuſticię. e ¶Et nūc dn̄e
deus &c.) Memor eſt an
tiqui beneficij,ut ad ſimi
lē deū clementiā ꝓuocet.
f ¶Oſtēde faciē &c.)Im
ple ope qđ ſermone pol-
licitus es:uicinū tp̄s deſo
latiōis implet̃. g ¶Pro
pter temetip̄m &c.)ἀνθρω
ποπαθῶς hęc loquit̃,ut qn̄
exaudimur,inclinare de-
us uideatur aurē ſuā: qn̄
reſpicere nos deus digna
tur,aperire oculos ſuos:
quādo uero auertit faciē
ſuā,& oculis eius & auri
bus uidemur indigni.

deo noſtro miſericordia & propiciatio: quia
receſſimus à te,& nō audiuimus uocē dn̄i dei
noſtri, ut ambularemus in lege eius quā po-
ſuit nobis per ſeruos ſuos ꝓphetas:& omnis
Iſraël præuaricati ſunt legem tuā,& declina-
a uerūt ne audirent uocē tuā. Et ſtillauit ſuper
b nos:Maledictio & deteſtatio quæ ſcripta eſt
in libro Moyſi ſerui dei:quia peccauimus ei.
Et ſtatuit ſermones ſuos quos locutus eſt ſu-
per nos,& ſuper principes noſtros,qui iudi-
cauerunt nos ut ſuperinducerent in nos ma-
gnum malū:quale nūq̄ fuit ſub omni cœlo,
ſecūdū ꝙ factū eſt in Hieruſalē ſicut ſcriptū
c eſt in lege Moyſi:Omnē malū hoc uenit ſu-
per nos:& nō rogauimus faciē tuā dn̄e deus
noſter,ut reuerteremur ab iniquitatibus no-
d ſtris,& cogitaremus ueritatē tuā.Et uigilauit
dominus ſuper maliciā, & adduxit eā ſuper
nos quoniā iuſtus dominus deus noſter in
omnibus operibus ſuis quæ fecit.Non enim
e audiuimus uocē eius. Et nūc domine deus
noſter, q eduxiſti populū tuū de terra Aegy
pti in manu forti:& feciſti tibi nomen ſecun-
dū diē hanc:peccauimus,iniquitatē fecimus:
domine in omnē iuſticiā tuā,auertat̃ obſecro
ira tua: & furor tuus à ciuitate tua Hieruſa-
lem, & à monte ſancto tuo:propter peccata
enim noſtra& iniquitates patrū noſtrorum,
Hieruſalē & populus tuus in opprobrium
ſunt omnibus per circuitum noſtrū. Nunc
ergo exaudi deus noſter orationē ſerui tui &
f preces eius.Et oſtēde faciem tuam ſuper ſan-
g ctuariū tuum quod deſertū eſt. Propter te-
metipſum inclina deus meus aurē tuā & au-
di:aperi oculos tuos & uide deſolationē no-
ſtrā & ciuitatē ſuper quā inuocatū eſt nomē
tuum.Neq; enim in iuſtificationibus noſtris
proſternimus preces noſtras ante faciē tuā:

h ¶Cūq; adhuc lo.&c.) G
Ergo,ut ſupra diximus,
nō populi tantū pctā ſed
& ſua replicat,quia unus
è populo eſt.Siue humi-
liter cū peccatū ipſe nō fe
cerit: ſe iungit pplo pec-
catori, ut ex hūilitate ue-
niā cōſequatur. Nota ꝙ
hic dixerit,cōfiterer pec-
cata mea. In multis enim
ſanctæ ſcripturæ locis cō
feſſio nō pœnitentiā ſed
laudē ſonat. i ¶Adhuc
me loquente &c.) Princi
piū uocat præteritam ui
ſionem, quā hæc ſequit̃:
Et grandis orationis effe
ctus eſt:impletaq; ꝓmiſ-
ſio dn̄i qui ait: Adhuc te
loquēte dicā ecce adſum,
Videt̃ aūt Gabriel nō an
gelus uel archāgelus, ſed
uir: ut nequaq̄ ſexū,ſed
nomē uirtutis oſtēderet.
k ¶Cito uolās &c.)Vo-
lare dicit̃, quia ut uir ap-
paruerat:& ī tēpore ſacri
ficij ueſpertini: quia ora- H
tio prophetæ à ſacrificio
matutino uſq; ad ſacrifi-
ciū ueſpertinū ꝑſeuerat:
& ꝓpterea dei in ſe flexit
miſericordiam. l ¶Et do
cuit me &c.) Tam obſcu
ra eſt uiſio,ut ꝓpheta an-
geli doctrina indigeat.
m ¶Daniel nunc egreſ-
ſus ſum &c.) Nunc ad te
miſſus ſum, & egreſſus
ſum non à facie dei ut ab
eo recederē, ſed ut ad te
uenirē. n ¶Ab exordio
&c.) Vt rogare cœpiſti,
ſtatim impetraſti miſeri-
cordiā dei: & egreſſa eſt
ſentētia

ſed in miſerationibus tuis multis.Exaudi dn̄e,placare dn̄e: attende &
fac:nec moreris ꝓpter temetipſum deus meus:quia nomē tuū inuoca-
h tū eſt ſup̱ ciuitatē & ſup̱ populū tuū. Cūq; adhuc loquerer & orarē &
cōfiterer peccata mea & pctā ppli mei Iſraël:ut ꝓſternerē preces meas
i in cōſpectu dei mei ꝓ monte ſancto dei mei,adhuc me loquēte in ora-
k tione:ecce uir Gabriel quē uiderā in uiſionis principio: Cito uolās teti-
l git me in tēpore ſacrificij ueſpertini. Et docuit me, & locutus eſt mihi,
m n dixitq;:Daniel nūc egreſſus ſum ut docerē te, & intelligeres. Ab exor
dio precū tuarū egreſſus eſt ſermo:ego aūt ueni ut indicarem tibi quia
uir



A ſententia:& ego idcirco miſſus ſum,ut exponerem
tibi quæ ignoras:quia uir deſideriorū es, ſiue ama-
bilis & dei amore dignus: ut Salomon appellatus
eſt idida,ſiue uir deſideriorum,quod pro deſiderio
tuo dei ſecreta audire merearis & eſſe conſcius fu-
turorum. a ¶Tu ergo
animaduerte ſermonem,
& intellige uiſionem.)Si
Danieli dicitur: diligen-
ter attende ut audias &
intelligas quod uides:q̄d
nos facere oportet quo-
rum oculi ignorantiæ te
nebris & caligine uitioꝝ
obcæcati ſunt. b ¶Se-
ptuaginta hebdomades
abbreuiatæ ſunt ſup̱ po-
pulum tuum & ſuper ur
bem ſanctam tuam &c.)
Quia propheta dixerat:
eduxiſti populum tuum
& nomen tuum inuoca-
tum eſt ſuper ciuitatē tu-
am,& ſuper populū tuū:
ꝓpterea ex perſona dei
loquit̃ Gabriel: Nequa-
quā populus dei eſt, ſed
populus tuus: nec urbs
ſancta dei, ſed ſancta, ut
dicis tibi. Simile quid &
B in Exodo legimus, quan
do deus loquit̃ ad Moy-
Exod.32.b ſen: Deſcende, peccauit
enim populus tuus: hoc
eſt, non populus meus,
quia me deſeruit. Quia
igitur poſtulas pro Hie-
ruſalem:& oras pro populo Iudæorum: audi quid
in ſeptuaginta annorum hebdomadibus futurum
ſit populo tuo,& urbi tuæ quæ ſequuntur.Scio de
hac quæſtione ab eruditiſſimis uiris uarie diſputa-
tum: & unumquenq; pro captu ingenij ſui dixiſſe
quod ſenſerat.Quia igitur periculoſum eſt de ma-
giſtrorum eccleſiæ iudicare ſententijs,& alterū præ
ferre alteri: dicam quid unuſquiſq; ſenſerit, lectoris
arbitrio derelinquēs,cuius expoſitionem ſequi de-
beat. Affricanus in quinto temporum uolumine,
de ſeptuagīta hebdomadibus hæc loquutus ad uer
bum eſt. Capitulum quod in Daniele de ſeptuagin
ta hebdomadibus legimus multa & mirabilia conti
net:quæ nūc longum eſt dicere:ergo quod ad præ-
ſens opus pertinet, de temporibus diſſerēdum eſt.
Nulliq; dubium quin de aduentu Chriſti prædica-
tio ſit:qui poſt ſeptuaginta hebdomadas mūdo ap-
paruit,poſt quem conſummata ſunt delicta: & finē
accepit peccatum,& deleta eſt iniquitas: & annun-
ciata iuſticia ſempiterna,quæ legis iuſticiam uince-
Luc.16.d ret:& impleta eſt uiſio & prophetia: quia lex & pro
phetæ uſq; ad baptiſtam Ioannem:& unctus eſt ſan

a uir deſideriorū es. Tu ergo adimaduerte ſer
b monē & intellige uiſionē.Septuaginta heb-
domades abbreuiatæ ſunt ſuper populum
tuum,& ſuper urbem ſanctam tuam: ut con
ſummetur præuaricatio, & finem accipiat
peccatum, & deleatur iniquitas, & adduca-
tur iuſticia ſempiterna: & impleatur uiſio &
prophetia & ungatur ſanctuſſanctorum.
Scito ergo & animaduerte ab exitu ſermo-
nis, ut iterū ædificetur Hieruſalem uſq; ad
Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, &
hebdomades ſexaginta duæ erunt; & rur-
ſum ædificabitur platea & muri in anguſtia
temporum.Et poſt hebdomades ſexaginta-
duas occidetur Chriſtus:& non erit eius po-
pulus qui eum negaturus eſt:& ciuitatem &
ſanctuarium diſſipabit populus cum duce
uenturo: & finis eius uaſtitas, & poſt finem
belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem
pactum multis hebdomada una:& in dimi-
dio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrifici-
um. Et erit in templo abominatio deſolatio-
nis, & uſq; ad conſummationem & finem
perſeuerabit deſolatio.

ctuſſanctorum:quæ omnia priuſq; Chriſtus huma C
num corpus aſſumeret,ſperabātur magis quàm te-
nebantur.Dicit autem ipſe angelus ſeptuaginta an-
norum hebdomadas, id eſt, annos quadringentos
nonaginta:ab exitu ſermonis,ut reſpondeatur & ut
ædificetur Hieruſalē; ui-
ceſimum Artaxerxis re-
gis Perſarum annum ha-
bere principium. Nee- Nee.2.d
mias quippe huius pin-
cerna:ſicut ī Eſdræ libro
legimus, rogauit regem:
accepitq; reſponſum ut
ædificaretur Hieruſalē.
Et iſte egreſſus eſt ſermo
qui extruendæ urbis &
circundandæ muris da-
ret licētiam: quæ uſq; ad
illud tempus uicinarum
gentium patebat incur-
ſibus. Siquidem ad Cyri
regis imperium, qui uo-
lentibus reuerti Hieroſo
lymam dederat poteſta-
tem,Ieſus pōtifex & Zo-
robabel:& poſtea Eſdras
ſacerdos & cæteri qui cū
eis proficiſci uoluerant,
templū & urbem, & mu-
ros eius ædificare conati
ſunt,prohibētibus in cir D
cuitu nationibus, ne im-
pleretur opus, quaſi hoc
rex non iuſſiſſet. Manſit
itaq; imperfectum opus
uſq; ad Neemiam & uice
ſimum annum regis Ar-
taxerxis:quo tempore regni Perſarum, centum &
quindecim anni fuerant euoluti:captiuitatis autem
Hieruſalē,centeſimus octogeſimus & quintus an-
nus erat:& tunc primum Artaxerxes iuſſit muros
extrui Hieruſalem: cui operi præfuit Neemias: &
ædificata eſt platea,& muri circūdati: & ex illo tem
pore ſi numerare uelis,ſeptuaginta annorum heb-
domadas uſq; ad Chriſtum poteris inuenire.Quod
ſi harum principium ab alio tempore uoluerimus
ſumere,& tempora non concurrent,& multa repe-
riemus contraria. Nam ſi à Cyro & prima eius in-
dulgentia, qua Iudæorum eſt laxata captiuitas, ſe-
ptuaginta numerentur hebdomadæ; centum & eo
amplius inueniemus annos: qui ſtatutum ſeptua-
ginta hebdomadarum excedant numerum:& mul-
to plus ſi ex qua die loquutus eſt Danieli angelus:
additurq; amplior numerus,ſi captiuitatis exordiū
uolueris hebdomadarum habere principium.Per-
manſit enim regnum Perſarum uſq; ad initiū Ma-
cedonum,annis ducentis triginta; & ipſi Macedo-
nes regnauerunt annis trecentis:atq; exinde uſq; ad
annum quintumdecimum Tyberij cæſaris, quādo

E paſſus eſt Chriſtus: numerātur anni ſexaginta: qui
ſimul faciunt annos quingentos nonaginta, ita ut
centum ſuperſint anni. A uiceſimo autē anno Ar-
taxerxis regis uſque ad Chriſtum, complētur heb-
domadæ ſeptuaginta: iuxta lunarem Hebræorum
ſupputationem: qui menſes non iuxta ſolis, ſed iu-
xta lunæ curſum numerant. Nam à centeſimo &
quintodecimo anno regni Perſarum, quando Ar-
taxerxes rex eiuſdem imperij uiceſimum regni ſui
habebat annū: & erat octogeſimæ & tertiæ Olym-
piadis annus quartus, uſque ad ducenteſimam ſecun
dam olympiadem: & ſecundum eiuſdem olympia-
dis annum Tyberijque cæſaris annum quintumdeci
mum, colliguntur anni quadringenti ſeptuaginta-
quinque, qui faciunt annos Hebraicos quadringen-
tos nonagīta iuxta lunares, ut diximus, mēſes. Qui
ſecundum illorum ſupputationem poſſunt facere
per ſingulos menſes dies uigintinouē & ſemis: ita
ut ſolis circulus per annos quadringentos nonagin
ta plus habeat dies trecentos ſexagintaquinque &
quartam diei partem: & per duodecim mēſes ſingu
lorum annorum undecim dies & quarta diei pars
amplius reperiatur. Vnde Græci & Iudæi per octo
annos trium menſium ἐμβολίσμους faciunt. Si enim
octies undecim & quartam partem uolueris ſuppu
tare, nonaginta dies, hoc eſt, tres menſes efficies, &
F in quadringentis ſeptuagintaquinque annis octona
rij, reperientur anni quinquagintanouem & men-
ſes tres: qui ſimul faciunt plus minúsue annos quin
decim: quos ſi quadringentis ſeptuagintaquinque an
nis uolueris addere, ſeptuaginta annorū facies heb-
domadas: hoc eſt, ſimul annos quadringētos nona-
ginta. Hæc Affricanus eiſdem uerbis quibus ex-
preſſimus loquutus eſt. Tranſeamus ad Euſebium
Pamphili, qui in octauo libro εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως
tale neſcio quid ſuſpicatur. Non mihi uidetur fru-
ſtra ſeptuaginta hebdomadarum facta diuiſio: ut
primum diceretur ſeptem, deinde ſexagintaduæ:
& ultima adderetur hebdomada una, quæ & ipſa in
duas partes ſecta eſt. Scriptum eſt enim: Scies & in-
telliges ab exitu ſermonis: ut reſpondeatur & ædifi
cetur Hieruſalem uſque ad Chriſtum ducem hebdo-
madas ſeptem, & hebdomadas ſexaginta duas. Et
poſt alia quæ narrauit in medio, ponit in fine: Et cō
firmabit teſtamentum plurimis hebdomada una.
Hæc non fruſtra & abſque inſpiratione dei angelum
reſpondiſſe manifeſtum eſt. Quæ obſeruatio cau-
tam atque ſollicitam uidetur expetere rationem: ut le
ctor diligenter attendat, & cauſam diuiſionis inqui
rat. Sin autem neceſſe eſt nos dicere quod ſentimus,
iuxta aliam expoſitionem quæ in preſenti uerſatur
lectione: in eo quod angelus ait: ab exitu ſermonis
ut reſpondeatur & ædificetur Hieruſalem uſque ad
Chriſtum ducem: non alios arbitramur quàm prin
cipes, qui poſt hanc prophetiam & reuerſionem de
Babylone Iudaico populo præfuerunt: hoc eſt,
ἀρχιερεῖς & pōtifices quos Chriſtos ab eo quod un-
cti ſunt ſcriptura cognominat: quorum princeps
fuit Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus: & qui
fuerunt uſque ad aduētum domini ſaluatoris. Hosque G
ſignificat & uaticinium prophetale, dicens: ab exi-
tu ſermonis, ut reſpondeatur & edificetur Hieruſa
lem uſque ad Chriſtum ducem, hebdomadæ ſeptem
& hebdomadæ ſexagintaduæ: id eſt, ut ſeptem heb-
domadæ & poſtea ſexagintaduæ, quæ faciunt an-
nos quadringentos octogintatres à Cyro numerē
tur. Ac ne uideamur procacem tantum ferre ſentē-
tiam, & nō probare quæ dicimus: numeremus eos
qui poſt Ieſum filium Ioſedech uſque ad aduentum
domini populo præfuerunt Chriſti: id eſt, uncti in
pontificatum. Primus igitur, ut ante iam diximus,
poſt Danielis prophetiam, quæ facta eſt ſub Cyro
rege poſtquàm de Babylone reuerſus eſt populus,
Ieſus filius Ioſedech fuit ſacerdos magnus: & Zoro
babel filius Salathiel, qui templi fundamenta iece-
runt: impeditoque opere à Samaritis & alijs in circui
tu nationibus, ſeptem hebdomadarum anni com-
pleti ſunt: id eſt, quadraginta & nouem, in quibus
imperfectum opus templi fuit: & quas prophetia à
reliquis ſexagintaduabus hebdomadibus ſeparat. *Ioan. 2. d*
Denique & Iudæi in euangelio ex hac opinione lo-
quuntur ad dominum: Quadraginta & ſex annis
ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus
ſuſcitabis illud? Tot enim anni ſunt à primo anno
Cyri regis, qui libertatem dedit uolentibus Iudæis
reuerti in patriam, uſque ad ſextum annum Darij re-
gis: ſub quo templi opus omne completum eſt. Por H
rò Ioſephus & alios tres annos addidit, in quibus
περίβολοι templi & quædā alia quæ remanſerant per-
fecta ſunt: qui additi quadragintaſex annis, faciunt
annos quadragintanouem: id eſt, ſeptem annorum
hebdomadas. Reliquas autem ſexagintaduas heb-
domadas ab eiuſdem Darij ſeptimo anno enume-
rant. Quo tempore Ieſus filius Ioſedech, & Zoro-
babel iam maioris ætatis populo præerant: ſub qui
bus prophetauerunt Aggeus & Zacharias: poſt
quos Eſdras & Neemias de Babylone uenientes,
muros urbis extruxerunt, tenente pontificatū Ioa-
chim filio Ieſu cognomento Ioſedech: poſt quē ſuc-
ceſſit in ſacerdotium Eliaſub: ac deinde Ioiade, &
poſtea Ioannes: poſt quem Iaddus, cuius ætate Ale
xander rex Macedonum condidit Alexādriam, ut
Ioſephus in antiquitatum libris loquitur: uenitque
Hieroſolymam, & uictimas in templo immolauit.
Mortuo autem Alexandro centeſima tredecima
olympiade, anno ducenteſimo trigeſimoſexto re-
gni Perſarum: quod cœperat primo anno quinqua
geſimæquintæ olympiadis: quo tempore Cyrus
rex Perſarum Babylonios Chaldæosque ſuperauit:
& poſt mortem Iaddi ſacerdotis, qui ſub Alexan-
dro templo præfuit, ſuſcepit pontificatum Onias:
quo tempore Seleucus ſubiugata Babylone, diade-
ma totius Syriæ & Aſiæ capiti ſuo impoſuit, anno
duodecimo mortis Alexandri. In quod tēpus ſup-
putantur omnes anni à Cyri imperio, ducenti qua
dragintaocto. Ex qua ætate ſcriptura Machabæo-
rum regnum Græcorum enumerat. Poſt Oniam
præfuit Iudæis pontifex Eleazarus. Quo tempore
Septuaginta



A Septuaginta interpretes ſcripturas ſanctas Alexan
driæ dicuntur in Græcum uertiſſe ſermonem: poſt
quem alter Onias cui ſucceſſit Simon: quo regente
populum, Ieſus filius Sirach ſcripſit librū qui Græ-
ce πανάρετος appellatur: & à plerisque Salomonis falſo
dicitur. Cui ſucceſſit in pontificatum alius Onias,
quo tempore Antiochus Iudæos dijs gentium im-
molare cogebat. Quo mortuo, Iudas Machabæus
purgauit templum, & idolorum ſimulacra contri-
uit. Cui ſucceſſit frater Ionathan: & poſt eum rexit
populum Simon frater utriuſque: in cuius morte du
centeſimus ſeptuageſimusſeptimus regni Syriæ im
pletus eſt annus, & uſque ad hoc tempus Macha-
bæorum primus liber hiſtoriam continet. Suppu-
tanturque à primo anno Cyri regis Perſarum uſque
ad finem primi Machabæorum uoluminis & mor
tem Simonis pontificis, anni quadringenti uigin-
tiquinque. Poſt quem Ioannes tenuit pontificatū an-
nis uigintinouem: quo mortuo Ariſtobulus uno
anno præfuit populo: qui primus reuerſus de Ba-
bylone, diadema inſigne regiæ poteſtatis cum ho-
nore pontificatus aſſumpſit. Huius ſucceſſor fuit
Alexander, rex pariter & pontifex: qui rexit popu
lum annis uigintiſeptem. Et hactenus à primo an-
no Cyri regis & captiuorum reditu, qui in Iudæā
uenire uoluerunt, ſupputantur anni quadringenti
octogintatres: quos ſeptē & ſexagintaduæ hebdo-
madæ: id eſt, ſexagintanouem ſimul efficiūt. Et hoc
B omni tempore pontifices rexerunt populū Iudæo-
rum, quos ego nunc arbitror uocari Chriſtos du-
ces. Mortuo autem nouiſſimo eorum Alexandro,
huc atque illuc in uarias partes abſque ullo duce gens
Iudæorum ſeditionibus uexabatur: intantū ut Ale
xandra, quæ & Salina uocabatur, eiuſdem Alexan
dri uxor, obtineret imperium: & pontificatum qui
dem Hircano filio reſeruaret: Ariſtobulo autē al-
teri filio regnum traderet, quod obtinuit annis de-
cem. Pugnantibus autem contra ſe inteſtina ſeditio
ne germanis, & gentem Iudæorum in diuerſa ſtu-
dia trahentibus: ſuperuenit Cneus Pompeius dux
Romani exercitus: captáque Hieroſolyma, uſque
ad adyta templi ingreſſus eſt, quæ uocabantur ſan-
cta ſanctorum: uictúmque Ariſtobulum Romam
miſit, ſeruans triumpho ſuo, & pontificatum Hirca
no fratri eius tradidit. Tunc primum gens Iudæo-
rum Romanis facta eſt tributaria. Poſt quem He-
rodes filius Antipatris interfecto Hircano, regnū
Iudæorum ſenatus conſulto accepit: & primus alie
nigena Iudæis præfuit. Qui pontificatum quoque
nequaquam iuxta legem Moyſi mortuis parenti-
bus tradebat liberis, ſed alienis: & nec ipſis multo tē
pore, niſi ob gratiam & precium, diuinæ legis iuſſa
contemnens. Ponit & aliam idem Euſebius expla-
nationem, quam ſi uoluerimus in Latinum ſermo-
nem uertere, extendemus libri magnitudinē. Hæc
eſt ergo interpretationis eius ſententia: A ſexto an
no Darij qui poſt Cyrum & Cambyſen filium eius
regnauit in Perſis, quando templi opera conſum-
mata ſunt: uſque ad Herodem & Cæſarem Augu
ſtum, numerat hebdomadas ſeptem & ſexaginta- C
duas: quæ faciunt annos quadringentos octogin-
tatres: quando Chriſtus, hoc eſt, Hircanus nouiſſi-
mus pontifex de genere Machabæorum ab Hero-
de iugulatus eſt. Et ceſſauit iuxta legem dei pontifi
cum ſucceſſio. Ciuitatem quoque & ipſum ſanctua
rium ſub duce Romano, Romanus uaſtauit exerci
tus: ſiue ipſe Herodes qui per Romanos indebitū
in Iudæos arripuit imperium. Quodque infert: Con
firmabit enim pactum multis hebdomada una: &
in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificiū:
ſic interpretatur, quod Herode regnante apud Iu-
dæam & Auguſto apud Romanos, Chriſtus na-
tus ſit: qui tribus annis & ſex menſibus iuxta euan
geliſtam Ioannem euangelium prædicauit, & con-
firmauit ueri dei cultum multis: haud dubiū quin
apoſtolis & credentibus, quando poſt paſſionem
domini in dimidia rurſum hebdomada defecit ho-
ſtia & ſacrificium. Quicquid enim in templo poſt-
ea factum eſt, non fuit ſacrificium dei, ſed cultus dia
boli: cunctis in commune clamātibus: Sanguis eius *Matth. 27. c*
ſuper nos & ſuper filios noſtros. Et hoc: Non habe
mus regem niſi Cæſarem. Quem locum in Chro-
nica eiuſdem Euſebij: quam ante annos plurimos
in Latinam linguam uertimus: diligens lector ple-
nius ediſſertum poterit inuenire. Quod autem à
perfectione templi uſque ad decimum Auguſti im
peratoris annum quando interfecto Hircano He-
rodes Iudæam obtinuit: ſeptem & ſexagintaduæ D
hebdomadæ, id eſt, quadringēti octogintatres ſup-
putentur anni: ſic poſſumus approbare: ſexageſi-
mæſextæ olympiadis primo anno, hoc eſt, Darij ſe-
xto, completa eſt templi ædificatio: & centeſimæ
octogeſimæſextæ olympiadis anno tertio: id eſt,
Auguſti decimo: Herodes in Iudæos cepit impe-
rium: qui faciunt annos quadringentos octoginta-
tres, per ſingulas olympiades quadriennio ſuppu-
tato. Dicit idem Euſebius & aliam opinionem, quę
ex parte non reprobatur: quod plerique unam he-
bdomadam annorum in ſeptuaginta annos exten-
dāt: per ſingulos hebdomadæ annos, decennio ſup
putato. Et uolunt à paſſione domini uſque ad Ne-
ronis imperium annos eſſe trigintaquinque, quando
contra Iudæos Romana primum arma commota
ſunt: & hanc eſſe dimidiam hebdomadam annorū
ſeptuaginta. Poſtea uero à Veſpaſiano & Tito &
deinceps quando Hieroſolyma templúmque ſuc-
cenſum eſt: uſque ad Traianum, alios eſſe annos tri
gintaquinque, & hanc eſſe hebdomadam de qua an-
gelus loquitur Danieli: Confirmabit autem pactū
multis hebdomada una. In totum enim orbem per
apoſtolos euangelium prædicatum eſt: qui uſque
ad illud tempus perſeuerauerunt: tradentibus ec-
cleſiaſticis hiſtorijs Ioannem euangeliſtam uſque
ad tempora uixiſſe Traiani. Sed neſcio quomodo
ſuperiores hebdomadas ſeptem & ſexagintaduas
per ſeptenos annos: & hanc unam per denos, id eſt,
ſeptuaginta annis poſſimus accipere. Hæc Euſe-
bius. Hippolytus autem de eiſdem hebdomadibus
Pp 3 opi

E opinatus eſt ita:Septem hebdomadas ante reditum
populi ſupputat,& ſexagintaduas poſt reditū: uſq;
ad natiuitatem Chriſti: quarum tempora omnino
non congruunt.Si quidem regni Perſarum ducen
ti & triginta ſupputantur anni,& Macedonum tre
centi:& poſt illos uſque ad natiuitatem domini,an-
ni triginta:hoc eſt ab initio Cyri regis Perſarū uſq;
ad aduentum ſaluatoris,anni quingenti ſexaginta.
Nouiſſimam quoque hebdomadam ponit in con-
ſummatione mundi;quam diuidit in Heliæ tempo
ra & antichriſti:ut tribus & ſemis annis ultimæ he-
bdomadæ dei noticia confirmetur.De qua dictum
Dani.9.f eſt: Confirmabit pactum multis hebdomada una:
& tribus alijs annis ſub antichriſto deficiet hoſtia
& ſacrificium.Adueniente autē Chriſto & iniquū
ſpiritu oris ſui interficiente:uſque ad conſummati-
onem & finem perſeueret deſolatio.Appollinarius
autem Laodicenus omni præteritorum temporū
ſe liberans quæſtione:uota extendit in futurum: &
periculoſe de incertis profert ſententiam. Quæ ſi
forte hi qui poſt nos uicturi ſunt ſtatuto tempore
completa non uiderint: aliam ſolutionem quærere
compellentur:& magiſtrum erroris arguere. Dicit
ergo:ut uerbum è uerbo interpreter, ne calumniā
uidear facere non dicenti. In quadringentis nona-
ginta annis peccata & omnia quæ ex peccatis oriū-
tur uitia comprimenda:poſt quæ uentura ſint bo-
na: & reconciliandum deo mundum in aduentu
F Chriſti filij eius.Ab exitu enim uerbi, quādo Chri
ſtus de Maria generatus eſt uirgine, uſque ad qua-
drageſimumnonum annum:id eſt,finem ſeptē he-
bdomadarum, Iſraëlis expectatam pœnitentiam.
Poſtea uero ab octauo Claudij cæſaris anno, con-
tra Iudæos Romana arma correpta. Triceſimo em̄
Luc.3.e iuxta euangeliſtam Lucam anno ætatis ſuæ, cœpit
Ioā.2.a.b.c in carne dominus euangelium prædicare, & iuxta
& 11.g Ioannem euāgeliſtam, per tria paſchata duos poſt-
ea impleuit annos:& exinde ſex Tiberij ſupputan-
tur anni & quatuor C.Cæſaris cognomento Cali-
gulæ:& octo Claudij:id eſt,ſimul anni quadragin-
tanouem,qui faciunt hebdomadas annorum ſeptē.
Cum autem quadringenti trigintaquatuor anni
poſt hoc fuerint euoluti: id eſt ſexagintaduæ heb-
Luc.1.b domadæ:tunc ab Helia qui uenturus eſt iuxta ſer-
monem domini ſaluatoris: ut reſtituat cor patrum
ad filios,in ultima hebdomada ædificandam Hieru
ſalem & templum,per annos tres & ſemis: uentu-
2.Theſ.2.b rúmque antichriſtum, & iuxta Apoſtolum ſeſſu-
rum in templo dei,& interficiendum ſpiritu domi-
ni ſaluatoris, poſtquàm contra ſanctos dimicaue-
rit:atque ita fieri: ut media hebdomada confirmet
teſtamentum dei cum ſanctis,& rurſum media ceſ-
ſationem uictimarum eſſe pronunciet ſub antichri
ſto:qui ponet abominationem deſolationis: id eſt,
idolum & ſtatuam proprij dei in templo:& erit ex-
trema uaſtitas & condemnatio populi Iudæorum:
qui ſpreta ueritate Chriſti, receperunt antichriſti
mendacium. Aſſerit autē idem Appollinarius hāc
ſe temporum capere coniecturam: quia Affrica-

nus ſcriptor temporum, cuius ſupra expoſitio- G
nem poſui: ultimam hebdomadam in fine mundi
eſſe teſtetur:nec poſſe fieri ut iūctæ diuidantur æta
tes:ſed omnia ſibi iuxta prophetiam Danielis eſſe
tempora copulanda. Clemens uir eruditiſſimus,
presbyter Alexandrinæ eccleſiæ,paruipendens an
norum numerum: à Cyro rege Perſarum uſq; ad
Veſpaſianum & Tytum imperatores Romanos:ſe
ptuaginta annorum hebdomadas dicit eſſe comple
tas:id eſt,annos quadringentos nonaginta, additis
in ipſo numero duobus milibus trecentis diebus,
de quibus ſupra diximus:Perſarumq; & Macedo-
num & Cæſarum tempora in his hebdomadibus
enumerare conatur,cum iuxta diligentiſſimā ſup-
putationem,à primo anno Cyri regis Perſarū atq;
Medorum in quo imperauit & Darius:uſq; ad Ve
ſpaſianum & euerſionem templi,ſupputentur anni
ſexcenti triginta. Origenes cum propoſuiſſet hoc
idem capitulū,hortatus eſt nos ut quæramus quod
non intelligimus:& quia non habebat locum alle-
goria in qua eſt libera diſputatio, hiſtoriæ ueritate
concluſus: hæc in decimo Stromatum uolumine
breuiter annotauit. Studioſius requirenda ſunt tē-
pora à primo anno Darij filij Aſueri uſque ad ad-
uentum Chriſti:quot anni ſint, & quæ in illis ge-
ſta dicantur: & uidendum eſt an ea poſſimus ad-
uentui domini coaptare. Tertullianus quid dixe-
rit,ex eo libro quem cōtra Iudæos ſcripſit,noſſe po
terimus:cuius uerba breuiter ponenda ſunt. Vnde H
igitur oſtendemus, quia Chriſtus uenit intra ſexa-
gintaduas hebdomadas: Numeremus à primo an-
no Darij:quoniam ipſo tempore oſtenditur Danie
li uiſio ipſa. Dicit em̄ ei: Intellige & conijce à pro-
phetatione ſermonis reſpondere me tibi hæc. Vn-
de à primo anno Darij debemus computare, quan
do hanc uidit uiſionem Daniel. Videamus igitur
anni quomodo impleantur uſque ad aduentum
Chriſti. Darius annis regnauit decem & nouem.
Artaxerxes,annis quadraginta.Ochus qui & Cy-
rus,annis uigintiquatuor. Argus anno uno. Da-
rius alius,qui & Melas nominatus eſt,annis uigin-
tiunum. Alexander Macedo annis duodecim. De-
inde poſt Alexandrū qui & Medis & Perſis regna
uerat:quos deuicerat, & in Alexandriam regnum
ſuum firmauerat:quando & nomine ſuo eā appella
uit:Poſt eum regnauit illic in Alexandria Soter,an
nis trigintaquinq;: cui ſucceſſit Philadelphus, re-
gnans annis trigintaocto:poſt hunc Euergetes,re-
gnauit annis uigintiquinq;:deinde Philopater, an-
nis decē & ſeptē,& poſt hunc Epiphanes annis ui-
gintiquatuor. Itē alius Euergetes annis uigintino-
uē. Soter annis trigintaocto. Ptolemæus annis tri-
gintaſeptē. Cleopatra annis uiginti,mēſibus quin-
q;. Item Cleopatra conregnauit Auguſto annis tre
decim. Poſt Cleopatrā Auguſtus alijs annis qua-
dragintatribus imperauit. Nā oēs anni Auguſti im
perij,fuerūt numero quinquagintaſex. Videamus
autem quoniā in quadrageſimoprimo anno impe-
rij auguſti, qui poſt mortē Cleopatræ imperauit,
naſcitur



A naſcitur Chriſtus.Et ſuperuixit idem Auguſtus ex
quo natus eſt Chriſtus,annos numero quindecim.
Et erunt reliqua tempora annorum in diem natiui
tatis Chriſti:in annum Auguſti quadrageſimū pri-
mum poſt mortem Cleopatræ, anni quadringenti
trigintaſeptem,menſes quinq;. Vnde adimplentur
ſexagintaduæ hebdomadæ & dimidia:quæ efficiūt
annos quadringentos trigintaſeptem, menſes ſex
in diem natiuitatis Chriſti. Et manifeſtata eſt iuſti-
cia æterna, & unctus eſt ſanctus ſanctorum:id eſt
Chriſtus,& ſignata eſt uiſio & prophetia & dimiſſa
ſunt peccata:quæ per fidem nominis Chriſti omni-
bus in eum credentibus tribuūtur. Quid eſt autem
quod dicit ſignari uiſum & prophetiam: quoniam
omnes prophetę nunciabant de ipſo quod eſſet uē
turus & pati haberet. Igitur quoniam impleta eſt
prophetia per aduentum eius:propterea ſignari ui
ſionem & prophetiam dicebat:quoniam ipſe eſt ſi-
gnaculum omnium ꝓphetarum, adimplens omnia
quæ retro de eo prophetæ nunciabant. Poſt aduen
tum enim & paſſionem eius,iam non eſt uiſio neq;
prophetia quæ Chriſtum nunciet eſſe uenturum.
Et poſt paululum: Videamus, inquit, quid aliæ ſe-
ptem & dimidia hebdomadæ quæ ſunt ſubdiuiſæ
in abſciſſiōe priorum hebdomadarum:in quo actu
ſint adimpletæ. Poſt Auguſtum enim qui ſuperui-
xit poſt natiuitatem Chriſti,anni quindecim efficiū
tur. Cui ſucceſſit Tyberius Cæſar:& imperium ha-
buit annis uigintiduobus, menſibus ſeptem, die-
B bus uigintiocto. Huius imperij decimoquinto an-
no patitur Chriſtus, annos habens quaſi triginta
cum pateretur. Item Caius Cæſar qui & Caligula:
annis tribus,mēſibus octo, diebus tredecim. Nero
annis nouem, menſibus nouem, diebus tredecim.
Galba menſibus ſeptem,diebus uigintiocto. Otho
menſibus tribus diebus quinq;. Vitellius menſibus
octo,diebus uigintiocto. Veſpaſianus anno primo
imperij ſui debellauit Iudæos:& fiunt anni nume-
ro quinquagintaduo,menſes ſex. Nam imperauit
annis undecim:atq; ita in diem expugnationis ſuæ,
Iudæi impleuerunt hebdomadas ſeptuaginta præ-
dictas à Daniele. Hebræi quid de hoc loco ſentiant
breui ſermone ꝑſtringā:fidem dictorum his à qui-
bus dicta ſunt derelinquens. Dicamus igitur περι-
φραστικῶς, ut ſenſus manifeſtior fiat. O Daniel, ſcito
quod à die hac qua tibi nūc loquor:erat autē annus
primus Darij:qui occidit Baltaſar,& regnum Chal
dæorum in Perſas Medoſq; tranſtulit: uſq; ad ſe-
ptuageſimam annorum hebdomadam:hoc eſt an-
nos quadringētos nonaginta, hæc populo tuo per
partes accident. Primum propiciabitur tibi deus:
quæ nunc magnopere deprecaris:& delebitur pec-
catum,& finem accipiet præuaricatio. Nunc enim
urbe deſerta & templo uſq; ad fundamenta deſtru-
cto,in luctu eſt populus conſtitutus: ſed non poſt
grande tempus inſtaurabitur. Et nō ſolum hoc fiet
in his ſeptuaginta hebdomadibus:ut ædificetur ci-
uitas,& tēplum inſtauretur:ſed naſcetur Chriſtus:
id eſt iuſticia ſempiterna. Et ſignabitur uiſio et pro-

phetia:ut nequaq; propheta inueniatur in Iſraël:& C
ungatur ſanctus ſanctorum. De quo in pſalterio le
gimus: Propterea unxit te deus,deus tuus oleo læ-
ticiæ præ conſortibus tuis. Qui & in alio loco dicit
de ſe: Sancti eſtote quia & ego ſanctus ſum. Scito
igitur quoniam à die hac qua nunc tibi loquor &
dei ſermone ꝓmitto:quod reuertatur populus &
Hieruſalem inſtauretur: uſq; ad Chriſtum ducem
& perpetuam deſolationem templi, hebdomadæ
numerentur ſexagintaduæ:nec non & aliæ ſeptem
hebdomadæ,in quibus iuxta ordinem ſuum duæ
res fient:de quibus & ante iam dixi,quod reuerta-
tur populus & ædificeť platea à Neemia & Eſdra.
In fine ergo hebdomadarum complebitur dei ſen-
tentia in anguſtia temporum, quando rurſum de-
ſtruetur templum & capietur ciuitas. Nam poſt ſe-
xagintaduas hebdomadas occidetur Chriſtus: &
non erit eius populus qui eum negaturus eſt: ſiue
ut illi dicunt, non erit illius imperium quod puta-
bat ſe redempturum. Et quid dico de Chriſto occi-
dendo & populo penitus deſerendo auxilio dei:
cum ciuitatem & ſanctuarium diſſipaturus ſit po-
pulus Romanus, cum duce uenturo Veſpaſiano:
Quo mortuo tranſactis ſeptem hebdomadis:id eſt
annis quadragintanouem, Aelius Hadrianus: à
quo poſtea de ruinis Hieruſalem urbs Aelia condi
ta eſt,rebellantes Iudæos, Timo Ruffo magiſtro ex
ercitus pugnante,ſuperauit. Et tunc deficiet hoſtia
& ſacrificium:& uſq; ad conſummationem mundi D
& finem perſeuerabit deſolatio. Nec nos,inquiunt,
moueat quod primum numerentur ſeptem hebdo
madæ,& poſtea ſexagintaduæ:& rurſum una,quæ
in duas partes diuiditur: Eſt enim hoc idioma ſer-
monis Hebraici & antiquorum ſermonis Latini:
ut ante minorem numerum ſupputent, & poſtea
maiorem. Verbi gratia, nos iuxta proprietatem lin
guæ noſtræ nunc dicimus: Abraham uixit annis
centum ſeptuagintaquinq;:illi econtrario loquun-
tur:uixit Abraham annis quinq; & ſeptuaginta &
centum. Non igitur ut legitur ita impletur, ſed ut
totum pariter ſupputetur, ita finem accipit. Nec
ignoramus quoſdam illorum dicere,quod una heb
domada,de qua ſcriptum eſt:Confirmabit pactum
multis hebdomada una, diuidatur in Veſpaſiano
& in Hadriano:quod iuxta hiſtoriam Ioſephi Ve-
ſpaſianus & Titus tribus annis & ſex mēſibus pa-
cem cum Iudæis fecerint. Tres autem anni & ſex
menſes ſub Hadriano ſupputantur, quando Hie-
ruſalem omnino ſubuerſa eſt: & Iudæorum gens
cateruatim cæſa:ita ut Iudææ quoq; finibus pelle-
rentur. Hæc loquuntur Hebræi, non magnopere
curantes à primo anno Darij regis Perſarum, uſq;
ad extremam ſubuerſionem Hieruſalem, quæ ſub
Hadriano eis accidit: ſupputari olympiades cen-
tum ſeptuaginta quatuor: id eſt annos ſexcentos
nonagintaſex, qui faciunt Hebdomadas Hebrai-
cas nonagintanouem & annos tres:quādo Coche-
bas dux Iudæorum oppreſſus eſt, & Hieruſalem
uſq; ad ſolum diruta eſt.

a ANnō tertio Cyri regis Perſarum uerbum reuelatum eſt Danieli, cognomento Baltaſar: & uerbum uerum & fortitudo magna, intellexitq; ſermonem. b Intelligentia enim eſt opus in uiſione. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus: panem deſiderabilem nō comedi: & caro & uinum non introierūt in os meū: ſed neq; unguento unctus ſum donec complerentur trium hebdomarum dies. c Diē autem uiceſima & quarta menſis primi, eram iuxta fluuium magnum qui eſt Tigris. d Et leuaui oclos meos & uidi. e Et ecce uir f unus ueſtitus lineis. Et renes eius accincti au- g ro obryzo. Et corpus eius quaſi chryſolitus, & facies eius uelut ſpecies fulguris: & oculi eius ut lampas ardēs: & brachia eius & quæ deorſum ſunt uſque ad pedes quaſi ſpecies æris candentis: & uox ſermonū eius ut uox h multitudinis. Vidi autem ego Daniel ſolus uiſionem: porrò uiri qui erant mecum non uiderunt: ſed terror nimius irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditum. Ego autem relictus ſolus uidi uiſionem grandem hanc: & non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me & emarcui: nec habui quicq; uirium. Et audiui uocē ſermonū eius, & audiens iacebā conſternatus ſuper faciem meā, & uultus meus hærebat terræ. Et i eccē manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea & ſuper articulos manuū mearū. k Dt dixit ad me: Daniel uir deſideriorū, intellige uerba quæ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo: nunc em̄ ſum miſſus ad te. Cūq; dixiſſet ad me ſermonē iſtum, ſteti tremens. Et di-

E ANno tertio Cyri regis Perſarū uerbū reuelatū eſt Danieli, cognomēto Baltaſar &c.) Et quomodo in fine primæ legimus uiſionis: Fuit aūt Daniel uſq; ad annū primū Cyri regis: Fuiſſe ergo eū apud Chaldæos in priſtina dignitate purpura byſſoq; ueſtitū, uſq; ad annū primū Cyri regis intelligimus, quando ſubuertit Chaldæos: & poſtea cœpit eſſe cum Dario filio Aſſueri de ſemine Medorum, qui imperauit ſup regnū Chaldæorum. Aut certe iam Dario mortuo, cuius anno prīo ſeptuaginta hebdomadarum ſacramenta cognouerat: nunc tertio anno regis Cyri hæc uidiſſe narratur. Et uerum uerbum & fortitudo magna. Siue dei, qui iſta facturus eſt: ſiue prophetæ qui hæc intellecturus eſt. b ¶In diebus illis ego Daniel lugebā &c.) Hoc docemur exēplo tēpore F ieiunij à cibis delicatioribus abſtinere: quod ego puto nūc dici panē deſiderabilē: nec carnē comedere, nec uinum bibere. Inſuper & unguenta nō quærere. Qui mos apud Perſas & Indos hodie quoq; ſeruatur: ut ꝑ balneis utantur unguentis. Tres aūt iūgit hebdomadas affligēs animā ſuam: ne tranſitoria & fortuita uideatur deprecatio. Secūdum Anagogen uero hoc dicendum eſt: quod qui in luctu eſt & ſponſi luget abſentiā, nō comedit panem deſiderabilem qui de cœlo deſcēdit: neq; ſolidū capit cibum, qui intelligitur in carne: nec bibit uinū, quod lætificat cor hominis: nec exhilarat faciē in oleo: iuxta illud qđ in pſalmis legimus: [Pſal. 103.b] Vt exhilaret faciem in oleo. Hoc autē ieiunium impetrabiles facit lachrymas quando ſponſus fuerit ablatus ab ea. Recte quoq; Daniel audet dominum deprecari: quia iam ex parte primo anno regis Cyri, Iudæorum fuerat laxata captiuitas. c ¶Die aūt uiceſimaquarta menſis primi &c.) Et Ezechiel [Ezech. 1.a] iuxta fluuiū Chobar uidit uiſionē magnam. Et do- G mino ſaluatori & baptiſtæ Ioāni ſuper fluēta Iordanis aperiūtur cœli. [Matth. 3.d] Vnde eorū delyramēta conticeſcant, qui umbras & imagines in ueritate quærētes, ipſam conātur euertere ueritatē: ut flumina & arbores & paradiſum putēt allegoriæ legibus ſe debere ſubruere. d ¶Et leuaui oculos meos & uidi.) Eleuatione opus eſt oculorum, ut uiſionem myſticā cernere ualeamus. e ¶Et ecce uir unus ueſtitus lineis.) Pro lineis quod interpretatus eſt Aqla: Theodotio βαδδὶμ poſuit. Septuagīta, byſſina. Symmachus ἐξαίρετα, id eſt, p̄cipua. Pro eo aūt quod nos iuxta Hebraicum uertimus: ecce uir: Symmachus poſuit, quaſi uir: nō em̄ uir erat, ſed uiri habebat ſimilitudinem. f ¶Et renes eius accincti auro obryzo.) Pro quo in Hebræo legitur אופז, quod Aqla ita interpretatus eſt: Et lūbi eius accincti erāt colore ὠφάζ. g ¶Et corpus eius quaſi chryſolitus.) De quibus in explanatione Ezechielis plenius interpre- [Ezech. 28.d] tati ſumus: nūc de chryſolito pauca dicamus. Pro H chryſolito q unus eſt de duodecim lapidibus qui ponit̄ in logio pōtificis: in Hebræo habet̄ Tharſis [תרשיש]; quod Theodotio & Symmachus eodē uerbo interpretati ſūt Tharſis: Lxx. uero mare appellauerunt iuxta illud quod in pſalmo legimus: In ſpi- [Pſal. 74.b] ritu uiolento confringes naues Tharſis, id eſt, maris. Et Ionas fugere cupie- [Ione. 1.a] bat nō in Tharſum urbē Ciliciæ, ut pleriq; æſtimant literā ponētes ꝑ litera: uel Indię regionē, ut putat Ioſephus, ſed abſolute in pelagus. h ¶Vidi aūt ego Daniel uiſionē &c.) Et Paulus apoſtolus ſimile quid in actibus Apoſtolorū paſſus eſt, ut cæte- [Act. 22.a] ris nō cernētibus uiſionem ſolus aſpiceret. i ¶Et ecce manus tetigit me &c.) In hominis figura uidet̄ angelus, & humanā ad ꝓphetā iacentē mittit manū: ut ſui generis corpus aſpiciens nequaquā paueat. k ¶Et dixit ad me &c.) Cōgruēter uir deſiderio-rum



a Et dixit ad me: Noli metuere Daniel; quia ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum ut te affligeres in cōſpectu dei tui: exaudita ſunt uerba tua: & ego īgreſſus ſum b ad uerba tua. Princeps autē regni Perſarum c reſtitit mihi uiginti & uno diebus. Et ecce Michaël unus de principibus primis uenit d in adiutorium mihi. Et ego remāſi ibi iuxta e regem Perſarum. Veni autem ut docerem te quæ uentura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus: quoniam adhuc uiſio in dies. Cumq; loqueretur mihi huiuſcemodi uerbis, deieci uultum meum ad terram & tacui. Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis tetigit labia mea: & aperiens os meum loquutus ſum: & dixi ad eū qui ſtabat contra me: Domine mi, in uiſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ: & nihil in me remanſit uirium: & quomodo poterit ſeruus domini mei loqui cum domino meo? Nihil enim in me remanſit uirium: ſed & habitus meus intercluditur. Rurſum ergo tetigit me quaſi uiſio hominis: & confortauit me & dixit: Noli timere uir deſideriorum: pax tibi. Confortare & f eſto robuſtus. Cumq; loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere domine mi: quia g cōfortaſti me. Et ait: Nunquid ſcis quare uenerim ad te? Et nunc reuertar ut prælier ad- h uerſum principē Perſarum. Cūm em̄ egrederer, apparuit princeps Græcorū ingrediens. Verūta-

A rum uocatur: qui inſtantia precū & afflictione corporis, ieiuniorumq; duricia cupit ſcire uentura, & dei ſecreta cognoſcere. Pro uiro deſideriorū, Symmachus interpretatus eſt, uirū deſiderabilē. Omnis enim ſanctus habens in ſe animæ pulchritudinem, amatur à dño. a ¶Et dixit ad me: Noli metuere Daniel &c.) Viceſimaquarta die menſis primi, id eſt, Niſan: expletis tribus hebdomadibus: hoc eſt uiginti diebus & uno, cernit hanc uiſionem: & audit ab angelo, quod ex die primo quo orare cœperit & affligere ſe in cōſpectu dei: exaudita ſunt uerba eius. Quæritur, ſi ſtatim exauditus eſt, cur nō ſtatim ad eum miſſus ſit āgelus. Data eſt ei per moram occaſio amplius deū deprecandi: ut ex eo quod plus deſiderat, per laborē plus audire mereatur. Quod autem ait: Et ego ingreſſus ſum ad uerba tua: hūc habet ſen- B ſum. Poſtquàm tu cœpiſti bonis operibus & lachrymis atq; ieiunio dei inuocare miſericordiam, & ego accepi occaſionē ut ingrederer in conſpectu dei & orarem pro te. b ¶Princeps autē regni Perſarum reſtitit mihi uiginti & uno diebus.) Videtur mihi hic eſſe angelus cui Perſis credita eſt: iuxta illud qđ in Deute- [Deut. 32.a] ronomio legimus: Quādo diuidebat altiſſimus gentes & diſſeminabat filios Adam: ſtatuit terminos gentium iuxta numerum angelorum dei. Iſti ſunt principes de quibus & Paulus Apoſtolus lo- [1. Cor. 2.b] quitur: Sapiētiam loquimur inter perfectos, quam nullus principum ſeculi huius cognouit. Si em̄ cognouiſſent, nunq; dominum gloriæ crucifixiſſent. Reſtitit autē princeps, id eſt, angelus Perſarum, faciens pro credita ſibi ꝓuincia, ne captiuorum oīs populus dimitteretur. Et forſitan cum prima die ex quo poſuit cor ſuum ꝓpheta ad intelligendū, exauditus ſit à deo: idcirco nō ſtatim miſſus eſt angelus qui ei dei indulgentiā nūciaret: quia uiginti & uno diebus reſtitit ei princeps Perſarū: enumerās peccata populi Iudæorum quod iuſte tenerētur captiui, & dimitti nō deberent. c ¶Et ecce Michaël unus C de principibus primis uenit in adiutorium mihi.) Reſiſtēte Perſarum angelo precibus tuis & meæ legationi qui orationes tuas deo offerebam: uenit in adiutorium mihi angelus Michaël qui præeſt populo Iſraël. Principes autē primos, archangelos intelligimus. d ¶Et ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum.) Regem Perſarum angelū, id eſt, principem uocat: & oſtendit quod iuxta Michaēlē ſit paululum moratus, qui cōtra principem Perſarū loquebatur. e ¶Veni autem ut docerē te quæ uētura ſunt populo tuo in nouiſſimis dieb⁹: quoniam adhuc uiſio in dies &c.) Quod Daniel deprecatus eſt, hoc à deo meretur audire, quid futurum ſit populo Iſraël: nō in uicino tempore, ſed in nouiſſimis diebus: id eſt, in cōſummatiōe ſeculi. Domine mi, in uiſiōe tua cōuerſa ſunt interiora mea in me. Sic Theodotio in- D terpretat⁹ eſt: iuxta illud quod in centeſimoſecundo pſalmo legimus: Benedic anima mea domino: & oīa interiora mea nomē ſanctū eius. Prius enim q uiſionē dei uidere mereamur, interiora noſtra foras aſpiciunt: cū autem uiderimus uiſionem dei conuertentur in nos interiora noſtra & toti in illis ſum⁹. De quibus & in alio loco ſcribitur: Omnis gloria eius fi- [Pſal. 44.e] liæ regum abintus in fimbrijs aureis. f ¶Cumq; loqueretur mecū cōualui, & dixi: Loquere dñe mi, quia confortaſti me.) Niſi eum confortaſſet tactus quaſi filij hominis, & pauor receſſiſſet ex corde, ſacramenta dei audire non poterat: & idcirco nūc ait: Quia confortaſti me: loquere domine. Tu enim feciſti ut poſſim & audire & ſentire quæ loqueris. g ¶Et ait: Nunquid ſcis quare uenerim ad te? Et nunc reuertar ut prælier aduerſus principē Perſarum.) Quod dicit hoc eſt: Veni quidem ut docerē te exauditas p̄ces tuas: ſed reuerſurus ſum rurſum ut pugnē cōtra principē Perſarū in cōſpectu dei, q nō uult populū tuū de captiuitate laxari. h ¶Cum enim egrederer, apparuit mihi princeps Græcorū &c.) Ego, inquit, egrediebar de cōſpectu dei ut tibi nunciarē

E nunciarem quæ uentura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus: licet adhuc nõ ſim ſecurus, ſtante Perſarum principe, & contradicente tuis precibus ac meæ legationi. Et ecce princeps Græcorum: id eſt, Macedonũ, ueniebat & ingreſſus eſt in conſpectu dei, ut accuſaret Perſarũ principem atq; Medorum: ut in locum eorũ regnũ Macedonum ſuccederet. Et reuera mira ſacramenta dei. Laxato enim de captiuitate populo Iudæorum, Perſarum regnum atq; Medorũ, interfecto Dario, ſubuertit Alexander rex Macedonum, & princeps Græcorum uicit principem Perſarum. a ¶Verũtamen annunciabo tibi qđ expreſſum eſt &c.) Hic ordo lectionis eſt: Adhuc res in dubio eſt. Te enim precãte dominũ, & me offerente orationes tuas, ſtat è regione princeps Perſarum: & non uult populum tuum de captiuitate laxari. Ego autem quia uenit princeps Græcorum, & interim pugnat cõtra principẽ Perſarum, habẽs illic Michaëlem in adiutorium, donec illi inter ſe dimicant, referam tibi quæ deus mihi futura prædixerit, & tibi narranda præceperit. Nulliq; oriatur ſcrupulus quare pro principe Macedonum, principẽ Græcorum dixerit, hoc eſt, ἑλλήνων.
F Alexãder enim rex Macedonum primum ſubuerſa Græcia & ſubiecta poteſtati ſuæ, in Perſas arma corripuit. b ¶Et nemo eſt adiutor meus in omĩbus his, niſi Michaël princeps ueſter.) Ego ſum, inquit, angelus ille qui offero deo orationes tuas: & nullus eſt alius qui adiutor meus ſit rogandi pro uobis deum, niſi Michaël archangelus: cui creditus eſt populus Iudæorum. Et interim hoc tẽpore ego & princeps Grecorum communi labore aduerſum Perſarum principem dimicamus. Reuoluẽdæ ſunt ueteres hiſtoriæ & cõſiderandæ: ne forte illud tempus ſignificet quando Perſæ à Græcis uicti ſunt. Iuxta æditionem uulgatam uſq; ad finem libri una putatur uiſio: quæ anno tertio Cyri regis Perſarũ apparuit Danieli: Porrò iuxta Hebraicam ueritatem, ſeparata ſunt quæ ſequuntur: & ſcripta ordine præpoſtero. De cuius cauſis ſupra diximus: Non enim ſub Cyri anno tertio; ſed ſub Darij primo qui ſubuertit Baltaſar, narrantur iſta quæ ſcripta ſunt.

Cap. XI.

EGo autem ab anno primo Darij Medi ſtabam ut confortaretur & roboraretur.) Ego, inquit Daniel, ab anno primo regis Darij qui ſubuertit Chaldæos: & me de manu inimicorum quantum in ſe fuit liberauit; ob cuſtodiam meam etiam lacum leonum ſuo ſignans anulo, ne me aduerſarij interficerent: ſtabam in conſpectu dei, & rogabam eius clementiam pro eo qui me diligebat, ut confortaretur, uel ipſe uel regnum eius & roboraretur.

a Verũtamen annunciabo tibi quod expreſ-
b ſum eſt in ſcriptura ueritatis. Et nemo eſt ad-
iutor meus in omĩbus his, niſi Michaël prin-
ceps ueſter. Cap. XI.
c EGõ autem ab anno primo Darij Medi
ſtabam, ut cõfortaretur & roboraretur.
d e Et nũnc ueritatem annunciabo tibi. Et ecce
tres adhuc reges ſtabunt in Perſide; & quar-
tus ditabitur opibus nimijs ſuper omnes; &
cum inualuerit diuitijs ſuis, cõcitabit omnes
f aduerſum regnum Græciæ. Surget uero
rex

G Cumq; in oratione perſiſterem, hæc domino reſpõdente cognoui. Conſuetudinis autẽ prophetarum eſt repẽte perſonas introducere ſine ulla præfatione uerborũ: ut eſt illud in pſalmo triceſimoprimo: cum enim rogaſſet dominum ꝓpheta & dixiſſet: Tu es refugium meum à tribulatiõe mea q̃ circũdedit me: exultatio mea, erue me à circũdantibus me: repente perſona dei introducitur reſpondentis: Intellectum tibi dabo & inſtruam te in uia hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos. Ergo & nunc narrante propheta: ab ãno primo Darij Medi, ſtabã & deprecabar ut cõfortaretur & roboraretur eius imperium: deus repente reſpondit: d ¶Et nunc ueritatem annũciabo tibi.) Eſtq; ſenſus: Quia uis noſſe de Perſarum regibus quid futurum ſit, audi ordinem rerum & auſculta quod quæris: e ¶Et ecce tres adhuc reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimijs ſuper omnes &c.) Quatuor reges poſt Cyrum dicit in Perſide reſurrecturos, Cambyſen filium Cyri: &
H Smerdem magum qui Pantapten filiam Cambyſis duxit uxorem. Qui cum à ſeptem Magis fuiſſet occiſus: & in locum eius Darius ſuſcepiſſet imperiũ, eadẽ Pantaptes nupſit Dario: & ex eo Xerxen genuit filium: qui potentiſſimus rex & ditiſſimus, aduerſum Græciam innumerabilẽ duxit exercitum: & ea geſſit quæ Græcorum narrant hiſtoriæ. Succendit enim Athenas ſub principe Callia, bellumq; eo tempore geſtum eſt in Thermopylis, & apud Salaminam nauale certamen, quando Sophocles & Euripides clari habebãtur: & Themiſtocles in Perſas fugiens, hauſto tauri ſanguine perijt. Fruſtra igitur quidam Darium regem quartum, qui ab Alexandro ſuperatus eſt ſcribit: qui non quartus, ſed quartuſdecimus poſt Cyrum Perſarũ rex fuit: quẽ ſeptimo imperij ſui anno, & ſuperauit & occidit Alexander. Et notandum ꝙ quatuor poſt Cyrum regibus Perſarum enumeratis: nouem prætererit & tranſierit ad Alexandrum. Non enim curæ fuit ſpiritui ꝓphetali hiſtoriæ ordinẽ ſequi: ſed præclara quæq; perſtringere. f ¶Surget uero rex fortis & dominabitur poteſtate multa: & faciet quod placuerit ei: & cũ ſteterit, conteretur regnũ eius.) Perſpicue de magno Alexandro rege Macedonum loquitur: qui Philippi filius fuit: hic enĩ Illyricis Thracibuſq; ſuperatis, uicta Græcia Thebiſq; ſubuerſis, tranſiuit in Aſiã; & fugatis Darij ducibus, urbem Sardis cepit: poſteaq; capta India et urbe Alexãdria condita: cũ triginta & duos ætatis haberet annos, & duodecimũ imperij annũ, in Babylone ueneno ꝑijt. Et di-



rex fortis & dominabitur poteſtate multa:
& faciet quod placuerit ei. Et cum ſteterit cõ-
a teretur regnum eius; & diuidẽtur in quatuor
uentos cœli; ſed nõ in poſteros eius; necq; ſe-
cundum potẽtiam illius qua dominatus eſt.
b Lacerabitur enim eius regnum etiam in ex-
c ternos; exceptis his. Et cõnfortabitur rex Au-
d ſtri. Et dẽ principibus eius præualebit ſuper
eum; & dominabitur ditione. Multa enĩ do-
e minatio eius. Et põſt finem annorum fœde-
rabuntur. (Siue ut Theodotio interpretatus
eſt: Et poſt annos illius cõmiſcẽtur). Filiaq;
regis Auſtri ueniet ad regem Aquilonis, fa-
cere amicitiam; & non obtinebit fortitudinẽ
brachij, nec ſtabit ſemẽ eius; & tradetur ipſa,
& qui adduxerunt eam iuuenes eius; & qui
confortabant eam in temporibus.
Et ſtabit

A a ¶Et diuidetur in quatuor uentos cœli &c.) Poſt Alexandrũ in quatuor uẽtos cœli, Orientẽ uidelicet & Occidentẽ, Meridiẽ & Septẽtrionẽ, regnum illius diuiſum eſt. In Aegypto enĩ primus regnauit Ptolemæus Lagi filius; id eſt, ad meridiẽ. In Macedonia Philippus q Arideus frater Alexandri: id eſt, ad Occidẽtem. Syriæ & Babylonis & ſuperiorum locorũ, Seleucus Nicanor; id eſt, ad Oriẽtem. Aſiæ & Ponti cæterarumq; in ipſa plaga ꝓuĩciarũ Antigonus: id eſt, ad Septentrionem. Hæc ſecũdũ totius orbis plagas dicimus. Cæterũ qui in Iudæa eſt, ad Aquilonem, Syriam, & ad Meridiẽ Aegyptum habet. Quod autẽ ait: ſed nõ in poſteros eius: hoc ſignificat, ꝙ liberos nõ habuerit; ſed regnũ ipſius in alienos laceratũ ſit; excepto fratre Philippo qui Macedonas tenuit. Necq; ſecundũ potẽtiã illius qua dominatus eſt. Diuiſum
B enim in quatuor partes regnũ imbecillius fuit; dũ aduerſum ſe dimicãt, & inteſtino furore bacchanẽ. b ¶Lacerabitur enim eius regnũ etiã in externos: exceptis his.) Præter regna quatuor Macedoniæ, Aſiæ, Syriæ, Aegypti; etiã in alios obſcuriores & minores reges Macedonũ regnũ laceratũ eſt. Significat autẽ perdicã & Crateron & Lyſimachũ. Nam Cappadocia & Armenia, Bithynia, & Heraclia, Boſphoruſq;, & aliæ ꝓuinciæ de poteſtate Macedonũ recedẽtes, diuerſos ſibi reges conſtituerũt. c ¶Et cõfortabitur rex Auſtri.) Ptolemæũ indicat filium Lagi, qui primus regnauit in Aegypto: & uir prudentiſſimus fortiſſimuſq; ac ditiſſimus fuit: & tãtæ potentiæ, ut Pyrrhum regem Epirotarũ expulſum reſtitueret in regnũ, Cyprumq; obtinuerit & Phœnicen: & uicto Demetrio filio Antigoni, Seleuco regni ſui partem, quæ ab Antigono fuerat ablata reſtituerit: Cariam quoq; obtineret, & multas inſulas urbeſq; & regiones: de quibus nõ eſt huius temporis ſcribere. Idcirco autẽ cætera regna dimittens, Macedoniæ uidelicet & Aſiæ: tantũ de Aegypti & Syriæ narrat regibus: quia in medio Iudæa poſita, nũc ab illis, nũc ab iſtis regibus tenebatũ. Et ſcripturæ ſanctæ ꝓpoſitũ eſt: nõ externã abſq; Iudæis hiſtoriã texere, ſed eam quæ Iſraëli populo copulata eſt. d ¶Et de principibus &c.) Iſte eſt Ptolemæus Philadelphus, ſecũdus rex Aegypti, filius Ptolemæi ſuperioris: ſub quo Lxx. interpretes Alexandriæ ſcripturã ſanctã in Græcũ dicũtur uertiſſe ſermonem: qui & Eleazaro pontifici multa Hieroſolymã, & in
C templi donaria uaſa tranſmiſit: cuius bibliothecæ præfuit Demetrius Phalereus, idem apud Græcos orator & philoſophus, tãtæq; potẽtiæ fuiſſe narratur, ut Ptolemæum patrẽ uinceret. Narrant enĩ hiſtoriæ habuiſſe eũ peditũ, ducenta milia: equitũ, uiginti milia: curruum uero duo milia: elephantos quos primus eduxit ex Aethiopia, quadringentos. Naues longas quas nũc liburnas uocãt, mille quingẽtas; alias ad cibaria militum deportanda, mille: auri quoq; & argẽti grande põdus: ita ut de Aegypto ꝑ ſingulos annos quatuordecim milia, & octingẽta talenta argẽti acceperit: & frumẽti artabas, quæ menſura tres modios, & tertiã modij partẽ habet, quinquies et decies centena milia. e ¶Et poſt finẽ annorũ fœderabũtur.) Primum Syriæ regnauit (ut diximus) Seleucus cognomẽto Nicanor. Secũdus An-
D tiochus, qui appellat⁹ eſt Sother. Tertius & ipſe Antiochus, qui uocabatur θεός, id eſt, deus. Iſte aduerſus Ptolemæũ Philadelphũ, qui ſecũdus imperabat Aegyptijs, geſſit bella q̃ plurima: & totis Babylonis atq; Orientis uiribus dimicauit. Volens itaq; Ptolemæus Philadelphus poſt multos annos moleſtũ finire certamen, filiam ſuã nomine Berenicen, Antiocho uxorẽ dedit: qui de priore uxore nomine Laodice, habebat duos filios: Seleucum, qui cognominatus eſt Callinicus: & alterũ Antiochũ. Deduxitq; eam uſq; Peluſium: & infinita auri & argẽti milia dotis nomine dedit. Vñ φερνοφόρος, id eſt dotalis appellatus eſt. Antiochus aũt Berenicẽ cõſortẽ regni habere ſe dicens: & Laodicen in cõcubinæ locũ, poſt multum tẽporis amore ſuperatus, Laodicen cum liberis ſuis reduxit in regiã. Quæ metuẽs ambigui uiri animũ ne Berenicen reduceret, uirum per miniſtros ueneno interfecit: Berenicẽ aũt cum filio qui ex Antiocho natus erat Icadioni & Genneo Antiochiæ principibus ocidẽdam tradidit: filiumq; ſuũ maiorẽ Seleucũ Callinicum in patris loco regem cõſtituit. Et hoc eſt quod nunc dicitur: Poſt multos annos Ptolemæus Philadelphus & Antiochus θεός faciunt amicitias: & filia Auſtri regis, hoc eſt, Ptolemæi ueniet ad regẽ Aquilonis, id eſt, ad Antiochũ, ut inter patrem ac uirum iungat amicitias. Et nõ poterit, inquit obtinere: nec ſemen illius ſtare in regno Syriæ: ſed & ipſa Berenice, & qui eam adduxerunt interficientur. Rex quoq; Antiochus qui cõfortabat eam, hoc eſt, per quẽ poterat præualere, ueneno uxoris occiſus
eſt

eſt. a ¶Et ſtabit de germine radicum &c.) Occiſa
E Berenice, & mortuo Ptolemæo Philadelpho patre
eius in Aegypto, frater illius & ipſe Ptolemæus co
gnomento Euergetes, tertius ſucceſſit in regnũ, de
plantatiõe & de germine radicis eius, eo ꝙ eſſet ger
manus: & uenit cũ exer-
citu magno, & ingreſſus
eſt ꝓuinciã regis Aquilo
nis, id eſt, Seleuci cogno-
mẽto Callinici: ꝗ cũ ma-
tre Laodicæ regnabat in
Syria: & abuſus eſt eis, &
obtinuit: intantũ ut Syriã
caperet & Ciliciã, ſupio-
resq; ptes trãs Euphratẽ
& propemodum uniuer
ſam Aſiã. Cũq; audiſſet ĩ
Aegypto ſeditionẽ mo-
ueri, diripiẽs regnũ Seleu
ci, quadraginta milia talẽ
torũ argenti tulit: & uaſa
precioſa ſimulacraq; deo
rũ, duo milia quingenta:
in ꝗbus erant & illa quæ
Cãbyſes capta Aegypto,
in Perſas portauerat. De
niq; gens Aegyptiorum
idololatriæ dedita: quia
F poſt multos annos deos
eorũ retulerat, Euergetẽ
eum appellauit: & Syriã
quidẽ ipſe obtinuit, Cili
ciã aũt amico ſuo Antio
cho gubernandam tradi
dit: & Xãtippo alteri du-
ci ꝓuincias trãs Euphra-
ten. b ¶Filij autẽ eius
ꝓuocabuntur &c.) Poſt
fugam & mortẽ Seleuci
Callinici, duo filij eius Seleucus cognomento Ce-
raunus, & Antiochus qui appellatus eſt magnus:
ꝓuocati ſpe uictoriæ & ultione parẽtis: exercitu cõ
gregato aduerſus Ptolemæum philopatorem arma
corripiunt. Cumq; Seleucus maior frater, tertio an
no imperij eſſet occiſus in Phrygia per dolum Ni-
canoris & Apaturij: exercitus ꝗ erat in Syria An-
tiochum fratrem eius cognomento Magnũ de Ba-
bylone uocauit ad regnũ. Et propterea nunc infert,
ꝙ duo quidẽ filij prouocati ſunt: & cõgregauerunt
multitudinẽ exercituũ plurimorꝫ. Sed ꝙ unus An-
tiochus Magnus uenerit de Babylone in Syriam
quæ eo tẽpore tenebatur à Ptolemæo philopatore
filio Euergetis: qui quartus regnauit in Aegypto.
Cumq; pugnaſſet aduerſum duces eius, imò ꝓdi-
tione Theodotij obtinuiſſet Syriam: quæ ꝑ ſucceſ-
ſionẽ iam à regibus Aegypti tenebatur, in tantã ue
nit audaciã cõtẽpta luxuria philopatoris et magicis
artibus, quibus inſeruire dicebatur: ut ultrò Aegy
ptijs bellũ conaretur inferre. c ¶Et ꝓuocatus rex

a Et ſtabit de germine radicũ eius plantatio: et
ueniet cum exercitu, & ingredietur ꝓuinciã
regis Aquilonis: & abutet̃ eis, & obtinebit:
Inſuper et deos eorꝫ & ſculptilia: uaſa quoq;
precioſa auri & argenti captiua ducet in Ae-
gyptũ: ipſe præualebit aduerſus regẽ Aquilo
nis. Et intrabit in regnũ rex Auſtri, & reuer-
b tetur in terrã ſuã. Filij autem eius ꝓuocabun
tur: & congregabunt multitudinem exerci-
tuum plurimorum: & ueniet properãs & in-
undans: & reuertetur & cõcitabitur: & egre-
dietur cũ robore eius: et exaltabitur cor eius.
c Et prouocatus rex Auſtri, egredietur & pu-
gnabit aduerſum regem Aquilonis: & præ-
parabit multitudinẽ nimiã: et dabitur multi-
tudo in manu eius. Et capiet multitudinẽ, et
exaltabitur cor eius: quia deijciet multa mi-
d lia, ſed non præualebit. Et conuertetur rex
Aquilonis, et præparabit multitudinẽ mul-
to maiorem ꝙ̃ prius: et in fine temporum
annorumq; ueniet, properans cum exerci-
tu magno et opibus nimijs. Et in tempori-
bus illis multi conſurgent aduerſum regem
e Auſtri. Filij quoq; præuaricatorum populi
tui extollentur ut impleant uiſionem et cor-
ruant

Auſtri &c.) Ptolemæus enim cognomẽto philopa
tor amiſſa Syria proditiõe Theodotij, congregauit
plurimã multitudinẽ: & ingreſſus eſt aduerſus An-
tiochũ Magnũ, quẽ nunc regẽ Aquilonis uocat: iu
xta ſitum Aegypti & Iudææ prouinciæ: idẽ ẽm lo-
cus ꝓ qualitate regionis,
alteri ad Auſtrũ, alteri ad
Aquilonẽ ſitus eſt. Ver-
bi gratia: Si de Iudæa di-
camus, Aegyptijs ad Aq
lonẽ, Syrijs ad Auſtrum
eſt. Inito ergo certamine
iuxta oppidum Raphiæ,
quod ĩ foribus Aegypti
eſt: omnẽ Antiochus ami
ſit exercitũ: & ꝑ deſerta
fugiens, penè captus eſt:
Cũq; cepiſſet Syriã, ad ex
tremũ fœdere & ꝗbuſdã
cõditiõibus pugna finita
eſt. Et hoc eſt qđ ſcriptu-
ra nũc dicit: Deijciet mul
ta milia Ptolemæus phi-
lopator, ſed nõ ꝓ̃ualebit,
Aduerſariũ ẽm ſuũ cape
nõ potuit. Quodq; ſeqt̃:
d ¶Et cõuertet̃ rex &c.)
Antiochũ Magnũ ſigni-
G ficat: ꝗ cõtẽpta Ptolemæi
philopatoris ignauia: eo
ꝙ deperiret Agathocleã
pſaltriã: fratrẽq; eius, &
ipſum Agathoclen habe
ret cõcubinũ: quẽ poſtea
Aegypti ducẽ cõſtituit,
incredibilẽ de ſuperiori-
bus locis Babylonis exer
citum congregauit. Et
Ptolemæo philopatore
mortuo, aduerſum filiũ eius, qui tũc quatuor anno-
rum erat, & uocabat̃ Ptolemæus ἐπιφανής rupto fœ-
dere mouit exercitũ. Tantæ ẽm diſſolutionis & ſu-
perbiæ Agathocles fuit, ut ſubditæ prius Aegypto
ꝓuinciæ rebellarent: ipſaq; Aegyptus ſeditionibus
uexaretur, Philippus quoq; rex Macedonũ & Ma-
gnus Antiochus pace facta, aduerſum Agathoclen
& Ptolemæũ epiphanẽ dimicarẽt: ſub hac conditio
ne, ut ꝓximas ciuitates regno ſuo ſinguli de regno
Ptolemæi iungerent. Et hoc eſt quod nũc dicit mul
tos cõſurgere aduerſus regẽ Auſtri, Ptolemæũ ſci-
licet epiphanem, qui erat ætate puerili. e ¶Filij
quoq; præuaricatorꝫ &c.) Pugnãtibus cõtra ſe Ma
gno Antiocho & ducibus Ptolemæi, in medio Iu-
dæa poſita in cõtraria ſtudia ſcindebatur: alijs An-
tiocho, alijs Ptolemæo fauentibus. Deniq; Onias ſa
cerdos aſſumptis Iudæorum plurimis fugit in Ae-
gyptũ: & à Ptolemæo honorifice ſuſceptus, accepit
eam regionem quæ Heliopoleos uocabatur: & cõ-
cedente rege, templum extruxit in Aegypto ſimile
templi



A templi Iudæorũ: quod permanſit uſq; ad imperium
Veſpaſiani: annis ducẽtis quinquaginta. Ipſa autẽ
urbs quæ uocabatur Onie: dimicãtibus poſtea ad-
uerſus Romanos Iudæis, ad ſolũ uſq; deleta eſt: &
neq; urbis neq; tẽpli ullum reſtat ueſtigiũ. Sub oc-
caſione igit̃ Oniæ põti-
ficis, infinita examina Iu
dæorũ Aegyptũ confu-
gerũt. Eo tẽpore & Cy-
renæorũ multitudine re
pleta eſt. Aſſerebat enim
Onias ſe Eſaiæ implere
Eſa.19.c uaticiniũ ſcribẽtis: Erit
altare dñi in Aegypto &
titulus dñi in terminis
eius. Et hoc eſt quod nũc
dicit: Filij præuaricato-
rum populi tui qui dere
liquerũt legẽ dñi: uolen
tes in alio loco præterq̃
iuſſum erat deo uictimas
immolare, extollẽtur in
ſuperbiã & uiſionẽ: hoc
eſt dñi præceptũ ſe im-
plere iactabũt. Sed cor-
ruent: quia & templũ &
urbs poſtea deſtruẽtur.
Cumq; Antiochus tene
ret Iudæam miſſus Sco-
pas Aetholi filius, dux
B Ptolemæi partiũ, aduerſus Antiochũ fortiter dimi
cauit: cepitq; Iudæam, & optimates Ptolemæi par-
tium ſecum abducens, in Aegyptum reuerſus eſt.
a ¶Et ueniet rex aqlonis & cõp. &c.) Antiochus
enim uolens Iudæã recuperare & Syriæ urbes plu
rimas: Scopam ducẽ Ptolemæi iuxta fontes Iorda-
nis, ubi nũc Paneas cõdita eſt, inito certamine fuga
uit, & cum decẽ milibus armatorũ obſedit clauſum
in Sidone. Ob quem liberãdũ miſit Ptolemæus du
ces inclytos Eropum & Menocleam & Damoxe-
num. Sed obſidionem ſoluere nõ potuit: donec fa-
me ſuperatus Scopas, manus dedit, & nudus cum
ſocijs dimiſſus eſt. Quodq; ait: Comportabit agge
rem: illud ſignificat, quod præſidiũ Scopæ in arce
Hieroſolymorũ adnitẽtibus Iudæis, multo tẽpore
oppugnarit, & ceperit alias urbes: quæ prius à Pto
lemæi partibus tenebant̃, Syriæ, Ciliciæ, & Lyciæ.
Eo enim tẽpore captæ ſunt Aphrodiſias & Soloẽ
& Zephyrion & Mallos & Anemurũ & Selenus
& Coraceſium & Coricus & Andriacæ & Limyra
& Patra & Xãthus: & ad extremũ Epheſus: de qui-
bus uniuerſis & Græca & Romana narrat hiſto-
ria. Quodq; intulit: Et ſtabit in terra inclyta & con
ſumetur ſiue perficiet̃ in manu eius. Terrã inclytã:
ſiue ut Lxx. interꝑ̃tati ſunt, uolũtatis, hoc eſt quæ
cõplaceat deo, Iudæã ſignificat & proprie Hieruſa
lem, in qua honorifice ſuſceptos eos qui partiũ Sco
pæ erant perſecutus eſt. Pro terra inclyta quod in-
terpretatus eſt Aquila: quẽ nos in hoc loco ſecuti

a ruant. Et ueniet rex aquilonis, & comporta-
bit aggerem & capiet urbes munitiſſimas,
& brachia auſtri non ſuſtinebunt: & conſur-
gent electi eius ad reſiſtendum & non erit for
titudo. Et faciet ueniens ſuper eum iuxta pla-
citum ſuum, & non erit qui ſtet contra faciem
eius: & ſtabit in terra inclyta, & conſumetur
b in manu eius. Et ponet faciem ſuam ut ueniat
ad tenendum uniuerſum regnum eius, & re-
cta faciet cum eo. Et filiã fœminarũ dabit ei,
c ut euertat illum: Et non ſtabit nec illius erit.
Et conuertet faciem ſuam ad inſulas: & ca-
piet multas, & ceſſare faciet principem oppro
brij ſui, & opprobrium eius conuertetur in
eum. Et conuertet faciem ſuam ad imperium
terræ ſuæ, & impinget & corruet & non inue
d nietur. Et ſtabit in loco eius uiliſſimus & in-
dignus decore regio, & in paucis diebus con-
teretur:

ſumus: Theodotio ipſum Hebraicũ uerbũ poſuit C צְבִי
σαβίμ: pro quo Symmachus, uertit terram fortitudi
nis. b ¶Et ponet faciem ſuam ut ue. &c.) Hoc eſt
Ptolemæum: ſiue illud, hoc eſt regnũ eius. Volens
Antiochus non ſolũ Syriam & Ciliciã & Lyciam
& alias prouincias quæ
Ptolemæi fuerãt partiũ
poſſidere: ſed in Aegy-
ptum quoq; regnũ ſuũ
extendere: filiã ſuã Cleo
patrã per Euclem Rho-
diũ ſeptimo anno regni
adoleſcẽtis deſpõdit Pto
lemæo, & tertiodecimo
anno tradidit: data ei do
tis nomine omni Cœle-
ſyria & Iudæa. Filiã aũt
fœminarũ per πλεοναςμὸν
uocat: ut eſt illud poëti-
cũ. Sic ore locuta eſt: Vo
cemq; his auribus hauſi.
c ¶Et non ſtabit nec il-
lius erit &c.) Neq; enim
obtinere potuit Aegy-
ptum: quia Ptolemæus
Epiphanes, & duces eius
ſentiẽtes dolum, cautius
ſe egerunt, & Cleopatra
magis uiri partes quàm
parẽtis fouit. Vnde uer-
D tit ſe ad Aſiam: & nauali certamine aduerſum plu-
rimas inſulas dimicãs: cepit Rhodum & Samum &
Colophonã & Phoceã & alias multas inſulas. Sed
occurrit ei L. Scipio Naſica cum fratre ſuo Publio
Scipione Aphricano: qui Hannibalẽ uicerat. Cum
ẽm cõſul Naſica frater Aphricani hebetioris eſſet
ingenij, & cõtra regem potẽtiſſimũ ſenatus ei bellũ
nollet credere, ſpontaneã legationẽ obtulit Aphri
canus pro fratris iniuria. Victus ergo Antiochus,
intra Taurum regnare iuſſus eſt, & inde fugit ad
Apamiam ac Suſam & ultimas regni ſui penetra-
uit urbes. Cũq; aduerſum Elimæos pugnaret, cum
omni eſt deletus exercitu. Et hoc eſt quod nũc ſcri
ptura dicit: quod multas inſulas ceperit, & uincẽte
Romano, regnum Aſiæ perdiderit: & opprobriũ
eius cõuerſum ſit in caput eius, & ad extremum de
Aſia fugiens, reuerſus ſit ad imperiũ terræ ſuæ &
impegerit atq; corruerit: & locus eius nõ ſit inuen
tus. d ¶Et ſtabit in loco eius uiliſſimus & indi-
gnus dec. &c.) Seleucum dicit cognomẽto Philopa
torem filiũ magni Antiochi, qui nihil dignum Sy-
riæ & patris geſſit imperio: & abſque ullis prælijs
inglorius perijt. Porrò Porphyrius nõ uult hunc
eſſe Seleucũ, ſed Ptolemæum Epiphanẽ, qui Seleu
co ſit molitus inſidias, & aduerſum eum exercitum
præpararit, & idcirco ueneno ſit interfectus à du-
cibus ſuis. Quod cum unus ab illo quæreret, tãtas
res moliens ubi haberet pecuniam: reſpondit, ſibi
amicos eſſe diuitias. Quod cum diuulgatum eſſet
Qq in po

E in populis, timuerunt duces ne auferret eorũ ſub=
ſtantiam,& idcirco eum maleficis artibus occide=
runt, Sed quomodo poteſt in loco magni Antio=
chi ſtare Ptolemæus qui hoc omnino non fecit: ma=
xime cum Lxx. interpretati ſunt,& ſtabit de radice
eius plantatio: id eſt, de
germine eius & ſemine,
percutiens dignitatẽ im
perij: et in paucis diebus
conteretur abſque ira &
prælio: Hebręi uiliſſimũ
& indignũ decore regio,
Triphonem intelligi uo
lunt: qui tutor pueri ar=
ripuit tyrannidẽ. a ¶Et
ſtabit in loco eius deſpe=
ctus,& non retribuetur
ei hon. reg. &c.) Hucuſ=
q; ordo hiſtoriæ ſe ſequi
tur: & inter Porphyriũ
ac noſtros nulla conten=
tio eſt, Cætera q̃ ſequun
tur uſq; ad finẽ uolumi=
nis: ille interpretatur ſuper perſona Antiochi qui
cognominatus eſt Epiphanes: frater Seleuci, filius
Antiochi magni: qui poſt Seleucum undecim an=
nis regnauit in Syria: obtinuitq; Iudæam, ſub quo
legis dei perſecutio & Machabæorum bella narran
F tur. Noſtri autẽ hæc omnia de antichriſto prophe=
tari arbitrantur: qui ultimo tempore futurus eſt.
Cumq; eis uideatur illud opponi: quare tantos in
medio dereliquerit ſermo propheticus, à Seleuco
uſque ad conſummationem mundi: reſpondent qđ
& in priori hiſtoria ubi de regibus Perſis diceba=
tur, quatuor tãtum reges poſt Cyrũ Perſarum po=
ſuerit: & multis in medio tranſilitis, repente uene=
rit ad Alexandrum regem Macedonum,& hãc eſſe
ſcripturæ ſanctę conſuetudinem: non uniuerſa nar
rare, ſed ea quæ maiora uideantur exponere. Cum
q; multa quæ poſtea lecturi & expoſituri ſumus, ſu
per Antiochi perſona conueniant: typum eum uo=
lunt antichriſti habere: & quæ in illo ex parte præ=
ceſſerint, in antichriſto ex toto eſſe complenda. Et
hunc eſſe morem ſcripturæ ſanctæ, ut futurorum
ueritatem præmittat in typis, iuxta illud quod de
domino ſaluatore in ſeptuageſimoprimo pſalmo
dicitur: qui prænotatur Salomonis: & omnia quæ
de eo dicuntur, Salomoni non ualent conuenire.
Neq; enim permanſit ille cum ſole & ante lunam ge
nerationis generationum: neq; dominatus eſt à ma
ri uſq; ad mare,& à flumine uſque ad terminos or
bis terrarum: nec omnes gentes ſeruierunt ei: neq;
ante ſolem permanſit nomen eius: nec benedictæ
ſunt in ipſo omnes tribus terræ: neq; omnes gẽtes
magnificauerunt eum. Ex parte autem & quaſi in
umbra & imagine ueritatis in Salomone præmiſſa
ſunt: ut in domino ſaluatore perfectius impleren=
tur. Sicut igitur ſaluator habet & Salomonẽ & cæ=
teros ſanctos in typum aduentus ſui: ſic & antichri

a teretur: non in furore nec in prælio. Et ſtabit
in loco eius deſpectus: & non tribuetur ei ho=
nor regius,& ueniet clam & obtinebit regnũ
in fraudulentia. Et brachia pugnantis expu=
gnabuntur à facie eius & conterentur: inſup
& dux fœderis. Et poſt amicitias cum eo fa=
ciet dolum,& aſcendet & ſuperabit in modi=
co populo. Et abundantes & uberes urbes in
gredietur,& faciet quę non fecerunt patres e=
ius & patres patrũ eius: rapinas & prædã &
diuitias eorum diſſipabit, & contra firmiſſi=
mas cogitationes inibit,& hoc uſq; ad tẽpus.
Et con

ſtus peſſimum regẽ Antiochum, qui ſanctos perſe G
cutus eſt templumq; uiolauit, recte typũ ſui habuiſ
ſe credendus eſt. Sequamur igitur expoſitionis or=
dinem: & iuxta utrãq; explanationem, quid aduer=
ſarijs, quid noſtris uideatur, breuiter annotemus.
Stabit, inquiunt, in loco
Seleuci frater eius Anti=
ochus Epiphanes: cui
primũ ab his qui in Sy=
ria Ptolemæo fauebant
nõ dabatur honor regi=
us: ſed poſtea ſimulatio=
ne clementię obtinuit re
gnum Syriæ. Et brachia
pugnantis Ptolemæi &
uniuerſa uaſtantis, expu
gnata ſunt à facie Antio
chi atq; cõtrita. Brachia
aũt fortitudinem uocat:
unde & manus appellat̃
exercitus multitudo. Et
nõ ſolum ait Ptolemæũ
uicit fraudulẽtia, ſed du=
cem quoq; fœderis: hoc eſt Iudam Machabæum ſu
perauit dolis. Siue qđ dicit hoc eſt: Cum ipſe obtu=
liſſet pacẽ Ptolemæo: & fuiſſet dux fœderis: poſtea
eſt ei molitus inſidias. Ptolemæum aũt hic nõ Epi=
phanem ſignificat: qui quintus regnauit in Aegy= H
pto: ſed Ptolemæum Philometorem, filiũ Cleopa=
træ ſororis Antiochi: cuius hic auunculus fuit. Et
cum poſt mortẽ Cleopatræ Eulaius eunuchus nu=
tritius Philometoris et Leneus Aegyptũ regerent:
& repeterent Syriã quam Antiochus fraude occu=
pauerat: ortũ eſt inter auunculum & puerum Pto=
lemæum præliũ. Cumq; inter Peluſium & montem
Caſiũ cõmiſiſſent: uicti ſunt duces Ptolomæi. Por=
rò Antiochus parcẽs puero & amcitias ſimulans,
aſcẽdit Memphim,& ibi ex more Aegypti regnũ
accipiens: puerisq; rebus ſe prouidere dicens, cũ mo
dico populo oẽm Aegyptum ſubiugauit ſibi: & a=
bundãtes atq; uberrimas ingreſſus eſt ciuitates. Fe
citq; quæ nõ fecerunt patres eius & patres patrum
illius. Nullus eñ regũ Syriæ ita uaſtauit Aegyptũ:
& om̃es eorũ diuitias diſſipauit: et tam callidus fuit,
ut prudẽtes cogitationes eorum qui duces pueri
erant, ſua fraude ſubuerteret. Hæc Porphyrius ſe=
quens Suctoriũ, ſermone latiſſimo proſecutus eſt:
quæ nos breui compendio diximus. Noſtri autem
& melius interpretãtur & rectius: quod in fine mũ=
di hæc ſit facturus antichriſtus: qui conſurgere ha=
bet de modica gente: id eſt, de populo Iudæorum:
& tam humilis erit atq; deſpectus, ut ei non detur
honor regius,& per inſidias & fraudulentiam obti=
neat principatum: & brachia pugnãtis populi Ro=
mani, expugnent̃ ab eo & cõterantur. Et hoc faciet
quia ſimulabit ſe ducẽ eſſe fœderis: hoc eſt legis &
teſtamẽti dei. Et ingredietur urbes ditiſſimas, & fa=
ciet quæ nõ fecerunt patres eius,& patres patrum
illius. Nullus eñ Iudæorũ abſq; antichriſto in toto
unq;



A unquàm orbe regnauit,& contra firmiſſimas cogi
tationes ſanctorum inibit conſilium: facietq; uni=
uerſa uſq; ad tempus: donec eum dei uoluntas face
re iſta permiſerit. a ¶Et concitabitur fortitudo
eius & cor eius aduerſus regẽ auſt. &c.) Hæc Por=
phyrius interpretat̃ de
Antiocho, qui aduerſus
Ptolemæum ſororis ſuæ
filium profectus eſt cum
exercitu magno. Sed &
rex auſtri, id eſt, duces
Ptolemæi prouocabun=
tur ad bellũ multis auxi
lijs & fortibus nimis,&
non poterunt reſiſtere
Antiochi cõſilijs fraudu
lẽtis: qui ſimulabit pacẽ
cum ſororis filio,& co=
medet cum eo panem,&
poſtea occupabit Aegy
ptum. Noſtri autem ſe=
cundum ſuperiorem ſen
ſum interpretant̃ omnia
de antichriſto, qui naſci=
turus eſt de populo Iu=
dæorum, & de Baby=
lone uenturus, primum
ſuperaturus eſt regem
B Aegypti: qui eſt unus de
tribus cornibus de qui=
bus antea iam diximus.
b ¶Duorum quoq; re=
gum cor erit ut male fa=
ciant &c.) Nulli dubium
eſt quin Antiochus pa=
cem cum Ptolemæo fecerit,& inierit cum eo cõui=
uium & dolos machinatus ſit, & nihil profecerit
quia regnum eius non potuerit obtinere, ſed à mi=
litibus Ptolemæi eiectus ſit. Verũ ex eo quia ſcri=
ptura nũc dicit duos fuiſſe reges, quorum cor fue=
rit fraudulentum ut ſibi mutuo malefacerent: hoc
ſecundum hiſtoriã non poteſt demonſtrari. Ptole=
mæus enim paruus ætatę erat,& deceptus Antio=
chi fraude, illi malũ cogitare quid potuit: Vnde uo
lunt noſtri hæc omnia referre ad antichriſtum &
ad regem Aegypti: quem primũ ſuperaturus eſt.
c ¶Et cor eius aduerſum teſtamentum ſanct. &c.)
Siue ut alius interpretatus eſt: & comminabuntur
ei. Et Græca & Romana narrat hiſtoria: poſtquàm
reuerſus eſt Antiochus expulſus ab Aegyptijs, ue
niſſe eum in Iudæam: hoc eſt aduerſus teſtamẽtum
ſanctum,& ſpoliaſſe templum & auri tuliſſe quàm
plurimum: poſitoq; in arce præſidio Macedonum:
reuerſum in terram ſuam. Et poſt bienniũ rurſum
contra Ptolemæum exercitũ cõgregaſſe & ueniſſe
ad auſtrũ. Cumq; duo fratres Ptolemæi Cleopatræ
filij: quorum auunculus erat, obſiderẽtur Alexan=
driæ: legatos ueniſſe Romanos: quorũ unus Mar=
cus Popilius Lenas: cum eum ſtãtem inueniſſet in

a Et cõncitabitur fortitudo eius & cor eius ad=
uerſus regem auſtri in exercitu magno. Et rex
auſtri prouocabitur ad bellum multis auxi=
lijs & fortibus nimis: & non ſtabunt, quia ini=
bunt aduerſum eum cõſilia. Et comedẽtes pa
nem cum eo conterent eum: exercitusq; eius
b opprimetur,& cadẽt interfecti plurimi. Duo=
rum quoq; regum cor erit ut male faciant,&
ad menſam unam mendacium loquentur,&
non proficiẽt: quia adhuc finis in aliud tẽpus.
Et reuertetur in terrã ſuam cum opibus mul=
c tis. Et cor eius aduerſum teſtamẽtum ſanctũ,
& faciet & reuertetur in terram ſuam. Statuto
tempore reuertetur & ueniet ad auſtrum: &
non erit priori ſimile nouiſſimum. Et uenient
ſuper eum trieres & Romani & percutietur.
d Et reuertetur & indignabitur cõtra teſtamen=
tum ſanctuarij,& faciet ac reuertetur & cogi=
tabit de his qui dereliquerunt teſtamentũ ſan
e ctuarij. Et brachia ex eo ſtabunt & polluent
ſanctuarium fortitudinis: & auferent iuge ſa=
crificium,& dabunt abominationem in deſo=
lationem.

littore,& ſenatus conſultum dediſſet: quo iubeba= C
tur ab amicis populi Romani recedere & ſuo impe
rio eſſe cõtentus,& ille ad amicorum reſpõſionem
cõſilium diſtuliſſet: orbem dicitur feciſſe in arenis
baculo quem tenebat in manu,& circunſcripſiſſe
regem atq; dixiſſe: Sena=
tus & populus Roma=
nus præcipiũt ut in iſto
loco reſpõdeas quid cõſi
lij geras. Quibus dictis
ille perterritus ait: Si hoc
placet ſenatui & populo
Romano recedendũ eſt:
atq; ita ſtatim mouit ex=
ercitum. Percuſſus autẽ
dicitur eſſe, nõ quod in=
terierit, ſed quod omnẽ
arrogãtiæ perdiderit ma
gnitudinem. De antichri
ſto nullus ambigit quin
pugnaturus ſit aduerſus
teſtamentũ ſanctum: &
primũ cõtra regẽ Aegy
pti dimicãs, Romanorũ
pro eius auxilio terreat̃.
Hæc aũt ſub Antiocho
Epiphane in imagine
præceſſerunt, ut rex ſce=
leratiſſimus qui perſecu D
tus eſt populũ dei præfi
guret antichriſtum, qui
Chriſti populũ perſecu
turus eſt. Vnde multi no
ſtrorũ putãt ob ſæuitiæ
& turpitudinis magnitu
dinem, Domicianum Neronem antichriſtum fore.
d ¶Et reuertetur & indignabitur cõtra teſt. &c.)
Hæc plenius in Machabæorũ geſtis legimus: quod *1. Mach. 1. b*
poſtq; eum de Aegypto pepulerunt Romani: indi
gnans uenerit cõtra teſtamentum ſanctuarij,& ab
his inuitatus ſit qui dereliquerant legẽ dei,& ſe ce=
remonijs miſcuerãt ethnicorũ. Quod plenius com
plendum eſt ſub antichriſto, qui indignabitur con
tra teſtamentum dei, & cogitabit aduerſum illos
quos uult legẽ dei derelinquere. Vnde ſignifican=
tius interpretatus eſt Aquila: Et cogitabit ut deſe
ratur pactum ſanctuarij. e ¶Et brachia ex eo ſta
bunt & polluent ſanctuarium fortitud. &c.) Pro
brachijs alius interpretatus eſt ſemina, ut ſignifica=
ret ſtirpem atq; progeniem. Volunt aũt eos ſignifi
cari qui ab Antiocho miſſi ſunt poſt bienniũ quàm
templũ expoliauerat, ut tributa exigerẽt à Iudæis,
& auferrent cultum dei: & in templo Hieruſalem,
Iouis Olympij ſimulacrũ,& Antiochi ſtatuas po=
nerent: quas nunc abominationẽ deſolationis uo=
cat: quando ablatũ eſt holocauſtũ & iuge ſacrificiũ.
Quæ uniuerſa in typo antichriſti, noſtri præceſſiſ=
ſe cõtendunt: qui ſeſſurus eſt in templo dei & ſe fa=
cturus ut deũ. Iudæi aũt hoc nec de Antiocho Epi
Qq 2 phane:

E phane: nec de antichriſto ſed de Romanis intelligi uolunt, de quibus ſupra dictum eſt: Et uenient trieres ſiue Itali atq; Romani & humiliabit. Poſt multa, inquit, tẽpora de ipſis Romanis qui Ptolemæo uenere auxilio, & Antiocho cõminati ſunt: cõſurget rex Veſpaſianus: ſurgent brachia eius, & ſemina Titus filius cum exercitu: & polluẽt ſanctuariũ: auferentq; iuge ſacrificiũ, & templũ tradent æternæ ſolitudini. כתים quippe & ציים quos nos trieres & Romanos interp̃tati ſumus: Hebræi Italos uolũt intelligi atque Romanos. *Supra eodẽ. Num. 24. d*

a ¶Et impij in teſtamẽtum ſimula. &c.) Et hoc in Machabæis legimus, quod quidam ſimulauerint ſe legis dei eſſe cuſtodes, & poſtea cum gentibus pactum fecerint: alij uero permãſerint in religione, quod & antichriſti temporibus futurum arbitror, quando refrigeſcet Charitas multorũ. De *Matth. 24. b* quibus dominus loquitur in euangelio: Putas F filius hominis ueniẽs inueniet fidem ſuper terram?

b ¶Et docti in populo docebũt plur. &c.) Quãta Iudæi ab Antiocho paſſi ſunt, Machabæorũ libri referunt, & triumphi eorum teſtimonio ſunt: qui pro cuſtodia legis dei flãmas, & gladios, & ſeruitutem, & rapinas, & pœnas ultimas ſuſtinuerũt. Quæ futura nemo dubitet ſub antichriſto, multis reſiſtẽtibus potẽtiæ eius & in diuerſa fugientibus. Quæ Hebræi in ultima euerſione tẽpli quæ ſub Veſpaſiano & Tito accidit interpretãtur: fuiſſe plurimos de populo qui ſcirẽt dominũ ſuum, & pro cuſtodia legis eius interfecti ſunt.

c ¶Cumq; corruerint ſubleuabũtur auxilio par. &c.) Paruulum auxiliũ, *1. Mach. 2. d* Matthathiam ſignificari arbitratur Porphyrius de mõte Modin, qui aduerſum duces Antiochi rebellauit, & cultũ ueri dei ſeruare conatus eſt. Paruum autẽ, inquit, auxiliũ uocat, quia occiſus eſt in prælio Matthathias: & poſtea Iudas filius eius qui uocabatur Machabæus pugnãs cecidit: & cæteri fratres eius aduerſariorum fraude decepti ſunt. Lege Machabæorũ libros. Hæc, ait, omnia idcirco ſunt facta, ut probẽtur & eligãtur ſancti & dealbentur uſq; ad tẽpus præfinitũ: quia in aliud tẽpus erat dilata uictoria. Sub antichriſto paruũ auxiliũ noſtri intelligi uolũt, quia cõgregati ſancti reſiſtunt ei, & utentur auxilio paruulo, & poſtea de eruditis corruent plurimi. Et hoc fiet ut quaſi cõflentur in fornace & dealbẽtur & eligãtur donec ueniat tempus præfinitũ: q̃a uera uictoria in aduẽtu Chriſti erit. Hebræorum quidam hæc de Seuero & Antonino G principibus intelligunt: qui Iudæos plurimũ dilexerũt. Alij uero de Iuliano imperatore: quod quãdo oppreſſi fuerint à Caio Cæſare & in captiuitatis anguſtijs multa perpeſſi, ille conſurgat: Iudæos amare ſe ſimulãs, & in tẽplo eorum immolaturũ ſe eſſe promittens: in quo paruã ſpem auxilij habebunt, & applicabũtur illis gẽtiliũ plurimi, nõ in ueritate, ſed in mẽdacio. Pro idolorũ enim cultu, eius ſimulabunt amicitias. Et hoc faciẽt ut qui probati ſunt, manifeſti fiant. Tẽpus enim ueræ *1. Cor. 11. d* ſalutis eorũ & auxilij futurũ eſſe Chriſtũ quẽ falſo putãt eſſe uenturũ: cũ ſint recepturi antichriſtum.

d ¶Et faciet iuxta uolun. &c.) Siue ut alius interp̃tatus eſt: in ipſo enim erit cõſummatio. Ab hoc loco Iudæi dici de antichriſto putãt quod poſt Iuliani paruũ auxilium ſurrecturus ſit rex qui faciat iuxta uolũtatẽ ſuam, & eleuetur contra omne quod dicit̃ deus, & aduerſum deũ deorũ H loquatur magnifica: ita ut ſedeat in templo dei: & ſeipſum faciat deũ, & dirigatur uolũtas eius donec compleatur ira dei, quia in ipſo erit cõſummatio. Quod quidem & nos de antichriſto intelligimus. Porphyrius aũt & cæteri qui ſequũtur eum de Antiocho Epiphane dici arbitrantur, quod erectus ſit cõtra cultum dei, & in tantã ſuperbiã uenerit: ut in tẽplo Hieroſolymis ſimulacrũ ſuum poni iuſſerit. Quodq; ſequit̃: & diriget donec cõpleat̃ ira: quia in ipſo erit cõſummatio: ſic intelligũt, tam diu eũ poſſe donec iraſcatur ei deus, & ipſum interfici iubeat. Siquidem Polybius & Diodorus qui bibliotecarũ ſcribũt hiſtorias, narrãt eum nõ ſolũ contra deũ feciſſe Iudææ: ſed auariciæ facibus accẽſum, etiã templũ Dianæ in Elimaide quod erat ditiſſimũ ſpoliare conatũ: oppreſſumq; à cuſtodibus tẽpli, & uicinis circũ gẽtibus, & quibuſdã phãtaſijs atq; erroribus uerſum in amẽtiã: ac poſtremũ morbo interijſſe, & hoc ei accidiſſe cõmemorãt quia tẽplũ Dianæ uiolare conatus ſit. Nos aũt dicimus etiam ſi acciderit ei, ideo accidiſſe, quia in ſanctos dei multã exercuerit crudelitatẽ, & pollueritt tẽplũ eius. Nõ enim pro eo quod conatus eſt facere, & acta pœnitẽtia deſiuit implere, ſed pro eo quod fecit punitus eſſe crẽdẽdus eſt.

e ¶Et deum patrũ ſuorũ non rep. &c.) Pro eo quod nos interpretati ſumus, & erit in concupiſcẽtijs fœminarum: LXX. trãſtulerunt, & concupiſcentijs mulierum non ſubiacebit. Rurſum pro deo מעזים, quod habebatur in Hebraico, Aquila trãſtulit, deum fortitudinũ: LXX. deum fortiſſimũ.

a lationem. Et impij in teſtãmentũ ſimulabunt fraudulẽter. Populus aũt ſciens deum ſuum, b obtinebit & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio & in flãma & in captiuitate & in rapina dierum. Cumq; c corruerint ſubleuabuntur auxilio paruulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent ut conflentur & eligãtur & dealbentur uſque ad tempus præfinitum, d quia adhuc aliud tempus erit. Et faciẽt iuxta uoluntatem ſuam rex, & eleuabitur & magnificabitur aduerſum omnem deum, & aduerſum deum deorum loquetur magnifica: & diriget donec compleatur ira: perpetrata e quippe diffinitio eſt. Et deum patrum ſuorum non reputabit, & erit in concupiſcentijs fœminarũ:



A Quia uero in Hebraico pro eo quod nos diximus: & erit in cõcupiſcentijs fœminarũ, ambigue poſitũ eſt: dicente Aquila qui uerbum expreſſit è uerbo: καὶ ἐπὶ θεὸν τῶν πατέρων αὐτοῦ οὐ συνήσει, καὶ ἐπιθυμίαν γυναικῶν, καὶ ἐπὶ πάντα θεὸν οὐ συνήσει: id eſt, & ſuper deum patrum ſuorum non intelliget, & ſuper cõcupiſcentiã fœminarũ, & ſuper omnẽ deum non intelliget. Quibus uerbis intelligitur habere eum cõcupiſcentiã fœminarũ & non habere. Si legerimus & intellexerimus ἀπὸ κοινοῦ, & ſuper concupiſcentiam fœminarum nõ intelliget: de antichriſto facilior interpretatio eſt: quod ideo ſimulet caſtitatem ut plurimos decipiat. Sin autẽ ita legerimus, & ſuper concupiſcentiam fœminarum: ut ſubaudiatur erit: Antiochi perſonæ magis coaptabitur qui luxurioſiſſimus fuiſſe dicitur, & in tantum dedecus per ſtupra & corruptelas ueniſſe regię dignitatis: ut mimis quoq; & B ſcortis publice iũgeretur, & libidinem ſuã populo præſente compleret. Deum Mauzim ridicule Porphyrius interpretatus eſt, ut diceret in uico Modin, unde fuit Matthathias & filij eius, Antiochi duces, Iouis poſuiſſe ſtatuã: & cõpuliſſe Iudæos: ut ei uictimas immolarent: id eſt, deo Modin. Quod autem ſequitur, & deum quem ignorauerunt patres eius colet: hoc magis antichriſto quàm Antiocho conuenit: Legimus enim Antiochum idolorum Græciæ habuiſſe cultum, & Iudæos atq; Samaritas ad uenerationem ſuorum deorum cõpuliſſe. Necnon & hoc quod infert: & faciet ut muniat Mauzim cum deo alieno quem cognouit: & multiplicabit gloriã, & dabit eis poteſtatem in multis & terrã diuidet gratuito: Theodotio ita interpretatus eſt: Et aget hæc ut muniat præſidia cum deo alieno: & cũ eis oſtenderit, multiplicabit honorẽ, & dominari eos multis faciet, & terrã diuidet gratis. Pro præſidijs, confugia interpretatus eſt Symmachus: quod Porphyrius ita ediſſerit: faciet hæc omnia ut muniat arcem Hieruſalem, & in cæteris urbibus ponat præſidia, & Iudæos doceat adorare deum alienum: haud dubium quin Iouem ſignificet. Quem cum illis oſtenderit & adorandũ eſſe perſuaſerit: tunc dabit deceptis honorem & gloriam plurimam: & faciet cæteris qui in Iudæa fuerint dominari, & pro præuaricatione poſſeſſiones diuidet & dona diſtribuet. C Antichriſtus quoq; multa deceptis munera largietur, & terram ſuo exercitui diuidet: quoſq; terrore nõ quiuerit, ſubiugabit auaricia.

a ¶Et in tẽpore præfinito præliabitur aduerſum eũ rex auſtri &c.) Pro quo interpretatus eſt Symmachus, & multa milia corruent: Theodotio, & multi infirmabuntur. Multas autẽ corruere iuxta Aquilã uel urbes uel regiões uel prouincias intellige. Et hæc Porphyrius ad Antiochũ refert: quod undecimo anno regni ſui rurſus cõtra ſororis filium Ptolemæum Philometorem dimicauerit: Qui audiens uenire Antiochũ, cõgregauit multa populorum milia. Sed Antiochus quaſi tempeſtas ualida in curribus & in equitibus & in claſſe magna ingreſſus ſit terras plurimas, & tranſeundo uniuerſa uaſtauerit: ueneritq; ad terrã inclytã: id eſt Iudææ̃: quam Symmachus terrã fortitudinis interpretatus eſt: pro D qua Theodotio ipſum uerbum Hebraicum poſuit צבי & arcem munierit de ruinis murorum ciuitatis, & ſic perrexerit Aegyptum. Noſtri aũt ad antichriſtum & iſta referentes, dicunt quod primũ pugnaturus ſit contra regẽ auſtri: id eſt, Aegypti, & poſtea Libyas & Aethiopas ſuperaturus: quæ de decẽ cornibus tria cõtrita cornua ſupra legimus, & quia uenturus ſit in terrã Iſraẽl & multæ ei uel urbes uel prouinciæ daturæ manus.

b ¶Hæ aũt ſolæ ſaluabũtur de manibus eius, Edom & Moab & principium fil. &c.) Antiochus, aiunt, feſtinãs cõtra Ptolemæum regẽ auſtri, Idumæos & Moabitas & Ammonitas qui ex latere Iudeæ erãt non tetigit: ne occupatus alio prælio, Ptolemæũ redderet fortiorẽ. Antichriſtus quoq; Idumæam & Moabitas ac filios Ammon: id eſt, Arabiã relinquet intactam: quia illuc ſancti ad deſerta cõfugient.

c ¶Et mittet manum ſuam in terras, & terra Aegypti nõ effugiet, & dominabitur theſau. &c.) Hæc Antiochũ ex parte feciſſẽ legimus. Sed quod ſequitur, per Libyas & Aethiopias tranſibit: magis noſtri aſſerũt antichriſto conuenire. Antiochus enim Libyã quã pleriq; Aphricam intelligunt, Aethiopiamq; non tenuit: niſi forte quia in ipſo climate ſunt prouinciæ Aegypti & lõge per deſerta uicinæ: captis Aegyptijs etiã iſtæ prouinciæ conturbatæ ſint. Vnde non dicit quod ceperit eas: ſed per Libyas Aethiopiaſq; trãſierit.

fœminarum, nec quenquàm deorum curabit, quia aduerſum uniuerſa cõſurget. Deum autem Mauzim in loco ſuo uenerabitur: & deũ quem ignorauerunt patres eius colet, auro & argento & lapide precioſo, rebuſq; precioſis. Et faciet ut muniat Mauzim cum deo alieno quem cognouit: & multiplicabit gloriã & dabit eis poteſtatem in multis & terram diuidet a gratuito. Et in tempôre præfinito prçliabitur aduerſum eum rex auſtri: & quaſi tempeſtas ueniet contra illum rex aquilonis in curribus & in equitibus & in claſſe magna: & ingredietur terras & cõteret & pertranſiet. Et introibit in terram glorioſam & multi corruent. Hæ b autem ſolæ ſaluabuntur de manibus eius, Edom & Moab & principium filiorum Am c mon. Et mittẽt manum ſuam in terras, & terra Aegypti non effugiet, & dominabitur theſaurorum auri atque argenti & in omnibus precioſis Aegypti. Per Libyas quoque & Aethiopias

a Aethiopias trãſibit. Et famã turbabit eum ab oriẽte & ab aquilone. Et ueniet in multitudine magna ut conterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum ſuum in Apadno; inter duo maria ſuper montem inclytum & ſanctum: & ueniet uſque ad ſummitatem eius & nemo auxiliabitur ei.

Cap. XII.

In tempore

E a ¶Et fama turbabit eum ab oriẽte & ab aq, &c.) Et in hoc loco Porphyrius tale neſcio quid de Antiocho ſomniat: Pugnãs, inquit, cõtra Aegyptios, & Libyas Aethiopiasq; pertrãſiens: audiet ſibi ab aquilone & ab oriente prælia concitari; unde & regrediens capit Aradios reſiſtentes, & omnem in littore Phœnicis uaſtauit prouinciam. Confeſtimq; pergit ad Artaxiã regẽ Armeniæ, qui de oriẽtis partibus mouebat; & interfectis plurimis de eius exercitu, ponet tabernaculũ ſuũ in loco Apadno, qui inter duo latiſſima ſitus eſt flumina, Tigrim & Euphraten. Cumq; hucuſq; proceſſerit, in quo monte inclyto ſederit & ſancto, dicere non poteſt; quanq; inter duo maria eum ſediſſe probare non poteſt: & ſtultum ſit duo Meſopotamiæ flumina, duo maria interpretari. Mõtem aũt inclytũ idcirco præterijt: quia ſecutus eſt Theodotionis interpretationem, qui ait: inter media maria ſuper montem Sabin ſanctum. Cumq; Sabin nomen montis uel Armeniæ uel Meſopotamiæ putet: quare ſit ſanctus dicere nõ poteſt: etiã hac licentia mentiẽdi, poſſumus nos addere quod ille cõticuit: ſanctum dici montẽ, quia
F iuxta errorem Armeniorum ſit idolis cõſecratus. Et ueniet, inquit, uſq; ad ſummitatem ipſius mõtis in Elimaide prouincia; quæ eſt ultima Perſarũ ad orientẽ regio: ibiq; uolens templum Dianæ ſpoliare, quod infinita donaria habebat: fugatus à barbaris eſt: qui mira ueneratione phanum illud ſuſpiciebant, & mortuus eſt mœrore cõſumptus in Tabes oppido Perſidis. Hæc ille in ſugillationem noſtri, artificioſiſſimo ſermone cõpoſuit: quæ etiã ſi potuerit approbare, nõ de antichriſto dicta ſed de Antiocho, quid ad nos: qui nõ ex omnibus ſcripturarum locis Chriſti probamus aduentũ, & antichriſti mendacium; Pone enim hæc dici de Antiocho: quid nocet religioni noſtræ; Nunquid & in ſuperiori uiſione ubi in Antiocho prophetia cõſummata eſt, aliquid de antichriſto dicitur; Dimittat itaq; dubia; & in manifeſtis hæreat: dicatq; quis ſit ille lapis, qui de mõte abſciſſus ſine manibus, creuerit in mõtem magnũ, & orbem impleuerit, & quadriformem imaginem cõtriuerit: qui ſit ille filius hominis qui cum nubibus uenturus ſit, & ſtaturus ante uetuſtũ dierum, & dandũ ſit ei regnũ quod nullo fine claudatur: omneſq; populi, tribus ac linguæ, ipſi ſeruituri ſint. Hæc quæ manifeſta ſunt pterit, & de Iudæis aſſerit prophetari: quos uſq; hodie ſeruire cognoſcimus. Et dicit eum qui ſub nomine Danielis ſcripſit librum, ad refocillandã ſpem ſuorum fuiſſe mentitũ. Non quo omnem hiſtoriã futuram noſſe potuerit, ſed quo iam facta memoraret, & in ultimæ uiſionis calumnijs immoratur, flumina ponens pro mari: & mõtem inclytum & ſan-
G ctum Apadno, quem ubi legerit: nullã poteſt proferre hiſtoriã. Noſtri autem extremum uiſionis huius capitulum ſuper antichriſto ſic exponũt, quod pugnans contra Aegyptios Libyaſq; & Aethiopias, & tria cornua de decem cornibus cõterens: auditurus ſit de aquilonis & de orientis partibus, aduerſum ſe bella cõſurgere, quod ueniẽs cũ magna multitudine ut conterat & interficiat plurimos, figat tabernaculũ ſuum in Apadno iuxta Nicopolim: quæ prius Emaus uocabat: ubi incipiũt Iudææ prouinciæ montana conſurgere. Deniq; inde ſe erigens uſque ad montem Oliueti, Hieroſolymorum regio aſcenditur, & hoc eſſe quod nũc ſcriptura dicit: Et cum fixerit tabernaculum ſuum in mõtanæ prouinciæ radicibus inter duo maria; mare uidelicet quod nũc appellatur mortuum ab oriente, & mare magnum in cuius littore Cæſaria, Ioppe, Aſcalon, & Gaza ſitæ ſunt. Tunc ueniet uſq; ad ſummitatem montis eius: hoc eſt montanæ prouinciæ, id eſt, uerticem montis Oliueti: qui inclytus uocatur: quia ex eo dominus atq; ſaluator aſcendit ad patrem, & nullus antichriſto poterit auxiliari contra ſe domino
H ſæuiente. Et aſſerunt ibi antichriſtum eſſe periturum unde dominus aſcẽdit ad cœlos. Apadno uerbum cõpoſitũ eſt: quod ſi diuidas intelligi poteſt θρόνου αὐτοῦ, id eſt, ſolij ſui. Et eſt ſenſus: Et figet tabernaculum ſuum & thronum ſuum inter maria ſuper montem inclytum & ſanctum. Hunc locum Symmachus ita interpretatus eſt: καὶ ἐκτενεῖ τὰς σκηνὰς τοῦ ἱπποστασίου αὐτοῦ μεταξὺ τῶν θαλασσῶν εἰς τὸ ὄρος τῆς δυνάμεως τὸ ἅγιον, καὶ ἥξει ἕως ἄκρου αὐτοῦ, quod in Latino ſonat: & extendet papiliones equitatus ſui inter maria, ſuper montem fortitudinis ſanctum, & ueniet uſq; ad uerticem montis. Theodotio uero ſic uertit: καὶ πήξει τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν ἀφαδανῷ, ἀνὰ μέσον τῶν θαλασσῶν ἐπ᾽ ὄρος σαβὶν ἅγιον, καὶ ἥξει ἕως μέρους αὐτοῦ, id eſt: & figet tabernaculum ſuum in Aphadano inter maria in monte Sabin ſancto, & ueniet uſq; ad partem eius. Aquila ita: Et plantabit tabernaculum prætorij ſui in ἀφαδανῷ inter maria: in monte Sabin glorioſo & ſancto, & ueniet uſq; ad finem eius. Soli LXX. omni ſe nominis quæſtione liberãtes, interpretati ſunt: Et ſtatuet tabernaculum ſuum tũc inter maria & montem uoluntatis ſanctum, & ueniet hora conſummationis eius. Quos Apollinarius ſecutus de nomine Apadno omnino cõticuit. Hoc ideo prolixius poſui, ut & Porphyrij oſtendã calumniam: qui hæc omnia ignorauit, aut neſcire ſe finxit, & ſcripturæ ſanctæ difficultatẽ, cuius intelligentiã abſq; dei gratia & doctrina maiorũ ſibi imperitiſſimi uel maxime uendicant. Notandum autem quod p literã Hebræus ſermo nõ habeat, ſed pro ipſa utatur פ, cuius uim Græcum φ ſonat. [margin: אַפַּדְנוֹ]

In iſto



a IN tempore autem illo conſurget Michaël princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi tui: & ueniet tempus quale non fuit ex eo quo gentes eſſe cœperunt uſque ad tempus illud. Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus: omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in uitã æternam: & alij in opprobrium, ut uideant ſemper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſticiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternita-
b tes. Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum uſque ad tempus ſtatutum. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia.

Et uidi

A In iſto tantum loco apud Hebræos ſcribatur quidem פ ſed legatur p. Quod autem antichriſtus ueniat uſq; ad ſummitatem montis ſancti & inclyti: & ibi pereat, Eſaias plenius loquitur: Præcipitabit dominus in monte ſancto faciem dominatoris tenebrarum ſuper omnes gẽtes, & eũ qui dominat cũctis populis: & unctionem quæ uncta eſt contra uniuerſas nationes.

Cap. XII.

IN tẽpore aũt illo conſurget Michaël princeps magnus, qui &c.) Hactenus Porphyrius utcunq; ſe tenuit: & tam noſtrorum imperitis, q; ſuorũ male eruditis impoſuit. De hoc capitulo quid dicturus eſt: in quo mortuorum deſcribitur reſurrectio: alijs ſuſcitatis in uitam æternam: & alijs in opprobriũ ſempiternum; Nec poteſt dicere qui fuerint ſub Antiocho fulgentes quaſi ſplendor firmamenti, & alij quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Sed quid nõ facit pertinacia; Quaſi cõtritus coluber eleuat ca-
B put: & moriturus in eos qui morituri ſunt uenena diffundit. Et hoc, inquit, de Antiocho ſcriptũ eſt: qui uadens in Perſidem, Lyſiæ qui Antiochiæ & Phœniciæ præerat, reliquit exercitũ, ut aduerſum Iudæos pugnaret: urbemq; eorũ Hieruſalẽ ſubuerteret: quæ omnia narrat Ioſephus hiſtoriæ autor Hebrææ: quod talis fuerit tribulatio, qualis nunq;, & tempus aduenerit quale nõ fuit ex quo gentes eſſe cœperũt uſq; ad illud tempus. Reddita autem uictoria & cæſis Antiochi ducibus, ipſoq; Antiocho in Perſide mortuo: ſaluatus eſt populus Iſraël: omnes qui ſcripti erãt in libro dei: hoc eſt qui legẽ fortiſſime defenderunt, & ecõtrario qui deleti ſunt de libro: hoc eſt qui præuaricatores extiterunt legis, & Antiochi fuerunt partium. Tunc, ait, hi qui quaſi in terræ puluere dormiebãt: & operti erant malorũ pondere, & quaſi in ſepulchris miſeriarum reconditi, ad inſperatã uictoriam de terræ puluere ſurrexerunt: & de humo eleuauerunt caput, cuſtodes legis reſurgẽtes in uitam æternam, & præuaricatores in opprobriũ ſempiternum. Magiſtri autẽ & doctores qui legis noticiã habuerunt: fulgebunt quaſi cœlum: & qui inferiores populos exhortati ſunt ad cuſtodiẽdas ceremonias dei: ad inſtar aſtrorum ſplendebunt in perpetuas æternitates. Ponit
1. Mach. 2. b quoq; hiſtoriam de Machabæis: in qua dicitur multos Iudæorum ſub Matthathia & Iuda Machabæo ad eremum confugiſſe, & latuiſſe in ſpeluncis, & in cauernis petrarum: ac poſt uictoriam proceſſiſſe, & hæc μεταφορικῶς quaſi de reſurrectione mor-
C tuorum eſſe prædicta. Tempore autem antichriſti talem tribulationem fore, qualis nunquàm fuit ex eo quo gẽtes eſſe cœperũt, uerius intelligitur: Ponamus enim uiciſſe Lyſiam qui uictus eſt, & penitus oppreſſos Iudæos eſſe qui uicerunt: Nunquid fuit talis tribulatio qualis eo tempore quo Hieruſalem capta eſt à Babylonijs, tẽplumq; ſubuerſum, & omnis populus ductus in captiuitatem; Oppreſſo igit antichriſto, & ſpiritu ſaluatoris extincto: ſaluabitur populus qui ſcriptus fuerit in libro dei, & pro diuerſitate meritorum alij reſurgẽt in uitam æternã, & alij in opprobriũ ſempiternum. Magiſtri aũt habebunt ſimilitudinem cœli, & qui alios erudierunt, ſtellarũ fulgori cõparabuntur. Non enim ſufficit ſcire ſapiẽtiã niſi & alios erudias: taciturnuſq; ſermo doctrinæ alium non ædificans: mercedem operis recipere non poteſt. Quem locum Theodotio & uulgata æditio ita expreſſit: Et intelligentes
D fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & de iuſtis plurimi quaſi ſtellæ in æternũ & ultra. Solẽt nonnulli quærere, utrum doctus ſanctus, & ſimplex ſanctus: eandem mercedem habeãt, & unam in cœleſtibus mãſionem. Vnde nunc iuxta Theodotionem dicitur: quod docti ſimilitudinẽ cœli habeãt: & abſq; doctrina iuſti, ſtellarum fulgori comparentur: tantumq; ſit inter eruditam ſanctitatem & ſanctam ruſticitatem, quãtum cœlum diſtat & ſtellæ.
b ¶Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum uſq; ad tempus ſtat, &c.) Qui Danieli multiplicem reuelauerat ueritatem, ipſa occulta eſſe ſignificãs quæ locutus eſt: præcepit ut inuoluat ſermones & ſignet librum ut legant plurimi: & quærãt hiſtoriæ ueritatem, & propter obſcuritatis magnitudinem diuerſa opinẽtur. Quod autẽ ait: Pertranſibũt: id eſt, percurrent plurimi: multorũ ſignificat lectionẽ. Solemus enim dicere: percurri librũ, pertrãſiui hiſtoriã. Quod quidẽ & Eſaias de obſcuritate ſui uoluminis loquitur: Et erũt ſermones libri iſtius, quaſi uerba uoluminis ſignati: quod ſi Eſa. 29. d dederint homini neſcienti literas, dicentes ei, lege: Reſpondebit, neſcio literas. Sin aũt dederint illud homini ſciẽti literas & dixerint: Lege librũ: Reſpõdebit, non poſſum legere: ſignatus eſt enim. Et in Apocalypſi Ioannis liber uidetur ſignatus ſigillis Apoc. 5. b ſeptẽ intus & foris. Cumq; nullus poſſet ſignacula illius ſoluere, ait Ioannes: Flebam nimis. Et uenit ad me uox dicẽs: Ne plores: Ecce uicit leo de tribu Iuda radix Dauid, aperire librum & ſoluere ſigna-



cula

E cula eius. Librum autem illum poteſt ſoluere qui ſcripturarum ſacramenta cognouit, & intelligit ænigmata & uerba tenebroſa, propter myſteriorũ magnitudinem, & interpretatur parabolas: & occidentem literam transfert in ſpiritum uiuificantem.

a ¶Et uidi ego Daniel: & ecce quaſi duo alij ſtabant: unus hinc ſuper ripã fluminis, & alius inde ex altera &c.) Vidit Daniel duos angelos ſtãtes ex utraq; parte ſuper ripam Babylonij fluminis: qui cum hic ponatur abſq; nomine: ſecundum præteritam uiſionẽ puto eum eſſe Tigrim qui Hebraice dicitur חִדֶּקֶל: & tamen nõ interrogat eos qui ſtabant ſuper utrãq; ripã: ſed eum quẽ in principio uiderat: qui indutus erat ueſtibus lineis ſiue byſſinis, quod Hebraice dicitur בַּדִּים. Et hic ipſe angelus ſtabat ſuper aquas fluminis Babylonij, ſuo eas calcans pede. Ex quo intel-

F ligimus ſuperiores duos angelos quos uidit ſtantes ſuper ripam, & non interrogat nec putat ſciſcitatione condignos, angelos eſſe Perſarum atque Græcorum. Hunc autem eſſe angelum clementiſſimum: qui orationes Danielis in conſpectu dei obtulerat: quando ei uiginti & uno diebus Perſarum angelus reſiſtebat. Interrogabat autem hæc mirabilia quæ in præſenti uiſione dicuntur, quo complenda ſint tempore: quod Porphyrius more ſuo de Antiocho: nos de antichriſto interpretamur. b ¶Et audiui uirum qui indutus erat lineis: qui ſtabat ſuper aquas fluminis, cum eleuaſſet dextrã & ſiniſtram ſuam in cœlum, & iuraſſet per uiuentem in æternum, quia in tempus, & tempora, & dimid. &c.) Tempus, & tempora, & dimidium temporis, tres & ſemis annos interpretatur Porphyrius, quod & nos iuxta ſcripturarum ſanctarum idioma non negamus. Nam & ſupra legimus, quod ſeptem tempora trãſierint ſuper Nabuchodonoſor: id eſt, ſeptem anni efferationis eius: & in uiſione quatuor beſtiarum ſcriptũ eſt: leonis, & urſi, pardi, & alterius beſtiæ, cuius nomen tacetur, quæ regnũ ſignificat Romanorum: & poſtea de antichriſto, quod reges humiliet, & ſermones contra excelſum loquatur, & ſanctos altiſſimi conterat: & putabit, ait, quod poſſit mutare tempora & leges. Et tradentur in manu eius uſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et iudicium ſedebit, ut auferatur potentia & conteratur, & diſpereat uſq; in

G finem. Et manifeſte de aduentu Chriſti atq; ſanctorum dicit: Regnum autem & poteſtas, & magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cœlum, detur populo ſanctorum altiſſimi: cuius regnum, regnum ſempiternum eſt: & omnes reges ſeruiẽt ei, & obediẽt. Si itaque ſuperiora quæ perſpicue de antichriſto ſcripta ſunt, refert Porphyrius ad Antiochum, & ad tres & ſemis annos: quibus templum dicit fuiſſe deſertum: ergo & hoc quod ſequitur: Regnum eius ſempiternũ, & omnes reges ſeruient ei & obediẽt, debet probare ſup Antiocho: uel ut ipſe putat, ſuper populo Iudæorum: quod nequaquàm ſtare manifeſtum eſt. Legimus in Machabæorum libris: Ioſephus quoq; in eandem conſentit opinionem, quod tribus annis templum pollutum fuerit in Hieruſalem, & in eo Iouis idolum ſteterit ſub Antiocho Epiphane, centeſimo quadrageſimoquinto anno regni

*Supra.7.f*

*Ioſephus lib. 12. cap. 10.*

H Macedonum, à Caſleu menſe eiuſdem anni nono, uſque ad menſem nonum, centum, quadrageſimonono anni, qui faciunt annos tres. Sub antichriſto autem non tres anni, ſed tres & ſemis, hoc eſt, mille, ducenti nonaginta dies, deſolationis templi ſancti & euerſionis futuri eſſe dicuntur. c ¶Et cum completa fuerit diſperſio manus populi ſancti, complebuntur uniuerſa hæc.) Quando, inquit, populus dei diſperſus fuerit: uel Antiocho perſequente, ut uult Porphyrius, uel antichriſto, ut noſtri uerius probant, tunc hæc omnia cõplebuntur. d ¶Et ego audiui, & non intellexi, & dixi: Domine mi, quid erit poſt hæc? Et ait: Vade Daniel, quia clauſi ſignatiq; ſunt ſermones uſq; ad tempus conſummationis. Eligentur & dealbabuntur, & quaſi ign. &c.) Vult propheta intelligere quod uiderat, imò quod audierat: & futurorum cupit cognoſcere ueritatem. Audierat enim regum bella diuerſa, & inter ſe prælia, & multiplicem hiſtoriam: ſed nomina non audierat ſingulorum. Si autem propheta audiuit & non intellexit: quid facient hi qui ſignatum librum & uſque ad tempus conſummationis, multis obſcuritatibus inuolutum, præſumptione mentis ediſſerunt? Cum autem, inquit, finis aduenerit, impij non intelligent, & qui docti fuerint diſciplina dei, ipſi intelligere poterunt. In peruerſam enim animã non introibit ſapiẽtia: nec poteſt ſe infundere corpori, quod peccatis ſubditũ eſt.

Et à tem

a Et [a]uidi ego Daniel, & ecce quaſi duo alij ſtabant: unus hinc ſuper ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi uiro qui indutus erat lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis: uſquequo finis iſtorum mi-
b rabilium? Et [b]audiui uirum qui indutus erat lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis, cum eleuaſſet dextram & ſiniſtram ſuam in cœlum, & iuraſſet per uiuentem in æternum: quia in tempus, & tempora, & dimidium
c temporis. Et [c]cum completa fuerit diſperſio manus populi ſancti, complebuntur uni-
d uerſa hæc. Et [d]ego audiui, & non intellexi. Et dixi: Domine mi quid erit poſt hæc? Et ait: Vade Daniel, quia clauſi ſignatiq; ſunt ſermones uſq; ad tempus conſummationis. Eligentur & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi, & impie agent impij: neq; intelligent omnes impij, porrò docti intelligent.

Et à tem



A a ¶Et à tempore quo ablatum fuerit iuge ſacrificium & poſita fuerit abominatio in deſolationem dies mille, ducenti nonaginta, &c.) Hos mille ducẽtos nonaginta dies, Porphyrius in tempore Antiochi, & in deſolatione templi dicit completos, quam & Ioſephus et Machabæorum (ut diximus) liber, tribus tantũ annis fuiſſe commemorant. Ex quo perſpicuũ eſt tres iſtos & ſemis annos, de Antichriſti dici temporibus, qui tribus & ſemis ãnis, hoc eſt mille, ducẽtis, nonaginta diebus, ſanctos pſecuturus eſt, & poſtea corruiturus in monte inclyto & ſancto. A tẽpore igitur ἐνδελεχισμοῦ, qđ nos interpretati ſumus iuge ſacrificium: quãdo Antichriſtus orbem obtinens, dei cultum interdixerit, uſq; ad internicionem eius, tres & ſemis anni, id eſt, mille, ducenti & nonaginta dies complebuntur. b ¶Beatus qui expectat & per-

B uenit uſq; ad dies mille, trecentos trigintaquinq; &c.) Beatus, inquit, qui interfecto Antichriſto, dies ſupra numerũ præfinitum quadragintaquinque præſtolatur: q̃bus eſt dominus atque ſaluator in ſua maieſtate uenturus. Quare autem poſt interfectionem Antichriſti, quadragintaq̃nque dierum ſilẽtium ſit: diuinæ ſcientiæ eſt: niſi forte dicamus: Dilatio regni ſanctorum, patientiæ comprobatio eſt. Porphyrius hunc locum ita ediſſerit, ut quadragintaquinque dies qui ſuper mille ducentos nonaginta ſunt, uictoriæ contra duces Antiochi tempus ſignificent: quando Iudas Machabæus fortiter dimicauit, & emundauit templũ: idolumq; contriuit, & uictimas obtulit in templo dei. Quod recte diceret, ſi Machabæorum liber, tribus & ſemis annis templum ſcriberet fuiſſe pollutum & non tribus. c ¶Tu autem Daniel uade ad præfinitum, & requieſce, & ſtabis in ſorte tua in fine dierum. &c.) Pro quo Theodotio ita interpretatus eſt: Tu autem uade & requieſce, & reſurges in ordine tuo in conſummatione dierum. Quo uerbo oſtenditur omnem prophetiam uicinam eſſe reſurrectioni omnium mortuorum: quan

*1. Machab. 4*

C do & propheta ſurrecturus eſt. Et fruſtra Porphyrius, quæ in typo Antiochi de Antichriſto dicta ſunt, uult omnia referre ad Antiochum. Cuius calumniæ (ut diximus) plenius reſponderunt Euſebius Cæſarienſis, & Appollinarius Laodicenus, & ex parte diſſertiſſimus uir martyr Methodius, quę qui ſcire uoluerit, in ipſorum libris poterit inuenire. Hucuſq; Danielem in Hebræo uolumine legimus, cætera quæ ſequuntur uſq; in finem libri, de Theodotionis æditione translata ſunt.

Cap. XIII.

ET erat uir habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim, & accepit uxorẽ nomine Suſannam filiam &c.) Expoſitis ut potuimus, quę in Danielis libro iuxta Hebraicum continẽtur, ponã breuiter quid Origenes in decimo Stromatum ſuorum libro de Suſannæ & Belis fabulis dixerit. Cuius hæc uerba ſunt, q̃ locis ſuis ſub-

D notabis. e ¶Et parentes eius iuſti edocuerunt filiam ſuam iuxta legem Moyſi. &c.) Hoc utendum eſt teſtimonio ad exhortationem parẽtũ, ut doceant iuxta legem dei, ſermonemq; diuinũ non ſolum filios, ſed & filias ſuas. f ¶Erat autem Ioakim diues ualde, & erat ei pomarium uicinum domui ſuæ: & ad ipſum confluebant &c.) Referebat Hebræos iſtos eſſe Ahab & Sedechiam, de quibus ſcribit Hieremias: Faciat te dominus ſicut Ahab & Sedechiam, quos frixit rex Babylonis in igne propter iniquitatem quam fecerant in Iſraël: & adulterarant uxores ciuium ſuorum. g ¶De quibus locutus eſt dominus: quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenibus iudicibus, qui uidebantur &c.) Pulchre de preſbyteris peccatoribus non ait: Qui regebant populum, ſed qui uidebantur regere. Qui enim bene præſunt populo, regunt populum: qui autem tantum nomen habent Iudicum & iniuſte præſunt populo, regere uidentur populum magis quàm regant. h ¶Et deambulabat in pomario uiri ſui, & uidebant eam ſenes quotidie ingredientem & deambulantem, & exarſerunt in concupiſcentiã &c.)

*Hier. 29. c*

a Et à [a]tẽpore quo ablatum fuerit iugi ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſola-
b tionem, dies mille, ducenti, nonaginta. Be[b]atus qui expectat & peruenit uſq; ad dies mil-
c le, trecentos trigintaquinque. Tu [c]autem Daniel uade ad præfinitum, & requieſce, & ſtabis in ſorte tua in fine dierum.

Caput XIII.

d ET era[d]t uir habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim, & accepit uxorẽ nomine Suſannam filiã Helkiæ, pulchram nimis,
e & timentem dominũ. Et [e]parentes eius iuſti, edocuerunt filiam ſuam iuxta legem Moyſi.
f Era[f]t autem Ioakim diues ualde: & erat ei pomarium uicinũ domui ſuæ: & ad ipſum confluebant Iudei, eo quod eſſet honorabilior omnium. Et cõſtituti ſunt duo ſenes de popu-
g lo iudices in anno illo: De q[g]uibus locutus eſt dñs: quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenibus iudicibus, qui uidebantur regere populum. Iſti frequentabant domum Ioakim, & ueniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autẽ populus reuertiſſet per me-
h ridiem, ingrediebatur Suſanna, & dea[h]mbulabat in pomario uiri ſui, & uidebant eam ſenes quotidie ingredientem & deambulãtem & exarſerunt in concupiſcẽtiam eius: & euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos

ſuos

E Quod Græci uocant πά-
θη, nos perturbationē
magis quàm paſſionem
rectius interpretamur.
Hæc igitur perturbatio
& cupido libidinis titilla
uit, imò percuſſit corda
ſeniorum. Sed ut in ani-
mis eorum iaceret fun-
damentum, & cogitarēt
deſyderata cōplere, ipſi
euerterūt ſenſum ſuum:
quo ſubuerſo, oculi eorū
inclinati ſunt, ut cœleſtia
nō uiderēt, nec recorda-
renē iudiciorū iuſtorū,
ſiue dei, ſiue honeſtatis,
ſiue naturæ: quæ omni-
bus ad bonū inſita eſt.
a ¶Et ecce Suſanna in-
ambulabat iuxta &c.)
Ante iam dictum eſt qđ
facto mane inambula-
ret Suſanna. Nec incon
gruum eſt ad placandos
eos qui omnium quę ge
rimus de ſcripturis ſan-
F ctis quærunt exempla:
hunc inambulandi locū
aſſinuere: quod recte qs
ad uegetandum corpu-
ſculum deambulet. Quē
locū, inquit, de Lxx. æ-
ditione nunc poſui: quo
dicto Origenes oſtendit
cætera ſe nō iuxta Lxx.
interpretes diſſeruiſſe.
b ¶Cum autē egreſſæ
eſſent puel. &c.) Qui ad
ſummitatē perfectæ uir
tutis uenerit, nunquàm
dicit ſibi imminere di-
ſcrimē: ſi adulterorū ma
nus nō effugerit, dicen-
tium: Aſſentire nobis, et
cōmiſcere nobiſcum. A-
lioquin & ſi nolueris, di
cemus teſtimonium cō-
tra te, quod fuerit tecum
iuuenis, & hac de cau-
ſa dimiſeris puellas à te.
Humanæ quippe fragili
tatis eſt, mortem timere,
quę infertur pro iuſticia
niſi forte anguſtiam in-
terpretabimur: non im-
minentis mortis, ſed op-
probrij & ignominiæ,
qua perfundenda erat,

ſuos, ut non uiderent cœlum: neque memi-
niſſent iudiciorum iuſtorum. Erant ergo am-
bo uulnerati amore eius: nec indicauerunt
ſibi uiciſſim dolorem ſuum. Erubeſcebant e-
nim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam, uo-
lentes concumbere cum ea, & obſeruabant
quotidie ſolicitius uidere eam. Dixitq́; alter
ad alterum: Eamus domum, quia prandij ho
ra eſt. Et egreſſi receſſerunt à ſe. Cúmque re-
uertiſſent, uenerunt in unum, & ſciſcitantes
abinuicem cauſam, confeſſi ſunt concupi-
ſcentiam ſuam. Et tunc in commune ſtatue-
runt tempus, quando eam poſſent inuenire
ſolam. Factum eſt autem cum obſeruarent
diem aptum, ingreſſa eſt aliquando ſicut he-
ri, & nudiuſtertius. (Vel ſecundum Lxx. Et
a eccē Suſanna inambulabat iuxta conſuetudi-
nem) cum duabus ſolis puellis: uoluitq́; laua-
ri in pomario: Aeſtus quippe erat, & nō erat
ibi quiſquàm præter duos ſenes abſconditos
& contēplantes eam. Dixit ergo puellis. Af-
ferte mihi oleum & ſmigmata & oſtia poma-
rij claudite ut lauer. Et fecerunt ſicut præce-
perat: clauſeruntq́; oſtia pomarij, & egreſ-
ſæ ſunt per poſticum, ut afferrent quæ iuſſe
rat. Neſciebatq́; ſenes intus eſſe abſconditos.
b Cūm autem egreſſæ eſſent puellæ, ſurrexe-
runt duo ſenes, & accurrerunt ad eam, & di-
xerunt: Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, &
nemo nos uidet, & in concupiſcentia tui ſu-
mus. Quamobrem aſſentire nobis, & com-
miſcere nobiſcū. Quod ſi nolueris, dicemus
contra te teſtimonium quod fuerit tecum iu
uenis: & ob hanc cauſam emiſeris puellas à
te. Ingemuit Suſanna, & ait: Anguſtiæ mihi
c ſunt undiq́;. Si ēnim hoc egero, mors mihi
eſt: ſi autem nō egero, nequaquàm effugiam
d manus ueſtras. Sed melius mihi eſt abſque
opere incidere in manus ueſtras, quàm pec-
e care in conſpectu domini. Et ēxclamauit uo-
ce magna Suſanna. Clamauerunt autem &
ſenes aduerſus eam. Et cucurrit unus ad o-
ſtia pomarij & aperuit. Et cum audiſſent
clamorem in pomario famuli domus, irrue-
runt per poſticum: ut uiderent quid nam
eſſet. Poſtquàm autem ſenes locuti ſunt, eru-
buerunt ſerui uehementer, quia nunquam di
ctus

illis accuſantibus atq́; di- G
cētibus: Fuit cum illa iu-
uenis, & idcirco dimiſit
puellas. c ¶Si eñ hoc
egero, mors &c.) Pecca-
tum mortem uocat. Si-
cut ergo ei qui facit adul
terium, mors eſt adulte-
rium: ſic omne peccatū
quod ducit ad mortem,
mors appellandum eſt.
Et totiēs mori credimur
quotiens peccamus ad
mortem. Vnde econtra-
rio totiēs reſurgimus &
uiuificamur, quotiēs ui-
tæ digna opera facimus.
d ¶Sed melius mihi
eſt abſq́; opere incidere
in manus ueſtras, quàm
peccare in conſpectu do
mini.) In Græco non ha
bet, αἱρετώτερον, id eſt, me-
lius, ſed αἱρετόν, quod bo
num interpretari poſſu-
mus. Vnde elegāter nō
dixit: Melius mihi eſt in
cidere in manus iniquo
rum preſbyterorum, q̃ H
peccare in cōſpectu dñi,
ne uideret̄ cōparatione
peccati qđ erat bonum,
hoc appellare melius.
Sed bonum eſt, inquit,
mihi non facere malum,
& incidere in manus ue-
ſtras ne peccem in con-
ſpectu domini. Non er-
go per comparationem
legēdum eſt: Melius mi-
hi eſt incidere in manus
ueſtras quàm peccare in
conſpectu domini, ſed
abſolute: Bonū mihi eſt
nō facere malū, & incide
re in manus ueſtras, ne
peccem in conſpectu do
mini. e ¶Et exclama-
uit uoce magna Suſan-
na: Clamauerunt autem
&c.) Magna uox erat,
non aëris percuſſione et
clamore faucium, ſed pu
dicitię magnitudine, per
quam clamabat ad do-
minum. Vnde & ſan-
cta ſcriptura in exclama
tione ſeniorum non ap-
poſuit magnam uocem.
Sequitur



A ctus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina.
Cumq́; ueniſſet populus ad uirū eius Ioakim, uenerūt & duo preſbyte-
ri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam ut interficerent eã, & di-
xerunt coram populo: Mittite ad Suſannam filiã Helkiæ uxorem Ioa-
kim. Et ſtatim miſerunt, & uenit cum parentibus, et filijs, & uniuerſis co
gnatis ſuis. Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. At ini-
qui illi iuſſerunt, ut diſcooperiretur, erat eñ cooperta, ut uel ſic ſatiaren-
tur de decore eius. Flebant igitur ſui & omnes qui nouerant eam. Con-
ſurgentes autem duo preſbyteri in medio populi poſuerūt manus ſuas
ſuper caput eius. Quæ flens ſuſpexit ad cœlū. Erat enim cor eius fiduciã
habens in domino. Et dixerunt preſbyteri. Cum deambularemus in po
mario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis, & clauſit oſtia pomarij,
& dimiſit à ſe puellas. Venitq́; ad eam adoleſcens qui erat abſconditus,
& concubuit cum ea. Porrò nos cum eſſemus in angulo pomarij uiden
tes iniquitatem, cucurrimus ad eos & uidimus eos pariter commiſceri.
Et illum quidē nō quiuimus cōprehēdere; quia fortior nobis erat: & a-
pertis oſtijs exiliuit. Hãc autē cum apprehendiſſemus, interrogauimus
quis nã eſſet adoleſcēs, & noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus.
Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi, & condemna
a uerunt eã ad mortē. Exclāmauit autem Suſanna uoce magna & dixit:
Deus æternæ qui abſconditorum es cognitor: qui noſti omnia antequã
fiant: tu ſcis quoniam falſum contra me tulerunt teſtimonium. Et ecce
B morior, cum nihil horum fecerim quæ iſti malicioſe cōpoſuerunt aduer
b ſum me. Exaudiuit autem dñs uocem eius. Cūmq́; duceretur ad mor-
tem ſuſcitauit dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris: cuius nomen
c Daniel. Et exclamāuit uoce magna: Mundus ego ſum à ſanguine hu-
ius. Et conuerſus omnis populus ad eum, dixit: Quis eſt iſte ſermo quē
tu locutus es? Qui cum ſtaret in medio eorum, ait: Sic fatui filij Iſraël
non iudicantes, neq́; quod uerum eſt cognoſcētes, condemnaſtis filiam
Iſraël? Reuertimini ad iudicium: quia falſum teſtimonium locuti ſunt
aduerſus eam. Reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatione. Et dixe-
runt ei ſenes: Veni & ſede in medio noſtrum, & indica nobis: quia tibi
deus dedit honorem ſenectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos
d abinuicem procul, & dijudicabo eos. Cūq́; diuiſi eſſent alter ab altero,
uocauit unum de eis, & dixit ad eum. Inueterate dierum malorum, nūc
uenerunt peccata tua quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniuſta: in-
nocentes opprimens, & dimittēs noxios, dicēte dño: Innocentē & iuſtū
non interficies. Nūc ergo ſi uidiſti eã, dic ſub qua arbore uideris eos col
loquentes ſibi. Qui ait: ſub ſchino. Dixitq́; ei Daniel: Recte mentitus es
in caput tuum. Ecce enim angelus dñi, accepta ſententia ab eo, ſcindet
te medium. Et amoto eo, iuſſit uenire alium, & dixit ei: Semen Chana-
an & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum.
Sic faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes loquebantur uobis, ſed
non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatem ueſtram. Nunc ergo dic mihi, ſub
qua arbore comprehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait: ſub prino.
Dixitq́; ad eum Daniel: Recte mentitus es & tu in caput tuum. Ma-
net enim angelus domini, gladium habens, ut ſecet te medium & inter-
ficiat

Sequitur enim: Clama- C
uerūt et ſenes aduerſus
eam. a ¶Exclamauit
autē Suſanna uoce &c.)
Cordis affectus, & men-
tis pura confeſſio, & bo-
num cōſciētię, uocē eius
fecerant clariorem. Vn-
de magna erat exclama-
tio eius deo, quæ ab ho-
minibus non audiebat̄.
b ¶Cumq́; duceretur
ad mortem, ſuſcitauit do
minus &c.) Quo ſermo
ne oſtenditur: non in-
traſſe in Danielem ſpiri-
tumſanctū: ſed eum qui
erat in illo, & quieſcebat
propter ætatis infirmita
tem: nec ſua poterat ope
ra demonſtrare, data oc-
caſione pro ſancta fœmi
na à domino ſuſcitatum.
c ¶Et exclamauit uo-
ce magna: Mundus ego
ſum à ſang. &c.) Suſcita
to in ſe ſpirituſancto &
quæ puer deberet dicere
ſuggerente, uox eius ma D
gna erat. Et notãdum ſi-
cubi ĩ ſcripturis ſanctis,
peccatoris uox magna
uocatur. d ¶Cūq́; di-
uiſi eſſent alter ab altero
uocauit unū de eis &c.)
Quia Hebræi reprobãt
hiſtoriã Suſannæ, dicen
tes eam in Danielis uo-
lumine nō haberi: debe-
mus diligenter inquire-
re nomina, σχίνου καὶ πρίνου
quę Latini ilicem & lēti-
ſcū interpretãtur, ſi ſint
apud Hebręos, & quam
habeant etymologiam,
ut à σχίνω, ſciſſio, & à πρί-
νω, ſectio ſiue ſerratio di
catur lingua eorum. Qđ
ſi non fuerit inuentum,
neceſſitate cogemur, &
nos eorum acquieſcere
ſententiæ, qui Græci tan
tum ſermonis hanc uo-
lunt eſſe περικοπήν, quæ
Græcam habeat tantum
etymologiam & Hebrai
cã nō habeat. Qđ ſi quis
oſtenderit duarum iſta-
rum arborum ſciſſionis
& ſectio

E & ſectionis in Hebræo
ſtare etymologiam:tunc
poterimus etiã hanc ſcri
pturã recipere. a ¶Ex
clamauit autẽ omnis ſy=
nagoga uoce mag. &c.)
Si interfecit eos omnis
ſynagoga,uidetur illa o=
pinio refutari,de qua ſu
pra diximus ſecundum
Hier.29.c Hieremiam,quod ipſi eſ
ſent preſbyteri Ahab &
Sedechias:niſi forte hoc
quod ſcriptum eſt:Inter
fecerunt eos:ſic interpre
temur pro eo quod eſt,
regi Babylonis occiden
dos tradiderunt. Sicut
& nos dicimus,quod Iu
dæi interfecerint ſaluato
rem:nõ quo ipſi percuſ=
ſerint, ſed quo tradide=
rint occidendum,& ſuc=
Luc.23.c clamantes dixerint:Cru
cifige,crucifige eum.
b ¶Helkias autem &
uxor eius laudauerunt
F deum pro filia ſua Suſan
na &c.)Digni quaſi ſan=
cti laudant deũ: nõ quia
liberata eſt de manu p̃=
ſbyterorũ Suſanna,hoc
enim non ſatis laudabile
eſt,nec magni diſcrimi=
nis,ſi non eſſet liberata:
ſed quia non eſt inuenta
in ea res turpis. c ¶Sta
timq́; cũ aperuiſſet oſtia
aſpiciens rex ſuper men
ſam:exclamauit uoce ma
gna: Magnus es Bel, &
non eſt &c.) Hoc quod
ſcriptura nunc dicit:Ex=
clamauit uoce magna:
q̄a de idololatra & igno
rante deum dicitur: uide
tur obſeruationem no=
ſtrã ſubuertere, qua du=
dum aſſeruimus uocem
magnã in ſanctis tantũ
reperiri.Quod ſoluet fa
cile qui hanc hiſtoriã in
libro Danielis apud He
bræos dixerit non habe
ri.Si quis autem potue=
rit eã approbare eſſe de
canone,tunc quærendũ
eſt quid ei reſpondere
debeamus.

a ficiat uos.Exclamauit autem omnis ſynagoga uoce magna, & bene= G
dixerunt deum qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus
duos preſbyteros.Conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſ=
ſe teſtimonium.Et fecerunt eis ſicut male egerãt aduerſum proximum:
ut facerent ſecundum legem Moyſi,& interfecerunt eos,& ſaluatus eſt
b ſanguis innoxius in die illa.Helkias autẽ et uxor eius laudauerunt deũ
pro filia ſua Suſanna cum Ioakim marito eius,& cognatis omnibus,q̄a
non eſſet inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus eſt magnus in
conſpectu populi à die illa & deinceps.

## Caput XIIII.

ET rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos,& ſuſcepit Cyrus Per=
ſes regnum eius. Erat autem Daniel conuiua regis, & honoratus
ſuper omnes amicos eius.Erat quoque idolum apud Babylonios no=
mine Bel, & impendebantur in eo per ſingulos dies ſimilæ artabæ du=
odecim & oues quadraginta; uini quoque amphoræ ſex. Rex quoq;
colebat eum,& ibat per ſingulos dies adorare eum.Porrò Daniel ado=
rabat deum ſuum.Dixitq́; ei rex:Quare non adoras Bel? Qui reſpon=
dens ait ei:Quia non colo idola manufacta,ſed uiuentem deũ qui crea=
uit cœlum & terram,et habet poteſtatem omnis carnis.Et ait rex ad eũ:
Non uidetur tibi eſſe Bel uiuens deus? An non uides quanta comedat
& bibat quotidie? Et ait Daniel arridens:Ne erres rex: Iſte eſt enim in=
trinſecus luteus:& forinſecus æreus:nec comedit aliquando. Et iratus
rex uocauit ſacerdotes eius,& ait eis:Niſi dixeritis mihi,quis eſt iſte qui
comedat impenſas has,moriemini:ſi autẽ oſtenderitis,quoniam Bel co H
medat hæc,morietur Daniel:quia blaſphemauit in Bel.Et dixit Daniel
regi:Fiat iuxta uerbum tuum.Erant autem ſacerdotes Bel ſeptuaginta,
exceptis uxoribus,& paruulis,& filijs.Et uenit rex cum Daniele in tem
plum Belis. Et dixerunt ſacerdotes Belis:Ecce nos egrediemur foras,&
tu rex pone eſcas,& uinum miſce,& claude oſtium,& ſigna anulo tuo.
Et cum ingreſſus fueris mane,niſi inueneris omnia comeſta à Bel,mor=
te moriemur,uel Daniel qui mentitus eſt aduerſum nos.Contemnebãt
autem,quia fecerant ſub menſa abſconditum introitum,& per illum
ingrediebantur ſemper & deuorabant ea.Factum eſt igitur poſtquam
egreſſi ſunt illi,& rex poſuit cibos ante Bel,Pręcepit Daniel pueris ſuis,
& attulerunt cinerem,& cribrauit per totũ templum corã rege,& egreſ=
ſi clauſerunt oſtium,& ſignantes anulo regis, abierunt. Sacerdotes au=
tem ingreſſi ſunt nocte iuxta conſuetudinem ſuam, & uxores, & filij
eorum,& comederunt omnia,& biberunt. Surrexit autem rex primo
diluculo,& Daniel cum eo.Et ait rex:Salua ne ſunt ſignacula Daniel?
c Qui reſpondit:Salua rex. Statimq́; cum aperuiſſet oſtia, aſpiciens rex
ſuper menſam,exclamauit uoce magna:Magnus es Bel,& nõ eſt apud
te ullus dolus.Et riſit Daniel. & tenuit regem ne ingrederetur intro,
& dixit:Ecce pauimentum,animaduerte cuius ueſtigia ſunt hæc.Et di=
xit rex: Video ueſtigia uirorum & mulierum & infantium. Et iratus
eſt rex.Tunc apprehendit rex ſacerdotes,& uxores,& filios eorum,&
oſtenderunt ei abſcondita oſtiola per quæ ingrediebantur,& conſume
bant quæ erant ſuper menſam.Occidit ergo illos rex,& tradidit Bel in
poteſta



poteſtatem Danielis:qui ſubuertit eum & templum eius. Et erat draco magnus in loco illo,
& colebant eum Babylonij. Et dixit rex Danieli:Ecce nunc non potes dicere,quia iſte nõ ſit
deus uiuens.Adora ergo eum. Dixitq́; Daniel regi: Dominum deum meum adoro: quia
ipſe eſt deus uiuens, iſte autem non eſt deus uiuens.Tu autem rex da mihi poteſtatem,& in=
terficiam draconem abſq; gladio & fuſte.Et ait rex:Do tibi.Tulit ergo Daniel picem,& adi=
pem,& pilos,& coxit pariter:fecitq́; maſſas,& dedit in os draconis, & diruptus eſt draco.
Et dixit Daniel:Ecce quem colebatis.Quod cũ audiſſent Babylonij,indignati ſunt uehemen=
ter,& congregati aduerſum regem dixerunt.Iudæus factus eſt rex, Bel deſtruxit, draconem
interfecit,& ſacerdotes occidit.Et dixerunt cum ueniſſent ad regem.Trade nobis Danielem,
alioquin interficiemus te & domum tuam.Vidit ergo rex quod irruerent in eum uehemen=
ter,& neceſſitate compulſus,tradidit eis Danielem.Qui miſerunt eum in lacum leonum: &
erat ibi diebus ſex.Porrò in lacu erant leones ſeptem,& dabantur eis duo corpora quotidie,
& duæ oues,& tunc non data ſunt eis,ut deuorarẽt Danielem.Erat autem Habacuc prophe=
ta in Iudæa,& ipſe coxerat pulmentum,& intriuerat panes in alueolo,& ibat in campum ut
ferret meſſoribus.Dixitq́; angelus domini ad Habacuc:Fer prandium quod habes in Baby
lonem Danieli qui eſt in lacu leonum.Et dixit Habacuc:Domine,Babylonem non uidi, &
lacum neſcio.Et apprehendit eum angelus domini in uertice eius,& portauit eum capillo ca=
pitis ſui:poſuitq́; eum in Babylonem ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit Haba=
cuc,dicens:Daniel ſerue dei,tolle prandium quod miſit tibi deus.Et ait Daniel: Recordatus
es mei deus, & non dereliquiſti diligentes te.Surgensq́; Daniel,comedit.Porrò ange=
lus domini reſtituit Habacuc confeſtim in loco ſuo.Venit ergo rex die ſeptimo
ut lugeret Danielem, & uenit ad lacum,& introſpexit:& ecce Daniel
ſedens in medio leonum.Et exclamauit uoce magna rex di=
cens:Magnus es domine deus Danielis, & extraxit
eum de lacu leonum.Porrò illos qui perdi=
tionis eius cauſa fuerant intromiſit
in lacum:& deuorati ſunt in
momento corã eo.

Commentariorum Hieronymi in Danielem prophetam finis.

TERNIONVM ET FOLIORVM INDEX.

a
QVINTVS
Diui
Comment,
atq;
b
(ſiue
mecum
pta ſunt
Comment,
c
quibus
dilectus
ctauit
dei
d
xit
ptiua
fertur
ſeparatæ
e
runt
Diui
& in
nis pu
f
riam
runt
retrahant
luceſcit
g
inquit
multo
Taneos
licta
h
Babylonem
di tem=
accipitur
ſicut
i
ſub
qui
pœnitentiæ
ad lazer
k
idololatriæ
ad uitã
& longe=
uenire
l
omni
Et erit
quoniam
menſem

m
ſteritatem
gimus
raciſſimũ
paſſionis
n
ſicut
rias
omni
no læti
o
Tauri
militate
phaſe
bis pau
p
terfectio
dum
quod
dignitatem
q
Quod
dicitur
formã
co cõti,
r
rint Hic=
inſtrumẽto
corporis
igne
s
Commentari
Sabaim
atq;
cidium
t
fidelis
gratias
uenundatur
ci &
u
meri
Neq;
torum
rit
x
effloruerunt
los pin
Recede
diuitiæ
y
tosiſi
ſtola de
Quia
Et ipſe

z
accipi
cere
quo
expecta
A
pio fidei
Non
res
ò Hieruſ
B
eſt ille
precamur
Et nunc
Commentar,
C
æterna
men
titudo
ferociam
D
tem
inſulis
Diui
præſen=
E
per bene
Frons
dñs
Et erit
F
his non
Alij in
Vnde
re naturam
G
Loquere
tionem
probatur
Diui
H
habere
Si
lum
te qua
I
folium
ſperis
hæreſi
regna
K
orum
ciam
tionibus
in priori

L
pturos
eſt per
infelicis
& uiuetis
M
tu ſancto
quoq;
Longe
nunc
N
illi qui
ſte
eis
Comment,
O
uatores
ce autem
pheta
uerſatione
P
Dabit
tum
rexerunt
Adhæſit
Q
homo
tate
quoſdam
mittant
R
commotionis
nes
nietis
Diui
S
De quibus
eorum
tũ domini
de propheta
T
erat ue=
oculis
terarum
una
V
tuum
ſermo
& deletur
aquilonis
X
ignoto
Melchom
tos
ſancti

Y
bræo ſer
grandi
Diui
quod
Z
& in
bant
eſſe
Neq;
A a
nit
uertatur
unum
quoq;
B b
tacitum
& paulo
multitudine
alios
C c
noſtram
dentibus
apoſto=
menſuram
D d
quos
dominus
Quod
Vlulate
E e
mentem
& alter
ſuper
cum his
F f
plum
conſolabitur
nas,&
Moyſe
G g
tus ſum
mundemur
poſtea
declinabis
H h
latibulum
mentum
inferius
ſtralem
I i
terrenam
Multum
ſacerdotalia
ſcipit

K k
ſupra
conuertantur
fuerat
accedant
L l
ut non
nimum
quatuor
domis
M m
tis,omne
furore
Et ſuper
Quod
N n
glorificaretur
nota
Ioſeph
uiri
O o
ei deus
ſcripturarum
lis eſſet
Cap,
P p
micauit
ſententia
Septuaginta
naſcitur
Q q
templi
unq;
Quia
In iſto
Et à tem

Oẽs ſunt ter=
niones, præ=
ter Q q qua=
ternionem.

VIRTVTE DVCE,

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia, ſed te



Nos facimus FORTVNA deam, cœloq; locamus.

COMITE FORTVNA.